

VANDERMOERE

ACTA
S. TERESICE A JESU

PRÓLOGO

La historia de este libro comienza en una visita a la biblioteca de los PP. Carmelitas de la comunidad de Santander para instalar una antena de WIFI con objeto de dar servicio a la feligresía durante la semana que dura la festividad de la Virgen del Carmen. Fue al salir de la biblioteca cuando me topé con el libro (estaba a la altura de los hombros junto a la puerta) le ojeé y todo en latín, pero intuí que algo importante guardaba, aparte de unas láminas impresionantes de bonitas y bien hechas.

Llegado a la comunidad como Prior el P. José Miguel Garrido le hablé del libro y fuimos a verlo (Garrido estuvo leyendo en latín) y se quedó impresionado.

Una de las cosas de las que habla el libro es de las fundaciones de los conventos (el primero en 1562, Convento de San José en Ávila).

Me comentó que este libro debería de estar en el archivo de Vitoria dada su importancia, le dije que me gustaría digitalizarlo antes de que saliera de la comunidad y dijo que sería formidable.

De pronto el P. José Miguel Garrido cae enfermo, llega unos días para ayudar el P. Félix Malas conocido de años atrás (mi relación con los carmelitas comienza a través del P. Francisco Javier González Ruiz allá por el año 1991) al ver el libro se quedó igualmente impresionado y estuvo leyendo algunas cosas salteadas. El libro vuelve a su estantería.

Recientemente el 24 de enero de 2022 solicité el libro para empezar los trabajos y ya comencé a hacer un artilugio para fotografiar cada página con una cámara digital de alta resolución. Al tiempo y en ratos libres iba preparando el documento para enmaquetar los cientos de imágenes que componen el libro (735 más de 8 megas cada imagen). Tenía que conseguir un procedimiento rápido, sencillo efectivo y lo conseguí.

Con fecha 17 de febrero de 2023 está todo listo para comenzar los trabajos.

Con fecha 23 de febrero de 2023 a las 5 de la mañana terminé de fotografiar todo el libro, ya solo queda terminar de enmaquetar algo más de 100 páginas.

Hablo de fotografiar y no de escanear porque cada página es una fotografía del libro original lo que es lo mismo... cada página del libro es un fiel reflejo del original en color y manchas.

El trabajo queda terminado el 24 de febrero de 2023 a las 21:22 horas

En Polanco (Cantabria)
Jorge Ortega Seoane

Como se hizo

La digitalización de este libro se ha realizado poniendo mucho interés y cuidado tal como merece la obra.

Se ha construido un útil especial únicamente para este trabajo al igual que el sistema de iluminación.

Como elemento digitalizador se ha utilizado una cámara Nikón D2Xs a su máxima resolución, objetivo NIKON 18-70 y como sistema de archivos se ha usado el NEF de Nikón editado y convertido a JPG con lo que se consigue la mejor calidad para este u otro tipo de trabajos.


La enmaquetación está diseñada como pliegos pero para una mejor lectura en el PDF se ha exportado pagina a página.

La idea, digitalización y maquetación es obra de Jorge Ortega Seoane autor de este trabajo.

Se verán páginas sin contenido ya que el documento está preparado para poder imprimir y salga «calcado» al libro original.

Polanco 17 de febrero de 2023

Y ya en las siguientes páginas comienza lo que es propiamente el libro digitalizado, fiel reflejo del original, tanto en las manchas como en el color del papel











ACTA
S. TERESIAE
A
JESU.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

1891-1892

CHICAGO, ILL.

1891-1892

CHICAGO, ILL.

1891-1892

CHICAGO, ILL.



ACTA

PER THEODORUM
F. MAURO MATHOZEM
in ALGERIA

S. TERESIAE A JESU, CARMELITARUM

STRICTIORIS OBSERVANTIAE PARENTIS,

Commentario et Observationibus

ILLUSTRATA

A

JOSEPHO VANDERMOERE

SOCIETATIS JESU PRESBYTERO THEOLOGO,

NONNULLIS ALIIS EX EADEM SOCIETATE OPERAM CONFERENTIBUS.



BRUXELLIS,

TYPIS ALPHONSI GREUSE,

MDCCCLIV.

1811

1812

1813

1814

1815



S. TERESIA

ex effigie Abulæ conservata et signata a E. Joanne de la Misericordia.

(Vide Tabulam I. p. 31.)



S. TERESIAE A JESU

CARMELITARUM

Stricteris Observantiae

ALMÆ PARENTI

opus et laborem **D. D. D.**

Quamdiu inter mortales versata es, o Teresia, in deliciis tibi erat vitam Jesu Christi Sanctorumque gesta lectitare, ac magno id fassa es tibi spirituali fuisse commodo. Experta in temet ipsa salutarem ejusmodi lectionis efficaciam, illam aliis quoque non exemplo solum, sed et consilio ac litteris persuasisti. Nunc autem, cum ipsa de numero Sanctorum sis, longe utique melius perspectum tibi fuerit quantum inde augmentum capere possit et Dei gloria et hominum salus, multoque etiam quam ante, tibi fuerit opatius ut tantum pietatis adminiculum divinæque gloriæ instrumentum frequenter et ubertim Christiano populo subministretur.

Æqui igitur, o divino amore flagrantissima Teresia, sane consules ut et tuorum enarratione gestorum Dei in te celebremus misericordias, et eas cunctis deprædicemus creaturis. Neque enim possumus tibi non facere gratum, glorificantes in te Deum qui in Sanctorum suorum honoribus honoratur. Dicam igitur, ac ingentes enumerabo labores quos in restaurando Ordine, inops virgo et humanis destituta auxiliis,

auxiliis, exantlandos suscepisti; virtutes tuas proloquar, et, quantum humanæ fas est caligini, excellentium gratiarum ac mirabilium charismatum, quibus animæ tuæ sponsus Jesus cumulatissime te locupletavit, thesaurum reserabo. Hæc quippe sanctitatis tuæ decora atque immensum quod meruisti gloriæ pondus, stimulos addunt in stadio adhuc currentibus, ut comprehendant, accipiantque et ipsi bravium; et insimul demonstrant inexhaustam Dei, qui in Sanctis suis mirabilia operatur suaque in iis dona coronat, largitatem atque potentiam.

Quæ hacce scriptione continentur, gesta, virtutes, superna charismata, miracula, imo omnis prope liber, o Sancta, tua sunt. Ipsa etiam quæ inter commentandum usurpo verba, et ubi recolo vitæ tuæ primordia, et ubi restauratum a te Carmelum, et ubi affluentiam concessorum tibi cœlitus donorum, haud raro a te sum mutuatus. Quare hoc quod compegi opus, potenti tuo committo patrocínio, ut omnis sanctitatis Auctori illud porrigas, et, pro ea qua apud Deum vales gratia, largam obtineas in id benedictionem.

Tuis itaque sub auspiciis sine elucubratus hic liber prodeat, ut Dei Ecclesiæque adaugeatur honos, ut tui ac scriptorum tuorum crescat æstimatio, animarumque hac ratione promoveatur spirituale bonum. Prodeant quoque hæc quæ digessi acta atque conducant ad Excalceatæ insignis Familiæ Carmeliticæ, cujus tu, o Sancta, fœcunda parens fuisti et sapientissima magistra, commendationem; et simul sint in grati animi tesseram ob eximium quo nostram Societatem Jesu perenniter prosecuta es amorem, præclaraque ob encomia quibus eam ultis librorum tuorum locis condecoras. Quare, te deprecante, faxit Dei ter Optimi Maximi benignitas ut hocce meo conatu id quod vivens prompsisti votum, magis magisque compleatur, nempe ut Societatis Jesu Ordo cum Ordine Matris Jesu (sic enim tuum Carmelum nuncupare gestiebas) nullo non tempore sit conjunctissimus, utque eo pacto, quos nominis tenet similitudo, Teresia a Jesu cum Societate Jesu indefesso nisu simul certent, ut *unanimis uno ore honorificemus*, mortalesque omnes honorificent, *Deum ac Patrem Domini nostri Jesu Christi* (ad Rom. XV, 6).

Devotus tibi cliens

AUCTOR.

INDEX

PARAGRAPHORUM ET CAPITUM.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

I. Sanctæ biographi, aliique scribendæ ejus Vitæ fontes	1	Sanctam studium. Deus illam per visiones roborat	88
II. Ejus genus, proavi, parentes, fratres ac sorores	5	XIX. Turbæ Abulenses componuntur. Sancta ad suum monasterium redit : Bullam apostolicam Pii PP. IV accipit	92
III. Particularia quædam de Sanctæ fratribus, sororibus aliisque cognatis	9	XX. Primas moniales suas ad sanctimoniam et animarum zelum informat : librum componit de Via perfectionis	95
IV. Sanctæ nativitas et vitæ exordia	15	XXI. A. R. P. Rubeo, Generali Ord. Carm., facultatem impetrat plura virginum et duo virorum suæ Reformationis monasteria erigendi	98
V. Renascitur in S. Virgine inclinatio ad statum religiosum, atque hunc ingreditur	20	XXII. It Methymnam Campestrem, ubi alterum fundat virginum monasterium	102
VI. Sanctæ novitiatus et professio. Aëgra rus abducitur et sacerdotem convertit : magis aëgra ad monasterium reportatur, ac demum ope S. Josephi sanatur	24	XXIII. Erigit tertium monialibus suis cœnobium Malagone : scholam puellarum ibidem creandam curat. Librum Vitæ suæ mittit ad Ven. Joannem de Avila. Vallisoleti initium dat quarto suo monasterio	105
VII. Quid Sanctæ evenerit a recuperata miraculose sanitate usque ad pleniorē ejus ad Deum conversionem, sive ab anno 1539 ad annum 1555. Plurium rerum, pro illo temporis spatio, figitur chronologia	30	XXIV. Cœnobii virorum Durvelensis, S. Teresiæ curis comparati, initia ponunt S. Joannes a Cruce et P. Antonius a Jesu. Idem cœnobium postea Manceram transfertur	108
VIII. Toto eo tempore peccata ejus gravia non fuerunt. Qua ratione omnes virtutis obices generose tandem superavit	35	XXV. Ad quintum virginum suarum monasterium Toleti stabiliendum, Sancta amplius annum cum omnimodis difficultatibus luctatur : demum victrix inde abit	111
IX. Ex aspectu piæ imaginis propositum vitæ perfectionis concipit : sublimibus Dei donis in oratione cumulat : confessorium e Societate Jesu eligit	39	XXVI. Pastranæ, post tres menses paciscendo et patiēdo transactos, secundum virorum et sextum monialium cœnobium excitat. Inchoatur cum visitatoris apostolici venia collegium Carm. Exc. Complutense	117
X. A novo conscientie arbitro mire in virtutum studio promovetur. Agit cum S. Francisco de Borgia, qui ejus spiritum approbat. Valedicit ex integro humanis amicitias : timore dæmonum una Salvatoris locutione liberatur	45	XXVII. Martyrium Ven. P. Ignatii de Azevedo et aliorum e Societate Jesu, a S. Teresia in visione conspectum. Iter Sanctæ Salmanticense	121
XI. P. Balthasare Alvarez confessorio uti incipit. Sæpe Christi alloquio et visionibus fruatur. Premitur anxietatibus et hominum oblocutionibus	49	XXVIII. Fundatio septimi virginum monasterii Salmanticæ : quam operosa hæc Sanctæ fuerit	124
XII. Varia confessoriorum de S. Teresiæ spiritu judicia, occasione illius qui contumelioso gestu apparitionem abigere jussit	56	XXIX. Octavum erigit Albæ Tormesiæ monialium suarum cœnobium. Inde redit Salmanticam, ubi duas ægrotas sanat. Præficatur monasterio Incarnationis Abulensi	126
XIII. Videt Sancta adamantes in cruce sua, et Angelum qui cor ejus transfodit. Votum nuncupat faciendi semper quæ Deo gratiora videntur	62	XXX. Utiles Sanctæ in Incarnationis monasterio labores; raptus; mystica cum Christo sponsalia; visio de nece P. Martini Gutierrez S. J.; epistolæ memorabiles	130
XIV. Visitur et solamen accipit a S. Petro de Alcantara. Magnas patitur corporis animique angustias : Dei benignitatem et dæmonis rabiem multifariam experitur : egregios facit in humilitate progressus	66	XXXI. Carmelitæ Excalceati quatuor domicilia acquirunt in Andalusia. Sancta Salmanticam mittitur; ubi Fundationes suas describere incipit	134
XV. Ex visione inferni nascitur in animo Sanctæ Ordinis sui reformandi consilium; quod ipsa, probantibus piis sanctisque viris, in opus deducere incipit	72	XXXII. P. Hieronymi Gratiani ad Carmeli Ordinem vocatio, et primi ejus labores. Dissidiorum inter Calceatos et Excalceatos initia	137
XVI. Cœptum opus, impedita Teresia, promovet P. Petrus Ibañez Ord. Præd. : ipsa Sancta eidem rursus allaborans, cœlicis visionibus animatur. Frater ejus pecuniam, operam soror et sororius conferunt. Mittitur Toletum	77	XXXIII. Fundat Sancta nonum virginum suarum monasterium Segoviæ; Pastranense vero dissolvit. Donis supernaturalibus Segoviæ claret. Inde Abulam revertitur	140
XVII. Toleti agit cum viro insigni Ordinis Prædicatorum : quædam futura prænoscit : nullos monasterio suo reditus admittere statuit. Abulam redit; quo ei afferuntur litteræ apostolicæ	82	XXXIV. Sancta, prioratu suo in Incarnationis cœnobio abiens, a monialibus S. Josephi in priorissam eligitur. Varia instituit itinera. Decimum virginum suarum cœnobium fundat Veasi	145
XVIII. Fundatio Abulensis monasterii S. Josephi : internum Sanctæ certamen : contradictiones externe : P. Dominici Baez Ord. Præd. erga		XXXV. Fundatio cœnobii virorum Almodovarensis. P. Hieronymi Gratiani cum S. Teresia primus congressus. Undecimum virginum monasterium Hispalia Sancta erectum	146

INDEX.

XXXVI. Capituli generalis Ord. Carm. Placentiæ celebrati decreta adversus Excalceatos. De his decretis, necnon de R. P. Rubei, Generalis Carmelitarum, agendi ratione, quale judicium ferendum sit	150	LVI. Beatificatio promota atque obtenta	240
XXXVII. Visitatio provinciæ Ord. Carm. Andalusie, a P. Gratiano jussu Nuntii apostolici instituta. Decretum capituli generalis Placentini adversus S. Teresiam : hujus ad R. P. Rubicum litteræ	156	LXVII. Promota item canonizatio, ac tandem impleta	245
XXXVIII. Caravacæ duodecim virginum Teresianarum, Sancta non præsentem, inchoatur monasterium. Ipsa Hispali novam monialibus suis domum parat	160	LXVIII. Auditorum Rotæ facta Paulo PP. V Relatio prima : de miraculis in genere : de tribus miraculis in vita Servæ Dei Teresiæ, deque aliis in ejus obitu	250
XXXIX. Secessus Sanctæ in monasterium suum Toletanum. Capitulum Carmelitarum Excalceatorum Almodovarensis, et alia quædam Reformationis Teresianæ negotia	165	LIX. Continuatio Relationis primæ : de duodecim miraculis post S. Teresiæ mortem	256
XL. Augel Sancta Foundationum suarum librum. Maternam de Reformatione sua sollicitudinem pluribus epistolis scribendis exerit. Succedit novus in demortui locum Nuntius apostolicus	170	LX. Relatio altera : de processibus informativis, remissorialibus et compulsorialibus, deque vita B. Teresiæ et sanctitate ejus in genere	267
XLI. Litteras dat Sancta ad regem de sparsis in P. Gratianum calumniis, ac non diu post de sævitia PP. Calceatorum in S. Joannem a Cruce ejusque socium et moniales cœnobii Incarnationis Abulensis. Scribit Castellum animæ. Controversiam quamdam cum provinciali S. J. amice componit	178	LXI. De sanctitate vitæ B. Teresiæ in specie. De virtutibus ejus theologalibus	273
XLII. Philippi Segæ, Nuntii apostolici, adversus Carmelitas Excalceatos gesta. Alterum horum capitulum Almodovarensis, Consolatoria S. Matris ad moniales Hispalenses, misere vexatas, epistola	185	LXII. De ejus virtutibus cardinalibus, et circa solemniam Religionis vota	279
XLIII. Lætior, mutata Nuntii apostolici mente, rerum Carmeli Teresiani facies. Sanctæ visio, et monita divinitus ei significata. Varia ejus itinera, ac duo miracula	191	LXIII. De cæteris virtutibus illius	285
XLIV. Fundat Sancta decimum tertium monialium suarum cœnobium Villanovæ de la Xara. Inde Toletum se confert	197	LXIV. De divinis ejus donis in oratione; de gratiis gratis datis; de donis S. Spiritus; deque fama sanctitatis ejus tam in vita quam post mortem	290
XLV. Abit Abulam, Segoviam, Methymnam Campestrem et Vallisoletum. Litteræ apostolicæ pro Carmelitarum Excalceatorum a Calceatis separatione in Hispaniam afferuntur	201	LXV. Oratio J. B. Millini, consistorialis aulæ advocati, coram Gregorio PP. XV, 1 Februarii MDCXXII; et Summi Pontificis responsio per secretarium domesticum J. Ciampoli	296
XLVI. Sancta Palentiam proficiscitur, ubi decimum quartum Excalceatarum suarum monasterium erigit	205	LXVI. Vota Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum canonizationem B. Teresiæ a Gregorio PP. XV efflagitantium, in consistorio semipublico xxiii Februarii MDCXXII	300
XLVII. Capitulum Carmelitarum Excalceatorum Complutense. Eorum a Calceatis separatio. S. Teresiæ de hac separatione gaudium	209	LXVII. Brevis Relatio cæremoniæ in solemnem canonizationem SS. Isidori, Ignatii, Francisci Xaverii, Teresiæ a Jesu et Philippi Neri	305
XLVIII. Decimo quinto virginum suarum cœnobio Sancta initium dat Soror; unde Abulam profecta, a monialibus primi cœnobii a se fundati in priorissam eligitur	211	LXVIII. Bulla canonizationis S. Teresiæ	309
XLIX. Carmelitarum Excalceatorum in Lusitaniam ingressus. Fundatio decimi sexti virginum Teresianarum monasterii, Granatæ a Ven. Anna a Jesu effecta	215	LXIX. Visitatio corporis S. Matris anno 1616	313
L. Sancta, decimum septimum monialium suarum cœnobium fundatura, Burgos se confert; ubi non exigua offendit obstacula	219	LXX. Visitatio alia anno 1750	315
LI. Remotis non ita facile obstaculis, demum fundationem suam Burgensem perficit	224	LXXI. Postremum corporis examen anno 1760	318
LII. Ultima S. Teresiæ itinera, extrema ejus ægritudo ac felicissimus ad cœlum transitus	229	LXXII. De conservatione, cultu, miraculis cordis S. Teresiæ, et de Officio transverberationis ejus	321
LIII. Corporis S. Teresiæ forma, ejusque effigies. Exequiæ ac sepultura	233	LXXIII. De S. Teresiæ manu et brachio sinistro, de digitis manus ejus dextræ, de pede item dextro, deque aliis minoribus ejus Reliquiis	325
LIV. De statu corporis S. Teresiæ a morte ejus usque ad annum 1591	235	LXXIV. De scriptis S. Teresiæ in genere; de libris ejus deperditis aut falso ei attributis, ac de Sanctæ autographiis	330
LV. Item ab anno 1591 usque ad ejus beatificationem anno 1614	238	LXXV. De editis S. Teresiæ libris, deque versis in varias linguas	335
		LXXVI. De libris S. Teresiæ singillatim, ac primo de Vita ejus deque additionibus ad Vitam, ac etiam de tribus quas scripsit brevioribus vitæ suæ Relationibus	339
		LXXVII. De cæteris Sanctæ scriptis, præter Epistolas ejus	344
		LXXVIII. De Epistolis S. Teresiæ	349
		LXXIX. De S. Teresiæ modo scribendi	353
		LXXX. Quæritur cœlitusne adjuta S. Mater fuerit in scribendis libris. Gravissima testimonia de auctoritate librorum et doctrinæ ejus	356
		LXXXI. S. Teresia inter Ecclesiæ universalis Doctores locari non potest. De utilitate legendorum ejus Operum	360
		LXXXII. Corrupti alicubi S. Teresiæ libri in iis quæ spectant ad Societatem Jesu. Omissa olim genuina quædam loca : nuper scripta ejus perfide interpretata, et spuria quædam ipsi supposita	363
		LXXXIII. Prophetia de Societatis Jesu excidio, S. Teresiæ afflicta, falsa esse demonstratur. Tres genuinæ aliæ Ordini S. Dominici applicandæ videntur	368
		LXXXIV. In epistola quinquagesima tomi quarti Sancta	

INDEX

Sancta non invehitur in Societatem Jesu	372
LXXXV. Reprehenduntur plura in editionibus hactenus factis tertii et quarti tomi Epistolarum, speciatim quoad Societatem Jesu et quoad P. Hieronymum Gratianum	376
LXXXVI. Graves contra Societatem Jesu vulgatissima pastoralis Instructione archiepiscopi Burgen-sis anni 1769 contentæ calumniæ refelluntur ex ipsius polissimum S. Teresiæ testimoniis	379
LXXXVII. S. Teresia composuit monialium suarum Constitutiones	384
LXXXVIII. Quid S. Mater senserit circa delectum et copiam confessoriorum pro monialibus suis, et num sententiam suam hac super re aliquando mutarit	390
LXXXIX. Prosecutio ejusdem materiæ: ubi solvuntur objectiones pro contraria opinione allatæ	394
XC. An et quousque S. Mater cupiverit filiarum suarum cœnobita a reformatis Carmeli Fratribus gubernari, illasque ab his in spiritualibus dirigi	399
XCI. Ecstases, raptus, visiones, revelationes in S. Teresia a Dei spiritu profecta sunt	402
XCH. Refutantur varia adversariorum argumenta	405
XCH. Vapulat Ludovicus Antonius Muratori, in italico suo opere de viribus humanæ phantasie c. ix, inepte S. Teresiæ visiones imaginationi attribuens	408
XCIV. Perperam aliqui S. Teresiæ ecstases magnetismo animali adscribunt. De magnetismi hujus existentia et natura controvertitur inter scriptores	415
XCV. Admissis licet magnetismi animalis phænomenis etiam mirandis, demonstratur nulla esse analogia Teresianas inter et magneticas ecstases	422
XCVI. Demum neque hysteriæ aut catalepsi S. Teresiæ ecstases adscribi possunt	428

VITA MATRIS TERESIÆ,

AUCTORE P. FRANCISCO RIBERA S. J.

Ex prima editione Salmanticensi anni 1590, secundum versionem Coloniensem Mathiæ Martinez anni 1620.

Summa quinque librorum.

I. Teresiæ primordia ad foundationem Abulæ.	
II. Sequentes foundationes usque ad Albanam.	
III. Reliquæ foundationes. Ejus obitus.	
IV. Dona illius naturalia et supernaturalia.	
V. De Teresiæ corpore. Miracula per eam patrata.	
Lib. I. Prologus. Quem afferant fructum Vitæ Sanctorum, et quod hujus sit libri argumentum	431
I. De visionibus ac revelationibus quæ multis Sanctis aliisque Dei servis contigerunt	434
II. Prosecutio ejusdem materiæ: quid de visionibus S. Teresiæ censendum sit	439
III. S. Teresiæ nativitas, pueritia, adolescentia et in Ordinem Carmelitanum ingressus	448
IV. Initia vitæ monasticæ S. Teresiæ: culpæ ab ea commissæ; quas non graves fuisse ostenditur	453
V. Sanctæ ad meliora conversio, et magni in via spirituali progressus	457
VI. Præclara Teresiæ in re difficili obedientia; insignes ei oblatae visiones; colloquia cum S. Petro de Alcantara; tentationes variæ	461

VII. Propositum fundandi Abulæ monasterii in honorem S. Josephi, non sine remoris in opus deduci cœptum	465
VIII. Fundatio primi monasterii virginum Carmelitarum Excalceatarum	469
Lib. II. Prologus. De delectu in admittendis inter Carmelitanas Excalceatas feminis habendo	474
I. Scopus S. Teresiæ in fundandis monasteriis; Constitutionum ab ea conditarum summa	475
II. Turbæ ob fundatum a Teresia monasterium Abulæ coortæ, sed feliciter demum sedatæ	480
III. Adventus Generalis Carmelitarum in Hispaniam; facultas fundandi plura monasteria ab eo Teresiæ concessa. Iter Sanctæ Methynnæ Campestrem	484
IV. Fundatio cœnobii virginum Methymnensis	489
V. Foundationes Malagonensis et Vallisoletana	492
VI. Fundatio Toletana	495
VII. Foundationes Pastranensis et Salmantina	500
VIII. Fundatio Albana. S. Teresiæ iter agendi ratio	504
Lib. III. Prologus. De excellentia Constitutionum Teresianarum earumque conservatione	507
I. Prioratus cœnobii Incarnationis Abulensis Sanctæ commissus. Fundatio Segoviensis	508
II. Fundatio Veasensis. Virorum Carmeli Teresiani initia	513
III. Fundatio Hispalensis	517
IV. Fundatio Caravacensis. Dissidia Calceatos inter et Excalceatos Carmelitas, eorumque exitus. Fundatio Villanovana	521
V. Foundationes Palentina, Soriensis et Granatensis	526
VI. Fundatio Burgensis	529
VII. Extrema ægrotatio, mors et sepultura S. Teresiæ	533
Lib. IV. Prologus. Quo selectu quantaque cautela in admittendis novitiis opus sit	537
I. Naturales S. Teresiæ dotes, et sublimis illius oratio	543
II. Varii orationis supernaturalis modi, et rerum celestium Teresiæ data cognitio	547
III. Propheticus S. Teresiæ spiritus, et libri ab ea conscripti	552
IV. Examina de spiritu ejus instituta, ejusque circa orationem monita	557
V. Ejus fides, spes et in Deum caritas	564
VI. Caritas erga proximum	569
VII. Pietas erga SS. Eucharistiam et erga Sanctos	572
VIII. Fiducia in Deum, animi generositas, humilitas et mortificatio	576
IX. Tolerantia et patiendi amor	581
X. Austeritas vitæ, paupertas et liberalitas	584
XI. Obedientia, potentia in verbis et gratia sanitatum	587
XII. Gratus animus, prudentia et spirituum discretio	591
XIII. S. Teresiæ de rebus animi sui relationes scriptæ ad quosdam de confessoribus suis	596
Lib. V. Prologus. Cur auctor latius de Sanctæ virtutibus egerit	602
I. Corporis S. Teresiæ translationes	603
II. Status brachii et corporis S. Teresiæ. Plures illius a morte apparitiones	606
III. Miracula per corporis ejus Reliquias et pannos sanguine ejus tinctos	609
IV. Miracula per vestes ejus	612
V. Miracula per ejus imagines et epistolam, item ad ejus invocationem	615

TESTIMONIA

INDEX.

TESTIMONIA		
De S. Teresia collecta a Didaco Yepes et in latinum translata a Mathia Martinez	617	II. Antverpia patrocínio S. Teresiæ, simul et precibus Annæ a S. Bartholomæo, miraculose liberatur
I. De sanctitate et perfectione S. Matris Teresiæ favens semper omnium sententia	620	643
II. Testimonia virorum gravium et doctorum qui ejus spiritum approbarunt	620	III. Specialia aliquot miracula selecta
III. Testimonia item virorum sanctorum	625	647
IV. Testimonia quæ de S. Matre jam mortua data sunt	628	
MONITA		CAPUT II.
A Sancta monialibus suis tradita	632	<i>Gloria posthuma ex cultu.</i>
COMPENDIUM		I. De Indulgentiis, Officio et Missa in S. Teresiæ honorem concessis
Chronologicum rerum Teresianarum	636	652
		II. De reliquo ejus cultu, et speciatim de tutelari regni Hispaniæ patrocínio
		655
GLORIA POSTHUMA		CAPUT III.
R. MULTIS QUA MANUSCRIPTIS QUA TYPO EDITIS DOCUMENTIS.		<i>Gloria posthuma ex reformato Ordine.</i>
CAPUT I.		I. Celeriter ac late propagata sacra Teresiæ Familia
<i>Gloria posthuma ex miraculis.</i>		659
I. Miracula S. Teresiæ multa et magna : e quibus primum ea quæ Yepes refert, sed quæ Ribera non habet, succincte referuntur	637	II. In Ordinem cooptata multa membra insignia natalibus, scientia ac virtute
		662
		III. Inclyta virtutis specimina nuperis temporibus a sequiori Carmeli sexu edita in Belgio, Gallia et Hispania
		654
		IV. Conspectus provinciarum ac domiciliorum utriusque Congregationis Ordinis Carm. Exc., quæ erecta fuerunt a tempore S. Teresiæ usque ad nuperas rerum subversiones
		668

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS SOCIETATIS JESU BELGICÆ.

Cum tres theologi Societatis nostræ legerint edique posse censuerint Acta S. Teresiæ a Jesu, Commentario et Observationibus illustrata a JOSEPHO VANDERMOERE, Societatis ejusdem presbytero theologo; ego infra scriptus Præpositus Provinciæ Belgicæ, potestate mihi facta ab adm. R. P. N. Præposito Generali Joanne Roothaen, concedo facultatem dicta Acta imprimendi. In quorum fidem hæc, manu propria subscriptas, consuetoque officii sigillo munitas, dedi Gandavi xx Novembris 1845.

ANGELUS MATTRY S. J.

APPROBATIO ORDINARI.

Imprimatur.

Mechliniæ, xxvii Decembris 1845.

J. B. PAUWELS, Vic. Gen.

PROTESTATIO AUCTORIS.

Servatas volens Urbani Papæ VIII Constitutiones, protestor me hocce meo in Acta S. Teresiæ Commentario aliud pondus tribui nolle, quam sit historiæ ab hominibus errori obnoxii scriptæ.

Præstitum est quod lex requirit ne alienis typis hoc opus recudatur.

DE S. TERESIA

DE S. TERESIA VIRGINE,

CARMELITARUM

STRICTIORIS OBSERVANTIÆ PARENTE,

ABULÆ IN HISPANIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

V. D. M.

§ I. Sanctæ biographi, aliique scribendæ ejus vitæ fontes.

B

ANNO
MDLXXXII.
S. Teresia
nacta est prin-
cipales biogra-
phos;

In S. Virgine Teresia, Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo reformati Conditrice, eximium prorsusque admirandum cum animi dotum rerumque gestarum et scriptarum, tum virtutum et omnigenæ sanctimonie præberi complexum, orbi universo notissimum est; ut adeo hanc omnium pene linguis celebratam fuisse mirum videri nemini debeat. Longum sane foret singulos recensere qui ejus facta virtutesque persecuti sunt; siquidem hactenus vix ullus in album Sanctorum existat relatus qui tot ac tam præclaros nactus fuerit vitæ suæ scriptores. Satis habuero ex illis præcipuos commemorare, rerum abs S. Virgine gestarum notitia, antiquitate et auctoritate commendatissimos. Hi enim sunt ad instar fontium e quibus posteriores ceu rivuli quidam dimanaverunt, et e quibus potissimum, præscripta ab initio bollandiani operis norma, pleniore haustu ego quoque saturabor, aditurus tum dumtaxat juniores S. Virginis biographos, cum fuerit disceptandum explicandave gloria Sanctæ posthuma.

inter quos,
præter San-
ctam quæ plu-
ra de se ipsa
scripsit,

C

2 Atque imprimis quidem ipsamet S. Teresia, quæ jussu moderatorum conscientie suæ vitam suam hispanice scripsit, agmen ducere posset, si liber cui posterius Vitam inscripserunt, Vita recte diceretur. Sed annum illie 1562 non excedens, et proin 20 postremos vitæ suæ annos non attingens, Sancta non tantum nullum fere ordinem chronologicum servat, nulliusque, si demas S. Franciscum Borgiam et S. Petrum de Alcantara, ex iis viris citat nomen qui sibi consultores, hortatores et adjuutores fuerunt in extruendo utroque fastigioso edificio et propriæ sanctitatis et reformati Ordinis Carmeliticæ. Adhæc S. Virgo inibi magis dona sibi divinitus communicata quam virtutes suas rerumque a se gestarum seriem enarrat. Neque aliud ei erat in mandatis, ut ipsa dicit e. xxvii, n. 6 Vitæ suæ: Jussa sum scribere modum et viam qua duxit me Dominus. Vitam igitur suam internam et supernaturalem magis pandit quam narrat actiones suas mere humanas. Equidem, cum spiritualis vita eminenter vita dici possit, quia actiones spectat hominis a Deo moti et ducti, hanc quoque vitam referam, sed compendia, eo quod supernaturalis vivendi ratio superat captum et gustum majoris partis lectorum.

præferimus
Riberam

3 Verum quidem est quod, præter Abulensis primi sui monasterii annexam Vitæ suæ foundationem, 17 aliorum, 2 scilicet virorum, et monialium 15, fun-

dationes describens, pretiosam ex qua vita sua componatur, materiam suppeditet, sed incoherentem struem magis quam structum ordinem. Quapropter ex his Foundationibus ea desumam quæ ad pangendam historiam faciunt, una cum excerptis e reliquis B. Virginis operibus, ac præ cæteris ex 329 ejus editis epistolis, epistolarumque 87 fragmentis; quæ omnia Commentario prævio verbotenus, quantum fieri poterit, toties interseram quoties ea non retulerit P. Franciscus Ribera S. J. in vita hispanica quam de S. Teresia Salmanticæ anno 1590 edidit. Hujus enim teretem non minus quam fidelem plerumque versionem latinam, quam Matthias Martinez Colonia anno 1620 vulgavit, præ cæteris dandam selegi, posteaquam eam iterum accurate contulero cum prototypa hispanica editione, quam e bibliotheca Universitatis Lovaniensis humanissime mutuo præbitam præ oculis prius habui, et dein Madrito dono accepi. Eandem quoque a prædecessore meo, P. Jacobo Bueo, selectam fuisse novi ex unico, et nequidem integro, superstite de S. Teresia folio. Longa itaque hæc de S. Teresia texenda proprio Marte elucubratio prima sunt stipendia quæ recens redivivæ hagiographiæ adscripto mihi sunt merenda, opitulante, ut confido et deprecor, gratia Salvatoris nostri Jesu Christi, qui est benedictus Deus in sæcula, et cui Regi sæculorum immortalis et invisibilis, soli Deo, sit honor et gloria.

4 Neque sine causa a Bueo prælatus est Yepesio, P. Joanni a Jesu Maria cæterisque S. Teresiæ biographis P. Franciscus Ribera S. J., sacre Theologiæ Doctor. Scripsit enim ante alios, et vir fuit ingenio excellenti, judicio acri, tenaci memoria, SS. Patrum lectione atque observatione instructus, qui exquisitæ suæ eruditionis specimina edidit quinque libris de templo et iis quæ ad templum pertinent, ac Commentariis in S. Euangelium secundum Joannem, in Epistolam ad Hebræos, in Apocalypsin S. Joannis, ac præcipue in duodecim Prophetas minores. Postremi hi commentarii pluries recusati fuerunt Romæ, Colonia et Duaci. Ob præstantem suam eruditionem dignus fuit Ribera qui a Societate Jesu, anno 1586 Romæ adunata, deputaretur cum undecim aliis ad formulam Rationis studiorum S. J. conficiendam (Instit. S. J. Congr. iv, Decr. 31), et ut a Benedicto XIV (de Synod. l. xiii, c. xi, n. 7) appellaretur gravissimus S. J. theologus. Atque in ipsa quoque

ob eminentes
viri doctos, do-
ctrinam scili-
cet,

1 Hispania,

AUCTORE
V. D. M.

A Hispania, optimorum cum theologorum tum S. Scripturæ interpretum sæculis XVI et XVII tam ferace, habitus fuit præcellens et interpres et theologus (vide Memorialia Trivoltiana, anno 1719, pag. 19 bis, et an. 1721, p. 880).

sanctitatem
vel æt miracu-
la usque,

5 Tantæ insuper erat Ribera pietatis in Deum et celestibus donis adeo cumulatus, ut vivus et mortuus miraculis inclaruisse perhibeatur. Narrat scilicet inter alia Ven. Ludovicus de Ponte in vita P. Balthasaris Alvarez, c. XXXI, Riberam aliquando in concione visum fuisse radiante vultu et a Christo sibi adstante inspiratum: quod etiam P. Phil. Alegambe in Biblioth. Script. Soc. Jesu, art. Francisco Ribera, repetit. Nec tamen, ut recte monet P. Fredericus a S. Antonio (Introduct. ad Vitam S. Teresiae, p. XLI, edit. Rom. 1837), adstipulandum videtur P. Josepho Tournemine (Præf. ad Comm. Menochii) et P. Nathanaeli Sotuel (Contin. Bibl. Script. S. J.) asserentibus ab ipsa S. Teresia hæc Riberae prodigia visa et audita esse, ut nec P. Matthæ Tanner, qui in libro Societas Jesu Apostolorum imitatrix (p. 350) tabula æri incisa idem exhibet. Ratio dubitandi est quod P. de Ponte, reliquis allatis scriptoribus anterior et fons cæterorum, celestem hanc Riberae illustrationem referens, nomen taceat matronæ cui communicata ea visio fuit; quod sane non celasset, si potuisset prodigium id ex Teresiae nomine et auctoritate nobilitare et confirmare, eo magis quod hoc libro sæpe memoret S. Teresiam. Verum præterea ratio, non jam dubitandi, sed et pernegandi est quod P. de Ponte dicat Riberam ab illa ipsa matrona, quæ hanc visionem habuit, tertia a morte sua die visum fuisse gloria celesti perfruente. Atqui hoc S. Teresiae minime quadrat, quæ nono ante Riberam anno vita cessit.

industriam,

6 Porro diligens non minus quam pius et doctus scriptor Ribera fuit: oratione studium adjuvabat consecrabatque, lumen identidem a Deo exposcens accurata prece, et, si quid difficilioris nodi incurreret, addens interdum jejuniū et asperam corporis vexationem. Valebat itaque, qui iis dotibus eaque solertia instructus erat, recta ac critica historiam scribendi ratione, quidquid contradicant D. Boucher (præf. p. v) ac DD. Collombet et Grégoire (præf. p. XVII), cum arguentes non sat exquisita scriptoris et minoris critices. Neutrum enim nequimus admittere, nisi forte, quod critice attinet, respiciatur ad caput I libri I, ubi Ribera, revelationes Sanctorum ex antiquis pluribus scriptoribus prolixè sanciens, nonnulla allegat quæ respuunt exercita magis hodie crisis. Cæterum, hoc dempto capite, in tota S. Teresiae vita, ut Lyrici effato utar, lecta potenter ei est res, nec facundia deserit hunc nec lucidus ordo.

ut sincerita-
tem.

7 Demum ad litterarum culturam, ad iudicii perspicacitatem rerumque spiritualium experientiam binas eas adjunctas habebat dotes quibus instructo historiographo plena conciliari debet fides: nempe perspectam rerum quas narrat notitiam ut possit dicere verum, atque ingenuam sinceritatem et candorem ut velit. Ipsum enim in narratis non fuisse falsum constat ex eo, quod, familiariter cum S. Matre conversatus, rerum illius plurimarum conscius fuit, cæterasque diligenter et diu ante inquisivit quam eas, quinto dumtaxat ab ejus morte anno, in litteras misit; quin imo quod ejus confessionibus aliquando præfuit, uti videre est tum in Bibliotheca scriptorum Societatis Jesu, tum in Bibliotheca Hispana nova Nicolai Antonii. Quantopere vero a fallendis aliis abfuerit, testatur ipse in Prologo ita scribens: Cum quilibet qui Deum glorificare mirabilem, quæ Sanctorum suorum opera edere dignatus est, commemoratione desiderat, id ipsum mentiando fingendo haudquaquam facere possit; deinde cum natura

ipse detester omne id quod commentitium esse novi, atque a viro sapiente alienissimum eoque indignissimum censeam dubia pro veris obtrudere; quidquid non certissimum erit, omittam; quæque dicturus sum, cum veritate ipsa usquequaque constabunt. Atque hanc ob causam personarum singulatim nomina adscribo, et ad minutias sæpe descendendo; liquido ut constet qua in veritatem reique certitudinem diligentia, in iis etiam quæ exigui ponderis alioquin videbantur, inquisierim. Hinc fixos semper in narrationis veritatem oculos habebam, quæ ab ipsis etiam ethnicis scriptoribus prima et potissima esse historiae pars semper fuit iudicata.

8 Editum illud Riberae opus inclyti idoneique testes magnis encomiis dilaudarunt. De quo imprimis Didacus Yepes in Proæmio ad alteram S. Teresiae vitam, quam et ipse, nova miracula amplioraque argumenta consecutus, conscripsit, loquentem audi: Præ cæteris S. Matris Teresiae a Jesu sanctimoniam divulgat et celebrat doctissimus Pater et Doctor Franciscus Ribera, qui cum magno omnium plausu in duodecim Prophetas minores, S. Pauli ad Hebræos Epistolam et Apocalypsin S. Joannis Commentarium edidit; cumque aliis magni momenti rebus occuparetur, tanto tamen devotionis affectu et æstimatione erga admirabilem S. Matris sanctimoniam et virtutes motus est, ut, nullo alio certe sibi scopo præfixo quam unica Dei gloria, utque tanta sanctitas illius in Ecclesia innotesceret, et ut ob particulares quasdam gratias, quas ejus intercessione a Domino ipse receperat, gratum illi se exhiberet (quod ipsemet fatetur), ut, inquam, jam senior et annis gravis de illius vita et miraculis integrum librum conscripserit: in quo, licet tam alta et heroica de sancta hac Virgine referat, semper tamen pauciora quam rei dignitas exigit atque infra ejus dignitatem se loqui existimat. Ut vero major scripto illius accedat auctoritas, tametsi ipsa scribentis auctoritas per se sufficeret, quod magnæ vir sit religionis et virtutum plurimarum; ipse in testimonio quod dat in informatione quæ de ejus canonizatione facta est, sub jurisjurandi sacramento confirmat quidquid a se libro illo descriptum est, verissimum esse. Quin imo quæcumque scripsit, serio et accurate inquisivit, omniaque quam potuit fidelissime scripto commisit; ut unicum hoc ejus testimonium ad tam singulari et admirabili virtuti fidem adiungendam sufficiat. Non minus luculento, licet compendiosiore, suffragio hoc Riberae opus approbavit Cardinalis Baronius, italica ejus versionis subscribens has quæ sequuntur voces: Cæsar Card. Baronius. Existimo opus impressione dignissimum et christianæ Religionis proficuum. Neque solum italice pluries illud prodit, sed et latine, gallice, belgice, etc.; atque in optatis mihi est ut denuo copia ejus vulgo fiat, hodiernis id jam politioribus linguis recudendo; siquidem ex iudicio Baronii aliorumque plurimorum, opus id christianæ Religionis maxime est proficuum. Pro exemplo sit versio belgica quam anno 1620, latina vixitum in Belgium Colonia advecta, Archiducissa Isabella Clara Eugenia, Belgii gubernatrix, Trogniesio civi Antverpiensi conficiendam simul et typis edendam commendavit.

ita ut a multis
summam lau-
dem meruerit.

E

F

9 Latius explicemus laudes Riberae, tum ne inepti delectus in reproducendo non exiguo ejus factu habeamur rei, tum ut maculam abstergamus quam nuperi quidam perperam ejus famæ insperserunt. Reliquos jam indigemus fontes ex quibus hausimus. Alter vitæ S. Teresiae scriptor fuit Didacus sive Jacobus Yepes e S. Hieronymi familia religiosus, Philippo II a sacris confessionibus et Episcopus Turiasonensis in Aragonia (non vero Tarraconensis

Alteram San-
ctæ vitæ
scripsit Yepes
præclare ad-
modum.

A in Catalaunia, ut plures itali et galli scripserunt, similitudine patris nominis decepti). Magis quam Ribera in commentationes pias excurrit Yepes, et quarta fere parte, si non res, sed verba spectes, ipso ambiciosior: quare perperam dicitur *T. H. p. 677 Speculi Carmelitani*, Yepesium scripsisse *Vitam compendiosorem*. Isdem ac Ribera dicitur a *D. Boucher* ac a *DD. Collombet et Grégoire* laborare defectibus; sed et hic dissentimus ab eis. Nam sibi nota vir veridicus et cordatus conscripsit, diligens insuper et sanctitate vitae conspicuus. Neque enim cum multis hodiernis præterito ævo illico vertere vitio possumus quod multa et magna miracula proavi nostri admiserint, si ea justis sibi argumentis constabant; at in nostro ævo id potius carpendum ducimus quod in sanctis Dei amicis operationes divini amoris divinaque omnipotentiae non ob aliam causam plures negant quam quia multæ sunt aut valde prodigiosæ, neglectis interea testimoniis hominum perspicacium et veracium, qui eas ex visu aut certo auditu asseverant. Ergo, ut Yepesium non minus rerum quas memorat conscium quam sincerum iudices, ipsum in *Epistola dedicatoria ad Paulum V. P. M. loquentem audi*: Quod vidimus, inquit, quod perspeximus,

B quod, ut cum Apostolo Joanne loquar, manus nostræ de vita et sanctitate Teresiae contrectaverunt, id in hoc opere annuntiamus; reliqua quæ propriis non intuiti sumus oculis propriisve ex ea non audivimus auribus, desumpsimus ex authenticis fideque dignis instrumentis Plus quam 14 annis ei a confessionibus suis, mihiq; animam suam dirigendam tum intra tum extra sacramentale tribunal concedidit. Spirituales thesauros, quos Deus in anima sua deposuerat, reserabat mihi, sperans id et mihi profectui fore. Ac revera, dum vixit in terris, maximos mihi favores conciliavit; et ex quo in cælis regnat, adhuc multo majores. In sua quoque depositione sub juramento facta, non minus docte quam pie et fideliter, ut dicitur in *Actis Beatificationis*, Teresiam ejusque spiritum divinum laudavit et approbavit. Antequam hanc vitam scriberet Yepes, panegyrum Teresiae 1565, id est tertia a morte ejus anno, ad *S. Hermenegildi*, in novo conventu *O. C. Excalceatorum* munificentia *Philippi II Madriti* recens erecto, dixerat coram aula; ac prolata etiam epistola anno 1587 ad *Ludovicum Legionensem* (quomodo *Nicolaus Antonius* aliique cum nominant, licet hispanum ei nomen esset *Luis de Leon*, non a patria *Legione*, *Granatensis* enim erat, sed avito cognomento) data laudes Teresiae prælibaverat. Monasterium quoque monialium *Excalceatarum* in civitate sua episcopali postea fundavit, et voluit in hujus monasterii ecclesia tumulari: quod pro votis suis sibi contigit, defuncto *vii Maji 1613* et præmonito a *S. Teresia* de instanti sua morte, ut narrat *P. Fredericus a S. Antonio* in *vita S. Teresiae italica* (*l. III, c. XVIII*) ex *Chronico tom. III, libr. XI, c. III*. Editæ pluries est hæc *S. Teresiae* vita, ac in plures linguas versa. Prodiit v. g. in *Hispania* annis 1606, 1614, 1615, 1776; *Ulyssipone* anno 1616; *italice*, opera *Julii Cæs. Braccini*, annis 1623, 1628, etc., ac de novo, opera *P. Josephi de Castro S. J.*, sub anagrammate abbatis *Josephi de Trosca*, annis 1730 et 1733; *gallice* ex versione *P. Cypriani a Nativitate* anno 1643; etc., etc.

dam. Opportune autem plures advertunt, minime esse verosimile, ut ille Matris suæ historiam obtulerit Pontifici quæ potuisset falsitatis argui. Porro non est quod hæc vita opella habeatur, quia brevis; sed optime et presse elaborata est, ac summa fulget latini sermonis gratia. Perlegere totum id scriptum dignatus est Pontifex, et sine dubio magni ponderis fuit tanti scriptoris testimonium ad beatificationem *S. Teresiae* accelerandam; nam rerum quas scribebat, optime habebatur conscius, atque adeo doctus erat ut *Card. Bellarminus* in ejus operibus lectitandis sibi complaceret, et ut ab ill. *Bossuet* (in nova quest. tract. 1. c. 15) nominetur summus theologus et summus mysticus; laudatus etiam a *S. Francisco Salesio* in præfatione ad tractatum de *Amore Dei*. Germanice versa fuit hæc vita, et pluries latine recusa. Jam anno 1610 revulgata vulgo dicitur *Bruxellis* typis *Rogerii Velpii*, quam editionem licet querenti mihi non contigit habere obviam. Ast prorsus aliud *Teresianæ* vitæ arctius adhuc compendium penes me habeo, a binis iisdem auctoribus, *PP. Joanne a Jesu Maria* et *Joanne a S. Hieronymo* compositum, et cura *P. Hieronymi Gratiani* apud *Rogesium Velpium* eo quoque anno primis vicibus editum. Hoc opusculum, quod non aliter quam 105 paragraphis dividitur, forte confuderunt cum altero priore romano, quod, quinque libris diremptum, constat capitibus 71. Neutra interim ejus meminit, sive *Bibliotheca Carmelitana*, 2 vol. in-fol. anni 1752, sive *Bibliotheca Ord. Carm. Exc. in-4º* anni 1730, ut nec alii libri de *S. Teresia* agentes quos ego volei. Arbitror manuscriptum hujus libri, priusquam *P. Joannes a Jesu Maria* eum refunderet, ad manus *Gratiani* venisse; atque id edendum curasse *Gratianum* (*Januario 1610*) cum nondum noscebat amplius opusculum romanum. Quamvis autem romanum duplo fere sit latius, plura non habet quæ in illo sunt: quare usui mihi subinde veniet hic libellus, cui titulus est: *Vita et mores, spiritus, zelus et doctrina servæ Dei Theresæ de Jesu; eo magis quod Gratianus, quem diu S. Teresia præ omnibus aliis animæ sequestrum et actionum suarum rectorem habuit, veracem omnino librum testetur esse, in Epistola sua dedicatoria ad Cardinalem Bentivogium ita loquens: Ex conscriptis purissima veritate et fide (editis et ineditis) tractatibus FF. Joannes a Jesu Maria et Joannes a S. Joseph (per mendam credo, nam titulus habet Joannes a S. Hieronymo) Excalceati Theresam nostram in summam quamdam centum et quinque articulis distinctam, ac velut in epitomen eorum quæ fuse per varios libros sparsa sunt, redegerunt. Omnes hos fere libros legi, perque decem annos ipsius Theresæ confessiones audiivi, arcana sui pectoris et secreta spiritus mihi non abscondit; quid egerit et quomodo vixerit, hisce ego oculis vidi, hisce auribus hausi. Compendium ergo istud, cum perquam mihi arriserit, typis idem subicere et communi luce sub tua protectione donare visum fuit.*

11 Demum præclaris his biographis accenseri possent plura alia de *S. Teresia* scripta monumenta; sed potissimum unum dumtaxat alterumve nominare juvat. Nempe *B. Virginis Teresiae* vitæ, virtutum ac morum relationes *SS. Domino Nostro Paulo P. V* per *S. Rotæ* auditores deputatos factæ ad solemnem canonizationem, *Barcinonæ* 1621; item aucto post *Canonizationem* libello, *Parisiis* 1625, et *Viennæ* in *Austria* 1628, sub titulo *Acta Canonizationis*, ac, mutato aliquantum ordine, *Antverpiæ* 1680, *T. H. Speculi Carmelitani*. Cuius Catholico luculenter constat quanti sit ponderis iudicium sacri illius *Tribunalis*, ac jure dicit *Gravina Cath. præscript.*

T. IV.

AUCTORE
V. D. M.

D

E

F

Alii præterea
fontes sunt,
quos adibo;

ut et tertiam
P. Joannes a
Jesu Maria,
cujus duplex
Teresianæ vi-
tæ compendi-
um habetur.

10 Tertio cœnit loco *Ven. P. Joannes a Jesu Maria*, *Generalis O. C. Exc. Congregationis italicae*, qui egregium vitæ *S. Teresiae* compendium composuit, adiutrices manus præbente *P. Joanne a S. Hieronymo*, *Procuratore generali Congregationis hispanicae*; et id obtulit *Paulo V.*, anno 1609, eo fine ut eum permoveret ad *S. Teresiam* inter *Beatos* referen-

AUCTORE
V. D. M.

T. IV, p. 333 : Quicumque ergo testes istos graves, multos, districte examinatos in Actis Canonizationis repellit et infirmare nititur eorum testimonium, cum ipsa natura etiam pugnat, omnia tribunalia evertit, hierarchicum ordinem pessumdat, humanumque commercium tollit. Sed praeterea cum auctore praefationis illorum Actorum affirmare non dubitamus : Ajunt rerum Curiae peritiores et Apostolici asseclae, quod, una tantummodo relatione excepta, quae est seraphici Bonaventurae, nulla alia excellentior adhuc visa sit hac quae de seraphica nostra Teresia agit. Multa dein singularia hauriri possunt e primo tomo Annalium O. C. Exc., quos P. Franciscus a S. Maria, S. Teresiae ex avia pronepos, ac quarto tantum anno a Sanctae morte sui Ordinis habitu Salmanticae indutus, conscripsit. Res gestas graviter et accurate ille evoluit; eratque in quaerendo vero tam diligens, ut iurjurandum exigeret ab iis qui, conscii sive actionum sive gratiarum S. Matris, aliquid sibi referebant, bis etiam attente perscrutatus autographa Teresiana quae in Bibliotheca Escoriali assercantur. Hispanice lucem aspexerunt illi Annales sub titulo : Reforma de los Descalzos de nuestra Señora del Carmen, ac translati fuerunt in idioma

B italicum et gallicum, sed, quoad gallicum saltem, multo liberius, neque satis accurate. Quinque alii tomi prodixerunt historiam O. C. Exc. usque ad annum 1657. Supersedeo enumerandis recentioribus scriptoribus qui ad manum mihi sunt. Unus pro multis potuit mihi esse P. Fredericus a S. Antonio, scriptor exactus et eloquens, prudensque rerum indagator, qui Venetiis primum anno 1754 prodit 2 vol. in-4°, dedicatus Benedicto XIV, et quem Romae anno 1837 recusum, defectu prioris editionis usurpo, licet suspicer ex alterius editionis citationibus, quas passim in aliis libris invenio, nonnusquam tacite immutatum. Ivi tamen praeter P. Fredericum, crebro consultum alio : v. g. ad D. Boucher, Vie de S. Thérèse, Paris 1810-1828, 2 vol. in-8°, et ad R. P. Fr. M. de T., i. e. Manuelem seu Emmanuelem de Traggia, La muger grande, vida meditada de S. Teresa de Jesus, Madrid 1807, 3 vol. in-4°; quamquam hunc in paucis secutus sum, utpote solertem magis in promovenda pietate quam in disquirenda veritate.

qui hic eo quo designantur in hisce commentariis modo referuntur.

12 Ergo ad seriem historicam contexendam, supplemdaque ea quae in Ribera desiderantur, multa e posterioribus Ribera Sanctae biographis, praesertim ex Ypesio et e P. Joanne a Jesu Maria, desumpsi praevio huic Commentario intercalanda. Nec tamen necesse duco, unde ea quae extra controversiam sunt, hauserim, continuis auctorum et locorum citationibus indicare. At quotiescumque disceptandum fuerit, invocandaque auctoritas scriptorum quos adhibeo, eorum nomina et loca allego sollicitè et accurate. Interim, ut brevitati consulatur, nec longiore titulo indicandi sexcenties sint libri quos cito, hic pono quomodo eos qui frequentius hocce in Commentario occurrunt, designem. Scilicet : Opera S. Teresiae suis quaque nominibus passim appello, puta Vitam, Fundationes, Viam perfectionis, Castellum animae, etc., ex editione facta Madriti anno 1793, duobus tomis in-4°, quae non differt ab anteriori editione anni 1778.

Latina, quam saepius adduco, eorum operum versio edita fuit Coloniae Agrippinae anno 1626, 2 tom. in-4°; belgica, Gandavi, 1711, 2 tom. in-4°; germanica, Augusta Vindelicorum, 1756, 2 tom. in-4°; gallica, Antverpiae, 1683, 3 tom. in-12°; anglica, loco incerto, 1675, 2 tom. in-4°.

Epistolae S. Teresiae allegantur e quatuor tomis in-4°, qui Madriti cum annotationibus Palafoxii et P. Antonii a S. Josepho hispanice excusi fuerunt eodem tempore ac duo Operum tomi de quibus supra.

Acta canonizationis citantur ex editione Vindobonensi anni 1628.

Ribera ubi adducitur, intellige Vitam S. Teresiae ab ipso conscriptam sub titulo : La vida de la Madre Teresa de Jesus, editam Salmanticae anno 1590, in-4°; cujus latinam versionem, excusam Coloniae Agrippinae anno 1620 in-4°, hic non sine emendationibus recudemus, mutata nonnihil capitum divisione : unde, quoties in hoc Commentario ad quoddam Riberae caput remittimus, quaerendum id erit in nostra editione. Alias S. Teresiae vitas pari ratione per auctorum nomina designabo, nempe :

Yepes, hispanice : Vida, virtudes y milagros de la B. Virgen Teresa de Jesus, Madriti, 1776, 2 tom. in-4°.

Joannes a Jesu Maria, latine : Compendium vitae B. V. Teresiae a Jesu, quod reperire est tomo III operum ejus Florentiae editorum annis 1771, 1772 et 1774, 3 tom. in-folio.

P. Fredericus a S. Antonio, italice : Vita di Santa Teresa di Gesù, Romae, 1837, 4 tom. in-8°.

P. Joannes a S. Ludovico, hispanice : Historia de la vida y muerte... de S. Teresa de Jesus, Valentiae, 1813 et 1814, 2 tom. in-4°.

Villefore, gallice : La vie de S. Thérèse, Parisiis, 1756, 2 tom. in-12°.

Boucher, gallice : Vie de S. Thérèse, Parisiis, 1810 et 1828, 2 tom. in-12°.

Emery, gallice : L'Esprit de S. Thérèse, Lugduni, 1779, in-8°.

Chronicum brevitatis causa voco Historiam generalem seu Annales Ord. Carm. Exc., quibus hispanice titulus est : Reforma de los Descalzos de N. S. del Carm. Primus hujus operis tomus prodit Madriti anno 1644, in-fol.; ac partim, uti jam diximus, in linguam gallicam translatus fuit sub titulo : Histoire générale des Carmes deschaussez, Parisiis, 1655 et 1666, 2 tom. in-fol.

Annus Teresianus, hispanice : Año Teresiano, opus est a P. Antonio a S. Joachim compositum, duodecim constans tomis in-4°, Madriti excusis ab anno 1733 ad 1766.

Bibliotheca Carmelitana, quae Aureliani anno 1752 in lucem data fuit, 2 tom. in-fol., scriptores enumerat utriusque Ordinis Carmelitici, tam Calceatos quam Excalceatos; adeoque ab hac probe distinguenda est sequens.

Bibliotheca Ord. Carm. Exc. seu Bibliotheca scriptorum utriusque congregationis et sexus Carm. Exc. per P. Martialem a S. Joanne Baptista, Burdigalae, 1730, in-4°.

Montoya, presbyter olim Societatis Jesu, post suppressionem ejusdem Societatis italice sub pseudonymo Giacinto Hoyoman (quo anagrammaticè continetur verum ejus nomen Gioachin Montoya) edidit commentarium : L'amore scambievole e non mai interrotto tra S. Teresa e la Compagnia di Gesù, Luca, 1794, 3 tom. in-4°.

13 Nunc itaque in procinctu sto ut Sanctae nostrae Vitam aggrediar, praevio hoc Commentario passim exhibiturus relatu digna quae in Ribera desunt. Illis interserendum duxi quidquid autographa S. Virginis Vita et liber Fundationum ejus historicum habent. Labuisset sane imitari praedecessores meos qui ad xxviii diem Augusti novem priores libros Confessionum S. Augustini Commentariis non inseruerunt, sed apposuerunt : ast in libris Teresianis occurrunt proluxa de modo orandi et contemplandi spiritualia plura documenta, quae, quantumvis egregia et lectu dignissima, instituti mei non sunt, nec e more Majorum ad rationem hujus operis pertinent. Haec proin cum resecta fuerint, scripta Teresia


Dabuntur quoque historica librorum Teresianorum fragmenta.

A *sic in fragmenta abeunt, quae ex ejusdem Martinezii versione qui Riberam latinum fecit, malui suo quaque loco intercalare quam multa ista sine nexu frustra huic Commentario affigere. Sanctam autem quoties citavero, verbotenus excerpta ejus adferam, etiam cum breviter fuerint. Enimvero temerarius ego sim, si in S. Teresiae scriptis aliquid mutare, nedum emendare, praesumam; cum omnia ad amussim exacta ibi sint, nec quidquam profana antiquitas suppetat scitum et nativa simplicitate eloquens magis. Id ausi fuerant quidam, cum libri Sanctae adhuc manuscripti primum circumferebantur. Sed Ludovicus Legionensis, ea anno 1587 edere jussus, in epistola sua dedicatoria ita invehitur in illos: Nimis quam magna fuit audacia mutare quae S. Virgo scripsit, in cujus pectore Deus habitabat, et quam ipsa Divina Majestas (ut quidem verisimile est) haec ut scriberet movebat. Quin et stupor intolerabilis est vel sola ejus verba corrigere velle, etc. Unum doleo, quod primigenia lingua qua scripsit, non detur in hoc opere Teresiam citare. Quippe Sancta nostra ita terse scribit, ut nactu sit verum linguae suae atticismum. Ast de stylo et mascula Sanctae hujus mulieris eloquentia, ut et de adiutorio ei ad scribendum caelitus collato, postea ex professo latius. Exhibeamus modo ea quae conferre possint ad Sanctam illustrandam.*

§ II. S. Teresiae genus, proavi, parentes, fratres ac sorores.

De nobili S. Teresiae genere ex professo tractantur

E *ssae S. Teresiam e nobili genere ortam inter omnes ejus biographos convenit, atque idem e scuto gentilitio ostenditur quod supra ostium domus ejus paternae lapidi insculptum visebatur, et etiamnum visitur tum in superliminaribus sacelli constructi in loco ubi Sancta lucem primum aspexit, tum in fronte ecclesiae eidem sacello coherentis; ea scilicet forma qua illud hic ligno incisum lectori proponimus.*



At vero in demonstranda ejus nobilitatis origine et insignibus explicandis non una est scriptorum sententia: idem de quibusdam majorum nominibus, praesertim maternorum, dicendum est. Prae ceteris consului pro hac tractatione primum tomum *Chronici Carmeli Reformati*, conscriptum a P. Francisco a S. Maria, Sanctae Matris cognato atque comro; itemque lectionem praeviam libri *la Muger grande*, auctore R. P. Fr. M. de T. (id est, ut aliunde accepimus, Emmanuele a S. Thoma Aquinate, e nobili in Aragonia et S. Teresiae, uti ex ipso opere videtur, affini familia Traggia orto). Continet ea lectio praevia satis amplam de stemmate S. Teresiae tractationem, cui conjungitur elucidatio quateriorum novi cujusdam scuti gentilitii, quod auctor, schemate a veteriori norma nonnihil diverso, ordinandum curaverat a D. Emmanuele Medina, armorum regulo Madritensi.

15 Adhibuit autem P. Emmanuel ad hunc laborem non solum Historiam P. Francisci, sed etiam illam tempore priorem P. Hieronymi a S. Josepho, quae, quoniam non placebat domesticis, nunquam scilicet typis dari permissa est (*Biblioth. Hisp. nov.*). Praeterea testatur se vidisse, in Madritensi Excalceatarum monasterio a S. Anna nuncupato, arborem Sanctae genealogicam quam anno 1618 Matri Beatrici a Jesu, ejusdem monasterii priorissae, quae S. Teresiam materteram habuit, descripsit P. Laurentius a Matre Dei, rogatu P. Hieronymi Gratiani: sed hanc arborem patenter mendosam esse affirmat, tum quod nonnulla nomina vitiose recitet, tum etiam quod assignandis S. Teresiae fratribus ac sororibus, quorum numerum supra verum auget, nullam habeat diversi tori rationem. Inspexit etiam Cordubae idem P. Emmanuel arborem genealogicam D. Didaci Antonii de Leon, Atalayuelarum marchionis, cujus uxor D. Maria Teresa de Navarrete y Valdivia inter majores suos numerat Ferdinandum de Ahumada, S. Teresiae fratrem germanum. Astygis quoque vidit arborem genealogicam ill. comitis de Valhermoso, cujus item uxor D. Petronilla de Mendoza Lope de Arila per Ahumadios praesertim cum Sancta genus habet commune. Atque in Cordubensi quidem arbore, praeter agnomina Sanchez, Cepeda, Davila et Ahumada, quae omnia S. Teresiae genitiva fuere, cernuntur, teste P. Emmanuele, nomina Soria, Ximenez, Claros, Coronado, Guerrero de Castro y Almagro, Escudero, Orta, Espinosa de los Monteros, Ruiz de Valdivia, Guzman, Gabaldon y Vera, Traggia, Merlo, etc., quibus, inquit ille, tum per paternam tum per maternam lineam, stirpi S. Teresiae consanguinitate atque affinitate varia copulantur ii quos dixi (nimirum D. Didacus Ant. de Leon et D. Maria Teresa ejus conjux) ac nurus eorum D. Maria de los Dolores, marchionissa Guardia Regalis. In Astygeni autem arbore reperiuntur nomina Pareja, Peralta, Arellano, Tabares, Carabajal, Torres, Zuniga, Ponce de Leon, Castillo y Padilla, Villalon, Narvaes, et marchio Amarillarum, cujus primum est cognomen Ahumada y Giron.

16 Haec equidem postremo loco adducta minime improbavero, ut quae domesticis nobilium harum familiarum fulceantur monumentis; quibus sane uti magnae Matris Teresiae consanguinitas aut affinitas summo decori est, ita quoque sanctitatis ejus memoria ingens ad omnes virtutes incitamentum debet esse. Qua vero a pio ac modestissimo scriptore in decursu operis sui adducuntur vel ex antiquioribus instrumentis vel ex probabilibus ei conjecturis, fateor non omnia aequae mihi visa accipienda: nec plane, si licet hac in re a sententia reguli armorum sive praefecti rei heraldicae decedere, ulla ratione vetustioris scuti quarteria, ut factum est, a suis quoque

AUCTORE
V. D. M.

nostro quidem
tempore P.
Emmanuel a
S. Thoma
Aquinate,

nam vero, et
accuratius, P.
Franciscus a
S. Maria.

AUCTORE
V. D. M.

A locis distracta voluissim. Aperio autem hic meam sententiam eo liberior quod ipse auctor ingenue asseruerit se nequaquam sibi blandiri de inventa ubique veritate; atque, ut eam assequeretur, etiam a ductu PP. Hieronymi ac Francisci supra nominatorum aliquoties recessisse. Porro P. Franciscus de genere S. Teresiae affert satis accurata, ut videtur; praecipue de Cepediis, quorum e stirpe ipsa P. Francisci mater fuit: tum etiam ita concinne atque eleganter, ut gratum fore lectori existimem nonnulla ex ejus enarratione a me ad verbum latine reddi. Quid vero ex aliis auctoribus atque ex voluminibus Epistolarum S. Teresiae interdum amplioris elucidationis causa hauserim, in ipso commentationis quam nunc aggredior, contextu apparebit.

Pater S. Teresiae Alphonsus Sanchez de Cepeda

B 17 S. Teresia, ait de la Rue in ejus Panegyri, in patre alterum habebat Jacob, duodecim filiorum parentem, quos exemplo praebat et monitis dirigebat; in matre mulierem fortem, similem Racheli in pulchritudine, Lia in fecunditate, utrisque in pietate et modestia. Scilicet patrem habuit Alphonsum Sanchez de Cepeda, filium Joannis Sanchez de Toledo et Agnetis de Cepeda. Joanni parentes fuere Alphonsus Sanchez de Toledo et Teresia Sanchez; Agneti autem pater (nam matris nomen ignotum est) Ludovicus de Cepeda, Tordesillanus, eques S. Jacobi. Haec desumpta ex P. Emmanuele; quibus nihil, quod sciam, apud ceteros scriptores contrarium est. Tribuit autem Joanni Sanchez de Toledo et Agneti de Cepeda, praeter patrem S. Teresiae, quinque alios liberos, e quibus duo nominantur a biographis: Franciscus videlicet Alvarez de Cepeda et Petrus Sanchez de Cepeda. Equidem tertium quoque ab ipsa Sancta assignari patruum putem, nomine Rodericum, cum in quadam ad sororem suam Joannam epistola dicat: nuestro tio Ruiz Sanchez (tom. IV, epist. 42, not. 15).

duodecim suscepit liberos et duobus uxori-
bus:

C 18 Porro Alphonsus Sanchez de Cepeda binas nuptias inivit. Prior ei fuit uxor Catharina del Peso y Enao, e qua suscepit filiam Mariam de Cepeda et duos filios, quorum natu major a quibusdam Joannes, ab aliis Hieronymus dicitur, et fors recte diceretur Joannes Hieronymus, ut P. Emmanuel censet; natu vero minorem idem hic scriptor ex P. Hieronymo Petrum appellat, licet alios dicat de ejus nomine ambigere et P. Franciscus (lib. I, c. III, n. 3) absolute scribat ignotum esse. Altera Alphonsi conjux fuit Beatriz Davila y Ahumada, felix S. Teresiae et octo aliarum prolium mater, quarum haec nomina: Ferdinandus, Rodericus, Laurentius, Antonius, Petrus, Hieronymus, Augustinus ac Joanna. Ac Ferdinandum quidem et Rodericum constat ante Sanctam germanam editos fuisse; Joannam vero esse omnium natu postremam.

Catharina del
Peso y Enao
et Beatriz de
Ahumada.

19 De genere ac majoribus Catharinae del Peso y Enao vix quidquam reperi. Dicit P. Joseph a S. Teresia (Chron. Carm. Exc. tom. III, lib. IX, c. XIV, n. 1), nescio quo fundamento, Henaos (sic olim scribebatur) ab Hannonia appellari, unde in Hispaniam migraverint in gratiam Henrici II regis, antea comitis Transmarani (de quo consule historias Hispaniae), circiter medium saeculi decimi quarti. Quod ad Beatricis Davila y Ahumada proavos pertinet, de quorum nobilitate postea sermo erit, eorum seriem ita texit P. Emmanuel: Sanctus Esteban Domingo filiam Mariam Gonzalez nuptui collocavit Vele Nunez: his parentibus natus Ferdinandus Blasquez Nunez, cui filius Joannes Blasquez Davila de Cordovilla. Joannes autem uxorem duxit Beatricem de Ahumada, ex qua natus Matthaeus (quibusdam Joannes, et forsane recte Joannes Matthaeus) Blasquez de Ahumada. Huic Matthaeo ac Teresiae de las Cuevas filia fuit Beatriz, S. Teresiae mater.

20 Pro hac serie penes P. Emmanuelem fides esto: mihi enim fere nemo alius est auctor qui aliquid in hanc rem suppeditet. Solum notabo aviam S. Teresiae maternam a P. Ribera (lib. I, c. III), P. Frederico (in nota ad lib. I, c. XXIX) aliisque, non Teresiam de las Cuevas, sed Joannam de Tapia vocari. Alicubi etiam P. Emmanuel de las Casas pro de las Cuevas scriptum vidit, in arbore autem genealogica Madritensi et Chronico P. Francisci (non designat quo loco) Teresiam de las Cuevas vel de Tapia. Ut vero ostendat pro nomine Teresia de las Cuevas unice standum esse, in hunc modum loquitur: Joannes Blasquez Davila de Cordovilla praeter avum S. Teresiae filiam procreavit Mariam de Ahumada. Nupsit haec Didaco de Tapia, viro nobilissimo, qui regi a rationibus fuit. Hinc aequivocatio P. Francisci a S. Maria et arboris genealogici Excalceatarum Madritensium, quasi S. Teresiae proavus fuerit Didacus de Tapia et avia Teresia de Tapia, Didaci filia. Majus autem fundamentum habet id quod asserit P. Hieronymus, aviam dicens Teresiam de las Cuevas e vicinia Ulmeti: quippe qui de Sanctae majoribus curiosius inquisivit, ac difficultates omnes enodavit; allegans etiam instrumentum nobilitatis Alphonsi Cepedii cum codice successionum qui Philippi IV tempore exstabat penes armorum regulos, atque addens se scripta ac testimonia authentica pro hac genealogia vidisse. Sed contra est quod P. Ribera, postquam aviam S. Teresiae nominavit Joannam de Tapia, non minus asseveranter dicit: Quae de Teresiae nostrae avis et proavis huc attulimus e priscis de illorum nobilitate fastis ac tabulis deprompta sunt; quae adeo quidem evidens erat ac manifesta ut, licet Alphonsus Sanchez de Toledo Abulensis non fuerit, sed advena, suas tamen proles nobilissimis ac primariis urbis illius matrimonio elocarit (lib. I, c. III). Suggestit quoque P. Emmanuel rationem qua dictam arborem monialium Madritensium et Historiam P. Francisci errore, quem iis tribuit, liberari posse autumat: at fuerit videlicet (ejus verba sunt) Didaco de Tapia secundaria appellatio Cuevas: quo casu credibile foret Teresiam de las Cuevas conjugii suo, S. Teresiae avo, cognatam fuisse ex parte Didaci, quem matrimonio, ait, junctum diximus Mariae Ahumadae, uni de filiabus Joannis Blasquez Davila.

D
Dissentiunt
auctores de S.
Teresiae avia
materna

E 21 Hanc igitur controversiam ego rei gnaris dirimendam relinquo. Ne vero de iis quae inquirenti mihi occurrerunt quidquam diligentem lectorem lateat, addam illis quae jam allegata sunt aliam etiam perplexitatis meae causam. Scilicet Agnes et Anna de Tapia, quae postmodum S. Matris Institutum professa atque Agnes a Jesu et Anna ab Incarnatione appellatae fuerunt, dicuntur a scriptoribus pene omnibus fuisse S. Teresiae, ut hispanice ajunt, primas hermanas, latine autem seu patruelas, seu consobrinae seu amitinae. Matthias quidem Martinez in sua Riberae versione patruelas scripsit: sed hoc nihil probat; quia aliunde patet vocis hujus significationem ab interprete illo latius extendi quam genuina ferat latinitas (v. g. ex lib. II, c. II, ubi patruelas S. Teresiae scribit Mariam Ocampiam ac Mariam de Avila, quas sobrinas suo idiomate Ribera vocat). P. Antonius a S. Josepho implicat rem etiam magis. Nam tomo II Epistolarum S. Teresiae, nota 12 ad epist. 53, Agnetem de Tapia asserit filiam esse Francisci Alvarez de Cepeda, patruum S. Teresiae; et in eodem tomo, nota 1 ad epist. 78, eandem Agnetem et Annam, ejus sororem germanam, filias dicit Didaci de Tapia et Mariae de Ahumada; ac rursum tomo III, nota 20 ad epist. 25, Petrum Alvarez Cimbron dicit filium Francisci Alvarez de Cepeda et Mariae de Ahumada.

et quibusdam
aliis cognatis.

Interim

A Interim apud Riberam occurrit (lib. II, c. III) Vincentius cognomento de Ahumada, frater Agnetis et Annae de Tapia supra dictarum, et curio oppidi Villanovae de Azarale; atque apud ill. Palafoxium (nota 1 ad epist. 35 tom. I) Hieronyma cognomento de Tapia, filia Francisci Alvarez de Cepeda. Num forte Maria de Ahumada, de qua P. Antonius loquitur, S. Teresiae matertera est, soror videlicet matris ejus Beatricis; ac proinde distinguenda ab illa Maria de Ahumada quam paulo ante (num. 20) a P. Emmanuele memorari vidimus? An junior illa Maria de Ahumada bis nupsit, ita ut alter ei maritus Didacus de Tapia (item distinguendus a seniore Didaco), alter Franciscus Alvarez de Cepeda fuerit? An ipsi Mariae praeter agnomen de Ahumada etiam alterum de Tapia tribuitur, quemadmodum Beatrici quoque duo agnomina sunt Davila et de Ahumada? An vero vel P. Antonius vel P. Emmanuel vel uterque erravit? aut hypothetæ oscitantia aliquo in libro mendum quodpiam admissum est? Hæc totidem sunt quæstiones quibus non habeo quid respondeam.

S. Teresia quatuor præcipua agnomina:
1. Sanchez.

B 22 Iis igitur in medio relictis, quid de quatuor S. Teresiae agnominibus, nimirum Sanchez, Cepeda, Davila et Ahumada, ab historicis traditum sit, quam clarissime potero, nunc exponam, citato præcipue P. Francisco, qui res, licet fors non indequaue probatas, stylo certe non invenusto depinxit. Primum igitur Sanctæ cognomen Sanchez patronymicum apud Hispanos est, a Sancho formatum; uti Alvarez ab Alvaro, Hernandez ab Hernando, Martinez a Martino, Perez a Pedro, Rodriguez a Rodrigo, etc. Vellem de hoc agnomine S. Teresiae allata fuisse a P. Francisco paulo plura quam attulit. Tantum enim de eo hæc habet: De agnomine Sanchez non ago, quia multis commune est domibus, quæ per id illustrantur genere, ut fertur, unius e Sancis Castellæ vel Legionis regibus (lib. I, c. IV, n. 4). Pater vero Emmanuel: Cognomentum Sanchez, inquit, nobile est in Aragonia ac Navarra, et magis etiam Abulæ; in qua civitate Sancius aliquis aut Sanchezius illis equitibus annumeratur qui circa annum 1083 ejus restaurationem atque incrementum potissimum procuraverunt, uti constat ex Abulensium historia: nominatur enim illic Sancius Sanchez Zurraquines, origine Cantaber, et patruelis Petri Sanchez Zurraquines, episcopi Abulensis. Alter Sanchez, ejusdem forte prosapiæ, celeberrimus fuit in insignibus illis Abulæ quadrillis: hic nominatur etiam Blascus Ximenes vel Ximenes Blascus, atque originem repetita Nunnio Rasura, Castellæ olim judice (Ariza, Hist. Abul. part. IV), e quo domus marchionis de Velada, Hispaniæ magnatis (grande de España). Quædam ex his, si cui placuerit, valere possint de Teresia Sanchez, proavia paterna S. Teresiae, fortassis Abulensi; sed non idem putem de ejus marito Alphonso Sanchez de Toledo, siquidem hic, Ribera teste, Abulensis non fuerit, sed advena, imo Tolethanum fuisse ipse P. Emmanuel affirmat. Omitto hic quæ idem Pater verbis modo relatis subnectit; quippe posthac, cum de cognomine Davila dicemus, aptius discutienda.

2. Cepeda, nomen loci ex quo; ex quo loco quidam Cepedi antiquitus in montana Hurgorum.

C 23 De Cepediis hæc edisserit P. Franciscus (L. I, c. IV, n. 2, 3, 4): In regno Legionensi, prope Asturicam civitatem, parvus, at antiquus, est locus cui nomen Cepeda. Hinc ortos esse constat primos hujus cognomenti equites, sive a loco ipsi sive ab ipsis locus appellationem acceperit. Inde porro derivatæ plurimæ familiæ, eo nomine eaque origine inter se devinctæ; quanquam nunc aliæ ab aliis longe diversæ sunt temporum vicissitudinibus. Ex iis duæ præ cæteris notæ. Prior illa est quam ferunt antiquissimis temporibus inhabitasse locum Castellæ

Veteris, vocatum Herrera de Río Pisuerga, prope Aguilariam (Aguilar de Campos); ac post Hispaniæ vastationem in montana Burgorum cecidisse, ubi sedem fixerint circa Vallem Obregoniam et Castanedam, in loco qui dicitur Santivañez. Ex hac familia prodire insignes equites; qui, quod essent multo tempore de regibus Castellæ ac Legionis egregie meriti, pro rebus gestis consecuti sunt trophæa atque insignia quibus a cæteris distinguuntur: nempe scutum rubrum, cujus in medio turris argentea est, in capite stellæ aureæ tres. Post etiam appictus sub turre fluvius et supra turrin ramale cum panno cæruleo tribus decorato liliis. Tessera-rum illarum causas obruerunt oblivione sæcula; id quod aliis innumeris illustrium stirpium insignibus temporis inclementia oblitit. Solum hoc generatim dici potest, a capto Toletō ejusmodi tessera-rum distinctiones adhiberi cœpisse; cum antea reges et equites non aliter quam crucibus forma atque colore diversis aliis ab aliis dignoscerentur.

D 24 Altera ejusdem cognomenti familia, quæ quidem videtur esse præcipua ac de qua scripturæ librique lucidiora quædam perhibent, illorum est Cepediorum qui Cepedæ, in Legionensis regni montibus, sedem cum loci dominio retinuerunt: id dominium hodie penes Asturiciæ marchiones est, ex eo, ut creditur, quod Cepedio de sanguine sint. Porro Cepedi de quibus hic sermo est, ob collatam dynastis suis operam in restauratione regni Legionensis itemque Castellani, leone pro tessera gentilitia donati sunt, insigni scilicet regio; absque castello tamen, ut esset a regum tessera discrimen. Leoni circumpositæ postmodum in limbo octo cruce decussatæ seu Andreanæ, ob gesta ad Batiā seu Bæzam, die festo S. Andreae Apostoli (anno 1227) Mauris ereptam. Tunc enim temporis nonnullis præclaris armatorum ducibus cruce ejusmodi vario numero atque colore a regibus attributæ sunt, in perennem cœlestis auxilii tali die obtenti memoriam (Vide e. g. insignia familiarum de Avellaneda, Ayala, Azevedo, Bazan, la Cueva, Hinestrosa, Miraval, Saavedra, Vera, etc.)

AUCTORE
V. D. M.
D

alii vero, iique
magis notæ.

E 25 Prædictæ domus et vici Cepedæ dominus cum esset (sæculo XIV) Vascus Vasquez de Cepeda, dissidia ei intercessere cum Henrico Transtamarano comite, postea rege Castellæ ac Legionis: quamobrem universæ domus ac negotiorum suorum sedem Tordesillas, in insigne Castellæ Veteris oppidum, transtulit. Genus ob eo equite ducunt præstantes viri plurimi, inter quos nominare juvat Joannem Vasquez de Cepeda, Segoviæ episcopum, qua in civitate a loco natalium Joannes de Tordesillas dictus fuit (De eo vide J. de Ferreras Hist. Hisp. ad an. 1400 et 1423). Sic etiam cognominatus est de Tordesillas Joannis frater Rodericus Vasquez de Cepeda, administer mensæ (maestresala) regis Henrici IV; atque exinde prosapia ejus claruit Segoviæ sub hoc cognomento, non omisso tamen nomine Cepediorum, per quod S. Teresiae cognatione decoratur. Joanni ac Roderico fratres fuere Martinus Vasquez de Cepeda, miræ fortitudinis eques, et alius cujus excidit nomen, qui postquam magistro Alvaro de Luna a secretis majorque domus fuerat, ad episcopalem etiam ipse dignitatem evectus fuit. Hos habuit quatuor nepotes is quem dixi Vascus Vasquez. Ab hac igitur nobili familia, Cepedæ primitus orta, ac deinceps translata Tordesillas, descendunt progenitores S. M. N. Teresiae a Jesu. Namque ejus proavus paternus Joannes Sanchez de Cepeda illi se trunco connexuit, inito matrimonio cum Agnete de Cepeda Tordesillana.

sæculo XIV
Tordesillas
transmigraverunt.

F

Argumento

AUCTORE
V. D. M.

A Argumento sunt insignia gentilitia Alphonsi Sanchez de Cepeda, patris S. Teresiae. Ex eo enim quod in uno quarteriorum leo cernitur octo crucibus Andreanis cinctus, sequitur Alphonsum a Cepediis antiquis descendere, non per Agnetem matrem solum, verum etiam per patrem Joannem, cui nimirum id quarterium competebat. Ideo, ne priscum Vasce Vasquezii cognomen interiret, primogenitum suum Alphonsus appellavit Joannem Vasquez de Cepeda. Adde, eandem probabiliter ob causam in scuto gentilitio domus paternae S. Teresiae duos Cepediorum leones cerni, alterum crucibus cinctum, alterum absque crucibus.

indidam orti
multis nobiles
Hispani,

26 Agnomen de Tordesillas hodie, secundum P. Emmanuelem, servant comites de Alcolea et marchiones de Sanfelices: item e stirpe Cepedia dicit processisse comites de Mora et Villamena, marchiones de la Torre de las Sirgadas, Villecastel, Salar aliosque; iisdem denique ex atavis ortum duxisse nobilissimam domum de Toledo, comites de Oropesa, duces de Alva ac marchiones de Villafranca. Ac Pulgares quidem, domini de Salar, quomodo Cepediis connexti fuerint docet P. Franciscus, e Pulgarum ipse familia, jussus id quod modestiae causa diu celaverat, vulgo tandem aliquando propalare. Itaque, ex mandato sui Generalis (quem ad id imperandum Francisci fratres ceterique cognati sollicitaverant), dicit patrem suum Ferdinandum del Pulgar matrimonium inisse cum Hieronyma de Cepeda, filia Catharinae de Cepeda, nepte Mariae Gonzalvae de la Torre y Cepeda, abnepte Catharinae de Cepeda. Haec vero quam ultimo loco nominavi Catharina promatertera fuit S. Teresiae, utpote soror Agnetis de Cepeda, quam Sanctae aviam fuisse supra docui.

ae, secundum
quosdam, Cepedit
Galli,

27 Insuper P. Ludovicus a S. Teresia in Annalibus Carm. Exc. Gall. (Praefat. c. IV, num. 4) ex Nostradamus Historia Provinciae (part. VII, ad annum 1613) asserit nobiles illos qui in Gallia de Cépèdes aut de la Cépède agnominantur, et quorum frequenter inde a saeculo XIV in historiis Provinciae ac praecipuarum ejus civitatum fit mentio, ab antiquis illis Cepediis Hispanis originem traxisse. Hinc secundum D. Boucher stirpi S. Teresiae agnatus fuit ill. C. F. Daviau Dubois-de-Sanzay, nuper Burdigalensis archiepiscopus, anno 1826 defunctus, cujus acta virtutesque prolixè dilaudatas invenies in Ephemeride L'Ami de la Religion (tom. LVIII, pag. 209, 241, 273, 384; tom. LX, pag. 213, 214) et cujus soror anno 1792 praerat conventui Carmelitarum Excalceatarum Pictaviensi. Atque haec quidem de agnominibus S. Teresiae paternis in medium ferenda duximus.

3. Davila,
cognomen
nobilissimarum
familia-
rum,

28 Materna vero S. Teresiae nobilitas, inquit P. Franciscus (loc. cit. n. 6 et 7) non minus clara est quam paterna. Agnomen Davila viget apud nonnullos Castellae magnates (grandes) qui hodie Sanctae cognationem summo honori sibi ducunt; ut adeo necesse sit paucis contrahere quae in variis de nobilitate tractatibus reperire est. Continentur nempe eo agnomine Blasquezii, Nuñezii, Velasii aliique Abula oriundi, item una ex ditissimis Solariegarum domibus, quae sunt apud Castellanos spectatissimae. Atque hodie quidem illustrissimis domibus de Velada, de San Roman, de las Navas, de Navalmorquende et de Villafranca id cognomen Davila proprium est; quae a celeberrimis illis familiis Abulensibus, de Blasco Ximeno videlicet, sive Ximeno Blasquez, et de Esteban Domingo, derivantur. Horum enim posterii, ut a sibi homonymis distinguerentur, reliquis titulis suis illud de Avila adjecerunt, ab Abula videlicet civitate, ubi praecipua gerebant munera (de donde eran

Caudillos, Adalides y Gobernadores): deinceps autem ex de Avila, abjecta una littera, Davila factum est. . . . Ex una de iis domibus Davila fuit Joannes Blasquez Davila de Cordovilla, S. Teresiae proavus, per duo illa priora cognomenta (Blasquez et Davila) descendens ab origine Navalmorquendia, cujus progenies masculina hodie summo splendore lucet in domo de Velada et San Roman. Unde ill. D. Sancius Davila Carthagenae, Giennii, Palentiae ac Seguntiae episcopus, domus Veladiae filius, saepe Patribus nostris Excalceatis colloquens de sua S. Teresiae cognatione gloriabatur. Tertium cognomen de Cordovilla sibi assumpsit Joannes Blasquez a loco natalium, ut ab aliis dignosceretur Davilis et Blasquezii. Comprobantur autem ea quae dixi, per sex illa liba quae cernuntur in tessera materna S. Teresiae, ac propria sunt domui de Velada.

29 Hic igitur aperte sibi apponuntur P. Franciscus et P. Emmanuel: dum alter quidem, ut modo lector animadvertit, materno S. Teresiae generi Davila scutum illud aureum sex libis caeruleis instructum clavis verbis adjudicat, alter vero id ipsum scutum suo e loco ab armorum regulo dimoveri fecit, et in primo omnium quarterio tamquam Sancheziorum insigne collocari, propter rationes quas hic disserendus esse supra annuntiaui. Nempe post verba quae num. 22 ex eo adduxi, ita pergit: Ejus (scilicet domus Veladiae) filius natus maximus Gomezius Davila, secundus Veladae marchio, frater erat Sancti Davila episcopi, cui ut cognato scripsit S. Teresia epistolas (6 et 7 tom. I); et vero pro insignibus gentilitiis habuit sex liba caerulea in aureo scuto, prout a Martino de Ximena ponuntur in Annalibus Giennensibus. Cum igitur Sanctae pater, avus et proavus insigniantur cognomento Sanchez ac simul altero de Toledo, uti supra exposui; consequens est cognationem intercedere inter ejus domum ac domus Veladiorum, Toletorum Sancheziorumque, quae omnes in unam stirpem redeunt: quamvis non voluerimus abolitum hoc proprium Sanchez, quod nempe in serie majorum paternorum S. Teresiae conspicitur; cum potius id agnomen primitivum Veladiorum ac Toletorum esse reputemus, prout indicant sex illa scuti liba: quae tamen auxerunt deinceps eae familiae usque ad tredecim vel amplius. Sex quae dixi liba prostant quoque in scuto lapidi insculpto supra ostium domus paternae S. Teresiae: hoc nihilominus discrimine quod ibi nescio quam ob causam inferius a sinistris quarterium occupant, in novo autem scuto D. Emmanuel Medina ea in dextro superiori collocavit; quo loco scilicet paterna insignia, maxime quod tam illustria sunt, reponi aequum videbatur.

cui quae com-
petat tessera
gentilitia

E

30 Sit ita sane, ut paterna insignia maternis proponantur; verum contendo nihil obstare quominus hanc regulam in vetusto lapide observatam esse pronuntietur. Quicquid enim sit de connexionione inter Veladios, Toletos ac Sanchezios; certe haec non dilucide ostendit, id de quo agitur quarterium Sancheziorum dicendum esse potius quam Davilarum. Quod vero Sancius Davila episcopus, frater Gomezii Davila marchiones Veladae, tale scutum pro tessera gentilitia gesserit, haud scio an inde eruatur sententia potius P. Francisci quam P. Emmanuelis adhaerendum esse. Etenim primo, manifestum est agnomen Davila fuisse Veladiis maxime proprium; licet negari nequeat quosdam ex eorum majoribus insuper gessisse agnomen Sanchez, sicut alii quoque ex iis agnominati sunt Blasquez, Ximenez, Gomez vel alio quodam nomine patronymico. Secundo, opus hispanicum Monarchia Española, blason de su nobleza,

quibusdam
argumentis
disceptatur.

auctore

A auctore J. F. E. de Ricarola y Pineda (Madrid 1736) *tom. II capite XXXIX* (in quo de Navalmorquendiis agitur, et in cuius num. 12 Blasus Ximenes, tertius dominus de Navalmorquende, dicitur stirpis Davila caput et summus parens) pro inscriptione sic habet: Insignia et arma de Davila et titulus marchionis de Navalmorquende (nempe antea, non marchiones, sed domini de Navalmorquende extiterant), quem Rex Philippus IV concessit D. Didaco Davila Coello: in scuto campus aureus, tredecim liba caerulea, etc.; ac quoties eo in opere sex aut tredecim liba huiusmodi caerulea occurrunt, toties cognomento Davila adscribuntur (Vide t. I, p. 125, Astorga; p. 128, Velada; p. 276, Santi-Esteban; p. 336, Uzeda; p. 341, las Navas, Risco, Villafranca). Tertia, videtur ipse P. Emmanuel in nostram plane transire sententiam, initio sui § VII hæc scribens: Docuimus appellatione Davila plurimas familias contineri, quæ illam adhibuerunt, ut ab aliis ad Abulensem quadrillam non pertinentibus discernerentur; ex iisque genus ducere saepe dictum Joannem Blasquez Davila, proavum maternum S. Teresiae: inde assumpta liba Veladiorum aliorumque. Verum est mox hisce ab eo subiungi:

B Similiter eidem competunt ac genitivæ sunt tres fasciæ (caeruleæ in scuto argenteo) quæ in lapide domus S. Teresiae quarterium inferius ad dexteram constituunt. Sunt qui has fascias Toletis, id est paterno Sanctæ generi, censent tribuendas. Muñozis quoque eæ congruunt, Gothis equitibus, e quibus progeniti marchiones de las Navas, quadrillæ Abulensis caput per Esteban Domingo, Blasci Muñozii parentem. Denique etiam S. Teresiae conveniunt per Davila et Ahumada, descendenti a Blasco Muñoz, etc. Sed hæc quid innuant quidve probent, non omnino perspicio. Id solum inde mihi assumo, esse mecum alios qui has fascias paterno Sanctæ generi censeant tribuendas. Itaque erunt antiquioris scuti duo superiora quarteria Cepediis adscribenda; de inferiori dextro non ausim plane discernere Toletis an Sanchezis an alii cuidam agnomini debeatur; inferius sinistrum vix dubito quin sit unice proprium cognomento Davila. Restat de Ahumadiis dicendum, quibus congruit arx seu turris in veteri lapide supra scutum collocata.

A. Ahumada, item nobilissimum, sed originis incertæ.

C 31 Genus Ahumadiorum, ait P. Ribera, et nobilitate et antiquitate inter Abulenses familias facile principem locum tenet. P. vero Franciscus, principio alludens ad vocem Ahumada (quippe deductam ab ahumar, i. e. fumare): Tempus, inquit, in fumum vertit originem cognomenti de Ahumada. Id quod de ejus mysteriis per ora hominum versatum fuit, Historiæ gravitas non admittit. Sic se habet quod traditione magis quam scripto reliquum est. Nempe dicitur quidam eques, nomine Ferdinandus, una cum tribus filiis suis, certam turrim aut arcem adversus Mauros defendisse; ea vero a Mauris incensa, e flammis per fumi obscuritatem se eripuisse: hinc assumptum cognomen de Ahumada, et pro honoris tessera a regibus donatam Ferdinando turrim, cujus e portis ac fenestris flammæ erumperent: turri varia dehinc apposita esse insignia per familias ea stirpe oriundas. Harum familiarum una consedit in valle ac ditione Antezanæ, in montibus Burgorum; alia iisdem in montibus, in vico Ahumada, ditionis Villæ Didaci (Villa-Diego), infra Rupem Aregiam (Peña Damaya). A quamvis illarum descendant equites Ahumadii Abulenses, adeoque Beatrix S. Teresiae mater, ignotum est. Quin fieri potest ut prodierint e vico quodam Fumada nomine, qui tempore Luitprandi juxta Abulam situs noscebatur, nunc vero nulla habet reliqua vestigia.

Hunc Luitprandus tribuit Martyrii locum S. Secundo, Abulensium Apostolo ac Patrono: quod si inde Ahumadiorum appellatio sit, turris Ahumadia antiquior dicenda est.

AUCTORE V. D. M. D

§ III. Particularia quædam de Sanctæ fratribus, sororibus aliisque cognatis.

Gessit S. Teresia usitato apud Hispanos more hoc matris cognomentum de Ahumada, donec, fundato Reformationis suæ primo monasterio, pro sæculari illa appellatione sacratissimum Jesu nomen substituit. Idem cognomentum de Ahumada gesserunt, non solum ejus soror Joanna, sed etiam quatuor fratres Ferdinandus, Antonius, Petrus et Augustinus; cæteri fratres (nisi forte excipendus sit secundus ex Catherina del Peso natus, de quo nihil constat), itemque soror Maria, de Cepeda dicti sunt, et quidem omnium natu maximus Vasquez de Cepeda, ut supra ex P. Francisco fuit expositum. Agam, credo, rem non inutilem nec omnino a nostro instituto alienam, si præcipua congesserò quæ de S. Teresiae fratribus ac sororibus eorumque progenie, cum in illius epistolis cæterisque quibusdam operibus, tum etiam apud scriptores primo paragrapho laudatos reperi. Id eo nimirum potissimum faciendum judicavi quod ea quæ de illorum vita ac moribus afferenda sunt, saepe ad ipsius S. Teresiae honorem conferunt, et interdum quoque ad elucidandam ejus historiam faciem præferunt non inutilem. De parentum egregia pietate, qua eos æternam salutem adeptos esse divina revelatione S. Teresia certior facta fuit, consulto, ne scilicet bis idem offeratur, hic dicere prætermitto. Præclarum enim eorum encomium, ipso Sanctæ filia calamo exaratum, sequenti paragrapho aptius proponetur.

S. Teresia, in sæculo dictor de Ahumada, undecim numerantur fratres ac sorores; nempe:

33 Filius igitur natu maximus Alphonsi Cepedi fuit, ut diximus, Joannes sive Joannes Hieronymus Vasquez de Cepeda. Id unum de eo scitur, ex Chronico (lib. 1, cap. III, n. 2), fuisse ducem peditum in hispanico exercitu. De ejus fratre germano natu minore adeo nihil constat ut vel ipsum ejus nomen incertum, ne dicam plane ignotum sit. Horum soror Maria de Cepeda, cui S. Teresia percara fuit quamque a singulari honestate ac probitate commendat, nupsit Martino de Guzman y Barrientos, viro virtute opibusque spectabili, et cum eo habitavit in viculo Castellanis de la Canada. Illic apud Mariam ter, quod scitur, S. Teresia versata est: primo quando ante sumptam Carmeli vestem ab ægitudine convalescebat; iterum quando e monasterio Incarnationis Abulensi, jam emissa professione, Bezadas adiit a novis infirmitatibus curanda; tertio demum quinque annos ante mortem Mariæ, ob rationem mox allegandam. Apparet autem ex quadam Sanctæ epistola ad fratrem suum Laurentium (Tom. I, epist. 29) rem familiarem Martini ac Mariæ, initio satis copiosam, labente tempore nonnihil fuisse afflictam; ac demum, Martino inopina morte sublato, optimam Mariam penuria laborasse, ita ut Laurentii, tum in America degentis, ope indiguerit. Divinitus præcivit S. Teresia Mariam similiter subito morituram. Quare de consilio confessarii ad eam invisendam profecta est; ac, celata licet calica visione, suaviter ei inculcavit ut de rebus animæ suæ quam maxima posset cura diserneret. Et vero Maria quinque residuos vita annos tam sancte transegit ut post obitum octo non amplius dies in purgatorio permanserit, prout S. Teresia a mensa eucharistica recedenti innotuisse

E

primus Joannes Vasquez de Cepeda; secundus incerti nominis; tertia Maria de Cepeda, mulier egregia.

F

AUGUSTO
V. D. M.

matris F. Jo-
annis a Jesu
Ord. Min. ac
Didaci de
Guzman)

notuisse P. Ribera et P. Franciscus a S. Maria
perhibent.

34 Nominantur duo Mariae Cepedae filii, Joannes
et Didacus; fortassis quoque ejus filia est Magdalena
ea de qua S. Teresia loquitur in epistola 38 tom. III.
Joannes assumpsit habitum S. Francisci Assisiensis
in conventu Arenensi, ac Sanctae materterae exem-
plum imitatus F. Joannes a Jesu dici voluit. Ita
P. Antonius a S. Josepho, commentans epistolam,
in qua Sancta de dicto F. Joanne agit cum P. An-
tonio de Segura, Franciscano Excalceato (tom. II,
epist. 15). In notis ad hanc epistolam praeterea le-
gitur, Joannem in vitae praesertim interioris exercitio
multa inter pericula plurimum profecisse et suum
perfectionis religiosae curriculum beata morte con-
clusisse, in qua materteram, jam caelo fruentem, sibi
assistere conspexerit. Frater Joannis, Didacus de
Guzman, uxorem duxit Hieronymam de Tapia,
quam patrualem S. Teresiae dicit illustrissimus Pa-
lax (Tom. I, epist. 35, not. 1), utpote filiam patris
ejus Francisci Alvarez de Cepeda: idem confirmat
P. Antonius a S. Josepho (Tom. III, epist. 38, not. 1),
qui addit dispensationem secundi ac tertii gradus pro
hoc matrimonio datam fuisse Abulae anno 1564, no-
minans etiam provisorem et notarium. Habemus duas
S. Teresiae ad Didacum epistolas (modo citatas),
scriptas circiter annum 1676 aut 1677: utraque
consolatoria est, de morte uxoris ac filiole. Quadam
Didaci filia conjugem accepit Abulae Joannem del
Aguila, eique peperit Constantiam del Aguila, ma-
trem Nunnii Ordoñez del Aguila, equitis S. Jacobi,
qui tempore Palaxii vixit. Fuisse Constantiae ejus-
que viro Josepho Ordoñez Orejon alias insuper
proles, ac nominatim filias duas, Euphemiam et
Teresiam, ex Mss. refert P. Antonius.

quartus Fer-
dinandus de
Ahumada;
quantus Rode-
ricus de Ce-
da;

35 Progredimur nunc ad S. Teresiae fratres
germanos, quorum primus est Ferdinandus de Ahu-
mada. Fuit hic inter Pizarrorum comites in expedi-
tione Peruviana: fertur excelluisse virtute bellica,
atque obtinuisse portionem terrarum bello Hispanis
in America comparatarum. Indicat, secundum testi-
monium P. Emmanuelis a S. Thoma Aquinate,
arbor genealogica marchionis Atalayelarum (id
quod nusquam alibi a me reperitur), Ferdinando
Ahumadio conjugem fuisse Eleonoram de Xeres Abu-
lensem, et ex ea filiam Eleonoram de Ahumada;
cujus progenies ad nostrum usque tempus perduravit,
deducta scilicet ad D. Mariam Teresiam de Navar-
rete y Valdivia, praedicti marchionis uxorem. Fer-
dinandum consequitur Rodericus de Cepeda, a
Teresia puella prae caeteris fratribus dilectus; qui
quid in tenera aetate una cum Teresia egerit, hanc
initio vitae suae narrantem sequenti paragrapho au-
diemus. Fratris vestigia secutus Rodericus ipse
quoque in Novum Orbem navigavit, haerede pater-
norum bonorum, si moreretur improles, Teresia
institutum; atque in fluvio Argentino, ad quem co-
hortem ducebat, mersus interiit, letho quidem specie
miserabili, at ipsa re felicissimo, quod nempe S. Te-
resia non dubitavit martyrio comparare: id quo
sensu Sancta facere potuerit, exponitur in annota-
tionibus ad Riberam.

sextus Lau-
rentius de Ce-
pola,

36 Hi quos modo laudavi fratres S. Teresiam
ordine natalium praecesserunt: proximus post eam,
quatuor fere annorum intervallo, natus est Lau-
rentius de Cepeda; de quo et ad quem cum ipsa
Sancta soror plurima scripserit, amplior et certior
nobis suppeditat de eo notitia. In Americam profectus
est circa annum 1540, ibique ultra 34 annos per-
mansit, uti constat ex libro Fundationum S. Teresiae
(cap. xxxv, num. 3). Teste P. Francisco a S. Maria,
Laurentius in Indiis militum cohorti ac dein arario

Quitoanae provinciae praefuit. Duxit in iis terris D
uxorem spectabili loco natam, Joannam de Fuentes
y Guzman; ac genuisse videtur septem liberos, e
quibus quatuor infantiam non excesserint: de caeteris
tribus, Francisco, Laurentio ac Teresia, sermo mihi
postea habendus quam de eorum parentis Laurentii
vita dixerō. Maria, uxor Laurentii, ad finem
anni 1567 Quitoae vivere desiit, uti memorat quaedam
scheda a Laurentio hispanice conscripta; ex qua
juvat in commendationem utriusque conjugis se-
quentia latina facere: Tam sancte defuncta est ut
optem Deus mihi tribuat eadem, si sibi placuerit,
morte quiescere. Amen. Praeclarum exemplum,
quo toto vitae suae tempore mihi praeluxit, in obitu
quoque dedit. Ac me bis quidem admonuit eandem
viam et mihi post se fore ingrediendam: quod si
illic cuperem cum ea conjungi, hortabatur ut bonus
essem et vitam obsequio Dei impenderem. Sepulta
est in monasterio B. Mariae de Mercede, hujus Or-
dinis induta habitu; quod ideo voluerat fortunata
mulier ut concessas ei loco indulgentias conseque-
retur (Confer tom. IV epist. 42, not. 6, 7 et 8).

37 Fuit Laurentius splendide rebus fortuna in-
structus; qua in parte caeteros plerosque ac fortasse
omnes propinquos sibi consanguineos longe superavit.
At, nequaquam prospera sorte elatus, post aurum
non abiit nec speravit in pecunia et thesauris; sed
praecepto Sapientis obtemperans honoravit Dominum
de substantia sua. Namque munifica caritate, quam
S. Teresia plurima laude ac gratiarum actione pro-
secuta est, e regionibus illis longinquis copiosa iden-
tidem subsidia in patriam transmisit, tum fundandis
recens reformati Carmeli conventibus, tum sublevandae
cognatorum nonnullorum inopiae impendenda. Jam
tunc Laurentium in partem suae sollicitudinis Teresia
vocabat; labores quos ad Dei gloriam obibat, per
litteras ei communicans, ac singulari Dei providentiae
acceptum referens quod tantum tali tempore (mo-
liebatur enim primam fundationem Abulensem) nacta
esset fratris auxilium (tom. I, epist. 29). Cuperat
interea hic, mortua uxore, in Europam cogitare,
ubi se totum pietati traderet et prolium provideret
educationi. Probavit vehementer id consilium S. Te-
resia, scriptis anno 1570 litteris: quo autem magis
fratrem alliceret, universam civitatem patriam a
pietate, collegium societatis Jesu Abulense a proba
puerorum institutione, scholam PP. Praedicatorum
ab altioribus studiis egregie dilaudavit; nec non sub
finem suae descriptionis dulcissima haec adjecit verba:
Magnae credo levationi mihi futurum si tua fruam
praesentia. Tam parum solaminis a rebus terrenis
accipio ut existimem hanc mihi a Deo repositam esse
voluptatem, tecum scilicet ut conjungar, quo honori
et gloriae Creatoris atque aliquantum etiam ani-
marum saluti procurandae una allaboremus. Hoc
enim est quod omnium maxime me angit, tantum
animarum numerum perire: nec sane exiguum istae
Indiae tuae mihi negotium facessunt; quas, opto,
Deus illuminet: etenim hic et istae magna miseria
est (tom. I, epist. 30).

vir dives, et
cum ante

E

F

38 Appulit Laurentius in San-Lucar, notum
Hispaniae portum, cum prolibus ac Petro fratre, ad
medium annum 1575 (tom. IV, epist. 42); ac mense
Augusto S. Teresiam Hispali convenit. Inde mense
Octobri se contulit Madritum in aulam regiam,
aliquid negotiorum acturus; quo interim tempore
Hispalim cum liberis suis accesserunt Joanna de
Ahumada hujusque conjux Joannes de Ovalle, quos
ad visendum fratrem S. Teresia advocarat (tom. IV,
epist. 47), quibusque exin cum Laurentio intercessit
pulcherrima conjunctio animorum (t. III, epist. 61).
Madrito hic post aliquot dies rediit, S. Fundatricem,
Hispali

tum, maxime
post reditum
ex America in
patriam piis-
simus.

- A *Hispani a se adiutam, comitatus est Toletum usque cum magna utriusque voluptate ac solatio; uti ipsa Sancta P. Gratiano testata fuit (tom. IV, epist. 20). Toletum Abulam, ubi habitare constituerat, cum duobus pueris adiit, manente apud Sanctam amitam Teresia filiola. Brevi post litteras ad fratrem suum dedit S. Teresia, urgens ut pueros, ne pravorum consortio corruptelam paterentur, illico ad collegium Societatis Jesu mitteret, quameis pedissequum, quem iis conquisierat, nondum domi haberet, ac simul monens abstinere Laurentius a nimio fastu, quin tamen omitteret honori atque aestimationi suae ex aequo consulere (tom. II, epist. 49) et domum decenter, ut in sequenti aliqua jubet epistola, pro dignitate ordinare: modo, inquit, curaveris istiusmodi reculas parvi facere iisque non adhærescere (tom. I, epist. 33). Quantum pro se Laurentius a mundi negotiis abhorreret, inde patet, quod, testante S. Teresia, aliquandiu de religiosa vita amplectenda deliberaverit (tom. III, epist. 61): quin imo, cum dein villam aliquam, la Serna dictam, non longe ab Abula distantem, emisset pretio 14,000 aureorum, quo fortunæ suæ ac familiæ in posterum dignitati prospiceret (tom. II, epist. 82; tom. III, epist. 66): hæc res, quasi de nimis operosa ac pietati nociva famæ ac lucri cura, ita eum anxium habuit, ut necesse fuerit Sanctæ sorori ejus super his scrupulos validis rationibus explodere (tom. I, epist. 31). Idem quoque accidit de argentea suppellectile ac tapetibus, quæ vir timoratus non est ausus usurpare, nisi accepto Teresiae responso isthæc, modo ne animum a Deo abstraherent, ad rem nihil contingere, adeoque patienter, ut ait, fratri puerorum gratia esse ferenda (tom. I, epist. 33).*

orationi ac
penitentiae de-
ditus.

- B *39 Prorsus autem mirabile est ad quantam vitæ perfectionem Laurentius sub S. Teresiae ductu brevi temporis spatio ascenderit. Totum se ei, tanquam matri ac magistræ, dirigendum in via Domini commiserat, paratus ei quibuscunque in rebus obedire: quod tamen consilium illa non admodum approbavit, nec nisi ægre pro rato habuit, expressa conditione cavens ne cuiquam speciatim voluntatem suam voto obstringeret. Capit igitur S. Mater spiritualium rerum commercium cum Laurentio instituere (tom. I, epist. 31, 32, 33; tom. II, epist. 40; tom. IV, epist. 39 et 40). Docuit quo modo orationi insistendum; quid præstandum ubi impetus divini amoris, id quod non raro contingebat, vir piissimus persentisceret; quid rursum, dum aresceret aut ab inferno hoste turbaretur animus, procurandum esset. Mensuram quoque penitentiae præstituit: quoties flagrum adhibendum carni; quo tempore et quamdiu induendum cilicium, quod ipsa ad fratrem miserat, hujusmodi dono, ut facete loquitur, munuscula ac medicamina, quæ ab eo ægotans acceperat, remetiens. Habebat autem in iis quæ ad carnem afflicendam pertinent, non stimulo Laurentius, sed freno opus. Frequenter item narravit ei Teresia de divinis operationibus quas ipsa patiebatur; contemplationis suæ gradus et quæ huc spectabant ei tanquam rerum ejusmodi intelligenti exposuit; scripturas suas spirituales ei communicavit; tanti denique ejus in scientia Dei aestimavit peritiam, ut eum cum tribus aliis viris eximia spiritualium rerum cognitione præditis, S. Joanne a Cruce, Juliano de Avila sacerdote ac Francisco Salcedio equite, ad quoddam quasi certamen provocavit ad interpretanda verba hæc mystica quæ ex ore divini Sponsi audierat: Quære te in me: quæ refertur bellissima illa epistola ad Alvarum de Mendoza, Abulensem episcopum (tom. I, epist. 5). Est adeo præclaro documento homo ille militaris atque opulentus quo ecclesiæ Sancti Spiritus gratiâ possit, non tantum monachus aut monialis vel si quis est alius ad Dei cul-*

tum specialiter ordinatus, sed quicvis christianus etiam qui Deo se penitus mancipavit et quæ ei placita sunt studiose exquisierit.

40 Neque adeo fieri poterat ut tam ardens in Deum pietas intra meros affectus internosque animi motus consisteret. Imo quam efficaciter in opus prodierit, plurimæ paginæ epistolarum S. Teresiae testantur. Cognatis indigentioribus non paucis sacullatum suarum partem generose Laurentius subministrabat: quales erant præ cæteris Joanna Ahumadia soror, ejus familiæ sæpe missis muneribus succurrit; Petrus item Ahumadius frater, qui, ex quo in patriam rediit, fere unius Laurentii sumptibus vixit; duæ aliorum fratrum Hieronymi atque Augustini filiae, quibus, attributa congrua dote, honestas procuravit nuptias (tom. II, epist. 52). Ad hæc variis S. Teresiae monasteriis, dum penuria laborabant, præsens erat ad Laurentium refugium. Pro Hispanensi præcipue monasterio quantum non solum pecuniæ expenderit, sed etiam quam gravia passus sit, legere est apud Riberam, libro III, cap. III, et apud Teresiam ipsam, libro Foundationum, cap. XXV. En quid admirabunda super Laurentii in iis rerum adjunctis magnanimitate S. Mater ad filiam suam Mariam a S. Baptista scripserit: Ni hic affuisset frater meus, numquam temporum aliquid effectum foret. Tanta ille passus est ac tam magno animo opes expendit et labores sustinuit ut sit unde Deum laudemus. Æquum certo est ut cum ament sorores illæ nostræ; quia nec aliunde juvamen aderat, et ingens nobis erat præmanibus molestia. In præsentia hinc recessit; neque enim metus abfuit ne in carcerem, qui hic est inferno similis, raperetur. Nihili fuit hoc loco justitia: quæ non debemus repetuntur a nobis ei a fratre meo, utpote sponsore. Finiri ista non possunt nisi supremam curiam appellemus: res isthæc non habet modum. Ille autem bonus libenti animo Dei causa vexationes sustinuit. Modo cum Patre nostro apud Carmelitas versatur: et quæ in illum incidit pluvia ærumnarum grandinis instar est. Quidni ergo etiam ego animum sustollam; cum interea vir hic nostro dolore magis afficiatur quam suo? (Tom. I, epist. 47). Testamentum Laurentii et ipsum insignis pietatis ejus monumentum est: præter enim ea quæ ad dividendam inter tres liberos hæreditatem pertinebant, quorum tunc duo, nempe Franciscus et Teresia, Ordinem Carmelitarum Excalceatorum ingredi velle videbantur, designabantur illie a Laurentio pecuniarum summæ non spernendæ quas cupiebat tum monasteriis S. Teresiae tribui, tum ad pias fundationes adhiberi. Exstrui curarat Laurentius sacellum in honorem S. Annæ, cui erat singulariter devotus (tom. I, epist. 34). Item ædificari testamento suo jussit sacellum S. Laurentii, patroni sui, ubi post mortem conderetur, in conventu S. Josephi Abulensi. Fornix majoris oratorii eidem conventui annexi fabricanda erat e relictis a Laurentio opibus: quod si contingeret filium suum Laurentium sine prole mori, id quod de fornice statutum erat, ad integrum oratorii ædificium extendebatur.

41 Ita stabilitis bonis suis in Domino, Laurentius Cepedius, plane dignus ejus eleemosynas enarret omnis Ecclesia Sanctorum, inopinato e vita discessit XXVI Junii 1580. Legi meretur quod super fratris obitu S. Teresia scripsit ad Matrem Mariam a S. Josepho, priorissam Hispanensem: Spiritus Sanctus tecum sit, Mater carissima. Videtur velle Deus ut nullum fere sit tempus quo non aliquid habeam patiendum. Noveris ei placuisse ut ad se tolleretur devotum sibi servum Laurentium de Cepeda. Afflixit eum sanguinis ejectione tam præcipiti ut intra sex horas, intercluso spiritu, extinctus fuerit. Accesserat ad

AUCTORE
V. D. M.
D

caritate et zelo
conspicuis.

E

F

post felicem
mortem.

AUCTORE
V. D. M.

A usque ad extremum animo sese Domino commendabat. Equidem divinae misericordiae confido Laurentium ad fruendum Deo abiisse: ea enim vixit mente ut alias res quam quae divini erant obsequii jam ferre non posset. Quare etiam sua villa extra Abulam sita multum delectabatur; quod scilicet diceret illic ab urbanis salutationibus requiem sibi concedi. Assidua erat ejus oratio, quoniam semper in Dei praesentia gradiebatur; ac tantis a suprema Majestate donabatur gratiis ut aliquando stuporem mihi injecerint. Pœnitentiae erat addictissimus, atque adeo ea in re plura praestabat quam ego voluissem. Namque mihi omnia communicare solitus fuit, ac pro eo quem mihi addixerat amore, plurimi faciebat quaecunque ei dicerem. Pro hoc amore jam ego ei redhibeo gaudium meum, quod nempe vitam hanc miserabilem cum aeterna permutarit securitate. Non hæc dicendi formula est; sed vere quoties ea cogitatio menti meae obversatur, toties recreari me sentio. De filiis equidem angor; sed propter patrem, credo, miserebitur eorum Deus. Tam multa scripsi tui consolandae causa; isthac enim morte praevideo quantum dolitura sis; et sane æquum est ut doleatis tu et istae sorores meae, quarum molestiis quantum ille afficeretur, quantumque eas diligeret, incredibile est. Nunc adest tempus ut debitum caritatis persolvatis, commendando illum Domino; hac conditione ut, si (quod ego crediderim quodque per fidem cogitare licet) nostra jam ope anima illius non indigeat, id quod pie factum fuerit cedat in levamen animarum earum quæ nostris suffragiis maxime habent opus. Paucis ante mortem suam diebus Segoviam, ubi etiamnum consisto, litteras ad me dederat; in quibus ita scribebat ut videretur quam parum sibi vivendum superesset praesagire: id quod me nonnihil attonitam habuit (tom. I, epist. 64).

brevi in celum
admissus.

C 42 Hactenus S. Mater; quæ non diu post eodem fere modo scripsit ad Laurentium defuncti filium, tunc in America degentem: adjicit vero in posteriore hac epistola esse quædam particularia, quorum ipsa quidem esset conscia, sed quæ chartæ committere non posset. Sunt hæc fortassis ea quæ S. Teresia alteri Laurentii filio Francisco narravit, ut constare dicit P. Antonius a S. Josepho ex testimonio quod Orofrisia, prædicti Francisci uxor, postea reddidit in informationibus pro Teresiae beatificatione (tom. II, epist. 55, not. 10): scilicet ea hora qua Laurentius vivere desiit S. Matrem Segoviae cum suis monialibus opus aliquod manuale peragentem, divino accepto monitu, omnes filias suas statim ad orandum pro fratre defuncto in chorum evocasse; paulo post certior factam fuisse de Laurentii post brevem in purgatorio moram in celum ingressu; ac demum, cum quadam die ad sacram Synaxin se præpararet, S. Josephum ac Laurentium ab ea esse visos mediam habentes Sanctissimam Eucharistiam quæ a sacerdote deferrebat. Hanc visionem etiam allegat P. Franciscus a S. Maria (lib. I, cap. III, n. 6); sed errat hic auctor in eo quod mortem Laurentii Cepedii dicit contigisse anno 1579, deceptus proculdubio lectione epistolæ 64 tom. I, quam supra citavi, et cui aliena manu annus 1579 appositus est. Id aliena manu factum fuisse colligitur ex examine juridico quod a veteris scripturae peritis institui jussit ad medium sæculi XVII III. Isidorus Joseph Bustamanti, Vallisoletanus episcopus; imo jam antea affirmarat P. Petrus ab Annuntiatione, testis oculatus, anni notam primitus in epistola de qua agitur non adfuisse. Præterea constat S. Teresiae epistolam, de qua dixi, ad Laurentium juniorem scriptam esse Vallisoleti mense Decembri; quod fieri non potuit anno 1579,

quando cum mensem S. Mater Malagone transegit, D uti ex aliis ejus epistolis perspicuum est. Adde demum inscriptionem lapidis sepulchralis Laurentii, quam hoc tenore fuisse refert D. Antonius Ponz (Viage de España, tom. XII, carta 10): Falleció Lorenzo de Cepeda a 28 de Junio del año de 1580. Es fundador de esta capilla, y hermano de la Santa fundadora de esta casa y de todas las Descalzas Carmelitas. Id est: Obiit Laurentius de Cepeda 28 Junii anni 1580. Fundator est hujus sacelli, et frater Sanctae fundatricis hujus domus et omnium Carmelitarum Excalceatarum. Nota tamen Ponzium hic per mendum pro 26 Junii scripsisse 28 Junii; quandoquidem S. Teresia expresse affirmat Laurentium decessisse post biduum a festo S. Joannis: dos dias despues de San Juan. Præterea mendum esse novi e missa nuper Abula illa inscriptione, quæ addita erat scuto Laurentii gentilitio. Scutum hoc circulare est, et tertio quarterio differt a scuto num. 14 exhibito, nec turrim sibi habet impositam: præterea notandum est in primo quarterio leonem sinistrorsum versum esse, dum in S. Teresiae aliorumque scuto dextrorsum est versus. Suspicio, incisorem scuti Laurentiani, legum heraldicarum ignarum, id vitii sibi permisisse ob formam scuti circularem. Quarterium id leone octoque crucibus decussatis ornatum gestant illustres antiquaeque omnes familiae civitatis Abulensis, quæ jure cognomento gaudet Avila de los Caballeros.

43 Franciscus, Laurentii filius natus prior, a teneris annis pietati deditus, et post suum adventum in Europam Sanctae amicitiae plurimum dilectus, eo anno quo mortuus est ejus pater, ardentem ad religiosum statum aspirabat, ut adeo jam nullum de ejus consilio dubium superfuisse ex quadam S. Teresiae epistola appareat. Id consilium reapse demum executurus, sine ejusdem anni jam appropinquante, cum P. Hieronymo Gratiano Pastranam adiit, novae vitae quam cogitabat periculum faciendi gratia: at exitum qui sperabatur res ea non habuit; et Franciscus, vix ullo experimento facto, post paucos dies e conventu Pastranensi domum reversus est. Neque obscurum est quid super ea re senserit S. Teresia: Historia Francisci, sic scribit ad Gratianum, nos omnes perculit. Apparet nihil aliud istos egisse, nisi ut mentem ejus in varias partes distraherent. Quod pertinet ad ejus cognatos, non me movet; sed hoc movet, Deum ita reliquisse creaturam sibi servire cupientem. Alta sunt judicia ejus (t. III, epist. 26). Paulo post invenitur Francisco sponsa nobilissimo loco nata, nomine Orofrisia de Mendoza y Castilla, filia Francisci de Mendoza et Beatricis de Castilla, amittina matris ducis Albuquerquei, ducem quoque del Infantado aliosque primariis titulis nobiles aetna consanguinitate contingens; quos inter Abulae numerabantur marchiones de las Navas et de Velada, nec non hujus conjux, et maxime Mosis Rubin filius Ludovicus, claræ apud Gallos originis. Erat Orofrisia ætas quindecim annorum, gratia et discretio insignis, dos quater mille aureorum, mater eximia prudentia et rei domesticæ regendæ idonea, frater unicus majoratu gaudens, cui fratri si proles deesset, Orofrisiae tota cederet hæreditas, soror item una eaque monialis (tom. II, epist. 55). Celebrata sponsalia fuere festa die Virginis sine labe conceptæ, anno eodem quem supra scripsi 1580; Francisco autem optime cum uxore ac socru conveniebat. At, quæ est ordinaria sors non obtemperantium Deo ad religiosum statum vocanti, rerum tam bene, ut videbatur, fluentium brevi commutatio facta est. Anno enim sequenti 1581 dolebat S. Teresia rem familiarem Francisci in pejus ruere: adeo ut verum illa dixerit esse juvenem Deo natum, non curandis rebus terrenis. Fuit etiam anno 1582 negotium

relictis tribus
liberis: Fran-
cisco de Cepeda.

F

A negotium S. Teresiae cum Beatrice socru Francisci; quae, ut penuriae generi sui mederetur, testamento Laurentii Cepedii suum contendeat valorem adimere, eratque in eo ut S. Matrem in jus advocaret, nisi haec, non minus fortiter quam suaviter, ad eam rescripsisset (tom. IV, epist. 16). Demum Franciscus, rebus pene desperatis, pietate tamen ac S. Teresiae amicitia nunquam amissa, in Americam navigavit; et Quito, nulla relicta progenie, anno 1617 decessit.

Laurentio de Cepeda

44 Felicius egit Francisci frater Laurentius, cui inscriptae sunt epistolae duae S. Teresiae (tom. II, epist. 55, et tom. IV, epist. 43). Profectus est hic in Americam ante Laurentii patris mortem, munus gesturus quod ei pater reliquerat hac lege ut suo juri legitimae portionis cederet in gratiam fratris sui, cui majoratus obtinendus eo pacto sperabatur. Contraxit Laurentius matrimonium cum Maria de Hinojosa, nata in insula Hispaniola (vulgo S. Domingo vel Haïti) ex Petro de Hinojosa et Anna de Esteves y Santistevan; atque adeo prospere rem gessit, ut jam anno 1581 copioso reddito frueretur. Fuerat socer ejus antea auditor, ut vocant, in audientia praedictae insulae et tunc audientiae Quitoanae praerat, atque mortuo prorege, Peruvianam provinciam vicarius administrabat. Laurentio deinceps munus honorificum commissum a rege est, cum amplissimo proventu. Exemplum secutus optimi patris, quem ei S. Teresia imitandum identidem proponebat, Laurentius suarum divitiarum partem succurrendo pauperioribus consanguineis aliisque bona opera procurando impendit. Peperit ei Maria de Hinojosa filios quatuor et duas filias; unde propagatum nobile Cepediorum genus in America. Anno 1666, uti narrat P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 49, not. 15), unus ex Laurentii nepotibus in Hispaniam venit ad petendam praebendam Ecclesiae Quitoanae; eandemque, quia erat e S. Teresiae fratre oriundus, suffragio Consilii Indici prae multis se antiquioribus obtinuit: postea etiam canonicatu donatus, munifica in S. Teresiam religione reginae Hispaniarum.

et Teresia a Jean. Juniore;

45 Francisco ac Laurentio felicior eorum soror Teresia fuit. Natalem annum habuit Quito 1568. Eam, Toleti apud se relictam, anno 1576 S. Teresia, suavissimis ejus moribus et indole eximia et aliis ad Deo ancillandum dotibus, ut Ribera loquitur, plurimum delectata, in spiritualem filiam adoptavit ac monialibus suis Abulensibus educandam atque ad sanctitatem efformandam commisit. Ibi puella tantum fecit in omni virtutum genere, et potissimum in humilitate, progressum, ut perfectissimae illae a quibus educabatur virgines, conspecta ejus agendi ratione, rubore suffundi se testarentur. Sic praeparata Domino Jesu sponsa habitum Carmelitarum Excalceatarum induit anno 1581 eodem in conventu Abulensi; ac dicta deinceps fuit Teresia a Jesu. In novitiatu versantem Deus multis argumentis probavit atque inferno hosti tentandam permisit; quam interea scriptis admirandis consiliis et hortationibus S. Teresia sustentabat. Optabat Sancta Fundatrix dilectissimae fratris filiae solemnem professionem ipsa excipere; sed ante mortua est quam voti sui compos fieri potuerit. Hanc igitur professionem post felicissimum matertera suae exitum Teresia junior emisit die v Novembris 1582; atque deinceps totum vitae suae tempus Abulae transegit, prout jussisse S. Matrem in quadam post mortem suam apparitione narrat P. Josephus a S. Teresia (Chron. tom. III, lib. XIII, cap. XIII, num. 7). Functae fuit aliquando Teresia officio magistrae novitiarum; in quo officio sicut in ceteris vitae suae actionibus praecleara sanctitate enituit (Ibid. n. 8). Eadem hora qua mortua est, die x Septembris 1610, narratur a

citato scriptore (Ibid. n. 9) conspiciendam se obtulisse amicissimae sibi Venerabili Dei Servae Annae a S. Bartholomaeo, degenti in Gallia.

AUCTORE
V. D. M.
D

46 Satis prolixè egimus de Laurentio Cepedio ejusque liberis. De Antonio Ahumadio, cui quartus locus inter S. Teresiae fratres germanos assignatur, non tam multa dicenda sunt. Antonium Teresia eo adduxit, ut quo die hanc in ordinem Carmelitarum ingrederetur, ille quoque in religiosam domum, nempe PP. Praedicatorum Abulensium, sese reciperet. Variæ autem sunt in hanc rem auctorum sententiae, quas sic exponit (in nota ad cap. IV, lib. I vitae italicae S. Teresiae) P. Fredericus a S. Antonio: Scribit, inquit, P. Ribera, lib. I, cap. VI, Antonium Ahumadium ab Incarnationis cenobio, quo sororem deduxerat, recta ad S. Thomae Ordinis D. Dominici contendisse, ut admissionem postularet: sed ea admissione dilata ab ejus domus Patribus, qui antea vellent parentis, quem familiariter noverant, mentem explorare, Antonium in Ordinem D. Hieronymi se recepisse; at, cum per tirocinii tempus in morbum incidisset, caeptum vitae institutum tenere non potuisse. Alii sunt scriptores qui nihil omnino de Antonio memoriae prodidere. Denique P. Franciscus a S. Maria, lib. I, cap. VII, et Philippus Lopez, cap. II, adducti fuerunt ut crederent Antonium reipsa habitu S. Dominici indutum fuisse; ac prior quidem, allegata licet sententia eorum qui apud monachos S. Hieronymi illum degisse opinantur, scribit tamen juvenem, vita in Instituto PP. Praedicatorum egregie acta, necdum facta professione, diem supremum obiisse.

septimus An-
tonius de Ahu-
mada, reli-
giosus;

47 Antonium de Ahumada ordine natalium consequitur Petrus, item de Ahumada dictus, ac bellica virtute in expeditionibus transmarinis non minus quam tres qui illum praecesserant fratres spectabilis. Reversum esse Petrum ex America cum fratre suo Laurentio, antea docui. Meritorum suorum mercedem, quam reposcere in Hispaniam rediens intenderat, non videtur pro spe fuisse consecutus; qua repulsa effectum ut per totam reliquam vitam animi aegritudine et sibi et cognatis suis non parum molesta laboravit. Ejus necessitati Laurentius frater generosissime subvenit, omnia ei tribuens quibus ad victum, vestitum ac res domesticas indigebat, ac propriam domum cum fratre, quamdiu hic voluit, communicans. Eadem hospitalitate, modo vellet, quodere potuit Petrus sive apud Joannam Ahumadiam sororem sive apud sororis Mariae filium Didacum. Sanctae autem Teresiae ut multum curarum suscitavit sua in Petrum misericors caritas, sic etiam eidem inspiravit eloquentissimam epistolam; qua dubito an in hoc genere scriptiois aliquid pulchrius atque ad persuadendum movendumque aptius inveniri possit (tom. III, epist. 35). Mortuo Laurentio fratre, habitavit Petrus apud Franciscum Laurentii filium; ejusque rem domesticam, tum ante tum post initum ab eo matrimonium, pro parte cum ejus socru Beatrice Mendoza administravit: cui administrationi paulo postea Petrum Abulae immortuum conjicio.

octavus Pe-
trus de Ahu-
mada, qui ex
America re-
dux pauper
obiit;

48 Ferdinandum, Rodericum, Laurentium ac Petrum amulati sunt alii duo de quibus nunc dicendum est S. Teresiae fratres, Hieronymus de Cepeda et Augustinus de Ahumada. Colligitur ex epistolis S. Matris Hieronymum in Americanas expeditiones profectum fuisse anno 1562 (tom. I, epist. 29), ac post duodecim prope annos in eisdem exactos, sub id tempus nimirum quo ejus fratres Laurentius ac Petrus reditum in patriam parabant, mortuum esse in nomine Domini tanquam sanctum (Tom. IV, epist. 42): Augustinum vero anno 1572 apud proregem Peruviae fuisse versatum (tom. II, epist. 52). Hiero-

nonus Hiero-
nymus de Ce-
peda, et deci-
mus Augusti-
nus de Ahu-
mada, uterque
in America
sancte mor-
tuit;

AUCTORE
V. D. M.

A nymo filia fuit Joanna nomine, Augustino item filia Eleonora; quas ambas a patruo suo Laurentio nuptui collocatas esse supra retuli (num. 40); earum quæ matres fuerint, item an et quot alios liberos parentes earum genuerint, nusquam a me compertum est. Porro de Augustino Ahumadio sequentia prodit P. Franciscus a S. Maria (lib. 1, cap. III, num. 8): Fuit Augustinus militum præfectus fortissimus in Chile et septemdecim e præliis victor evasit. Cum autem esset regendo alicui Peruviae loco præpositus, litteras a Sancta sorore accepit quibus jubebatur præfecturæ et loco cedere, ni vitam animamque perditam vellet. Obedivit vir timoratus, neglecto ditissimo muneris sui proventu; nec vero diu post accessit illuc hostis, et gubernatorem Augustino suffectum cum omnibus loci incolis trucidavit. Ambit deinde alterum munus in ea terra Augustinus; at denuo ad illum S. Teresia litteras misit, in quibus præter alia hæc scribebat: « Ne assumes, mi frater, » in Indiis ullum munus; accepi enim a Domino te, » si eo assumpto mortuus fueris, damnatum iri. » Tum ille, veritus periculum, abjecto muneris ambiendi consilio, in Hispaniam venit, asserens scripta rerum egregie a se gestarum testimonia, et meritorum suorum expetiturus præmium. Quod cum videret alibi quam in Indiis consequi se non posse, aures voci conscientiae oclusit, mortua jam sorore; atque præfecturam in provincia Tucumana gerendam admisit. Jam mare iterum remensus erat, et in Civitatem Regum (alias Limam) pervenerat, cum ecce morbo ad extremum discrimen deductus, agnito misericordiae divinae flagello, omnem ambitionem ex animo expulit, seque ad mortem paravit. In vitæ exitu assistentem sibi habuit Sanctam sororem et ab ea in conspectum Dei adductus est; uti in informationibus pro Teresiae canonizatione testatum fecit P. Ludovicus de Valdivia, Societatis Jesu sacerdos, qui Augustinum peccata confitentem audierat. Eadem hæc constant e manuscripto de prophetiæ dono S. Teresiae Summario; in quo P. Ludovicus designatur ut 38 testis examinatus Madriti.

undecima tandem Joanna de Ahumada, bona boni viri uxor.

C 49 Restat ultimo loco nata inter Alphonsi Cepedii liberos Joanna de Ahumada, soror S. Teresiae carissima; quam hæc, multo se juniorem, mortua matre, adoptarat in filiam atque in monasterio Incarnationis summa cum cura educarat. Init Joanna honestissimum matrimonium anno 1553 cum Joanne de Ovalle Godinez, nobili viro Salmanticensi, qui per plures annos sub Caroli Quinti vexillis cum laude meruerat. Feruntur progeniti ex hoc matrimonio duo filii ac filiae tres: nempe Gonzalvus, quem Sancta matertera a morte suscitavisse narratur apud Riberam lib. 1, cap. VIII; Josephus, quem eadem, suis in brachiis mortuum, vidit comitantibus Angelis in cælum ascendere, uti ibidem Ribera memorat; Beatrice, quam S. Teresia non sine labore sensim ad sui Instituti lanam induendam allexit; Constantia demum et Eleonora, quarum nihil aliud quam nomina, eaque apud unum P. Emmanuelem a S. Hieronymo, continuatorem Chronici, notata invenio (tom. V, lib. XXI, cap. XXXI, num. 4). Erat conjugii sui initio res Joannis Ovallii satis copiosa. Habitabat per alteram anni partem in civitate Alba, per alteram in villa sibi hereditaria prope Alham, nomine Galandustre. Multa elargiebatur pauperibus: gaudebatque summa æstimatione apud Duces Albanos; quorum in aula filius ejus Gonzalvus prius inter pueros honorarios, dein inter nobiles ministros, versatus fuit. Sed sua non semper stetit Joanni fortuna; prout ex eo patet quod illius familiae duo Laurentii Cepedii, pater et filius, de suis opibus succurrerunt.


D Multa eaque præclara de Joanne Ovallio ejusque conjuge lector apud Riberam offendet; quæ proin superfluum erat a me hoc loco describi. Referam ergo de prolibus eorum Gonzalvo ac Beatrice ea quæ Ribera vel omnino non habet vel paucis tantum verbis perstringit.

50 Ac de Gonzalvo quidem exstat relatio memoratu digna Matris Mariæ a S. Francisco, Carmelitissæ Excalceatæ cœnobii Albani. Ex hac relatione huc traducam quæ ex ea desumpsit P. Antonius a S. Josepho in suis notis ad epist. 51 et 108 tomi secundi epistolarum S. Teresiae. Scilicet cum quadam die Sancta Fundatrix Albæ consisteret, illam Gonzalvus puer sic compellavit: Mater ac matertera mea carissima, commenda me Deo et ora, amabo te, ut eum nunquam offendam ac salvus fiam: tibi enim omnium maxime incumbit hoc facere, quæ prohibuisti ne in tenera ætate cœlo fruerer. O mater, exclamabat, quot modo annos in conspectu Dei stetissem, nisi tu me inde disturbasses! Vide igitur quid mihi eripueris; vide quanto debito mihi obstringaris: quod mihi ut per tuas preces solvatur postulo atque spero. Obtinuit Gonzalvus, necdubium quin S. Teresia intercedente, id quod tam sollicitè tamque tenero affectu postulabat: nempe anno 1587, ætatis suæ circiter 28, beatissimum vitæ finem accepit. Cum esset in eo ut in extremum veniret discrimen, peracta generali confessione, morientium Sacramentis cum magno pietatis affectu munitus est; nec deinceps, donec vitæ usura superfuit, Deum suaviter alloqui desiit aut incipientes se equites de mundanarum rerum vanitate admonere. Queri aliquando apud medicum audiebatur nimis tarde advenientem mortis horam: quam non præ tædio suorum dolorum advocari a se dicebat, sed pro ea qua pellebatur videndi Deum cupidine. Misit etiam qui peterent a Beatrice sorore, tunc sanctimoniali, habitum Carmelitanum. Quo indutus, postquam sacras Litanias pro se recitari jussisset, ad quas ipse Ora pro me respondebat; placide expiravit, sparso suavi per cubiculum odore, qualem S. Teresiae exuviae olim diffuderant.

mater Gonzalvi de Ovalle

E 51 Beatrice de Ovalle, postea Beatrice a Jesu, primam lucem aspexit Albæ; et quinquennis puellula curæ monialium Benedictinarum ejusdem civitatis, quas inter habebat duas amitas, commissa a parentibus fuit. Narratur harum monialium uni eam nomine Hispanis diminutivo Ahumadita appellanti reposuisse: Domina Beatrice de Ahumada ego vocor; et gloriolæ amorem, quem postea exemplari humilitate reparavit, per pueriles illos annos plurimum in se fovisse. Musicæ quoque, profanis narratiunculis, foliis lusoriis cæterisque hujusmodi quisquiliis erat immoderatus dedita: qua re non parum exercitavit pii patris ac Sanctæ materteræ zelum, talibus eam extricare miseriis satagentium. Cessit his sensim pro voto labor: adolescentem filiam vidit Joannes, ut gratia ac prudentia, sic etiam virtutibus indies crescere; Teresia autem jam tunc monasticæ vitæ aliquando addictum iri Beatricem prædixit: ad quam tamen vitam hæc, proba licet et modesta, ne minimum quidem eo tempore afficiebatur. Anno ætatis suæ decimo quinto zelotypæ mulieris calumniis in discrimen famæ adducta, ex eoque a Deo innocentiae vindice erepta, cepit Beatrice se dare ferventius pietati, et eam quam soli vestium elegantiae ad id tempus impenderat, ingenii ac manuum dexteritatem sacris imaginibus altariibusque ornandis nec non linteis sacrificiis affabre conficiendis adhibere; recusatis interea qui eam procabantur, non solum Albæ, sed Abulæ quoque ac Salmanticæ, nobilibus equitibus: neque hoc tamen quod jam teneretur amore vitæ monasticæ, a quo scilicet adhuc longe aberat; sed potius quia metuebat

et Beatrice a Jesu, Carm. Exc.



A *ne Dei de se consilium importune praevertet.* Anno 1581 persuasit S. Teresia sorori suae ac sororis marito ut Beatricem per aliquod temporis spatium Abulae habitare sinerent apud Petrum Alvarez Cimbren, quem Joannis Ocallii fratrem dicit P. Emmanuel a S. Hieronymo; et pro se videtur habere fragmentum epistolae alicujus S. Teresiae ad Beatricem, in quo legitur Peralvarez suus tunc, Petrus Alvarez tuus patruus: vult tamen P. Antonius a S. Josepho historiographum erravisse, et Petrum Alvarez patruum facit S. Teresiae (vide tom. III, epist. 30, not. 19). Verum hoc per transennam dictum esto. Ad Beatricem ut redeam, versata haec est Abula usque post mortem Sanctae materterae. Tum Albam reversa, cum ad Sanctae sepulchrum, per novendiales preces ibi a Maria de Toledo ducissa Albana instituta, saepius oravisset, tandem aliquando deliberare de religiosa vita amplectenda cepit; atque in eo proposito a S. Teresia per somnium sibi apparente roborata, post aliquam adhuc moram demum feliciter in portum Religionis Carmelitanae devecta est: narrat hoc Ribera lib. V, cap. II. Quam bene exinde S. Teresiae vestigiis institerit, qua laude functa sit variis Instituti sui muniis, quibus a Deo favoribus et ante et post pretiosam in ejus conspectu mortem illustrata, prolixè conscriptum est in Chronico, tom. V, l. XXI, cap. XXXII et XXXIII.

Multa consanguinea S. Teresiae moniales fuerunt.

52 Probe distinguenda est haec Beatrix a Jesu, filia Joannae Ahumadiae, ab altera S. Teresiae cognata quae prorsus idem nomen in religione gessit. Suspiciatur P. Antonius a S. Josepho hanc alteram Beatricem sororem esse Isabellae a S. Paulo, ejus quae prima omnium in primo reformationis Teresianae monasterio professionem fecit; utriusque autem patrem fuisse Franciscum de Cepeda, filium Francisci Alvarez de Cepeda, patrum S. Teresiae. Alter ejusdem patrum filius Didacus similiter duas filias monachas habuit; nempe Mariam de Ocampo sive a S. Joanne Baptista, Carmelitanam Excalceatam, et Eleonoram de Cepeda, cujus pulchram in monasterio Incarnationis mortem Ribera narrat lib. IV, cap. III. Fuerunt et aliae inter Carmelitanas Excalceatas S. Teresiae consanguineae, uti Agnes a Jesu, Anna ab Incarnatione, Maria a S. Hieronymo; de quibus per vitam S. Teresiae mentio non infrequens occurrit. Ut autem ea quae hactenus de Sanctae nostrae genere et consanguinitate disserui, uno quasi obtutu videas, illius schema genealogicum tibi praesto est.

C

§ IV. S. Teresiae nativitas, et vitae exordia.

Sancta nata est Abula anno 1515.

Orta est S. Teresia Abulae, in Castellae Veteris civitate, cujus episcopalem sedem medio saeculo XV insignivit orbi notissimus et, ut cum Emin. Card. Bellarminus appellat, mundi miraculum, Alphonsus Tostatus. Eminet praeterea haec civitas antiquitate et incolarum suorum pietate et bellica fortitudine, Abula Santos y cantos proverbio dicta, quasi nihil illi nisi Sancti sint et petrae, fertili licet in solo. Non degenerem a proavis et civibus suis edidit Abula Teresiam, matrem innumerabilis spiritualis familiae, et reformatricem non solum monialium, sed et Ordinis religiosorum virorum. Lucem primo aspexit anno 1515, quo, ut notant historici, Lutherus in pectore virus coquebat quod postea erat vomiturus. Etenim, ut recte ait Caramuel in Vita Ven. P. Dominici a Jesu Maria (l. III, c. III, n. 240): Biennio

post non ocepit Martinus Lutherus esse haereticus, sed esse insolens: tunc enim, quod prius privatim, publice concionatur et disputat. Atque, ut dicit auctor anonymus Annalium Torgaviensium (apud Menckenium t. II Rer. Germanicarum, p. 583): Hoc anno (1516) Lutherus fratres suos a Tezelii mercibus (sic Lutheri sectator Indulgentias nominat) dehortari cepit: et porro sequenti anno positiones suas contra eum publice effinxit. Ea ratione, Luthero destruyente et Teresia aedificante, factum est quod Isaias c. LV, v. 13, dicit: Pro salivca ascendet abies, et pro urtica crescet myrtus. Non est tamen quod sola Teresia illo aeo damnum quod Ecclesia subibat, eximia sanctitate et miraculis aut parto etiam religioso Ordine compensarit: nam pluribus vel in sola Hispania illustrissimis viris canonici Sanctorum jam adscriptis coeva, imo non paucis amica et familiaris Sancta nostra extitit; quos inter nominasse satis sit SS. Joannem a Cruce, Franciscum Borgiam, Petrum de Alcantara, Ludovicum Bertrandum, Thomam a Villanova, etc., de quibus post frequens sermo recurret. Teresiae primordia jam pertractemus.

54 Dies quae eam protulit, fuit XXVIII Martii, S. Bertholdi, primi inter Latinos Generalis O. C., non, ut Yepesio excidit, festum, sed profestum, ac neutiquam XII Martii, sicut praefracte Helyot et Nicolaus Antonius ac dubitanter Baillet affirmant, neque XXII Martii, ut haerens scribit Richard in Dictionario Scientiarum Eccl., art. S. Thérèse. Constat de die illo natali e Ribera aliisque; quin P. Emmanuel a S. Thoma, quod alibi non reperi, asserit Pastranæ in monasterio O. C. suo tempore (1807) etiam tunc extitisse memorialem notam patris S. Teresiae, quae propria illius manu exarata sic sonat: Die Mercurii, XXVIII Martii 1515 nascebatur filia mea Teresia circiter media hora 5 matutina, id est illucescente die. Susceptor ejus in baptismo fuit Vela Nuñez, et susceprix D. Maria del Aguila, filia Francisci Pajares. Illo ipso die sacris undis ab originali peccato expiata fuit in parochia S. Joannis, ubi, ut perhibent, antiqui fontes baptismales perdurant. P. Emmanuel a S. Thoma ait eam IV Aprilis baptizatam. Ast hic et alibi passim, ubi sine vade rem ille asseverat aut antiquis contradicit, tacitus imposterum eum praeteribo: v. g. cum erronee una eademque pagina dicit, unius Teresiae natalem diem a patre annotatam; baptizatam Teresiam in ecclesia S. Bartholomaei; solo paternae domus ejus inaedificatam ecclesiam monialium Ordinis sui; Riberam derivasse nomen Teresia a Thyrsus, etc. Quam etymologiam novi quidem esse indicatam a Francisco Villegas et Alphonso Bivarro, sed non a Ribera, qui dumtaxat dicit Teresa (sive, ut nunc passim scribitur, Teresia, et subin, praesertim a Gallis, Theresia) hispanicum nomen potius esse quam graecum aut latinum. Utrum autem Sancta nostra patronam habuerit S. Teresiam, Alphonsi V Legionensis regis sororem (quam latini auctores Tarasiam scripsere), utrum Teresiam Lusitanicam, vulgo Sanctam Reginam nuncupatam, Alphonsi IX Legionensis item regis primam uxorem, utrum denique aliam forte Sanctam synonymam, me praeterit. Nomen id, in vetustis Hispanorum Annalibus aliquoties obvium, post S. Teresiae canonizationem quam plurimis commune evasit, ac familiare etiam imperatricibus et reginis, quae a parentibus et patrinis sub potentis patronae illius tutela in baptismo pie posita fuerant.

55 Neque solum S. Teresiae nomen celebre factum est, sed et in loco ubi ipsa in lucem edita est, sacrum et perenne monumentum fuit exactum. Nihil de hoc accuratius neque recentius hic litteris consignare possum

AUCTORE
V. D. M.

D

die XXVIII
Martii; ac
Teresia nomi-
nata.
E

F

Monumentum
in natali ejus
loco erectum.

AUCTORE
V. D. M.

possunt, quam quod R. P. Ignatius Lerdo e certis documentis, aut potius ex iis quae ipse conspexerat, XXIV Martii 1840 perscribere dignatus est. Madriti, cum scripsit, adhuc debebat officiosissimus ille vir; sed paulo post accitus Romam est, ut assistentis munere apud A. R. P. Praepositum Generalem S. J. fungeretur. Sic autem ille scribit: De loco, ubi ea primam lucem vidit, optime scitur, illum ipsum esse, ubi postea aedificata fuit ecclesia conventus, ab ejus nomine nuncupati, Patrum Carmelitarum Excalceatorum; domum tamen Teresiae natalem non idem spatium ac ecclesiam occupasse, sed illud tantum quod sinistro crucis exstructae brachio et parvula sacristia adjacente oppletur. In eo crucis latere inferiori sacella duo sunt, unum B. Virgini de Monte Carmelo, alterum ipsi B. Teresiae dicatum. A tergo igitur primi illius, quod B. Mariae sacrum et praecipuum est, in exteriori muri facie, occasum respiciente, cernitur octo decemve ulnis hispanicis supra terram lapis albus, non marmoreus, politus tamen, ac in quadro sectus, qui in ipsa aedificii structione ibi collocatus videtur; in coque characteribus omnibus majusculis inscriptio, quae infra hic exprimitur, legenda patet. Animadvertit D. Valentinus Carderera, a quo delineatas plures laminas habes in vita hac Teresiana, quique et ipse participes nos fecit hujus a se exaratae inscriptionis, hanc vix legibilem esse: ac notat, eam, si altitudinem spectes, introrsum respondere altari.

IN HOC DEI PARAEDICATO SACELLO EXTITIT EQUODAM
FOELICIAS ATQUE NABULA IN QUIBUS TER PRAE-
CLARA VIRGO S. TERESIA AB IPSA IPSIUS CARISSI-
MA SPONSA AUSPICATO NATA PIEQUE EDUCATA
FUIT REPARATICA CARMELI MATER AUGUSTA EREC-
TRIX DOCTRINAE

Non longe ab ea muri parte ubi est praedictus lapis, in angulo brachium hoc inter et caput crucis aedificii interjacente, spatium non amplum est, muro quodam altitudinis ulnarum quatuor omnino clausum absque ullo prorsus introitu, nisi e superiori parte, quae nullo tecto cooperta est: nulli locus hic usui inservit; dicitur tamen idem ipse esse, in quo hortulus consitus erat, ubi infantula Teresia simul cum fratre cellulis eremiticis construendis, quasi vocationi futurae proludens, oblectabatur. Haec R. P. Lerdo. Nimirum anno 1629 obtinuerat Ill. Franciscus Marquez Gazetta, episcopus Abulensis, ut, quod adeo Riberae in votis erat, natalis S. Teresiae locus in sanctuarium verteretur, et ut D. Gaspar de Guzman, comes de Olivares et dux de San-Lucar, inclitus Philippi IV minister, exstrueret ibi pulchram ex architecturae regulis ecclesiam, dicatam S. Teresiae, cujus affabre celata statua, praecellens Gregorii Hernandez opus, stat in proprio Sanctae sacello. Anno 1640 ossa felicium Teresiae parentum in sacras eas natae suae aedes ex aedibus S. Francisci translatae fuerunt. Duplicem grandis hujus in perennem S. Teresiae honorem excitati monumenti conspectum exhibeo in paragraphis ubi de gloria Sanctae posthuma, ad quam spectat ratione temporis quo fuit constructum. At redeamus ad Teresiae infantiam et adolescentiam, quas ex ore ejus incomparabili candore et humilitate narratas hic accipe.

56 Prooemium. Vellem equidem, ut, quemadmodum superiores mihi praeceperunt, et plenam

potestatem fecerunt, ut et orationis modum et quas a Domino recepi gratias scripto committerem; sic eandem fecissent, ad enormia mea peccata et vitam sceleratam sigillatim et clarissime aperiendam. Permagna hoc mihi, fateor, fuisset consolatio; sed hanc ipsi mihi dare facultatem noluerunt, quinimo valde me hac in re restrictam esse jusserunt. Hanc ob causam per Dei amorem rogo, ut, quicumque hunc vitae meae discursum leget, sibi ob oculos ponat, hanc ita improbam fuisse, ut ex omnibus, qui ad Deum se converterunt, Sanctis, nullum omnino invenerim, qui suo mihi exemplo esse solatio possit. Video enim eos, ex quo a Domino vocati sunt, exinde ad eum peccatis offendendum non rediisse: ego vero non solum facta sum peior, verum etiam gratis, quas a divina ejus Majestate accipiebam, studio et data opera visa sum resistere; quod me ad magis ei serviendum cernerem obligari, et reipsa intelligerem non posse et debere me minus quam debebam, persolvere. Sit in aeternum ipse benedictus, quod tanto me tempore expectarit: quem ex toto corde meo obsecro, mihi ut gratiam concedat, ad hanc vitae meae narrationem (quam et mei mihi confessarii injunxerunt, et ipsemet Dominus jam pridem, ut quidem scio, conscribi voluit, sed quam ego hactenus aggredi ausa non sum) ea qua par est claritate et fide faciendam; deinde ut haec in gloriam et laudem ejus cedat, tum ut confessarii, post-hac melius me perspectam habentes, imbecillitatem ac debilitatem meam adjuvent, quo eorum, quae Domino debeo plurima, aliquid prestare possim, quem omnia creata jugiter laudent ac benedicant. Amen.

57 Cap. I. Nisi ego tam mala et improba fuisset, accedente etiam divino erga me favore, satis mihi ad virtutis iter capessendum fuisset, pios et timoratos a Deo parentes accepisse. Pater bonorum librorum lectioni mire deditus erat, hinc et tales lingua vernacula conscriptos domi non paucos habebat, quo illorum lectioni et filii assuescerent. Hoc, accedente etiam cura matris, qua curabat ut omnes Deum quotidie oraremus et pio erga Deiparam Matrem et Sanctorum nonnullos affectu raperemur, me jam sexennem vel septennem (ut mihi quidem videtur) cepit excitare. Non parum mihi hic adjumenti erat, quod viderem parentes nullum cuiquam favorem impertiri, nisi quem sibi virtute promeruisset, cum illius et ipsi eximii cultores essent. Pater namque erga pauperes quolibet mirifice afficiebatur, in aegrotos, quin etiam famulos suos tanta erat pietate, numquam ut emptitios servos habere voluerit, quod illis valde compateretur. Unde cum quodam tempore quoddam muliebri patrui mei mancipium domi nostrae versaretur, non minus id pater benigne lauteque habuit quam proprios filios, et pro ea qua erat pietate aiebat se pati non posse, quod libertati non restitueretur. Veritatis adhuc in verbis erat imprimis amans, hinc numquam eum audivi jurantem, aut alicui detrahentem; quin et honestus supra modum. Mater quoque permultis praedita fuit virtutibus, et gravibus quoad vixit est cum morbis conflictata. Adhuc summa fuit honestate, et quamvis forma esset utcumque venusta, numquam tamen ob eam se visa vel audita est efferre ac magni facere: nam licet, dum moreretur, non nisi triginta trium esset annorum, vestitus tamen ejus ita modestus erat, ut vetulam deceret. Placida ac lenis apprimis fuit, et ingenio valde sagaci. Magnos, dum vixit, labores et arumnas pertulit, et hanc ipsam vitam tandem Christiana morte conclusit.

orationis modum receptasque gratias.

D

E

Parentes ejus pii fuerunt:

F

Sancta exponit qui jussa illi describere

probi quoque
fratres et so-
rores, prae-
cipue Roderi-
cum Sancta
catholica.

58 Tres numero eramus sorores, et fratres no-
vem; et omnes (quae Dei bonitas) virtutum studio
et exercitio parentes referebant, una me excepta,
tametsi alioquin prae aliis prolibus patri essem
chara; et sane antequam Deum inciperem offen-
dere, aliquam ad me amandam habere videbatur
rationem. Nam non parum jam doleo, dum illas
ad bonum propensiones, quas a Domino tum ac-
ceperam, ad mentem revoco, quamquam male iis
uti potuerim. Adhuc nullum omnino mihi fratres,
quo minus Deo servirem, impedimentum adfere-
bant. Unus eorum ejusdem prope mecum aetatis
erat, qui etiam mihi prae aliis charus (quamquam et
caeteros summopere diligebam, et illi me). Ipse et
ego saepe simul Sanctorum vitas pereurrebamus:
cumque martyria et cruciatus, quos ex Dei amore
sancti homines passi erant, legerem, vilissimo etiam
pretio coelum eos ac Dei fruitionem mercatos esse
censebam, indeque et mihi ardens quoddam simi-
liter moriendi desiderium innascebatur; non qui-
dem ex ingenti amore, quo me in Deum ferri pu-
tarem, sed ut tam brevium cruciatuum pretio
summorum illorum bonorum, quae in Caelo re-
servari legebam, particeps redderem. Cum hocce
meo fraterculo saepe conveniebam, ut simul con-
ferremus, quam potissimum via et ratione hoc
assequi possemus. Convenit inter nos ut simul ad
Maurorum regna concederemus, stipem Dei no-
mine petentes, ut, cum illuc pervenissemus, ipsi
nobis caput praeciderent. Et (ut quidem mihi jam
apparet) satis nobis animorum in tam tenera aetate
ad hoc ipsum perficiendum Dominus suggerebat,
si modo aliquam illuc proficiscendi commoditatem
vidissemus: at maximum nobis impedimentum
esse videbatur, quod domi parentes haberemus.
Nihil vero in iis, quae legebamus, magis movebat,
quam quod poena infernalis et gloria caelestis sem-
piterna esse diceretur. Hinc saepe hac ipsa de re
satis diu simul agebamus, et volupe nobis erat iden-
tidem repetere: «In aeternum, aeternum, aeternum»;
quod autem hoc sapiens mecum repeterem, placuit
Domino, ut mihi jam tum, in puerili illa aetate,
veritatis via impressa maneret. Ut vero vidi im-
possibile mihi esse ad ea me loca conferre, in
quibus pro Dei nomine mortem mihi inferrent,
statuimus eremiticam vitam ducere, et in horto
quodam domestico cellulas quasdam eremiticas,
omni quo per pueriles annos potuimus modo, con-
struere coepimus, parvos quosdam lapides invicem
superstruendo, qui illico concidebant, adeo ut nulla
nobis desiderio nostro adimplendo ratio suppeteret.

Junia et Te-
restia ad bo-
num propen-
sio.

59 Unde etiamnum ad devotionem excitor, cum
mecum reputo, quam tempestive et cito Deus tum
mihi daret id quod postea culpa et demerito meo
deperdidit. Eleemosynas egenis erogabam, prout
poteram; poteram autem minimum. Solitudinem
captabam, ut solitas meas precatumculas, quas ha-
bebam plurimas, decurrerem, atque imprimis
Rosarium Deiparae Virginis, cujus recitationi ma-
ter mea maximopere addicta erat, et ut nos addicti
essemus procurabat. Si quando cum aequalibus
puellis colludebam, voluptati mihi erat monaste-
riola construere, perinde ac si moniales essemus;
quin et ego mihi videbar monialis esse velle, quam-
quam hoc non tam ardentem volebam, atque alia
illa quae jam commemoravi. Dum mater mea ex
hac vita decederet, duodecimum, aut circiter, aetatis
annum (quantum recordor) explebam: utque coepi
intelligere, quantam illius obitu jacturam fecissem,
afflicta et moriens coram quadam Beatissimae Matris
Mariae imagine me abjeci, multisque eam cum lacry-
mis rogavi, mea ut Mater et enatrix deinceps esse

dignaretur. Quod quamvis tum ex simplicitate
quodam puerili feci, mihi tamen postea non parum
videtur profuisse; manifestam enim et apertam
Virginis hujus clementissimae opem experta sum,
quoties et in quantum ejus me tutelae concredidi.
Unde et tandem me ad se pertraxit. Quamobrem
mire me cruciat, dum considero et cogito, ecquid
in causa fuerit, quod in bonis desideriis et propo-
sitis, quae tunc concepi et incepi, non persevera-
rim. Cum, o Domine Deus, statuisse videaris, ut
ad salutem pervenirem, placeat, obsecro, Majestati
tuae, ut id fiat, et tot mihi gratias concedere, quot
mihi olim concessisti. Vellem equidem, ut non
permisisses, non quidem in rem et utilitatem meam,
sed ob tui reverentiam et respectum, ut habitacu-
lum, in quo ita continenter habitaturus eras,
ita foede inquinaretur. Crux mihi est, Domine,
ipsum etiam dicendo referre: scio quippe meae
unius id culpae adscribendum esse; etenim a tua
parte nihil, quod praeterea faceres, superfuisse vi-
detur, quo minus jam tum ab illa aetate tota tua
esse potuerim. De parentibus meis si velim con-
queri, etiam non possum: non enim in illis vide-
bam, nisi omne bonum, et insignem de meo in
bono profectu curam. Itaque cum hanc aetatem
excessissem, et naturae, quae a Domino acceperam,
quaeque (ut aiebant) erant plurima, dona agnoscere
inciperem; adeo non pro iisdem (ut quidem tene-
bar) gratias datori agebam, ut etiam singulis ad
eum offendendum, ut jam commemorabo, uti ince-
perim.

60 Caput II. Quod modo referam, non mediocre
meo iudicio mihi damnum adferre coepit: unde
subinde mecum ipsa considero, quam male parentes
agant, qui non procurant, ut liberi sui semper et
ubique videant ea quae virtutem omnimodis redo-
leant: nam esto mater mea, uti retuli, virtutum
studio adeo addicta foret, ego tamen, ubi ad rationis
usum perveni, non tantum illius e bonitate hausi,
quantum quidem oporteret, imo vix aliquid;
malum contra, quod illa habebat, summopere
mihi nocuit. Generosa quippe priscorum equitum
facinora ipsa avide et cum voluptate identidem
legebat; sed isthoc recreationis genus non tantum
ei nocuit, quantum mihi, quod ipsa, quae ei neces-
sario agenda erant, propterea non negligeret, sed
nobis haecce legendi et tempus et facultatem daret.
Ideo forsitan huic ipsa lectioni incumberebat, ut
magnas quas habebat molestias et afflictiones hoc
pacto oblivisceretur, et liberos suos occuparet, ne,
si aliis rebus se dederent, depravarentur. Ita quidem
grave hoc patri meo accidit, ut furtim et clam illo
nos haec legere oportuerit. Unde ipsa quamdam
librorum illorum legendorum consuetudinem indui,
et tenuis ille, quem in matre vidi, defectus bonis
piisque meis desideriis velut frigidam coepit injicere,
atque in causa fuit, ut etiam in rebus caeteris coepe-
rim deficere; neque etiam male me putarem agere,
tametsi multas tam diei quam noctis horas tam vano
exercitio, quamvis inscio patre, impenderem. Adeo
vero haec me lectio delectabat ac detinebat, ut, nisi
novum aliquem haberem librum, nullatenus mihi
satisfactum videretur. Exinde elegantias et ornatum
sectari coepi, et pulchritudine mea aliis placere, et
talis videri velle sollicite curans, et manus habere
nitidas, et capillitium scite structum, et odoramenta
oblectantia, et reliquas quas hoc in genere habere
poteram vanitates; quae sane non erant paucae,
quod hujusmodi nugarum essem curiosissima:
nulla tamen sinistra ad haec me impellebat intentio;
neque enim voluissem, ut aliquis mei causa et occa-
sione Deum offendisset. Unde nimia quaedam nitore

AUCTORE
V. D. M.

D

E

F

sed in bono
linguae lectio-
ne futilium
librorum.

AUCTORE
V. D. M.

A

et elegantia, et rerum quæ nullum mihi peccatum involvere videbantur, sollicitudo multos mihi annos adhesit : sed modo video, quanto ea cum peccato conjuncta essent.

et solalitate
mundanarum
consanguine-
orum :

B

61 Consobrini quidam patruales sæpe domum paternam frequentabant : nam aliis personis ad illam aditus non patebat, quia pater meus in admissione illa circumspectus erat. Utinam vero etiam in his excludendis circumspectus fuisset! Nunc enim video, quanto conjunctum sit cum periculo, ea ætate, qua virtutum semina jacienda sunt, cum iis hominibus habere commercium qui nondum perspectum habent quam in se mundus sit vanus, sed aliis contra incitamento sunt, ut eundem sectentur. Ejusdem hi prope mecum ætatis erant, aut saltem non multo me provectoris : hinc semper simul agebamus et conversabamur. Mirifice hi erga me afficiebantur, et vicissim quæcumque ego ipsis grata esse noveram, de illis apud eos agebam, simulque affectionum ipsorum et puerilium ineptiarum parum bonarum successus ex ipsis audiebam; et quod deterius fuit, anima ultro se applicabat iis, quæ omnis ei mali fuerunt occasio. Si meum esset consulere, equidem parentibus consulere, ut in hac ætate serio reflecterent super eos qui cum filiis suis agunt; nam multum in eo mali situm est, eo quod natura nostra in malum potius quam in bonum propendeat ac feratur. Ita plane mihi contigit : cum enim sororem haberem ætate me majorem, illius honestatem et probitatem, quæ in ea singularis erat, nihil sum imitata; cognatæ vero cujusdam meæ, quæ in domo paterna frequens erat, levitatem et malum omne mox imitari. Tam hæc erat in conversatione et moribus levis, ut mater eam domo nostra excludere maxime allaboravit; ut jam tum præagere videretur malum, quod ejus mihi conversatio esset allatura : sed tantam illa domus nostræ frequentandæ causam habebat et occasionem, ut commode ipsam ab ea excludere non potuerit. Cum hac ipsa ergo omnis mihi voluptas erat agere; omne meum cum ipsa erat colloquium, et unicum commercium, eo quod omnibus in rebus vanis et recreativis mihi et auxilio esset et incitamento, ac velut pro magistra, suorumque me colloquiorum ac vanitatum etiam participem faceret. Usquedum, decimo quarto scilicet ætatis meæ anno, et aliquantum, ut credo, ultra, cum ipsa habere commercium cœpi, magis ut amicitiam mecum coleret et rerum suarum me faceret participem, quam alia ex causa; Deum (ut mihi quidem videtur) per culpam mortalem non deserueram, nec ejusdem timorem ullatenus amiseram, quamquam magis timerem ne aliquam honoris mei jacturam facerem. Timor hic honoris perdendi in causa fuit, ut eum penitus non perdiderim; et ita tum quidem comparata fuisse mihi videor, ut nulla prorsus mundi res me quoad hoc inflectere potuisset, nec ita ullum in mundo hominem amabam, ut ab hoc proposito propter illum me passa essem divelli. Utinam vero tale mihi robur et constantia fuisset ad Dei honorem non violandum, qualem mihi natura mea et indoles dabant ad nihil amittendum eorum in quibus mihi honor mundanus videbatur consistere : interim tamen non videbam, plurimis aliis modis ejus me jacturam facere. De eo non amittendo apprime sollicita eram, et (quæ mea vanitas) nimium quantum effusa et extrema; quæ tamen ad eum servandum requirebantur, media nulla adhibebam, in hoc unum dumtaxat maxime intenta, ne me plane perditum irem.

cui malo pater
ejus molatur,

62 Pater meus et soror (D. Boucher male hic habet mater) hoc meum cum cognata commercium

agere ferebant, atque identidem de eo me reprehendebant : at, quoniam illam domo arcere et ejus adeundæ occasionem illi præcidere commode non valebant, ideo omnis, quam adhibebant, diligentia incassum recidebat. Eram quippe ad quidquid malum est, sagacissima. Subinde mecum ipsa non sine stupore perpendo, et, nisi id ipsa essem experta, vixdum crederem, quantum depravati alicujus commercium damni parere queat, ac præsertim in adolescentia; tunc quippe, quod inde provenit damnum, majus sit oportet. Utinam infortunio et exemplo meo parentes omnes edocti, rei huic maxime advigilare discerent! Sane ita me isthoc cognatæ commercium et necessitudo immutavit, ut vix ullum mihi bonæ naturæ et animæ sanctioris vestigium signumve relinqueret, et tum cognata suas conditiones et mores, tum alia quædam easdem vanitates et recreationes consecrans, suas mihi penitus impressisse viderentur. Atque hinc facile intelligo, quantum boni afferat cum pio aliquo familiaritas; et si illa in ætate cum hominibus sanctis et piis commercium habuissem, in virtute haud dubie solidata et integra mansissem. Si enim id ætatis habuissem, qui me Dei timorem docuisset, tale anima mea paulatim robur collegisset, ut a lapsu ipsam præservasset. Sed cum postea hic Dei timor penitus e me evanuisset, solus mihi honoris amittendi timor mansit, qui me, in omni eo quod agebam, mire cruciabat et lancinabat. Hinc quod cogitare ea ad hominum notitiam non perventura, multa, quæ et cum hoc honore et cum Deo pugnant, committere non verebar. Principio quidem earum quas jam dixi, quantum mihi videtur, personarum commercia nocuerunt; esto hoc non tam ipsis fortasse quam mihi adscribendum esset : ad malum quippe nequitia mea postea satis magna et sufficiens fuit; ut taceam habuisse me præterea ancillas, quas ad omne malum perpetrandum paratissimas comperi : si illarum aliqua bene mihi consuluisset, forsitan id mihi profuisset; sed tam ipsas quæstus et commodum proprium, quam meus me affectus excæcabat. Et esto natura ad graviora mala numquam propenderim (eo quod quidquid inhonestatem redoleret naturaliter abhorrerem, ac dumtaxat confabulationes et amica cum aliquibus ad tempus fallendum colloquia captarem), tamen quod hanc occasionem non evitarem, sed in eam ultro me ingererem, in præsentissimo lapsus versabar periculo, eique et patrem simul et fratres exponebam : sed ab eo me Deus Opt. Max. immunem præstitit, adeo ut ad oculum pateat, eum, etiam me invita, et contra voluntatem meam, procurasse ne prorsus me perderem.

63 Omnia tamen ita secreto fieri non potuerunt, ut non honor meus magnam inde infamiæ notam contraxerit, et non pater meus sinistri aliquid de me suspicaretur : nam, quantum equidem recordor, vix trimestri integro his me vanitatibus et nugis dederam, cum me in quodam urbis hujus monasterio, in quo meæ conditionis et ætatis puellæ, etsi non ejusdem in moribus depravationis, educabantur, constituerunt : ita porro id tecte ac dissimulanter factum est, ut nemo ejus rei, præter me et quemdam de consanguineis meis, fuerit conscius; nam, ne quem rei hujus novitas offenderet, commodam ejus faciendi opportunitatem exspectarunt. Eam dedere sororis meæ nuptiæ : hæc quippe jam nupta, indecens fuisset solam me, sine matre, domi manere. Tam extremo me pater amore prosequabatur, et tanta mea erat dissimulatio, ut tantum ipse de me malum credere non posset; itaque factum, ut ejus gratia numquam exciderim. Quod vero parvo tem-

constituens
eam in mona-
sterio educan-
dam :

pore

A pore hujusmodi vanitatibus vacavi, hinc, etsi aliquid de me spargeretur, incerto tamen omnia rumore ferebantur; quod enim de honore nimiope sollicita essem, quo poteram modo procurabam ut omnia secretissime peragerentur, non cogitans interim, nihil etiam illo fieri posse qui intuetur omnia. Quantum, o Deus meus, in mundo hinc damnum sequitur, quod isthoc parvi fiat, sibi que persuadeant homines aliquid absconditum manere posse, quod in te committitur! Sane ita mihi persuadeo fore ut multa mala non committeremus, si intelligeremus ipsum rei cardinem non tam in eo versari, ne ab hominibus videamur, quam in non agendo quod Majestatem tuam offendat.

ubi aut frugem bonam se recipit.

64 Primo octiduo mihi monasterium grave fuit ac molestum; sed magis quod subdubitarem meam jam vanitatem aliis innotuisse, quam quod eo loci reclusa essem: jam enim me tædere vanitatis inceperat; ac, licet Deum peccando offenderem, nihilominus magno ejus timore concutiebam, et quam citissime ad confessionem accedebam. Initio inquieta fui, sed ante octo dies, atque etiam citius (ut quidem credo), majorem quietem quam in ædibus paternis experta sum. Omnes quoque moniales consortio meo valde reficiebantur: nam singularem illam a Domino acceperam gratiam, ut placerem et grata essem omnibus, apud quos commorabar; unde fiebat ut omnibus monialibus accepta essem. Et quamvis tum quidem a statu monastico valde abhorrerem, volupe tamen mihi erat, inter tam bonas, honestas, religiosas et regulæ servantes moniales, quales hæc ipsæ erant, commorari. Diabolus nihilominus a me tentando non cessabat, et simul externos excitabat, qui continuis suis compellationibus ac nuntiis quietem meam interpellarent: sed quod nulla ad hæc esset commoditas, remora hæc diuturna non fuit; unde mox anima bona primæ ætatis meæ exercitia, hætenus intermissa, postliminio repetere cepit: ac tum demum vidi, quantum Deus boni præstet ei quem inter bonos commorari et cum bonis conversari facit. Omnem jam tum viam et modum ejus Majestas excogitare et exquirere videbatur, quo me ad se pertraheret. Benedictus sis, Domine, qui ita me patienter sustinuisti. Amen. Unum erat quod me aliquo modo excusare posse videbatur, nisi tot alios defectus et culpas habuissem, scilicet conversationem hanc et commercium cum eo fuisse cum quo per viam matrimonii honestari et bonum habere exitum posset: cumque et confessarium et alios super hoc consuluissem, in multis id genus rebus me Deum dicebant non offendere. Quædam vero de monialibus inter nos puellas sæculares dormiebat, cujus opera et adminiculo aliquod mihi Deus lumen (ut videtur) dare, uti mox dicam, incipere voluit.

Argumenta pietatis plura præbuit S. puellula.

65 Hætenus sine interruptione sicimus S. Matrem juventutem suam enarrare. Pios ergo non minus quam nobiles nacta erat parentes; et ipsa, ut quæ exemplo suo plurimos ad virtutem pietatemque esset aliquando attractura, naturæ dotibus ad id idoneis divinæ Providentiæ munere cumulate erat ornata, ac facile a teneris unguiculis pietati virtutique se dedit, jam tum non puerilibus nugis atque quisquiliis dedita, sed ardua seriæque animo coleens. Sexennis aut septennis, parentum cura et exemplo orare quotidie ac pio in Deiparam Matrem Sanctosque nonnullos ferri animo cepit, eorumque vitas percurrere, meditari æterna, solitudinem quærere, precibus vacare, potissimum vero Rosarium Deiparæ Virginis volvere, construere monasteriola, in pauperes, prout facultas suppeteret, esse munifica, martyrium, exci-

tata lectione vitarum Sanctorum, desiderare. Atque hic plus præstitit quam narrat, aiunt Ribera (l. 1, c. III) et Yepes (l. 1, c. II): neque enim gesta sua narrare jussa erat, sed motiones gratiæ. Scilicet reipsa Teresia et fraterculus, ad iter accincti et qualicunque viatico muniti, porta civitatis erant egressi, Maurorum terras et martyrium petentes, cum cohibiti sunt et reducti a patruo. Illud hymnus Sanctæ proprius in Romano Breviario canit:

Regis superni nuntia,
Domum paternam deseris,
Terris Teresa barbaris
Christum datura aut sanguinem.
Sed te manet suavior
Mors, pona poscit dulcior,
Divini amoris cuspide
In vulnus icta concides.

66 Quidam loci in processu Canonizationis, ipsa Canonizationis Bulla, lectiones Romani Breviarii, P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 80, not. 7; tom. III, epist. 36, not. 4) ac P. Fredericus (l. 1, c. 1) dicunt eos in Africam fuisse trajecturos; Ribera vero, Yepes, P. Joannes a Jesu Maria, Villefore, Boucher, Butler, etc. solummodo ponunt eos ad Maurorum terras ire voluisse: ad quas ut accederent, ait Boucher, Hispania non videtur fuisse excedendum. Nam Mauri tum in pluribus Hispaniæ tractibus adhuc degebant, expugnata licet a 30 annis, id est a 1492, Granata, præcipua eorum sede. Atque ex Mauris videtur fuisse muliebri id mancipium in paternam Sanctæ domo, de quo supra. Adi P. Guilielmi Bledæ O. P. opus cui titulus: Coronica de los Moros, versus finem. Ast, fateor, nulli constat quid in animo pusillorum latuerit. Interea, tot inter S. Matris præclara facinora, non erat quod magis miraretur Gregorius PP. XV. Sic enim in publico Consistorio ad postulatum de B. Teresia canonizanda secretarius ejus, Joannes Ciampolo, responsum suum exorsus est: Spectaculum Deo gratissimum atque hominibus admirandum præbuit Hispanæ Virginis fortitudo, in ipso vitæ semper militantis tirocinio omnium imperatorum laudes supergressa. Atque in id mentis oculos libentissime convertit S. D. N. Qua ætate vel ipsas materni cubiculi tenebras plerique formidamus, puella septennis, jam micans splendoribus Sanctorum, a parentum complexu divellitur, monstrorum feracem Africam petitura, deducente pietate ac periculis invitantibus, ubi ferox amore martyrii tyrannorum sævitiam provocaret, clamitans plaudente Cælo: « Quis nos separabit a caritate » Christi? Tribulatio, an angustia, an periculum, an » gladius? » Compendiarium illa quidem iter institerat, ut violenta raperet regnum Dei; verum opportunis id sepsit impedimentis misericordiarum Pater, quo tanta virtus orbi profutura per longiores divinatorum mandatorum ac consiliorum semitas ad æternitatis palmam properaret. Puella, ait P. Martialis a S. Joanne Baptista in Bibl. Carm. Exc., ut gigas exultabat, ad currendam perfectionis viam: et ibi inchoabat, ubi meta et complementum christianæ et heroicæ fortitudinis terminatur.

potissimum cum ad vicinas Maurus itura fuit.

E

F

67 Hic obiter adverto, D. Boucher erravisse, hispanica capitis primi vocabula libros de Romance vertentem per hæc gallica: des livres qui avaient des romances, sorte de poésie en petits vers, contenant quelques anciennes histoires; ac si S. Teresiæ parens hujusmodi libros habuisset, filiisque suis legendos præbuisset: dum Sancta nil aliud dicit quam cum habuisse bonos libros lingua vernacula conscriptos. Nam Hispani vulgare suum idioma appellant Romance, quod, ut et gallicum ac italicum, a romano

Corrigitur D. Boucher.

AUCTORE
V. D. M.

A a romano seu latino sumit suam originem. Nempe Romanorum, ut ait S. Augustinus (*de Civ. Dei* l. XIX, c. VII), imperiosa civitas non solum jugum, verum etiam linguam suam, domitis gentibus per pacem societatis imponebat. At cessante eorum potestate et ditione, degenerabat et lingua, retinens solum Romanum nomen. Sic ait Jacobus I Aragoniae rex in *Constitutionibus Catalauniae* MSS. (anno 1247): Statuimus ne aliquis libros Veteris vel Novi Testamenti in Romancio habeat; et si aliquis habeat, . . . tradat eos loci episcopo comburendos: quod nisi fecerit, sive clericus fuerit sive laicus, tamquam suspectus de haeresi habeatur (*Vid. Glossarium Ducange, art. Romancium*). Quamvis sensu qui expositus est id verbum hic intelligendum sit, fatendum tamen est illud praecipue numero plurali idem aliquando sonare ac gallice romans, id est fictitias, ac, ut plurimum, frivolas et lubricas historias. Alias etiam sonat speciem quamdam versuum hispanorum.

Sancta, tardior deinde in virtute, iuratur in monasterio Augustiniano,

B 68 Ex quo vero pia puella frustratam se vidit voto adeundi martyrii, eum tenuit vitae quem paulo ante descripsi modum, usque ad annum aetatis suae duodecimum, Christi 1527, quo matre sua fuit orbata. Gravi inde mœre percussa, Deiparam Virginem non sine lacrymis obsecravit, ut, quoniam in terris matrem amiserat, ipsa sibi matris loco esse non gravaretur e caelis. Quam orationem non inutilem fuisse, reliqua Teresianae vitae series declaravit. Haec igitur fuere principia, unde exorsa ad summum perfectionis christianae apicem fastigiumque deinde evasit. Ast tam felicia in tenella virgine principia, a qua multa in alios bona aliquando derivanda metuebat, demonis invidia ferre non potuit. Ergo ut illam a recto vivendi abducat tramite, quem ingressa Teresia vixdum erat, primam machinam adhibet descripta fictitiorum heroum facinora amoresque, quorum lectio plerumque tanto bonis et puris moribus perniciosior est, quanto majore cum voluptate istius farinae libelli a juventute devorantur. Cœpit itaque puella hujusmodi nugas manu et oculis terere, sed clam patre, ut ipsa capite i vitae suae fatetur. Porro non solum versando istiusmodi quicquillas Teresia immorabatur; ast, ut facili felicitate erat ingenio, cœpit etiam odas in fictitiorum heroum laudes ipsa componere. Et quo hæc omnia fructu? Ipsa fatetur minus sibi profuisse bonorum librorum tractationem quam nocuisse malorum. Videns itaque demon non omni effectum caruisse structam hanc adversus Teresiam machinam, machinam machinae adjunxit, consortia prava. Consobrini patruelles, et praecipue cognata quaedam, eas fuerunt quo demon ei venenum propinavit, a quo incauta puella non satis abstinuit. Quare brevi in deterius prolapsa est, non tamen, sicut postea cum Ribera demonstrabo, in grave crimen, a quo, præter naturæ honestatem, altero veluti freno retenta fuit, honoris cura, cujus sercandi cupidissima erat. Conversationibus istis irretita fuit S. Teresia, cum annum explerat decimum quartum, sed trimestri tantum spatio; quo elapso, divinae Providentiæ, eam ad majora destinanti, injectos illi a demone laqueos dissolvere placuit. Prudens enim et consultus pater ejus, subodoratus quid vitii ex hoc germine pullulare posset, filiam suam sex fere menses ultra quindecim annos natam collocavit in Abulensi conventu, ubi liberali erat contubernium in quo ingenuæ adolescentulæ a monialibus probe educabantur.

de qua domo hic plura.

C 69 Monasterium illud, antiquum Mahumetis templum, Ordinis erat S. Augustini, a S. Maria de Gratia nuncupatum, inhabitatumque a quadraginta monialibus, et fundatum anno 1508 secundum Torello in Saculis Augustinianis, sed 1509 secundum

Arizium in Historia civitatis Abulensis (part. 1, p. 51). Dicit auctor Chronici (l. I, c. VII, num. 2) S. Thomam a Villanova in quodam suo super S. Eucharistia sermone illius domus cum laude meminisse; ac ulterius addit (quod et refertur a Torello in opere paulo ante allegato, ad annum 1508 num. 41 et 42, repetiturque a posterioribus S. Teresiae biographis) eam domum habuisse aliquando S. Thomam in confessarium et rectorem. Verum ex hujus Sancti vita, quam Majores nostri ad diem XVIII Septembris accurate compegerunt, deduci potest ei non vacasse ut id munus obiret; quandoquidem anno 1517 sacerdotio initiatus Salmanticae Theologiam prælegit, donec ab anno 1519 ad 1534 usque continuo aut priorem jam Salmanticae jam Burgis egit, aut præfuit Castellanae provinciae, et exinde archiepiscopus factus. Nihil tamen implicat quominus Sanctus hic in eo conventu interdum e pulpito dixerit, aut etiam aliquamdiu sit commoratus. Monasterii illius ædificium labente tempore quamvis fuit immutatum, confessionale tamen variaque suppellex qua adolescentula Teresia usa est adhuc hodie, ut inde mihi anno 1840 fuit scriptum, ibi asservatur. Ea igitur fuit domus, ubi S. Virgo ad pristinum fervorem est revocata, opo præsertim Mariae Briceno zelosissimæ monialis, quæ sæcularibus puellis invigilando præerat. Quod sequenti S. Sanctam nostram fusius narrantem audies.

§ V. Renascitur in Sancta Virgine inclinatio ad statum religiosum, atque hunc ingreditur.

P Postquam Sancta narravit juventutis suæ delicta, primumque suum in laudato monasterio animi habitum, sic deinde cap. III pergit: Ut ergo bonam et sanctam monialis hujus conversationem et familiaritatem gustare cœpi, voluptati mihi fuit illam bene et ardentem de rebus divinis loquentem audire; erat enim apprise discreta et sancta. Unde nunquam (ut quidem mihi videtur) grave fuit, sed semper suave illam loquentem audire. Initio narrare mihi cœpit, quomodo sola lectione illorum verborum Evangelii: « Multi sunt vocati, pauci vero electi », conversa, monasticam vitam assumpsisset: addebat et de præmio, quod præparavit Deus iis qui propter ipsum omnia relinquunt. Bona hæc familiaritas, quos mala mihi instillarat mores, paulatim cœpit eliminare, et rerum æternarum desideria denuo menti imprimere, magnamque illam meam a vita monastica alienationem, quæ sane in me summa fuit, nonnihil imminuere. Si quam vero religiosam inter orandum videbam lacrymantem, aut alias quaspiam virtutes habere, non parum has ei invidiam: hæc enim in re tanta cordis mei erat durties, ut, etsi universum Passionis Dominicæ textum perlegissem, ne vel lacrymulam emissem. Quod profecto mire me cruciabat. Sesquianni spatio isthoc in monasterio vixi, non sine magna pravaram consuetudinum mearum emendatione. Incepi deinde multas orationes vocales decurrere, et nullam non domesticam rogare ut Deo per preces me commendaret, ut ad eum me statum vocare dignaretur in quo illi inservire possem: attamen monasticum nolebam, adeo ut vellem Deo placeret eum mihi non inspirare; esto alia ex parte etiam metuerem matri-

Bonorum conversatione sancta illi ei redeunt desideria.

E

monio

A monio me applicare. Ad finem autem temporis quo ibidem versata sum, magis jam ad monasticum statum assumendum propendebam, tametsi non in hoc monasterio; quod sancta quædam exercitia, quæ postea intellexi illic a monialibus usurpari, mihi nimis gravia videbantur: et erant nonnullæ de junioribus, quæ in hac me opinione etiam confirmabant; nam si ejusdem omnes sententiæ fuissent, non sane mediocriter id mihi profuisset. Huc accedebat, quod alio quodam in monasterio sodalem charissimam habebam, et hoc in causa erat, quod si demum religiosa fieri vellem, non alio fierem in loco, quam in quo isthæc sodalis mea commorabatur. Magis scilicet sensualitatis meæ consolationem et vanitatis, quam animæ bonum spectabam. Bonæ illæ cogitationes monasterium ingrediendi subinde quidem mihi occurrebant, sed statim abibant; nec a me ipsa impetrare poteram, plane ut animum ad hoc inducerem. Hoc ipso tempore, etsi ego a parte mea non negligerem illa quæ mihi bona et salutaria erant, magis tamen Dominus ipse contendit ad eum me statum disponere, qui mihi esset maxime salutaris.

quæ dein crescent in domo patris lectione piorum librorum.

B 71 In gravem tunc temporis incidi infirmitatem, ut me ad paternas aedes reduci oportuerit: confirmata vero valetudine, ad sororem, quæ in pago quodam habitabat, conducta sum, quo eam inviserem, quod mire me ipsa diligeret: et, si quidem ei auscultassem moremque gessissem, numquam inde rediissem. Conjugi quoque ejus acceptissima eram; exterius saltem magna mihi benevolentia signa exhibebat. Quo etiam nomine peramplas Deo meo gratias debeo, quod, quocumque loco fui, semper benevolos sum homines experta; ipsa tamen, pro ea ac sum, male id ei rependi. In via, qua nos transire oportebat, commorabatur patruus noster, vir prudens et virtutum perstudiosus, ac viduus, quem etiam Dominus sibi paulatim disponebat: nam jam ætate grandis et maturus, relictis omnibus quæ possidebat, religiosum statum suscepit; in quo ita laudabiliter vitam terminavit, ut divina eum visione jam perfrui credam. Hic me ad dies aliquot apud se commorari voluit: tempus, quo a negotiis vacabat, librorum piorum patria lingua conscriptorum lectioni dabat: omnis autem ejus sermo ut plurimum de Deo mundique hujus vanitate erat: ut vero et mihi rerum divinarum amorem instillaret, eos me libros, se præsentem, legere jussit; et licet non multum erga eos afficerer, simulabam tamen, quo ei satisfacere: nam aliis complacere, et alienæ voluntati morem gerere studui semper quam maxime, etiamsi propterea mihi ipsi molestiam creassem ac tedium; adeo quidem ut, quod in aliis virtutis nomen meruisset, in me reprehensionem meruerit et ingens vitium fuerit, quod in hoc sæpe discretionis limites excederem. Quot, o Deus bone, modis et viis tua me Majestas ad eum paulatim disponebat statum, in quo mea uti opera voluit, ut, etiamsi nollem, me mihimetipsi vim facere cogeret! Sit ipse in æternum benedictus. Amen.

ita ut statuat monasterium ingredi:

C 72 Esto vero ibidem nonnisi paucis egerim diebus, per eam tamen quam verba Dei tam lecta quam audita in corde meo exseruere vim, simul et per bonum commercium, eam intelligere cæpi veritatem, quam olim in prima pueritia intellexeram, nimirum quidquid in mundo est, nihil esse, et non nisi meram vanitatem, atque ipsum in momento præterire; simulque timere, ne, si vita exire me contingeret, ad infernum detruderer. Ac licet ne tum quidem a me impetrare ipsa possem, ut statui monastico me applicarem; videns tamen statum illum et meliorem esse et securiorem, paulatim

apud memetipsam constitui quamdam mihi vim ad eum capessendum inferre. Trimestri et amplius hoc in conflictu hæsi, hac me ratione incitans et cohortans, nimirum vitæ monasticæ labores et mala pœnis purgatorii majora esse non posse, ac, cum delictis ipsa meis infernales pœnas promerita essem, non multum esse, si quod restabat vitæ velut in purgatorio transigerem; postea me recta cælos petituram, nam hoc unum spectabam ac desiderabam: atque in hac status deligendi anxietate, timore servili magis quam amore moveri videbar. Hoc volenti mihi dæmon proponebat fore, ut, quod deliciis et vitæ molli assuevissem, Religionis onera et labores ferre non possem: cui contra opponerem labores et dolores quos Redemptor noster Jesus vivens passus est, et proinde non multum esse, me aliquos ipsius nomine et amore subire; atque ipsum mihi in iis ferendis auxilio futurum: cogitare quidem hoc debebam, sed an hoc postremum cogitarim, non recte recordor. His ipsis diebus plurimas passa sum tentationes, et gravissimis vexata febribus, ad quas longa animi accedebant deliquia: nam nunquam firma valetudine sum usa. Maxime vero me tum juvit, quod erga bonorum librorum lectionem mire affecta manserim.

AUCTORE V. D. M. D

73 Unde lectis S. Hieronymi epistolis ita commota sum, ut tandem patri meo id significare decreverim; quod prope idem erat ac sacrum habitum suscipere: nam ita generosa eram, ut, cum semel meam quoad hoc voluntatem aperuissem, ob nullam prorsus rem, eam immutatura fuisse videar. Tanto porro me pater amore prosequabatur, ut nullo id ab eo pacto impetrare potuerim; uti nec aliorum, quos pro me intercessores ad illum misi, preces et compellatio: summum quod tum quidem ab eo obtineri potuit, fuit ut, cum ipse jam vita functus esset, facerem quidquid cuperem. Verum hic mihimetipsi meæque imbecillitati timere cæpi, ne scilicet retro respicerem; unde mihi videbatur hoc mihi parum expedire, ideoque id alia ab eo via obtinere sum conata, ut jam referam. Cap. iv. Iis ipsis diebus, quibus ipsa mecum de isthoc proposito deliberabam, uni de fratribus meis, ut vitæ se religiosæ daret, mundi hujus vanitate ei ob oculos posita, persuaseram. Unde simul statuimus quadam die summo mane ad illud monasterium accedere in quo illa amica, quam ego singulari quodam prosequer affectu, commorabatur. Nam ex hac ultima determinatione mea ita affecta eram, ut, ubicumque magis me Deo putassem posse servire, et quodcumque pater me voluisset ingredi, illud ingressa monasterium fuisset; quod jam magis ad animæ meæ bonum et salutem, quam ad satisfactionem internam attenderem: unde hanc jam nihili faciebam.

E quod patri suo manifestat.

74 Brevi hac narratione S. Mater perstringit quatuor adolescentiæ suæ annos (1529—1533), ab anno fere ætatis suæ decimoquarto cum dimidio, quo primum monialibus O. A. cohabitavit, usque ad annum decimum octavum cum dimidio, quo religiosum statum eam fuisse amplexam ad finem hujus § stabilitur. Expertæ eo tempore est Teresia hominem præsertim in juventute sociatum bonis fieri bonum, sociatum vero malis fieri malum. Illa enim antea, optimi licet sub parentis disciplina, in eo fuerat ut perverteretur e sola quorundam extraneorum familiaritate. Sed vidit, ut ipsa ait, quantum Deus boni præstet ei quem inter honos commorari et cum bonis conversari facit. Nam inter sanctas jam versans moniales, modicam eam vanitatem, quam e sæculo hauserat, excrata est, et Religionis amore, quem exuerat, iterum affecta fuit. Non tamen Augustiniana

Sanctæ narratio suppletur ac dilucidatur.

AUCTORE
V. D. M.

A fieri voluit, ut male asserit Hippolytus Helyot in sua *Historia religiosorum Ordinum*. Nec etiam adeo tunc desideravit religiosum statum quantum affirmat parum fidus interpres qui *Chronicum* gallice vertit, æquo liberiori sæpe recedens a prototypo hispanico, quod generatim non minus accuratum est quam elegantiori stylo conscriptum. At redeamus ad Sanctam nostram. Internis hæc se spiritualis vitæ exercitiis, quamvis et cogitationibus importunis et donis extrinsecus missis tentaretur, magis ac magis se devotebat, quousque, gravi morbo intercepta, domum paternam repetivit. Postquam autem e morbo convaluit, cum in oppidulum, ubi morabatur ejus soror Maria de Cepeda, deduceretur, obiter patrum suum Petrum Sanchez de Cepeda in oppido cui nomen Hortigosa, quod duodecim milliaribus sive quatuor leucis Abula dissitum est, invisit; et librorum piorum lectionem, non tam sibi quam patruo audienti, qui eo studio magnopere delectabatur, gratificatura frequentavit. Argumento iterum hic est Teresia, hominem evadere similem libro seu auctori quem legit, ac facile, qualis sit persona, dignosci posse sive e sua bibliotheca sive e lectionis suæ diario; siquidem libri genus quoddam sodalium sunt, quibuscum convivimus et conversamur. **B** Libri qui eam, adhuc impuberem, meliorem reddiderunt, fuere Vitæ Sanctorum et Martyrum; qui deteriorem, fictitia heroum gesta narrantes, romans gallice dicti; qui iterum meliorem fecerunt, ut brevi videbimus, Epistolæ S. Hieronymi; liber de modo orandi, inscriptus Tertium Abecedarium; libri morales S. Gregorii M.; Confessiones S. Augustini; Vitæ Sanctorum, similesque: quibus in suis passim scriptis fatetur se fuisse tota sua vita magnopere delectatum et adjutam. Namque ut semel deducta fuit vanissimam librorum equestrium lectionem, optimo consilio (utinam in quaque scientiarum specie id magno bono suo omnes imitentur!) sprevit inferioris notæ libros, et lectitavit quidquid in suo genere optimum est, volens congruos sibi tractatus e tantis doctoribus quales sunt SS. Hieronymus, Gregorius Magnus, Augustinus, etc. Ex quo cernimus, et quo eam sanum ferret iudicium, et quo sub ductu Spiritus Sancti gressum ipsa faceret, sublimem locum inter theologiæ mysticæ scriptores olim occupatura.

speciatim
quoad ingres-
sum ejus in
cœnobium In-
carnationis
Ord. Carm.;

C 75 Incertum temporis spatium est quo apud sororem mansit; sed et tunc atque etiam cum reversa fuit in domum paternam, saluberrimo piæ lectionis exercitio veritatem illam in pueritia conceptam, sed aliquamdiu intermissam, penitus intellexit, omnia videlicet mundi bona evanescere, æterna permanere: et per tres menses luctata secum, statum religiosum, non jam sensualitatis suæ consolationem, sicut ante cum apud moniales S. Augustini habitabat, sed animæ suæ bonum spectans, tandem sibi persuasit et arripere decrevit. Causas quæ eam moverunt, a se in rationis trutina prudentissime ponderatas, supra exponit. Scilicet expendit cælum, infernum, purgatorium, Christi labores et dolores, in religiosæ vitæ oneribus affuturam sibi Dei gratiam, brevitatem residuæ suæ vitæ, etc.: donec, post trimestre spatium, ei stetit animus, quod in S. Hieronymo (Epist. ad Heliod.) legerat, vel per calcatum pergere patrem, et ad vexillum Crucis evolare. Cœpit ergo parentem suum pro explendo desiderio urgere. Sed, cum inter liberos omnes ab eo tenerrime amaretur, nil impetrare potuit. Tunc rem aggredi, ut quæ magnanimitate ad res arduas obeundas prædita erat, patre relicto cogitavit; ac tandem decrevit, die quadam summo mane, nemine conscio præter Antonium germanum suum in fuga comitem, domo erumpere et constanter se abdere in Monasterium Incarnationis, B. Virginis de Monte Carmelo socrum. Ad hujus cœnobii delectum

D faciendam multum alliciebatur necessitudine qua afficiebatur erga quamdam monialem, nomine Joannam Suarez, admirabili Dei Providentia disponente ut adolescens nostra monasterium Ordinis Carmelitici, quem aliquando reformaret, præponeret monasterio Ordinis S. Augustini, quamquam hoc super majori perfectione fundatum erat. Cum S. Mater 32 annos eam domum inhabitaret, 29 qua monialis (1533-1562), et 3 qua priorissa (1571-1574), congruit ut quædam de hoc ejus domicilio referantur.

de qua domo
hic plura,

76 Anno 1513, ut ait Lezana tomo IV *Annalium Carmelitarum*, est specialissima actum Dei Providentia, ut cœnobium monialium Abulense, de Incarnatione nuncupatum, nostro Ordini adderetur. Fuit etenim domus ista instar paradisi viridarium, in quo pulcherrimi flores, virgines nempe plurimæ, Deo et Ecclesiæ odorem suavissimum efflantes, orbi effulserunt. Ipsarum parens et primiceria jure censeretur nostra seraphica Virgo S. Teresia, Hispaniæ et Religionis splendidissimum jubar. Auspicia habuit ex pietate D. Elviræ de Medina, domus fundatricis, in fundo majoratus S. Michaelis de Arroyo dicti, extra civitatem septentrionem versus non valde dissito. Crevit temporis cursu in valde nobilem fabricam, templum excellens, claustrum ingens singulariter, hortum et viridarium spatiosum, officinas et cameras tot ac tales, ut circa annum 1550 posset 190 moniales capere. Ac revera tot cepisse asseverat *Chronicum*; et ipsa Sancta (l. II, ep. 48, n. 2) ait se 25 annis vixisse in domo ubi erant moniales 180. Verum, ut mihi inde scriptum est anno 1840, numerus non excedit jam duodenarium et Ordinario sunt pro more subjectæ. Licet domus esset erecta anno 1513, tamen biennio tantum post, et quidem illa ipsa die qua Teresia baptizata fuit, celebratum est in ejus ædibus primum Sacrum. Quod autem Yepes (l. I, c. IV) dicit id ex spectabilioribus ob antiquitatem suam Abulæ cœnobii esse, id intelligendum videtur de nota antiquitate fundi aut de vetustate partis ædificiorum suo tempore exstantium. *Chronicum* plures enumerat concentus illius moniales eminentis sanctitatis, quæ eo præsertim enituit illic tempore quo S. Joannes a Cruce illas in spirituali vita excolebat. Laudem illius monasterii texit S. Mater c. VII Vitæ suæ, et in suis ad hanc Additionibus ait divinam Majestatem dixisse ejus moniales a se pro sororibus haberi, et jussisse ut ibi priorissæ munus assumeret. Toto vitæ suæ tempore Teresia eam domum ut matrem adamavit; et aliquando eo divertebat, quando, erecto jam S. Josephi conventu, ob fundandas novas domos itinerandum sibi erat. Morata tunc ibi semel undecim dies est, et cum moniales mirabantur tam grate se a S. Matre visitatas, respondit: Sicut matrem colo et amo hoc monasterium, et ad vos, quæ sorores meæ estis, diverto. Hæc de monasterio Incarnationis referens, malui adhærere Lezanæ, Artizio et Chronico, quam P. Frederico, qui, secutus, ut fatetur, illius monasterii memorialia, in nonnullis recedit ab aliis scriptoribus.

E 77 Pia memoria locorum quæ Sancta occupavit, illic etiamnum perennat, et leguntur adhuc hodie tam supra craticulam Communionis quam ad crates locutoriorum aliisque in locis inscriptiones plures, quæ testantur raptus, ecstases, similiaque ibi ab ea accepta dona. Rem lectori gratam me facturum ratus, id monasterium sub oculos ejus pono duplici incisæ tabulæ, quam nuperrime D. Valentinus Carderera, socius regiæ Academiæ historiæ et S. Ferdinandi, accurate delineavit, obtenta ab Ill. Abulensi episcopo ingrediendi in claustrum facultate. Prior tabula prospectam refert domum Abulam versus, sive exarata est ab insidente mœniis civitatis et contem-
plante

duplici exhibi-
ta tabulæ, quæ
rum una



PROSPERITA. MONASTERO. ENCARNACION. MADRID.



Monasterio Encarnación del

Car. Orizuela. 3.

PROSPERITA. MONASTERO. ENCARNACION. MADRID.



A *plante septentrionalis aedificii partem. Ecclesia, quae reaedificata est et recentioris est structurae quam ipsa domus, architectonem non prodit insignem. At contra grande et sumptuosum, picturisque decoratum non spernendis, sacellum habetur ad extremam transversam ecclesiae alam e latere evangelii. In ultimo fere horto, antequam binas arbores pertingas, spectare est adiculam octogonam, quae in loco fertur esse in quo olim S. Joannes a Cruce, quando monialium rectorem agebat, diu habitavit: diciturque exstructa e ligno quo illa ejus domus compacta erat; qua de causa in nativo suo sine pictura colore id lignum conservatur. Supra ecclesiae portam lapidi insculpta est Annuntiatio, probe satis, et manu, ut judicat D. Carderera, saeculum decimum sextum referente: atque in templi foribus duplex exstat marmoreum gentilitium scutum, quod fundatricis est D. Elvira de Medina; idemque reperitur in claustro et exteriori porticu.*

et altera ex-
plicatur.

B *78 Altera tabula faciem canobii exterioriorem exhibet. Ea domus pars quae signata est littera A, murus est exterior sacelli quod occupat spatium destructae S. Virginis cellae. Nux autem prope fontem, quae vegetos hodieque late ramos pandit, ipsius, ut fert prisca traditio, Sanctae manibus quondam terrae inserta fuit; fructusque illius arboris devote distribuuntur, et tribus abhinc annis vel in Belgium, ad Carmelitanas Tornacenas, carptae ex ea nuxes fuere perlatae. In orientali domus ala ostenditur exigua camera in qua Sanctae cor ab Angelo transfossum fuisse perhibent, aliaque vitae Teresianae monumenta indicantur, excisis nonnumquam inde ligni lapidumque particulis pro pietate fidelium, v. g. a porta quae domo in supra memoratum oratorium ducit, e qua multa recisa fuere segmina, ita ut tota janua non modice laesa appareat. De duplici in eadem area constructo oratorio, inferiore et superiore, plura dicemus postmodum.*

Terribilis lu-
cia naturae
ante ejus in
monasterium
introitum.

C *79 Ergo rem grandem adorsa est S. Virgo; et proterens honorem, opulentiam voluptatemque, quibus certe bonis in saeculo large frui poterat, firmo pede ad claustrum recta perrexit. Nihilominus in ipsomet egressu incredibilem animi dolorem ac talem sensus pugnam persensit, ut singula corporis ossa eluxari ac membra dissolvi viderentur. Ob hoc certamen forte, suique victoriam, P. Pinamonti S. J. in opusculo suo cui titulus: Vocatio victoriosa (c. ix) Sanctam nostram proponit ut patronam ad obtinendam perseverantiam in vocatione, et de hac strenuae nostrae adolescentulae luctatione loquens, ait: Quis novit an insignis haec de humano amore reportata victoria forsitan primus non fuerit lapis excelsi illius aedificii quod per Sanctam nostram divinus amor in Ecclesia excitavit? Illud autem terribile certamen partamque ex sui ipsius victoria pacem audi qui ipsa S. Teresia graphice enarret c. iv Vitae suae: Quantum quidem mihi videtur (et vere ita est), memini sane me tum, cum domo paterna jam exirem, ita affectam fuisse, ut non putem majorem me doloris sensum experturam, quando moriar, quam tunc in me sensi: singula quippe corporis ossa a sua mihi divelli sede ac compagine videbantur. Nam quia non is Dei amor in me erat qui me amorem erga patrem et consanguineos faceret oblivisci, hinc talem in me adversus memetipsam repugnantiam sensi, ut, nisi me Dominus adjuvisset, omnes meas considerationes et rationes satis potentes non fuissent ad hoc a me impetrandum. Sed ipse mihi talem animum contra memetipsam dedit, ut, quod proposueram, opere tandem exequerem.*

sed alta eam
luctum subse-
quitur pax et
gaudium.

D *80 Ut autem habitum sacrum assumpsi, statim, Deo me illuminante, intellexi, quomodo ipse adsit et opem ferat iis qui, quo ipsi serviant, sibi met vim*

inferunt. At hanc vim nemo in me notavit, sed omnes propensissimam quandam ad hoc voluntatem. In ipso habitus assumpti momento, summum mihi ex assumpto hoc statu gaudium exortum est, quod exinde usque in praesens numquam a me recessit, et ariditatem, qua anima mea laborabat, in summam affectus teneritudinem commutavit, adeo ut quidquid ad Religionem spectaret, jucundum mihi esset ac delectabile. Interdum, fateor, iis ipsis horis, quas olim corporis recreationi et ornatui solebam impendere, domum everreham; quibus dum animum revocarem, esse me jam ab illis liberam, novum quoddam in mente mihi gaudium suboriebatur, ut et ipsa mirarer, et undenam id oriretur prorsus haud intelligerem. Quod dum menti meae recurrit, nihil est, tametsi gravissimum et durissimum, quod, si mihi proponatur, non dubitem aggredi. Multorum namque usu et experientia jam novi, si initio me ipsa, in firmiter statuendo aliquid exequi, juvem (nam ubi aliquid ex puro Dei intuitu sit, vult animam hoc metu initio perterreri, donec ipsum aggrediatur, ut sic majus nostrum sit meritum; et quo hic metus major est, eo etiam, si nihilominus rem aggrediatur, majori praemio donatur, et postea majorem inde suavitatem ac voluptatem sentit), Majestatem ejus etiam in hac vita id mihi certis quibusdam modis remunerari, quos ille solus intelligit qui id reipsa jam experitur. Hoc, uti dixi, plurimis in rebus magni momenti experientia cognovi; unde si essem quae aliis dare consilium deberem, numquam consulerem ut, cum bona aliqua inspiratio saepius alicui occurrit, eam ob metum initio incidentem executioni mandare negligeret: nam si pure simpliciterque solo Dei nomine suscipiatur, non est quod timeat ne non feliciter sibi succedat, quia Deus ad omnia potens est. Sit ipse in aeternum benedictus. Amen.

E *81 Amaris postea verbis quae § sequenti citabo, exaggerat Sancta suum gratiarum in religiosa vita neglectum, cujus se ream facit pro eo praecipue tempore quo, ut postea videbimus, orationi se non satis vacasse deplorat, id est usque ad annum aetatis suae trigesimum octavum, Christi vero 1553. Demptis enim viginti de quibus hic loquitur annis, habemus annum 1533, quo B. Virginem religiosam vitam amplectam fuisse probabilibus argumentis ostendam, postquam alia quaedam chronologica de anteriori Sanctae vita praemissa fuerint, ut omnia quae ad juventutis ejus tempora spectant, uno tractu hic supputentur. Natam fuisse Sanctam nostram xxviii Martii anni 1515; praecocem puellam sexennem vel septennem jam vitas Sanctorum volvisse, quo inducta fuit ad terras Maurorum petendum tempore vix posteriori; eam a septimo ad duodecimum aetatis annum (1522-1527) legendis et agendis rebus piis fuisse delectatam; deinde, cum infantiae annis vix erat egressa, malum matris exemplum fuisse imitatum; delibasse primum fuitiles fictorum heroum libros, ac postmodum vorasse: haec omnia ex allatis supra locis extra controversiam sunt. Pariter constat male suadam quandam suam cognatam, jam ante mortem matris S. Teresiae, hujus domum frequentasse, sed absque magno his initiis Teresiae nocumento, donec post biennium a morte matris, quando quatuordecim annos numerabat, arctiorem cum ista familiaritatem contraxit, quam continuavit altero biennio (1529-1531), usquedum tres ante suum in conventum O. A. scessum menses, vanitati, quam ab ea sodali didicerat, in veste et capillamento indulgens, in propiore perversionis periculo fuerit versata, decinosexto anno fere expleto, sive initio anni 1531. Ratio cur tam serus ponatur Sanctae in illud monasterium*

Plura chrono-
logica de pri-
mis Sanctae
annis,

AUCTORE
V. D. M.ac prae ceteris
de anno quo
impleta est
statum reli-
giosum.

A nasterium O. A. recessus, est quod P. Franciscus a S. Maria (*Chronico* lib. I, c. VII, n. 4) asserat extitisse pactum coram notario conventum quo XI Januarii 1531 Sanctae pater, Alphonsus de Cepeda, sese obligabat ad praebendam nupturienti filiae suae natum maximae dotem 600,000 maravediorum. Ex quo consequitur Teresiam, quam non nisi nupta sorore constat domo abiisse, intrasse puellarum contubernium, cum decimumsextum prope attigerat annum, seu initio 1531. Illic autem mansit sesquianno, id est usque ad decimumseptimum aetatis suae annum, sive donec annus 1532 inclinabatur jam in autumnum. Inde ob aegritudinem egressa quamdiu sive apud patrem sive apud Mariam sororem manserit, incertum est. Has tamen in utroque eo loco moras non multum durasse ultra annum, conficitur ex eo quod II Novembris anni 1533 in monasterium Incarnationis se receperit: quod brevi disceptatione modo ostendam non quidem esse certum, sed probabile magis, ac proin a me deinceps tenendum. Praemitto varias praecipuorum biographorum assertiones.

82 Ribera lib. I, c. III, simpliciter dicit Sanctam monasterium ingressam esse II Nov. 1535; Yepes vero lib. I, c. IV, eam habitum sumpsisse II Nov. anni 1533, quando viginti, ait, nondum completos habebat annos. Sed, cum tam ipse Yepes (lib. I, c. II) quam alii passim dicant natam XXVIII Martii anni 1515, melius sibi constitisset, aut saltem clarius locutus fuisset Yepes, si scripsisset eam claustrum subiisse anno 1533, decimo nono aetatis suae. Quidquid sit, potissimum ex manco utcumque et male interpretato hoc Yepesii dicto inducta suspicor Acta et Bullam canonizationis, lectionesque Breviarii Romani, et plures etiam recentiores, ad affigendum anno aetatis ejus vicesimo illius in monasterium Incarnationis introitum. Sed ipse Yepes clare sese explicat in fine capituli sexti, ubi de oratione et aegritudine ejus loquens scribit: Tum viginti tres annos aetatis habebat, et quinque Religionis. Ex quo sequitur eam, e mente Yepesii, aetatis decimo nono anno religiosam factam: quod et aperte dicit P. Petrus Ibañez in loco ab ipso Yepesio ad finem capituli octavi citato. *Chronicum* (lib. I, c. VIII, n. 5) tenet Sanctam nostram XXXI Octobris 1536 monasterium subiisse et biduo post, II Novembris, sacram vestem assumpsisse, fundatque hanc suam opinionem super duplici manuscripta conventionem quae Albæ suo tempore, ut ait, existeret in archivo notarii publici.

C Utramque confectam esse dicit XXXI Oct. 1536, et altera Teresiam cedere omni jure suo, altera vero patrem astringere se ad annuatim in dotem 25 mensuras, dimidiatim frumenti et hordei, monasterio suppeditandas, aut, in harum defectu, 200 annuatim ducatos aureos. Pro eodem die et anno stat P. Fredericus, binis quoque nitens pactis scriptis, quae Madriti existere certiores se inde factum asserit, quorum unum a priore supra memorato e *Chronico* non abludit. Ast alterum posteriori supra allato potius contrarium est quam conforme, siquidem juxta hoc non nisi XXIII Oct. anni 1537 monasterium inter et Sanctae patrem de dote convenit. Quare alterutra haec praetensa conventio, aut illa *Chronici*, aut illa P. Frederici, falsa esse cernitur. Sed et utraque, imo omnes tres illae praefatae conventiones videntur ut spuriae rejiciendae, addicendusque anno 1533 Sanctae in monasterium ingressus, non tantum ex sententia Yepesii, sed et ob certum et clarum Teresianae Vitae locum, in quo ipsa (capite IV, num. 3) asseverat se post professionem, cum rus pelivisset curationis gratia, vicesimum annum nondum expleto. Atque hanc etiam sententiam secuti sunt Villefore, Emery, Butler, Boucher, Collombet, etc., quantumvis graves

D sint auctores contra, v. g. Ribera, Acta canonizationis, Rom. Breviarium, *Chronicum*, P. Fredericus, P. Antonius a S. Josepho (not. 21 ad ep. 12 t. III), atque ipsa quodammodo Teresia, si initium epistolae suae secundae ad P. Rod. Alvarez S. J. (tom. II, epist. 19) ad litteram sumatur. Videlicet ibi 40 annos se dicit monialem, et paulo post ait tredecimum elapsos esse annos a fundatione Abulensi S. Josephi: ita ut (cum constet XXIV Augusti anni 1562 hoc monasterium fundatum esse) illa epistola sit scripta ferme ad finem anni 1575, ac proin, si induta fuerit sacro habitu 40 annos ante, religionem sit ingressa anno 1535. Ast cum Teresia Teresiam opponatur, ille utique inflecti locus debet qui minus decretorius est. Atqui annorum numerum rotundasse in posteriore hoc loco magis videtur, ubi se dicit 40 annos monialem, quam errasse in altero, ubi discrete asserit se necdum annos natam viginti, postquam Incarnationis monasterium jam fere duos vel tres annos intrarat. Neque est cur quis miretur me recedere a Breviario Romano Actisque canonizationis, uti et recessi, ubi de puellula Teresia ita ad Mauros agebatur: Ecclesia enim minime improbat quominus haec et similia ad moderatam criticam trutinam revocentur, siquidem vel de S. Scripturae chronologicis quibusdam locis licite disputetur. Atque id eo magis hic licuit, quod auctores auctoribus opponantur, quorum dumtaxat praecipuos supra memoravi, mittens v. g. Lud. Arizium, qui in *Historia civitatis Abulensis* (part. I, pag. 49) habet annum 1532; parvum *Chronicum* Monasterii Incarnationis, a P. Frederico citatum, quod 1535; duas Bibliothecas Carmelitanas, quae 1535 et 1536: ita ut quod Breviarium et Acta canonizationis habent, verum fortassis sit, licet minus probabile mihi videatur.

§ VI. Sanctae novitiatus et professio. Aegra rus abducitur et sacerdotem convertit: magis aegra ad monasterium reportatur, ac demum ope S. Josephi sanatur.

S Sanctam nostram, sacra veste suscepta, vidimus affectam penitissima letitia (quae Dei, hausto labore, solantis consuetudo est) ob statum religiosum selectum, mundumque spretum. Excipe jam ex ore ejus quomodo novitiatum transegerit, solemniisque vota emisserit. Sed memor esto illam prae humilitate defectus suos pro more suo multum exaggerare. In ipso novitiatus anno, inquit c. v *Vitae suae*, magnas passa sum inquietudines et molestias, et quidem in rebus quae ex se parvi momenti erant, sed in quibus saepe, tametsi innocens, reprehendebam: ferebam id quidem, etsi (quae mea imperfectio erat) permolestae; tamen magna illa, quod religiosa jam essem, consolatio omnia me aequanimiter tolerare faciebat: quod enim sodales meae solitudinem me sectari et praeteritas culpas subinde deplorare viderent, statu me meo non esse contentam existimabant, quod etiam palam dicere non verebantur. Omnia quae Religionis erant, mirifice mihi placebant, ea tamen, quae contemptum mei videbantur includere, minime ferre poteram. Gaudebam quippe ab omnibus magni fieri;

Tametsi Sancta exaggeret defectus suos.

A fiori; et in omni eo quod faciebam, curiosa et exacta eram. Hoc ipsum porro mihi quedam esse videbatur virtus, quamquam hoc me a culpa non eximet, quod, quæ ad recreationem et commoditatem meam spectabant, optime sectari scirem. Ac proinde ipsa me ignorantia hic a culpa non excusat. Aliqualem quidem excusationem meretur, quod hoc monasterium non esset super magnam perfectionem fundatum: at ipsa (quæ mea improbitas) sequebar quod videbam bonum non esse, et quod bonum erat non sequebar.

ferreuter tam
men egit novi-
tium.

84 Hæc sunt humilis Sanctæ de se testimonia. Sed certum est eam Deo faventi non ita male respondisse. Generose secum statuebat observare, quanto fervore poterat, religiosæ vitæ exercitia, ac res magnas pro Deo moliri. In orationem, cujus olim magistra futura erat, plurimum incumbere: quem in finem multifariam dispersita erat tempus ac multas horas impendebat; atque, ut posset magis recollectionem promovere, recipiebat se in locum a strepitu domestico remotum. Rosarium sæpe precando discurrebat, interrupta interdum recitatione, ut mysteria meditando pensaret. Movebatur præsertim ad conjunctionem et amorem considerando pericula sæculi et illam qua inde eruta fuerat Dei in se misericordiam. His profundis meditationibus ita in ejus corde divinus amor accendebatur, ut consequeretur exinde a Deo donum lacrymarum. Cum experta esset quanta sit in legendis libris spiritualibus utilitas, majori semper fervore in eam lectionem incumbebat, et præsertim in historias vitarum Sanctorum. In regulari disciplina observanda erat plurimum diligens, et speciatim in cæremoniis chori. Quod si quandoque in his errabat, demittebat sese atque aliquam sibi penam exposcebat. Pænitentia quoque se dabat quantum licebat per obedientiam ac valetudinem, quæ jam eo tempore debilis esse videbatur. Eminerat vero supra cæteras Sanctæ novitiæ virtutes sollicita ac prompta in proximum caritas. Omnibus quæ se offerebant caritatis et humilitatis officiis moniales adjuvabat. Horis, ut sic dicam, furtivis se conferebat in chorum, relictas ibi a monialibus cappas ordinatura ac nitide plicatura. His autem temporibus quæ somno et quieti moniales concedebant, domum verberat Teresia vel alio hujusmodi abjecto alterius officio fungebatur; quem usum postea feliciter in suam Reformationem transtulit. Noctu quoque volebat ex sancta ambitione monialibus præbere lumen, iis se sociam adjungere ad loca obscura adeunda, ac demum etiam eas in suas cellulas reducere.

neque tantus
quantum dicit,
fuit ejus ne-
glectus gratia-
rum.

85 Ea ratione, licet varie exercita, fervida pietate Virgo novitiatus spatium complevit, gratissima semper erga Deum de sua ad statum monasticum vocatione, sed simul anxiosa de neglectis forte in spirituali eo stadio a se gravis. O summum Bonum, et unica requies mea! exclamat c. iv, abrepta, ut crebro, in Dei alloquium, sullicere debuissent gratiæ eatenus mihi tum collatæ, quod me scilicet, singulari tua pietate et magnitudine, e tot deviis anfractibus ad statum ita securum, et ad locum in quo plurimæ tuæ famulæ commorabantur, perduxeris, a quibus virtutum exempla mutuari possem, quibus excitata, in dies in tuo famulatu magis et magis proficerem: illa, inquam, sufficere debuissent. Verum quomodo hinc ulterius progrediar nescio, dum nimirum professionis meæ formulam, et quanta resolutione et consolatione eam fecerim, nec non sponsalia quæ tecum tunc inivi, in mentem revoco. Quæ omnia sine lacrymis exponere nequeo, quæ et sanguineæ esse deberent, et ipsum mihi cor præ dolore dirumpi; qui quidem doloris sensus etiam nimis quam exiguus esset, si intuear quoties et quam

graviter exinde divinam tuam Majestatem peccando offenderim. Et sane (ut quidem nunc mihi videtur) non sine magna ratione tantam mihi habere dignitatem nolebam, quod illa essem abusura; sed tu, Domine, viginti circiter annis, quibus hac tua gratia male usa sum, injuriam pati voluisti, ut hoc ego pacto ad emendationem pervenirem. Ita plane, Domine, me hic gessi (ut quidem apparet) ac si promissem nihil eorum, quæ tibi vivendo promiseram, servare; quamvis tunc quidem talis mea intentio non fuerit: sed video opera mea postea hujusmodi fuisse, prorsus ut nesciam qualem tum intentionem habuerim; ut scilicet magis pateat quis tu, sponse mi, sis, et qualis ego. Et sane magnorum vitiorum meorum sensum ea sæpenu-mero consolatio in me minuit ac temperat, quæ mihi provenit ex eo quod misericordiarum tuarum multitudo hoc pacto innotescat.

86 Inter alia pia exercitia quæ Sancta in Religionis tirocinio ultro subierat, cura fuerat infirmarum quas maximo amore et sollicita charitate prosequeretur: quin ipsa Deo se devoverat ad omne morborum genus, æternæ felicitatis studio et desiderio, sicut exponit c. v, ita inquit: Quædam tunc temporis monialis gravi ex morbo decumbebat, eratque servientibus permolesta: plura namque in ventre habebat foramina, quæ nimia oppilatio alvi formarat, per quæ quidquid manducabat, egerat. Unde etiam non multo post decessit. Videbam quidem omnes quæ domi erant istud morbi genus exhorrescere: ego vero, illius invidens patientiæ, Dominum rogabam ut cum eadem patientia eos mihi daret morbos quos placeret. Nullum (ut mihi videtur) tunc morbi genus metuebam: eo namque honorum æternorum acquirendorum tenebar desiderio, ut quocumque demum pretio et medio ea comparare mecum statuerem. Quod ipsum nunc summopere miror, quod nondum eo Dei amore tacta essem quo postea, cum jam orationem frequentare cœpi, mihi videbar tacta fuisse: etenim aliud non habebam quam lucem quamdam et cognitionem, qua, quidquid transit et finem habet, parvi faciendum videbam; et contrā bona, quæ per hoc comparari possunt, permagni ducenda, cum æterna sint. Divina Majestas hocce meum votum audivit: nam, antequam duo effluxissent anni, ita morbida effecta sum, ut, licet malum quod triennio ipso pertuli, uti jam referam, tale non fuerit quale illius monialis, non minus tamen molestum mihi ac grave fuisse credam.

AUCTORE
V. D. M.
D

quod vel e sola
ejus in agram
charitate pa-
tet.

87 Jam ipso novitiatus tempore, ait c. iv, mutatio vitæ et ciborum valetudini meæ directe contraria fuerat: nam esto summa consolatione perfunderer et contenta essem, inde tamen melius non me habui. Deliquia quippe et animi defectus quotidie magis et magis crescebant, tantusque accedebat cordis languor, ut quotquot me viderent obstupescerent: mox et alii morbi sequebantur. Ita primum tirocinii annum parum firma valetudine peregi: verum toto illo tempore Deum non multum mihi videor offendisse. Quoniam autem malum adeo grave erat ut me semper fere sensu privaret, imo subinde cum etiam omnem mihi penitus eriperet, hinc parens meus omnimodis allaborabat ut valetudini possem restitui; et quia ab hujus loci medicis nullam opem sentiebam, ad alium me locum, in quo multos variis morbis affectos persanari constans fama erat, me conduci jussit, quod et me illic sanitati restituendam omnes censerent. Amica illa mea, quam in hac domo me habuisse ante dixi, et quæ de veteranarum erat numero, mecum profecta est: nam isthoc in monasterio claustris voto moniales

Ipsa dein
agra rus pe-
tens, profectus
in oratione

AUCTORE
V. D. M.

A se non obligabant. . . Æstate incunte primum in medicorum manus tradenda eram; attamen incipiente hyeme eo me contuli; toto autem tempore intermedio in sororis meae, quam in pago commorari dixi, domo hæsi, mensem Aprilem expectans, qui et instabat, et ne toties ultro citroque commearerem. Mihi jam e monasterio digressæ patruus (quem ante dixi in via habitasse) librum dedit, cui Abecedarium Tertium nomen est, quique orationis recollectivæ et mentalis methodum tradit. Et licet primo illo tirocinii mei anno varios pios sanctosque libros legissem (neque enim alios quam pios legere volebam, utpote damnorum quæ ab aliis illis passa eram probe gnara), quia tamen nondum sciebam quomodo me in oratione gerere ac mentem recoligare deberem, hic liber gratissimus tum mihi fuit, ipsiusque viam ac methodum omni animi contentione sequi statui. Lacrymarum donum jam tum a Domino acceperam, atque ipsa lectione multum recreabar: hinc solitudinem subinde ad tempus coherere, frequentius Confessionem instituere et hanc ipsam viam ingredi incipiebam, hocce libro loco magistri et directoris utens.

ope bonorum
librorum et
solitudinis.

B 88 Ergo Sancta, sicut hic fatetur, jam gaudebat dono lacrymarum, utebaturque duplici ad perfectionem adminiculo, solitudinis scilicet et orationis; infirmior autem erat quam ut multas adhiberet corporis pœnitentias. Incedebat in oratione illa via quam indicabat præfatus liber conscriptus a P. Francisco de Osuna Ord. Min., et Jesum Christum animæ suæ intime præsentem sibi proponebat in aliquo passionis suæ momento constitutum. Intrans cum eo in cubile cordis sui, cæterarum rerum oblita, amanter ac tenere alloquebatur cum conspiciebatque: quod quidem orationis genus a mysticis theologis oratio recollectionis dicitur. Fuit Teresiæ solitum orationis principium inspicere in vitam ac virtutes Christi et considerare amorem quo nos persecutus est: neque enim intellectu discurrere atque operari adeo ex usu ei erat. Hanc ob rem passim bonis libris utebatur; quod sane ad orandum atque in oratione perseverandum magnum adjumentum est, adeoque unum e præcipuis quæ Sancti scriptis suis commendarunt. Adhibuit ergo Deus illum Osunæ librum pro instrumento suæ misericordiæ; ac Teresia per ejus doctrinam aliisque quæ a Deo accipiebat adminicula, sic profecit, ut exinde summa Majestas cœperit talibus eam ditare donis, ut post novem menses in hac solitudine transactos ad orationem quietis pervenerit. Quin imo aliquoties ascendit ad altissimum et perfectissimum contemplationis gradum, unionem, inquam, et animæ transformationem in Deum suum, non tamen ea qua postea plenitudine ac perfectione. His gratiis adducebatur ad mundum pedibus calcandum ac tanti quanti valet æstimandum. Miserebatur eorum quos terrena sectari videbat, quamvis in rebus licitis. Nec vero magna res erat mundi vilitatem atque exiguitatem despici ab ea quæ jam inceperat Dei magnitudinem in oratione contemplari. In ea nempe spiritum renovabat ac se ardenti fervidoque amore Sponso suo uniebat. Quanquam autem tantus esset cœli favor, tanta Dei misericordia, tam altum orationis genus quo sponsam suam Dominus sublevarat; adeo tamen continua hæc non erant, ut Deus non privaret illam interdum hujusmodi voluptate, et sua derelictione atque absentia multoties exercitaret. Cum autem illa intellectu discurrere jam non posset, neque interim Dei præsentia esset tam ordinaria quam deinceps fuit, accidebat ut arida ac distracta valde esset. Tum usu veniebant libri: quos ubi legebat, excitabatur illico animus, ac se colligebat in oratione; ubi autem demittebat, illico divagabatur per imaginationem

et per varias quæ ei bellum movebant cogitationes.

89 Audiamus iterum Sanctam, quæ vitæ suum cursum c. v ita proseguitur: Cum jam tempus, quod apud sororem meam in loco quo dixi expectabam, venisset, ut medico traderer; magna me et pater et soror et amica illa monialis quæ mecum venerat, quæque magno me amore prosequabatur, sollicitudine, uti bene in via haberer et nihil mihi deesset, conduxerunt. Hic animæ meæ quietem interturbare diabolus cœpit, etsi multum inde boni Deus eliceret. Erat in loco, quem curandi gratia adieram, sacerdos quidam non contemnendis natalibus et ingenio, doctus quoque, sed nonnisi mediocriter. Hunc ergo mihi in confessarium delegi, quia virorum litteratorum semper amans fui, esto multum animæ meæ damni attulerint confessores qui tantum semidocti erant: non enim poteram tam doctos semper reperire ac quidem voluissem. Jam usu ipso didici satius esse, eos, modo boni beneque morati sint, nullas habere litteras, quam non nisi modicas: nam indocti, cum sibi non fidant, necesse habent alios doctiores consulere; neque etiam ego iis fiderem. Vir bene doctus numquam me decepit; neque etiam indocti illi me volebant decipere, sed plura non sciebant. . . . Ut ergo huic, quem dico, confiteri cœpi, is mirifice erga me affligi incepit; etenim tunc non tam multum habebam quod confiterer atque habui postea, uti nec habueram ab eo tempore quo religiosa fueram. Hujus affectus non erat malus, sed quia nimis erat, hinc in non bonum degeneravit. Is de me persuasum sibi habebat, me nullo omnino pretio quid agere velle quo Deum graviter offenderem; idem quoque de se ipse affirmabat; hinc magnum inter nos esse cœpit commercium: sed ego ita quidem tunc constituta eram in mea conversatione, ut, accedente illa Dei quam habebam familiaritate, nihil mihi esset jucundius quam de rebus divinis loqui. Hinc ille, cum ita juvenem me esse cerneret, non mediocriter confundebatur; adeo ut e nimio illo suo erga me affectu et propensione suam mihi indicare perditionem cœperit, quæ sane parva non erat: nam septem pene annis in periculosissimo statu, ob infame et inhonestum cum quadam loci hujus muliere commercium, hæserat; et in eo statu cum esset, interea tamen celebrare non verebatur.

90 Res erat ita passim nota et celebris, ut et honorem et famam omnem amisisset: nemo tamen eum hujus rei commonere audebat. Me vero magna ejus cepit misratio, quia eum maxime diligebam. Hoc quippe ego non parvam levitatem et cæcitatem redolens habebam, quod virtutem quamdam esse censerem gratum esse, et necessario amare me debere eum qui me amore prosequabatur. At maledicta sit illa obligatio, quæ usque ad repugnantiam ejus quod Deo debemus, sese extendit. Est hoc dementia quædam, cujus in mundo usus est, quæ etiam me dementat. Deo quippe debemus omne bonum quod nobis ab hominibus fit; et tamen virtutem esse putamus hanc humanæ amicitiae legem non violare, tametsi directe Deo adversetur. O intolerabilem mundi cæcitatem! Utinam, Domine, toti mundo ingratissima essem, tibi vero ne vel minimum! Sed propter peccata mea plane contrarium factum est. Exactius ergo e domesticis illius de facti veritate cœpi inquirere; e quibus illius perditionem intellexi, et non tam ipsum in culpa esse ac putabatur: nam scelestæ hæc muliercula imagunculæ cuidam æreæ, quam illum rogaverat ut de collo in sui gratiam gestaret, beneficium incluserat; nemo autem hanc ei tollere hactenus potuerat. Equidem quod de ejusmodi incantationibus

D

Commercio
periclitatur
sacerdotis per-
diti:

E

Sed vincit
eum.

F

A cantationibus dicitur, non statim mihi verum esse persuadeo; dicam tamen quæ vidi, ut sibi viri ab illarum foeminarum, quæ id genus commercia habere volunt, usu caveant. Sibi persuadeant velim, quod, cum foeminae (quæ magis semper ad honestatem servandam obligantur quam viri) omnem Dei pudorem amiserint, nequaquam et nulla in re illis possint fidere: nam, ut suam cupiditatem et libidinem, quam cacodæmon illis suggerit, ad effectum cogant et expleant, nihil pensi habent. Esto vero ego scelestus fuerim et improba, numquam tamen simili in genere deliqui, nec unquam ad male faciendum aliquem induxi; nec, siquidem potuissem, voluntatem alicujus violenter, ut me amore prosequeretur, cogere voluissem: nam sua me gratia Deus ab hac re præservavit; sed si me deseruisset, non minus in hoc prolapsa fuisset quam in reliquis deliqui: nam non est quod de me quis fidat.

atque plane
convertit.

91 Ut ergo hoc de ipso intellexi, majorem ei amorem cœpi ostendere. Intentio quidem mea bona erat, sed non res ipsa: ut enim bonum aliquod, quantumvis maximum, facerem, ne vel minimum facere malum me oportebat. Ut plurimum cum illo de Deo loquebar, et hoc quidem aliquo modo cum juvare debebat; tametsi nihil cum magis juvisse credam, quam quod erga me afficeretur: nam ut mihi gratificaretur, icunculam illam mihi tradidit, quam acceptam statim in profluentem abjici jussi. Hac ablata, quasi qui e profundo somno excitatur, cœpit exacte singulorum quæ annis illis continue commiserat recordari; unde se ipse obstupescens, suamque perniciem dolenter deplorans, mulierculam illam paulatim repudiare cœpit. Deiparam Virginem hac in re illi subsidio fuisse, satis liquet: nam illius Conceptioni singulari quadam ratione affliciebatur, et, cum festum illius quotannis recurreret, insigni id solemnitate relegebat. Tandem mulierem illam ne videre quidem sustinuit, et aspectu ejus sibi interdixit, Deoque, quod mentem illuminare dignatus esset, gratiis agendis satiari non poterat. Qui deinde evoluti anno, præise eo ipso die quo cum primum vidi, ex hac vita decessit. Deo jam multum et sedulo servierat: nam insignis ille affectus quo erga me ferebatur, numquam mihi visus est fuisse malus, esto is aliquanto esse purior potuerit. Huc accedit quod etiam peccandi occasiones habuerimus, quæ, nisi Deum maxime præ oculis habuissemus, ad graviter contra eum peccandum nos perduxissent; sed ita quidem tunc animata eram, ut numquam aliquid (uti jam dixi) fecissem quod peccatum mortale esse scissem. Et crediderim illum, quod hanc in me cautelam observaret, magis inde ad me amandam permotum fuisse: existimo namque viros omnes magis affectu in eas foeminas ferri quas in virtutem propendere vident; et etiam ad obtinendum id quod in hoc mundo prætendunt, plus illas apud hos per virtutum viam quam vitiorum proficere, uti postea ostendam. Itaque certissime mihi persuadeo illum in via salutis esse. Valde christiane mortuus est, et ab illa peccandi occasione penitus liberatus; et ut hac ratione ad salutem perveniret, Dominus videtur voluisse.

Hic retunditur
versio Vil-
leforti, quæ vo-
luntaria videtur
negare.

92 Sanctam non interrupimus, tanta humilitate et eloquentia præbentem nobis in his zeli sui primitiis nobilissimum specimen magnarum earum rerum quas olim patratura erat: ut jure dixeris, ex ungue leonem. Quæ vixdum septennis persuaserat fraterculo Roderico martyrium, abductura cum secum ad communis supplicii locum, et quæ dein alteri fratri animum indiderat ut sæculo renunciaret; jam gran-

dior facta, 21 annorum virgo, audent tentare majora: lascivum nempe sacerdotem Deo lucratur, qui totum jam septennium non sine vulgi scandalo immersus fuerat corno sacrilegæ impuritatis, maleficioque diabolico mulieri alligatus; atque efficit ut Dei gratia ad mortem usque perseveret in castitate et pietate. At medias has inter res, quæ S. Virgini tanto decori sunt, carpere oportet in Villeforti iniquam versionem hispanicorum aliquot verborum, quæ, gallice vitæ ejus Teresianæ licet obiter inserta, nata sunt labem inspergere famæ illius. Quippe Sanctam tali in re vindicare pluris interest quam emendare chronologiam aut claudam aliquam restituere narrationem facti, in quo lesa forte est historia, sed illæsa Sancta. En eorum verborum contextum: Vi que el pobre no tenia tanta culpa, porque la desventurada de la muger le tenia puestos hechizos en un idolillo de cobre, que le habia rogado le traxesse por amor della al cuello; y este nadie habia sido poderoso de podersele quitar. Yo no creo es verdad esto de hechizos determinadamente, mas diré esto que yo vi. Lector præcipue attendat velim ad yo no creo es verdad esto de hechizos determinadamente: quod latine sonat: Non leviter, non indistincte, non sine disquisitione et discretionem credo ego quæ de sortilegiis sive incantationibus passim narrantur. Atque eo fere sensu vertunt plurimi quos vidi latine, belgice, anglice, gallice, etc. Sed Villefortius ore rotundo pronunciat: Thérèse n'ajoutait pas foi à ces sortes de choses: quæ gallica phrasis, hispanica verba male reddens, innuit Teresiam pro more hodiernorum incredulorum omnem magiam pernegasse; ubi e contrario prudens Sancta, conformans se menti theologorum ac ipsius Catholicæ Ecclesiæ, solum dicit diffidenter se excipere singula hujusmodi quæ vulgantur maleficia, minime vero affirmat se, non secus ac magia non extaret, judicare omnem semper eis fidem denegandam esse. Atque hic non tam corrigendus fuit Teresianæ Vitæ male traductus locus, quam vindicandus recte sentiendi ejus modus in re in qua minime recedendum est a spiritu Catholicæ Ecclesiæ. Quippe cum hæc Exorcistarum Ordinem habeat, sinatque exorcismos, ubi de magia episcopis constiterit, adhibere; aperte magiæ maleficia agnoscit. Neque profecto id in quod ipse Deus (Deuter. c. XVIII, v. 10 et 11) vitam interminat; quod Judæi æque ac Ethnici adstruunt; quod SS. Patres innumeris locis abominati sunt, Conciliaque anathemate confixerunt; quod docti æque ac justi innumeri iudices etiam capitali sententia millies puniverunt, prohibueruntque tot leges divinæ et humanæ, ecclesiasticæ et civiles, tribunalia sacra ac profana; non id, inquam, inficiabitur cordatus ullus, nedum S. Teresia, quæ c. XXXIII Vitæ suæ dicit malle se oppetere millies mortem quam vel minimam Ecclesiæ cærimoniam violare.

AUCTORE
V. D. M.

D

E

F

93 At redeamus ad Sanctam nostram, quæ c. V ita pergit: Trimestri in pago illo (Becedas) gravissimos sustinui cruciatus: nam acriora et duriora mihi medicamenta adhibebantur, quam mea ferret complexio. Secundo mense medicamentorum acrimonia ac vi pene ad extremum vitæ redacta eram; et cordis deliquium, ad quod tollendum illuc missa fueram, factum erat intensius, adeo ut cor mihi subinde dentibus acutissimis commorderi videretur, ac potissimum vererentur omnes ne morbus in furorem degeneraret. Ob ingentem virium defectum et debilitatem (nihil quippe in stomachum præter liquida et sorbilia demittere poteram, quod omnia sumpta evomerem; nec non febris continua ac quotidianæ purgationes, quia mense prope integro singulis diebus posim me sumere medici jus-

Interim San-
ctam magis ac
magis agram

serant,

AUCTORE
V. D. M.

A serant, corpus plane exhauserant) ita introrsum arefacta eram, ut jam mihi nervi contrahi inciperent, tanto quidem cum dolore et cruciatu, ut nullam, tam de die quam de nocte, quietem invenire possem : ad quod etiam profundissima quædam animi accedebat tristitia. Pater ita me constitutam reduxit in locum unde veneram; ubi, cum medici me denuo inviserent, de mea valetudine desperabant; quinimo me, præter eos quos habebam morbos, etiam hecticco malo laborare asserebant. Parum aut nihil istud illorum iudicium curabam : sed ipsi me dolores vexabant; nam a capite ad pedes usque, ubique æque graves et intensi erant. Et sane, ut ipsimet medici affirmabant, dolores nervorum sunt intolerabiles, idque eo magis quod omnes omnino contraherentur : quod certe, nisi culpis id ipsa meis promerita essem, gravissimum tormentum erat. Non amplius trimestri me in extremo hoc cruciatu fuisse puto : impossibile autem videbatur, tot mala et tormenta junctim me posse ferre.

ingens paroxysmus occupavit.

B 94 Nunc miror, et velut singulare Dei beneficium agnosco, patientiam illam quam illius Majestas mihi elargita est : nam liquide patebat illam non nisi ab illo dari. Ad eam habendam non parum me juvit, vitam et historiam Job in S. Gregorii Moralibus descriptam legisse, ut tum per hanc lectionem, tum per orationis studium, cui jam dare me cœperam, prævenisse me Dominus videatur, ad tanta cum voluntatis conformitate cruciatus hosce ferendos. Omnia colloquia mea erant cum illo, et pene semper hæc verba Job : « Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus? » aut mente revolvebam, aut in ore habebam : hoc enim mihi et animos videbatur addere et robur. Inter hæc occurrit festum Assumptionis B. Virginis (nam eatenus jam inde a mense Aprili cruciatus ille durarat, quamquam tribus ultimis mensibus intensior fuit), quo festinavi peccatorum meorum Confessionem instituere; siquidem semper frequentioris Confessionis amantissima fui. Putabant id me præ mortis metu facere; atque ideo parens, ne quam mihi hæc cogitatio aut apprehensio molestiam crearet, Confessionem me instituere non permisit. O superfluum ac nimium carnis et sanguinis amorem! nam tametsi is patris tam catholici, virique adeo prudentis, qualis ipse erat, esset, ita ut ex ignorantia id fecisse dici nequeat, permultum tamen ipse mihi nocere potuisset. Hæc ipsa nocte, talis me paroxysmus occupavit, ut pene quadriduo me sensus omnis expertem reddiderit : quo durante, Sacramento extremæ Unctionis sum communita, et ad singulas horas aut momenta me spiritum credebant emissuram : hinc fidei Christianæ articuli identidem mihi prælegebantur, perinde ac si quid intellexissem; quin etiam interdum ita me emortuam esse credebant, ut deinde etiam residuæ ceræ guttas in oculis repererim. Torquebat patrem non parum, quod me tunc non permisisset confiteri : hinc plurimas ad Deum pro me preces et pios clamores effundebat. Ille proinde sit benedictus, qui eos exaudire est dignatus. Nam cum jam die et medio sepulchrum in monasterio meo apertum fuisset, meum in horas cadaver monialibus expectantibus, quin imo in alio Ordinis nostri monasterio, quod extra hunc locum est, exequiæ a Fratribus pro me tamquam demortua celebratæ essent, placuit Domino me mihimetipsi ac sensibus restituere.

et quo vigilans plura præcogit.

95 Præter hæc quæ Sancta hic refert, memorant Ribera, Yepes aliique visionem ab ea tum habitam et prophetias prolatas. Ut exiguavit, aiunt, querens quod fuisset excitata, protulit se in caelis fuisse, tartarum quoque vidisse; aliaque plura vaticinato est

quæ infra in Ribera (libro 1, c. iv) legi possunt, ubi D et suum sanus ille auctor de iis exserit iudicium. Rei veritatem confirmat etiam Yepes (l. 1, c. vi), dicens ea omnia sibi constare : eventusque, ait, demonstravit illa non fuisse somnia vana aut phantasie lusum, sed a Deo venisse. Atque Chronicum (l. 1, c. xii, n. 4) dicit Sanctam in decursu vitæ suæ hæc eadem aperuisse pluribus filiabus suis, quæ id in beatificationis processu testatur sunt. Ribera ægre eam maxime visionem admittit quæ Sanctæ præmonstrata fuerunt fundanda a se monasteria; quia postea, erecto jam Abulæ primo monasterio, ignorantia videtur laborasse reliquorum a se erigendorum. Res tamen tota bene explicatur, concilianturque inter se Ribera, Yepes ac cæteri, si dicatur representationem fuisse cœlitus sane ei immisam, quam Sancta norat certo se habuisse, nescia tamen unde illa sibi provenisset; ita ut non mentiretur sive rem referens sive impulsans eam morbi delirio, cum humilitas ejus refugeret credere tanta quæ representata sibi fuerant, cœlitus esse revelata, et ad tanta se esse a Deo destinata. Et ea ratione de eo quadriduo loquens humilis semper Virgo ita ait : Non usque adeo, si tunc me mori contigisset (ut quidem ipsa arbitror), de salute mea securam certaque fuisset, tum quod confessarii mei parum E litterati essent, tum quod ipsa adeo improba forem. Et sane cum hoc ipsa mecum perpendo, et quomodo me Dominus (ut quidem mihi videtur) velut a morte excitavit, tantus me stupor occupat, ut toto corpore contremiscam. Par et æquum, meo iudicio, fuisset te, o anima mea, cogitare quanto e periculo te Dominus eripuisset; et esto ex amore eum non desivisses offendere, ex timore saltem id omisisses, eo quod aliis mille vicibus, cum pejore in statu eras, occidere te potuisset, neque multum me credo de meo adjungere, si his mille vices dixero, etsi, qui me in peccatis meis referendis moderationem adhibere jussit, me objurgaret; et sane satis illa insignita et illustrata sunt. Quem ex Dei amore rogo, nihil ut de peccatis meis demat; quod hac ratione ipsa Dei magnificentia magis elucescat, et quantum ipse animam aliquam supportet : sit ipse in æternum benedictus; ejusque Majestati ut placeat enixe rogo, ante ut annihilor, quam umquam eum plus amare desinam.

96 Cap. vi. Ex illo quadriduano paroxysmo ita male affecta mansi, ut incomparabiles dolores, quos in me tunc sensi, solus Deus nosse possit. Lingua præ continuo morsu hinc inde læsa erat : fauces, tum quod tanto tempore nihil ciborum transmisissent, tum e continua debilitate, perinde erant ac si suffocarer, ut ne aquam quidem transmittere possem. Omnes quoque ossium compages loco motæ videbantur, ut taceam caput ita turbatum fuisse ut emotæ mentis viderer. Adhæc toto corpore instar glomeris aut pilæ contracta eram, quia in hoc dierum illorum dolor desivit, ut non magis brachium aut pedem aut manum aut caput per me movere possem quam si revera mortua essem, nisi aliis moventibus : unum dumtaxat dextræ manus digitum mihi videbar movere posse : ut etiam quis me contingeret, vix ulla apparebat ratio; ita quippe toto corpore affecta eram, nullius ut contactum ferre possem. Hinc me in quodam linteo, uno unum, altero aliud latus tenente, de loco in locum moveri oportebat. Duravit hoc usque ad Dominicam Palmarum. Hoc porro unum solatii habebam, quod, si me nemo tangeret, dolores sæpe mitigarentur; utque vel modicum quietis mihi darent, subinde me bene habere fingebam, quod vereretur ne me patientia deliceret. Hinc summopere gaudebam, cum dolores meos nec tam intensos nec tam continuos esse cernerem,

Paroxysmi superioris affectus.

F

A cornerem, quamquam vehementi duplicis quartanae febris, quam maximam et diuturnam habui, frigore accedente, eos etiam paterer intolerabiles, uti et magnam stomachi nauseam: statim ergo ita festinavi ad monasterium meum redire, ut me, ita licet affectam, eo etiam deferri fecerim. Quam igitur mortuam expectabant, anima tenus dumtaxat mortuales receperunt: corpus quippe habebam mortuo deterius, ut horrorem et dolorem videntibus moveret. Cujus summa et extrema debilitas nullis exprimi verbis potest, ut solis constare viderer ossibus.

quos patienter
fert.

B 97 Hoc in statu, plus octo (uti jam dixi) hæsi mensibus; triennio vero prope toto, omni membrorum usu carui, etsi is quotidie magis et magis mihi restitueretur. Ut primum ligneis fulcris niti cæpi, Deo gratias egi. Omnes porro has infirmitates magna cum Dei voluntate conformitate sustinui, quin et, exceptis illis primis, summa animi lætitia. Omnia quippe nonnisi ludus mihi esse videbantur, cum illis collata doloribus quos initio tuleram. In omnibus divinæ me voluntati per omnia conformabam, tametsi me etiam perpetuo hoc in cruciatu agere passus fuisset. Nulla alia de causa, ut mihi videtur, desiderabam sanitati restitui, quam ut in solitudine orationi, sicut instructa eram, me darem: nam in valetudinario nulla ad hoc commoditas erat. Frequenter Confessionem instituebam; saepe item de Deo sermonem miscebam, ita ut omnes domesticas edificarem, quæ et vicissim patientiam, quam mihi Dominus dabat, obstupescerent: nisi enim eam ipse dedisset, impossibile illis videbatur tantos cruciatus tanta animi hilaritate pati posse. Gratia quoque bene orandi, quam mihi dederat, permagni ad hoc momenti fuit: hæc namque intelligere me faciebat quid esset eum diligere. Etenim intra exiguum illud tempus vidi virtutes illas in me velut innovatas, esto nondum satis validas: quia me in iustitiæ statu firmam tenere non potuerunt.

creverunt
etiam in ea de-
siderio perfe-
ctionis;

C 98 De nullo male, ne minimum quidem, loquebar, sed ut plurimum omne detractationum et murmurationum genus impediēbam: nam valde mihi impresseram, non debere me velle aut dicere de alio quopiam, quod de me alios dicere nollem. Hoc ergo malum imprimis cavebam, quod sæpius detrahendi aliis occasiones occurrerent; tametsi non tam plene ac perfecte, quin subinde, dum mihi se prægnans offerebat occasio, aliqua in re impingerem: sed ordinario non impingebam; hinc et iis quæ mihi serviebant, ac mecum tractabant, idipsum ita persuasi, ut quamdam jam non detrahendi consuetudinem induerint, et eam servarint. Unde factum est ut vulgo scirent omnes, ubicumque præsens ego essem, tutos se a detractoria lingua esse, et ut idem quoque sentirent de iis quæ ad me spectabant, vel ratione amicitia vel sanguinis, vel a me docebantur. Quamquam alia multa habeam ob quæ me Deo reddere rationem oportebit, quod in his malo illis exemplo fuerim. Illius Majestas ut mihi ignoscat supplex rogo: multorum namque malorum ego causa fui, etsi non tam prava mea intentio fuerit, ac fuit opus et effectus qui exinde sequebantur. Ingens solitudinis captandæ desiderium mihi mansit; et tam gratum mihi fuit de Deo loqui et tractare, ut, si quem invenirem quocum id facere possem, longe id mihi majorem voluptatem et recreationem afferret, quam omnis conversationis mundanae civilitas, aut (ut melius dicam) stupiditas. Adhuc gaudebam sæpius solito confiteri et Sacram Communionem recipere, quin etiam id summopere desiderabam: lectio quoque bonorum librorum permultum me delectabat: denique, cum peccando Deum offendissem, mox tanta me

ejus capiebat pœnitentia ac dolor, ut meminerim saepe me non ausam orationem instituere, quod maximam illam pœnam, quam ex eo offenso sensuram me noram, perinde ac gravem delicti castigationem metuerem. Hicque cruciatus deinde ita mihi increvit et enormis fuit, ut, cui eum comparem, prorsus nesciam.

AUCTORE
V. D. M.

D

99 Ubi ergo me, et quidem ita juvenem, plane membrorum usu destitutam vidi, simulque recogitare cæpi quam male me medici terrestres habuissent, ad cœlestes statui, quo sanitatem mihi redhiberent, confugere: nam magno sanitatis quocumque modo recuperandæ desiderio tenebar, esto alioquin cruciatus hos magno animi gaudio tolerarem, et subinde apud me cogitarem, si sanitati jam restituta, damnationi æternæ addici deberem, melius longē fore hoc in statu permanere; nihilominus tamen putabam me in sanitate Deo melius et ferventius servire posse. Male ergo facimus, et fallimur, quod in omnibus quæ de nobis Deus statuere vult, nos non resignemus, cum ipse melius novit quam nos quid utilius nobis sit et convenientius. Incepi ergo devotiones aliquas exercere circa Missarum sacrificia, et alias quasdam maxime approbatas circa orationes: nunquam enim aliæ illæ mihi devotiones placuere, quas nonnulli, ac præsertim mulierculæ, certis quibusdam adhibitis cæremoniis, usurpant, quas ferre plane non poteram: quibus tametsi ipsæ ad devotionem excitabantur, tamen postea patuit eas ineptas et parum proprias esse; quia superstiosæ. In patronum vero et dominum selegi gloriosum virum S. Josephum, ejusque me patrocinio unice commendabam. Liquido deinde perspexi, sanctum hunc Patrem et Dominum meum tam ab hac me necessitate quam aliis majoribus, in quibus de animæ meæ et honore et perditione agebatur, liberasse; idque majori meo bono quam eum rogare potuissem. Non memini me aliquid ab eo hactenus petisse, cujus me compotem non reddiderit.

adhibetque pa-
tronum S. Jo-
sephum.

E

100 Antequam finem huic paragrapho imponam, congruit exhibere chronologicum schema quadriennii quod præsens paragraphus comprehendit: nam et hic in quibusdam dissentiunt auctores. En qui, attente collatis et perpensis tum Teresiæ tum Yepesii textibus, ordinanda spatia censeam Sanctæ tunc temporis sive itinerum sive morborum. Elapso recens anno ab ejus in monasterium ingressu, solemnia vota professa est anno 1534, III Novembris (non III Decembris, ut mendose scribit Helyot). Anno 1535, incipiente, ut Sancta dicit c. IV, hyeme, v. g. Novembri, ægra se secundo ad sororem contulit in Castellanos de la Cañada. Boucher (p. 38 et 42) tenet eam abiisse anno 1534, votis vixdum emissis. Sed cum nil obstat sive in vita autographa sive in Ribera vel Yepes, quominus Chronicum sequar reliquosque fere omnes hodiernos, judico rusticationem eam in annum sequentem, id est 1535, quando biennium in monasterio traduxerat, rejiciendam esse: atque id quidem eo magis quod Sancta c. VIII Vitæ suæ numeret 28 annos ab incepta oratione. Atque his demptis ab anno 1563 quo eam vitæ partem videtur secundo scripsisse, habemus annum 1535, quo apud patrum orare didicit. In domo sororis suæ moras traxit usque ad vernalium anni 1536. Dein ivit Becedas seu Bezadas, in quo curationis loco, quem melius supplicii theatrum dixeris, trimestrem carnificinam subiit. Mense Julio, ut videtur, reportata fuit ad domum paternam, ubi spasmo quodam immani et in quadriduum protracto correpta est, effosso jam in monasterio sepulcro, et expectato in Incarnationis claustrum cadavere, imo, ut P. Joannes a Jesu Maria et Chronicum inquirunt, aliquot e monialibus jamjam domum emortuæ, ut putabant,

Enodantur
quædam tria
chronologica;

F

AUCTORE
V. D. M.

A sodalis suae gressis ad cadaver extrahendum aut saltem feretrum comitandum. Verum expectata Teresia est, atque, dolores acerrimos exantlans, in paternis aedibus permansit usque ad anni 1537 Dominicam Palmarum. Nec solum Teresia innuit, sed et Ribera ac P. Joannes a Jesu Maria apertis verbis dicunt, eam tandem apud patrem moratam; quare linguendos hic censeo auctorem Chronici, P. Fredericum a S. Ant. aliosque, qui eam in monasterium revertisse scribunt paulo post paroxysmum.

et magis exponitur enormitas morbi ejus.

B 101 Porro, cum Sancta scribat illum extremam debilitatis tormentorumque statum durasse octo menses, videtur, ut paschali tempore 1537 rediit in monasterium, paulatim convalescere. Attamen paralysis, sicut ipsa dicit, tres ferme annos duravit, id est, ut autumno, a medio anno 1536 ad medium annum 1539, quando ope S. Josephi sanata se fatetur, annum cum jam superabat aetatis vigesimumquartum, et Religionis agebat sextum. Neque hic contrarius mihi est Yepes, ad finem capitis sexti dicens eam attigisse annos 23 aetatis et 5 Religionis; nam distincte non scribit Sanctam, quando eos attigerat annos, attigisse et finem aegritudinis, sed vage tantum dicit eam id aetatis fuisse, cum ad magnam jam patientiam sensumque gratitudinis pervenerat. Abstinebo tamen variis allegandis argumentis ad tuendam hanc quam profero sententiam et ad ostendendum Yepesium (in fine c. vi) mihi non contradicere; nam non vacat ut minoribus his tricis chronologicis longa disputatione immorer. Similiter post longum hunc de junioris Teresiae morbis sermonem, quem totum fere ex ipsa ejus vita hausi, supervacaneum judico, non dico refutare, sed vel referre id quod P. Fredericus a S. Ant. in Praefatione pag. XLIV citat ex Discursu trigesimotertio J. B. Campadelli, sacerdotis Patavini, qui ex sua, ut videtur, depromit penu commentitios S. Teresiae morbos et adhibita toto octennio remedia. Satiус judico hic adferre quaedam e P. Elia a S. Teresia in Praefatione operis sui quod nuncupavit: Legatio Ecclesiae triumphantis ad militantem pro liberandis purgatorio animabus, ubi inter alia dicit: S. M. Teresia (Vitae suae capite vi) refert miraculose sanata se a vehementissimis ac periculosissimis morbis quibus annis tribus cum dimidio divexata atque a medicis desperata jacuerat. Erant hi non tantum gravissimi, sed et plurimi, utpote quorum novem aut decem per se singuli sufficerent ut ei mortem adferrent. Occasione recuperata valetudinis Sancta inclytum effundit encomium S. Josephi c. vi Vitae suae.

§ VII. Quid Sanctae evenierit a recuperata miraculose sanitate usque ad pleniorrem ejus ad Deum conversionem, sive ab anno 1539 ad annum 1555. Plurimum rerum, pro illo temporis spatio, figitur chronologia.

Subsequentium 18 annorum vita ejus compendium exhibetur

P Post annorum igitur trium excursus, ope S. Josephi a membrorum contractione soluta, coepit Teresia incedere, anno ut supputavimus 1539, quando aliquot supra 24 annos aetas ejus attigerat menses. Uno conspectu nunc 16 annorum examinabo spatium, id

est ad initium usque anni 1555, et proin ad aetatis ejus quadragesimum. Haec eo tempore inter alia occurrunt: intepescens ex conversatione cum profanis hominibus Teresiae fervor, et ommissio orationis mentalis: pater, suae filiae discipulus, ad usum sublimioris orationis magnamque sanctitatem erectus, atque adjutus ab illa in lethali suo morbo, piaque ejus mors: reversa quidem Sancta, consilio P. Vincentii Varonii, cujus ductui moriente patre se crediderat, ad exercitium orationis mentalis; sed distracta adhuc anima ejus et quodammodo in contrarias partes divulsa, sive quando ad vestibuli cancellos, cum secularibus tempus terens, neglecti Dei queribundum intra se vocem inaudiebat, sive quando in oratorio cum Deo agentis mens et cor ad profanas confabulationes et affectiones aberrabant; unde ariditas luctaque interior: nec correctae Teresiae monitis probae consolantis, nec victa visu Christi severa facie negatam sibi cordis integritatem exprobrantis, representantisque immensos suos dolores ac discerptas in flagellatione carnes, nec revulsa ab iis congressibus visu monstificae bestiae hos interturbantis: ita claudicans in duas partes septemdecim et amplius annis, donec imaginem, quam in oratorio suo habebat, Christi patientis vulneribusque confossi aspiciendo emota (quod piarum imaginum vim ostendit), ferventissime Deum deprecata fuerit, ut totam se uni illi devinctam admitteret: Deo jam devota ex integro, solidataque in proposito lectis S. Augustini Confessionibus, ex quo supernis deliciis perfundi coepit, recta spiritualium virorum ductu: ac tunc, ut ipsa loquitur c. XXIII, nova prorsusque alia coepit vita: quam enim, ait, eatenus vixeram, mea erat vita; quam vero vixi exinde, vita fuit, ut mihi quidem videbatur, quam in me Deus vivebat. Quae felix commutatio materia erit sequentium paragraphorum.

103 Sinam iterum S. Virginem incomparabili humilitate et eloquentia ea evolvere, addens quasdam tantum commentationes, tum majoris dilucidationis gratia, tum ad vindicandam Teresiam ab exaggeratis male a quibusdam scriptoribus defectibus, tum denique ut, meliore quo potuerit modo, figatur chronologia, in qua Sanctae biographi, praefatam factorum seriem plus minusve intervertentes, inter se, et aliquando a se ipsis, dissentiunt. Ergo Sancta, tempus miraculosam suam sanationem secutum percurrens, ita capite VII satur: Incepi itaque, ex una recreatione in aliam, ex una vanitate in aliam, ex una occasione in aliam prolapsa, ita me in praesentissimas peccandi occasiones intricare, et anima mea multarum vanitatum illecebris ita se implicare, ut jam me puderet per adeo singulare amicitiae genus (uti est, per orationem cum eo loqui) ad Deum reverti et revolare. Nihil vero ad hoc magis me juvit, quam quod, sicuti peccata mea incresebant, ita me gustus spiritualis, et ea quam e rebus piis ac virtutibus capere solebam, voluptas deficere inciperet. Videbam clarissime, Domine mi, ideo hanc mihi deficere, quod ego meis erga te partibus deessem. Haec omnium quibus me diabolus circumvenire poterat fraudum fuit nocentissima, idque sub specie quadam humilitatis; quod scilicet, cum me ita desperatam ac perditam viderem, inceperim timere orationi me dare: multoque mihi videbatur satius communem multorum in mundo vivendi rationem imitari, eique me conformare (eo quod inter malos essem pessima) ac legere illa ad quae ex Ordinis praescripto obligabar, et quidem vocaliter, quam mentalem orationem instituere tantumque Dei commercium frequentare; quippe quae cum daemone conversationem habere digna eram, atque adeo hominibus qui me noverant imponebam, eo quod

quod ipsa amplius carere. Intermittebat orationem.

F

A quod exterius tantum probitatis et pietatis speciem praeferrem.

*Pyrena licet
hypocritam,
bona usque
estimatur.*

104 Nec tamen locus et domus in qua agebam culpanda sunt: curabam namque (quæ mea et industria et calliditas) ut omnes bonam de me opinionem haberent; quamquam id non expresse et data opera, pietatem scilicet ex professo mentiundo. Nam, quantum ad hypocrisim et vanam gloriam, nunquam me, quod quidem sciam, in Deum (illi laus sit) memini offendisse: quippe ad primum vanæ gloriæ motum et suggestionem tantam in me sentiebam molestiam et aversionem, ut et dæmon non sine jactura discederet, ego vero inde lucrum aliquod facerem; proinde non nisi rarissime hoc in genere me tentavit. Si illi Deus permisisset ut hac in re tam graviter me tentaret ac in aliis rebus tentavit, fors non minus in eo cecidissem; sed ipsius me Majestas hactenus quoad hoc tutata est et indemnem præstitit: unde sit in æternum benedictus. Imo vero non parum me cruciabat quod vulgo bonam de me opinionem haberent, ut quæ cordis mei intima pernossem. Quod autem non ita improba vulgo haberer, inde fiebat quod me ita juvenem, et in tot peccandi occasionibus constitutam, viderent sæpe reliquarum commercia declinare, quo intra solitudinem me abdens orarem, multa legere, ac de Deo frequenter agere; quod item viderent me curare ut multis in locis illius imago depingeretur, oratorium secretum habere, inque illo ea habere satagere quæ devotionem provocarent; quod denique famæ nullius detrahentem me audirent; et alia id genus, quæ virtutis quamdam haberent speciem: interim tamen (quæ mea vanitas) iis in rebus meipsam noveram magni facere, quæ in mundo magni fieri solent.

*Dolet quod in
monasterio
clauso non
vixerit.*

105 Hinc fiebat ut tanta, quin et major mihi concederetur libertas quam aliis maxime veteranis, multumque mihi confiderent. Ut autem talem libertatem sponte et ultro mihi assumerem, aut aliquid sine licentia facerem, nimirum per clancularia quædam foramina vel parietes, vel etiam de nocte cum aliquo loquerer, numquam adduci potuissem (uti mihi videtur) ut illud in monasterio facerem, neque etiam sic unquam locuta sum: nam sua manu me Dominus a lapsu hoc præservavit. Quod autem prudenter ac mature multa mecum expendere, pessime sane mihi factum videbatur, mea unius improbitate tot sanctarum monialium honorem in aliquod discrimen vocari; quasi reliqua, quæ faciebam, bona fuissent: ut verum fatear, malum quod faciebam, esto magnum id esset, non tanta tamen fiebat cum advertentia, nec tanta erat malitia quanta fuisset hoc. Hac de causa permultum mihi censeo nocuisse quod in clauso monasterio non essem: quia libertas, qua, quæ bonæ erant, bene ac jure uti poterant (quia ad amplius obligatæ non erant, eo quod claustrum Deo non promississent), me, quæ improba sum, haud dubie ad infernum pertraxisset, nisi tot remediis ac rationibus Dominus e singularissima gratia sua hoc me periculo eripuisset. Inter quæ longe maximum mihi videtur esse monasterium mulierum gaudens libertate, adeo ut, quod hujusmodi est, iis quæ malæ esse volent, via potius esse videatur ad inferos recta deducens, quam aliquod infirmitatibus quas habent curandis remedium. Nolim autem hoc de meo monasterio dictum intelligi: quia tot in eo sunt sorores quæ sincerissime summaque cum perfectione Domino deserviunt, ut non possit Majestas ejus, pro sua bonitate et misericordia, sua ipsis gratia non adesse; ut ipsum non sit inter cœnobia quæ maxime libera sunt numerandum, utpote in quo

omnis religiosa disciplina exactissime servatur: sed de aliis loquor cœnobiis, quæ et novi et vidi. Quorum incolæ non insecite cum miserandis hæreticis comparare posse videor, in quantum hi seipsos excæcare volunt, et aliis persuadere bonum id esse quod ipsi sectantur, et ipsum etiam credunt, ut tamen non credant: quia intra semetipsos habent aliquem, qui identidem suggerat, et aggerat, hoc ipsum malum esse.

106 Ut ergo familiaritates has mundanas frequentare cœpi, non existimabam tale inde animam meam (quod viderem eas vulgo ab aliis usurpari) detrimentum et distractionem passuram, quale postea ab iisdem provenire solere intellexi. Putabam rem adeo obviam et communem (qualis est frequens illa amicorum visitatio, quæ in multis monasteriis locum habet) mihi non plus allaturam damni quam aliis, quas videbam esse bonas; et non advertēbam eas multo me meliores esse, et quod mihi periculosum fuit et damno, id aliis posse ita damnosum non esse: quia non dubito quin saltem aliquod in eo malum situm sit, esto aliud id non foret quam quod tempus hoc modo inutiliter ac male impendatur. Cum mihi cujusdam personæ commercium placeret, voluit Dominus mihi, jam inde a principio quo eam nosse et tractare cœpi, significare ac velut præmonere, id genus amicitias mihi non expedire, tantaque in caligine aliquod mihi lumen dare. Unde Christus Dominus se tunc mihi visendum multo cum rigore et severitate objecit, significans mihi quidnam hac in re sibi displiceret. Animæ oculis clarius eum et intimius vidi quam corporeis videre potuissem; itaque mihi illius figura impressa mansit, ut, esto jam viginti sex anni ab hac visione præterierint, eum tamen etiam nunc præsentem habere me credam. Valde autem ex hac visione perculsa et conturbata mansi, atque personam illam, cum qua familiarius egeram, exinde amplius videre nolui.

*Deus conatur
eam absterre-
re a vana fa-
miliaritate,
immissa uno*

107 Multum vero hic mihi nocuit, quod nescirem fieri posse ut quid aliter quam oculis corporeis videatur; diabolo impellente me scilicet, ut id ita se habere crederem, mihi que persuaderem prorsus id fieri non posse, meque in visione illa deceptam fuisse, neve a Deo illam venisse, et fortasse cacadæmonem ipsum mihi apparuisse, et alia ejusmodi. Semper quidem visum mihi fuit, et impressum mansit, id a Deo, non vero imaginarium aliquod spectrum fuisse; sed quia illa reprehensio mihi displicebat, hinc memetipsam mendacii arguebam: et, quoniam hanc visionem nulli aperire audebam, ac denuo magna cum importunitate a nonnullis ad idem commercium invitabar, asserentibus nullum in eo esse malum, quod cum tali persona agerem, adeoque me nullam isthoc commercio honoris jacturam facere, ut eum etiam illustriorem facerem; ad eandem cum ipsa familiaritatem, et postea in alias cum aliis devoluta sum, quia permultos annos pestilentem hanc conversationum delectationem sum secuta, quam, quia adeo profunde in ea hærebam, non tam mihi damnosam esse credebam ac revera erat, tametsi interdum manifeste viderem eam minime bonam esse. Ac nullius mihi notitia tot distractionum causa fuit, sicut illius personæ quam dixi, quod eam peculiari affectu prosequerer. Cum alio quodam tempore cum hac ipsa loquerer, vidimus (uti et aliæ personæ, quæ præsentibus aderant, viderunt) aliquid ingentis bufonis formam habens, versus nos contendere, idque majore quadam celebritate quam bufones proserpere solent. Non possum intelligere quomodo talis bestia in illo loco, e quo procurrebat, reperiri posset, idque in meridie, cum numquam tale quid illic visum fuerit; et pro ea quam

E

et altero visu

F

AUCTORE
V. D. M.
D

AUCTORE
V. D. M.

A

quam in me fecit operatione, mysterio id minime videtur caruisse, unde nec ejus unquam me cepit oblivio. Quanta me, o immensa Dei magnitudo, sollicitudine et pietate diversimode commonebat! Quam vero parum ipsa inde profect!

sed incussum.

A

108 Habebam illic inter moniales quamdam consanguineam meam, senio quidem gravem, sed ferventem Dei ancillam, magnæque religionis. Hæc etiam non raro me admonebat; ego vero non tantum ei non credebam, sed etiam succensebam indignans, putabamque illam sine ulla causa scandalizari. Idcirco autem hæc de me referre volui, ut hinc mea malitia, inde vero mira Dei bonitas inuotescat, et quot ipsa nominibus gehennam, propter tam intolerabilem ingratitude, promeruerim; tum etiam, ut, si forte Dominus ita disposuerit et velit, ut aliquæ moniales post futuris temporibus scriptum hoc legant, periculo ipsæ meo cautiore fiant: quas ego ex amore Dei rogatas volo ut id genus recreationes remis velisque fugiant. Divina ejus Majestas faxit ut de numero illarum quas errare feci, aliqua in viam salutis opella mea revocetur; dicendo namque id malum non esse, et tanto ipsas in periculo per meam cæcitatem certas et securas reddendo (nam ex professo et data opera eas decipere noluissem), simul et malo quod iis dedi exemplo (uti jam dixi) plurimorum malorum causa fui, esto tantum in hoc me malum facere non crederem.

B

Interca pater
ejus, quem
ipsa ad orationem
adduxerat,

109 Cum primis illis diebus ægrotarem, ante scilicet quam me ipsa juvare possem, ardenti quodam aliorum ad salutem juvandorum desiderio tenebar; quæ ordinaria primum incipientium tentatio est, tametsi mihi eadem bene successerit: quod enim patrem meum maxime diligerem, simile ei optabam bonum quod mihi ipsa habere videbar, orationis scilicet donum: nam nullum eo, in hac quidem vita, videbatur mihi haberi posse melius; adeo ut per anfractus, et velut de longe, pro eo ac potui, eum inducere conata sim ut ei se daret. Hinc dedi ei libros de orandi modo tractantes, et quod esset vir probus (uti jam supra dixi), ita hoc orationis exercitium illi placuit, ut quinque vel sex annorum circiter spatio tantos in eo fecerit profectus, ut et Deum summopere propterea laudaverim, et maximæ id mihi esset consolationi. Magnas is passus est adversitates et molestias, et quidem omnigenas; in omnibus tamen magna se voluntatis suæ in divinam resignatione gessit. Sæpius visitatum me venit, quod de rebus divinis colloquia magnam ei voluptatem afferrent. Postea vero, cum distractionibus ita locum dedissem, et orationem intermissem, viderem porro illum existimare esse me eandem quæ solebam, continere me ipsa non potui, quin veritatem ei aperirem: anno namque toto et amplius orationem intermisi, majoris hoc humilitatis esse opinata. Et hæc (uti postea commemorabo) omnium quas habui tentationum maxima fuit: hæc quippe actione in totalem ruinam, ac perditionem tendebam: nam per orationis exercitium, si forte hoc die Deum offendissem, sequentibus denno me recolligebam, peccandique occasiones magis ac magis evitare studebam.

C

et qui am-
mam, deo ab
ei orationem
valetudini
ejus imputa-
rat,

110 Cum ergo vir bonus hac cum persuasionem me visitaret, ferre non poteram illum ita graviter circa me decipi et falli, putando me pro eo ac solebam adhuc orationi vacare; hinc illi aperui me non amplius ei, prout consueveram, incumbere: esto veram ejus rei causam non declararem; continuis infirmitatibus meis fieri dicens, quo minus ei me dare possem. Nam licet a magna illa, quam ante dixi, infirmitate sanata essem, semper tamen hactenus cum magnis infirmitatibus sum conflictata, et

etiamnum conflictor; tametsi ab hinc paucis tempore illarum se rigor nonnihil intermiserit, penitus tamen omnimodis me non deserunt. Imprimis namque viginti ipsis annis, quotidie mane obnoxia fui vomitui, adeo ut nihil ciborum usque ad meridiem, subinde etiam serius, possem sumere, verum ex quo jam frequentius sacram adire Communionem cœpi, jam non nisi circa vespem, antequam cubitum concedam, vomitiones illæ redeunt, et quidem majori cum dolore: nam penitus aliisque id genus rebus eas me provocare oportet: si enim eas contineo, malum quod sentio maximum est. Et sane, numquam fere (ut mihi quidem videtur) sine multis sum doloribus et cruciatibus, qui et aliquando etiam gravissimi sunt, ac præsertim circa cor: licet deliquium illud, quod mihi esse solebat continuum et pene ordinarium, jam valde se intermiserit; magna quoque illa paralysis, febres, aliaque morborum genera, quibus esse solebam obnoxia, jam rarius me impetant, et sæpe ab iis exempta sim. Jam octo continuo annis, hisce morbis laboravi; quos jam tam parvi facio, ut sæpe etiam iis gaudeam, propterea quod in hoc sibi Deus aliquo modo complacere videatur. Pater ergo hanc intermissæ orationis causam esse credidit, ratus me, sicut ipse ab omni erat mendacio alienus ac sincerus, mentiri sibi, pro eo quod illi debebam et cum eo tractabam, non debere. Addebam, quo melius id crederet (videbam namque me quoad hanc negligentiam nullatenus posse excusari), satis me facere, quod choro servire possem. Quamquam nec hoc ipsum sufficiens causa erat ad quidpiam omittendum, quod ad orationem peragendam non robore corporali, sed amore et consuetudine sola opus est: semper namque opportunitatem nobis ad eam Dominus offert, si modo velimus.

D

111 Porro pater ob bonam quam de me habebat opinionem, et ob amorem quo me prosequabatur, in omnibus mihi credebatur, quinimo mihi compatiebatur; sed quod jam tum in adeo eminentem perfectionis gradum pervenisset, exinde tam diu apud me non hæsit, sed simul ac me vidisset, inde abiit, tempus vanis hisce colloquiis inutiliter perdi dicens; sed quod ego ipsum aliis vanitatibus impenderem, parum id curabam. Nec vero soli patri, verum et aliis suasi, ut orationis exercitium frequentarent, etiam eo tempore quo vanitates prædictas sectabar: et, quod eos oratione vocali delectari viderem, docebam ipsos quomodo meditationem instituere possent (et sane non sine profectu), et hanc in rem illis libros necessarios suppeditabam; nam hoc desiderium, ut scilicet etiam alii Deo famularentur, semper mihi mansit jam inde ab eo tempore quo exercere orationem cœpi, sicut ante dictum est. Videbar quippe, cum ipsa ita Deo non servirem uti me debere servire intelligebam, saltem procurare debere, ne pessum iret id quod divina ipsius Majestas me docnerat, atque alii meo loco illi servirent. Hoc eo dico, ut ingens illa in qua versabar cæcitas appareat, dum me ipsam in interitum ruere sino, et alios lucrifacere studeo. Circa hæc tempora parens meus illo correptus est morbo quo demortuus est; diebus aliquot hic duravit. Unde ipsa ad ei serviendum necessariaque præstanda abiit, sed quæ magis anima laborabam, quam ipse corpore, utpote plurimis vanitatibus implicata; ita tamen ut, quantum intelligere poteram, toto illo tempore, quo maxime perdita eram (de quo loquor), in peccati mortalis statu non fuero; nam si qua in re id me admissuram fuisse scivissem, quamprimum ab ea me subduxissem. Magnas in ejus morbo passa sum molestias: aliquatenus illi rependisse videor

E

marbo corripi-
tur,

F

A videor illas quas ipse, me egrotante, subierat; ac, licet alioquin ipsa satis debilis essem, sedulo tamen ei ministravi; et quamvis, ipso ablato, exinde omne mihi bonum et solamen auferendum esset, (nam continuo et ubique mihi consolationi erat), tam parum tamen me morbo ejus commoveri et dolere ostendi (ne quam ei molestiam adderem, et donec moreretur ei adessem) ac si nihil penitus sensissem, cum tamen, dum eum expirantem viderem, animam mihi violenter e corpore avelli et extrahi putarem, quod cum multum diligerem.

ac, præscius
mortis, præssi-
mo

112 Erat sane mors quam obivit, ardensque moriendi quod habebat desiderium, insignis quædam Dei laudandi occasio, uti etiam fuit, salutaria illa quæ nobis, postquam jam extremæ inunctionis Sacramento munitus esset, dabat, audire consilia. Inter alia nobis injungebat ut eum jam vita functum Deo per preces commendaremus, divinam ipsi misericordiam deposceremus, semper Deo servireremus, denique consideraremus cuncta quæ in mundo sunt, momentanea esse et pertransire: simulque nobis multis cum lacrymis, ingentem quem sentiebat dolorem, eo quod illi non prout oportebat servisset, testabatur: volebatque fuisse religiosus et quidem ex iis qui strictissimum vitæ genus profitentur. Velut certum et indubitatum habeo, Dominum ei quindecim antequam expiraret diebus præsignificasse, ipsum brevi demoriturum esse: nam, licet ante satis mala esset valetudine, et ægerrime valeret, morbum tamen eum mortalem esse non credebatur; verum a quinto decimo illo die, esto etiam paulo meliuscule se haberet, et idipsum quoque medici assererent, eorum judicium nihil moratus, animæ suæ prospectum ante omnia cupiebat, deque ejus bono statu omnis sua cura erat. Præcipuus ejus morbus fuit gravissimus scapularum dolor, qui nunquam eum deserebat, et per intervalla ita eum torquebat ut intensissimos cruciatus sentiret. Unde ipsa ei suasi, ut, quoniam mysterium bajulationis Crucis Domini magno animi sensu semper recoluisse, cogitaret ipsius Majestatem jam velle ut aliquid ejus doloris sentiret, quem ipse in Cruce humeris bajulanda olim sensisset. Quæ eum verba ita consolabantur ut nunquam exinde amplius eum de dolore conquerentem audisse videar.

vita, defungi-
tur.

113 Tribus continuis diebus omnis expertus sensus fuit: sed eo quo defunctus est die ita sensibus omnibus redditus est ut omnes miraremur, quorum usum habuit integrum, donec in media symboli Apostolici recitatione, quod ipsemet clare decurrebat, spiritum reddidit. Jam defuncti facies angelica quadam specie resplenduit, et revera Angelus quidam, ut ita dicam, mihi fuisse visus est, si animam ejusque dispositionem intueamur. Nescio quem in finem hæc retulerim; nisi fortasse, ut meas ipsa nequitias hinc magis sugillem: nam visa tam sancta morte, et tam pia intellecta vita, meam me, quo talem parentem aliquatenus imitando referrem, in melius commutare oportuisset. Confessarius ipsius, vir sane egregie doctus, ex ordine Divi Dominici, non dubitare se aiebat, quin recta cælos anima ejus peteret, quod jam ab hinc annis aliquot ei a confessionibus fuisset, et insignem conscientie ejus puritatem commendabat. Idem Dominicanus, qui vir apprime bonus erat ac Deum timens, mihi non mediocriter profuit (quod ei confiterer), et animam meam serio juvare, et quo in periculo perditionis versarer, mihi aperire propositum habuit. Jussit hic ut singulis quatuordecim diebus sacram Eucharistiæ mensam adirem, et paulatim magis et magis cum eo de rebus meis

agere incipiens, tandem de meo orandi modo cum eo locuta sum.

114 Suasit ergo ut illam neutiquam intermitterem, quod per illam non possem non proficere. Illam itaque reassumere incepi, non tamen vanitatum occasiones penitus præscindere; unde exinde numquam eam amplius intermisi. Maxime laboriosam et pœnosam tunc vitam vixi: nam in oratione defectus meos et apertius et liquidius perspiciebam. Ex una quippe parte me vocitabat Deus, et ex altera mundum ego sequebar. Quidquid erat Dei et Divinum, magnæ quidem mihi voluptati erat; sed quæ mundi erant, arcte me colligatam tenebant. Videbar scilicet duo hæc adeo ab invicem dissona et inimica, vitam videlicet spirituales, ac delectationes, consolationes et recreationes sensuales, ad quamdam velle concordiam redigere, et tantuo reconciliare. In oratione summas passa sum molestias et difficultates: spiritus quippe non dominus erat, sed mancipium; unde fiebat ut me intra memetipsam recolligere ac recludere non possem (qui tamen erat orandi modus quem praticare solebam) quin simul mille intra me vanitates concluderem. Per multos annos sic in oratione feci, ut modo mirer quomodo id anima alicujus ferre potuerit, ita ut alterutrum horum extremorum non deseruerit. Scio in manu et potestate mea tum non fuisse orationem penitus intermittere, quod, qui me amabat, quo majores mihi adhuc gratias conferret, sua me manu teneret.

115 *Eatenus Sancta. Post longum hunc ejus sermonem, straturus ante omnia hoc commentationis loco fundamentum Teresianæ chronologiæ pro sexdecim his annis, necesse habeo præmittere quandonam Sancta mihi videatur scripsisse Vitam suam. Scripsit autem bis: nempe prius, e jussu sibi anno 1561 dato, quam scriptionem finit mense Junio 1562; posterius vero, anno 1563 vel 1564, aut, si ob multas in recens inchoato conventu occupationes ei adhuc continuandum fuerit anno 1565, saltem caput XXXVII absolverat ante XXVIII Martii illius anni, cum ad illius capitis finem dicat se nondum quinquaginta annos habere. Plura de hoc vide eo § quo speciatim agam de libro Vita a S. Matre conscriptæ. Interim ad annum 1563 referri posse videtur scriptio locorum quæ e Vita Teresiana hic citavi, cum spectent ad priorem partem libri, cujus scribendi initium obedientissima Virgo non diu certe procrastinavit post jussu sibi anno 1562 datum. Hoc præmisso, tempus figi potest quo pleræque Teresie res horum annorum spatio evenerint. Atque imprimis conjici datur eam jam anno 1537, vixit in monasterium e domo paterna reportatam, colloquiis cum visentibus se sæcularibus nimis indulsisse. Capite enim septimo dicit se a plus quam 26 annis visionem habuisse, qua a Christo severo vultu increpabatur profanæ hujusmodi amicitie: quæ visio proin incidit in annum 1537, cujus vere, juxta sententiam quam supra amplexus sum, in monasterium puralytica recepta fuit. Ipsaque Sancta, de hoc ægritudinis tempore c. VII agens, virtuti et orationi licet studeret, dolet confessarios non jam tum penitus amovisse istarum conversationum pericula quibus ipsa se objiciebat. Quamobrem nec recurrendum esse judico, prout recurrit P. Fredericus a S. Ant. (l. I. c. IX) ad mendum quo positus esset annorum numerus 26, loco 20, nec ad memoriæ lapsum in Teresia, quod verisimile dicit Chronici auctor, qui visionem eam annectit anno 1542. Fateor quidem Sanctam in diebus, mensibus ac ipsis etiam annis ponendis nonnumquam hæsitare, imo etiam errare subinde; ast nimius, quam ut probabilis videatur, hic lapsus me-*

AUCTORE
V. D. M.

D
Ea occasione
S. Virgo reser-
nit orandi
usum.

Quæritur
quandonam
Christus ei se-
vero vultu ap-
paruerit

F

AUCTORE
V. D. M.

A morum esset hiatus, annorum nempe quinque vel sex. Unum fortassis aliquantulum obstaret sententiae quam tuor, scilicet quod Yepes, auctor *Chronici* alique recentiores hanc rigidi a Christo objecti cultus visionem dicant contigisse ad claustrum cancellas in loco qui vulgo locutorium dicitur, quo Virgo capta omnibus membris reperere non valuit: confundunt enim hanc visionem cum altera, in qua lamatum vidit Salvatorem, cui pendulum erat sub discrepto brachio frustum carnis. Verum dubitat Ribera, unane sit an duplex visio, nec diffideor me propensum ad eas cum Helyot aliisque distinguendas, cum obuius narrata a Teresia prioris visionis sensus non ita quadret alteri visioni, siquidem illa plus rigoris prae se ferat, haec plus doloris et amicalis questus.

ad cancellos, quoniam nunc existunt, appensa in his visionis huius pictura.

B 116 Jam Jesu Christi severiore vultu apparitionem, quam Sancta cap. vii Vitae suae refert, representatam intueri poteris in incisa aeri tabula, quae postea dabitur. Hanc visionem nuperrime delineavit D. Robustianus Boada ex pictura quae pendet in illo ipso quod Teresia tempore extitit locutorio, et in quo etiam locutorio, cum priore visione non emendaretur, postea vidit monstrum quoddam, ingentis bufonis formam habens. Ecce quae sub exarata illic pictura contracte leguntur hispanice, et quae latine etiam versa exhibeo: Estando nuestra Santa Madre Teresa de Jesus en el principio de su vida en visita con una persona de las prendas que dice la Santa, se la representó Cristo con mucho rigor en la forma que se vé, dandola a entender lo que de aquella no se agradaba; y aunque la Santa se turbó mucho, la pareció, como su intencion no era de ofender a Dios, seria antojo; y el demonio, que dice se lo hacia creer asi: con que perseverando en ver la misma persona, vió en este locutorio, otro día volviendola avisar, esta sabandija, como lo dice la Santa en el capitulo vii de su Vida. Cum nostra S. M. Teresia a Jesu, initio vitae suae (religiosae), viseretur a persona qualitatibus gratiosis quarum meminit praedita, Jesus Christus ei magno cum rigore, eo vultu qualis hic videtur, sese obtulit, significans ei id minime sibi placere: et Sancta, tametsi multum turbaretur, quia mens ei non erat ut Deum offenderet, phantasiae ludum id aestimabat; dicitque daemone ei persuasisse ut id ita iudicaret. Ut autem pergebat in excipienda visitatione illius personae, alia die, pro novo monito, vidit bufonem illum, sicut Sancta capite vii Vitae suae enarrat.

Speciatim, quod attinet neglectam cultumque orationem, tempus inquiratur.

C 117 Cum dein Teresia S. Josephi intercessu sanitatem recuperasset, et ad crates visentes se jam posset excipere, multo magis conversationibus istis implicuit sese. Nimirum, quae daemonis artes sunt, nativa iste abutens Teresia propensione ad conciliandam sibi hominum affectionem et amicitiam, et praecipue ad gratificandum cuicumque pro obsequiis ac benevolentia sibi praestita, eam versipellis impellebat ad tempus terendum in familiari colloquio cum extraneis qui ad eam ventitabant, allecti praestabili ejus ingenio, morumque comitate et sermonis lepore. His laqueis cum semel eam hostis compediverat, suavitati ei ut orandi exercitium intermitteret, indignitatis colore praetexto, nefas esse dicens ut ad Christum accederet quae ab hominibus non recederet. Ergo improvide auscultans insidianti qui mendax est ab initio, et qui, irritum primum commercium profanorum, dein removerat a familiari cum Deo in oratione mentali commercio, Teresia in eo erat ut aliquando pessumisset, nisi resumpsisset orationis exercitium. Resumpsit autem occasione morae quam trahebat in domo patris sui, huc morituro assistens. Ibi enim nosse coepit confessarium ejus, P. Vincentium Varo-

nium O. P., virum primum et litteratum, quem etiam **D** sibi confessarium adhibuit. Huic cum exposuisset se orandi usum jamdiu interrupisse, quia verebatur cum neglecto a se Deo agere, improbavit ille praeposteram humilitatem; et Teresia, permota consilio ejus, studium illud resumpsit, numquam amplius remittendum, quin tamen abstinere satis a noxia familiaritate, sed claudicabat in duas partes, Deo vicissim et hominibus se commodans, neutri se totam dedens. Dignoscitur autem quoto aetatis suae anno Teresia orationem omiserit e cap. xix Vitae ejus. Ibi enim dicit, plus quam 21 annos tunc elapsos fuisse a tempore quo delusa a daemone id salutare exercitium reliquerat. Atqui, si demas 21 annos et quid ultra a 1563, patet infaustum illud tempus fuisse annum Christi circiter 1541, et aetatis suae vigesimum sextum. Yepes ergo non recte dicere videtur (L. i, c. ix) Sanctam, cum orationem resumpsit, tantum 24 vel 25 annos natam fuisse.

E 118 Quamobrem hic recedere cogor ab auctore *Chronici*, a P. Frederico a S. Ant., a Boucher, etc., quorum miror duos priores, contra clara Yepesii et ipsius Teresia citata loca, patrem mortuum, Teresiamque oratione abstinentem velle anno 1545, ac tertium, Boucher scilicet, bina haec facta vel in annum 1550 protendere. His ita opinandi occasio videtur fuisse, quod Sancta Vitae suae c. v dicat se vitio confessoriorum suorum, qui eam non sat instruebant de gravitate peccati (aut verius, de periculo graviter peccandi), plus quam septemdecim annos caecutiisse, donec in aliquibus rebus meliora docta fuerit a P. Dominicano (P. Varonio), et tandem omnibus peccandi periculis absterrita fuerit a Patribus S. J. Sed cum etiam stent quae supra attuli ex Teresia et Yepesio dilucida loca, objectus e cap. iv locus ita interpretandus est, ut intelligatur Teresia primis iis de quibus loquitur annis, a P. Varonio deducta fuisse falsae humilitatis principium quo orationem deseruerat, sed multo post tempore Patres S. J. salutari incusso timore effecisse ut quamlibet mali vel etiam periculi occasionem abhorreret. Interim non abs re erit hic per transennam oculum conjicere in infidelem versionem quam P. Antonius Kerbekius Moguntiae vulgavit anno 1603. En locum hunc hispanice e Teresia, et latine e Kerbekio: Duré en esta ceguedad creo mas de diez y siete años, hasta que un Padre Dominicano, gran letrado, me desengañó en cosas, y los de la Compañia de Jesus del todo me hicieron tanto temer, agravandome tan malos principios. In hujusmodi caecitate, ut puto, plus quam 17 annos permansi, donec quidam Pater Ordinis S. Dominici, vir aliquo doctissimus, mihi quaedam declaraverit, et aliqui e Societate Jesu, magnum mihi incutiendo timorem, et multum aggravando mea principia. Abruptaque hic est phrasis. Ergo Kerbekius insinuat vitio vertendum Patri Dominicano, quod Teresia declaraverit repetendum esse orationis usum, ut et Patribus S. J., quod diserte et magna efficacia ei significarint quorsum tenderet id commentum quo opinabatur cum Deo simul et cum hominibus familiariter agere et utrisque servire se posse. Ast Kerbekius vapulabit postea.

qua in re opinio plurimum deseritur, curpiturque Kerbekius.

F 119 Unum inquirendum jam restat quod attinet hanc Sanctae aetatem, nempe quamdiu his humanae consuetudinis laqueis manserit obligata. Speciatim quidem, sed nil reapse diversum, ipsa dicit, cum jam 17, jam 18, jam 20, imo jam 22 annos id durasse narrat. Nam cum pedetentim ei se consuetudini implicuerit, neque uno anno ex illa se penitus explicuerit, plus minusve extendi id tempus illa veritate potest. Idem fere dixeris de spatio quo non sat se a confessorii instructam fuisse queritur, vel

Ac demum indagatur quamdiu duravit languor et acritas ejus.

quo

A quo ariditate in orando laboravit. Interea hi sterilitatis anni passim numerantur octodecim, v. g. in Bulla canonizationis et in Breviario Romano, quod sic habet: Per duodeviginti annos gravissimis morbis et variis tentationibus vexata, constantissime meruit in castris Christianæ penitentiae, nullo relecta pabulo celestium earum consolationum, quibus solet etiam in terris sanctitas abundare. Idque conforme est capiti viii Vita, ubi Sancta dicit se a 28 annis inchoasse orationis exercitium, inter quos, inquit, præter unum semel annum et aliquot pluries menses (cum seriam magis operam virtuti navarat) plus quam 18 annis luctandum mihi fuit, volenti cum Deo et cum mundo promiscue tractare. Reliquis vero annis (nempe extra brevia ea fervoris spatia) causa interioris illius belli, tametsi hoc leve non fuerit, alia extitit: sed quia tunc (ut quidem existimo) in Dei eram servitio et mundi vanitatem perspectam habebam, mihi omnia suavia fuerunt. Ut autem distinguantur a prioribus sterilitatis, posteriores hi ubertatis anni quibus non amplius cum mundo, sed, uti olim Jacob, cum Deo luctata dici potest, inter alia Sanctæ ac biographorum ejus loca unus est qui rem conficit, adeo ut cætera negligi posse videantur. Nimirum in epistola ad Rod. Alvarez S. J. (t. I, ep. 19) ita loquitur Sancta: Abhinc octodecim prope annis actum fuit de fundatione primi monasterii Excalceatarum Abulæ. Duobus tribusve ante annis (credo tres fuisse) cepit (in hac conscientie suæ relatione Sancta utitur tertia persona) sibi videri audire interdum internas voces et habere aliquoties visiones et revelationes. Cum itaque conjici possit anno 1559 ceptum esse agi de fundatione S. Josephi, supernaturalium donorum primitiæ referendæ videntur ad annum 1556, et ad annum anteriorem, sive 1555, magna ea in Teresia motio ex conspectu imaginis Jesu Christi et ex lectione Confessionum S. Augustini. Neque probabiles mihi veniunt rationes excogitatæ ab interprete epistolarum Teresianarum (t. IV, ad ep. seu scriptum 76), quibus ille perhibet Sanctam jam anno 1551 gustasse ea supernaturalia dona. Has autem asferre, nedum refutare, inutile judico, re sufficienter stabilita ex claro supra citato Teresiæ loco.

C § VIII. Prosecutio paragraphi præcedentis. Toto eo tempore peccata ejus gravia non fuerunt. Qua ratione omnes virtutis obices generose tandem superavit.

S. Virgo miratur se magnam etiam tunc factam.

Excipiamus ex ore Teresiæ reliqua quæ ei longis illis annis acciderunt, quibus, leves interdum culpas admittens, crebrius autem inculpatissime agens, modo arens, modo solatiis perfusa divinis, vitam contexit. Mox dispiciemus, quantumvis Teresia accusatrix sit sui, nihil ab ea turpe seu grave commissum, et paucissimos dies intercalatos quibus non longissime oraret. Pergit itaque Sancta e. vii et viii Vitæ suæ: Deus bone, quomodo referam occasiones quas a me toto illo tempore Deus amovebat, et quomodo me ipsa in easdem rursus præcipitem darem, nec non a quibus famæ meæ penitus amittendæ periculis me

custodierit? Ego enim ea faciebam opera e quibus, quænam essem, videri ac colligi poterat; Dominus autem mala mea tegebat, et virtutem aliquam tenuem (si quam etiam haberem) palam manifestam reddebat, et omnium oculis magnam eam videri faciebat, adeo ut semper magni ab omnibus fierem: nam tametsi vanitates meæ interdum apparerent, quod tamen viderent alia, quæ ipsis bona esse videbantur, nihil hujusmodi de me credebant. Hoc autem inde proveniebat, quod omnium cognitor rerum Deus jam tum providisset id ita expediens esse, quo iis in rebus quas postea de ejus famulatu locuta sum, aliquam apud eas auctoritatem haberem, et summa ejus liberalitas non tam gravia mea intuebatur peccata, quam quæ ei serviendi sæpenumero habebam desideria; nec non dolorem quem sentiebam ex eo quod vires mihi ad ea opere ipso exequenda deessent.

121 Quomodo, o animæ meæ Deus, digne illas expendam gratias quas mihi toto illo tempore contulisti, et quomodo illo ipso tempore, quo te magis peccando offendebam, tu me quam citissime, per maximam quamdam pœnitudinem, disponeres, quod tuis consolationes et gratias percipere possem? Et, ut verum fatear, Rex meus, usus es ad hoc ea castigatione qua mihi aut suavior aut pœnosa nulla esse posset, ut qui intelligeres et scires quid mihi futurum esset acerbissimum: adeo ut magnis favoribus ac bonis mea castigares peccata. Nec credo me quid insanum aut stultum hic dicere, tametsi par foret me jam insanire ac mentem amittere, dum meam ingratitude et malitiam jam de novo in memoriam revoco. Longe mihi, pro meæ naturæ conditione, gravius erat gratias a te recipere tum, cum in graves culpas incidissem, quam flagellari et alligi: nam revera magis mihi per unicam, quam accipiebam, gratiam, confundi videbar et annihilari, quam per multas infirmitates et plurimas alias molestias simul junctas. Afflictionem namque me videbam mereri, credebamque aliquid patiendo molestiarum, aliquatenus me pro peccatis meis satisfacere: esto id nimis quam parum esset respectu horum, quæ numero erant plurima. Sed dum novis identidem me beneficiis afflci viderem, esto tam male pro prioribus quæ receperam satisfacere, crux hoc mihi erat omnium gravissima, uti etiam futurum credo omnibus qui vel aliquam Dei cognitionem vel amorem habebunt. Et hoc satis perspicui hic potest in eis qui ad virtutem naturaliter propendent. Ideo scilicet lacrymabar et indignabar, videns nimirum id quod sentiebam: nam me in proxima, ut ita dicam, relapsus potentia constitutam cernebam, esto proposita et desideria mea tunc, illo, inquam, tempore, satis firma essent. Magnum malum est, dum anima sola inter tot tantæque pericula versatur. Sane si quem habuissem quocum de omnibus his rebus conferre potuissem, credo equidem ejus auxilio me colibendam fuisse, ne rursus ac de novo relaberer, saltem e quadam verecundia, cum interim nulla Dei verecundia moverer. . . Equidem hoc de me ipsa fateri possum, me, nisi hanc mihi Dominus veritatem aperuisset, mediaque dedisset ad sæpe cum iis qui in orandi arte et modo versati erant agendum, modo lapsantem ac modo resurgentem, haud dubie in infernum præcipitem lapsuram fecisse: ad cadendum quippe multos habebam amicos a quibus juvabar; ut vero resurgerem, adeo sola ipsa eram, ut etiamnum mirer quomodo non semper in lapsu solo affixa hæserim: Deique misericordiam decanto, quia ipse solus mihi manum ad resurgendum porrexerat. Ipse sit in æternum benedictus. Amen.

Acerbiore et erant gratias quas a Deo recipiebat, quam ipsa castigatio.

E

F

AUCTORE
V. D. M.
in quod Deo in
amore non
respondere
sibi videretur.

122 Nec immerito hocce vitæ meae tempus ita ponderavi et excussi; quod videam nullum futurum qui aliquam e rei adeo malae et improbae usu voluptatem capiat. Vellem sane ut, qui hæc legent, mei nauseam conciperent, videntes animam adeo pertinacem et ingratham erga eum a quo tot gratias et favores accepit, cupereque facultatem mihi fieri declarandi quoties, illo durante tempore, contra Deum meum offenderim, eo quod forti illi et solidæ orationis columnæ non inniterer. Procellosum et tempestuosum hoc mare viginti prope annis navigavi, alternis modo labendo, modo resurgendo, sed imperfecte admodum, eo quod post resurrectionem ad vomitum mox redirem et vitam ita imperfectam ducerem, ut peccata venialia prope nihili facerem, mortalia vero, esto ea metuerem, non tamen ita timebam uti quidem oportebat, cum eorum occasiones non declinarem. Hoc dicere scio, isthunc vivendi modum ita acerbum et difficilem esse, ut nullus eo fingi darive videatur posse difficilius: neque enim fruebar Deo, neque ullam e mundo voluptatem capiebam. Cum enim in mundanis recreationibus eram, mox ut mihi in mentem redibat quid Deo deberem, quamdam in iis amaritudinem sentiebam: cum vero cum Deo conversabar, affectus et desideria mundana me inturbabant. Hæcque pugna ita quidem pœnosa et permolesta est, ut nesciam quomodo eam vel ad mensem ferre potuerim, nedum ad tot annos. In hoc tamen magnam Dei erga me misericordiam liquide perspicio, quod, tametsi cum mundanis agendum et in mundo vivendum mihi esset, animum nihilominus haberem ad orationem exercendam: animum, inquam; nescio enim quamnam ad rem, ex omnibus quæ in mundo sunt, magis opus sit animo, quam ut quis de rege suo prodendo tractet, et interim sciat hoc illum minime latere, et nunquam ejus præsentiam ex oculis amittat. Nam licet semper coram Deo simus quotquot sumus, longe tamen alio modo ei præsentem esse videntur ii qui orationem exercent: vident enim assidue se ab eo videri, cum fortasse alii ad multos etiam dies ne vel cogitant quidem Deo se præsentem esse.

Tandem tamen fervorem ei reduci frequens identidem oratio.

123 Verum quidem est, quod toto hoc tempore per multos aliquando menses, et credo etiam per unum annum integrum, mihi caverim ne Deum peccando offenderem, et orationi multum institerim, variasque diversimode diligentias adhibuerim neubi cum offenderem (et quia, quidquid scribo, cum veritate coincidit et verissimum est, ideo de hac re jam ago); sed honorum illorum dierum perexigua mihi est memoria: unde quam paucissimi fuerint oportet, mali vero numero plurimi. Vix abibat dies, quin multas ejus horas orationi impenderem, nisi me aut infirma impediret valetudo, aut de foris ingruentia negotia. Cum corpus ægrum esset, animus ad Deum divinaque valentior erat, dabamque operam, ut qui mecum tunc tractabant, etiam bene quoad Deum valerent; quod ipsum etiam a Deo inter orandum efflagitabam, ac sæpius cum iis de ipso loquebar. Ita ut (excepto fortasse illo anno quem dixi) e viginti octo annis (tot enim sunt, ex quo in oratione me exercere cepi) octodecim et amplius hac in pugna et conflictu, quod modo me Deo, modo mundo alternatim applicarem, transegerim: in iis vero annis qui mihi jam commemorandi restant, pugnae, tametsi ea parva non fuerit, causa mutata est; sed quia tunc (ut quidem existimo) in Dei servitio eram et mundanam vanitatem perspectam habebam, mihi omnia, ut postea referam, suavia fuere. Causa igitur ob quam hæc omnia ita particulatim deduxi, hæc est, primo ut et Dei mise-

ricordia et mea erga illum ingratitudo (uti jam ante dixi) appareat: deinde ut omnes magnum illud bonum intelligant quod præstat animæ Deus, cum illam disponit ut se in oratione cordialiter et bona cum voluntate exerceat, esto non tam bene ac quidem oportet ipsa per se disposita sit; et quomodo Dominus illam, si modo in ea perseveret, non obstantibus peccatis, tentationibus et diversis lapsibus, quos diabolus causabitur, tandem (ut quidem mihi ipsa certo persuadeo) ad salutis portum pertrahat: sicut me (ut mihi quidem jam videtur) per suam gratiam eo pertraxit. Divina ejus Majestas faxit ne posthac denuo ad me perdendam revertar. . . .

124 Non intelligo sane quid tandem timeant qui mentali orationi sese applicare timent; et vere cur metuant nescio; consulto autem demon hunc metum causatur, ut per eum vere nobis noceat ac malefaciat, cum scilicet per hunc me impedit quominus recogitem, quoties et quam graviter Deum offenderim, quantum illi debeam, esse infernum ac cœlestem quamdam gloriam, denique ne cogitem ingentes illos cruciatus et labores quos mei causa subiit. Circa hæc omnis mea oratio versabatur, et versata est quamdiu in illis periculis constituta fui; et hæc, quando poteram, identidem ruminabam: imo per aliquot annos, sæpius magis laboravi ut horam quam ad orandum mihi præfixeram, cito transactam viderem, attendens anxie quando tandem signum ejus elapsæ daretur, quam ut aliis rebus bonis me darem; et non raro quantumlibet gravem pœnitentiam libentius subiissem, quam me ad orandum recollegissem. Vis porro quam mihi diabolus aut perversa mea consuetudo faciebat, ut orationem intermitterem, et tristitia quæ me, dum intra oratorium me abderem, occupabat, tanta erat, ut, quo mihi vim facerem, omni me conatu et animo coniti oporteret (quem tamen animum non exiguum habere dicor, et ad oculum videre fuit, cum mihi plusquam muliebrem a Deo datum esse, nisi quod male eum impendi); sed Deus tandem auxilio suo mihi aderat. Postquam vero hanc mihi vim fecissem, majorem longe quietem sensi et consolationem, quam aliquoties, dum in libro pio legere gestiebam. Si ergo Dominus me ita nefariam tanto tempore sustinuit, et evidenter quoque pateat, hac via omnibus malis meis remedium adhibitum esse, quis, quantumlibet malus, timeat? Nemo sane: nam, esto sit pessimus, tot saltem annis malus non erit, post tot a Domino gratias acceptas: aut quis diffidere poterit, cum ipse me tanto tempore sustinuerit? idque dumtaxat, quod commodum aliquem locum et tempus quærerem et ambirem, quo ipse mecum ageret; et hoc sæpe me invita: quod magnam mihi vel ego vel Dominus ipse vim faceret. . . . Hoc unum hic de oratione addam, nempe eam veluti portam fuisse qua magnæ illæ gratiæ quas Dominus mihi præstitit, venerunt, atque ingens bonum inde mihi obtigisse, quod orationem et lectionem piam nunquam intermiserim.

125 Vellem equidem captivitatem, qua tum temporis anima mea captiva detinebatur, aliquo modo possem describere: quia sciebam et videbam captivam quidem illam esse: quo tamen constricta vinculo teneretur, intelligere plane non poteram, uti nec credere id quod confessarii mihi non ita exaggerabant, tam esse malum quam id ego in anima mea esse sentiebam. Quidam ex illis, cum, scrupulis pressa, consilii et auxilii causa ipsum adissem, mihi dicere veritus non est mihi, esto ad summum contemplationis genus evecta essem, id genus occasionem et conversationem minime posse nocere.

Erat

quam maxima
sæpe cum ani-
mi repugnan-
tia adibat.

F

Non solatur
inconsultis
confessarii
dictis, permo-
velur vero sa-
eris concioni-
bus.

A. Erat hoc jam circa finem, quando scilicet, divina juvante gratia, jam me a magnis peccandi periculis magis cavebam, tametsi ipsam occasionem peccandi nondum penitus declinarem. Quod autem omnes me desideria bona habere et orationi subinde insistere viderent, multum sane iis agere videbar; anima autem mea facile intelligebat, non esse id facere illud ad quod obligata erat ei cui tantum debebat. Miseret sane me jam animae meae, quod tam multa tunc sustinuerit, quodque ei tam parum ab omnibus præterquam a Deo venerit subsidii, deinde quod tanta ei daretur libertas ad recreationes et consolationes suas sectandas, dicendo eas licitas esse. Quam deinde in concionibus sensi, pena non erat exigua, et ita eisdem audiendis afficiebar, ut, si quem cum spiritu et bene concionantem viderem, particulari quodam erga eum amore ferrer, ita tamen ut eum ipsa non procurarem, et unde is mihi oboriretur prorsus ignorarem. Pene numquam aliqua mihi concio tam inepta et incongrua visa est, ut non eam libenter audirem; etsi aliorum qui eam audissent iudicio concionator non bene esset concionatus: si autem bona esset concio, particularem quamdam inde voluptatem hauriebam. Numquam pene, ex quo orationi vacare cepi, tædio mihi fuit de Deo et loqui et alios loquentes audire. Conciones porro, quas audiebam, aliquando summæ mihi erant consolationi, aliquando vero valde me cruciabant, quod in illis intelligerem multum me distare ab eo quod esse debebam. Rogabam itaque Dominum ut me adjuvaret: sed (prout mihi nunc quidem videtur) in eo debui tunc errasse quod fiduciam non penitus in divina ejus Majestate ponerem, nullam vero penitus in memetipsa. Quæritabam itaque remedium, et conatum adhibebam quem poteram: sed verisimile est non intellexisse me, omnia parum aut nihil juvare, nisi de nobis ipsis penitus diffidentes, fiduciam omnem in Deo ponamus. Volebam scilicet vivere: intelligebam namque me neutiquam vivere, sed cum quadam umbra mortis certare; et nemo erat qui mihi vitam daret, hanc tamen a memetipsa capere non poteram: qui autem eam mihi dare poterat, non sine ratione mihi non succurrebat, cum jam toties me ad se reduxisset et eum ipsa turpiter deseruissem.

Male quidam exaggerant S. Virginis defectus:

B. 126 Eatenus a Sancta hanc in religione laxioris vitæ periodum delineatam habes. Tantum omisi hic, ut passim, cum historici partes habeam et non ascetæ, multa spiritualis vitæ placita, quæ ab omnibus in ipso Teresiæ libro lectitari velim. Conatus in proximo paragrapho chronologica præcipue dubia excutere, in præsentem vix aliquid habeo quod Teresianæ narrationi adjiciam, cum ipsa evolvat ample et simpliciter cunctas actiones suas, aperiatque intima animæ suæ arcana. Interea tamen unum occurrit quod hic agitem, licet id in Ribera late et docte pro suo tempore, quo non omnia explorata erant argumenta, præstitum invenias. Nempe aliqui, ad litteram sumentes ea omnia quæ humilis Teresia de gravitate peccatorum suorum proloquitur, nec pensantes orationis ejus frequentiam, et caritatis multarumque aliarum virtutum exercitium, atque immunitatem in ea illorum navorum quibus virginea corporis animæque castitas vel levissime maculatur, illam multo pejorem finxerunt quam recera fuit. Jam Ribera et Yepes Sanctam a gravibus criminibus vindicarant; at post præclaros hos biographos, occasione processus canonizationis, luculentius adhuc perennis ejus ab omni mortifero peccato puritas demonstrata fuit. Nilominus tamen posteriores quidam eam ut gravem peccatricem traducere videntur. Etenim catholici

etiam scriptores, Jansenistarum exemplo et stylo abducti, non sat sibi caverunt a proprio sectæ illius habitu, quo omnia exaggerantur et consilia in præcepta vertuntur ac male etiam de bonis sentitur. Diceret profecto pro more quem inter incautos durus invexit Jansenismus, solitus caritatem buccis crepantibus continuo ventilare, omnesque humanas e puro in Deum amore, ni peccatum sint, actiones proficisci volens, et ea ratione e præpostera sua caritate humanum genus fere totum ceu inasam quandam damnatam reprobans, diceret, inquam, nonnullos scriptores videri sibi tanto meliores se esse sanctitatis sectatores justitiæque aestimatores, quanto magis in aliis extenuent virtutes, acriusque carpant vel in ipsis Sanctis levissimas etiam noxas. Quod quam falsum sit et evangelicæ caritati quam contrarium, nemo non videt.

127 Ea ratione in pluribus Teresiæ scriptis operumve ejus versionibus quæ hoc vel proximo sæculo prodierunt, non raro quædam in Sanctam dicta reperire est quæ nata sunt non levem maculam sanctitati ejus inspergere, etsi id ex professo non fiat, nec etiam intendatur. Qua ratione Helyot inscite dicit, Sanctam, cum duodennis erat, sensum timoris Dei amisisse, quem eousque conservarat. Benigna utique interpretationi locus esset, intelligique posset eam non amisisse gratiam sanctificantem, sed tantum divinæ gratiæ fervorem; quemadmodum intelligi debet Ven. P. Joannes a Jesu Maria, quando l. 1. c. vi scribit: Hinc Dei timoris oblitio, vani affectus, et aliorum nimia familiaritas. Statim enim subjungit: Quamvis, quod ipsa scripto consignavit, numquam grave peccatum appetierit. Clementissimus enim Deus, ne contagio nullo sacrarium illud suum pollueretur, armatura duplici, hoc est nativo libidinis odio et honoris virtute, virginem sepsit, ut omnes vitiorum ictus elideret. Ast hujusmodi interpretatio Patri Helyot concedi nequit, cum postea dicta non leniat, sed adhuc aggravet defectus ejus, inquiens, Teresiam aliquando laxiori vitæ se permisisse, ac sivilisse ut sæculi spiritus in animo suo dominaretur (quam postremam phrasin partem in editione Parisiensi 1792 amputatam invenio). Taceo hunc scriptorem paulo post, inaccepta catholicis theologis formula, exprimere Teresiam naturali cordis pronitate iterum ad Deum reductam. Nec absimili modo scriptores quidam de Teresiæ conversione crudius loquuntur. Recte utique dici potest conversa, quando ex adjunctis lector non inducitur ad credendum eam ante fuisse a Deo aversam, sed quando solum id sonat plenioris ejus ad Deum conversionem, prout in Ribera sonat, et mea quoque habet inscriptio paragraphi præcedentis. Ast apud quosdam, sicut verba jacent, non obscure innuitur eam aliquando Dei amicitia per lethalia peccata fuisse priatam.

128 Verum hæc quæ proborum scriptorum calamo improvide exciderunt, levia sunt, si conferantur rerum contextui quem tum super Teresiæ in sæculo transacta juventute, tum super prioribus ejus in religione annis fabricavit Villefortius in gallica Sanctæ Vitæ. Me pudet hic repetere amatorias levitates quas honestissimæ et pudicissimæ usque Virgini imponere non veretur. Totum triennium, cum adhuc in sæculo erat, eam exhibet in tali perniciem versatam, ut, emollito amoribus corde et extincto penitus in ea divinæ gratiæ lumine et fervore, comptus blanditiarumque magistra evaserit: dum tamen in omnibus ejus biographis, atque adeo in ipsius Sanctæ scriptis, licet præ humilitatis spiritu certo non celet minuatæ, sed magis augeat suos defectus, nil tale reperitur, et dum vanitates in quibus versatam se confitetur, non tres annos, ut mentitur Villefortius, sed

AUCTORE
V. D. M.
D

quod improvide excidit
Patri Helyot
aliisque.

E

F

sed quod modo
plane indigno
ausus est Vil-
lefortius.

AUCTORE
V. D. M.

A ne vel tres menses, ut asseverat Sancta c. II; durarint. Dein idem auctor, cum S. Virgo sacra jam induta erat veste, adstrictaque solenni castitatis voto, turpi calumnia fabulatur eam ab amasio frequentatam qui irretitum tenebat ejus cor. Ast apage injuriam in mores castissimae Deoque devotae Virginis et in historicam veritatem! Nam primus ex suo crebro hæc extuderit Villefortius, qui ex eo quod Sancta (c. VII Vitæ suæ) simpliciter narret se peculiari affectu alicui crebro eam visitanti adhæsisse, ultro et quin hispanicus textus hoc vel minimum innuat, comminiscitur inhonestum fuisse in moniali affectum et non merum nimiae humanitatis obsequium. Castigare autem eo magis hic oportuit Villefortium, propterea quod recentiores plures eum in hoc imitati sunt, novos etiam ejus commentu addentes colores: sicut facit auctor articuli S. Thérèse, in *Dictionario Parisiensi* excuso 1839 typis Belin et Mandar, sub titulo: *Dictionnaire de la conversation et de la lecture*. Absit tamen ut, dum Villefortium in his reprehensibilem dico, negem in multis aliis esse commendabilem.

Sancta: semper immunis fuit,

B 129 Sed convertamus stylum ad meliora: et, ut non solum gravia hæc in Sanctam dicticia Villefortii, sed exaggerata quoque ab aliis vitæ ejus laxitas, prætereaque conversio, ac ista quæ affirmatur a quibusdam divini in Teresia aliquando amoris absentia, pro merito explodantur; præter Riberæ argumenta, auctore præcipue P. Frederico a S. Antonio (l. III, c. XXV), alia hic congeram, e quibus patebit Sanctam nostram numquam gravi labe maculasse candorem stolæ suæ baptismalis, sed ei attribui posse et debere sublimiorem eam gloriam qua præpenitentibus splendent innocentes: quod sane demonstratu dignissimum est, quum tanti referat ad majorem Sanctæ aestimationem. Ergo qua, rogo, specie peccatorum turpatam dicas Sanctam nostram? Impuditiæ? Ast, ultra Riberam, qui diluit hoc crimen (lib. I, cap. IV), audi Gregorium XV S. P., qui in *Bulla canonizationis* gravissimis aperitissimisque verbis non solum corporis, sed et cordis, angelicam Teresiæ asserit puritatem. Inter cæteras, inquit, ejus virtutes, quibus quasi sponsa a Deo ornata mirifice excelluit, integerrima effulsit castitas, quam adeo eximie coluit, ut non solum propositum virginittatis servandæ a pueritia conceptum usque ad mortem perduxerit, sed omnis expertem maculæ angelicam in corde et corpore servaverit puritatem. Insuper Sacra Congregatio Rituum approbavit orationem quæ recitatur festo Transfixionis Cordis ejus in universo Ordine Carmelitico pluribusque per orbem ecclesiis, et in qua immunis declaratur ab omni profano amore: Deus, qui illibata præcordia B. Virginis Teresiæ sponsæ tuæ ignito jaculo transfixisti, et charitatis victimam consecrasti, etc.

non solum a luxuria,

C 130 Nullo igitur cogitatu aut opere leges pudicitiae unquam violavit S. Teresia. Restat ut videamus num ei pro gravi noxa imputandum sit quod in peccandi periculo fuerit aliquando versata. Respondent PP. Joannes a Jesu Maria (lib. I, cap. VI) et Franciscus a S. Maria (Chron. lib. I, cap. VI, num. 7) duobus a misericorde Deo frænis adversus peccatum instructam fuisse Teresiam: nempe sollicita famæ tuendæ cura et horrore cujusvis immodestiae aut turpitudinis, uti ipsa de se testatur Vitæ suæ capite secundo; unde fortasse concludere liceat non fuisse illi in re de qua agitur tam proximum delinquendi periculum quam aliis nonnullis fuisset. Animadvertit præterea Ypesius, S. Virginem, licet culpas suas evehementer pro sua humilitate exaggeret, licet etiam innuere videatur in suis illis conversationibus peccati

mortalis periculum latuisse, numquam tamen fuisse adductam ut vel de illius periculi evidentia pronuntiaret vel se majoris culpæ agnosceret ream. Quod si quis crediderit periculi magnitudinem, qualiscumque ea demum fuerit, a Teresia jam ætate proveciore perspectam fuisse; attamen eidem Teresiæ adhuc juveni certa, eaque peremptoria, excusatio ignorantia fuit. Crimen non est in puerulo ripem ascendere, quam præcipitem esse nesciat: atqui idem de Sancta nostra judicandum est; præsertim cum non per se solam erraret, sed secum in errore consentientes haberet confessarios, qui negabant scilicet ea quæ ageret esse illicita: prout ex Vitæ ejus capitibus III et VIII liquet. Dum sic hallucinabantur illi ipsi quibus se regendam commiserat, quis, quæso, puella imperita gravi crimini verterit recti tramitis fuisse insciam? Quis bona fide Teresiam egisse non existimaverit, si attendatur ad caput VII Vitæ ab ipsa scriptæ; ubi refert se aliis monialibus, non decipiendi consilio, sed recta mente, persuasisse nihil in suis illis colloquiis esse mali? Nemo ullus, credo, erit qui censeat S. Virginem eo devenisse malitiæ ut non sibi uni peccaret, sed etiam aliis destinato animo præberet ansam peccandi.

131 Satis quidem superque hæc sufficiunt ut ab omni impuditiæ labe immunem fuisse Teresiam asseveremus, prorsusque adeo negemus eam aut facto aut cogitatione ulla angelicam hanc virtutem unquam læsisse. Quid vero restat in quo graviter peccasse perhibeatur? An quod famam proscuderit proximorum? An quod monasticas leges cum scandalo prætergressa sit? An quod invidia aliisve id genus vitiiis sorduerit? Exhaustat qui volet (verbis fere utor P. Frederici) omnium peccatorum sentinam: quid inveniet de quo Teresiam accuset? Scio equidem Sanctam plorasse enormia quæ commiserit delicta, scio ostensum ei locum fuisse quem sibi dicit a demonibus in inferno fuisse paratum: sed illas humilitatis formulas cave strictiori sensu acceperis. Plangit Sancta Virgo, sibi ipsi vilissima, plangit atque abominatur defectus suos; dolet relictum a se aliquamdiu orationis mentalis exercitium, pessumdatum tempus levibus confabulationibus; narrat reprehensiones sibi factas a benignissimo Redemptore, qui dignabatur minutas quasque ejus imperfectiones corrigere et vitæ catenus transactæ vanitatem ei ostendere, quo sponsam ad generositatem in suo amore excitaret: sed tantum abest ut usquam ipsa referat se amissa gratiæ sanctificantis fuisse a Domino incusam, ut imo disertis verbis capite VII Vitæ suæ affirmet se nullum perditissimo vitæ suæ tempore lethale delictum commisisse. Unde manifestum fit, quæcumque ipsa edisserit de suis sceleribus, equiparanda esse iis quæ SS. Patres pronuntiant in homines peccatorum venialium emendandorum incurios. Nimirum, uti falsum et hæreticum est astruere omnia peccata esse ex genere suo mortalia, at nequaquam est Christiano indignum venialia etiam peccata pro gravi malo reputare; quod per ea summum atque infinitum Bonum offenditur. Infernum vero fuit S. Teresiæ ostensum, non quod jam meruisset eo detrudi, sed quia merita fuisset, ni pristinos abjecisset mores: quippe a levioribus lapsibus, imminuto sensim majorum lapsuum horrore, secundum illud Spiritus Sancti eloquium: Qui spernit modica, paulatim decidet (Eccli. XIX, 1), ad omnimodam ruinam fuisset miserrime protracta.

132 Juvat argumentis hactenus a me adductis augustissima adjungere testimonia, quibus maxime conspicuum fiat Teresiam numquam a Deo, ultimo fine suo, gravibus peccatis se elongasse. Sacrae Rotæ auditores, incorrupti ac rigidissimi examinatores omnium

sed ab omni gravi peccato, E

F

prout ipse affirmavit Urbani VIII.

A *omnium Operum S. Teresiae, in Relationis suae de ejus virtutibus articulo VII, ubi agitur de perfectissima ejus justitia, ita pronuntiant: Secundo, idem desumitur ex timore filiali, quo illa semper legis et mandatorum Dei transgressionem exhorruit: quod adeo verum est, ut, quamvis ipsa culpas suas in relatione vitae suae exaggerarit (quod profundam humilitatem arguit), numquam tamen peccatum lethale commisisse, sed nuptialem gratiae vestem in Baptismo susceptam fidelissime custodisse credatur. Idem se sentire Urbanus VIII Pontifex Maximus luculentissime ostendit, teste Philippo Lopez Vitae suae Teresianae capite ultimo. Nempe in primo quod excusum fuit S. Teresiae officio sub finem lectionis sextae dicebatur: Eam divinis charismatibus tam liberaliter locupletabat Dominus, ut saepius exclamans peteret beneficiis in se divinis modum imponi, nec tam celeri oblivione scelerum suorum memoriam aboleri; quae verba auctor officii, qui creditur fuisse P. Ludovicus a S. Josepho Florentinus e nobili Magalottorum familia, propterea adornarat quia humilibus Sanctae locutionibus conformia videbantur: at Pontifex Urbanus, sumpto calamo, ne ab indoctis reputaretur S. Teresia unquam scelesti fuisse, propria manu pro vocibus scelerum suorum substituit culparum suarum, quas etiamnum in Breviario Romano legimus; atque in haec verba prorupit memoratu dignissima: S. Teresia numquam commisit peccatum mortale: quare non convenit, ut quae ipsa praehumilitate sibi attribuebat, vulgo fiant occasio suspicandi eam gravium delictorum arguendam unquam fuisse.*

Imo eximius
numquam non
splenduit vir-
tutibus.

133 Quod si res tam ab ipsa Teresia quam a coetaneis illius biographis narratas attente vel in originali lingua vel in fideli versione legamus, inveniemus (ut recte advertit P. Fredericus) virtutum complexum, quem Sacrae Scripturae justitiae nomine decorant, non spernendum in ea fuisse ipso etiam illo tempore quo vocalibus tantum precibus, relicta per erroneam animi demissionem oratione mentali, vacare solita fuit. In locis supra passim a me citatis ingeniosa illa sui accusatrix cuique oculato lectori tanta virtute praedita cernitur, ut, si eam communi religiosam vitam profitentium numero compares, fervida ac propemodum perfecta dicenda esse videatur. Sollicita erat ne quid ad monasticam observantiam pertinens omitteret, ne impingeret in obedientiae leges; sui despicientia ac suavissimis moribus se faciebat omnibus commendabilem; quae sibi concessa ad usum erant, aliis cedebat liberalissime; horrebat oblocutiones ac discordias; sodalibus qua poterat industria succurrebat; secedebat frequenter ad orandum aut pascendam spiritali lectione animam; de Deo libenter loquebatur; et, quamvis ipsa, ut supra vidimus, mentalis orationis exercitium eo tempore omitteret, tamen pro suo divini obsequii zelo alios nonnullos, inter quos parens ejus Alphonsus fuit, ut eidem se darent exercitio, sedulo adhortabatur. Quanta vero virtutis indicium est quod morbos acerbissimos, quod angustias animi, quod omnis externi juveninis ac solatii absentiam, quod plurimas insectationes demonis tam patienter, tam constanter, tam fortiter sustinuerit! Licet sane de Teresia loquenti usurpare quod de B. Job scribebat olim S. Gregorius: Videatur vir iste cuilibet magnus in virtutibus suis, mihi certe sublimis apparet etiam in peccatis suis (Moral. lib. XXII, cap. XV). Quin et audeo fere dicere cum P. Antonio a S. Josepho peccata Teresiae plus valuisse quam nostras virtutes, perfectiones nostras ad ejus imperfectiones non attingere. Illa culpa sibi vertebat non semper ardere divina caritate Seraphinorum

instar; nostra virtus aliquot caritatis actibus interdum elicitis continetur: illa criminosa putabat non semper fecisse id quod optimum erat; nos si quid boni agimus, praeclare de nostra virtute sentimus. Talis igitur Teresia fuit illo tempore quo se tepidam credidit; jam quid fervida egerit, in sequentibus videndum.

AUCTORE
V. D. M.

D

§ IX. Ex aspectu piaë imaginis propositum vitae perfectioris concepit: sublimibus Dei donis in oratione cumulatur: confessarium e Societate Jesu eligit.

Teresiae nostrae a minus perfectis ad perfectiora conversio quomodo caperit, ex ipso ejus calamo intellige: Erat igitur, ait Vitae suae capite IX, anima mea jam lassa et exhausta, et licet quiescere ipsa paululum vellet, mali tamen quos habebat habitus et consuetudines nullam ei requiem indulgebant. Factum est autem, ut, cum quadam die oratorium intrassem, aliquam in eo viderim imaginem quae ibidem custodiae causa reposita et ob festum quoddam in monasterio nostro celebrandum mutuo accepta erat. Depictus in ea erat Redemptor noster Christus, vulneribus et plagis undequaque deformatus, ita aspicientes ad compassionem commovens, ut statim atque in eam oculos conjeci, tota interius turbata sim, quod tali eum in schemate et forma viderem; namque ad vivum repraesentabat quid pro nobis is passus esset. Talem quidem in animo meo dolorem sensi, quod illi ob acceptas hasce plagas tam parum grata exstitissem, ut cor mihi in duas diffindi partes videretur; unde ipsa me multis cum lacrymis coram eo abjeci, ex animo eum rogans, talem mihi simul et semel constantiam atque animi robur daret, ut posthac amplius eum non offenderem. Singulari porro affectu S. Mariam Magdalenam prosequabar, ejusque conversionem saepe mecum recolebam, et maxime dum ad mensam Eucharisticam accedebam. Nam quod certo certius scirem Dominum Jesum intra me tunc realiter praesentem esse, ad pedes ejus me collocabam, sperans fore ut lacrymae meae non repellerentur. Et nesciebam quid dicerem: nam plusquam satis faciebat is qui sui causa me eas effundere patiebatur, cum sensus hujus et affectus tam cito me caperet oblivio; et Sanctae huic serio me commendabam, ut suffragio ipsa suo mihi commissorum veniam impetraret. Sed postremus ille, quem dico, imaginis hujus conspectus magis mihi profuisse videtur; quod jam penitus mihi ipsi diffiderem et omnem fiduciam meam in solo Deo collocarem. Videor porro mihi tunc ei certa cum fiducia dixisse, inde me non ante surrecturam, quam me ejus quod ab eo petebam compotem redderet: et certo mihi persuadeo id mihi profuisse; nam ex eo tempore notabiliter vitam emendare coepi.

Visa imagine
Christi vulnera-
ti.

E

F

135 Hunc porro orandi modum servabam: nam quod per intellectum discurrere non possem, Redemptorem nostrum Jesum intra me repraesentare conabar, et in illorum mysteriorum meditatione plus gustus et affectus mihi invenire videbar in quibus eum magis solum et ab aliis desertum videbam: credebamque eum ita solum et afflictum, tamquam

Sancta solito
ferventius vacare incipit
meditationi

AUCTORE
V. D. M.

A tamquam qui in necessitate positus est, haud aegre me admissurum. Non paucas id genus simplicitates habebam; praecipue vero me movebat ipsa Domini in horto Gethsemani oratio, ubi ei soli me comitem adjugebam. Hic sudorem ejus et quam ibi sensil animi angustiam mecum recolbam, et, si mihi licuisset, hunc tam penosum et amarum sudorem ei detergere voluissem: sed, quantum recorder, numquam id ausa fui proponere aggredi, quod peccata mea tam gravia identidem mihi ob oculos versarentur: hic tam diu cum eo per imaginationem manebam, quantum id mihi cogitationes permittebant: nam eae plurimae numero mentem non mediocriter lancinabant. Per multos annos plerisque noctium, antequam dormirem, cum me jam ante somnum Deo per preces commendarem, semper aliquanto temporis spatio de hac oratione in horto meditabar, etiam antequam religiosa forem; quod ample hocce mysterium recolentibus promissae esse dicerentur Indulgentiae. Credo autem firmiter animam meam hoc pacto non contemnendum quæstum fecisse, quod hac occasione orationi vacare cepi, cum tamen quid ipsa esset nescirem; quinimo ita mihi familiaris jam fiebat oratio, ut non magis eam omitterem quam me omittebam signo Crucis communire, dum ad dormiendum me componerem.

plurimæ cogitationibus de Christi humanitate.

C 136 Ut ergo ad tormentum, quod a cogitationibus occurrentibus me passam dixi, revertam, dico ordinarium et proprium esse huic orandi modo sine intellectus discursu, ut in eo anima multum vel lucretur vel amittat: omissa, inquam, consideratione, is qui sic proficit, multum proficit, eo quod totus in amando versetur. Nemo autem huc pertingit nisi post magnum laborem, ac non sine magno suo sumptu, præterquam illi quos Dominus quam brevissimo tempore ad orationem quietis perducere dignatur: tales enim nonnullos novi. Qui autem tales sunt, iis expedit librum in manus accipere, cujus lectionis adminiculo statim se recolligant. Plurimum quoque me juvabat videre campos, aquam, flores: his quippe in rebus Creatoris ipsius memoriam inveniebam: hæc, inquam, me excitabant et recollectam faciebant, librique alicujus vicem præstabant, etiam in ingratitude et peccatis meis. Cælestia autem ac sublimia numquam intellectus meus (qui ejus erat stupor) potuit imaginari, donec alia mihi via et modo Dominus illa representavit: nam adeo parum habilis eram ad aliquid mihi per intellectum representandum, ut nihil ab imaginatione mea subsidii haberem, nisi dumtaxat in recogitando eo quod oculis ipsa meis intuebar, cum tamen alii quaslibet representationes facere possint, in quibus se recolligant. Ego solum de Christo, in quantum homo est, cogitare poteram, numquam tamen eum mihi representare potui, quantumcumque demum de ejus pulchritudine legerem, aut quantaslibet illius imagines viderem, nisi tantum instar cæci alicujus, aut ejus qui in tenebris sine aliquo lumine agit, qui tametsi cum aliquo loquatur, sciatque se apud illum esse (quod certissime norit ipsum præsentem adesse, sciat, inquam, et credat illum coram esse), cum tamen non videt. Eodem prorsus modo mihi fiebat, dum de Salvatore Jesu cogitabam. Hanc ob causam ita erga imagines et picturas afficiebar. Væ autem illis infelicibus qui culpa sua hujusmodi bono excidunt; unde clare colligere est illos Dominum neutiquam diligere: si enim eum diligerent, ejus haud dubie imagine delectarentur; quemadmodum etiam inter amicos mundanos juvat et volupe est imaginem videre ejus quem unice diligimus.

137 Hoc ipso tempore dati sunt mihi libri Confessionum Sancti Augustini, disponente (ut quidem apparet) Domino; nam eas ipsa nec procuraram, nec unquam videram. Porro singulari erga S. Augustinum affectu sum, tum quod monasterium in quo etiamnum sæcularis habitaram, Ordinis Augustiniani esset, tum quod et ipse dum viveret, peccator fuisset. Nam Sancti quos Dominus, postquam in peccatis vixissent, tandem ad se vocavit, permagnæ mihi semper consolationi fuerunt, quod aliquam in iis opem invenire debere me crederem, et Dominum, quemadmodum illos in gratiam receperat, ita et me in gratiam recepturum. Sed, ut dixi, unum hoc me deiciebat et angebat, scilicet eos nonnisi semel a Domino vocatos esse, et exinde non amplius recidisce, me vero toties vocatam, semper ad vomitum rediisse. Quod sane summo perire me angebat. Attamen cum amorem ejus, quo me prosequabatur, considerabam, rursus animum resumebam: numquam enim de ejus misericordia diffidebam, de me ipsa vero sapissime. Quam, o bone Deus, animæ meæ duritiem et perversitatem demiror, cum tamen tot tamque præclara ab ipso subsidia acceperit! Non possum non metuere ac pavere, dum cogito quam parum in me ipsa potuerim, ac quam velut constricta fuerim, ne mecum ipsa statuerem totam me Deo dare. Ut ergo illas Sancti Augustini Confessiones legere cepi, mei ipsius in iis imaginem videre visa sum, serioque me et ex animo huic glorioso Patri commendare cepi. Dumque jam ad illius conversionem pervenissem, et quomodo illa ad eum vox in horto facta esset, non aliter commota sum ac si eadem a Domino voce compellerer: unde etiam magno temporis spatio tota me in lacrymas, introrsum, intra memetipsam flens, effundebam, non sine magna animi amaritudine et angore.

de S. Augustini Confessione non sine lacrymis legens.

138 Quantum, Deus bone, patitur anima, ut libertatem, quam uti domina habere deberet, amittat, et quantum tormentorum tolerat! Jam mecum ipsa miror quomodo tanto in cruciatu vivere potuerim. Benedictus sit Deus, qui vitam mihi dedit, ut e morte adeo mortifera emergerem. Magnas tum animam meam a divina Majestate vires accepisse, et Deum clamores meos exaudire tantarumque lacrymarum misereri debuisse, mihi verisimile est. Unde animus et desiderium mihi crescere cepit, diutius cum ipso in oratione agendi, et peccandi occasiones ab oculis meis amovendi; illis enim remotis et ablati, statim ad Majestatem ipsius amandam denuo convertebar: nam etsi, quantum mihi quidem videbatur, me illum diligere intelligerem, non intelligebam tamen (uti id intelligere debebam) in quo situm esset Deum sincere et cordialiter diligere. Non videbar a me ipsa impetrare posse ut me ad ei servire cupiendum tunc disponerem, cum illius me Majestas novis gustibus recreare rursus incipiebat: quinimo, quod alii summo cum labore sibi comparare student, id Dominus ita mihi ultro dare voluisse videtur, ut quodammodo a me contenderet ut ipsum accipere vellem; adeo scilicet abundanter postremis hisce annis gustus et consolationes spiritus mihi suppeditavit. Eum vero rogare ut eas mihi daret, aut aliquam devotionis teneritudinem, numquam ausa fui; hoc tantum ab eo petii, gratiam ut mihi daret eum posthac non offendendi, et enormia peccata mea mihi condonaret.

E

in amore Dei

F

139 Quæ quia ita enormia esse videbam, ideo numquam ex professo et advertenter consolationes gustare rogare eum ausa sum: et videbatur mihi nimis quam multum ejus pietas agere (et revera

et compunctio cordis proficit.

vera

A vera magna mecum est misericordia usus) quod me coram se esse permetteret, meque sibi praesentem habere sustineret: videbam quippe, nisi tantopere ipse institisset, numquam futurum fuisse ut venirem. Semel tantum in vita, quantum memini, gustus spirituales ab eo petii, quod tunc magnam mentis ariditatem sentirem, cumque, quid agerem, adverterem, ita inde apud me confusa mansi, ut hac ipsa erubescencia, ex eo orta quod me tam parum humilem viderem, mihi dederit id quod petere ausa fueram. Sciebam quidem licitum et fas esse gustus petere; sed illorum tantum hoc esse putabam qui huc rite dispositi sunt, eorum nimirum, qui, quae verae devotionis sunt (qualia sunt Deum peccando non offendere, et ad omne bonorum genus egregie dispositum ac resolutum esse), totis semper viribus procurare studuerunt. Videbantur autem mihi hae lacrymae meae mulieres esse et impotentes, cum per eas non obtinerem id quod desiderabam; nihilominus aliquatenus eas credo mihi profuisse, quia speciatim post duas illas quas dixi vices, quibus in illis magnam animi compunctionem et afflictionem sensi, magis me orationi dare coepi, et minus tractare ea quae mihi noxia et damnosa esse possent: ac tametsi nondum penitus illa relinquerem, Deus tamen, uti dico, in iis paulatim abdicandis me adjuvabat. Quia autem ejus Majestas nihil aliud expectabat, quam aliquem ad hoc in me apparatus ac dispositionem videre, hinc spirituales gratiae, eo quo dicam modo, in me crescere coeperunt; quod tamen ejusmodi est, ut id non soleat Dominus dare, nisi iis qui mundiore conscientia sunt.

Ob sublime orationis sui genus animo fluctuans.

140 Post hanc narrationem incipit Sancta exponere singulares favores quos sibi in oratione Deus impertiebat, ac theologiae mysticae altissima tradere documenta; quae cum pro meo instituto hujus loci non sint, a fine capitis ix transilio ad caput xxiii, quo diu interruptum historiae filum S. Mater, ut ipsa monet, resumit. Jam, inquit, narrationis vitae meae filum, quod abruperam, resumere volo: ve-reor enim ne in praecedentibus aequo fuerim prolixior, quo possent ea quae subjunguntur melius intelligi. Sequentia ergo velut novus futura sunt liber, nova, inquam, et alia vita: quam enim hactenus vixi, mea vita fuit; quam vero vixi jam inde ab eo quo hanc orationis materiam coepi declarare, est illa quam in me Deus (ut mihi quidem videbatur) vivebat: credo enim impossibile plane mihi fuisse, tam brevi tempore tam pravas consuetudines et opera ita deserere. Benedictus sit Deus, quod me a meipsa liberarit. Mox ergo ut occasiones peccandi relinquere et orationi magis me dare coepi, Dominus etiam mihi suas incipiebat gratias dare, ut qui nihil aliud quaerere videbatur quam ut ego eas vellem suscipere. Coepit ergo Majestas ejus valde frequenter mihi orationem quietis dare ac saepe etiam unionis; quae satis diu durabat. Ego vero quoniam illa tempestate multae foeminae turpiter illusionibus variis a diabolo deceptae erant, et in fraudem pertractae, timere coepi, quod ea quam sentiebam voluptas et suavitas nimis quam magna esset, et saepe tanta ut eam ipsa impedire non possem. Verum ex alia parte magnam intra memetipsam securitatem sentiebam, haec non nisi a Deo venire (praesertim cum jam orationi incumbere); et magnam inde in vita mea emendationem sequi, meque in spiritu magis corroborari videbam. At si quando vel modica me distractio subinde abripiebat, rursus metuere et cogitare incipiebam, an non forte demon sic intellectum meum suspenderet, mihi persuadendo id bonum esse, quo me sic ora-

tionem mentalem faceret deserere, et de passione dominica meditari aut intellectu meo uti non possem: quod mihi, utpote non intelligenti, major longe jactura et damnum esse videbatur. Sed quia Majestas ejus jam mihi dare lumen volebat, ad scilicet ipsam non offendendam, et quantum ei deberem agnoscendum, hinc ita in me timor hic crescebat, ut is me viros quosdam spirituales, quibuscum de hisce rebus conferrem, quam diligentissime conquerere compelleret.

141 Jam tum e nonnullis intellexeram Patres Societatis Jesu huc nuperrime venisse (nempe jam aliquatenus anno 1553, sed dein stabilius anno 1555, Abulam rogatu civium invecos, hospitio quodam agrotorum cum adjacente S. Aegidii aedem in collegii usum iis a pia quadam sodalitate concessio, uti referunt P. Nicolaus Orlandinus, Hist. Soc. Jesu lib. xiii, num. 43, et Cardinalis Cienfuegos, Vita S. Francisci Borgiae lib. i, c. viii); erga quos ipsa, tametsi neminem eorum in particulari nossem, mirifice affecta eram, solum quod eorum et vivendi et orandi modum intellexissem, sed indignam me reputabam quae eos alloquerer, nec validam satis ad illis obediendum. Atque hoc magis me timere faciebat: nam grave mihi et durum erat, talis ego cum essem, illos alloqui et cum ipsis conferre. In hac ergo contentione et conflictu ad tempus aliquod haesi, quoadusque non sine magna repugnatione quam in me sensi et timoribus, mecum ipsa statui cum viro aliquo spirituali de rebus meis conferre, ut ex ipso sciscitando scirem quale orandi genus ipsa sectarer et haberem; utque is me, si qua in re errarem, edoceret facere quidquid possem ad Deum non offendendum. Nam fortitudinis et roboris defectus, quem in meipsa notabam, ita me, uti dixi, timidam reddebat.

142 Quam gravis et intolerabilis, Deus bone, error erat, quod, ut bona essem, a bono me subducebam! Haud dubie diabolus hanc in rem in ipso virtutis principio quam maxime debet incumbere; neque enim impetrare hoc a meipsa poteram: novit ipse namque omne animae bonum ac salutem in eo consistere ut cum viris bonis et amicis Dei communicet; itaque nullatenus ad hoc faciendum poteram animum inducere. Expectabam donec me prius emendassem, uti et alias feceram tum cum orationem intermiseram, et forsitan id numquam fecissem: jam enim tam profunde quaedam mala consuetudines, tametsi exiguae, mihi insidebant, ut vix possem credere ipsas malas esse, adeo ut alios me juvare et manum mihi, quo resurgerem, porrigere necesse esset. Benedictus sit Dominus, qui primus tandem mihi manum porrexit. Ut vero vidi timorem hunc meum ita increcere (quod indies cresceret oratio), videbatur mihi hic aut magnum aliquod bonum aut maximum malum delitescere: jam tum enim intelligebam id quod habebam, quid supernaturale esse: nam subinde ei non poteram resistere, uti nec in mea manu erat id cum vellem, habere. Hinc apud me cogitabam nullum omnino mei juvandae remedium esse, nisi conscientiae puritati studerem, meque ab omnibus cujuscumque peccati occasionibus, etiam venialis, avocarem: posito enim spiritum Dei esse, evidens erat inde mihi non nisi bonum venturum; at si id a maligno veniret, me procurante Domino placere eumque nequaquam offendere, non multum is mihi poterat nocere, imo potius id in ejus detrimentum cessurum certum erat.

143 Hoc itaque apud me constituto, Dominumque identidem obsecrans ut mihi ope suo praesto esset, atque hoc ad dies aliquot sedulo observans,

AUCTORE
V. D. M.
D

et Patres Societatis Jesu

E

adire non audent.

F

magistrum
Gasparem
Dazam,

AUCTORE
V. D. M.

observans, comperi animam meam sat virum non habere, ut ipsa sola per se ad tantam perfectionem pertingeret, idque ob nimias quasdam erga aliqua affectiones, quæ quamvis ex se valde mala non essent, satis tamen erant ad omnia impedienda. Audiivi itaque de sacerdote quodam perdocto hæc in civitate commorante, cujus sanctitatem ac honestam vitam Dominus jam populo patefacere incipiebat. *Gaspar Daza is erat; qui, uti refert Ven. P. Ludovicus de Ponte in vita Ven. P. Balthasaris Alvarez (cap. ix), probos sibi sacerdotes non exiguo numero adjunxerat, ut in aliorum hominum procuranda salute inopumque difficultatibus sublevandis, non intra urbis duntaxat mœnia, sed et in omni diœcesi, una secum operam navarent; quos postmodum, pro ea qua præditus erat humilitate, P. Balthasari Alvarez tradidit dirigendos perficiendosque.*

suas et opera
Francisci Salcedi.

144 Hujus mihi sacerdotis, prosequitur Sancta, notitiam et accessum vir quidam nobilis etiam hujus civitatis conciliavit. Vir hic (nomen ei erat *Franciscus de Salcedo*) uxorem quidem duxit, sed vitæ est adeo honestæ, itaque orationi et operibus charitatis deditus, ut illius bonitas et perfectio omni in re elucescat, nec immerito, ejus enim adminiculo et opera multæ sunt animæ in salutis semitam revocatæ, idque ob singularia quæ a Deo accepit talenta; quæ eum, quantumvis ratione status hoc facere impediatur, non operari non sinunt. Nam præclaro et præstanti est ingenio et comis erga omnes; conversatio ejus minime gravis et molesta, sed tam suavis et omnibus grata (eo quod et recta sit et sancta) ut omnibus quibuscum tractat, mirifice placeat, omnia vero ad majus animarum quibuscum tractat bonum dirigit, et omni suo studio et opera aliud nihil spectare videtur, quam ut omnibus quibus aliquo modo potest, placeat et gratificetur. Hic ergo bonus et sanctus vir industria sua in causa et initium fuisse videtur ut anima mea viam salutis iniret. Non possum humilitatem illius non summopere mirari, quod ipse me adire et visitare voluerit, cum tamen ipse jam (quantum quidem memini) quadraginta annis (an duo tresve minus sint nescio) orationis studio incubuerit, et omnem vitæ perfectionem, quam status ejus permittere et pati videtur, semper sectatus sit. Uxorem namque habet ita pietati addictam et caritatis studiosam, ut hæc ei in perfectione sectanda nullo sit impedimento; talem, inquam, mulierem, ut eam Deus ei, quem tam singularem et indefessum servum suum noverat futurum, in uxorem selegisse visus sit. Quidam de ejus consanguineis cum meis connubia contraxerant. Habebam præterea notitiam et nonnumquam tractabam cum alio quodam insigni Dei famulo, qui unam de cognatis meis in uxorem duxerat.

consulit:

145 Per hos itaque procuravi, ut is quem dixi sacerdos, magnus, inquam, ille Dei servus, me accederet (nam erat hic ipsis perfamiliaris ei notus), statuens illum mihi et in confessarium et in spiritus negotiis directorem deligere. Cum ergo is venit ut me alloqueretur, magno me rubore perfundi sensi, quod coram viro adeo sancto apparerem; ac mox ei animæ meæ et orationis rationem reddidi; porro confessarius meus esse volebat, quod se aliis negotiis plurimis distentum, ei vacare non posse diceret: revera occupatissimus erat. Hic ergo me sancta aliqua et generosa resolutione conducere cupit tanquam si fortissima fuissem (et sane talis quidem esse debuissim, pro modo orationis quam me tenere videbat), ut scilicet nullatenus et nulla in re Deum offendere proponerem. Ut ergo firmam et festinam ejus resolutionem etiam parvis in rebus vidi, ad quas tamen, ut dixi, tam perfecte ut volebat

statim adimplendas satis virum non habebam; non parum contristari cœpi, quod illum animæ meæ negotium ita respicere viderem tanquam rem quam unica vice semel consequi et perficere possem, cum tamen longiore me curatione opus habere cernerem.

146 Videbam itaque me per ea quæ ipse mihi suggererat media, nullatenus adjuvandam; quod animæ perfectioni magis illa quadrarent: ego enim, etsi in Dei gratiis ulcunque provecta essem, tamen valde in ipsis virtutum et mortificationis principiis hærebam. Et sane, si cum nullo alio quam cum hoc tractassem, numquam aliquem anima mea in virtutum studio, credo, progressum fecisset; quam enim in me sensi, afflictio, quod me nec facere nec posse facere (ut mihi quidem videbatur) viderem ea quæ mihi facienda præscribebat, nimis quam satis erat ad desperandum de progressu faciendo et quæ cœperam omnia abrumpenda. Subinde mecum ipsa miror cur, cum singulari vir hic ad animas ad Deum pertrahendas præditus esset gratia, Domino non placuerit ut meam pernosset et illius curam in se susciperet; ut jam video id omne ad majus animæ meæ bonum factum et directum esse, ut scilicet sic in notitiam venirem virorum ita sanctorum, uti sunt religiosi Societatis Jesu, et cum illis de rebus meis conferrem.

147 Cum ex eo tempore virum illum nobilem rogassem ut aliquoties ad me visitationis causa excurreret, id ipse se facturum promisit. Hic insignis ejus reuebat humilitas, quod cum persona ita improba, qualis ego eram, volebat agere. Incepit ergo me subinde visitare meque animans dicere, non debere me cogitare me die uno simul omnia posse relinquere, sed Deum id paulatim facturum: nam et se, in rebus quibusdam valde levibus, ad annos aliquot hæsitasse, nec eas etiam omni conatu adhibito relinquere potuisse. O quantum boni præstas, humilitas, iis in quibus habitas, nec non omnibus ad eos qui te possident accurrentibus! Sanctus hic vir (hoc quippe nomine eum merito donare posse videor) quasdam mihi e suis spiritualibus infirmitatibus narrabat, quæ quidem ei, qua erat humilitate, tales esse videbantur (ut earum scilicet narratione, malo ipse meo mederetur); ratione tamen status ipsius, nec defectus erant nec imperfectio; juxta meum tamen statum, gravissima fuisset eas habere. Non sine ratione autem illa huc adfero, esto minutis referendis plus æquo videar inhærere; tanti quippe cæ momenti sunt, quo anima aliqua in spiritu proficere incipiat, et volare discat, dum (uti dicitur) adhuc implumis est, ut nemo id crederet, nisi qui reipsa id est expertus. Et quoniam certa me cum Dei gratia spes tenet, fore ut R. V. aliis plurimis per hæc prosit, idcirco ea hic adferre visum est; scilicet omne meum bonum ac salutem in eo sita fuisse, quod is me juvare sciverit, tum quod humilitatem simul et caritatem ad mecum manendum, nec non patientiam ad me tolerandam, quod imperfectiones adhuc penitus non rescinderem, habuerit.

148 Procedebat hic paulatim cum discretionem, modos mihi et media ad dæmonem expugnandum suggerens. Unde ita eum diligere cœpi, ut nunquam major mihi esset consolatio quam die illo quo is me visitatum veniebat; sed raro admodum ad me excurrebat. Cum aliquanto diutius visitationem differret, statim non modice alligebam, idcirco eum ad me non excurrere existimans quod nimis quam improba forem. Ut ergo meas imperfectiones ita graves (et forsitan erant peccata; nihilominus, ex quo cum eo agere cœpi, magna vitæ meæ secuta erat

ent. nec Daza

nec Salcedus,
qui eam sæpe
visitat.animum ejus
tranquillare
noverunt.

A erat emendatio) nec non gratias quas Dominus mihi conferebat, me referente, quo aliquam mihi ipse hic lucem adferret, intellexit; duo hæc simul consistere et bene convenire posse negabat: has quippe gratias iis solum dari qui jam longius progressi essent et passiones omnes subjectas haberent. Unde non potuit non valde mihi timere: in nonnullis enim rebus diabolica id ei videbatur esse illusio et impostura; se tamen non plane id asserere velle aiebat. *Hæc Salcedii hallucinatio ex eo potissimum orta videtur quod cerneret vias Dei plane diversas in Maria Diaz, profectionis ætatis virgine, cujus præclara virtutibus vita, quam describit P. de Ponte (op. cit. c. X), toti civitati Abulæ admirationi erat.*

Interim vivam Dei beneficia

149 Porro ad internam Teresiæ anxietatem hoc probabiliter tempore accesserunt variæ illæ in ipsam obloquutiones, quasi fæda hypocrisis res novas molient, ut quædam Magdalena a Cruce fecerat, famam sanctitatis aucuparetur. Quapropter non immerito huc refertur prima Domini ad sponsam suam locutio; quam extra factorum ordinem capite XIX Vitæ suæ Sancta refert in hunc modum: Cæcidi enim magnum mihi hæc in re certamen movit, multumque sum passa ex eo quod parvam humilitatem esse crederem me ita improbam orationi incumbere: adeo ut ipsam (ut supra dixi) sesquianno, aut saltem anno toto (nam de medio anno usque adeo certa non sum) intermiserim. In quo si perrexissem, recta me ipsa in infernum deturbassem (imo jam revera me deturbabam); ita ut dæmonibus, qui me eo conducerent, minime opus esset. Quanta hæc, Deus bone, cæcitas est! et quam bene diabolus novit quid agat, cum tam efflicti cam impedire satagit! Novit quippe sacrilegus hic impostor, se in animam quæ in oratione constanter perseverat, nihil posse, deque ea subvertenda se prope desperare debere, et omnem quem ei causatur lapsum et ruinam, postea illam adjuvare, ut, per Dei gratiam, in divino obsequio ferventius curret et ulterius provehatur: magni ergo hoc illius interest. Quid est, Jesu bone, animam quæ huc pervenit, in peccatum aliquod prolapsam videre, quando tua tu misericordia denuo ei manum porrigis et eam sublevas! Quomodo tunc magnitudinis et misericordiarum tuarum multitudinem, propriamque miseriam agnoscit! Tunc scilicet serio se annihilat, tuamque magnitudinem agnoscit: tunc oculos attollere non audeat: tunc non aliter eos attollit quam ut videat quantum tibi debeat: tunc ardentem erga Cælorum Reginam affectum induit, quo ipsa te propitium reddat: tunc Sanctorum qui, postquam a te vocati essent, lapsi sunt, opem invocant, ut eos auxiliores habeat: tunc nimis quam superfluum pro se putat omne id quod ei das; videt enim se ne terram quidem, quam caleat, promereri: tunc fide viva ad Sacramenta accedit, utpote quæ hic ei manet ad vim et virtutem quam in ipsis sitam esse voluisti agnoscendam: tunc denique te laudat, quod talem pro vulneribus nostris medicinam et unguentum reliqueris, quæ ea non tantum superficie tenus sanant, verum etiam penitus auferunt.

illi imperfecto concessa,

150 Hoc itaque anima demiratur: et quis, o Deus animæ meæ, tantam misericordiam ac tam excessivam gratiam, post proditorem tam fœdam et abominabilem, non admiretur? ut nesciam quomodo cor meum mihi hæc scribenti non disrumpatur, quod ita scelestum et improbum sum. Videor tibi per has lacrymas quas hic fundo, quasque ipse mihi das (quæ sunt velut tam male olentis putei, quantum est ex parte mea, aqua), pro tam fœdis quas admisi proditiombus satisfacere; semper quippe malum committebam, et gratias ac beneficia, quæ ipse mihi contulisti, tibi destruere allaborabam. Tu eis,

Domine mi, robur et valorem adde, aquam hanc ita turbidam, limpidam redde, saltem ne cui occasionem dem judicandi (ut mihi id occasio fuit) et cogitandi, quare, o Domine, viros quosdam sanctissimos, qui semper tibi servierunt, semper pro te laborarunt, quique in Religione educati, et de facto veri religiosi sunt, non quales ego, quæ nudum duntaxat religiosæ nomen habebam, negligas; cum aperte videam eas te illis gratias non facere, quas præstitisti mihi. Video, o Bonum meum, te præmium illis in futurum reservare, quo iis id totum simul retribuas, imbecillitatem autem meam hoc gratiarum adminiculo opus habere. Illi ceu fortes et generosi serviunt tibi sine illo, et tu illos velut robustos et valentes ac sine ullo proprio compendio tibi servientes tractas; verumtamen nosti, Domine, sæpe me ad te clamasse, eos qui mihi detrahebant, et adversum me loquebantur, apud te excusando, quod bona ratione ad hoc eos moveri crederem. Hoc tum erat, Domine, postquam tua bonitate me sustinebas et retinebas, ne toties te offenderem, et cum jam a parte mea paulatim subducere me inciperem ab omni eo quo te putarem offendi posse et exacerbari. Mox enim ut hoc ego faciebam, tu tuos, Domine, thesauros illico reserare incipiebas, quo ancillæ tuæ eos communicares. Et prout quidem quamprimum et statim incipiebas, non solum eos mihi dare, sed etiam velle ut omnibus innotesceret illos a te mihi dari, aliud sane expectasse non videris, quam ut aliquam ipsa ad eos recipiendos voluntatem et dispositionem adferrem.

AUCTORE
V. D. M.
D

151 Hoc ergo cum vulgo viderent omnes, bonam opinionem habere cœperunt de ea quæ quam improba esset nondum intellexerant, esto improbitas mea satis forinsecus appareret. Unde repente acris adversum me exorta detractio et exagitatio, et, prout quidem mihi videtur, non sine ratione: unde etiam erga nullum eorum odium aut inimicitiam concepi, sed te rogabam ut quibus movebantur, rationes intuereris. Dicebant ergo quod haberi vellem Sancta, et novitates quasdam adinvenirem; cum tamen tunc temporis nondum magna ex parte adimplerem ea quæ regula mea faciendæ præscribebat, nec ad quarundam bonarum et sanctarum sororum, quæ domi erant, perfectionem pervenissem, imo nec ad illam quidem me perventuram puto, nisi sua Deus bonitate totum ex parte sua agat. Sed contra noveram tollere id quod bonum erat, et ejus loco consuetudines non bonas introducere; eas saltem pro posse meo inducere satagebam: in malo enim satis potens et valida eram. Quocirca merito ac nulla sua culpa me culpabant; nec solum moniales domesticæ, sed externi, te nimirum permittente, mihi quæ vera erant detegebant.

et oblectationibus impotens tam,

152 Quadam vice, cum horas canonicas (dum hæc me tentatio subinde capiebat) recitarem, et jam ad illum versiculum: « Justus es, Domine, et rectum » judicium tuum, » pervenissem, cogitare mecum ipsa cœpi quam hoc verum esset: nam quoad hoc numquam satis dæmon virium habuit ut me tentaret, ut scilicet ambigerem num omnia bonorum genera in te, Domine, complectereris, aut de aliquo fidei articulo subdubitarem; quin potius, quo res credendæ communes naturæ limites magis excedebant, eo fidem habere videbar firmiorem, et magnam in me devotionem excitabat quod omnipotentem te esse cogitarem: per hanc enim cogitationem omnia magnalia, quæ faciebas, in me comprehendebam, et quoad hoc (ut dixi) nunquam vel minimum dubitavi. Cogitanti ergo mihi quomodo (non sine justitia tamen) multis ancillis tuis, quæ

Salvator prima vice alloquitur.

[uti

AUCTORE
V. D. M.

A (uti dixi) tibi sincere et ardentem hoc in loco famulabantur, illas consolationes et gratias negares, quas mihi, quæ talis eram qualis fui, erogabas, respondisti, Domine: « Servi tu mihi, de cætero noli » esse sollicita. » Hoc primum fuit verbum quod loquentem te audiui; unde etiam me satis consternatam reddidit. Ad cætera namque Sanctæ incommoda id quoque eo tempore addebatur quod orationis suæ naturam neque ipsa capiebat, nedum aliis poterat explicare. Nihilominus brevi post, Deo juvante, ejus explicationem invenit in pio opusculo, ejus auctorem fuisse Bernardinum de Laredo, Fratrem laicum Ordinis Minorum, de quo Waddingus (Annal. Min. ad annum 1433) præclaram facit mentionem, conjicio ex Bibliotheca Franciscana P. Joannis a S. Antonio.

Denique Sancta Tiburum, in quo orationis suæ natura exponebatur,

B 153 Rem ipsam cum iis quæ illam secutæ sunt circumstantiis Sancta narrat capite suo XXIII, quod ita prosequitur, adhuc de Salcedio loquens: Monebat porro ut quidquid ad orationem meam spectare putabam, sedulo notarem, et ad ipsum deum referrem; sed in eo difficultas omnis erat, quod quæ et qualis oratio mea esset, exponere non possem: nam non nisi nuper admodum hanc mihi Dominus gratiam præstitit, quod intelligere et exponere possem quale id sit. Ut ergo hoc ipse mihi dixit, simul accedente metu quem a me ipsa habebam, maximopere intra meipsam angustiari cœpi, totaque in lacrymas resolvi: nam aliud sane non quærebam quam Dei voluntatem implere, mihi que persuadere non poteram a dæmone hæc venire, subverberabar interim ne forte ob mea me peccata Deus excæcasset, ut hoc ipsa non intelligerem. Varios itaque inspiciens libros, ut viderem num quem orandi modum habebam, in iis expressum viderem, et ita eum aliis de eo sciscitantibus possem exponere, tandem in eo cui nomen est Ascensus in Montem, quantum ad unionem animæ cum Deo spectat, omnia illa legi signa quæ in me ipsa in illa unione notabam, quod scilicet nihil penitus cogitarem; hoc quippe erat quod semper dicebam, nimirum me, cum hunc orandi modum tenerem, nihil omnino cogitare posse. Quamobrem, lineis quibusdam subductis, loca illa in libro notavi, eique librum tradidi, ut et ipse et alius ille quem dixi, sacerdos pius Deique famulus, ipsum inspicerent meque docerent quid facto mihi opus esset, cum animo et proposito, si ita ipsis videretur, orationis studium penitus intermittere. Ad quid enim me in illa pericula conficerem, cum viginti aut circiter annorum spatio, quibus hanc orationem usurpavi, nullum aliud inde commodum retulissem quam illusiones diabolicas? satius proinde esse eam prorsus omittere, quamquam et hoc grave mihi videbatur: jam tum quippe experta eram quis animæ meæ sine orationis exercitio esse soleret status; adeo ut angustia mihi essent undique, et quaecumque in partem me verterem, quietem non viderem: sicut qui in rapidissimi fluminis medio constitutus, ad quaecumque ejus partem accedit, ibi majus et evidentius periculum incurrere timet, et jamjam ab aquarum impetu absorbendus est. Est hæc ingens quædam crux et angustia, et id genus plurimas ipsa sum passa, uti postea dicam: quod scire etsi parum referre videatur, forsitan usu venire poterit ad sciendum quomodo spiritus probari debeat.

consultoribus suis anxia ostendit

C 154 Et certe magna est angustia quam homo ibi patitur; unde summa hic opus est circumspeditione, præsertim in mulieribus: magna quippe nostra est infirmitas, et ingens inde oriri malum posset, si aperte ipsis diceretur hæc dæmone auctore in ipsis fieri; sed res ipsa exacte inspicienda est, et omne

occurrere periculum ab iis avertendum, ipsæque D clam aliis et secreto commonendæ, ut secreta sua celent, quod et ipsi confessarii facere debent: ita quippe et expedit. Hoc dico et moneo, quia hac in re satis multa sum passa, quod quidam, quibuscum de oratione mea contuli, tacere non potuerunt: nam modo hunc, modo illum consulendo, adeo non mihi profuere, ut potius magnopere nocuerint. Hac enim ratione multa divulgata sunt, quæ satius fuisset taceri et celari, cum hæc non sint omnium et quorumlibet; et ego illa evulgare videbar. Crediderim equidem Dominum id, nulla ipsorum cum culpa, permisisse, quo ego aliquid patiendi materiam haberem. Non dico eos aperuisse aut revelasse ea quæ in Confessione acceperant; sed quia erant quibus ob timorem quem habebam, omnia mea aperiebam, quo faciem mihi præferrent et bene consulerent, par mihi esse videbatur eos audita tacere debere: interim tamen nihil omnino eorum quæ mihi occurrerant, tales homines celare audebam. Moneo itaque ut circumspice et magna cum discretione cum mulieribus procedant, semper illas animando, et tempus exspectando, quoadusque eas Dominus juvet, uti me juvit: nam alioquin, prout quidem E meticulosa et subtimida eram, maximopere id mihi nocuisset, accedente præsertim illo ordinario meo animi deliquio: unde et miror me non plus adhuc inde damni accepisse.

155 Postquam ego librum illi tradidi, simul et vitæ meæ rationem ac peccata mea in genere, quam poteram optime, aperui (non quod confiterer; erat quippe laicus: satis tamen ei declaravi quam essem improba), duo hi Dei famuli magna cum caritate et amore considerabant et examinabant quid mihi facto opus esset. Ut ergo secum statuerunt quid mihi responderent (quod ego responsum magna cum anxietate exspectabam, cum per eos dies etiam plurimis, ut negotium meum per preces Deo commendarent, injunxissem, et ego id a parte mea per frequentes orationes serio commendassem), magna cum angustia et animi mœrore eorum alter ad me venit, et dæmonis esse illusionem sibi ac socio post maturam deliberationem videri dixit; quocirca sibi consultum videri, ut cum quodam e Societate Jesu hac super re conferrem, libenter se interfuturum, si quem e Patribus illis ad necessitatem meam ei declarandam accerserem, illi totius vitæ meæ et status rationem in generali Confessione F redderem, idque quam poteram apertissime et sincerissime: nam per Sacramenti Confessionis virtutem sperare se fore ut Deus plus ei lucis daret; illos quippe Patres in rebus spiritus esse versatissimos. Monebat præterea ut in omnibus quæ is mihi suggereret aut consuleret, ei quam exactissime morem gererem; quod, nisi haberem qui me dirigeret, in præsentissimo lapsus versarer periculo.

qui eam, ut a dæmone delusam, remittunt

156 Reapse S. Teresia inter Patres Societatis Jesu eum offendit qui animo nimium affecto mederi nosset: nempe Joannem Padranos; quem S. Franciscus Borgia, ætate juvenem illum quidem, sed spiritu profectum, cum P. Ferdinando Alvarez del Aguila anno 1555 ad fundationem Abulensis collegii destinavit. Hic, audita Teresiæ Confessione generali, ac traditis ei (ut referunt Ribera et Cienfuegos, ac post eos Imago primi sæculi Societatis Jesu) quibusdam S. P. Ignatii exercitiis spiritualibus, meditationem humanitatis Christi impense ei commendavit: gustum vero quem orando hauriebat, respicere præcepit, donec aliud ille injungeret; et ad vitæ austeritatem, quam illuciusque parum exercuerat, hortatus est. Obsecuta monitis fuit S. Virgo: sed orationi suæ circumscriptos fines non prætergredi non potuit; quia scilicet, quo

ad P. Joannem Padranos S. J.

A quo magis reluctabatur divinis consolationibus eo majori ubertate iisdem perfundebatur. Simul afflictationi carnis se ex animo dedit, cilicium induens e ferreis laminis in radula seu scobina modum perforatis, ac sese frequenter vel urticarum manipulis vel clavibus diverberans, proposita sibi inter plagarum dolores passione Jesu Christi. Ita magis stabilita ac firmiori fundamento innixa sua oratione, mirum quantum in sui cognitione proficere cepit atque a rebus superfluis abstrahi: ut vere pronuntiaverit Cienfuegos (lib. 1, c. xvii) P. Padranosium quasi ignem Santelmi fuisse quo oceanus ille, puta S. Teresiae animus, antea procellosus, totus conflagrare visus sit. In eo vero, ut monet Ven. Joannes a Jesu Maria, Patris illius prudentia praesertim enituit quod non confestim Virginem severis legibus obstrinxit; sed cunctatus Dei opus observavit, nativos mores inspexit, et sensim, praeeunte Deo, ad ulteriora promovit. Id jam ipsam Sanctam narrantem audiamus ad finem capitis sui xxiii et initio capitis xxiv.

B § X. A novo conscientiae arbitrio mire in virtutum studio promovetur. Agit cum S. Francisco Borgia, qui ejus spiritum approbat. Valedicit ex integro humanis amicitiiis: timore daemonum una Salvatoris locutione liberatur.

C **P**ostquam igitur S. Teresia dixit se a magistro Daza et Francisco de Salcedo remissam fuisse ad sacerdotem quempiam Societatis Jesu: Tantum, ait, inde concepi timorem et angorem, ut quid factura essem plane nescirem: unde ubertim flere cepi; cumque in oratorio meo admodum afflicta sederem, incerta quid mihi futurum esset, libro quodam (quem mihi Dominus haud dubie in manus tradidisse videtur) sumpto, in eo legi, Apostolum Paulum scribere, Deum fidelem esse quam maxime, ita ut eos qui ipsum serio et sincere amant, nunquam a diabolo decipi sinat et illudi. Hoc autem maximae mihi consolationi fuit. Itaque de generali Confessione instituenda cogitare cepi, et omnia mea mala et bona, nec non universam vitae meae seriem, quam nosse et intelligere poteram clarissime, nihil ut illius omitterem, scripto tradere. Memini autem me, postquam quae scripseram relegi, tot scilicet mala et nullum prope bonum, summo mœrore et afflictione oppressam fuisse. Valde quoque me torsit, quod me domesticæ cum hominibus tam sanctis, quales Societatis Jesu Patres erant, agentem visuræ essent: verebar quippe meam improbitatem; et videbatur mihi quod sic magis obligata manerem ad eandem deponendam et omnibus recreationibus meis valedicendum, et nisi hoc facerem, inde majora sequi mala possent. Unde ædituam et janitricem rogavi nemini id significarent, sed parum hoc mihi profuit; nam forte fortuna factum est, ut, cum ad Patres alloquendos evocarer, ad januam esset quæ per totum monasterium mox id divulgavit. Ah, quot daemon remoras, impedimenta et timendi occasiones oggerit ad Deum venire cupientibus!

Audita Teresiam Confessionem generali,

158 Itaque cum magno hoc servo Dei (nam talis revera erat, et magnæ vir prudentiæ) tractavi, universumque vitae meae statum et animæ interiora ei patefeci; ipse autem, utpote hisce in rebus versatissimus, liquido mihi declaravit quidnam de me rei esset, meque ad ulterius pergendum animavit, dicens spiritum Dei evidenter hic operari; sed debere me ad orationis studium denuo reverti, quod bene fundata non essem, et necdum intelligere incepissem quid esset mortificatio (et ita erat; nam ne nomen quidem ejus mihi videbar intelligere), ac proinde orationem nullatenus intermitterem, sed animum sumerem, cum tam singulares mihi Deus gratias faceret: quis enim, inquit, novit an multas opera tua animas Deus juvari velit? Et alia id genus addebat plurima; ita ut velut Propheta mihi prædixerit ea quæ Dominus postea mecum egit. Adhæc magnæ me culpæ ream fore, si acceptis a Deo gratiis haud responderem. Visus est itaque mihi ipse Spiritus Sanctus per omnia ejus ore loqui, ad animam meam curandam: ita quidem is se cordi meo insinuabat et imprimebat. Magno hic igitur me rubore suffudit, et per eam viam conduxit, ut me in alium plane hominem commutare videretur. Quam magnum porro bonum est animam pernosce et intelligere!

159 Monebat is me, ut quotidie aliquod dominicæ passionis mysterium meditando percurrerem, et per hoc me ipsa juvarem, ac non nisi de humanitate Christi cogitarem, illis autem recollectionibus internis ac gustibus, quoad ejus fieri poterat, resisterem, nullumque penitus iis locum darem, quoadusque ipse aliud moneret. Is ergo plane me consolatam et ad majora animatam reliquit; et ita Dominus cum me, tum illum mire juvit, ut et conditionem meam ac statum, et quomodo me dirigeret, intelligeret: firmiter autem apud memetipsam statui, ab omnibus quæ mihi injunxerat, ne latum quidem unguem vel in minimo recedere; atque ita ad hoc usque tempus illud observavi. Benedictus sit Dominus, qui mihi confessariis meis obediendi, tametsi satis imperfecte, gratiam dedit. Et hi pene semper fuere e benedictis illis Patribus Societatis Jesu; esto eis, sicuti jam dixi, imperfecte admodum obsecuta sim. Quare factum est ut notabiliter melior animæ meæ status redditus sit, uti jam referam.

160 Post generalem illam Confessionem, anima mea ita serenata et tranquillata mansit, ut nihil mihi objici et proponi posse visum sit, ad quod aggrediendum me non quam libentissime disposuissem: unde multis in rebus me ipsa mutare cepi, et fui alia, quamvis me confessarius non urgeret, imo vero ipse omnia illa etiam parvi facere videretur. Et hoc maxime me movebat, eo quod juxta normam et regulam caritatis Dei me ducebat, et ut qui ad libertatem, non autem ad præmium, vocaret, nisi hoc ipsa mihi per amorem promererem. Bimestri pene toto ita me gessi, omnimodis allaborans ut divinis consolationibus et gratiis resisterem; quoad exteriora vero, notabilis in me apparebat mutatio: nam incipiebat mihi jam Dominus robur et animos dare ad quædam superanda, quæ iis qui me noverant, atque etiam domesticis, extrema esse videbantur. Et, ut verum fatear, prout quidem erat quod ante faciebam, bene judicabant extrema esse; sed secundum id ad quod ratione habitus et professionis meæ tenebar, minus æquo præstabam. Per hanc gustuum et suavitatum interiorum reluctantiæ hoc saltem assequebar quod a Domino instruerer. Ante namque mira mihi, ad id genus gustus in oratione sentiendos, opus esse videbatur solitudine et abstractione, ita ut me vix movere

AUCTORE
V. D. M.
P. Padranos
consult. Deum
in ea operari;
D

rationem meditantem ei præscripsit.

etiamque bimestri spatio gustibus internis obedienter reluctantiem,
F

AUCTORE
V. D. M.

A anderem; sed postea adverti quam parum hoc ad rem faceret: nam quo plus me satagebam distrahere et in alia divertere, eo me illa suavitate Dominus et gloria abundantius perpluebat; adeo ut ab illa circumcingi et obrui, et nullo eam modo effugere posse viderer. Et revera ita erat, tametsi a parte mea in tantum in contrarium obniterer, ut mihi etiam id pœnosum esset. Dominus contra hoc bimestri, in gratiis mihi subministrandis et sese patefaciendo, magis effundere visus est quam antea, ut hac ratione melius intelligerem non amplius in potestate mea esse illis resistere.

in mortificati-
onis studio
promovit

B 161 Corpi ergo novo quodam erga sacratissimam Christi humanitatem affectu affici, et oratio mea magis stabiliri, perinde ac domus aut fabrica cujus jam fundamentum positum est, nec non majori erga austeritatem et afflictionem corporis, quam ob morborum meorum gravitatem hactenus neglexeram, studio ferri. Aiebat sanctus ille vir qui Confessionem meam excipiebat, quædam mihi nullum prorsus detrimentum allatura, ac Deum ideo fortasse tantas mihi infirmitates ac morbos immittere quod austerius corpus meum non tractarem, ac proinde Majestatem ejus, me in eo deficiente, illud castigare et affligere velle. Quasdam ergo me mortificationes jubebat subire, quæ mihi parum gratæ, imo molestæ erant: nihilominus eas omnes exactissime implebam, quod et mihi a Domino injunctas, et ei ab illo ad illas mihi præscribendas gratiam dari existimarem, ut hac ratione ei obsequens forem. Jam ergo anima et conscientia mea angi scrupulis incipiebat, si quod, quantumlibet exiguum, adversus Deum peccatum admitterem; adeo ut, si quid superflui haberem, non prius me in oratione recolligere et attentionem habere possem, quam ipsum a me abdicassem. Sæpius quoque tunc ad hoc orationem meam direxi, ut in sua me Dominus protectione habere dignaretur, nec me, quandoquidem cum servis ejus communicabam, retroflectere sineret; hoc enim mihi magnum et intolerabile crimen fore, et illos insignem, mea occasione, boni, quod apud omnes habebant, nominis jacturam facturos arbitrabar.

donec tandem
S. Franciscus
Borgias,

C 162 Hoc ipso tempore ad hoc oppidum appulit P. Franciscus, qui, Gandiæ dux cum fuisset, abhinc annis aliquot, omnibus quæ possidebat relictis, Societati Jesu se dedicarat. Operam dedit confessarius ille meus ut hic me semel alloqueretur (et vir ille nobilis quem dixi, hac etiam de causa ad me venit), ut orationis quem habebam modum illi declararem: sciebat enim multas illum a Deo gratias et singulares favores accepisse, ut qui, quoniam multa propter eum reliquerat, jam tum in hac vita aliqualem ab eo propterea compensationem accipiebat. Is ergo postquam me loquentem audivit, Dei spiritum hunc esse dicere non dubitavit, sibi que nefas videri jam diutius et magis ei oblectari, quamvis in ei hactenus resistendo non peccassem nec male egissem. Suadebat autem ut orationem meam semper ab aliquo passionis mysterio inchoarem, ac, si deinde Dominus mentem meam suspenderet aut raperet, ei nequiquam resisterem, sed Majestatem ejus illam sustollere sinerem, sic ut ipsa raptum minime procurarem. Hic itaque salutare mihi consilium et remedium suggessit, utpote qui hac in re versatissimus erat. Multum quippe hic facit experientia. Addebat præterea, gravissime me delicturam, si posthac amplius spiritui Dei refragarer. Unde magnam in animo meo consolationem sensi, uti et vir ille nobilis; qui etiam magnopere lætabatur, audito Spiritum Dei hic operari, mihi que semper qua po-

terat (poterat autem plurimum) tum verbis tum re D subsidio fuit.

163 S. Franciscus Borgias, pro rebus Societatis Jesu in Hispania commissarius a S. Ignatio constitutus anno 1554, et a decessu S. Fundatoris, qui anno 1556 contigit, eodem in munere confirmatus, e cœnobio S. Justi Placentinæ dioceseos, ubi apud Carolum Quintum, abdicato regno illic degentem, triduum exegerat, verno tempore anni 1557 Abulam venit; prout Bueus noster stabilivit in Commentario prævio ad ejus Vitam (tom. V Octobris, pag. 201). Signandus hic error Villefortii, qui pro commissario provincialem scripsit, et præcipue anachronismus in quem prolapsi sunt Yepes et Joannes a Jesu Maria, jam tum S. Francisco Borgiæ titulum Generalis Societatis Jesu assignantes: quem tamen ille titulum non ante annum 1565, defuncto P. Jacobo Laynez, adeptus est. Neque probandus est, ut patet, annus 1558 quem huic Borgiæ itineri adscripsere PP. Franciscus a S. Maria et Fredericus a S. Antonio; licet tamen et eo anno Abulam iterum venisse Sanctus potuerit. Hac autem prima vice in S. Ægidii collegio moratus est dies quindecim.

Abulam anno
1557 veniens.

164 Porro auctores sunt Yepes (Prologi § III) et Joannes a Jesu Maria (lib. I, cap. I) Borgiam, ex quo cum Teresia agere cepit, ingentibus sanctimoniam ejus extulisse laudibus ac perennem cum ea per litteras (quæ ulinam superarent!) amicitiam coluisse. Idem in Relatione de virtutibus S. Teresiæ coram Paulo V, Summo Pontifice, enuntiatum fuit: P. Franciscum Borgiam, Societatis Jesu Generalem, et prius ducem Gandiæ, genere clarissimum, tantoque magis rarum exemplum mundi contemptus, orationis et contemplationis magnum magistrum, vitæque sanctitate conspicuum, non modo spiritum B. Teresiæ absque ulla exceptione probasse; verum adeo illam veneratum fuisse ut frequenti litterarum officio devotissime salutaverit (part. II, art. II, § I). Specialius etiam est quod meminit Cienfuegos (loco citato) S. Matrem de suis foundationibus Divi Borgiæ consilium per litteras expetivisse, et ab eo responsum tulisse quo vir Dei ejus molimina non approbaret tantum, verum etiam urgeret. Quod vero in opusculo Vita et mores, etc. Sancta nostra dicitur (art. 17) Borgiæ confessa fuisse interventu P. Balthasaris Alvarez, id quidem hoc de quo agimus tempore fieri potuisse non videtur, quando nondum erat ei cum Alcarezio rerum spiritualium commercium: contingere autem potuit uno e sequentibus annis, fors F anno 1558, per aliud quoddam Borgiæ iter. Nanque ipsa Teresia scripsit anno 1576 ad P. Rodericum Alvarez (tom. I, epist. 19) se bis cum Borgia egisse: quod haud scio an non de duobus tantum intra quindecim hos dies colloquiis intelligendum sit; an potius sic ut dicatur S. Franciscus bis venisse Abulam et utraque vice sapius S. Virginem visitasse, prout de alterutra saltem vice Chronicum habet (lib. I, cap. XX, num. 4).

spiritum San-
cto plane ap-
probavit.

165 Dum Abulam liquit S. Franciscus Borgias, P. Padranos etiam, qui jam bimestrem S. Teresiæ habuerat curam, indidem advocatus fuit; quod illam non parum afflicxit, ratam vix alium confessarium ex sententia successurum. Invenit tamen, ope cujusdam cognatæ suæ et alterius matronæ, nomine Guimara de Ulloa, alterum non minus idoneum ex eadem Societate virum; a quo ad majorem etiam perfectionem cepit incitari et quibusdam amicitis ac necessitudinibus efficacius subduci. Non videtur confessarius ille fuisse P. Balthasar Alvarez; quanquam id crediderint PP. Ludovicus de Ponte, Franciscus a S. Maria, Fredericus a S. Antonio, Montoya aliique. Etenim primo, ut monet Boucher ex Ludovico de

Padranasio
Abula evoca-
to.

A *de Ponte, Sacchino ac Nierembergio, non fuit P. Balthasar ante annum 1558 sacerdotum ordini adscriptus. Secundo, Ribera non obscure significat alium quemdam Patrem inter Joannem Padranos et Balthasarem Alvarez intercessisse; praesertim lib. 1, cap. vi, ubi dicit: Alius ex eodem collegio (nempe Abulensi) Pater, qui antea illam direxerat et jam etiam interdum illius, P. Balthasare aliorum impedito, confitentis excipiebat peccata, etc. Tertio, in eundem sensum loqui videtur S. Mater: Unus, inquit, illorum (PP. Societatis Jesu), qui antea me adjuvabat, is cui subinde, P. Ministro (Balthasare Alvarez) impedito, confitebar, incipiebat dicere, etc. (Vita sua cap. xxix).*

alium e Societate Jesu

166 *Mihi incertum de quo Patre hic sermo sit; sed apud Cienfuegosium (lib. iv, c. viii, § 1) legitur P. Ferdinandus Alvarez, qui Francisco Salcedio a Confessionibus erat, aliquoties S. Teresiam pro sacro Tribunalis audivisse. Boucher anceps haeret inter P. Ferdinandum hunc et P. Antonium Araoz, S. Ignatii consanguineum. Cum Araozio rem sibi fuisse ipsa, ait, Sancta testatur. Recte id quidem; sed valde dubium an anno 1557 aut 1558. Sanctae enim de se sub tertia persona scribentis ad P. Rodericum Alvarez (tom. I, epist. 19) haec sunt verba: Tractare cepit cum viris spiritualibus Societatis Jesu; quos inter fuere P. Araoz, qui erat commissarius Societatis, quem contigit illuc accedere, etc. Jam vero commissarii munus Araozius suscepit anno 1562 (Hist. Soc. Jesu, part. II, lib. vi, n. 65), et fuit antea Castellanae provinciae praepositus ab anno 1554 (Ibid. part. I, lib. xiv, num. 53): ergo non est probabile eum unquam S. Teresiae stabilem confessarium fuisse; quod si illam aliquando audierit confitentem, id tantum fecerit pro data occasione in casu aliquo particulari. Haec ad supplendas quasdam S. Teresiae omissiones a me disseri oportuit: ipsam nunc iterum audiamus.*

confessarium Teresia eligit;

C 167 *Hoc autem tempore jussus est confessarius meus ex hac civitate in aliam commigrare; quod sane pro eo ac debuit, mihi permolestum accidit et grave fuit: verebar enim ne rursus retrospicerem, et ad pravas meas consuetudines redirem, mihiq; impossibile videbatur huic parem invenire. Unde anima, velut in deserta quadam solitudine sola relictæ, valde anxiosa et timida mansit; ut quid mihi facerem plane ignorarem. Quocirca quædam de cognatis meis tantum fecit, ut me domum suam abdukeret, ubi ego me quamprimum ad Patres Societatis contuli, ut alium mihi ex illis confessarium deligerem. Placuit autem hic Domino, ut necessitudinem et familiaritatem cum vidua quadam nobili sanctæque vitæ, quæ cum Patribus illis sæpe tractabat, contrahere inciperem. Hæc suo me confessario fecit confiteri, et ad dies aliquot illius in aedibus egi. Pergratum mihi erat quod non procul ab eorum collegio habitaret, quo major esset cum ipsis identidem agendi occasio: magnum siquidem animæ meæ etiam e nuda sanctitatis, quam in omni conversatione sua præferabant, fama et commemoratione commodum accedebat. Hic porro Pater ad majorem cepit me promovere perfectionem: aiebat enim nihil omnino me prætermittere debere, quo Deo penitus et per omnia placerem; quam etiam in rem magna satis industria et suavitate utebatur: vix enim anima mea utcumque fortis erat et valens, sed admodum tenella, praesertim ad particulares quosdam erga nonnullas personas affectus exuendos: nam etsi per illos Deum minime offenderem, magnus tamen meus erga eas erat affectus; unde insignis mihi futuræ ingratitude nota videbatur, easdem amici-*

tiis rescindere. Quare ab eo petebam cur, cum Deum per eas non offenderem, ingrata esse vellem? Suasit ergo mihi ut ad aliquot dies negotium hoc Deo commendarem, hymnumque: «Veni Creator Spiritus,» etc. recitarem, ut is mentem meam illuminare dignaretur, quo quid factu optimum esset, possem perspicere.

AUCTORE V. D. M. D

168 *Cum ergo die quadam frequentius et ardentius orationi institissem, Dominumque, ut me in illi penitus placendo adjuvaret, rogassem, hymnum prædictum recitare cepi; in quo cum aliquotusque progressa essem, tam subito me raptus occupavit ut prope tota extra me ipsa essem, ita ut de eo nullatenus dubitare possem; nam nimis quam manifesta res erat. Hic primus fuit raptus quem Dominus mihi dedit, in quo aperte verba hæc ex eo audivi: «Nolo posthac cum hominibus converseris, sed cum Angelis.» Maximopere hoc me consternavit: magna quippe animæ meæ erat turbatio et commotio, et verba hæc mihi valde profunde in spiritu dicebantur. Unde magnus me timor incessit, sed ex alia parte mirabili sum consolatione perfusa: quæ, postquam timor (utpote quem, ut quidem censeo, ipsa rei novitas causabat) jam abisset, accessit et intra me mansit. Quod autem ad me tunc ore dictum est, exinde re ipsa completum est: ex eo enim tempore numquam amplius firmam cum quopiam necessitudinem contrahere, consolationem ex eo capere, aut amore prosequi aliquem in particulari potui, nisi eos quos Deum amare ac serio velle ei servire novi. Nec in manu aut potestate mea fuit secus agere; nec plus moveor, sint consanguinei aut amici, nec ne, nisi hoc quod dixi jam de eo intelligam, aut nisi sit aliquis qui se in oratione exercet: alioquin gravissimum mihi est cum alio quopiam agere. Vere hoc ita est, ut mihi quidem videtur, et nullum de eo dubium est.*

et Christi in raptu loquentis jussu,

169 *Ab eo tempore ita ad omnia ex amore Dei, ut cui ancillam suam unico momento (neque enim diutius id mihi visum est durasse) in alium hominem commutare placuit, relinquenda animata mansi, ut necesse non fuerit mihi id amplius speciali aliquo præcepto injungere. Quod enim confessarius ita me his implicatam videret et affixam, hinc non fuit ausus hoc mihi aperte et expresse injungere. Expectare scilicet debebat, ut Dominus ipse in me operaretur, uti et operatus est, nec ipsa putaram fore ut a me impetrarem: nam jam aliquoties hoc conata fueram; sed ita id mihi grave et permolestum fuit, ut id quamprimum, tamquam rem in qua non multum momenti situm esset, omitterem et penitus abjicerem: hoc vero robur mihi, et plenam illius quod volebam opere exequendi libertatem, Dominus dedit; quare hoc confessario meo aperui, et prout quidem is mihi injunxerat, omnia quantocius reliqui. Unde qui mecum continuo agebant, hanc in me resolutionem et generositatem videntes, non parum inde fructus retulerunt. Benedictus sit Deus in æternum, qui unico in momento illam mihi libertatem dedit, quam omni diligentia et conatu meo, etiam per tot annos adhibito, per me ipsa consequi non potui; tametsi tantam mihi subinde violentiam inferrem ut sanitati id meæ non parum nocuerit: sed quia opus fuit ejus qui potens est et verus absolutusque omnium Dominus, hinc nullam jam in eo poenam aut molestiam sensi.*

amicitias humanas generose deserit.

170 *Raptum hunc S. Teresiae primum fuisse clare patet e proprio ejus testimonio; sed verba quæ in eodem audivit non fuere prima quæ Dominus ei dixit. Liqueat id e fragmento quod paulo ante (num. 152) e Vita ejus capite XIX desumpsi. Illic enim, postquam retulit has voces: Servi tu mihi, de cætero noli esse sollicita:*

Sequenti bino

AUCTORE
V. D. M.

A sollicita; mox subiungit, *Dominum compellans*: Hoc primum fuit verbum quod te loquentem audiui; unde etiam me satis consternatam reddidit. *Est id omnino notatu dignum, eo maxime quod gravissimos S. Teresiae biographos, Riberam, Yepesium et Joannem a Jesu Maria praeteriit; qui affirmant scilicet Dominum in primo illo raptu prima vice sponsam suam fuisse allocutum. Auctor vero Chronici sibi ab eo decessorum suorum errore pro sua solertia cavit. Cujus autem naturae sit Dei ad animam locutio, S. Mater explicat initio capitis sui XXV; probe eam distinguens a mera intellectus apprehensione et ab animae sermocinatione cum seipsa, ac simul aperiens rationem qua ea quae desursum sunt verba ac caelica visiones a fraudibus satanae dignosci queant. Dein per reliquam capitis illius partem et per totum caput XXVI varias congerit Dei locutiones, tempore fere biennii ad se factas. Ad idem tempus referendam plerique putant celebrem illam inferni visionem quam capite suo XXXII S. Virgo describit; cum inde ad annum quo vitam suam iterato exaravit sexennium effluxisse testetur. Verumtamen quia visionis illius narrationem usque ad caput suum XXXII distulit, non tam, ut videtur, memoria lapsu quam ob illius connexionem potius cum immissa sibi divinitus Ordinis sui reformandi idea; ego quoque eam hic omitto, et servatam ab ipsa Sancta rerum seriem religiose sequar.*

graves aliquot
viri

B 171 Relatis itaque iis quae paulo superius legimus, Teresia nostra caput XXV orditur exponendo quomodo Dei ad animam locutio, quae sine strepitu et quasi tacite fit, intelligenda sit; dein quanam in ea materia latere possint illusiones; ac tandem undenam cognosci possit locutionem talem vere divinam esse. Post quae ita proseguitur vitae suae historiam: Varias diabolus technas et insidias struere potest, adeoque nihil hac in re ita certum est, quin semper tutius ac securius sit timere et magna cum circumspectione et cautela procedere, ac directorem quemdam doctum ac peritum, qui errantem audacter corripiat, habere; ita enim fiet ut nullum prorsus damnum incurrat; esto ego saepissime valde sim passa, ob nimios illos timores quos nonnulli habent. Semel inter alia id mihi contigit, cum scilicet multi de quibus bonam opinionem, ut par erat, habebam, unum in locum congregati erant (nam esto tunc nonnisi cum uno in particulari agerem, et cum alio nullo loquerer, nisi dum hic id mihi praeciperet, illi tamen saepe inter se de me iuvanda agebant, quia et me valde diligebant, et metuebant ne forte diabolus mihi illuderet; quin et egomet, dum extra orationem eram, non mediocriter timebam; nam statim atque eidem me applicabam, et aliquam mihi Dominus gratiam dare incipiebat, quamprimum omnis a me timor recedebat et securus reddebat); quinque vel sex eos fuisse crediderim, et omnes insignes et zelosos Dei servos: affirmabat autem tunc mihi confessarius meus, omnes illos sibi persuadere a diabolo mihi illudi; proptereaque illud consultum videri, ne toties Sacramentum Venerabilis Eucharistiae susciperem, meque in externorum negotiorum tractatione distraherem ac solitudinem caverem.

scrupulos et
timorem dia-
bolicarum illu-
sionum,

C 172 Equidem, ut dixi, in magno tunc timore et anxietate versabar; ad quam augendam non parum conferebat continuum meum cordis deliquium; ita ut saepe per diem aliquo in loco sola agere non auderem. Cumque viderem tales et tam multos id mihi dicere, et tamen animum inducere penitus non possem ut hoc de me crederem; gravissimum conscientiae scrupulum sensi, quod id ex humilitatis defectu fieri putarem: omnes quippe incompa-

D rabilitate multo sanctioris erant vitae quam ego, et insuper doctrina et litteris eminebant; cur ego eis non crederem? Conabar quam poteram maxime, etiam vi mihi facta, illis credere, et simul sceleratam vitam meam recogitabam, itaque illos vere de me judicare, cum sic judicarent. Quare sic anxietas et afflictio me e templo contuli in oratorium quoddam; cum jam ad dies multos Sacra Communionem abstinuissem, et solitudinem cavissem, in qua tamen omnis mea sita erat consolatio et recreatio, ita ut nullum haberem, cum quo conferre possem; nam omnes ad unum mihi adversabantur.

173 Nonnulli, dum his de rebus agerem, me videbantur ridere, tamquam si tantum imaginatio et phantasma fuisset: alii confessarium monebant, sibi ut a me caveret: alii certo et indubitanter asserebant diabolum in me operari: solus confessarius meus (esto cum aliis conspiraret; at dumtaxat, ut me, sicut postea intellexi, probaret) semper me consolabatur, dicebatque, tametsi etiam diabolus foret, modo Deum Optimum Maximum peccando non offenderem, nihil penitus mihi damni illum inferre posse; ipsum tandem a me discessurum; unde hoc ipsum a Domino instantem per preces deposcerem, id quod tum ipse, tum omnes **E** quibus ille in confessione aures dabat, nec non alii plurimi, serio praestabant. Omnis quoque oratio mea hunc ad scopum dirigebatur; quin et universos Dei servos, quos nossem, orabam, ut Deum rogarent, alia ut me Majestas illius via conducere dignaretur. Biennio pene toto hanc ego Deo rem per preces continuo commendavi, identidem hoc ab eo petens.

174 Nihil autem me consolari poterat, cum mecum cogitabam fieri posset ut cacodæmon toties mecum loqueretur. Nam quod nullum amplius mei per orationem in solitudine recolligendae tempus haberem, Dominus mihi dabat, ut interim dum cum aliis conversabar, me introrsum possem recolligere; quin et ipse, frustra me reluctante, loquebatur mihi quaecumque ei videbantur, egoque, quantumvis id mihi gravissimum ac molestissimum esset, eum tunc loquentem audire cogebar. Sed cum sola essem, nullum amicum habens, cujus alloquio me ipsa solarer, non poteram vel orare, vel in libro legere; sed ob tantam tribulationem et timorem, ne forte mihi cacodæmon illuderet, tota inquieta et afflictata, plane nesciens quid tandem de me factura essem (et hanc quidem angustiam aliquoties, imo saepe sensi, sed numquam meo iudicio ita gravem et excessivam ac tunc), quatuor aut quinque horas continuo in hoc statu manebam, ut nec a terra mihi ullum, nec e caelo solatium veniret aut affulgeret; nisi quod Dominus me, mille inter periculorum timores constitutam, pati cerneret.

175 Quam, o Domine Jesu, verus amicus es tu! et quam potens! Quando enim vis, potes, et nunquam non vis, si modo nos te velimus. Omnia quae condita sunt, te, o mundi Domine, laudent et benedicant! Utinam plena per universum orbem terrarum voce promulgare possem quam tu amicis tuis fidelis sis! Omnia, Domine, creata deficiunt et pertranseunt: tu, illorum omnium Dominus, nunquam deficiis aut pertransis. Nimis quam exiguum est quod pati sinis eum qui te diligit. Quam, o Domine mi, tenere, civiliter, blande et suaviter tuos tractare et habere nosti! O si quis nunquam aliquem, praeter unum te, amare procurasset! Videris, o Domine, virga et rigore probare eum qui te amat, ut jam in extrema afflictione constitutus, majorem amoris tui extremitatem et immensitatem intelligat. **F** Osi

confessario
specie tenus
conspirante,

Sancta infecerunt:

sed benignis-
simus Jesus.

A O si quis, Deus meus, ingenium simul et doctrinam, nec non nova verba haberet, ad opera tua magnificanda et extollenda, ut quidem ea anima mea intelligit! Omnia me deserunt et deficiunt, Domine mi, sed si tu me non derelinquas, ego a te nullatenus deficiam. Omnes viri docti contra me insurgant et impugnent, omnes me creaturae persequantur, omnes me daemones exagitent, tu solus noli a me recedere: experientia quippe novi quantum sit lucrum quod referunt ii qui in te solo confidunt.

interna locutione tam ita roboravit

176 Cum ergo in magna illa anxietate constituta essem (nondum enim aliqua mihi visio hactenus oblata erat), haec sola verba nimis quam sufficientia fuere ad illam auferendam, mentemque meam, omni nubilo discusso, serenandam: «Filia, noli timere: ego enim sum, et non deseram te, noli timere.» Putabam sane (ut quidem me dispositam vidi) valde longo tempore opus esse ad mihi persuadendum ut mentem ego meam ad quietem componerem, et neminem sufficientem ad hoc eloquentiam et ingenium adferre posse; et ecce sola verba haec ita me serenant, corroborant, animant, securam reddunt, quietant et illuminant, ut animam meam in momento plane immutatam viderem et aliam, et, contra universum mundum disputando, rationibus evicissem Deum esse qui in me operaretur. Quam Deus bonus est, quam bonus et potens Dominus est! Nam non modo bonum consilium suggerit, sed remedium; verbaque ejus sunt opera. Quam, o Deus bone, fides hominem corroborat et per eam amor adaugetur! Ut verum fatear, saepe ad mentem et memoriam revocabam, quomodo Dominus olim, orta in mari tempestate, ventis imperasset ut cessarent; unde ita mecum ipsa dicebam: Quis est hic, cui omnes potentiae meae ita obediunt et qui unico momento tam spissis in tenebris lucem serenitatemque adfert; qui cor quod saxeum et marmoreum esse videbatur emollit; qui suavium lacrymarum ibi fluentia laxat, ubi ariditas dudum et longo tempore futura esse videbatur? Quis haec desideria subministrat? Quis hos suggerit animos? ut saepe intra me ipsa cogitarem: Quid est quod timeo? Quid est hoc? Huic ego Domino famulari cupio; aliud nolo quam ei soli placere; aliam recreationem, quietem, bonum non cupio, quam illius voluntatem facere (nam de eo, prout mihi quidem videtur, plane certa eram, ut id hic possim referre). Si ergo Dominus tam potens sit, atque eum esse video et scio, et daemones ejus sint mancipia, deque eo nefas sit dubitare (cum sit de fidei articulis), ego autem hujus Domini et Regis ancilla sim, equod illi mihi malum inferre possunt? Cur non satis virium habeam, ad cum universis inferorum cohortibus decertandum?

ut daemones immines provocare sit ausa,

177 Crucem itaque in manus sumpsi: et videbatur sane mihi Dominus robur et animum inspirare; nam brevi tempore ita me immutatam vidi ut cum omnibus daemonibus etiam manus conferre et luctari non vererer: videbar quippe cruce illa haud difficulter eos in fugam agere ac debellare posse. Unde apud memetipsam provocando dicebam: Venite jam omnes quotquot estis; videre volo quid mihi, ancilla Dei cum sim, facere universi possitis. Et sane videbantur illi me timere: nam ex eo tempore quiescit et sine timore mansi, et ita illos, quotquot sunt, formidare desii, ut omnis quem hactenus habueram, timor cessarit: nam tametsi eos, ut postea referam, interdum adhuc viderem, non tamen jam amplius eos timebam, quin imo me ipsis terribilem esse putabam: et quoddam mihi, Deo dante, in illos omnes mansit dominium, ut jam non magis eos timeam quam si muscae forent.

178 Ita porro illi mihi meticulosi et ignavi videntur esse, ut, quamprimum se contemni vident, omne robur et potentiam suam amittant. Neminem hi hostes de facto oppugnare norunt, nisi quem ultro semetipsum tradentem conspiciunt, aut quando suos Deus servos, ad majus ipsorum bonum, tentari vexarique permittit. Utinam vero timeremus eum quem vere timere nos oportet, nobisque persuaderemus plus nobis damni ab uno peccato veniali quam ab omni infernali multitudo simul juncta posse advenire: cum hoc revera ita sit. Quantum porro nos hi maligni spiritus in metu et pavore detinent, eo quod per nostros honoris, auri ac voluptatum appetitus ipsi nosmetipsos pavidos et timidos reddere volumus! Nam illi tunc nobiscum conjuncti et velut collatis viribus (nam nobismetipsis hostes et inimici sumus, quando diligimus et sectamur ea quae odisse deberemus) permultum haud dubie nobis nocebunt: ipsi enim in causa sumus cur nostris propriis armis illi nos oppugnent, ipsis quodammodo illa in manus dantes, quibus nosipsos contra eorum vim et impetum defendere deberemus; quod sane deplorandum est. Sed si propter Deum omnia repudiemus, crucem amplectentes, eique sincere et ex corde servire satagamus; tunc non secus has cacodaemon veritates fugit, quam nos pestem virulentissimam.

AUCTORE V. D. M. eosque ut ignavos

179 Nam diligit mendacium, imo ipsummet est mendacium; nec ullum cum eo qui in veritate ambulat, inibit pactum aut commercium: sed, cum mentem et intellectum alicujus obnubilatum cernit, omnimodis collaborat ut et oculos ei eruat et plane caecum reddat. Si quem enim jam ita caecum videat, ut is se in rebus vanis quietem inventurum putet (nam omnes mundi hujus res ita vanae sunt, ut non nisi puerilia crepundia et nugae esse videantur), quamprimum advertit hujusmodi hominem merum esse puerum, cum nimirum puerorum more vivat; unde mox audaciam et animos concepit, ad cum eo, non jam semel, sed saepius luctandum. Faxit Deus de horum numero ipsa non sim, sed gratiam Majestatis ipsius, quaeso, mihi det, qua mediante, id quietem esse existimem quod vere quies est; id honorem, quod vere honor est; hoc delectabile, quod vere delectabile est, et non vice versa: ac tum daemones omnes explodam et flocci faciam; imo potius ipsi me timebunt. Non intelligo hunc timendi modum, ut dicamus, «diabolus, diabolus»; cum dicere possimus, «Deus, Deus», atque ita ei timorem incutere: scimus enim jam tum, illum, nisi Dominus id ei permittat, se ne movere quidem posse. Quid sibi vult hoc? Quod scilicet jam plus metuam eos qui daemonem ita metuunt, quam ipsummet verear: nam ipse nullum prorsus inferre mihi damnum potest; at hi, praesertim si confessarii sint, hominem mire turbant et inquietant. Equidem per multos annos tantas hac in re pertuli molestias, ut etiamnum mecum ipsa mirer quomodo eas ferre potuerim. Benedictus sit Dominus, qui ita me reipsa fortem reddidit. Amen. *Haec Sancta, capite xxv.*

et mendaces spreverit.

§ XI. P. Balthasare Alvarez confessario uti incipit. Saepe Christi alloquio et visionibus fruitur: premittitur anxietatibus et hominum oblocutionibus.

Sequitur caput xxvi, in quo adhuc de Dei locutionibus

Magnum sectionibus

AUCTORE
V. D. M.
curitatem affe-
cerunt verus
Dei amor.

tionibus sermo est : Unam de primariis ac maximis quas a Deo accepi gratias hanc esse puto, generositatem et animos quos mihi contra cacodæmones dedit. Damnosissimum quippe maximeque imperlinens est, animam ignavam et meticulosam esse et aliud quid præterquam Dei offensam vereri. Nam cum omnipotentem Regem et Dominum ita magnum habeamus, ut omnia possit et omnes sibi subiciat, nullam omnino timendi occasionem habemus, si modo (uti dixi) in veritate et sincere et magna cum conscientiae puritate coram ejus Majestate ambulemus. Ad hoc vellem (sicuti dixi) omnem quicumque est timorem habere, ne videlicet aliqua in re offendam illum qui hoc ipso momento nos destruere et ad nihilum redigere potest : nam si Majestatem ejus amicam et propitiam habeamus, omnes adversarii nostri manibus junctis velut supplices coram nobis se humiliabunt. Dicit ad hoc quis, id ita quidem esse, sed quænam anima ita recte et sincere vivet ut Deo placeat in omnibus, et propterea facta securior, nihil omnino metuat? Certe non mea; nam nimis quam improba et inutilis est, ac mille miseriis et infirmitatibus obnoxia : at Deus Optimus Maximus non ita se erga reos gerit uti homines solent, novit quippe imbecillitatem nostram. Sed anima evidentibus e signis et conjecturis colligere in seipsa potest an ipsum sincere vereque diligit : amor enim in illis quæ ad hunc statum pervenerunt, non est dissimulatus et tectus, uti in principio, sed admodum impetuosus; et ardens hæc Dei videndi desiderium in se sentiunt, uti infra uberius ostendam, aut jam supra commemoravi. Hinc omnia hominem cruciant, affligunt, torquent, nisi aut cum Deo aut propter Deum ferantur; omnis quoque quies eum inquietat, quod se a vera et propria sua quiete abesse sentiat. Proinde res manifesta est et quæ, sicuti dictum est, dissimulate tecteque non procedit.

*modas quo
Deus animam
roborat aut
inerepat,*

181 Quodam tempore, cum me magnis tribulationibus atque variis aliorum oblocutionibus, certo quodam in negotio, quod postea referam, in quodum universam civitatem in qua impræsentiarum ago, tum universum Ordinem repugnantes et adversantes habui, oppressam cernerem, et magna sane in angustia, nec immerito, versarer, factum est ut his me Dominus vocibus compelleret : « Quid times? An nescis me Omnipotentem esse? Quod tibi promisi, reipsa præstabo. » Et est id etiam postea adimpletum. Statim vero tantum in me robur ortum est, ut, quo ei possem servire, etiam ad alias perdifficiles res de novo aggrediendas animata fuerim, esto etiam major mihi inde sequi molestia, et novam illæ patiendi materiam mihi dare debuissent. Hoc vero accidit mihi toties ut numerum dicere non possem : sæpe quoque me increpavit, quin etiam modo increpat, cum in aliquas imperfectiones incido; et quidem verbis tam acerbis, ut satis ea sint ad animam quamdam in nihilum redigendam; tantæ saltem sunt efficacæ et tam potentia, ut ipsa se corrigat : nam, sicut supra dixi, Majestas ejus consilium dat juxta ac remedium. Alias præterita peccata mihi in memoriam reducit, ac tum præsertim cum singularem aliquam mihi gratiam dare vult, adeo ut se jam anima vere coram illius tribunali consistere putet : veritas quippe tam clare et liquido ei ob oculos ibi ponitur, ut quo sese referat, prorsus ignoret. Subinde pericula quædam tum mihi, tum aliis impendentia, nec non alias res futuras, tribus aut quatuor antequam contingerent annis mihi præsignificavit; quæ omnia exacte et ordine evenerunt; quorum nonnulla postea fortasse referam. Adeo ut tam multa signa sint e quibus

queat colligi an Deus sit qui loquitur, ut neminem id ignorare posse putem.

182 Omnium vero tutissimum est, sicuti sæpe mihi Dominus significavit, ut totam animam et omnes quas a Deo accipimus gratias, confessario aperire non vereamur : is autem doctus sit oportet; nostrum vero est in omnibus morem gerere. Hoc autem ipsa facio, et nisi facerem, quietem non haberem; neque enim consultum est nos mulieres plena quiete frui, cum et indoctæ simus, et nullum omnino hinc incommodum, at ingens sequatur commodum. Et hoc valde frequenter mihi contingit. Confessarium habebam qui variis me mortificationibus exercebat, et subinde etiam affligebat, et mirum in modum me identidem divexabat : nullam quippe mihi quietem indulgebat. Atque hic meo judicio fuit qui plus quam alii me in via spiritus adjuvit; et, licet magnopere eum diligerem, subinde tamen ad eum relinquendum tentabar; credebam namque eas quas mihi causabat molestias et afflictiones impedimento esse, quo minus orationi possem insistere. Quotiescunque autem hoc facere proponebam, statim interius Domino loquente monebar id ne facerem, idque tam aspera et acri cum reprehensione, ut illius verba magis cor meum discinderent quam omnes quas mihi confessarius inferebat molestiæ. Aliquando grave mihi erat, quod hinc quidem interrogarer, illinc vero reprehenderer. Et sane sic mecum fieri oportebat, prout quidem voluntas mea parum flexa et morigera erat. Semel Dominus mihi dixit me vere obedientem non esse, quamdiu non proponerem et parata essem pati; sed oculos conjicerem in id quod ipse nostri causa passus esset, et tunc mihi omnia quam facillima visum iri.

183 Alius porro confessarius, is scilicet qui in initio Confessionem meam exceperat, mihi quodam tempore consuluit, ut, quandoquidem jam notissimum erat spiritum bonum in me operari, id ipsa posthac tacerem, et nemini quidquam de eo dicerem, quod melius esset id genus res silentio premere et celare. Non displicebat hoc consilium mihi : nam quoties confessario meo hisce de rebus loquebar, tam mihi id grave erat et tanto me rubore suffundebat, ut majorem aliquando in hisce declarandis, quam in gravibus peccatis aperiendis, difficultatem sentirem, et maxime cum singulares quædam gratiæ declarandæ erant : putabam enim illos mihi non credituros, meque audientibus ludibrio fore. Hoc autem male me habebat, quod magnum et mirabilem Dei quædam mihi hoc videretur esse irreverentia et vilipendium : ideoque hæc silentio involvere maluissem. Tunc demum intellexi valde mihi male confessarium illum meum in hoc consuluisse, nec ullatenus debere me quidquam celare eum quo ut confessario utor; hoc namque longe tutissimum esse, et secus si agerem, fieri posse ut illuderer aliquando et deciperer. Quotiescunque Dominus mihi in oratione aliquid faciendum mandabat, confessarius autem id fieri volebat, Dominus, cum ad eum postea recurrerem, jubebat ut obedirem confessario : ac Majestas ejus ipsius deinde mentem immutabat, ut jam id mihi injungeret quod Dominus ante fieri jusserat. Cum quodam tempore multi libri hispanici nobis jussu Superiorum auferrentur legique vetarentur, satis hoc mihi grave visum est, quod essent nonnulli erga quorum lectionem maxime afficiebar, et quos jam amplius legere vetitum erat, quod solum latine eos legere fas esset. Unde mihi Dominus ait : « Ne hoc te cruciet; nam ego dabo tibi librum viventem. » Nesciebam cur aut quo fine hoc diceretur; nondum

et præcipue
recursus ad
confessarium.

Quapropter
totum Sancta
operiebat pe-
ctus

F

A dum enim ulla tunc visiones habueram : at non multo post, quid sibi id vellet facile intellexi. Nam tantam recogitandi et ea quæ coram videbam meditandi materiam habui, et tantum mihi Dominus, in me omnimodis erudienda, amorem exhibuit, ut aut valde parum aut prope nihil opus habuerim libris. Majestas ipsius verus ille liber fuit, in quo veritates legi : benedictus autem sit ille liber, qui quæ legenda et facienda sunt ita memoriæ imprimit ut ea nulla eradere possit obliuio.

P. Balthasar
Alvarez, egre-
gius animarum
director,

184 Confessarium quem modo laudari videbamus fuisse credo P. Balthasarem Alvarez, qui jam anno 1559, quo nos Sancta perduxit, Sacerdotio erat initiatus; postquam videlicet theologicis disciplinis sub magisterio PP. Dominicanorum Abulensium biennium impendisset. Namque exhinc computando usque ad initium anni 1566, quando Abula Methymnam Campi missus fuit P. Balthasar, magistrum tironum acturus, annos habemus omnino sex; quot annos illo se confessario usam scripsit S. Teresia in saepe citata epistola ad P. Rodericum Alvarez. Toto eo sexennio minister collegii Abulensis S. Egidii P. Balthasar fuit : atque interim diu omnimodam, sine rectoris titulo tamen, ejusdem collegii administrationem gessit; quandoquidem per id omne temporis spatium duo dumtaxat rectores, alter sesquianno, alter novem tantum mensibus, præfuisse regimini. Præterea externorum animos assidue juvat : quo in munere persuaserat sibi primarium operario Societatis studium esse ut arctissime se Deo conjungat; dein pertinere ad ejusdem Societatis institutum (verba Sacchini sunt) non ad quemvis virtutis gradum, sed ad quam liceret excelsissimum homines perducere; neque esse quemquam ullo in ordine, qui non posset suo in statu magis ac magis perfici : proinde non curandum quam multos quis numeret penitentes; sed vel paucos conandum perpetuis incrementis reddere meliores : quippe et graviter vindicaturum Deum in spiritualis vitæ magistris, non culpas modo a quibus non averterint quos instituebant, sed etiam prætermisam perfectionem ad quam non evexerint . . . Deinde securim quodammodo ad radicem applicans, operam dabat ut a rebus creatis paulatim abstraheret; præsertim ab otiosis ac supervacuis familiaritatibus, quas in Societate quoque plurimum detestabatur : vix intelligi affirmans quantum animorum cursum ad Deum et illapsum Dei in eos impediunt. Ac ne erga seipsum quidem volebat humanitas allici, munuscula et omnes amoris privati illecebras respuens, profitensque gratum etiam sibi fore si interdum alios confessarios pro voluntate adirent. Hac libertate utens, inque sui victoriam non molliter exercens, ad orationis studium pertrahabat. Super omnia legem sibi præfixerat ne cum penitentibus nisi de rebus divinis loqueretur; ut ne ipsi quidem dynastæ cum quibus ageret alios auderent sermones injicere. Ille autem, ut ex pleno et ardenti pectore verba fundebat, tanta vi, tanta sublimitate disserebat ut vel unico sermone sapientiæ cælestis amore audientem succenderet. Hæc Sacchinus (Hist. Soc. Jesu, part. IV, lib. VIII, num. 216, 217 et 218) : quæ citatu digna ideo duxi quia Balthasarem talem depingunt qualem studiosus lector passim in S. Teresiæ scriptis deprehendit; atque ut ex magistro discipulam agnoscas, et viam scias quam a direttore suo indigitatam obediens Virgo secuta est, ac quasi effectum ex causa. Caterum plura de Venerabili hoc Dei Servo jam non dicam : tum quia frequenter ejus mentio in reliqua S. Teresiæ vita occurret, et nominatim de eo, quæ S. Virginis confessario, alibi disputabo; tum etiam quia ejus res gestas Ven. P. Ludovicus de Ponte insigni volumine

prosecutus est, quod adire potest quisquis virum penitus nosse cupierit.

185 Est tamen adhuc aliquid quod hic omittere non possum. Nempe paulo ante legimus S. Teresiam satis severe a confessario habitam fuisse, mirum in modum aliquando cruciatam, ad dies multos (viginti habet P. de Ponte) non admissam ad Sacram Synaxin, etc. Hujus autem austeritatis et cujusdam quasi hallucinationis causam humilis P. Balthasar ipse assignat, seu verius dixerim exaggerat, in relatione quam de suo spiritu misit ad P. Everardum Mercurianum, Generalem S. J. Præpositum. Sexdecim, inquit, annos (puta ab anno 1551 ad 1567, uti numerat P. de Ponte) exercitus labore sum, arantis instar et non colligentis : animo certe pusillo tunc eram; angebarque maxime quod iis cæterorum doctibus cassus eram quibus æstimationem mihi conciliarem ab aliis et amorem; hac modo, modo illa cura discerptus, vacandi precationi percupidus; quiete illic ubi oportuit, neque collocata scilicet nec reperta. . . Eodem hoc tempore meas animi mendas amarori potius quam submissioni mihi esse cognovi; iisque videbantur mihi divina præpediri consilia : proque animi mei angustiis cruciabar etiam vitiis aliorum quorum ad me cura spectabat; rebarque rationem esse regendi optimam submissos illos afflictosque habere, dum se ipsi corrigerent. . . . Amantior eram mei, animo simul eram ægerissimo : videbatur enim mihi nunquam fore ut virtutum perfectionem assequeretur; idque eo quia divina largitas non ita mihi sese impertiebat ut cæteris. . . . Pusilli angustique animi mei causa sapientiores homines sanctioresque verebar; quibus sistere me non audebam, quod exsuctum efflictumque me cernerem, inter illos mente, ore litterisque carentem : neque vitæ munera obire mihi posse videbar nisi geminos inter viros mediis, alium hinc virtutibus, alium inde negotiis gerendis idoneum. . . . Sentioque intolerantiæ meæ fuisse illos accepisse tam aspere quos ferre sit opus, obtutu minimum in illos, plurimum in Deum defixo (Apud Lud. de Ponte, c. XIII, § 1).

186 Jam ut ad historiæ Teresianæ seriem redeamus, locutiones internas, quæ pene biennium expleverant, subsecutæ sunt per duos annos cum dimidio, nempe ab anno 1559 in annum usque 1561, plurimæ eæque insignissimæ visiones. Earum prima, in qua, quia nec imaginaria nec sensibilis esset, Christum non tam vidit quam sibi adesse miris modis novit, contigit ei festo quodam S. Petri die, posteaquam enixe Deum oraverat ut vel alia se via duceret vel saltem de internorum verborum veritate plane securam faceret; advocato eum in finem multorum Sanctorum patrocinio, præsertim S. Hilarionis et Beatissimi Michaelis Archangeli, quos Carmeli Ordo solemniori ritu colit. Hanc visionem post paucos dies excepit visio imaginaria triplex : primo manuum Jesu Christi, dein faciei, ac demum totius Sacrosanctæ ejus Humanitatis, qualiter gloriosa e sepulcro surrexit. En quæ de iis Sancta nostra memoriæ prodidit, Vitæ suæ capitibus XXVII et XXVIII.

187 In afflictione et anxietate eram; et variæ pro me ad Deum orationes passim fundebantur, ut me per aliam viam, quæ securior foret, ducere dignaretur, quod eam per quam ambulabam suspectam dicerent, ac periculis plenam. Fateor tamen, quamvis id a Domino suppliciter peterem et summopere vellem desiderium in me sentire ad aliam quamdam viam in eundam, quia tamen animam meam ita melioratam videbam (nisi forte interdum, cum ob ea quæ mihi dicebantur, nec non ob timores, quos mihi incutiebant, mire angebar), in potestate omnino non fuisse mea

AUCTORE
V. D. M.

D
attamen tunc
temporis sub-
austera.



Porro cum
diu Deum pre-
cata fuisset

F

ut se alia via
duceret,

AUCTORE
V. D. M.

A mea serio id desiderare, esto identidem ipsum a Deo peterem. Quod enim me prorsus viderem mutata, hinc aliud facere non poteram quam me totam in Dei manus resignare, quod ipse sciret quid mihi conveniret; ipsumque ideo rogabam ut in omnibus sanctissimam voluntatem suam in me adimpleret. Videbam porro quod per hanc viam recta in cælum tenderem, ante vero recta ad inferos properassem; unde a me ipsa impetrare non poteram ut aut hoc ipsum desiderarem aut daemoniacam id illusionem esse crederem, esto quantamcumque possem, cum ad hoc credendum, tum ad illud desiderandum, diligentiam adhiberem; sed nequaquam hoc in manu mea situm erat. Quidquid agebam (si modo bonum aliquod opus facerem) hunc in finem Domino offerebam; adhuc pios quosdam Sanctos mihi in patronos deligebam, ut me hi ab illusionem diabolica eriperent; novendiales quoque peregrinationes hac intentione suscipiebam; serio præterea S. Hilarioni et S. Michaeli Archangelo me commendabam; quem hac potissimum de causa jam recenter mihi in patronum delegeram, serioque invocare inceperam: quin et alios non paucos Sanctos importunius invocabam, ut per illorum intercessionem veritatem Dominus ostendere dignaretur et hoc suis ipsi precibus a divina Majestate exposcerent.

Jesus Christus

B 188 Postquam ergo per biennium tam ego quam alii plurimi instantissime orassent, ut Dominus vel per aliam me viam conducere, aut rei veritatem declararet, eo quod me Dominus eo quo dixi modo sæpe alloqueretur; hoc tandem mihi contigit. Cum quodam gloriosi Apostoli Petri die festo in oratione versarer, videbam, aut ut melius dicam, sentiebam (oculis enim corporis aut animæ nihil penitus videbam), seu magis videbatur ipse Salvator noster Jesus penes me consistere, et videbam (ut mihi quidem apparebat) ipsum esse qui mihi loquebatur. Ego, ut quæ penitus ignorabam similem visionem fieri posse, initio magno concuti timore cæpi et indesinenter lacrymabar: ut primum tamen ad me reddendam securam cæpi loqui, pro more quieta, serenata et gaudio plena mansi, et omnis mox timor evanuit. Videbatur Dominus semper ad latus meum incedere, sed quia non erat visio imaginaria, hinc non videbam qua esset forma: nihilominus valde notabiliter percepi et sensi illum semper ad dextrum meum latus adstare ac testem oculatum esse omnium quæ agerem: et quamdiu vel minimum recollecta eram, vel non multum aliorum distracta, ignorare non poteram quod apud me esset.

sublimi quodam visionis genere

C 189 Sine mora valde afflicta et turbata confessarium meum adii, ut hanc ipsi visionem referrem. Is me rogavit qua illum forma viderem: respondi me illum non videre. Intulit unde ergo scirem quod esset Salvator Jesus: dixi nescire me; nihilominus non posse me non scire et intelligere quod apud me esset, et me hoc clare videre et sentire, eo quod animæ recollectio in oratione quietis multo major esset et valde continua, et effectus longe alii quam habere solebam; adeo ut res esset evidentissima. Unde alias super alias similitudines adferebam, ad me ipsam declarandam: sed ad hoc visionum genus declarandum, nullam sane dari posse putem quæ satis quadret vel apta sit. Nam cum hæc de maxime sublimium visionum genere sit, sicut mihi postea sanctus quidam vir magnique spiritus, F. Petrus de Aleantara appellatus (de quo postea uberius loquar), alique viri doctissimi dixerunt, nec non de numero earum in quas se demon minus ingerere et immiscere potest, hinc nobis indoctis verba non suppetunt et occurrunt ad illas hic in terra declarandas: litterati

autem et docti melius eas exponent. Si enim dixerō D me nec corporeis nec interioribus animæ oculis eum conspicerē, quia imaginaria visio non est; quomodo ergo scio et majore cum claritate et certitudine mihi persuadeo eum apud me esse, quam si oculis eum meis intuerer? Si enim dico videri perinde esse ac dum quis, quia in tenebris est vel cæcus, alium hominem apud se consistentem non videt, non satis hoc convenit; aliquam quidem similitudinem habet, sed ea satis parva est: ibi namque sensibus suis quis hominem præsentem sentit, vel eum loquentem incedentemve audit vel tangit; at hic nihil tale est nec ulla hic videtur obscuritas, sed per notitiam quandam, quæ sole est clarior, Dominus animæ se repræsentat. Non dico solem aut claritatem hic videri, sed lucem quæ sine ulla tamen lucis visione intellectum illuminat, ut tanto bono anima fruatur. Magna hoc præterea bona secum adfert.

190 Non est autem velut quædam Dei præsentia, qualis sæpe in oratione sentitur, præsertim ab iis qui orationem unionis ac quietis habent; sed hic statim atque orare incipimus, invenire videmur quicum loquamur, et etiam intelligere quod ipse nos audit, idque ex effectibus et spiritualibus ardentis amoris ac fidei et aliorum propositorum cum quadam cordis teneritudine, affectibus sensibusque colligere est. Est hæc singularis et magna Dei gratia, unde qui eam cœlitus accepit, permagni faciat oportet: est quippe valde sublimis orandi modus, sed non est visio; ut scilicet quis intelligat Deum ibi per effectus quos, sicut dixi, in anima operatur, adesse: nam per talem modum se Majestas ejus nobis patefacere vult: hinc liquido videre est Jesum Christum purissimæ Virginis Mariæ filium hic præsentem adesse. In alio illo orandi modo quædam dumtaxat Divinitatis influentiæ se exerunt; at hic præter illas influentiæ etiam sacratissimam Humanitatem nos comitari et benefacere nobis velle videmus. Petiit ergo a me confessarius: « Quis tibi » dixit id Jesum Christum fuisse? » Respondi: « Ipsemet sæpe id mihi dixit; imo vero, etiam antequam id ipse mihi diceret, menti meæ impressum fuit quod ipse esset: quin etiam ante hanc » impressionem ipse id mihi significabat, et tamen » eum non videbam ». . . . Quippe tam evidens ac certa, etiam non videndo, menti notitia imprimatur ut nullum superesse dubium queat. Vult siquidem Dominus id tam firmiter menti insculpi ut non magis de eo dubitare possimus, imo etiam minus, quam de eo quod oculis videmus. . . .

se ei præsentem sistit,

E

F

191 Paucos aliquot dies in illa quam dixi visione hæsi, quæ valde continua fuit, tantumque mihi profuit, ut ab oratione non discederem, imo omnia quæ agebam, sic facere allaborarem, ut non displicerem ei quem eorum testem et inspectorem esse tam aperte videbam: et esto subinde apud memet ipsa timerem, quod tam multa mihi in dies dicerentur, timor tamen hic diuturnus non erat, quod me Dominus securam redderet. Cum ergo quadam die in oratione versarer, placuit Domino suas dumtaxat manus mihi ostendere; quæ sane tam excellentis pulchritudinis erant ut eam verbis satis exprimere non possim. Unde cæpi metuere: omnis quippe novitas semper me initio valde timidam et pavidam reddit, quamcumque demum supernaturalem gratiam mihi Dominus præstet. Paucis post diebus, vidi quoque divinam ejus faciem; cujus aspectus plane me, ut quidem mihi videtur, absorbit. Intelligere non poteram cur se Dominus quasi per partes et paulatim magis ac magis ostenderet, cum postea gratiam mihi facturus esset, ut eum totum viderem: quoadusque postea intellexi, Dominum

dei manus et faciem,

A Dominum in eo se naturali meae imbecillitati conformasse et adaptasse. Sit ipse in aeternum benedictus : nam tam malum et vile subjectum tantam gloriam simul se exercentem ferre non potuisset; et Dominus, utpote qui id bene noverat, pro sua bonitate id ita disponebat. Videbor fortasse R. Vestrae magno, ad manus et faciem ita formosam aspi-ciendam, robore opus non habuisse : sed noverit oportet corpora gloriosa ita pulchra esse, tantamque undequaque gloriam spirare, ut rei tam supernaturalis et ita eminenter pulchrae aspectus hominem velut extra se rapiat, et velut dementem reddat. Hinc fiebat ut ita timerem, ut prae timore turbarer et consternerer; etsi paulo post plane secura redderer et certa, et ejusmodi in me sentirem effectus ut omnis mox timor abscederet.

ut deum totam Humanitatem suam et ostendit

B 192 Quodam die S. Paulo Apostolo sacro, dum Missam audirem, sacratissima illa Christi Domini Humanitas totam se mihi videndam exhibuit ea prorsus in forma qua e sepulchro gloriosus resurgens depingi solet, talem pulchritudinem et Majestatem praefertis qualem tunc in particulari R. Vestrae descripsi, dum id mihi exacte injungeret : quod sane satis mihi grave fuit; neque enim quis id dicere potest nisi magnam sibi poenam inferat : porro tunc id quod potui, optime et clarissime descripsi; quamobrem necesse non est hoc loco quae alias dicta sunt repetere : hoc solum dico quod, esto in caelo non aliud oculorum oblectamentum foret quam summa gloriosorum corporum pulchritudo, nimis quam magna ea gloria sit, praesertim ipsam Humanitatem Salvatoris nostri Jesu Christi videre : locum hoc habet quoque etiam cum se Majestas ejus hic in terra nonnisi secundum imbecillitatis nostrae capacitatem spectandam dat : quid ergo erit in caelo, ubi tanto bono simul et semel frui datur? Sed licet visio hae imaginaria sit, numquam tamen corporeis eam oculis intuita sum, uti nec ullam aliam, sed dumtaxat oculis animae. Qui vero majorem harum rerum peritiam habent quam ego, dicunt visionem de qua ante locuta sum perfectiorem esse hac, et hanc perfectiorem esse iis quae corporeis oculis videntur; tradunt enim hoc visionum genus inter visiones infimum esse, et plus illusionibus diabolicis obnoxium : quamquam id tunc quidem mihi persuadere non poteram; sed volebam quam maxime ut, quoniam hujusmodi mihi gratia fiebat, corporeis eam oculis possem intueri, ne confessarius mihi diceret oculos meos fascino detineri et illudi. Quin imo, cum illa jam praeterisset, quaedam incidebat mihi cogitatio (et illud quidem statim) num forte oculi mei delusi fuissent; et me torquebat et angebat quod id confessario meo significassem, mecum cogitans an non fortasse eum decepissem. Erat itaque hoc nova lacrymarum ac doloris materia; quare me ad eum conferebam et doloris mei occasionem narrabam. Rogabat is me an id tantum mihi ita videretur, an vero dato studio ipsum decipere voluissem. Ego sincere ei quod reipsa erat, dicebam : nam, meo judicio, non mentiebar neu mentiri volueram; imo ne quidem propter omnia quae in mundo sunt, unum pro alio narrassem. Noverat hoc ipse, atque me ad quietem reducere conabatur. Ita etiam a parte mea mihi grave et permolestum erat cum id genus nugis ipsum adire; plane ut nesciam quomodo suggerere mihi diabolus potuisset ut illud fingerem, quo me ipsa excrucierem et torquerem : sed Dominus ipse in hac gratia mihi praestanda et veritate hac declaranda ita festinabat, ut quanto-cius haec a me anxietas, et scrupulus an hoc non-nisi mera oculorum illusio esset, abscederet; ac

meum ipsa stuporem ac simplicitatem postea nimis quam aperte perspexi. Nam etsi ad multos annos mecum ipsa imaginando cogitarem quomodo rem tam speciosam effingerem, hoc tamen facere penitus nec possem nec scirem; longe quippe ea excedit omne id quod hic imaginatione cogitandove potest effingi.

AUCTORE
V. D. M.
D

193 Equidem declarare velim quo se Dominus modo in hisce visionibus spectandum det : non dico me ostensuram qua ratione in interiori sensu tam vehemens ac forte lumen, et in intellectu tam clara imago, ut vere ipse illic praesens adesse videatur, possit constitui : haec namque ad viros doctos spectat tractatio. Et noluit mihi Dominus modum quo id fiat declarare; adhuc adeo ipsa ignara et tam obtusi ingenii sum ut hactenus id intelligere non potuerim, quantumlibet id mihi alii exponere sint conati. Certum autem id est, quamvis R. V. me felici et acuto esse ingenio opinetur, stupido tamen et obtuso me esse : nam quemadmodum multis in rebus experta jam sum, ipsum non aliud aut plus comprehendit quam quod (uti dici vulgo solet) ei comedendum praebetur. Qui mihi a Confessionibus erat, subinde meas mirabatur ignorantias, nec unquam vel is mihi aperiebat vel ego scire cupiebam quo Deus hoc vel illud modo fecisset, aut hoc illudve esse potuerit : nec etiam id unquam interrogavi, esto, uti supra dixisse memini, jam a multis annis cum viris doctissimis agere consuevissem. Hoc porro rogabam, num quid peccatum esset, nec ne; at de reliquo aliud mihi opus non erat quam cogitare Deum omnia condidisse; ac videbam me nullam admirandi, sed magnam ejus magnificandi ac laudandi occasionem habere; imo ad devotionem potius me movebant res difficiles et sublimes, et quo illae erant difficiliore, eo movebar magis.

modo ineffabili,

194 Utinam vero, mi Jesu, indicare verbis possim quanta cum majestate te spectandum praebes et quam universi orbis terrarum, caelorum et aliorum mille mundorum et infinitorum mundorum ac caelorum quos creare posses, Dominum te esse ostendas : quos omnes anima, pro majestate quidem qua te videndum das, indignos et nihil prorsus esse intelligit, ut tu illorum Dominus sis et dicaris. Hic quoque clare apparet, mi Jesu, quam exigua et enervis diabolorum omnium sit potentia, si cum tua conferatur, et quomodo, qui te amicum habet, universam tartari vim et nequitiam possit proterere. Hinc quoque colligitur quam merito cacodæmones, te ad limbum patrum descendente, metuerint et mille alios infernos profundiores optarint in quos se abderent, ne tantam majestatem coram aspicerent : ac simul ipsa video, declarare te animae velle quam magna sit sacratissima illa Humanitas, Divinitati conjuncta, et quanta ejus potentia. Hic item apparet quid erit, in judicii extremi die hanc Regis hujus Majestatem, ejusque erga damnatos et reprobos severitatem intueri. Hic quoque vera est humilitas, quam in anima relinquit, quod scilicet suam ipsa miseriam intueatur : nam non potest eam non intueri. Hic denique confusio et verus de commissis peccatis dolor ac poenitentia : nam, quamvis amice se anima a Domino haberi videat, ubi se tamen ab eo abscondat nescit; atque inde est quod tota annihilatur.

atque ea majestate

195 Haec autem visio permagni facienda est et (ut mihi quidem videtur) nulli obnoxia est periculo; ex effectibus quippe colligi potest, nihil omnino hic diabolus posse. Ter quaterve (quantum memini) ipsum Salvatorem Christum hoc ille modo mihi representare voluit, in falsa ac mendaci representatione; formam quidem carnalem tunc assumit, at

qua demon apparere nequit.

AUCTORE
V. D. M.

A gloriam illam quæ formam hanc sequitur, cum a Deo visio hæc venit, imitari nequit: facit autem has representationes, ut veram visionem quam anima habuit destruat; sed ipsa ita illis resistit, itaque turbatur et nauseabunda fit et inquieta, ut omnem quam antea habebat devotionem et suavitatis gustum amittat, itaque prorsus sine oratione maneat. Hoc mihi ter aut quater in principio, sicuti dixi, contigit. Hoc ergo argumentum, uti et alia id genus, opponebam, me a dæmone illudi et fascinari (quod sanè perfrequenter mihi obiciebatur) dicentibus, nec non similitudines quasdam, prout poteram et prout eas mihi Dominus suggererat, adferebam; sed parum per hæc omnia evincere poteram: nam quod hoc in oppido multi viri sancti essent, quibus ego collata non nisi mera corruptio eram et putredo, quos Deus tamen per hanc viam non conducebat, statim ipsi mali quid de me suspicabantur; et peccata mea in causa fuisse videntur, ut hæc de me fama et suspicio, velut in orbem, ab uno ad alium obambulare; ita ut, esto id nemini præterquam confessario meo soli, aut iis quibus id ipse me declarare jubebat, aperirem, omnibus tamen passim res hæc innotesceret.

Sancta inde
virtutibus au-
cta,

B 196 Inter alia semel iis dixi, si qui de me hoc dicebant, mihi jamjam ab alloquio ejuspiam quem optime nossem venienti dixissent, hunc ipsum non esse revera illum quem putarem, sed id mihi duntaxat ita videri et hoc ipsis sole meridiano clarius esse, me hoc haud dubie potius credituram fuisse quam id quod videram: at si hic amicus præterea quædam mihi monilia, velut amoris sui pignora, in manus consignasset quæ ante non habuissem, meque jam divitem viderem, cum ante paupercula fuisset, non posse me id, tametsi forte vellem, credere. Addebam autem hæc me monilia etiamnum posse ostendere: quotquot enim me noverant, ad oculum videbant animam meam penitus immutatam esse: ut taceam idem quoque mei confessarii de me fuisse judicium. Hæc quippe mei mutatio omnibus in rebus ita manifesta et evidens erat, ut omnium in oculos passim incurreret. Dicebam namque, cum initio ita improba et peccatis assueta fuisset, me credere plane non posse dæmonem, si hoc ad me decipiendam et postea in tartara deturbandam faceret, tam contrarium ad hoc medium et viam usurpaturum, uti erat meas a me imperfectiones auferre et earum loco virtutes et robur spiritus suggerere: videbam namque sole meridiano clarius, me in momento hisce rebus in plane alium hominem mutatam esse.

amore creatu-
rarum se ma-
gis exult,

C 197 Inter mirabiles autem effectus quos visio de qua hic sermo est in anima Teresiae producebat, valde notandus, uti apposite hoc loco monet Yepes, ille est quem ipsa Vitæ suæ capite XXXVII describit his verbis: Ex Christi Domini nostri aspectu eximia illius pulchritudo mihi impressa mansit, eaque etiamnum hodie viva et integra memoriæ meæ inhaeret; ad hoc enim satis est cum vel semel conspexisse: quanto vero magis, cum toties hanc mihi gratiam Dominus facere dignatus sit? Ingens porro inde mihi mansit commodum quod jam referam. Eram gravissimo cuidam errori, e quo non parva mihi damna sequebantur, obnoxia; quod scilicet mox ut me ab aliquo vel aliqua, qui mire ad gustum meum faceret, diligi videbam, quamprimum ita erga ipsum afficerer, ut memoria mea mirabili quodam modo ad cogitandum de eo compelleretur ac velut traheretur, esto nullam per hoc Deum offendendi intentionem haberem; attamen libenter eum aspiciebam, ac de illo deque bonis quæ in eo notabam, cogitare mihi erat quam suavissimum. Erat hoc

adeo mihi damnosum, ut anima mea propterea in præsentissimo pereundi periculo versaretur.

198 Sed, postquam indicibilem Domini pulchritudinem aspexi, neminem omnino exinde vidi qui cum illo collatus mihi pulcher videretur, vel memoriam meam occupatam teneret: ita enim quoad hoc jam reddita sum libera, ut, cum vel solum mentis et considerationis oculos in imaginem quam animæ insculptam gero conjicio, ex eo tempore cuncta quæ video mihi abominabilia et fastidio esse videantur, cum excellentiis et gratiis quas in Domino hoc conspexi comparata. Nulla quoque est scientia, nullum item voluptatum genus, quod illius comparatione, hoc est cum vel unici verbi a divino illo ore prolati auditu comparatum, aliquo apud me sit loco: quanto vero magis, cum toties eum loquentem audiverim? Imo, nisi ob peccata mea Dominus faciat ut sui ipsius memoriam penitus amittam, minime posse fieri puto, ut quis ita memoriam meam occupet, quin, si modo vel paululum de Domino hoc cogitem, statim ab illius imagine atque impressione fiam libera. . . . Majorem erga hunc Dominum amorem et fiduciam concipiebam, postquam illum vidissem, utpote quæ tantam cum eo familiaritatem habebam et tam assiduo cum eo conversabar. Videbam illum, etsi esset Deus, etiam hominem esse atque hominum imbecillitatem non horrere, utpote qui fragilem ac miseram nostram conditionem, quæ per primum peccatum (quod ipse curaturus in mundum venit) ad lapsum valde prona est et facilis, probe perspectam habet. Esto meus sit Dominus, possum nihilominus cum illo agere tanquam cum amico. Satis namque intelligo eum non esse sicut illos quos hic in terra pro dominis habemus, qui omnem dominatum et magnificentiam suam in affectata et ascititia quadam auctoritate constituunt.

199 Et hunc quidem cæterosque visionum suarum effectus Sancta adversus contradicentes afferebat, ut ostenderet Dei esse opus quod in se ageretur. Confessarius quoque meus, uti modo dicebam, inquit ad finem capitis XXVIII, qui erat vir apprimè Sanctus e Societate Jesu (nempe P. Balthasar Alvarez), idem atque ego, prout postea intellexi, respondebat. Erat namque homo mire discretus magnæque humilitatis: hæc autem magna ejus humilitas multarum mihi molestiarum causa fuit; esto enim orationi esset addictissimus et satis doctus, sibi ipsi tamen non confidebat, quod se Dominus per hanc viam non duceret: unde ipse mea causa satis per omnem modum angebatur et torquebatur. Intellexi itaque dictum illi a quoquam esse ut sibi a me caveret, ne a dæmone, si quid eorum quæ ei dicebam crederet, deciperetur: afferebant ei ad hoc aliorum exempla: quod uti et alia omnia maximopere me cruciabat: adeo ut vereretur ne tandem invenire non possem aliquem qui mihi confitenti aures dare vellet, sed omnes a me velut profana fugerent: itaque in lacrymas tota resolvebar: sed Dei providentia ita eum permovit ut me patienter ferre et aures confitenti dare voluerit: erat quippe tam zelosus Dei servus ut ejus causa nihil non tentasset: quare ipse mihi consuluit ne Deum peccando offenderem, nec ab iis quæ mihi suggererat monitis et consiliis vel latum unguem deflecterem; et hoc si facerem, non esse quod vereretur ne ab ipso desereretur.

200 Semper is me animabat et quietabat; nec non mandabat ut nihil eorum quæ mihi accidebant ipsum celarem: quod et exacte observabam. Dicebat autem me, si hæc facerem, quamvis dæmonis hæc esset illusio, nullum ab ea damnum accepturam esse, quin imo fore ut Dominus e malo, quod animæ meæ is intentare vellet, bonum ingens eliceret:

licet cum sola-
retur confes-
sarius,

interea tamen,

E

F

A ceret : unde eam ipse omni qua poterat ratione perficere allaborabat. Ego vero, quia valde anxia et timida eram, ei in omnibus, quamvis imperfecte, obsequabar. Triennio et amplius, quo mihi, durantibus illis anxietatibus, confitenti aures dedit, satis molestiarum mea causa et per me passus est : nam in summis persecutionibus quas habui, et aliis pluribus in rebus, in quibus, permittente Domino, sinistre de me sentiebant et iudicabant (in quarum plerisque innoxia eram), semper ad ipsum recurrebatur : unde ipse, nulla sua culpa, mea causa diversimode insimulabatur. Et sane, nisi tantæ vir sanctitatis fuisset et eum Dominus corroborasset, tantis molestiis et obloquiis perferendis impar fuisset : hinc quippe pro me respondere debebat iis qui me in interitum ruere censebant, eique secus dicenti minime credebant : illinc vero me securam reddere, et qua laborabam anxietatem et timorem, alio majori timore mihi injecto, simul etiam me quietando dispellere.

interius anxietas magnus

B 201 Nam post singulas visiones, maxime cum quid novi in iis intercurreret, permittebat Dominus ut magnis timoribus et anxietatibus angerer : quod haud dubie inde procedebat quod tot peccata committerem et alias commissem. Ipse autem quam cordialissime et piissime me consolabatur ; et, si sibi ipse credere voluisset, equidem non tam multa passa essem : dabat enim ei Deus ut veritatem in omnibus cognosceret ; nam et Sacramentum ipsum, quantum credo, ei lucem suggerebat. Servi Dei quibus suspecta eram, sæpe mecum agebant ; et, quoniam ego quædam simpliciter et inconsiderate effutiebam, hinc hæc ipsa, secus quam ego illa protuleram, interpretabantur. Erga horum unum mire afficiebar : multis quippe nominibus anima mea ei obligata erat, eratque magna vitæ sanctimonia : unde summopere me torquebat, quod ab ipso me viderem non intelligi ; ipse autem de profectu meo valde sollicitus erat, et ut Dominus me illuminare dignaretur. Atque ita fiebat ut quod (ut jam dixi) inadvertenter et sine reflexione dicebam, id ex humilitatis defectu proficisci arbitrarentur ; et mox ut aliquam in me imperfectionem notabant (quæ sane non paucæ erant), quamprimum omnia mea ut mala interpretarentur.

et hominum obloquia patiebatur.

C 202 Proinde nonnulla me rogabant ; ad quæ cum simpliciter et sine ulla reflexione responderem, statim me putabant ipsos docere velle, meque ipsam ut doctam et versatam reputare. Quæ omnia mox ad confessarium meum referebantur ; nam revera de bono et progressu meo illorum nemo non laborabat : ipse autem quamprimum me objurgabat. Et hoc satis diu duravit, ut multis ex partibus afflicta essem ; verum gratiis quas mihi Dominus faciebat, corroborata, omnia pervincebam. Hoc ideo refero, ut pateat quam difficile et molestum sit, cum homo neminem habet qui in hac via spiritus sit versatus : nisi enim suo me Dominus auxilio in tantum suffulisset, nescio profecto quid mihi futurum fuisset. Erant sane nonnulla quæ nimis quam satis erant ad me ad insaniam redigendam : imo subinde eo me redactam sensi, ut quid agerem penitus ignorarem, quam oculos meos ad Dominum sustollere : nam bonorum virorum contradictio in improbam et imbecilem mulierculam (qualis ego sum) et meticulosam nihil (ut ita dicam) esse videtur ; inter omnes tamen afflictiones ac molestias, quas in vita mea habui maximas, hanc sane reputo gravissimam : fexit Deus ut Majestati ejus aliquod hac in re obsequium præstiterim : certa quippe sum eos, qui me condemnabant et adversabantur, insigne hac in re ei obsequium præstitisse, omnemque hanc operam ad

utilitatem et bonum meum assumpsisse et direxisse.

203 Hactenus S. Teresia. De anno autem quo descriptæ modo visiones contigerunt, ac de festis SS. Apostolorum Petri et Pauli in quæ inciderunt earum prima et quarta, non una est auctorum sententia. Yepes de prima visione loquens (lib. 1, c. xiii) refert S. Virginem, dum eadem frueretur, aliquot dies et quasi fero annum transegisse valde contentam ; quia non posset tam bona societas ac tam ordinaria non esse ei magno proventui. Cum tamen idem Præsul mox hæc subjungat secundam visionem, illam inquam manuum Salvatoris, paulo postea fuisse ostensam, non videtur integri prope anni intervallum ponere inter utrasque ; sed potius innuit breviores et interstitia per idem tempus fuisse alias imaginarias visiones, priorem vero illam, quæ imaginaria non erat, diuturniorem fuisse et magis continue menti Teresiae observatam. Cæterum festa de quibus movi questionem, hic scriptor non indigitat. Auctor Chronici (lib. 1, cap. xxiii, num. 7), cui consentit P. Fredericus a S. Antonio, laudatas visiones tanquam anno 1558 habitas perhibet, easque intra octo dierum spatium concludit, autumans primam incidisse in festum Cathedralis S. Petri Romæ, quod celebramus die xviii Januarii, et quartam in diem ejusdem mensis xxv, memoriæ Conversionis S. Pauli sacrum ; atque hanc opinionem suam ex ipsius S. Teresiae narratione confirmare nititur. Ac re quidem vera tres priores visiones, si verba Teresiana attendas, commode ad unam videntur hebdomadam reduci posse. Dicit namque Sancta se in prima visione paucos aliquot dies (Martinezium correxi, qui scripserat multos) hæsisse : Pasé algunos dias, pocos, con esta vision muy continua : dein, narrata visione manuum Salvatoris, affirmat se paucis post diebus divinum ejus vultum conspexisse : desde a pocos dias vi también aquel divino rostro. Verum quod meritiſſimus Chronici scriptor subjungit, paucos item dies inter ostensionem vultus et totius Sacrosanctæ Christi Humanitatis exhibitionem intercessisse, id non ita expresse a Sancta dicitur ; ac proin nihil prohibet quominus festa SS. Apostolorum majori intervallo alterum ab altero dissita admittamus, præsertim cum festum Romanæ S. Petri Cathedralis illo ipso tantum anno 1558, per litteras Pauli IV apostolicas octavo idus Januarii datas (Bullar. Rom. tom. I, pag. 832 edit. Luxemb.), fuerit Urbi Orbique restitutum : nisi forte ostendere quis possit, quod equidem nusquam reperi, id ipsum festum, quod jam tum, teste eodem Paulo IV, in diversis orbis Christiani, et præsertim Galliæ et Hispaniæ partibus, celebrabatur. Abulæ quoque vel in Ordine Carmelitano pridem celebrari consuevisse. Præterea, ut biennium, de quo sapius Sancta loquitur, quodque a discessu S. Francisci Borjæ ac P. Padranosii (vide § præcedentem) videtur inchoandum, confici queat, non ad annum 1558, sed ad annum 1559 referendas puto visiones de quibus agimus. Quod etiam ante me censuit D. Boucher, qui eas innectit anno 1559 media circiter sui parte elapso ; unde adoptandum esset vel primarium S. Petri festum xxix Junii vel festum S. Petri ad Vincula Kalend. Augusti, ac pro festo S. Pauli recurrendum vel ad diem Conversionis xxv Januarii vel ad diem Commemorationis xxx Junii 1560.

204 Porro visionem quam S. Teresia die festo S. Petri vidit, etsi omnium ejus visionum propriæ non fuit prima, in præcedenti numero interdum primam vocavi, tum ut eam a tribus sequentibus brevi vocabulo distinguerem, tum etiam quia ex mente Yepesii prima fuit quam Sancta intellexit a Deo processisse ; quia scilicet dum antea Jesum conspexit (ut num. 106, 115 et 116 vidimus), hoc ostensum,

AUCTORE
V. D. M.
Hæc visiones
ab anno 1559
D

E

F

in annum usque 1561 duravit.

AUCTORE
V. D. M.

A sum, utpote talium rerum adhuc ignara, quemadmodum ipsa testatur, pro visione non habuerat. Quod pertinet ad visionum speciem de qua hic agitur, et cuius descriptionem Sancta separatim directori miserat, non fuit hac semel ostensa, sed saepius, ut capite XXIX mox afferendo dicet, per duos annos cum dimidio, i. e. usque ad finem anni 1561; et quidem non raro in Sacra Hostia. Passim se conspiciendum sponsae suae dabat Deus-homo in illa forma qua e sepulchro surrexit: attamen interdum etiam vulneratum, coronatum spinis, cruce onustum vel eidem appensum, in agonia positum, etc., prout S. Teresia status exigebat. Atque hic quidem, nisi tractationem de oratione S. Virginis ad remotiorem paragraphum remissem, attentionem lectoris advocarem ad miram solertiam qua illico usurpatam a demone formam Salvatoris et falsas maligni illius spiritus consolationes e cauda sua serpentina Virgo vere prudens dignovit; et ostenderem quam pulchre inter se de regulis discretionis spirituum SS. Ignatii ac Teresia consentiant. Sed, his omissis, urgebo saltem aliquatenus fortissimum argumentum quo in hanc rem apud confessarium suum aliosque usa est: nempe morum suorum emendationem et talem in virtutibus solidis progressum qualis e diabolicis machinationibus progigni minime potuisset. Nimirum, quod hic tantum generatim allegat, tam manifestam fuisse, teste P. Balthasare Alvarez, vitae suae immutationem ut in omnium oculos incurreret, id in epistola sua, jam saepe citata, ad P. Rodericum Alvarez (tom. I, epist. 19) distinctius et per partes evoluit: ingentem se concepisse offendendi Dei timorem et generosam summæ ejus Majestati serviendi voluntatem; confessariis integre et prompte in omnibus rebus obedivisse; ex quo donis supernaturalibus frui cepit, tetendisse semper ad res maxime perfectas, et vehementer fovisse patiendi desiderium cum amore paupertatis, unde in omni tribulatione abundasse gaudio, et speciali dilectione erga persecutores fuisse affectam; vana gloria non amplius laboravisse, quia, licet Dei gratias non oblivisceretur, culparum tamen præteritarum potius retineret memoriam; demum laudem et honorem Dei atque animarum salutem, spreto rebus terrestribus, assidue concupivisse. Utique his signis, gaudio et ad Deum fiducia atque ineffabili caritate, ex doctrina magni Antonii (c. VIII Vitæ ejus, auctore S. Athanasio, apud Bollandum ad XVII Januarii), non infestatio satanæ, sed cælestis venisse scitur auxilium: quia securitas animæ præsentis Majestatis indicium est; at hostis infernus nec refovere novit, et usque ad profundam impietatis foveam, ut sibi homines prosternantur, impellit. Patientiæ vero et obedientiæ suæ insigne specimen S. Teresia exhibebit ad initium ejus qui nunc sequitur paragraphi.

§ XII. Varia confessoriorum de S. Teresiæ spiritu judicia, occasione illius qui contumelioso gestu apparitionem abigere jussit.

Continua et familiaris Dei apud Teresiam apparitio

Aequo longius, sic pergit Sancta Vitæ suæ c. XXIX, a proposita mihi via deslexi; decrevi quippe rationes tradere e quibus colligi posset visionem illam priorem imaginationem non esse: quomodo enim ipsi per operationem et conatum

intellectus ipsam Christi Humanitatem nobis re- **D**
presentare, et eximiam ejus pulchritudinem per imaginationem concipere possemus? Multo sane tempore opus foret, etiam ad imaginandum aliquid quod ei aliquatenus assimiletur. . . . Duobus annis et medio duravit quod hanc mihi Dominus gratiam ut plurimum præstitit; sed jam abhinc triennio et amplius, illam mihi hoc modo, per aliam longe sublimiorem (uti fortasse infra dicam), valde ordinarie abstulit; et licet viderem quod me alloqueretur, et ego summam illam pulchritudinem, et qua suavitate verba illa ore illo pulcherrimo et divino eloquatur (etsi interdum etiam rigorem præferat), considerarem, ac summopere desiderarem scire qualis oculorum ejus esset color, quæ eorum magnitudo, ut hoc aliis possem referre; numquam tamen id videre merui, et, quomodocumque id coner, semper frustrata sum; in eo ipsa visio potius penitus mihi deperit. Interdum quidem, fateor, video quod me blande et amice intueatur; sed aspectus hic tam est potens et efficax ut eum anima perferre nequeat, tamque repentinus mox eum raptus sequitur, ut, quo ipso toto ea fruatur, pulchrum hunc aspectum amittat. Adeo ut velle et nolle locum hic prorsus non habeat, et liquido appareat Dominum aliud non velle quam ut humilitatem ac nostri ipsorum confusionem hic exerceamus, et fruamur eo quod nobis datur, et laudemus eum qui id dat. . . . Quoties se Dominus mihi spectandum dabat, in ea pene semper forma apparebat quam habuit dum sepulchro gloriosus resurrexit: sic quoque in Sacra Hostia se spectandum exhibebat; nisi quod interdum, ad me in aliqua tribulatione positam animandam et corroborandam, sua mihi exhibebat vulnera, modo quidem in cruce positus, modo in horto constitutus, raro spineam coronam gestans, aliquando etiam crucem bajulans, idque (uti dixi) ob meas et aliorum necessitates, at semper corpus et carnem glorificatam præferens. In hoc autem aliis declarando multa opprobria, infamiam et molestias pertuli; saepe etiam propterea mihimetipsi timui, et ab aliis exagitata sum. Tam enim certo me putabant a demone incessam, ut nonnulli eum etiam exorcismis pellerent a me vellent; sed parum hæc morabar: cæterum grave mihi erat quod viderem confessarios meos a mea Confessione audienda deterreri, aut cum aliquid de me ad eos delatum sciebam. Cæteroquin numquam me pœnitere poterit quod cælestes **E**
has visiones viderim, et ne unam quidem illarum cum omnibus mundi hujus bonis et deliciis commutassem; semper quippe id ut singularem et magnam Dei gratiam interpretabar: et sane id maximus quidam thesaurus mihi esse videtur; quin et Dominus ipse saepe me securam esse jubebat. Videbam me in eo amando plurimum proficere: unde has omnes afflictiones meas illi queritabunda in oratione exponebam; neve ab ea umquam surgebam, nisi consolatione ac novis viribus acceptis. Illis autem me opponere non audebam, quia videbam contradictionem meam adeo non prodesse, ut obesset potius; nam illam ex humilitatis defectu oriri censebant: sed cum confessario meo tractabam, qui, dum me afflictam et mœstam videret, identidem me consolabatur.

206 Cum autem visiones increverent, unus illorum qui antea me juvabat (is cui subinde, P. Ministro impedito, confitebar) incipiebat dicere certum et evidens esse illusionem diabolicam esse. Is me jubebat, cum jam nulla resistendi esset ratio aut modus, quoties aliquam visionem viderem, crucis signum formare, demonemque pollicem ostendendo irridere, quod certo crederet demonis illusionem esse.

a confessario quodam jubetur contumeliosam repelli.

A esse, itaque fore ut non amplius ad me veniret; ceterum non timerem, Deum enim mihi auxilio futurum, et ab illusionem liberaturum. Grave hoc mihi erat et peracerbum: quod enim credere non possem quin esset Deus, idcirco hoc facere mihi horrendum et impium erat; nec, uti dixi, desiderare aut velle poteram ut hoc a me auferretur: nihilominus faciebam quod faciendum jusserrat. Deum itaque instantanter orabam, ut me, ne a dæmone deciperer, conservaret. Hoc identidem et assidue orabam, idque multis cum lacrymis; nec non SS. Apostolorum Petri et Pauli (quos Dominus, cum ipsorum die festo primum se mihi spectandum daret, me promisit servaturos et protecturos, ne a dæmone deciperer) opem efflagitabam. Unde eos sæpe quam clarissime ad latus meum sinistram adstantes conspexi, etsi non per visionem imaginariam. Erant ergo hi gloriosi Sancti singulares mei domini ac patroni. Illa autem pollicis ostensio mihi erat quam pœnosissima, cum hanc Domini visionem videbam: quando enim eum præsentem videbam, nullatenus mihi persuadere potuissem hunc esse dæmonium, esto me in frusta concidissent. Itaque erat hoc mihi grave tormentum et mortificatio; ac ne me toties signo crucis consignarem, crucifixum aliquem in manus sumebam. Hoc prope semper agebam; sed id convicii signum non tam frequenter usurpabam: erat hoc quippe mihi grave et permolestum. In mentem mihi veniebant injuriæ et sanna quas olim Judæi illi irrogarant, orabamque supplex ut factam ei a me illam injuriam ignosceret, cum eam non aliter usurparem quam ut obedirem ei quem in illius locum delegeram, mihiq; eam ad culpam non imputaret, cum hi ipsius essent ministri quos sua in Ecclesia constituerat. Ipse autem aiebat ut parum hoc morarer, adeo enim id culpam non esse, ut bene agerem illis obediendo; se vero effecturum ut rei veritas tandem palam pateret. Dum autem orationem mihi inhibebant, videbatur id ipse moleste tulisse: proinde dicebat responderem iis id meram esse tyrannidem. Adhæc, argumenta et rationes mihi suggererat, e quibus intelligerem non esse diabolicam illusionem: quarum aliquas postea referam.

Inquisitio de
ca contumelia
specie, quam
Sancta expro-
bat per dat
ligas.

B 207. *Varie a traductoribus expressum fuit genus injuriæ quo Sancta jussa fuit in Dominum Jesum sibi apparentem, tanquam si diabolus esset, illudere. Martinezius hic utitur vocibus exhibilio et per sannas explosio, et in versione Ribera adhibet phrasin sannis nasoque suspenso apparentem excipere. Arnauld d'Andilly scripsit paroles de mépris, verba contemptus; Chanut moquerie, irrisio, et etiam, quod melius est, signes de moquerie, irrisiois signa; P. Cyprianus a Nativitate Carm. Exc. in versione gallica Yepesi habet faire la nique, quod generatim significat illudere, subsannare, speciatim vero, secundum Dictionarium Trivoltense, contumeliose mentum porrigere, mentum alicui projicere; interpres Anglus S. Teresiæ bene adhibuit phrasen some exterior action of scorn, signs of scorn, signs of contempt. Sancta autem et ejus biographi Hispani non aliam phrasin usurpant quam dar ligas, quam interpres ejus Flander, P. Elias a S. Teresia, exacte expressit per de vyge geven, de vyge toonen, Germanus per die Feigen zeigen, Itali item per far i fichi, far le fische; prout gallice etiam stylo populari interdum dicitur faire la figue. Medio ævo usitata fuit dictio ficham facere seu ficus facere, ut ostendit D. Carpentier O. B. in supplemento ad Cangii Glossarium, allegans sequentia e Stat. Pallavic. lib. II, c. X, pag. 85: Ordinalum est quod si aliqua persona contra Dominum nostrum vel Dominam S. Ma-*

riam ejus Matrem vel aliquem ex Sanctis per Ecclesiam veneratis ficham fecerit, pro qualibet vice puniatur et condemnetur in libris quinque; et e litteris remissorialibus an. 1449 in Reg. 180 Charthoph. reg. ch. XLVII: Dictus de Remato cum ambabus suis manibus fecit ficus dicto Sermes, eum despectando, dicendo sibi: Je t'en fai la figua et t'en despige. Apud Anglos eandem dictionem non reperi; sed ei forte propinqua hæc est: I do not care a fig for him, non fici illum facio. Est autem ficha seu ficus signum manus ex se perquam contumeliosum: unde satis intelligitur quam grave Sancta acciderit mandatum signa hujusmodi adversus Jesum Christum edendi; et videbitur minus mirum, id quod quidam ejus biographi memorant, eam subter scapulari suo manum in hunc gestum compositam abscondisse.

208. *Relato hoc facto, laudatque S. Matris obedientia, equidem omni disputationi super eo confessarii præcepto supersederem, nisi multi, multa hac occasione disserentes, falsa non raro protulissent, ut in decursu hujus § patebit. Quare necesse duxi certa quædam principia ponere, factique circumstantias dilucidare. Mandatum præterea quod ei dedit confessarius faciendi signum crucis vel crucem in manu gestandi; nil enim ibi est quod carpatur, quia dæmoni id quidem exosum est, sed Christo Salvatore non injuriosum. Atque huc pertinet quod narrat Ven. Mater Anna a S. Augustino Carm. Exc. (Vita sua c. XXI), consilium sibi fuisse datum a S. Fundatrice ut Sanctis sibi apparentibus crucem rosario suo appensam porrigeret osculandam; id quod Dei Serva reapse executioni mandavit etiam erga S. Teresiam, cum hæc a morte sua gloriosa ei apparuit, atque erga ipsummet Salvatorem Jesum Christum.*

209. *Imago extraordinariis talibus modis menti objecta, aut certo judicatur a Deo provenire, adhibitis, ut suppono, prudentiæ regulis, quales sunt attentæ consideratio, fusæ ad Deum preces, quæsitumque e doctis viris consilium. Ac tunc utique talem imaginem conviciari nefas est; fas vero eam in honore habere. Aut certo æstimatur istiusmodi imago a diabolo immissa. Et tum, etsi Christus aut S. Eucharistia aut quilibet aliud repræsentetur, abhorrendus est hallucinator diabolus et conficta ab eo figura, sive angelus tenebrarum semetipsum transfiguret in angelum lucis Deumve, sive alio quocunque modo horum speciem referat. Ac certe ageret ille pessime et a peccato idololatriæ immunis non foret qui, abhorrens licet repræsentantem, talem imaginem actu veneraretur ob objectum repræsentatum: ut patebit e doctrina S. Thomæ et Patris Scaramelli, numero sequenti afferendam. Qui vero abstineret omni contemptu ob reverentiam erga figuram repræsentatam, sed et omni cultu ob horrorem a repræsentante, excusari forte posset ob scrupulum, quamvis inanem, quo falsam Christi imaginem, a diabolo ut medium et instrumentum ad hominis perditionem productam, distinguere non audet a sculpta pictaque Christi imagine, quæ ab homine facta, ut ita loquar, in termino est, sive quæ ex se non tendit in malum, sed quæ suum ipsa finem habet, qui est Christum depingere in phantasia hominis. Agit vero recte et prudenter qui, perniciosum omne cum diabolo commercium abrupturus, istiusmodi formam contumelia afficit, eo quod sciat, aut substantialiter sub ea latere diabolum, aut saltem eam quomodocunque ab immundo eo spiritu ideo esse effectam ut contaminetur homo qui ea capi se sinit. Centeni memorantur Sancti qui diabolum oblatante ab eo speciem contempserunt contemnere jusserunt, tametsi ferebat personam Sancti, Beatæ Virginis vel Christi, aut induerat formam Specierum Eucharisticarum. Unum alterumque di-*

AUCTORE
V. D. M.
D

Theologicæ in-
vestigatur, qui
homo se gerere
debeat erga
apparentem
sibi Christi
imaginem

E

primo si con-
stet esse a Deo;
dein si con-
stet esse a dia-
bolo;

F

AUCTORE
V. D. M.

A *taxat exemplum citabo. S. Philippus Neri censuit figuram B. V. Mariae, ab inferno hoste praesentatam, contumelia affici licite posse, discipulo suo Francisco Ferrariensi dicens: Non tibi Sanctissima Dei Mater, ut putas, sed demon ejus forma sese videndum obtulit. Itaque cum tibi ea visio denuo se objiciet, faciem ejus qui apparet, conspuere jubeo (in ejus Vita, auctore Gallonio, cap. IV). Neque aliter S. Pachomius, qui, ut videre est in Actis ejus apud Majores nostros ad XIV Maji (num. 55), cum diabolus sibi adstare sensit, quamvis Christum se esse assereret, non veritus est eam qualemcumque Salvatoris speciem; sed manum extendit, quasi illum apprehensurus, atque in faciem ejus insufflav.*

ac denum si
dubitetur an a
Deo, an a dia-
bolo.

210 *Aut tandem dubium est a Deo sit, an a diabolo, illa Dei Sanctae figura. Sanchez et Azor aperte docent nefas esse imagini, quamquam Deum referat, cultum tribuere, quoties ambigimus sitne demon necne, qui per imaginem loquitur. Ac tunc usuenit regula quam dat P. Scaramelli S. J. in Directorio mystico (tract. IV, n. 68). Non sinat, ait, animae moderator, ut is qui visionem habuit Jesu Christi, B. V. Mariae vel Sanctorum, eis prius venerationem cultumve praestet quam perpenderit ipse moderator diligenter dictam visionem rationesque quibus nitatur. Querit S. Thomas liceatne in apparitionibus aut visionibus Redemptorem aut ejus Matrem vel Sanctos adorare in actu quo ipsi sese exhibent oculis, phantasiae vel intellectui; ac respondet, si apparitio ista sit diabolica, ac veneratio exhibeatur cum expressa conditione: «Si tu es Christus, etc.,» nil ibi mali videri. At, si haec conditio abfuerit, censet venerationem istam eximi non posse peccato et culpa, quamquam habitualis semper subsit conditio qua reverentia non praestaretur, si sciretur demon latere sub ea figura: «Dicendum, quod non potest diabolus in specie Christi apparens sine peccato adorari, nisi sit conditio actu explicita. Non enim sufficit solo habitu: quia illa novitas rei insolite considerationem et attentionem requirit; sicut dicitur de B. Virgine, quod cogitabat qualis esset illa salutatio.» (in 3 Sent. dist. IX, quaest. I, art. II). Atque hanc S. Thomae doctrinam non deserendam dicit Benedictus XIV (de Beatif. et Canoniz. l. III, c. LI, n. 8); quam etiam confirmat e S. Bonaventura. At, si honorare dubiam eam imaginem non licet, ita nefas eam contumelia afficere; quemadmodum quidam ex Ordine Carmelitico theologus, a P. Frederico citatus, recte dicit: Absolute, nisi habeatur moralis certitudo demonis delitescens, non sunt facienda illa signa irrisionis et contumeliarum. Aliud est injuriari Christi imaginem, aliud cultum suspendere. Primum imprudentiae est, apparentem amicum, nondum inimicum probatum, conspuere. Secundum prudentiae est, probare an amicus sit, vel inimicus, qui apparet.*

Et inquiratur
historice, quae
de Teresiae
visionibus circa
1560 judi-
cium ferretur.

211 *His positis, priusquam bina super hoc argumento attingam Teresiae loca quae primo intuitu perperam interpretanda cuidam forte videntur, oportet inquirere ad quam e tribus iis classibus singuli, qui Sanctae conscientiam circa 1560 (quod tempus bene notandum est) moderabantur, miras illas in anima ejus operationes referrent, sive quinam existimarent Deum esse earum auctorem, quinam diabolum, quinam denique dubii haerent Deumne dicerent an diabolum. Imprimis quod ipsam Sanctam attinet, ipsa multis librorum epistolarumque suarum locis fatetur, sibi, quamvis visio durabat, intus persuasum fuisse a Deo cuncta haec profluere; ubi vero modice mens distrahebatur, angoribus se fuisse appletam, ut timuisse ne a diabolo laderetur: quem-*

D *admodum aperte de se vel decies affirmat a capite XXIII ad caput XXX Vita sua. Ergo primus corrigendus hic venit P. Fredericus a S. Antonio, qui l. I, c. XVI dicit Sanctam fuisse opinatam infallibiliter tenendum esse Deum sibi apparere: L'opinion della Santa e del Bagnez era infallibilmente d'abbracciarsi nelle circostanze sì gravi di morale interna certezza, che chi le appariva, era Dio. Qui autem Deo adscribenda primis iis temporibus censerent ea quae Sancta in se experiebatur, viz alii memorantur quam S. Franciscus de Borgia ac duo e Societate Jesu confessori, quorum alter S. Francisco in eo apud Teresiam munere praecessit, alter successit. Caeteri prope omnes suspicabantur technis eam irritam esse diabolicis; ita ut ipsa timeret ne tandem deesset sacerdos qui sibi peccata confitenti aures praebere vellet. Atque hoc quibusdam eoque persuasum erat, ut exorcismis in eam agendum esse decernerent, et ut quidam, sicut narrat Perottus (apud P. Fredericum loc. cit.), stola humeris injecta, ad solemnem cum actum jam properaret. Nominatim quinque vel sex viri Abulenses, ducibus Daza et Salcedio, postquam pluries ad deliberandum super Teresiae statu convenissent, tandem pronuntiarunt praestigiis eam ludi diabolicis. Non tamen inter devios hos consiliarios numerandi sunt Sanctae tunc temporis confessori, sicut perperam affirmatur a P. Petro ab Annuntiatione (in notis 3, 4 et 5 ad ep. 11 tom. II edit. Bruxell. 1742). Saltem de P. Balthasare Alvarez, quo tunc praecipuo, ne dicam unico, Sancta usa videtur fuisse confessorio, contrarium prorsus ipsa refert Vita sua cap. XXVIII.*

212 *Operae pretium est paucis hic referre quale ejus fuerit de Sanctae spiritu judicium: ex quo videtur, sin primae, saltem tertiae, dubitantium scilicet, classi esse annumerandus. Initio quidem judicium ejus erat omnino Sanctae favorabile, atque eam ex hac lege regebat. Postmodum vero, cum illud, de quo supra, sextumvirale tribunal severum suum decretum protulisset, et cum suas absentes vices confessorius ille qui Teresiam jussit apparitionem cum probro repellere, supplesset; P. Balthasar, qui junior sacerdos erat, pro sua humilitate ausus non est opinioni contraire tantorum virorum, quos ipsa Sancta zelosos, doctos, spirituales, insignesque Dei servos appellat. Interne quidem favebat Teresiae; sed, judicium suum quodammodo suspendens, ad speciem dirigebat illam e mente adversariorum, solitudinem ei dissuadens (quod fere cum illis fieri solet), removensque eam aliquamdiu (ad viginti dies, dicitur in vita P. Balthasaris) a S. Communione, ac sinens etiam ut antecessoris sui praeceptum, repellendi nempe contumeliose visionem, executioni mandaretur. Ea ratione P. Balthasar timidior forte fuit quam aequum erat; immerens tamen est durae castigationis quam P. Petrus ab Annuntiatione loco jam citato in Sanctae confessorios exaggerat. Atque eadem via perrexit humilis Pater, donec meliora consilia S. Petri de Alcantara evicerint in animo ejus auctoritatem Salcedii et aliorum quibus visus fuerat Teresiae spiritus reprobandus.*

213 *Nec in unum P. Balthasarem aciores sunt Aristarchi quidam, sed et modum plures excedunt in confessorium qui Teresiae male injunxit visionem arcere cum contumelia, victus, ut opinor, auctoritate aliorum, aut nescio quibus argumentis persuasus. Improbent, per me licet, properum ejus judicium; eis assentiatur, si solummodo dixerint ambigendi locum fuisse, et proin suspendendi judicii, tum ob Sanctae humilitatem crescentemque in dies ejus virtutem, tum ob contrariam ante, a S. Francisco Borgia praecipue, prolatam sententiam. Ast, recte ut judicetur, oportet*

ac spectatum a
P. Balthasare
Alvarez.

F

et dein ab illo
confessorio
qui Teresiam
visiones cum
probro abigere
jussit.

A oportet circumstantias perpendere. Scilicet audierant confessorii ex ipsius Sanctæ ore, dæmonem aliquoties se ejus visionibus immiscuisse (c. XXX et XXXI Vitæ); habebant consentiens sibi iudicium aliorum virorum valde spiritualium (quorum aliqui volebant vel ad exorcismos deceniri), ac nominatim sancti equitis Salcedii, qui quadraginta annos orationi institerat et ad magnam pervenerat perfectionem ac negotiorum spiritualium peritiam; videbant ipsam Teresiam, licet diceret se visionum tempore valde securam esse de Christi præsentia (id quod decepti quoque a dæmone homines non raro dicere consueverunt), tamen post eas visiones valde anxiam esse et timidam, maxime cum quid novi in eis incurrisset, prout modo ipsam narrantem audivimus, et etiam narravit anno 1560 in sua epistola ad S. Petrum de Alcantara (t. II, ep. 11). Hæc et alia, quæ suspicionem diabolicæ fraudis non injuria certe movere poterant, consideret diligenter velim quicumque de confessorio illo, a quibusdam scriptoribus tam graviter accusato, æquam cupit ferre sententiam. Exaggeravit utique nimium quantum culpam confessoriorum S. Virginis is qui (nota 2 ad ep. 11 tom. II) eorum consilium acerbum, et probationem quam de

B Sanctæ spiritu instituerunt, crudelem appellavit. Ac falso asseruit in opere suo: Innocentia vindicata, P. Joannes ab Annuntiatione, Generalis Carm. Exe., valde turbatum fuisse ab imprudenti confessorio serenum animum S. Teresiæ; dum ex ipsis S. Matris testimoniis decies et amplius repetitis luce clarius est prætentam illam serenitatem longe ab ejus animo per id temporis exulasse; nec solum tunc, sed etiam postquam S. Petrus de Alcantara eam quietam reddere studuerat. Atque idem Pater paulo post in eodem suo opere non minus falso affirmat Sanctam in edendis jussu confessorii istis contumeliosis signis tandiu perrexisse, donec P. Dominicus Bañez id eam deduceret, id est ad annum usque 1562. Etenim hæc assertio cum subsequenti S. Teresiæ narratione subsistere nequaquam potest; siquidem jam anno 1560 S. Petrus de Alcantara ei dixerat Dei spiritum esse qui agebat in ea.

cujus agendi rationem Sancta improbat binis librorum suorum locis.

214 Declaranda jam duo veniunt S. Matris loca in quibus de famoso confessorii jussu agit. Lectoris oculis hic ea subjicio, alterum e Fundationum capite VIII, alterum e Mansionis sextæ capite IX. Novi, ait ibi, tertia persona utens, quamdam quam confessorii ob hujusmodi visiones mirum in modum angustiabant et lancinabant; quæ tamen (ut videre postea fuit, et patuit e singularibus effectibus et bonis operibus quæ hinc consecuta sunt) a Deo proveniebant. Hæc ergo dum ejus imaginem aliqua in visione videbat, identidem se crucis signo iterato communicabat, apparentemque contumeliosis signis repellebat, quod id facere jussa esset. At postea, cum viro quodam comprimis docto, scilicet Fratre Dominico Bañezio, communicans, ex eo male id fieri, ac neminem id facere debere, audiit. Nam ubicunque Redemptoris nostri imaginem videmus, bonum est nos illi imagini reverentiam et honorem exhibere, tametsi ab ipso cacodæmone efformata esset aut picta; ipse namque egregius est pictor, et compendium nobis facit potius quam dispendium, dum obesse putat, si quando crucifixum aliquem aut aliam quampiam imaginem nobis ita ad vivum exprimit ut cordi eam nostro insculptam relinquat. Hæc porro ratio mirifice mihi placuit: quando enim egregiam et præstantem aliquam imaginem conspiciamus, esto eam ab improbo quopiam depictam sciamus, magni tamen ipsam facere non negligemus, de pictore autem parum laborabimus, ne nostra propterea imminuatur devotio. Bonum siquidem

aut malum non tam in visione quam in ipso vidente consistit, malum, inquam, si nullum inde cum humilitate fructum colligat. Hæc enim si adfuerit, nullum adferre visio, quamvis ipse appareret cacodæmon, damnum potest; si autem abfuerit, esto etiam a Deo sit, nullam asferet fructum. Si enim quod ad nos humiliandos conducere debet (cum nimirum hanc nos gratiam minime promereri videmus), vice versa nobis sit superbiendi occasio, aranæ adinstar erimus, quæ quidquid comedit, in venenum convertit, non adinstar apiculæ, quæ in mel cuncta transire facit. Dein exemplis id Sancta amplius declarat, suadens quam maxime obedientiam erga confessorium. Alter vero ejus locus e Castello animæ (loc. cit.) ita sonat: Vir quidam apprimè doctus dicere solebat, egregium pingendi artificem diabolus esse; addebatque, si is Dominum Jesum maxime ad vivum sibi repræsentaret, minime id sibi molestum fore, ut scilicet per illam figuram devotionis spiritum in se excitaret, et propriis dæmonem armis impeteret ac jugularet. Nam, quantumlibet imperitus et ineptus sit pictor, non propterea minus honorari et coli debere imaginem quam pingit, dummodo sit illius qui est unicum bonum nostrum, scilicet Jesu Christi. Unde non poterat non sumopere displicere illi, quod faciendum nonnulli suis consulunt, ut scilicet, cum aliquam vident visionem, illam contumeliose repellant: dicebat enim, nos, ubicunque Regem nostrum depictum videremus, ei debere reverentiam. Et sane merito cum sic censere video: nam etiam hoc in mundo quis indignaretur, si imaginem suam ab eo quem amicum haberet, id genus contumeliis et injuriis affectam sciret. Quanto ergo potius ac majori jure ipsam Domini crucifixi effigiem, aut aliam quamcumque Imperatoris nostri imaginem semper nos revereri par est? Esto hac de re alio in loco scripserim, volupe tamen et jucundum mihi fuit ipsum hic repetere; eo quod quamdam, cum hoc remedium sumere jussa esset, permultum inde afflictam vidi. Nescio quis hunc primo modum adinvenerit, adeo ad torquendum proprium et aptum, et quidem illam quæ nil aliud facere valet quam obedire, si tale quid confessorius faciendum suadeat, et quæ se perditum ire putet, nisi ei suadenti morem gerat. At meum consilium est, quamvis ipsi quid tale suadeant, hanc illis cum modestia et humilitate rationem depromatis, et remedium id non sumatis. Summopere vero mihi quadrarunt bonæ illæ rationes quas mihi suggestit is qui de hac re mecum tractavit.

215 Difficultates horum locorum enucleaturus, præmitto nonnullos esse qui sequentem sustinent sententiam, quam ego existimo vix esse probabilem ac practice judico esse periculosam, et quam, ut mihi videtur, mens humana refugit amplecti, absolanque judicat. Scilicet quidam S. Teresiæ interpretes ac biographi, nec non quidam theologi qui crude nimis S. Matris verba intelligunt ac ita intellecta perperam propugnant, præfracte affirmant ab ipsa doceri imaginem Christi, etiam quæ sit ac sciatur a dæmone esse efformata, semper esse reverendam. Unde consequens est ut, si cui ipse dæmon appareat protentamque teneat Christi figuram aut eam delineet in pariete, recte ille cui apparitio fit eam adoret, imo adorare debeat, non moratus malignum spiritum qui eam effingit atque exhibet, quia ubicunque Regem nostrum depictum videmus, ei debemus reverentiam. P. Fredericus (l. 1, c. XVI), Montoya (Diss. 1, p. 189) aliique plures cum sensum in præfatis S. Teresiæ verbis reperire se putant, ut patet aperte ex iis quæ indicatis a me locis binis illi auctores disserunt. Neque disputatione opus foret, si tantum

AUCTORE
V. D. M.
D

E

F

Ex iis tamen locis non debere concludi Sanctam velle, ut adoretur Christi imago, quæ noscitur a dæmone exhibita.

AUCTORE
V. D. M.

A tantum sustinerent a Sancta doceri imaginem quae a Deo immissa iudicatur, coli posse; nam de hoc inter omnes theologos convenit, cum hac sola accidentali in eorum sententiis discrepantia, quod alii actualem conditionem (Si tu es Christus) velint praemittere, dum alii contenti sunt habituali. Igitur, quod appropinquare notari debet, illi scriptores tenent Sanctam non solum prohibere quominus tale diabolicum phantasma explodatur; neque solum tradunt eam non sinere ut abstinetur, ut a contumelia, ita et a cultu; quamquam ipsa Ecclesia praeceptum sacras imagines venerandi nobis proponat dumtaxat, ut theologo loquuntur, negativum, id est non inferendi iis injuriam aut irreverentiam, et tantum praeceptum affirmativum, id est tribuendi iis debitum cultum, pro temporibus necessariis, ita ut nemo sit obligatus ad cultum singulis imaginibus exhibendum; sed praeterea contendunt ipsam cupere ut actu istiusmodi phantasma honoretur, quia Regi nostro debemus venerationem ubicumque eum depictum videmus, non attendendo ad improbum pictorem. Ast isthaec opinio ob plures gravesque rationes rejicienda videtur; et proin illa, si per congruam interpretationem ullatenus liceat, eximi S. Teresia debet, cum illuminatissima mysticae theologiae magistra fuerit, nec quidquam in scriptis ejus censores, qui ante beatificationis processum ea examinarunt, perstrinxerint. Ecce summam aliquot quae contra militant argumenta.

B 1^o Mens humana, ut dixi, insitum sentit horrorem a tali in rebus praesertim sacris cum daemone commercio. Quae conventio Christi ad Belial? 2^o Sancti, v. g. Philippus Neri et Pachomius, de quibus supra, S. Martinus Turonensis (apud Sulpicium Severum, in Vita ejus n. 25), alique quam plurimi daemones semper abominati sunt, quacumque eis apparuerit forma, sive sacra sive profana. 3^o S. Thomas, S. Bonaventura, Benedictus XIV, et summa, quotquot sunt, theologiae disciplinae lumina tam procul absunt ab illo opinionis, monstrone dicam an commento, ut etiam in iis apparitionibus quae Deum videntur habere auctorem, vel sub reatu peccati appositam expresse velint conditionem: Si tu es Christus. 4^o Periculum inde seductionis maximum. Unde S. Athanasius, exponens illud Lucae IV, 35: Increpavit illum dicens: Obmutesce, sic ait: Quamvis vera fateretur daemon, tamen Christus ejus sermonem increpavit, ne simul cum veritate etiam suam iniquitatem promulgaret, et ut nos assuefaciat talibus negligendis, etsi vera loqui videatur. 5^o Omne cum daemone consortium superstitio est, dicente S. Augustino (lib. II de Doctr. Christ.): Quidquid procedit ex societate daemonum et hominum, superstitiosum est; nec verente Gersonio scribere, (prop. XVIII Trilogiae Astrologiae theologizatae): Non est licitum participare cum eis (angelis malis), tamquam excommunicatis a Deo et Ecclesia tota, et quia fallaces sunt, fallere semper cupientes, non juvare: unde, juxta proverbium vulgi, « ludunt ad » falsam societatem. »

uno et altero
argumento,

216 Haec igitur cum ita sint, indagandum solenter est an S. Mater istam opinionem ita profiteatur, ut nullam aliam justam interpretationem verba ejus ferant. Atqui hujusmodi reperiri posse, ac proin admitti debere, conficietur ex iis quae dicturus sum. Sancta, fateor, primo quidem intuitu videtur dicere se rationibus Banezii inductam fuisse ut autumaret numquam esse licitum imagini Christi illudere, etiam si sit a diabolo immissa, sed eam semper esse reverendam, etiam quando sit atque sciatur a maligno spiritu esse efficta. At scrutanti penitus sensum illorum locorum Sancta censebitur loqui de talibus solum visionibus in quibus vage dubitari forte possit an tunc

a Deo an a diabolo, et in quibus homo, bona fide procedens, imaginem veneretur cum habituali saltem ea conditione: Si tu es Christus; ac minime censebitur loqui de imagine certe a diabolo objecta, quam colendam diceret; imo non invenietur ipsa ibi affirmare, in positivo dubio (id est in quo homo, post tentatum conscientiae dictamen, est adhuc perplexus, haeretque, ambigens a Deo credat imaginem an a diabolo) licite adorari imaginem posse. Primum autem, quod solum mihi contra plures S. Teresiae interpretes probandum est (nempe eam non docere Dei honorandam esse imaginem quae noscitur a daemone esse efformata), sequentibus stabilio argumentis, notans praevie plures traductores non ubique id omnino reddere quod textus hispanus habet. 1^o Expressis verbis Sancta eam opinionem nullibi ita profert, ut benignior interpretatio recusari possit: ad quod facit initium citati prioris capituli, ubi liquet eam loqui de dubia visione quam a Deo venisse postea constitit. 2^o Quod si S. Teresia imaginem Christi menti in visionibus objectam compareret cum imagine amici qui hac sprete indignatur; haec, ut quaecumque alia comparatio, claudicat. Innoxia enim est illa amici imago quae ab amico spernitur, et in qua se spretum juste ille indignatur. At pseudoimago Dei, quam infernalis ejus adversarius effingit ut hominem perdat et ut Deum amuletur divinosque honores capiet, noxia est, saltem in intentione daemonis illam usurpantis. Quare, contra ac fit cum amico illo, non est sane cur Deus offendatur illi qui falsam suam talem imaginem temnit, et ita artes maligni spiritus eludit. Sic ipse Christus pluries in Novi Testamenti libris etiam tunc daemones cum probro repulisse illiusque os obturasse legitur, quando impurum illud monstrum ejus laudes deprædicabat. Porro, quando Sancta loquitur de Christi imagine ab homine picta sculptave, attendendum est aliam plane hujus habendam esse rationem, quam istius ementiti a diabolo phantasmatis: quum ibi agatur de imagine mortua, hic vero de viva quae loqui valet ac seducere, et quae a diabolo ea mente, ut hominem seducat, usurpatur et exhibetur; dicentibus Salmanticensibus: Cum frequenter per talem imaginem daemon animam alloquatur, si ejus verbis credat, facile deceptionem patitur (Theol. Mor. t. V, c. VI, n. 21): quod patet ex historia Secundelli, apud S. Greg. Tur. (de vita Patrum, c. X), et Valentis, apud Palladium (in hist. SS. Patrum).

217 3^o In illa tandem phrasi, quae praecipue difficultatem movere posse videtur: Ubicumque Redemptoris nostri imaginem videmus, bonum est nos ei reverentiam et honorem exhibere, tametsi ab ipso caecodamone efformata esset aut picta; ultimae voces duplicem interpretationem ferunt. Nempe sonare possunt: Tametsi per accidens, et eo qui ipsam colit inscio, ab ipso daemone formata esset; aut: Tametsi certo sciretur ab ipso daemone formata. Prior autem praeferenda est, non solum quia sinceris theologicis principiis conformis est (dum altera eis est difformis); sed et quia prior sensus, e circumstantiis quas modo explicabo, naturaliter judicari potest continere doctrinam qua Sancta a Banezio instruenda fuit, ac proin eam quam Sancta hausit, et quam exponere hic etiam voluit, siquidem non aliam ipsa hic quam Banezii doctrinam profitetur, nec aliam quam ipsum dictorum suorum vadem citat. Hujus autem doctrina non e litterali dumtaxat S. Matris narratione colligi debet, verum e circumstantiis quoque in quibus tum Banezius tum Sancta versabantur. Ergo fuge, aut magis recordare, rerum adjuncta in quibus anno 1562 et ab ipsa petiit et a Banezio datum id consilium seu responsum fuit. Quenam autem illa erant? Quod S. Matrem attinet, eo jam tempore ex ejus in virtutibus

ac etiam ter-
tio, probatur:
F

A tibus ac speciatim in humilitate progressu, atque e testimonio sanctissimorum et perspicacissimorum virorum, plane constabat bono eam regi spiritu. Nec tamen ipsius ita sedata erat mens ut non frequenter adhuc ageretur, sive ob contraria sibi data olim a Salcedio aliisque consilia et praecepta, sive ob profundam suam humilitatem, qua mens ejus refugiebat credere tantis sese cœlitus donatam esse charismatibus. Quoad Bañezium vero, cui utrumque hoc exploratum erat, nempe Deum in ipsa operari, et nihilominus eam crebro ac graviter adhuc conturbari, partes ejus erant, non præterita disserere, sed præsens præbere consilium, ac remedium suppeditare componendorum animi ejus motuum. Indubie Sancta ei aperuerat ab altero sibi olim declaratum fuisse confessario daemonem esse qui eam vexaret, ac sibi fuisse injunctum ut apparentem propulsaret infami gestu. Hæc igitur cum ita essent, Bañezius, ut e tota S. Matris narratione colligitur, non minus sagaciter quam prudenter id præstitit quod præstare oportebat. Scilicet in eo cum ipsa colloquio ponere non voluit theologicas de apparitionibus theses, singulis quibusque, sive illi sint a damone, sive a Deo inspirati, promiscue applicandas; sed protulit sua sensa oratoris more (nam etiam in privata confabulatione eloquentia artes, intra limites veri, valent ac licent), atque anxie ejus menti omnia illa quæ utroque citato S. Virginis loco supra legere est, suggestit, ut eam pacatam redderet; omnino sano aliter locuturus, si a damone eum ludi, infernalemque hostem sub specie Christi illi se exhibere novisset. Neque profecto secus ac Bañez, sagax quisque conscientiarum moderator agit; qui, veritatis licet observantissimus, aliter tamen scrupuloso loquitur, aliter dissolutus, apud unum argumenta tacens quæ apud alterum exaggerat. Consequens ergo est posse Bañezii consilium ad hæc reduci verba: Oportet tranquilla sis, etiamsi a damone efficta esset imago. Atque naturali hac explicatione Bañezius vindicatur, cui, utpote doctissimo inclytoque theologo, nefas est sine aperta causa affricare absurdam istam opinionem, ac si voluisset Christi imaginem etiam tunc coli debere quando constat diaboli in ea latere substantiam, aut saltem fascinationem dolosque a diabolo ad hominis ruinam structos ei subesse.

218 Atque etiam ut S. Teresiam in præfatis binis locis rite intelligamus ac juste interpretemur, eæ rationes atque circumstantiæ ante oculos versari debent. Ad quod quia non satis attenderunt aliqui qui crude nimis S. Matris verba exceperunt, principia theologica protulerunt a Bañezii atque adeo ab ipsius S. Matris mente aliena, et opposita iis principis quæ supra stabilivimus auctoritate nixi S. Thomæ aliorumque insignium theologorum. Quin idcirco ipse P. Fredericus, accuratus cæteroquin scriptor ac Matri suæ devotissimus filius, non sat recte nec sat favorabiliter cernitur hæc loca commentatus esse; atque insuper e tribus propositionibus quas interpretationi suæ subnectit, prima prorsus est erronea. En qui post citata à se bina S. Matris loca ipse ratiocinetur: Non omnes forte approbabant eam Sanctæ ac Bañezii argumentationem, dicentque aliud esse honorare picturam quæ sine diaboli ope existit et conservatur, aliud venerari internum phantasma quod a diabolo efformatur et a diabolo, ut ita loquar, in sua essentia et in sua conservatione dependet, neque tendit ad alium finem quam ad damnum ruinamque hominum. Interim opinio S. Matris propugnatur a gravibus et claris theologis, ipsius filia. Quod si mihi licuerit meum promovere sensum, dicam videri mihi theologos, inter oppositas apparenter quas tuentur propositiones,

in hac mea convenire sententia: scilicet, 1º quod S. Matris (hoc paulo ante ego refutavi) ac Bañezii opinio fuerit infallibiliter in tam gravibus morales certitudinis circumstantiis esse tenendum Deum fuisse qui ei apparebat, etc.

219 P. Fredericus in hac sua propositione male confundit tempora. Judicium enim Bañezii, latum anno 1562 (siquidem ipsemet Bañezius testatus est in processu canonizationis se non novisse aut vidisse Teresiam ante annum 1562), perperam applicat ad annum 1558 (huic nempe anno memoratum confessarii jussum ipse innectit), quo alia omnino quam anno 1562 erat judicandi ratio. Illo namque temporis intervallo, ut notat P. Montoya (Diss. I, pag. 192), Seraphinus transverberarat S. Virginis cor (anno 1559, e P. Frederico l. I, c. XVI, cujus chronologiam hæc citando sequor), mirabilesque id prodigium in anima ejus reliquerat effectus; Sancta arduum, consciis confessariis suis, emiserat votum faciendi semper quod perfectius erat (anno 1559 aut sequenti, ibid. c. XVIII); S. Petrus de Alcantara singulariter approbat spiritum quo Sancta agebatur (anno 1560, ibid. c. XX); demones, qui visibili eam forma invadebant, expugnavat (anno 1560, ibid. c. XXI); S. Petrus de Alcantara et S. Ludovicus Bertrandus consilio ejus de reformando Carmelo applauserant (anno 1560, ibid. c. XXIII); P. Petrus Ibañez illius spiritum examinavit et probavit (anno 1560, etc., ibid. c. XXIV); ac, ut pleraque alia argumenta omittam, Sancta sororis suæ filium ad vitam revocavit (anno 1561, ibid. c. XXV). At, si ad anteriora prodigiis iis tempora te vertas, ad annum, inquam, quo P. Balthasar Alvarez explorabat quali Teresia mota esset spiritu, et quo substitutus ei confessarius suadebat improbat ista signa edere, quis neget tempora illa pro confessariis fuisse molestiarum et incertitudinis plenissima? Scilicet demon, indutus formam Christi, pluries Teresiam seducere conabatur (Vitæ c. XXV, n. 6, et c. XXVIII, n. 9); tot spirituales viri, fide dignissimi, declarabant a diabolo cuncta procedere; Sancta, quæ nondum intellexerat qualis sua esset oratio, neque ejus explicandæ donum acceperat (ibid. c. XXIII, n. 5), præ humilitate confessarios suos serio monebat, caverent sibi, ne, quantumvis invita et nolens, eis forte imponeret (ibid. c. XXX, n. 9). Ex his igitur evidens est aliam plane judicandi rationem fuisse anno 1558, aliam vero 1562. Constat posteriore hoc tempore P. Balthasarem Alvarez dudum jam omnem hæsitacionem excussisse; atque probabile valde est illum alterum confessarium, qui Sanctæ auctor fuerat repellendi apparitiones cum probro, et ipsum non jam tum amplius condemnasse Sanctæ spiritum. Quin probabiliter suspectant P. Fredericus (l. I, c. XVI) et Montoya (Diss. I, p. 202) confessario huic ipsi, vel si forte non ei, cuidam alteri e Sanctæ nostræ censoribus, accidisse rem quam modo, ut a multis traditur, narro. Apparuit ei nocte quadam Redemptor noster, et sui ostensione magnum stuporem incussit. Mane facto convenit vir bonus Teresiam et quid factum sit docet. Mi Pater, ait, ne credideris. Numquid Christus volet tibi apparere? Cave, quæso, credideris. Instat ille, argumenta adducit quibus sibi persuadeat Christum vere a se visum. Tum Sancta: Intelligas igitur velim, quomodo tu credis tuas visiones esse certas, sic alios quoque qui te consulunt, suas visiones pro certis habere. Qua responsione Patris illius de Teresia æstimatio fuit immutata, Domino scilicet ita promissionem implere incipiente quam sponsæ suæ fecerat, effecturum se ut rei veritas tandem palam pateret. Ex his igitur omnibus quas conglobavi rationibus sequitur, opinio-

AUCTORE
V. D. M.
D

qui insuper
Bañezii de Te-
resia judicium
anni 1562 ma-
le retorquet ad
annum 1558.

E

F

ita ut hic recen-
dendum sit ab
interpretatio-
ne multorum,
ut ipsius etiam
P. Frederici.

G

AUCTORE
V. D. M.

A nem Bañezii invocari non posse, quando agitur de anterioribus confessorum opinionibus explicandis aut conciliandis. Interim tamen illud probe notari potest et debet, memoratum superius Bañezii dictum, stricto sensu sumptum (quo sensu etiam a S. Teresa sumptum fuit), imaginem solummodo respicere ut signum qua signum : quod patet e Sanctae verbis : Dummodo sit illius qui est unicum bonum nostrum, scilicet Jesu Christi. Atque hoc sensu daemon tantum habetur ut pictor utque materialiter solummodo et extrinsece concurrens; eoque pacto cultus nullatenus in imaginis suppositum refertur, quod theologi communi calculo damnant. Sed tempus est paragraphum hunc claudere quem paulo prolixiorum sibi evadere, quia plures graviorum scriptorum errores erant corrigendi, et quia haec disputatio plurimum conducet ad explicandum S. Virginis in longa hac interiori lucta statum, totumque animae ejus habitum; multo autem maxime quia absona ei affligebatur opinio, qua, si congrua interpretatio admittatur, liberari potuit.

Dicta confirmantur ex P. Liberio a Jesu.

B 220 Hic a me absolutus erat paragraphus, cum incidi in tomum VIII Controversiarum (edit. Mediolanensis, 1757) P. Liberii a Jesu, qui p. 1014 et seq. hanc questionem tractans, eam quam tuitus sum sententiam sequitur. Inter alia enim sic dicit : Status controversiae non est an liceat adorare imaginem Christi vel augustissimae caelorum Reginae, sub qua delitescat daemon, si hoc certo sciatur; nulli enim dubium est hoc esse pravam : sed sensus est an, quando ignoratur an imago elaborata sit a daemone, possint illae imagines absolute adorari, seu nullo examine praemisso. Dico : absolute, hoc est sine examine, non est deferenda adoratio imagini sub qua delitescit daemon, et graviter peccat qui aliter agit. Idque postquam probavit e S. Scriptura, e S. Thoma et e S. Bonaventura; hanc sibi objectionem facit et solvit : Licet adorare imaginem Christi elaboratam a pessimo sculptore ad finem pravam; ergo licet adorare imaginem (sine ulla conditione) a daemone efformatam interius animo decipiendi: nam daemon se habet ut pictor efformans imaginem; adoratio autem non fertur in artificem, sed in exemplar oppositum. Certe non videtur major ratio de imagine interius elaborata, quam exterius in tela vel argilla : at hanc secundam liceret adorare absolute, etsi a daemone fabrefactam; ergo et primam. Hanc doctrinam approbat Mater nostra

C Mansioni vi, cap. ix, reprehenditque imperitos jubentes his imaginibus contumelias fieri. Resp. Neg. Conseq. Quia in casu imaginum interiorum, quarum fieri, esse et conservari dependet ab opere diaboli, daemon non se habet pure extrinsece velut pictor et artifex, sed ibidem delitescit et praesens est; ideo adoratio non solum fertur in exemplar, sed virtualiter in ipsum daemone, utentem imagine boni ad decipiendum : est enim haec species quaedam societatis cum nostro hoste. Porro, nedum societas formalis, sed etiam materialis, ut accidit in aliis rebus superstitiosis, illicita est. Adde quod argumentum probaret licere adorationem etiam quando certo sciretur delitescere daemone, sicut licet quando constat ab infami pictore certo elaboratam fuisse imaginem. Secundum exemplum imaginis permanentis a daemone factae recte quadrat cum exemplo pictoris : et tunc conceditur licere adorationem, quia pure extrinsece se habet; et hoc sentit N. S. Mater ducta exemplo pictoris. Caeterum absolute, nisi habeatur certitudo moralis demonis delitescitis, non sunt facienda illi signa irrisoria et contumeliarum. Aliud est injuriis afficere Christi imaginem, aliud

cultum suspendere : primum imprudentiae est, ap-
parentem amicum, nondum inimicum probatum, conspuere; secundum vero viri prudentis est, probare an amicus sit vel inimicus qui apparet.

§ XIII. Videt Sancta adamantes in cruce sua, et Angelum qui cor ejus transfodit. Votum nuncupat faciendi semper quae Deo gratiora viderentur.

Ad majora nunc devenimus charismata quae eodem tempore Deus in ancilla sua operari dignatus est. Cum aliquando, ait Sancta capite xxix Vitae suae, crucem quae de rosario pendeat, in manu haberem, sua ipse manu eam meae eripuit; cumque eam mihi deinde redderet, e quatuor ingentibus compacta erat gemmis, quae multo, sine ulla comparatione, adamantibus erant pretiosiores, et, quantum videre est, pene supernaturales; imo adamantes fictitium et imperfectum quid esse videntur, comparati cum gemmis in cruce illa apparentibus : praeferebant autem haec quinque Domini vulnera quam scitissime expressa. Aiebat autem deinceps me crucem hanc ut gemmeam visuram; et ita revera factum est, ut scilicet non lignum e quo confecta erat, sed hasce gemmas viderem : ut illas nullus videbat quam ego. Ut Ribera, Chronicum aliique tradunt, Joanna de Ahumada, magni valoris hujus crucis conscia (non autem ignara, sicut Chronici gallica versio habet), multis precibus hanc a sorore dissimulanter extorsit. Et addit Chronicum eam crucem apud Carmelitanas Vallisoletanas (contra ac P. Fredericus dicit : apud Madritenses) in ditissima theca argentea contineri, ac multorum miraculorum esse operatricem, quorum unum leges apud Riberam lib. 1, c. vi, et apud Yepes lib. II, c. xxxix.

Adamantes in cruce sua videt Sancta.

222 Gratiae indies, ita pergit Sancta, mihi uberius et copiosius dabantur; cumque me distrahere conarer, nullatenus me poteram ab oratione divertere, adeo ut etiam inter dormiendum orare viderer : hic quippe amoris erat incrementum, et mea cum Domino expositio, et quod id ferre non possem; nec in mea manu erat (etsi id et vellem et ad hoc maxime conniterer) de eo non cogitare : nihilominus, quantum poteram, obtemperabam; sed in hoc parum aut certe prorsus nihil poteram. Et Dominus ipse numquam hoc a me abstulit; sed, esto ut id facerem suaderet, ab alia tamen parte reddebat me securam, docebatque quid ipsis responderem (uti et modo facit), tamque sufficientes et praegnantibus mihi dabat rationes, ut plane me convincerent et securam redderent. Non multo post incepit Majestas ejus (ut mihi promiserat) evidentius ostendere se esse qui mihi apparebat : etenim tam ingens et ardens Dei amor in me crescebat, ut quis cum mihi inderet prorsus ignorarem; erat is namque quam maxime supernaturalis, nec ego ad eum ullatenus connitebar. Emoriebar praed desiderio videndi Deum, et nesciebam quonam ad hanc vitam modo pervenirem, nisi per mortem. Magni itaque quidam hujus amoris impetus me occupabant; qui quamvis adeo intolerabiles non essent atque ii de quibus alias locuta sum, nec tam potentes, nesciebam tamen quid mihi ipsa facerem : nihil

E

Gratias recipiens indies copiosiores.

F

A nihil enim me delectabat aut recreabat; sed anima jam inde ab intimis fibris mihi evelli vere videbatur. O summum et eximium Domini artificium! Quam subtili et suavi, cum misella ancilla tua, utebaris industria! Faciem tuam abscondebas a me, et interim tuo me amore urgebas, tamque dulcem mihi mortem inferebas, ut anima perpetuo in ea agere et nunquam ea carere voluisset.

Angelum videt transverberantem sibi cor.

223 Voluit autem Dominus ut aliquoties viderem mihi ad latus sinistrum corporea in forma adstantem Angelum quemdam: quod nonnisi admodum raro videre soleo, etsi alioqui saepe mihi Angeli appareant; sed cum hi apparent, eos non video nisi adinstar superioris illius visionis de qua primo locuta sum. In hac vero visione voluit Dominus eum sic viderem: non erat is magnus, sed parvus formaque pulcherrima, ac vultu ita ardenti et flagranti ut de supremis ac primariis esse Angelis videretur, qui toti ardere videntur: hoc credo esse eos qui Seraphini dicuntur; sua quippe nomina mihi non declarant: video tamen tantum in oculis inter unum Angelum et alium, et inter hos et illos discrimen esse, ut ipsum non possem verbis exponere. Videbam illum longum quoddam jaculum aureum, sed ad ferri cuspidem pauxillo igne inflammatum, in manu habere: hoc ipso ille cor meum subinde ad intimas usque fibras transverberare, et, dum illud rursus educeret, quaedam earum frusta simul educere videbatur: quo facto, ingenti Dei amore me totam aestuantem et inflammata reliquit. Tam vehementem porro hæc pœna erat, ut in hos me gemitus et expostulationes faceret prorumpere; sed suavitas quam summus hic dolor mihi adfert, tam excessiva est ut eum mihi auferri prorsus nolim, nec anima minorem voluptatem ac delectationem quærat quam ipsummet Deum. Non est autem hæc pœna corporalis, sed spiritualis, etsi corpus ab ea plane immune non sit, sed eam nimis quam multum sentiat. Est hæc tam suavis inter animam et Deum amoris reciprocatio, ut ejus ego bonitatem rogem, eam ut gustare faciat illum qui me forte censebit mentiri. Omnibus diebus quibus hoc duravit, eram quasi mentis inops; voluisssem neminem videre aut alloqui, at dumtaxat meipsam cum pœna mea amplecti; quam ego majorem esse gloriam putabam quam esse posset omnis quæ a rebus creatis venire posset. Hoc interdum mihi etiam contingebat, cum volebat Dominus ut hi tam magni raptus mihi supervenirent, ut etiam, cum inter homines versabar, iis resistere non possem; unde magno meo cum dolore, et invita me, in hominum notitiam hi venire et divulgari cœpere: sed, ex quo hosce raptus habere incepi, hanc pœnam tam intensam non sentio, sed aliam illam de qua ante quodam in loco (capitis enim non memini) locuta sum; quæ sane multis in rebus diversa et longe dignior est. Imo cum hæc pœna, de qua jam ago, me occupare incipit, tum Dominus animam sustollere et in ecstasim collocare videtur; atque ita nulla est aut pœnæ sentiendæ aut aliquid patiendi occasio: nam statim ipsa sequitur fruitio. Sit ipse in æternum benedictus, qui tot tantasque gratias præstat ei quæ tantis beneficiis ipsius tam male respondet. Qui divinas hujusmodi operationes, quantum humanæ scientiæ datum est, nosse cupit, adeat ipsa S. Teresiæ opera, atque etiam *Directorium mysticum Patris Scaramelli, potissimum tract. III, cap. XXVII, (edit. Neapolit. 1768), ubi plura habet de spirituali vulnere quali gavisa fuit S. Teresia.*

B reum, sed ad ferri cuspidem pauxillo igne inflammatum, in manu habere: hoc ipso ille cor meum subinde ad intimas usque fibras transverberare, et, dum illud rursus educeret, quaedam earum frusta simul educere videbatur: quo facto, ingenti Dei amore me totam aestuantem et inflammata reliquit. Tam vehementem porro hæc pœna erat, ut in hos me gemitus et expostulationes faceret prorumpere; sed suavitas quam summus hic dolor mihi adfert, tam excessiva est ut eum mihi auferri prorsus nolim, nec anima minorem voluptatem ac delectationem quærat quam ipsummet Deum. Non est autem hæc pœna corporalis, sed spiritualis, etsi corpus ab ea plane immune non sit, sed eam nimis quam multum sentiat. Est hæc tam suavis inter animam et Deum amoris reciprocatio, ut ejus ego bonitatem rogem, eam ut gustare faciat illum qui me forte censebit mentiri. Omnibus diebus quibus hoc duravit, eram quasi mentis inops; voluisssem neminem videre aut alloqui, at dumtaxat meipsam cum pœna mea amplecti; quam ego majorem esse gloriam putabam quam esse posset omnis quæ a rebus creatis venire posset. Hoc interdum mihi etiam contingebat, cum volebat Dominus ut hi tam magni raptus mihi supervenirent, ut etiam, cum inter homines versabar, iis resistere non possem; unde magno meo cum dolore, et invita me, in hominum notitiam hi venire et divulgari cœpere: sed, ex quo hosce raptus habere incepi, hanc pœnam tam intensam non sentio, sed aliam illam de qua ante quodam in loco (capitis enim non memini) locuta sum; quæ sane multis in rebus diversa et longe dignior est. Imo cum hæc pœna, de qua jam ago, me occupare incipit, tum Dominus animam sustollere et in ecstasim collocare videtur; atque ita nulla est aut pœnæ sentiendæ aut aliquid patiendi occasio: nam statim ipsa sequitur fruitio. Sit ipse in æternum benedictus, qui tot tantasque gratias præstat ei quæ tantis beneficiis ipsius tam male respondet. Qui divinas hujusmodi operationes, quantum humanæ scientiæ datum est, nosse cupit, adeat ipsa S. Teresiæ opera, atque etiam *Directorium mysticum Patris Scaramelli, potissimum tract. III, cap. XXVII, (edit. Neapolit. 1768), ubi plura habet de spirituali vulnere quali gavisa fuit S. Teresia.*

Error notatur in plerisque Gallis.

224 Ribera eadem prope refert (l. I, c. VI) quæ Teresia. Yepes quoque iisdem fere verbis ac Ribera, celestem hanc largitionem enarrat (l. I, c. XIV); sed

omittit argumentationem qua Ribera sacri hujus visi veritatem tuctur. Scilicet, quod priori Sanctæ biographo primis iis temporibus tali dissertatione munire opportunum videbatur, supervacaneum visum est posteriori, cum vulgatissima in Teresia prodigia sensato cuique et hoc prodigium credibile magis reddidissent. Ad citatum autem S. Teresiæ locum quædam habeo quæ hic subjungam. Imprimis carpenti sunt plerique qui locum hunc gallice verterunt, decepti hispana voce largo, quæ non latitudinem, sed longitudinem sonat. Sic Channut perperam ponit: un large dard (largum jaculum); Arnaldus: un dard dont la pointe était fort large (jaculum cujus cuspis valde larga erat); Boucher et Villefore: un large dard qui me paraissait être d'or (largum jaculum cujus cuspis mihi aurea videbatur); I. D. B. P. auctor versionis editæ anno 1601: un dard qui estoit d'or et large (spiculum quod ex auro erat et largum). Nec pauci quoque pictores calami errorem penicillo suo imitati sunt, et jaculum quod Sancta longum fuisse scribit, breve exhibuerunt. Recte hunc locum versum invenio a D. Collombet, atque etiam in Angliis, Belgis, Germanis et Italis qui mihi ad manum sunt scriptoribus. Ferret hic me Bailletii silentium, non dignati unum mutire iota super prodigiosa hac visione, ni perspectus esset viri sensus, qui, ubi de miraculis visionibusque agitur, saepe est multo difficilior ac severior quam sensus est Ecclesiæ, et quam sana prudentium scriptorum fert judicandi ratio. Alterum quod notem super eo loco est ubi Sancta dicit se vidisse Angelum corporali specie: quæ verba, licet obvio sensu aliter sonare videantur, intelligenda tamen sunt de visione imaginaria. Sancta enim libro Castelli animæ (Mansione VI, c. IX), quem librum composuit decimo tertio a scripta Vita sua anno, diserte affirmat se calicas nunquam habuisse visiones corporali specie representatas. Tandem, adverte tertio, ex ipsis ejus verbis et ex Annalibus monasterii Incarnationis, dilecta Christi Sponsa, non semel, sed pluries tali divini amoris cuspidem, ut canit Ecclesiæ, in vulnus icta concidit.

AUCTORE
Y. D. M.
D

225 De prodigiosa hac cordis sui vulneratione carmen a Sancta compositum fuisse et leni voce cantari solitum, jampridem sciebatur; et ejus carminis sensum P. Antonius Perottus O. C., in Vita Teresiana, Augustæ Taurinorum anno 1614 edita, his versibus, italico sermone exhibuerat (part. I, c. VII):

D'amor celeste son con morte e vita,
Con ferro, fuoco, con amor ferita:
Ferita, perch'io muoja, e viva insieme
D'amor, che con amor il cuor mi preme.
Celestis amor me morti sociat et vitæ:
Icta sum ferro, igne et amore;
Icta, ut moriar vivamque simul
Amore, cor qui meum amore premit.

Sancta super
eo vulnere
composuit
cantilenam

Sensum, uti dixi, non verba hujus cantilenæ P. Perottus tradidit; fatetur enim ipse, S. Matrem (quam tunc hoc vulnere a Deo dignatam ait, quando gloriam contemplabatur quam Sancti ex ardentissima charitate acquisierant) susurrando tantum, ne intelligerent moniales, cantasse; adeo ut aliquem cantilenæ intellectum quidem percipere illæ potuerint, non vero articulatas voces. Revera exhibita a Perotto strophæ differt quoad verba a Teresiano carmine, etsi cum eo concordet quoad sensum.

226 Hoc canticum anno 1700 in monasterio S. Josephi Hispani repertum est manu scriptum carmine hispanico: quod credunt originalem esse Sanctæ opellam. En tibi illud, quale typis vulgatum præstat: nam scriptum exemplar anno 1806 frustra quaesitum dolet in opere suo La Muger grande, ad XXIX Aprilis, P. Emmanuel a S. Thoma.

quæ exhibetur
hispanice et
latine.

En las

AUCTORE
V. D. M.

A

En las internas entrañas
Senti un golpe repentino;
El blason era divino,
Porque obró grandes hazañas.
Con el golpe fui herida;
Y aunque la herida es mortal,
Y es un dolor desigual,
Es muerte que causa vida.
Si mata, como da vida?
Y si vida, como muerte?
Como sana cuando hiere?
Y se vé con el unida?
Tiene tan divinas mañas,
Que en un tan acerbo trance
Sale triunfando de lance
Obrando grandes hazañas.
Intimis cordis penetralibus
Ictum repentinum persensi.
Erat divinus ille ictus:
Magna namque in me operatus est.
Cum ictu vulnus mihi fuit:
Et licet vulnus sit mortale,
Ac dolor sit incomparabilis,
Mors est quæ vitam gignit.
Si nocet, qui vitam dat?
Si vitam dat, qui necat?
Quomodo affligit simul et sanat?
Et qui vita stat cum tali vulnere?
Næ Dei hæ sunt artes,
Qui per acerba adeo discrimina
Triumphator lucta exeat,
Tantasque operetur res.

B

Probatur id
vulnus fuisse
corporale:

227 Errat qui hæc allegorice et de spiritali solum charitatis vulnere intellexerit. Vera fuit et corporalis cordis transverberatio; ut adeo, ex utraque illius parte, scissuræ cum labiis semiustis post Seraphicæ Virginis obitum inspectæ fuerint, et, sicut Abula anno 1842 certior factus sum, etiamnum clare et distincte conspiciantur. El corazon de la Santa, ait D. Robustianus Boada, qui illud delineavit, se halla intacto, viendose bien clara y distintamente la herida de la transverberacion. Ita etiam dicit P. Scaramelli in suo Directorio mystico (tract. III, cap. XXVIII): Ictus ille mirabilis quem S. Teresia manu Seraphini pluries accepit, in corde ejus cicatricem reliquit quæ ad hunc usque diem cernitur. Adhæc, priusquam anno 1726 Carmelus Excalceatus a Benedicto XIII festum transverberationis cordis S. suæ Matris impetraret, postulatorem, ut ait Benedictus XIV (de Beatif. l. IV, p. II, c. VIII, n. 3), judicialibus congestis probationibus, vulneris impressionem adhuc extantem et visibilem in corde ostenderunt. Et cum biennio post idem Pontifex lectiones festi illius proprias concederet, sextam lectionem sic claudi permisit: Cum autem illius cor incorruptum, ac transverberationis signis decoratum, . . . Christi fideles in præsentem usque diem venerentur; iis omnibus perspectis, Benedictus XIII P. M. solemnitatem hanc ad recolendam insignis prodigii memoriam, in eodem Ordine quotannis celebrari concessit. Quæ omnia latius tunc exponam, cum de Reliquiis agam, ubi sculpta in ære tabula sacrum Virginis cor exhibebit.

C

ac vapulat D.
L. F. Alfredus
Maury.

228 Ast sine censura tacito mihi hic præterire fas non est L. F. Alfredum Maury, qui in gallica sua scriptione quam Tentamen vocat super piis mediæ ævi Legendis, quamque anno 1843 Parisiis in lucem dedit, sic habet: Celeber pictor Alphonsus Cano, qui secundum psalmum XXXVII: «Quoniam sagittæ tuæ influxæ sunt mihi», pingere voluit divini amoris sagittas quibus S. Teresiæ anima confixa erat, ejus cor exhibuit jaculo confossum. Exin vulgus ad

litteram cepit emblemata, et fabricatores Legendarum D
fabulati sunt S. Teresiam martyrem fuisse sagitta confectam. Ita ille. Ast toto prope sæculo ante pictam ab Alphonso tabulam, quam vano commento ansam præbuisse auctor perhibet, ipsa Sancta in Vitæ suæ libro narrarat relatam superius visionem Angeli cor suum jaculo transfigentis, omnesque ejus biographi diu ante Alphonsum eandem visionem memorarant. Insuper in processu beatificationis hæc de re fuerat actum, testatumque ab oculatis testibus perforatum materialiter fuisse cor. Ergo male fingit auctor Alphonsum Cano, qui tantum post Sanctæ beatificationem penicillum tractare cepit, occasionem vulgo præbuisse habendi pro vero facto quod allegorico pictor luserat artificio. Certe pœnitendum laborem operose scribendo exantlavit D. Maury. Non enim tam secernit in Sanctorum Vitis vile figmentorum plumbum a pretioso veritatis auro, quam omne aurum in scoriam vertit, vilipendio temerans facta etiam certissima et sanctissima. Suasor proinde sum viro illi, si res historicas, et maxime si sacras, tractare voluerit, prorsus alium sibi præfigat scopum, atque ita fabulas quæ in Sanctorum Vitis forte irrepperint, redarguat, ut perstent sua veritati jura. Porro a se ipso vulgatæ jam scriptionis rationem E
exposcat, ac poplite flexo deprecatusque Dei lumen, secum consideret quam infelix sit operis sui summa. Quippe res sacra veritas: qua læsa, leditur Deus, qui se essentialem esse veritatem pronuntiavit: Ego sum. . . veritas (Joan. XIV, 6).

229 Sic igitur sauciata ac toto pectore exæstuans Teresia cepit agitare secum ipsa quid Domino retribueret pro omnibus quæ sibi retribuisset; atque, ut verbis utar Auditorum sacræ Rotæ in Actis Canon. (Rel. II, art. 5), efficax sibi formavit propositum, curamque gessit continuam sui ipsius suarumque actionum et cogitationum, qua ambulabat, de non offendendo Deum sibi adeo dilectum, nedum culpa veniali et levi, verum nec actu aliquo minoris perfectionis. Ex quo processit illud votum rarum ac notatu dignum quod emisit: nempe semper agendi quod inter multa quæ illi occurrerent, gratius et acceptius Deo sibi videretur. Ita ut per talem voti emissionem non solum voluerit quod placitum esset Deo, adimplere, quod amoris istius magnum signum fuisset, juxta illud Joannis cap. XIV: «Si quis diligit me, sermonem meum servabit»; sed etiam, tanquam illa quæ inter istas amoris flammæ ardebat, voluerit et quod perfectius et quod Deo acceptius judicaret, illud exequi et ad id voto se obstringere. Quod et Deo fideliter reddidit præ nimio amore quo illum propter seipsum prosequeretur: ut totius vitæ ipsius cursus probat. Namque, ut memorat Yepesius, jurati testes innumeri in informationibus ad S. Teresiæ canonizationem publice affirmarunt, nunquam aliquid a se, quamdiu ei convixissent, in ea fuisse animadversum quod imperfectionem saperet. Unde, prosequitur idem scriptor, vel ipse voti fructus atque successus perspicue demonstrat non sine speculi Dei consilio et inspiratione conceptum: quare prudentiæ ac sapientiæ deputanda res est quæ secus ineptiæ aut arrogantiae attribuenda videri potuisset. Et mihi quidem, porro subjungit Yepes, maximum hoc argumentum est admirandæ ad quam erecta Teresia fuit, sanctimonie: persolutum scilicet per tot annos ab ea fuisse votum tam excellens tamque difficile, Seraphinorum magis quam hominum viribus accommodatum.

230 Quam vere hæc ab Yepesio dicta sint, intelliget quisquis voti illius naturam vel obiter inspexerit. Quidquid enim et Deus mandat, et Ordinis præscribunt regulæ, et ratio dictat, et exigit justitia, et ordinat caritas, et temperantia melitur, et patientia suadet,

Votum facien-
di semper gra-
tiora Deo San-
cta emittit et
adimplet:

F

cujus voti præ-
stantia de-
monstratur.

A suadet, et commonstrat arduum fortitudo, et humilitas et quaecunque sunt virtutes ceterae ordinant atque praescribunt; totum hoc, quantumcunque est, nec communi ratione quadam, sed quatenus undequaque perfectissimum sit, uno illo voto continebatur. Sane non aliunde quam de caelo tale quid in cor S. Teresiae potuit descendere, nec sine Omnipotentis adiutorio in actum effectumque deduci. Id quod ego jam rationibus arguere non contendam, postquam supremo in Ecclesia oraculo, eloquio, inquam, Gregorii PP. XV in Bulla Canonizationis, pronuntiatum est Teresiam maxime arduum votum a Deo edoctam emisisse, sive, ut dicitur, in lectione Breviarii Romani, Deo consiliante. Quare pius quidam scriptor recte notat id votum vinculum fuisse quo Deo uniebatur quam arctissime, obstringebaturque ad virtutem in qualibet actione exercendam in gradu heroico, et quo, ut ait Cornelius a Lapide (Comment. in Matth. c. III, v. 15), cum Salvatoris ad Joannem Baptistam adimplevit vocem: Decet nos implere omnem iustitiam. Nam, addit, sic B. Teresia faciebat omnem iustitiam, quia in qualibet re faciebat id quod iustius, sanctius, perfectius et Deo gratius erat. Et quidem eo voto ita se obstrinxit (sicut advertit auctor Speculi Carmelitani t. II, p. 734), ut non teneretur solum quoad substantiam operum seu actionum, verum etiam quoad modum sive circumstantias, et praesertim quoad intentionem, ad agenda omnia ad maiorem Dei gloriam. Votum profecto, exclamabat J. B. Millinus, consistorialis Aulae advocatus, in publico coram Gregorio XV consistorio, ad eum usque diem inauditum, quod generosa haec Virgo prima emisit! Sanctusque Alphonsus de Liguori (in sua novendiali ad S. Teresiam Devotione): Votum quod Sanctos etiam viros stupore adimplevit!

231 Id quod nunc dicturus sum, ait P. Fredericus (l. I, c. XIX), cujus fere jam utar verbis, spectat quidem ad annum 1565; at quoniam ad argumentum de quo modo egimus, omnino pertinet, opportunius videtur hoc loco id annotare. Factum anno 1560 votum fideliter Teresia implebat: verumtamen non deerant scrupuli quibus tum ejus ipsius animus tum animi confessoriorum, in tanta operationum varietate ac multitudine, ancipites haerent quid magis aut minus perfectum foret. Quibus ut moderentur, P. Garcias de Toledo Ord. Praed. et P. Antonius de Heredia, prior Carmeli Abulensis, Sanctae suaserunt ut a provinciali suo voti sui dissolutionem peteret ac facultatem illud alio modo magis opportuno emittendi. Obsecuta humilis atque obediens Virgo directorum suorum consiliis, litteras ea de re misit ad provincialem, tum Toleti versantem; a quo sequens obtinuit diploma: F. Angelus de Salazar, Praepositus Provinciae Castellae Ord. B. V. de monte Carmelo. Harum litterarum tenore nostram damus ac committimus auctoritatem R. P. Priori Conventus nostri Abulensis ac R. P. Garciae de Toledo Ord. Praed., qua possit utervis eorum, Penitentiae Sacramentum administrans carissimae nostrae sorori Teresiae a Jesu, Priorissae Monialium S. Josephi, dissolvere votum quodvis ab ipsa factum vel illud immutare, prout ipsis ad Dei obsequium et ad quietem animi praedictae sororis nostrae magis expedire videbitur. Quam ad rem, uti diximus, facultatem atque auctoritatem, quam habemus ex nostro officio, iisdem Patribus concedimus. Datum Toleti, die II Martii 1565. F. Angelus de Salazar.

232 Huic igitur diplomati P. Garcias de Toledo propria manu haec adscripsit: Audita Confessione tua, prout requirit P. Provincialis, et quia intelligo id ad pacem ac quietem animi tui, necnon, quod hoc in casu junctum sit, confessoriorum tuorum, opportu-

num esse, ego dissolve et extinguo votum a te factum. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Modus autem quo mihi videtur votum huiusmodi denuo a te fieri posse, hic est: nimirum ut voceas te, cum confessorio rem in Sacro Tribunali exposueris, quidquid ille declaraverit majoris esse perfectionis, id executioni esse mandaturam. Ad quod tria sunt necessaria: primum, ut confessorius sciat te hoc votum fecisse; alterum ut ejus sententiam exquiras, et non aliter; tertium ut ipse discernat quid magis perfectum sit. Cum hisce tribus conditionibus votum validum esto; sed non alia ratione: nam votum prius a te factum maximo erat scrupulo, tum tibi ipsi, tum confessorio cui delicata ac subtilis fuerit conscientia. Fr. Garcias de Toledo. Novam hanc voti formam, qua scrupuli lecebantur quidem, sed non ipsa voti obligatio, Sancta deinde subiecit approbationi R. P. Joannis Baptistae Rubei, Generalis Carmelitarum; et ea approbatione accepta, diplomati provincialis sua manu adjecit: Dedit mihi Reverendissimus P. Generalis licentiam hoc votum faciendi, etc. Teresia a Jesu. Dicit P. Antonius a S. Josepho originale folium, quo provincialis, confessorii et Sanctae ipsius scripturae continentur, apud Carmelitanas Calagurritanas existere (tom. III, epist. 74, not. 16). Quod autem Ribera et Yepes asserunt, Sanctam petivisse etiam licentiam a P. Petro Hernandez Ord. Praed., visitatore apostolico Ordinis Carmeli, componi non potest cum recta chronologia, siquidem visitoris munus non accepit Hernandezius nisi quatuor post annis, nempe anno 1569. Ne tamen gravissimos scriptores temere negligentiae incuriaeque arguam, mihi videtur dici posse, Teresiam visitoris postulasse consensum, non jam ad faciendum votum, sed ad pergendum in eo. Solent enim religiosae ac solertes animae, quamquam permissione aliqua jam dudum gaudeant, tamen ejus confirmationem a novis ac pluribus superioribus petere, quo majori cum merito, utpote magis obedientiae subjectae, actiones suas peragere possint.

233 Jam si voti conditiones attente consideremus, patebit nihil ejus excellentiae fuisse detractum. Neque enim per alteram hanc voti formam eximebatur Sancta ab obligatione faciendi quidquid esset perfectius; imo haec obligatio aperte supponitur, hoc tantum cum discrimine quod prius exequi debebat quaecumque proprio suo judicio perfectiora existimaret, deinceps vero ea quae aliorum judicio perfectiora viderentur: quod imo multo magis ac perfectius jure dici potest. Aliorum opinioni Sancta suberat, adeoque agere aliquando debebat quae ignotus quis aut indoctus aut inexpertus perfectiora judicasset. Quam rara sit talis proprii judicii submissio quamque difficilis, in hominibus praesertim cordatis, hi ipsi optime norunt. Deerat, ni fallor, voto Teresiano aliquid quod ad augendum ejus perfectionem maxime conducebat, nimirum proprii ac perspicacissimi intellectus in actione quacumque cecitas. Hunc autem eidem addidit facta a P. Garcia, si ita vocare licet, ejus reformatio.

§ XIV. Visitur et solamen accipit a S. Petro de Alcantara. Magnas patitur corporis animique angustias: Dei benignitatem et daemonis rabiem multifa-

AUCTORE
V. D. M.
D

E

Nova forma
non minuit
voti perfectio-
nem.

F

(Hic justas ta-
men rationes
petitur

et conceditur
forma voti
mutari.

AUCTORE
V. D. M.

A

riam experitur : egregios facit in humilitate pro- gressus.

S. Petrus de
Alcantara

Exscribam modo capita xxx et xxxi Vite Teresiane, resectis tamen iis quæ historica non sunt. Cum ergo viderem, inquit Sancta, quam parum aut nihil impedire possem ingentes illos quos sentiebam impetus, vereri corpi illos habere; quod intelligere non possem quomodo pœna simul et gaudium uno in subiecto esse possent: nam sciebam quidem corporalem pœnam et spirituale gaudium et delectationem simul consistere posse; sed haud capiebam, et impotem me mentis pene reddebat, quomodo tam immensa pœna spiritualis cum tam excessiva suavitate consistere possent: et quamvis omnimodis ei resistere laborabam, tam parum tamen proficiebam ut subinde defatigarer. Armis ergo Crucis me defendebam, meque ea tueri volebam adversus eum qui nos omnes per eandem liberavit et defendit. Videbam porro a nemine me intelligi: ego vero id quam clarissime intelligebam, sed nemini id indicare audebam præterquam confessario meo: nam hoc aliis indicando satis ostendissem humilitate me carere. Placuit autem Domino magnam laborum meorum partem ac tum quidem omnem penitus mihi auferre, benedictum virum F. Petrum de Alcantara hoc ad oppidum perducendo. Inter alia mihi certo affirmatum est, eum viginti ipsis annis continuo cilicium ex albi ferri lamellis contextum gestasse. Ipse quorundam libellorum de oratione in lingua patria conscriptorum, qui jam omnium manibus teruntur, auctor est: nam quia eam bene exercuerat et optime in ea versatus erat, hinc de ea scripsit quam utilissime iis qui eandem exercent. Primam S. Francisci regulam ad unguem et in rigore servavit, et alia permulta præstitit.

Abulam venit;

235 Ut ergo vidua illa, magna Dei ancilla, meaque amica, de qua supra egi, virum tam eximium huc venisse intellexit, sciretque quantis in necessitatibus versarer (ut quæ mearum afflictionum et ærumnarum testis et conscia erat, et identidem me consolabatur: tanta namque ejus erat fides, ut aliud sibi persuadere non posset quam quod spiritus esset Dei, quem cæteri omnes malignum et diabolicum esse aiebant; et, quia boni ingenii mireque taciturna est, et multas a Domino in oratione gratias solita erat accipere, hinc ipsius Majestas eam illuminare dignata est in eo quod viri docti intelligere non valebant: hinc mihi confessarii mei copiam faciebant ut nonnullis quæ ipsa mihi diceret, acquiescerem; nam multas ob causas satis eorum erat capax: interdum quoque gratiarum quas Dominus mihi concedebat, particeps reddebatur, accedentibus quibusdam monitis et consiliis, in magnam animæ ejus utilitatem tendentibus), ut, inquam, hoc intellexit, quo melius cum eo et liberior agere possem, me inscîa, a provinciali meo licentiam mihi impetravit ut ad octiduum illius in domo agere liceret: ubi, sicut et in quibusdam templis, sæpius eum conveni, pro prima vice qua hic fuit; nam postea diversis vicibus ac temporibus cum eo de meis rebus communicavi.

S. Teresias de
convulsis
multum dat
humilis;

236 Ut ergo ei vitæ meæ seriem et meum in oratione procedendi modum summatim ea qua potui perspicuitate (hoc quippe semper mihi solenne fuit, ut cum iis quibus animam meam declaro et aperio, omni qua possum claritate et veritate agam; imò vellem ut et motus mei primo primi illis pa-

terent et innotescerent; in rebus dabiis quoque et suspectis ego contra memetipsam argumenta et rationes producebam) declaravi, ita ut sine ulla duplicitate, nihilque celando, animæ ei meæ statum patefecerim, jam inde pene ab initio intellexi et vidi eum me per experientiam intelligere; quod imprimis mihi erat necessarium: tunc quippe ipsa me, sicut et jam, intelligere non poteram, ad illud declarandum (postea enim gratiam mihi Deus dedit intelligendi et exponendi gratias quas ejus Majestas mihi elargitur) quod ut quis bene intelligeret, et quid sit, exponere posset, opus sane foret ut hoc reipsa expertus esset. Is me non parum illustravit et enubilavit; nam saltem in visionibus quæ imaginariæ non erant, omnino intelligere non poteram quid hoc esse posset: quin et in iis quas animæ oculis intuebar, æque parum mihi videbar intelligere quomodo hoc fieri posset; sed dumtaxat eas quæ corporeis oculis videntur, uti dixi, magni me facere debere putabam, et has ipsa non habebam. Sanctus hic vir magnam mihi in omnibus lucem dabat, singulaque declarabat, ac ne me affligerem et torquerem monebat, sed Deum laudarem, tamque certa essem spiritum illius hic operari, ut, una excepta fide, nihil majoris esse posset veritatis, aut quod certius credere possem. Magnopere porro is se mecum oblectabat, et omnem quem poterat favorem et opem mihi exhibebat, atque ex eo tempore semper singularem mei curam gessit, meque rerum etiam suarum ac negotiorum participem reddidit: et quia me mire desiderare videbat ea quæ ipse jam de facto et reipsa possidebat (nam desiderium Dominus valde firmum et solidum mihi dabat) et simul tam bene animatam, hinc quam libentissime mecum tractabat. Quippe ei quem Dominus ad hunc statum perduxit, nulla voluptas aut consolatio accidere major potest quam in aliquem incidere cui aliqua hujus rei principia communicasse Dominus videtur: nam tunc temporis quidem (quantum mihi videtur) non multo plus habere poteram: fexit autem Deus, ut id vel modo habeam.

237 Magnopere autem is mihi compatiabatur; dicebatque id quod passa eram, de maximis qui in terra haberi possunt laboribus et afflictionibus esse, contradictionem scilicet bonorum; et adhuc multa mihi subeunda restare (semper quippe opus habebam aliquo quocum conferrem, et hoc in oppido nullus erat qui me intelligeret), sed acturum se eum confessario meo, et cum aliquo eorum qui me maxime affligebant, qualis erat vir ille nobilis conjugatus, de quo jam egi supra; nam is, quia me mirifice diligebat, mihi omne bellum movebat: est porro vir Deum timens et sanctus; sed quia me non ita pridem ita sceleratam et improbam viderat, non poterat non timere meque ut suspectam tenere. Sanctus vir Petrus, uti promisit, sic et reipsa præstitit, et ambos convenit, multasque apud eos rationes et causas protulit, quibus ab omni eos timore liberaret et securos redderet, ne me posthac amplius inquietarent. Porro confessarius monitione hac non valde opus habebat; sed bene vir ille nobilis, cui tametsi ea satis non fuit nec plane satisfecit, ex parte tamen jovit ut me posthac in tantum non intimidaret. Pactam iniimus, ut ego ei perscriberem quidquid jam inde ab hoc tempore mihi hoc in genere accideret, utque alter alterum Deo per preces commendaremus: tanta scilicet ejus erat humilitas ut mei miserabilis orationes aliquo haberet loco; quod sane non mediocris mea fuit confusio.

238 Discedens ergo, magna me consolatione et gaudio perfusam reliquit, monens ut sine timore, sed summa cum securitate in oratione mea pergerem, neu dubitarem quin Dei Spiritus hic operaretur;

de ea cum con-
fessario ejus
et cum Sacer-
dote loquitur,eumque solu-
tur.

A retur; omne vero id de quo aliquo modo dubitabam, quin et (ad maiorem meam securitatem et quietem) quidquid demum mihi eveniret, ad confessarium meum referrem, et sic posthac quiete viverem. Ad hanc tamen ego securitatem pervenire prorsus non potui. Dominus namque me per viam timoris deducebat, uti erat credere diabolum in me operari, cum eum alii in me operari dicebant: adeo ut nec timor nec securitas ab ullo homine mihi comparari possent, ita ut illis non possem ulterius credere, quam quantum Dominus mihi inspiraret et cordi immitteret. Unde, etsi ipse me consolatus sit et quietarit, tamen non tantum ei credidi ut omni prorsus timore vacarem et plane secunda essem, praesertim cum me Dominus in illis spiritus angustiis quas jam commemorabo, adhuc agere volebat: nihilominus, uti dixi, magna consolatione delibata mansi. Non poteram proinde Deo et glorioso Patri meo S. Josepho gratias agendis satiari, qui, ut mihi videbatur, bonum hunc Patrem ad me destinavit: erat hic quippe commissarius generalis custodiae S. Josephi, cui Sancto, uti et gloriosissimae Matri Mariae, me assidue commendabam.

Internis externisque angustia.
B 239 Aliquando tum (uti et modo, etsi non tam frequenter) ingentibus animae opprimebar angustiis et pressuris; ad quas praeterea excessivi quidam corporis cruciatus et tormenta accedebant, ita quidem graves ut iis ferendis par vix essem. Interdum vero dolor ipse corporalis intensior erat; quem, quia tunc a pressura spiritus libera eram, aequissimo et hilari animo perferebam: sed cum et corporis et spiritus mala simul ingruerent, tam gravis poena et pressura erat ut me velut opprimeret. Unde omnes quas a Deo acceperam gratias prorsus obliviscebar, ita ut sola earum memoria, velut rei cuiusdam quam per somnium videram, mihi maneret, quod mihi in poenam cedebat: intellectus quippe ita torpidus et soporatus redditur ut mille mihi dubitationes et suspensiones suboriri faceret, meque id non bene intelligere potuisse, et forsitan ita dumtaxat mihi visum fuisse et velut somniasse putarem: ac proinde satis esse debere quod ego sola deciperer, quin bonos in errorem pertraherem. Ita porro me malam et sceleratam esse putabam ut universa mala, et etiam haereses quae exortae erant, ob mea peccata enata esse crederem.

et humilitatis specie falsa,
C 240 Est haec falsa quaedam humilitas, quam ideo in me excitare diabolus conabatur, ut me turbaret et inquietaret, et videret num sic in desperationis abyssum animam meam posset pertrahere. Equidem jam tantam experientiam habeo illud non nisi a diabolo provenire, ut quoad hoc jam toties me non oppugnet ac solebat; videt enim me jam artes suas et technas percallere. Colligere autem hoc clare est ex inquiete et perturbatione quam initio adfert, nec non ex tumultu quem in anima, quamdiu id durat, excitat; adhuc ex obscuritate et afflictione quam in ipsa operatur; denique ex ariditate, et ad orandum et omne bonum opus ineptitudine et indispositione: adeo ut animam praefocare et corpus velut constringere videatur, quo ad nihil omnino sit utile.

perquam notum.
 241 Vera enim humilitas (esto anima se improbam agnoscat, nobisque grave sit videre id quod sumus, nostramque improbitatem nimium quantum extollamus, eo modo quo dixi, et id vere de nobis ipsis sentiamus) non venit cum perturbatione, animam non inquietat, nec obscuram aut aridam reddit; quin imo plane e contrario, mira eam quiete, suavitate et luce recreat ac perfundit. Haec autem poena animam alia ex parte consolatur, dum nimirum videt quantam sibi Deus gratiam

faciat, cum hac se poena affligi sinat, et quam ea bene veniat; hinc dolet quod Deum offenderit, ex alia autem parte ipsius misericordia ipsam dilatat et consolatur: accedit et lumen quoddam, tum ad sui ipsius confusionem excitandam, tum ad Majestatem ejus, quod tam diu se sustinuerit, deprædicandam. At in alia illa humilitate, quae a diabolo provenit, nullum homini ad aliquod bonum faciendum lumen datur, adeo ut Deus omnia ferro et igne devastaturus videatur: haec namque solam iustitiam ei ob oculos ponit; et, esto etiam misericordiam credat (neque enim tanta demonis potentia est ut fidem ipsi auferat), haec tamen fides et consideratio nullam ei adfert consolationem; quin imo tantam misericordiam videns, magis inde cruciatur et affligitur, quod propterea se ad plura bona præstanda teneri putet.

et artificiosa.
 242 Haec demonis techna et artificium, inter alias quas in eo notavi, et gravissima est et subtilissima et maxime tecta: ideoque Reverentiae Vestrae hanc indicare et aperire mihi visum fuit, ut, si forte te hac machina daemon oppugnet, aliquod ad eam dignoscendam lumen habeas, si modo tibi intellectum ad eam intelligendam et perspicendam relinquat. Cogites enim velim, non omnia in doctrina et scientia sita esse: nam etsi mihi desint omnia, tamen, cum hoc jam præterit, id nonnisi meras esse inanias ac stultitiam intelligo. Hoc autem intellexi, nimirum Dominum Deum id velle et permittere, diaboloque velut potestatem facere, uti olim ei dedit ut Job virum sanctissimum tentaret, esto mecum, quae ita misera et improba sum, tam dure et immaniter non agat. Contigit hoc mihi, et, quantum recordor, pridie vigiliae festi Ven. Sacramenti (erga quod festum mire, esto non pro eo ac quidem oporteret, afficior); et tunc quidem id mihi nonnisi usque ad festum duravit: nam alias integra id hebdomada, aut duabus, et interdum etiam tribus, et nescio an etiam diutius, ac praesertim circa hebdomadas sanctas, cum me magis in devotionem et pietatem effundere solebam, durabat. Videtur ergo is in momento intellectum occupare, et aliquando ob res ita leves et exiguas ut alias eas riderem et exploderem; ipsumque tunc, quocumque allu-buerit, rotat et versat; et anima tunc ceu compedibus ferreis ita constricta est ut sui ipsius compos et domina non sit, et, praeter nugas et inanias quas ipse ei oggerit, nihil omnino cogitare possit, et ita quidem vanas ut vix ullius sint momenti, et ad nihil prosint quam ut animam ita constringant et suffocent ut ipsa sibi nimis quam angusta sit. Ita porro me subinde constitutam sensi ut mihi daemones animam ceu pilam jactare, versare et reversare viderentur, ipsaque interim ita impotens esse ut ex illorum manibus sese eximere non posset.

animus Teresiae interdum misere tortus,
 243 Diei non potest aut exponi ecquid anima hoc in genere patiat: vellet quidem juvari, at, Deo permittente, sit ut juvantem non inveniat: solum liberi arbitrii lumen semper ei adest; id tamen non usque adeo clarum est: sed perinde ac si oculi ei velati essent, vel sicut aliquis qui saepius per certum aliquem locum transivit, qui quamvis de nocte et in tenebris per eum ambulet, novit tamen per frequentem anteriorem reflexionem ad quae offendicula cespitare posset, eo quod de die illa notavit, itaque ab eo sibi periculo cavet; ita quoque se res hic habet, in Deo non offendendo, quod id tum ex consuetudine quadam fieri videatur: ut taceam interim (quod sane praecipuum hic est) Deum nos conservare et tueri solere. Fides quoque tum ita emortua et soporata videtur, simul et reliquae virtutes, tametsi non omnino perdita (nam credit quidem

AUCTORE
V. D. M.
D

E

F

AUCTORE
V. D. M.

A quidem anima quod Ecclesia credendum proponit ac docet, sed tantum velut quid ore exterius pronuntiatum, ut ab alia parte velut urgeri, premi ac torpida reddi videatur, et Deum non aliter nosse quam velut rem quam eminens et a longe tantum audit. Amor quoque ejus ita tepidus et vapidus est, ut, si quando de eo loqui audit, non secus auscultet quam quasi ad rem quam credat esse id quod est, quod Ecclesia id ita credendum doceat; sed non meminit ejus quod alias in se ipsa experta est: si se orationi vocali applicare velit, aut intra solitudinem abdere, majorem adhuc afflictionem et pressuram sentit: quod enim in se sentit tormentum, ut tamen causam ejus nesciat, est pene intolerabile, et tormentorum infernalium mihi quodammodo imago et typus videtur esse. Et verum dico, ut mihi Dominus ipse in quadam visione declaravit: anima enim in se ipsa ardet, quin sciat a quo aut undenam ignis sibi subdatur, aut quomodo eum evitet, aut denique qua eum ratione exstinguat.

nec in pia le-
ctione

B 244 Velle autem a lectione remedium aliquod invenire, tantumdem est ac si legere omnino non posset: semel mihi contigit, ut, cum vitam alicujus Sancti legere inciperem, ut viderem num illam possem imbibere, meque consolaret eo quod ille passus erat, jamque quater aut quinies totidem lineas legissem, minus tamen lecta intelligerem in fine quam initio, tametsi lingua materna illa conscripta essent: itaque lectionem abrui. Id quidem saepe mihi contigit, sed illius quam dixi vicis particularius recordor. Deterius etiam multo est cum aliquo colloqui velle: daemon quippe tam amarulentum et fastidiosum irae spiritum homini infundit, ut is omnes devorare etiam velle videatur, quin id impedire valeat, quamquam sibi aliquid facere videtur, dum ei oblectatur et contra pugnat, vel potius ipse Dominus facit, dum eum qui hoc in statu est, protegit et defendit, ne quid proximo damnosum ac noxium, vel per quod Deum ipsemet offendat, dicat aut faciat.

nec in recursum
vel confessarium,

C 245 Ad confessarium autem recurrere nihil juvat: quod autem jam dicam, certum est id mihi saepius contigisse; scilicet illos, esto tam sancti essent ac sunt modo, tam ii quos tunc habui quam quos modo habeo, talia tamen mihi verba dixisse, atque ita asperere me objurasse, ut ipsimet, cum haec apud eos deinde verba repeterem, mirarentur, dicerentque in sua potestate non fuisse mitius loqui: nam quantumvis firmum ab iis verbis abstinendi propositum facerent, imo etiam postea, cum mei miseratione tacti, tum conscientiae scrupulis compuncti, apud se statuerent suaviter me, cum in hujusmodi tum corporis tum animi pressura degerem, consolari, impossibile tamen illis erat aliter facere. Non dicebant quidem verba aliqua mala, quibus scilicet Deum offenderent, ea tamen tam amarulenta et aspera ut acerbiora a confessario aliquo proferri non possent. Erat, credo, illis propositum me mortificare et humiliare; et, quamvis alias talibus gauderem et omnia ferre parata essem, hoc tamen tempore omnia mihi crux erant et tormentum. Videbatur adhuc mihi quod illos deciperem: unde eos adibam, serioque illos praeonebam sibi ut a me caverent; fieri enim posset ut illos deciperem: videbam quidem quod sponte et data opera eos non deciperem aut illis mentirer, in omnibus tamen erat quod timerem. Unus illorum, audita mea tentatione, semel mihi dixit non esse quod me propterea cruciarem aut affligerem; etsi enim ipsum decipere vellem, satis se ingenii habere ad se non sinendum decipi.

246 Hoc aliquoties, imo pene semper, me magnopere consolabatur: tunc saltem ut plurimum aliquod alleviamentum sentiebam, cum a Sacra Communionem surgebam; et interdum etiam, cum ad eam accedebam, ita derepente in anima et corpore vegetabar et serenabar, ut satis id nequeam admirari: perinde ac si omnes animae meae tenebrae in momento dispellerentur; et sole jam exorto, perspiciebam quae me fatuitas et stoliditas occupasset. Alias vel unico Domini verbo audito, uti cum mihi dixit: « Noli te excruciare, nec me- » tuas » (uti jam ante dixi), vel aliquam visionem videndo, ita sanitati tota restituebar ac si nullum ante malum habuissem. Recreabam me in Deo, et apud illum de malo meo expostulabam, petens cur aut quomodo tam gravibus me malis premi sineret. Sed mihi haec mox quam abundantissime compensabantur, cum fere semper exinde me magna in copia coelestes gratiae circumfluere. Unde talis anima velut recentem e conflatoria fornace prodire videtur; utpote quae adinstar auri purior et clarior reddita est ad Dominum in seipsa contemplandum. Unde fit ut hi labores demum velut exigui habeantur, etsi antea intolerabiles esse viderentur, velletque eos homo de novo subire, si id majus Dei beneplacitum foret. Et licet tribulationes ac persecutiones adhuc crebriores sint, dummodo sine ulla Dei offensione, sed et gaudenter ac libenter propter eum illas ferat, illae in majus ejus commodum et utilitatem cedent; etsi ego eas non prout oportet, sed magna cum imperfectione feram.

sed in Deo
sola levamen
invenit.

D

247 Alias aliquo modo illae in me ingruiebant, uti et modo ingruunt, ita ut omnis aliquid boni vel cogitandi vel facere volendi potestas plane mihi auferri videatur, sed prorsus tam quoad animam quam corpus inepta, torpida et gravis maneam: at tunc alias illas tentationes et inquietudines non sentio; sed tantum tedium quoddam, ut quid mihi sit prorsus nesciam, et nihil omnino animae meae satisfaciatur aut arrideat. Bonis quibusdam operibus exterioribus meipsam tunc occupare, et ex parte invita, connitebar; sed facile intelligo quam animam parum ex se possit, gratia Dei sese abscondente: sed hoc mihi grave aut molestum erat; quod enim me ita vilem, miseram et abjectam viderem, aliquo modo me id recreabat.

Alias torpo-
rem experitur,

248 Alias ita me constitutam esse comperio ut ne unam quidem formalem de Deo aut ulla re bona cogitationem constanter firmiterque habere, nec orationem instituere possim, esto etiam in solitudine sim; sentiam tamen me eum nosse. Quantum quidem intelligo, intellectus et imaginatio hic mihi nocent: voluntas quippe bona et ad omne bonum disposita mihi esse videtur, at intellectus ita distractus et perditus est, ut cum nulla re melius eum conferre possim quam cum stulto quodam furioso, quem nemo vinculis potest constringere; imo ne tantillo quidem spatio quo symbolum Apostolorum decurri posset, eum quietum esse jubere possum. Aliquando mecum ipsa rideo, meamque miseriam agnosco, et eum curiosius inspecto, ac sibi permitto, ut videam quid agat; et, Deo laus, nunquam (quod mirum est) rei malae se applicat, sed indifferentibus, num scilicet hic aut illic aut alibi quid faciendum sit. Ac tum melius intelligo maximam illam gratiam quam mihi Dominus praestat, dum stultum hunc in perfecta contemplatione vinctum detinet. Considero quoque apud memetipsam, quid esset, si, qui me ut bonam intuentur, me tum, cum in hoc delirio et errore versor, viderent.

alias intelle-
ctus distractio-
nem

F

249 Miseret me quam maxime animae, quod eam cum sociis tam improbis vivere debere videam: vellem

et inquietudi-
nem;

A vellem eam liberam et in libertate videre : unde subinde sic Dominum compello : « Quando, o Deus » meus, erit illud tempus, quo animam meam totam » in te laudando unitam videbo, ita ut omnes ejus » potentiae te perfruantur? Ne permittas, Domine, » ut posthac amplius velut per partes distracta sit. » Nam singulae ejus partes ad suam quaque finem et intentum ferri videntur. Et frequenter hoc ipsa patior; sed aliquando video indispositionem et involutionem corporis non parum huc conferre. Quocirca saepe mecum ipsa ingens illud damnum quod a primo peccato nobis provenit, recogito; inde namque venisse nobis videtur quod ad tanto bono fruendum inepti et incapaces sumus : quin imo meis propriis peccatis id merito imputare possum; nisi enim mea tam multa fuissent, haud dubie in bono longe fuisset constantior.

interdum se
humilitate ca-
vere putat;

B 250 Habui et aliam satis magnam afflictionem : quod nempe me omnes libros qui de oratione agunt, satis sufficienterque, dum eos legebam, intelligere putarem, et Dominum mihi gratiam illam dedisse ut illis jam opus non haberem; hinc fiebat ut illos non amplius legerem, sed solas vitas Sanctorum evolverem : nam quod videam me eos in Deo diligendo serviendoque tam parum imitari, hinc mihi semper aliquod ex illa lectione bonum provenire, meque animari non mediocriter existimo. Insignis tamen mihi humilitatis defectus esse videbatur, cogitare ad hujusmodi orationis gradum me jam tum pervenisse : quia vero id mihi prorsus ita videbatur, nec hanc a me repellere ipsa cogitationem poteram, magnopere contristabar et affligabar; donec quidam viri docti, et inter ceteros benedictus ille F. Petrus de Alcantara, mihi dicerent hanc ut cogitationem parvi facerem et nihil morarer. Equidem satis video, me ne incepisse quidem Deo sincere servire, tametsi mihi Majestas ejus non minores nec pauciores gratias fecerit quam multis aliis bonis praestitit, cum tamen ipsa non nisi mera sim imperfectio, nisi quod bona quaedam habeam desideria, et eum amem : novi namque Dominum hoc in genere aliquid mihi dedisse quo ei saltem aliqua in re servire possem. Videor quidem mihi ipsum amare; sed opera mea et frequentes imperfectiones, quas in me adverto, me contristant.

non semper
fervorem illi-
um sentit

C 251 Alias me quaedam animae occupat simplicitas et velut stupida stoliditas : simplicitas, inquam; videor quippe nec bonum nec malum quid facere, sed alios praeventes, et communem plurimorum agendi modum (ut dici solet) sequor, neve ullam poenam sentio vel gloriam; animaque nec vitam curat nec mortem, nec voluptas eam afficit nec tristitia, sed nihil prorsus sentire videtur, at instar aselli esse, qui pascitur et alitur eo pabulo quod ei porrigitur, et comedit quodammodo nihil sentiens : neque enim dubium est quin anima hoc in statu aliquod singularem quarundam Dei gratiarum alimentum percipiat, cum eam non pigeat aut tædeat tam amaram vitam vivere, et quidem summa cum patientia et animae quietate : verum nullos prorsus in se sentit motus vel effectus, per quos se ipsa possit intelligere.

quasi mens
aquae viva

252 Perinde id mihi jam esse videtur ac si quis leni quadam inter navigandum aura uteretur, cujus adminiculo multum quidem viae conficiat, nesciat tamen unde hoc fiat. Nam in aliis illis modis effectus et operationes tam sunt evidentes, ut anima quamprimum advertat se proficere et meliorem fieri, eo quod bona desideria ebulliant et statim se effluent, et nunquam sibi anima satisfacit, quidquid demum facit : hoc quippe ingentes illi amoris impetus, de quibus supra locuta sum, operari solent

in iis quibus illos Deus largiri dignatur. Non secus se res habet ac in nonnullis, quos manantes vidi, fonticulis, in quibus arena lusitans continuo in altum effertur et ascendit; quae similitudo et exemplum ad vivum repraesentare mihi videtur statum animarum quae huc perveniunt. Amor quippe semper effervescit, et continuo excogitat quid facturum sit, nec se ipsum capit; ac sicuti terra aquam illam in se continere et capere non posse videtur, sed eandem foras ejicit et expellit, ita et anima ut plurimum sic constituta est, ut nec in se quieta sit, nec ob amorem quem sentit, durare queat, ac proinde ab eodem velut imbibita, cum ejus ipsa plus quam satis habeat, vellet et alios de eo bibere, ut illam in Deo laudando adjuvent. Ah quoties mihi in mentem venit aquae illius viventis de qua Samaritanæ mulieri Redemptor Jesus locutus est! Ideo erga illud Euangelium maxime afficior; et certe, jam inde a prima pueritia, licet bonum illud nondum tam bene intelligerem sicut jam intelligo, erga id mire affecta fui, atque ideo saepe Domino supplicabam ut hanc aquam mihi daret; et, ubicumque agebam, mulieris hujus imaginem una cum illis verbis, quibus Salvatorem ad puteum venientem compellavit : « Domine, da mihi aquam », semper circumferebam.

AUCTORE
V. D. M.
D

253 Videntur quoque hujusmodi animae similes esse magno cuidam igni, qui, quo non exstinguitur, novo semper alimento et materia fovendus est : nam vellent hae, etiam magno suo dispendio et labore, undequaque ligna et materiam congerere et afferre, ne ignis hic exstingueretur. Ego autem hujusmodi sum, ut contenta essem si vel stramen et sarmenta haberem, quae igni illi fovendo injicerem; et hoc mihi subinde, imo saepe, accidit : unde aliquando propterea mecum ipsa rideo, aliquando mirum in modum affligor. Nam internus motus me excitat ut ei in aliquo serviam, nimirum, cum quid majus praestare non possum, imagines ramusculis et flosculis convestiendo, aut verrendo, aut oratorium quoddam concinnando, aut alia id genus ministeria obeundo, ita quidem exigua et parvi momenti, ut pudore suffunderer. Si quam austeritatem aut poenitentiam subirem, ea erat nimis quam parva et modica, adeo ut omnia illa nullius esse momenti viderem, nisi Dominus voluntatem meam in bonam partem acceperisset : imo memetipsa irridebam.

et igni similis
efficitur.

254 Quandoquidem hactenus de nonnullis internis et occultis tentationibus ac perturbationibus, quas mihi diabolus causabat, locuta sum, ideo nunc alias quasdam, quas pene inspectantibus aliis mihi inferebat, et ita manifeste ut nullum esset dubium quin ab ipso hae provenirent, loqui propono. Quodam tempore mihi in oratorio agenti ipse ad latus meum sinistrum, tetra et horribili figura, se spectandum dedit : et quia me alloquebatur, hinc particulatim os ejus intuita sum, quod valde terribile et immane habebat. Illius autem e corpore ingens prodire videbatur flamma, eaque tota rutilans et sine ulla fumosa fuligine. Mox ergo horribili quadam voce me alloquens, aiebat in praesens quidem suas me manus evasisse, sed fore ut in sua me potestate denuo haberet. Unde conterrita non mediocriter, signo crucis me, prout poteram, consignabam; quo ille viso, mox disparuit, sed illico rediit : et hoc secundo. Et ego ignara quid agerem, aquam benedictam, quae eo in loco erat, versus locum illum jeci : nec exinde ad me tunc rediit.

F
Diabolus modo
minatur Teresiam.

255 Alias quinque horas continuo tam intensus me vexavit doloribus, et pressura tum interiori tum exteriori, ut amplius eam ferre posse me diffiderem.

modo eam
vexat ac premit.

AUCTORE
V. D. M.

A Quæ apud me erant sodales valde consternatæ et pavide erant, et quid agerent nesciebant, uti nec ego quomodo me juvarem. Pro more habeo, cum pœna corporalis et pressura valde intensa est, internos spiritus actus intra memetipsam, prout quidem possum, facere, Dominum rogans, ut, si illius beneplacitum sit, tantum mihi patientiam det, cæterum in hac me pressura ad usque sæculi finem sinat manere. Ut ergo pressuram tunc tam vehementem et intensam esse vidi, per internos illos actus et proposita concepta me juvare satagebam. Dignatus est autem Dominus mihi declarare quod id diabolica vexatio esset: videbam quippe ad latus meum nigellum quemdam æthiopem, horribili valde aspectu, dentibus instar cuiusdam desperantis frendentem et ringentem; quod unde lucrum sperabat, inde jacturam referret. Ut eum vidi, risi nec quidquam timui; erant enim apud me quædam, quæ et viribus deficiebant, et quomodo tantum dispellerent tormentum, nesciebant: nam corpore toto, capite et brachiis, tam vehementes, illo impellente, dabam motus, ut me refinere non possem, et (quod deterimum erat) interna inquietudo tanta erat ut nullo ad quietem pacto pervenire valerem: non audebam tamen aquam lustralem poscere, ne illas perterrefacerem, ipsæque intelligerent quid rerum circa me ageretur.

sed aquæ benedictæ aspersio-
ne

B 256 Sæpe probavi et vidi nihil esse quod diabolos magis in fugam compellat ad amplius non revertendum, quam aqua lustralis: a cruce quidem fugiunt, sed quamprimum redeunt. Unde efficio magnam haud dubie aquæ lustralis virtutem esse debere: mihi saltem singularis et patentissima quædam animæ consolatio est, eam sumere: hoc certum est, me communiter et ut plurimum ex illius sumptione eam recreationem sentire quam verbis non possem exponere, nec non internam quamdam delectationem, quæ totam animam meam vegetat et recreat. Non est hoc somnium aut res quæ mihi non nisi semel accidit, sed quæ frequenter, et ad quam serio reflexi et diligenter animum adverti: dico id perinde esse ac si quis, valde æstuans et sitiens, aquæ frigidæ haustum biberet, unde totus homo refrigerari videtur. Mecum ipsa subinde perpendo quam magni facienda sint omnia quæ ab Ecclesia instituta et ordinata sunt; et summo gaudeo, cum tantam verba hæc vim habere video, ut eam etiam aquæ affricent et indant, quo tantum sit inter id quod benedictum est et quod benedictum non est, discrimen.

ab ea petitur

C 257 Sed quia tormentum id nondum cessabat, dicebam ad socias, me, nisi timerem ne me riderent, aquam lustralem petituram esse. Ergo sine mora illam attulere, meque ea resperserunt; sed incassum. Ego hoc videns versus eam partem illam jeci in qua diabolus erat; qui in momento disparuit: ego autem mox ab omni malo plane liberata fui, non aliter quam si quis manu id a me defricuisset; excepto quod ita delumbata et enervis mansi ac si longam et duram toto corpore fustigationem passa essem. Magnopere mihi profuit quod hoc viso cogitarem intra me, si homini in quem nec quoad animam nec quoad corpus aliquod habet jus, tantum diabolus malum, Domino id ei permittente, inferat, quantum illaturus sit, quando eum ut proprium possidet? Hoc novum quoddam in me excitabat desiderium meipsam a tam infido contubernio liberandi.

fetus ille
strepitator

258 Non diu præterit, cum hoc ipsum rursus mihi contigit, etsi non tam diu duravit. Eram autem sola in loco; petebamque mihi aquam lustralem adferri: quæ autem post illius abitum (fuerunt autem duæ moniales fide dignæ, ut quæ ob nullam

omnino causam mentirentur) cubiculum ingressæ sunt, tetrum quemdam odorem, quasi sulfureum, olfecerunt. Ego vero eum non sensi; tam diu tamen is in loco mansit ut commode percipi posset. Alio tempore cum in choro agerem, magnum quemdam mentis recolligendæ impetum ac desiderium sensi: unde me quamprimum inde subduxi, ne id aliæ adverterent; quæ tamen non procul a me erant, magnum quemdam verberum inflictorum strepitum eo in loco in quo ipsa eram, percipiebant; ego vero juxta me vocem quamdam velut quid inter se statuentium audiebam, esto intelligere non possem quidnam dicerent; nam ita in oratione mea eram attenta, nihil ut intelligerem et nihil omnino timerem. Pene semper hoc mihi eveniebat, cum mihi Dominus gratiam faciebat, mea ut persuasione anima aliqua ad meliorem frugem rediret.

259 Quod autem jam commemorabo, certum est mihi accidisse, ac multi ejus sunt testes, et inter alios is qui modo confessarius meus est, quia id in epistola quadam scriptum vidit; et licet ei non dicerem cujusnam ea esset epistola, ipse tamen eum noverat. Veniebat ad me quidam, qui duobus annis et medio in peccati mortalis, et quidem talis ut nullum eo abominabilius unquam audierim, reatu hæserat; et toto illo tempore nec ipsum confitebatur nec vitam in melius commutabat, nihilominus Sacrum frequenter celebrabat. Et quamvis alia peccata sua confitebatur, de hoc tamen ita dicebat: « Quomodo scelus tam fœdum et abominabile possem confiteri? » Magnopere quidem ab eo liberari desiderabat, quoad hoc tamen seipsum expugnare non poterat. Miserebat me ejus quam maxime, ac valde cruciabat quod hæc ratione Dei Majestas violaretur. Promisi illi, Deo me supplicaturam quo eum ab hoc malo curaret, meque operam daturam, ut et alii, qui me essent meliores, idem præstarent. Scripsi ergo cuidam, ad quem me litteras mittere ille permisit. Et ecce factum est ut prima Confessione crimen illud confiteretur: visum quippe fuit Deo, quem multi homines vere sancti, quibus id ipsa serio commendaram, ferventibus precibus suis flexerant, misericordiam hanc erga animam illam exhibere: et ego, tametsi miserabilis, quidquid poteram a parte mea, magna animi contentione præstabam. Ipse autem mihi scripsit, se jam ita in melius mutatum esse ut jam ad dies aliquot ab eo peccato abstinuisset, sed tam se acriter a tentante demone oppugnari, ut se in inferno (adeo scilicet torquebatur) esse putaret; quare instantem eum Domino commendarem.

qui, ob sacerdotem precibus Teresiam convertit

260 Itaque denuo eum sororum mearum precibus commendavi; quibus Dominum flexum et delinitum, hanc mihi gratiam præstitisse credo: nam rem cordi habentes serio eum Deo commendarunt. Fuit autem is talis, ut quisnam esset, nemo aut conjectura assequi posset aut divinare. Rogabam autem Majestatem ejus, ut quæ is patiebatur tormenta et tentationes, paululum mitigarentur, quique illum vexabant tentatores, me oppugnatum venirent et cruciatum, ea tamen conditione ne Dominum ulla-tenus offenderem. Unde factum est ut mense integro gravissima tormenta et vexationes pertulerim, ac tunc mihi illa duo quæ ante narravi contigerunt. Placuit autem Domino ut ipsum tentationes desererent (uti mihi postea perscriptum est): quia vero ei narrabam quid toto illo mense paterer, hinc anima ejus vigorabatur; exinde autem penitus a vexationibus diabolicis immunis fuit: unde Deo identidem gratias quam poterat maximas agebat, nec non mihi, tamquam si ego aliquid huc contulissem; nisi forte opinio quam habebat, quod Dominus mihi aliquas

atque a tentationibus liberatum,

A aliquas gratias daret, cum aliquo modo juvaret : dicebatque se meas litteras legere tum cum se a tentatione acriter impeti videbat, ac earum se lectione ab ea liberari, mirabaturque non mediocriter, tum quæ ego propterea passa eram, tum quod ipse a malo suo liberatus esset : quin et ego mirabar; et adhuc ad multos annos, quo animam hanc immunem et liberam videre possem, illa pati voluissem. Sit Deus in omnibus benedictus.

odium suum
in eam exer-
cit.

261 Magnæ sane potentie et efficacie est oratio eorum qui Domino serviunt, uti ei servire credo hujus loci moniales; sed quia has ego preces procuraram, mirum sane non erat in me potissimum dæmones sævisse: ob peccata quoque mea Dominus id permittebat. Hoc eodem tempore quadam nocte ab ipsis me putabam suffocari: unde cum aqua lustrali plurima me conspergerent, magnam illorum multitudinem promiscue quam celerrime, perinde ac si de rupe aliqua præcipitassent, a me fugere conspexi. Toties porro scelesti ac maledicti hi spiritus me infestant, tamque parum eos timeo (eo quod eos, nisi id Dominus permittat, ne movere quidem se posse videam), ut, si quoties hoc factum sit enarrare vellem, et R. Vestram defatigarem et B meipsam recrearem. Quod autem dixi, usui esse poterit, ut verus Dei servus, quæ illi ad nos perterrendos ponunt et concitant terculamenta, contemnat et parvi faciat: norint enim, quotiescunque eos ridemus et minas ipsorum parum curamus, cum vires ipsorum imminui, tum animam vegetiorem fieri. Semper porro magnum inde bonum sequitur, quod, ne æquo sim prolixior, hic omitto referre: hoc unum narrabo, quod mihi in nocte festum commemorationis animarum fidelium præcedente, in oratorio quodam agenti contigit. Cum enim primum Matutinarum nocturnum recitarem, et pias quasdam orationes, quæ ad finem ejusdem in Breviario nostro continentur, jam legerem, libro meo insedit, ne orationem perficerem. Ego signo crucis me communicabam, ipse vero se in fugam dabat. Iterum me legere incipiente, iterum ipse se spectandum dedit (et tertio eum id fecisse credo) nec ante recessit quam aqua benedicta ipsum conspergerem; et simul videbam animas quasdam, hoc ipso temporis instanti, e pœnis purgatorii egredi, quibus non multum expiandum restare debebat, et cogitabam an hoc ipse fortitan impedire voluerit.

Videt Sancta
certamen da-
monum contra
Angelos.

C 262 Raro cum in assumpta forma vidi, sed sæpius sine omni prorsus forma, adinstar visionis; nam etiam sine forma clare perspicitur eum præsentem esse, uti jam dixi. Volo porro et illud hic referre, quia magnam id mihi admirationem incussit. Cum in festo SS. Trinitatis in ejusdam monasterii choro agerem, et in ecstasi rapta essem, magnum dæmonum contra Angelos certamen et contentionem perspexi: equidem intelligere non poteram quid hæc visio vellet; sed ante quindecim dies facile id quadam inter quosdam orationi addictos et alios plurimos ab eadem alieniores contentione patuit; e qua domui in qua res illa contigit, non mediocriter damnum enatum est. Contentio autem et decertatio hæc diuturna magnarumque turbarum ac molestiarum exstitit occasio.

et tamen, quo
dæmones ab
ipsa Deus ar-
cet.

263 Alio tempore ingentem illorum multitudinem circumcirca me vidi: sed ingenti quadam claritate undequaque circumdata esse videbar, quæ illos propius ad me accedere non sinebat; unde intellexi Deum me custodire et protegere, ne mihi sic illi appropinquarent ut me ad eum offendendum provocarent. Et juxta id quod subinde in meipsa experta sum, facile intellexi veram id visionem fuisse. Quocirca jam tam aperte intelligo et video quam parum

illi possint (si Deum inimicum non habeam), ut vix eos timeam: nam prorsus impotentes sunt, nisi animas quasdam ultro se ipsis dedentes et meticulosas videant: adversus hujusmodi namque vires suas et potentiam exerunt. Interdum quidem in tentationibus quas jam dixi, omnes superiorum temporum vanitates et infirmitates iterum in me reviviscere et repullulare videbantur, ita ut Deo me quam enixissime commendare opus haberem. Mox autem hæc me pressura vexabat, quod putarem, quandoquidem hæc mihi cogitationes ingruerent, quidquid agerem, diabolicum esse, quoadusque confessarius mentem meam serenaret et ad quietem componeret. Putabam namque me, quæ tam multas a Deo gratias recipiebam, ne primum quidem malæ cujusdam cogitationis motum sentire et habere debere.

264 Alias non mediocriter me cruciabat (uti et modo me cruciat) quod aliquo in numero et existimatione me esse viderem, præsertim hominibus qui magni sunt nominis, quodque multa bona de me referrent: hac in re multa passa sum et etiamnum patior. Unde statim ad Redemptoris Christi et Sanctorum vitam oculos converto, videorque mihi plane alia quam ipsi via incedere, cum ipsi non nisi per contemptus, opprobrii et gravium injuriarum viam inceserint: et hoc me facit cum metu et tremore incedere, ac quasi caput meum attollere non audentem, vellemque a nemine omnino videri. Hoc autem in me sentio tum cum persecutionibus exagitor: tum quippe anima ita potens et magistra est, esto corpus in pressura sit, et ipsa alia ex parte afflictionem sentiam, ut quomodo hoc fieri possit penitus nesciam. Nihilominus ita, uti dixi, fit: tunc namque anima suo in regno esse videtur, et quidquid in mundo est, pedibus premere. Hoc subinde mihi eveniebat, et ad multos etiam dies durabat; et quædam id mihi virtus atque humilitas esse videbatur; at jam liquido perspicio id meram tentationem fuisse, ut vir quidam apprime doctus ex Ordine Prædicatorum bene mihi declaravit.

Dolet se ab
hominibus mag-
ni fieri

265 Cum autem cogitarem, quas mihi Dominus confert gratias, in publicum propalandas et passim omnibus notas fore, tam intolerabile et excessivum in me tormentum sentiebam ut meam id animam non parum affligeret et inquietaret: quin imo eo res processit, ut, cum hoc considerarem, visa sim maluisse viva sepeliri quam ut eæ innotescerent. Unde cum me magnæ hæc recollectiones vel raptus primum ita occuparent ut iis publice resistere non possem, post eos ita erubui et me puduit, ut libenter aliquo concedere voluissem ubi me nemo videret. Cum ergo hac de causa quadam vice summopere contristarer, rogabat me Dominus ecquid timerem, cum ex hac re nonnisi horum duorum alterum sequi posset, aut quod homines adversus me murmurarent et obloquerentur, aut quod ipsum laudarent; significans eos qui hoc credituri essent, ipsum dilaudaturos, qui vero non credituri, nulla me mea culpa et merito condemnaturos, et utrumque in bonum meum cessurum, ac proinde non esse ut me affligerem. Hoc me valde serenavit, quin etiam, quoties illius adhuc recorder, mire me consolatur.

et gratias sibi
a Deo factas
publicari:

266 Ita porro vehemens hæc tentatio fuit, ut hinc abscedere et ad aliud me monasterium, in quo claustrum arctius servabatur quam in eo in quo modo versabar, quodque valde commendari audiebam, et ejusdem Ordinis erat cujus id in quo agebam, procul hinc situm (nam magnæ mihi consolationi fuisset eo in loco agere in quo prorsus ignota fuisset), transferre animus fuerit: sed confessarius id mihi permittere noluit. Hi timores spi-
ritus

F

alioque in
aliud mona-
sterium ire
cogitat,

AUCTORE
V. D. M.

A

ritus mihi libertatem valde imminuerunt : nam postea intellexi humilitatem hanc non esse bonam, quod adeo me inquietaret; hanc porro veritatem me Dominus edocuit, scilicet cum certissime scirem nihil boni meum esse, sed a Deo omnia provenire, quemadmodum mihi grave non erat aliorum laudes audire, quin imo summopere eo gaudebam, et permagnæ id mihi consolationi erat, quod viderem Deum in illis se ostendere, ita nec molestum nec grave mihi fore quod et in me opera sua ostenderet.

oratque ut sua
peccata quo-
que innotescant.

267 Incidi et in aliud extremum, quod nimirum Deum orarem, et quidem orationem sigillatim ad hoc dirigendo, ut, si quando quis aliquid boni in me notaret, mea illi peccata Majestas ejus declararet, ut nempe is videret quam mihi immerenti ipse gratias conferret : nam hoc identidem quam enixissime ab eo peto. Confessarius autem me monuit ne id amplius facerem : sed usque ad hunc pene diem, si quem bene de me sentire et bonam opinionem habere videbam, mea mox ei peccata per anfractus et circumlocutiones, vel quomodo-cumque possem, declarabam; et per hoc mihi serenari et quietari videbar. Sed hæc quoque in re magnum mihi scrupulum moverunt, et hoc mihi videbatur non ex humilitate, sed tentatione quadam provenire. Multi ad me veniebant, et hos omnes ego decipere et in errore detinere mihi videbar : et, esto fallantur in eo quod aliquid in me boni esse putent, neminem tamen umquam ex professo decipere volui, nec umquam ea mea fuit intentio, sed id Dominus interdum certam ob causam permittit. Unde ne quidem cum confessariis meis de aliqua re umquam contulisses, nisi id mihi pernecessarium esse vidissem; nam alioquin magnus id mihi scrupulus fuisset. Omnes hosce pueriles timores et afflictiones et nimiam humilitatem video jam magnam imperfectionem fuisse, et inde manasse quod non satis mortificata essem : anima namque quæ se totam in Dei manus consignavit, non curat utrum bona an mala de se dicantur, dummodo bene intelligat, cum Dominus aliquam ei gratiam conferre vult, nihil prorsus se a seipsa habere.

Addiscendo
modo revitan-
di horas cano-
nicas

268 Inter alias quas habebam imperfectiones, erat hæc, quod in lectione horarum parum versata essem, et quid in choro mihi agendum, aut quomodo in eo me gerere deberem, vix scirem, idque ex mera negligentia et quod aliis vanitatibus distinerer; adeo ut et novitias viderem quæ me docere potuissent : at sæpe eas interrogare volebam, ne meam ipsis proderem inscitiam; ac statim mihi in mentem veniebat me illis bono exemplo præluere debere. Verum ex quo mihi Dominus oculos non-nihil aperuit, cum rem aliquam ex parte scirem, nonnihil tamen adhuc de illa dubitarem, interrogabam id alios, etiam puellas; nec propterea vel minimam honoris auctoritatisque meæ jacturam feci, imo vero (quantum mihi quidem videtur) placuit exinde Domino tenaciorem mihi memoriam dare. Non bene noram cantare; cumque præscriptum mihi cantum non satis bene didicissem, valde sollicita et anxiosa eram : idque non quod in conspectu Domini errare vereretur (hoc quippe virtutis fuisset), sed quod plures me cantantem audiebant; quod enim puro honoris desiderio tenerer, hinc inde ita turbabar, ut etiam valde minus dicerem quam scirem. Quocirca mecum statui, cum non satis bene scirem, dicere me plane nescire.

et plene
palliat humi-
litem exer-
cet.

269 Hoc quidem initio peracerbum mihi fuit; at postea longe fuit suavissimum. Et revera adverti ex eo tempore longe melius me dicere solitam, ex quo parvi ducere cœpi quod ignorantia mea et inscitia aliis innotesceret; et fatuum honorem magno

mihi, in bene agendo eo in quo honorem meum situm esse arbitrabar (quisque enim cum collocat in eo quo vult), impedimento fuisse : per has nihilitates, quæ nullius sane momenti sunt (et revera merito nihilo comparari ipsa possum, cum hoc ita mihi grave esset), et frequens rerum parvarum (quales hæc sunt) exercitium, paulatim quis ad majores actus ascendit : cum enim hi propter Deum exercentur, tunc ipse illis robur et valorem addit, et Majestas ejus adjuvat ut ad ea quæ majora et altiora sunt, paulatim gradum faciat. Atque ita id mihi in rebus ad humilitatem spectantibus contingebat : videns enim omnes religiosas in via virtutum, una me excepta (numquam enim ad aliquid utilis fui), progredi, illis e choro jam digressis, omnium pallia complicabam : in quo officio videbar mihi Angelis, Dominum illis laudantibus, obsequium præstare, quoadusque id ipsæ, nescio undenam, intellexerunt; quod sane magno me rubore complevit : neque enim tam perfecta mea erat virtus ut hæc sciri vellem; idque non (ut verisimile est) e pura et sincera quadam humilitate, sed quod vereretur ne me irriderent, eo quod hæc parva et nullius momenti essent.

E

§ XV. Ex visione inferni nascitur in animo Sanctæ Ordinis sui reformandi consilium; quod ipsa, probantibus piis sanctisque viris, in opus deducere incipit.

Gradum facinus ad alteram epocham vitæ S. Teresiae, eamque sane quam notabilem. Hactenus enim vitæ contemplativæ fere unice dedita fuit; sed deinceps Marthæ sollicitudinem cum sacro Mariæ otio sociabit, utpote Ordinis Carmelitici Reformatrix, et plurimarum utriusque sexus prolium in Domino Mater. Quam variis mirisque modis ad præclarum Reformationis suæ opus aggrediendum ab Altissimo permota fuerit, declarat Vitæ suæ capite XXXII; et per sequentia aliquot capita primi a se fundati monasterii exordia narratione satis ampla prosequitur : cui si Riberæ narrationem adjicias (a qua hic repetenda, quoad fieri poterit, cavebo), pauca admodum a me supplementa desiderabis. Sic igitur S. Virgo scribit, a visione inferni, de qua præmonui num. 170, ordiens : Diu postquam mihi Dominus permultas illarum gratiarum quas commemoravi, necnon alias singulares contulisset, cum quadam die in oratione versarer, repente ac velut in momento ita me totaliter constitutam sensi (quin tamen scirem quomodo) ut me in inferno agere putarem. Statim intellexi velle Dominum ut quem demones mihi illic paraverant, et peccatis ipsa meis promerita eram, locum oculis meis conspicerem. Pauxillo quidem tempore illic hæsi; sed etiamsi adhuc ad multos annos vitam protenderem, nunquam illius (ut mihi quidem videtur) potero oblivisci.

In visione inferni

F

271 Illius introitus mihi videbatur esse adiustar longissimæ et angustissimæ cujusdam semitæ, perinde ac demissus, obscurus et arctus caminus; fundus autem, velut aquæ lutulentæ et sordidæ, quæ et tetram mephitim exhalabat, et virulentis bestiis repleta erat : illius ad extremum, in muro quodam, foramen erat, adiustar armarii, intra quod me,

penas acerbissimas

A me, anguste admodum, compingi videbam. Et hæc omnia visu jucunda et delectabilia erant, si cum iis quæ ibi sensi comparentur; cum tamen quæ dixi, non satis prout quidem oporteret, exaggeraverim. Sed ad secundum illud, prout oporteret et sicuti est, declarandum, ne principium quidem possim invenire, et id quomodo sit, nemo intelligere queat: talem autem in anima mea ignem sensi, ut intelligere plane nequeam quomodo ego qua ratione id fiat, exponam. Intolerabiles illi corporis dolores quos alias in vita mea pertuli, præsertim cum paralyti et nervorum omnium contractione laborarem (qui, prout medici censent, inter eos quos homo hic pati potest dolores, facile gravissimus est), ut taceam alios plurimos diversi generis, quos passa sum, quorum etiam nonnullos (uti dicere memini) diabolus mihi intulit, nihil omnino sunt, si comparentur cum iis quæ ibi pertuli, maxime eo quod viderem dolores illos finem non habituros nec ullo ævo cessaturos.

Sancta expre-
ssitur.

272 Omnia hæc adhuc nihil sunt, collata cum agone animæ, cum angore, cum suffocatione, cum tam sensibili angustia, cum tam desperabunda et angustiant afflicto, ut quo pacto id satis commode exponam, prorsus nesciam: si enim id continuam quandam animæ eradicationem et evulsionem esse dixerem, nimis quam parum dixerem: nam tunc ab alio tibi vita tolli et eripi videtur; sed hic anima seipsam consumit et destruit. Adeo ut prorsus nesciam quomodo internum illum ignem et desperationem, quam præter intolerabiles illos cruciatus et tormenta ibi passa sum, sufficienter satis exprimam. Non videbam quisnam mihi tormenta illa infligeret; sentiebam tamen me aduri et in frustra comminui et commoli, prout mihi quidem videtur: dico autem ignem et desperationem illam internam omnium teterrimam esse. In illo autem pestilentiali loco, in quo nulla prorsus consolationis recipiendæ spes est, agentem impossibile est aut sedere aut jacere, imo nec ullus ibi est locus sedendi aut jacendi; esto ipsa ibi, velut in foramine in pariete facto, constituta essem: nam illi ipsi parietes, qui visu horribiles sunt, coangustiant; et quidquid ibi demum est, suffocat et constipat. Adhæc nulla ibi lux est, sed spississima ubique et obscurissima caligo. Et sane intelligere non valeo quomodo fieri possit ut, cum ibi nullum prorsus sit lumen, videri tamen possit quidquid visum excruciare potest.

Eandem ite-
rum videt.

273 Nolebat me Dominus tunc plus videre quam ipsum infernum: sed postea aliam visionem habui, idque de rebus maxime horrendis, de quorundam scilicet vitiorum castigationibus: hæc, quoad visum quidem, multo mihi horribiliores esse videbantur; quod tamen pœnam illam minime sentirem, hinc tantum mihi timorem non incusserunt: nam in priori illa visione voluit me Dominus reipsa in spiritu illos cruciatus et angustias sentire, perinde ac si corpus illos revera pateretur. Quomodo id factum sit nescio; hoc scio, singularem quandam id Dei gratiam esse, ipsumque voluisse ut ad oculum velut intuerer a quibus ipsa malis ac cruciatibus per illius misericordiam liberata essem. Quidquid enim alios de diversis tormentorum generibus dicentes audivi et nonnunquam etiam mecum ipsa meditata sum (esto non sæpe; anima quippe mea timoris fræno regi nolebat), quomodo scilicet inferni tortores candentibus forcipibus damnatos lancinent, et alia diversa tormentorum genera, quæ apud alios descripta legi, cum hæc pœna collata, nihil omnino sunt: nam quid longe aliud est: tantum denique inter utraque discrimen est quantum inter imagi-

nem pictam et ipsammet veritatem; et hic ardere exiguum quid et puerile est, respectu ignis infernalis.

AUCTORE
V. D. M.
D

et sæpe deinceps cum fructu recordatur.

274 Ita autem inde consternata fui, et adhuc sum modo, dum hæc scribo (esto jam sexennium ab hac visione effluxerit), ut calor naturalis me præ timore, ubi hic sum, destituere videatur. Atque inde est, ut in tribulatione et angore et doloribus constituta, nunquam hujus meminerim, quin statim mihi omne quodcumque demum hic homo pati possit, merum nihil esse videatur: itaque ex parte immerito et frustra de doloribus quos hic patimur conqueri videmur. Unde iterum dico, hoc de maximis quæ Dominus in me contulit donis et gratis unum fuisse; hoc namque mirifice me juvit, tum ad tribulationum et adversitatum vitæ hujus timorem dispellendum, tum ad me animandum ut illas æquanimiter perferam, simul etiam ad gratias Domino agendas, quod (uti mihi quidem nunc videtur) a tam æternis et horrendis me malis liberarit. Ex illo tempore, uti jam dixi, omnia mihi nimis quam facilia videntur, si vel cum momento pœnarum quas illic ipsa pertuli, comparentur. Unde etiam mirabar, quod, cum sæpius libros de pœnis infernalibus aliquatenus agentes legissem, ipsas tamen non perhorrescerem, neu tanti quanti quidem oportet, illas facerem; et quomodo ego, in tali statu constituta, aliquapian ex re quæ ad tam horrendum me locum tandem deductura esset, voluptatem possem capere. Tu esto in æternum, Domine mi, benedictus.

E

275 Ad tremendam hanc visionem, qua Sancta nostra aliquo modo experta fuit illius Tertulliani de inferno loquentis effati veritatem: Illic tota Divinitatis dextera percutiuntur, ipsa alludit in quadam epistola ad Petrum de Castro, canonicum Abulensem, ac postea Segoviensem episcopum: Quanta res est, inquiens, misericordia Dei!... Extra infernum me vidi, quem jam dudum merueram. Quare libro meo (Vitæ scilicet) titulum dedi: De misericordiis Domini (tom. IV, epist. 8). Neque hoc loco abs re fuerit in medium proferre Petri Nicolii, viri utique in tali visionum argumento haudquaquam suspecti, gravissima de modo relata visione verba: Illud, inquit, non dubito affirmare, si quis ad hanc narrationem non pavescat, eamque ut imaginationis monstrum spernat, absurdissima illum animi fortitudine præditum esse. Etenim, ut justam habere mus spernendi rationem, certi esse deberemus deceptam phantasia sua fuisse Teresiam. Jam vero multum abest ut hanc circa visiones ab ipsa relatas certitudinem habeamus. Quin potius cum duæ sint res quas merito, dum de visionibus agitur, in dubium vocare licet, altera an sincerus sit is qui eas refert, altera an idem illusioni phantasiæ sit obnoxius; æquissimus quisque rerum æstimator, si scripta illustris illius Sanctæ examinaverit, non poterit integerrimam ejus sinceritatem non penitus habere exploratam, nec nisi difficulter sibi persuadebit fieri posse ut ope imaginationis anima ad sanctum illum ac divinum statum evehatur in quo Teresiam per has visiones a Deo positam fuisse cernimus, vel ut Deus illusionibus phantasticis tot tamque miraculosos effectus attribuere voluerit. (Essais de morale, tom. IV, traité I, liv. II, ch. X).

Allegantur de hac visione verba Nicolii.

276 Hæc velim serio perpendant, tum homines illi qui omnes ingenii vires intendunt ut cum famosis Centuriatoribus Magdeburgensibus omnem supernaturalem revelationem Ecclesiæ catholicæ eripiant, tum etiam vanissimi, quos nostra videt ætas, Seraphica Virginis admiratores; qui nihil aliud scilicet in ea laudare consueverunt quam æstrum nescio quod poeticum ac splendidum, ut ipsi loquuntur,

et manifestant angelici ad circumlatos

AUCTORE
V. D. M.

A *imaginationem; at de Deo in Sancta sua, ex Psalterii regii monitu, laudando ne cogitant quidem. Li vero qui, secundum mentem atque adeo verba Ecclesiae, S. Teresiam legunt ut caelestis ejus doctrinae pabulo nutriantur et pia devotionis erudiantur affectu, animum advertant, quæso, ad salutes consequentias quas e prælaudata visione pius deducit Lancicinus. Quarum altera quidem omni promiscue hominum ordini, juvenibus præsertim, utilissima, hæc est: Si ergo S. Teresia nullo unquam peccato mortali inquinata, nulla impura cogitatione unquam infestata, ac proinde nullis fœdis tentationibus impugnata, per conversationem ex se non malam, choreis, lusi-bus alearum aut chartarum, aut tactibus manuum aut curiosis aspectibus alterius sexus hominum, osculis urbanis, non maculatam, si in ea conversa-tione durasset, ivisset Dei judicio ad infernum; quis erit tam vecors et suæ animæ non amans, qui cum expertus sit se prolapsus sæpius in peccata mortalia, vel saltem se obnoxium tentationibus impuris et iracundis, velit tales conversationes inire quales dixi vitandas esse non tantum volenti ingredi Religionem, sed multo magis volenti vivere in statu sæculari et in eo mori? (Opusc. I. De recte traducenda adolescentia, cap. XIII).*

B ac religiosus.

277 Altera vero religiosus potissimum accomodata est: nimirum pius scriptor, ubi ostendit S. Teresiam nunquam graviter peccasse, sed unice culpabilem fuisse in eo quod admitteret otiosas quasdam et latas conversationes cum aliis immaturæ ætatis et virtutis, ita disserit: Si ergo hæc, permissa illi a superiori-bus, adeoque levia ut quidam confessarii dicerent non esse peccata, illam perduxissent ad infernum; quid dicendum est de apertis peccatis murmuratio-num, seminantium discordias, diffidentias, aversiones, et de aliis periculosioribus? Sunt enim peccata velut annuli quidam catenæ: unum trahit aliud, et tandem perducit ad perdendam gratiam per peccatum mortale, et postea tandem ad perdendam voca-tionem. Nam, ut ait B. Laurentius Justinianus lib. de vita solit., cap. IV, « in una malignitatis catena » confederata sunt vitia in animarum ruinam, ab » immundis spiritibus fabricata atque contexta. » Ideo fere nunquam perditur vocatio, nisi, uti bene dicebat P. Petrus Ximenez, post multa peccata venialia et ex his orta peccata mortalia contra vota in Religione commissa (Opusc. XVI. De fuga pecc. ven. cap. IV).

C *Idem S. Tere-sia,*

278 Sed jam videamus quos in ipsa Teresia fructus inferni ostensio produxerit. Postquam ergo, ait, hæc aliaque magna secreta, quæ Dominus mihi ex sua misericordia ostendere dignatus est, gloriam, inquam, quæ beatos, et supplicia quæ damnatos et improbos manent, vidissem; modum rationemque aliquam exquirens, tum poenitentiae faciendæ ne tantum malum incurrerem, tum aliquid boni faciendi quo tantum bonum promererer, magnam in me, ad me ab hominibus subducendam et mundum penitus deserendum, inclinationem sensi. Nullam spiritus meus quietem habebat: hæc tamen non molesta aut affligens, sed dulcis quedam erat inquietudo; facile ut appareret hoc a Deo solo venire, ac Majestatem ejus calorem animæ indere ad alios cibos rudiores, quam quos ordinarie comedeat, digerendos. Cogitabam ergo ipsa mecum quidnam potissimum ad amorem Dei possem facere, puta-bamque inter hæc primum esse, si vocationem Majestatis ejus, qua me ad Religionem vocarat, sequerem, regulam meam quam poteram maxima perfectione servando.

279 Et licet in monasterio in quo agebam, multæ Dei ancillæ essent, ipsique ibi satis bene serviretur,

ipsæ tamen moniales ob necessitatem, qua tum D opprimebantur, sæpe ad ea loca foras concedebant in quibus in summa honestate et Dei obsequio agere poteramus: neque enim in primævo regulæ rigore locus hic fundatus erat, sed ita ea ibi servabatur sicuti passim tunc servabatur per totum Ordinem, nimirum juxta privilegia et Bullas relaxationis; ut taceam et alia inconvenientia, inter quæ unum erat, quod plus æquo commode ibi me agere et commoditates corporis habere putabam. Sed illa foras egressio, quamvis ipsam frequenter usurpa-rem, valde mihi noxia erat: quod inde fiebat quod multi me penes se habere satagerent, quibus id superiores mei negare non audebant; atque ideo mihi injungebant ut illis hac in re, ad omnem a se avertendam molestiam, morem gererem. Hæc ergo consuetudine semel inducta, raro domi et in mona-sterio esse potui: crediderim et cacodæmonem aliquo modo ad hoc collaborare potuisse, ut foris et extra conventum agerem. Tamen, ut verum fatear, quod traderem aliis ea quæ mei me directores doce-bant, hinc non parum inde boni sequebatur.

280 Contigit vero quadam die, quemdam tum mihi tum aliis præsentibus dicere, si Excalceatarum Clarissarum ritu et modo vivere vellemus, non defore fortasse ad tale nobis monasterium erigen-dum facultates. Cumque hoc votum ac desiderium identidem animo agitare, cum nobili illa vidua, sodali mea, quam dixi, hæc de re agere cœpi; cui idem desiderium jam dudum insederat. Cogitare exinde illa cœpit quo id pacto redditibus perpetuis stabilire posset. Sed, uti jam video, bonam ambæ viam non inibamus, esto id tum quidem, pro nostro erga hanc rem desiderio, nobis secus videretur; sed ex alia parte, quod in monasterio in quo agebam, magnam quietem et jucunditatem sentirem (erat id quippe ad gustum et mentem meam, et cella quam incolebam, satis mihi commoda erat), hinc me quietam tenebam et adhuc suspensam: inter nos tamen convenit ut rem serio per preces Deo com-mendarem.

281 Quadam die, post sumptam Sacram Com-munionem, divina mihi Majestas injunxit ut hujus monasterii erectionem maxima qua poteram con-tentione urgerem, pollicitus fore ut ea feliciter ad exitum perduceretur ac bene sibi in eo loco servi-retur, eique a S. Josepho nomen imponerem: et addebat, S. Josephum ad unum portæ latus, ac Dei-param Matrem ad alterum, velut custodes futuros, et Christum Dominum in omnibus nobiscum fore: ad hæc locum hunc velut stellam fore, quæ lucis suæ radios quaquaversus esset diffusura. Addebat, quamvis Religiones a primævo flore et vigore reci-dissent, non propterea cogitare parum se ex iis obsequi et cultus recipere; quid enim de mundo esset, si religiosi nulli in eo essent? Quare confes-sario meo indicarem hoc quodcumque ipse mihi hic injungeret, seque illum rogare ne rei huic contraheret aut impedimento foret. Erat hæc visio ita efficax, et hæc Domini allocutio hujusmodi, plane ut dubitare non possem quin ipsemet esset qui me alloquebatur. Ego vero non parum angebar et affligebar, cum quod mihi ex parte ante oculos versabantur ingentes inquietudines, molestiæ ac labores, quibus mihi res hæc constituta esset, tum quod in conventu illo li-benter habitabam: etsi enim jam antea de re illa egissem, tamen non ita fidenter et certo, tanquam si res certo futura esset. Hic autem aliquod præ-mium et mercedem recipere mihi videbar; quod autem me viderem negotium quod multarum mo-lestiarum seminarium futurum esset, suscipere, quid tandem aggrederer, anxia dubitabam.

ideam Refor-mationis non concepit;

E

quæ mox visi-onibus divinis

F

aliquæ ex causis,

assensuque
provincialis,
nec non S. Pe-
tri de Alcan-
tara.

A 282 Porro Dominus idipsum diversis vicibus identidem mihi repetebat, tum evidentibus mihi causis, rationibus et demonstrationibus propositis, plane ut appareret id ejus voluntatem esse: unde non audebam id confessario meo non aperire, illi totum rei successum in scripto tradens. Hic quidem plane et prompte mihi dicere non audebat ut ab hoc proposito desisterem: aperte tamen videbat rem, naturaliter loquendo, prorsus impossibilem esse: eo quod socia mea quam oportebat id exequi, valde exiguas, imo prope nullas facultates ad hoc exequendum haberet. Is autem dicebat ut cum superiore meo hac de re agerem, et quodcumque ille suaderet faciendum, id exequi satagerem. Visiones quidem has superiori non indicabam; at domina illa, quae hoc monasterium construere volebat, cum eo agebat. Placuit ea res provinciali mirum in modum, utpote qui erga omne quod Dei obsequium et cultum spectat, mire afflictor; hinc quam poterat, ei opem et favorem spondebat, id se monasterium, si quando paratum esset, admissurum asserens. Agi quoque inter eos cepit de necessario ad annuos sumptus et alimoniam censu: nos autem non plures quam tredecim in id admitti moniales volebamus, B idque ob varias rationes. Antequam vero de hoc negotio quidquam tractare inciperemus, F. Petro de Alcantara, quidquid in ejus tractatione fieret, perscribebamus. Is porro suadebat ut ceptum negotium acriter urgeremus, suamque de omnibus sententiam nobis rescribebat. Quare merito *Bulla Canonizationis S. illius viri ait cum ita S. Teresiae fuisse auxilio, ut suscepta ab illa Reformationis praecipuus promotor sit habendus.*

S. Ludovici
Bertrandii.

283 S. Petro de Alcantara jungendus est S. Ludovicus Bertrandus, lucidum inclyti Ordinis Praedicatorum sidus, qui anno 1560 Valentiae magistrum tironum agebat. De hoc biographus ejus P. Bartholomaeus Avignonus (apud Majores nostros tom. V Octobris, pag. 413) haec Sanctam nostram spectantia tradit: S. Teresia, Ordinis PP. Carmelitarum Discealceatorum Fundatrix, primis annis dum cepit cum Ordinem instituere, super hoc proposito suo diversas spirituales personas consuluit; ac peculiariter scripsit ad B. Bertrandum, exponens desiderium suum et rationes quibus inducebatur ad rem tanti momenti, quaeque tot difficultatibus turbis obnoxia erat, aggrediendum. Accepta hac epistola, Beatus hoc negotium Deo commendavit; C et post tres quatuorve menses responsoriam ei misit sequentem: « Mater Teresia, litteras tuas accepi; » et quia negotium de quo me consulisti, ad Dei » cultum plurimum attinet, volui illud prius meis » tepidis precibus et Sacrificiis divinae Majestati » commendare: eaque causa est cur respondere » tardaverim. Modo in nomine ejusdem Domini » dico tibi, ut sumas animum ad tantum opus ag- » grediendum, Deum te adjuturum tibi que fautu- » rum; et illius nomine te facio certiore non » elapsuros quinquaginta annos quin vestra Religio » futura sit una ex illustrioribus quas habet Ec- » clesia Dei, qui, etc. Valentia, etc. » Testatur Avignonus hanc epistolam se accepisse e S. Ludovici Vita, auctore Joanne Roca; ubi illa extat sermone, quo scripta fuit, hispanico (tract. I, c. XXII), uti quoque in Chronico (lib. I, c. XXXVI, n. 3). Versionem latinam verbis tantum diversam, cetera similem ei quam exhibui, dat Ven. P. Joannes a Jesu Maria in Vita S. Teresiae (lib. I, c. 1). Abest ubique annus scriptio- nis; sed fuisse unum e tribus annis 1560, 1561, 1562, loci designatio importat: anno enim 1560 Sanctus rediit Valentiam, unde tres annos abfuerat, et biennio post in Americam trajecit.

284 Ad eadem tempora referenda quoque videntur S. Matris ad S. Borgiam litterae, de quibus supra ex Cienfuegosio memini (num. 161). Utrum vero ad S. Ludovicum Bertrandum scripserit, et hujus sit responsionem praestolata, priusquam suum superiorem, P. Angelum de Salazar, Castellae provinciae Ord. Carm. moderatorem, per Guimaram de Ulloa consuluit; mihi, tum ob incertum annum scriptae a S. Ludovico epistolae, tum etiam ob trimestrem quadrimestremve Sancti hujus in respondendo moram, nimis dubium videtur quam ut id cum auctore Chronici et P. Frederico a S. Antonio affirmem. Potius admiserim ex Yepesio, S. Virginem, mente confessarii, superioris ac S. Petri de Alcantara jam explorata et nota, praeterea adhuc S. Ludovici per litteras quaevisse sententiam. Parvi sane id refert; sed tamen indigitare volui, diligentiae historicae sectandae gratia.

285 Pergit Sancta: Mox vero ut in urbe sciri res cepta est et omnium ad aures pervenit, gravis in nos adversantium et obloquentium tempestas insurrexit, ut omnes oblocutiones, ludibria, scommata et irrisiones paucis perstringere non possem. Me aiebat meo in canobio bene ac quiete esse, ac proinde non nisi ex levitate transire velle; socia F porro mea ita exagitabatur ut quo se verteret ignoraret: ego quid agerem nesciebam, et ex parte illos merito sic loqui et bene fundatos videri censebam. Hac in angustia agens, Dei opem imploravi, qui me statim consolatus est, et animum addidit: dixitque jam viderem quae obloquia et persecutiones illi passi sint Sancti qui primum Religionem aliquam fundarunt: addebat plures mihi persecutiones subeundas quam possem mente concipere, at flocci eas faceremus. Indicabat et quaedam quae sodali meae declararem. Maxime porro mirabar, tum quod statim, quoad ea quae jam praeterierant, magnam in nobis ipsis consolationem sentiremus, tum quod egregie ad omnibus obsistentibus resistendum animata essemus. Et sane vix erat ex omnibus orationem exercentibus, et propemodum in universa civitate ullus, quin nobis tunc adversaretur, nostrumque inceptum velut summe insanum exploderet; quinimo ipsius monasterii mei tanta erat oblocutio et turbatio, ut provinciali nostro nimis quam difficillimum et gravissimum videretur omnium menti ac voluntati velle refragari.

286 Unde factum est ut et alterius opinionis fieret, et jam monasterium nollet admittere: aiebat namque et censum incertum esse ac nimis quam F tenuem, et oblocutionem multam. Et sane non male censere is videbatur, ut rem ceptam intermitteret et admittere monasterium penitus nollet. Erat hoc nobis, quae jam primos ictus recepisse videbamur, ac mihi imprimis permolestum, quod ipse provincialis nobis adversaretur: illo enim id volente et urgente, ego omnis apud universos culpae expers habebam: sodali quoque meae confessarii non ante absolutionem sacramentalem dare volebant, quam ceptum negotium urgere desineret; quod eam ad scandali occasionem auferendam teneri dicerent.

287 Adibat ea doctum quemdam ex Ordine S. Dominici virum, insignem Dei servum, ut cum illo de re hac universa communicaret; idque antequam provincialis hoc negotium jam seposuisset: in universa quippe civitate neminem inveniebamus qui hac in re nobis consulere et quid facto opus esset indicare vellet: atque haec erat causa cur hoc nos e cerebro nostro comminisci dicerent. Matrona secreto illi viro rationem de omnibus reddebat, simul indicabat censum quem de patrimonio suo habebat, enixeque cum rogabat nobis ut adesset; erat is quippe

AUCTORE
V. D. M.
et fortasse
S. Francisci
Borgiae, con-
firmatur.
D

Ortis in civi-
tate obloquis.

provincialis
sententiam
mutat;
F

sed, cum P.
Petrus Ibanez
Ord. Præd.,

AUCTORE
V. D. M.

A quippe illa tempestate totius civitatis doctissimus, et erant illo quam paucissimi in universo ipsius Ordine doctiores. Quidquid facere decreveramus illi significabam, addebam et quasdam facti mei rationes: nullam porro apud eum visionem aut revelationem divinam, sed dumtaxat naturales quæ ad id faciendum me movebant rationes proferebam; et ut secundum illas, et non alias, vobis mentem et opinionem suam, et quid opus facto esset, indicaret, eum rogabam.

re mature de-
liberata,

288 Octiduum ille ad deliberandum et respondendum petiit: simulque quærebat num facere paratæ essemus quidquid ille nobis consuleret. Pacatas nos fore spondebam: sed, esto id sponderem, et, prout mihi videtur, etiam fecissem, semper tamen quædam in me certitudo mansit, nec eam unquam deposui, rem haud dubie ad exitum perducendam. Majorem porro sodalis mea fidem habebat; nam, quodeunque demum illi dicebatur, nunquam rem plane abjicere volebat: ego vero, etsi mihi impossibile videretur, rem plane non posse confici, in tantum tamen revelationem veram esse credo, in quantum rebus in Sacra Scriptura traditis aut Ecclesiæ præceptis, quæ servare obligati sumus, non adversatur. Nam, esto plane et vere mihi videretur res hæc a Deo venire, nihilominus, si doctus ille vir id nos sine Dei offensione et peccati reatu facere non posse asseruisset, quamprimum (ut mihi quidem videtur) id de manibus abjecissem, et aliam ejus exequendi rationem excogitassem: verum aliam quam hanc ipsam, mihi Dominus non suggerebat.

Sanctæ consi-
lium appro-
basset,

289 Hic porro Dei famulus postea mihi retulit, firmiter se apud semetipsum statuisse omnimodis nos ab isthoc proposito et cæpto dehortari (jam enim ad aures ejus vox et obloquia populi pervenerant; quin etiam ipsi, uti et aliis omnibus, stultum omnino id esse videbatur: et vir quidam nobilis, audito nos ad illum consulendi ergo abiisse, illi significarat, videret etiam atque etiam quidnam ageret, nec nos aliqua in re audiret vel juvaret); nihilominus cum secum cogitare quid nobis responderet, et rem ipsam, intentionemque ac scopum nostrum, quin et vivendi modum, ac Religionis genus quod illi proposueramus, examinare apud se inciperet, visum id sibi ad honorem Dei mirifice futurum et certissime ad exitum perductum iri: unde et nobis in responsione suasit ut in illo perficiendo urgendoque festinarem, simul et modum rationemque quam in ejus executione nos servare oporteret, aperuit. Censum autem tenuem non debere in causa esse cur res omitteretur, sed debere nos Deo in aliquo fidere: si quis autem refragari aut resistere nobis vellet, ad se hunc mitteremus, se illius argumentis et objectionibus facturum satis. Atque ita ille nos in omnibus ac semper adjuvit, uti postea suo loco commemorabo.

emittitur tan-
dem aliqua
domuncula.

290 Hoc autem nos mirifice recreavit, uti etiam quod quidam viri sancti, quos hactenus adversarios senseramus, jam pro nobis ex parte sentirent, nonnulli quoque nos re auxilioque suo adjuvarent: inter quos non postremus fuit sanctus ille eques de quo ante paulo locuta sum; qui cum cæptum hoc commodissimam ad tantam perfectionem viam esse (ut etiam revera est; nam omne nostrum fundamentum oratione nititur) cerneret, cessit, dicens fieri posse rem hanc a Deo esse, etsi media et viæ ad eam perficiendam perdifficiles ei et incommodæ viderentur. Dominus haud dubie cor ejus moverat, uti et magistri illius, famuli Dei ac sacerdotis, quem, sicut dixi, primo sum allocuta, qui universæ civitati instar speculi est, quemque illic Dominus ad multarum animarum bonum ac juvamen commorari

voluit; atque is jam tum negotium nostrum juvare et promovere incipiebat. Rebus ergo ita constitutis, nos identidem orationi insistentes, domum loco satis commodo emimus, esto parvam: sed parum id curabam; Dominus quippe mihi dixerat, ut, quomodocumque possem, eam ingrederer; visuram quippe me postea quid Majestas ejus factura esset. Et sane quomodo id vidi et experta sum! Ac tametsi viderem, reditum tenuem esse, ipsa tamen mihi firmiter persuadebam fore ut Dominus alia rem via et mediis promoveret nosque adjuvaret.

291 *Franciscum Salcedum, quem sancti equitis appellatione Teresia decorat, item pium magistrum Dazam jam novit lector. Præsentatus vero, de quo modo mentio incidit, fuit, non P. Dominicus Bañez, ut putavit P. Tournon in suo opere de Viris illustribus Ordinis S. Dominici (tom. IV, lib. xxxii), sed P. Petrus Ibañez, quem inter scriptores sui Ordinis P. Jacobus Echardus ad annum 1565 hoc encomio dilaudat: F. Petrus Ibañez Hispanus Salmanticae Ordinem professus, vir vitæ innocentia nec minus eruditione conspicuus, theologiam Pinciae professus est apud suos, sed et ejus quam mysticam vocant, insignis et expertus magister fuit, ceu qui orationi assidue celestiumque rerum meditationi totus incumberet. Hinc a S. Virgine Teresia, perfectiorem vitam aggressa, conscientiae arcanorum arbiter et mystagogus allectus, non parum ad eam in proposito confirmandam et ad sublimiora evehendam contulit: vicissimque ipse ex eminentiore illius animæ consortio ac necessitudine non exiguum percepit spiritus emolumentum. Apud Trianos sodalium priorem agens, ad ea ad quæ se semper extenderat anteriora, felici morte transiit anno MDLXV. De quo legendus Lopez, Hist. gen. part. IV, pag. 447 et seqq.; Gravina, Voce turturis, p. 169; Altamura ad 1565. Scriptus ab eo relictus est Tractatus de regulis ad discernendos spiritus, in XI capita divisus, lingua Hispana; ad quæ scilicet Virginis Teresiae, tum vitam spiritualem aggressæ, mores expenderat. Cujus tractatus quædam fragmenta episcopus Turiasonensis initio operum Sanctæ profert, addens integrum MS. servari in monasterio Abulensi sanctimonialium Teresianarum.*

Controversi-
tur num Iba-
ñezio adscribi
debeat

292 *Ex hac postrema phrasi P. Echardi eruit Boucher, id quod evidenter inibi non continetur, exaratum a P. Ibañezio fuisse scriptum triginta et tribus constans articulis de S. Teresiae spiritu, quod Ribera Vita suæ Teresianæ inseruit lib. IV, cap. IV, et Yepes item suæ lib. I, cap. XXI. Scilicet Boucherio articuli illi nihil aliud esse videntur quam compendium e majori Tractatu de regulis ad discernendos spiritus ab Ibañezio ipso extractum et ad S. Teresiam missum pro responsione ad quamdam ab ea acceptam epistolam; illam nempe quam Ribera exscripsit lib. IV, cap. XIII, Yepes lib. III, cap. XXVIII, auctor Chronici lib. I, cap. XXXI, et cui apud hos tres auctores subnectitur altera epistola ejusdem fere argumenti. Verum quam gratis hoc a Boucherio asseritur, tam gratis etiam negari potest: eo magis quod Yepesius, qui tractatum majorem e P. Ibañezii autographo legit, et aliqua ejus fragmenta recitat inter diversa virorum doctrina et sanctitate illustrium de S. Teresia testimonia § II, ab eo Patre Prædicatore probe distinguit (in Sanctæ Vita lib. I, cap. XXI) auctorem 33 articulorum; quem suspicatur fuisse Patrem Societatis Jesu, a quo ad Ven. Joannem de Avila directi fuerint: in hanc suspicionem eo forsitan inductus quod speciatim nominari articulis 21 et 27 Patres Societatis Jesu cerneret; qua ex circumstantia prorsus contrarium, videlicet non esse a Patre Societatis scriptos, concludendum arbitratur.*

33 articuli de
spiritu S. Te-
resiae.

F

A arbitratu Boucher. Ribera hanc in rem nihil nos docet; cum rescire se non potuisse fateatur a quo esset illud scriptum auctore contextum.

an potius S. Petro de Alcantara.

293 *Chronicon* vero, collectorem *Epistolarum* S. Teresie ceterosque recentiores si consulamus, in tertiam sententiam incidimus, non jam cuiquam ex Ordine S. Dominici aut S. Ignatii, sed S. Petro de Alcantara articulos adscribentem. Plura quidem ad sententiam hanc probandam argumenta, neque ea tamen inexpugnabilia, afferunt auctor *Chronici* (lib. 1, cap. XXXII) et P. Fredericus a S. Antonio (lib. 1, cap. XX); verum hisce discutiendis supersedere possumus, siquidem prorsus rem perficit, modo in allegando vade suo non fallatur, P. Joannes a S. Ludovico, qui in nota quadam ad S. Teresie Vitam (lib. II, cap. IX) ita loquitur: Duo hæc scripta, nempe relationem Sanctæ et approbationem S. Petri de Alcantara, genuina esse constat ex antiquis Ordinis nostri documentis et e processibus beatificationis utriusque Sancti; prout se vidisse testatur R. P. Fr. Joannes a S. Bernardo, Ordinis sui in Curia Romana procurator, et postulator causæ illustris Patris sui Petri de Alcantara, cujus ipse Vitam ex actis beatificationis extractam typis Neapolitanis anno 1667 edidit, hortante D. Francisco Fabes, Sacrae Rituum Congregationis et Francisci Cardinalis Barberini secretario. Cum laudatam S. Petri Vitam non habeamus, diligentius in hanc rem inquirere non potui; sed facere id forsitan poterit ille ex nobis qui ejusdem Sancti acta illustraturus est ad diem XIX Octobris.

P. Ibáñezii elogium ex verbis S. Teresie.

294 Porro ad laudes P. Ibáñezii, e quibus in hanc digressionem devenimus, paulisper redire easque amplificare juvat luculento testimonio quod de ejus sanctitate reddit S. Teresia Vite suæ capite XXXVIII, hisce verbis: Quodam tempore vidi, quomodo Beata Virgo Patri illi præsentato Prædicatorum Ordinis, de quo jam supra aliquoties memini, candidissimam cappam circumdaret; dixitque mihi se in illius quod sibi præstitisset, obsequii, dum scilicet strenue allaboravit ut domus hæc fundaretur, compensationem ei hanc candidam vestem dare, idque in signum quod illius animam ipsa posthac mundam servaret, et ab omni peccato mortali immunem. Id quin ita factum sit minime dubito: paucis enim exinde post annis demortuus est; reliquo autem vitæ tempore et in morte tantam austeritatem et sanctitatem prætulit, ut, quantum e conjecturis assequi possum, nullus sit de eo ambigendi locus. Quidam autem monachus, qui eum morientem viderat, certo mihi affirmavit se ex eo, paulo antequam spiritum in Dei manus traderet, audisse, S. Thomam sibi visum assistere. Mortuus est autem summo cum gaudio et ardentissimo ex hoc ærumnoso exilii loco emigrandi desiderio. Postea subinde mihi magna in gloria apparuit, et nonnulla secreta aperuit. Orationi porro ita addictus erat, ut etiam in mortis hora, cum ob nimiam corporis debilitatem ab ea abstinere vellet, plane non potuerit, ob frequentes quos tum patiebatur raptus. Paulo antequam ex hac vita decederet, litteras mihi misit, in quibus me consuluit quomodo se in raptibus, qui ei statim post Missæ celebrationem incidebant ac satis diu durabant, ita ut eos ipse impedire non posset, gereret: sed Deus tandem ei omnium quos toto vitæ tempore sat multos subiit, laborum atque obsequiorum præmium reddidit.

§ XVI. Cœptum opus, impedita Teresia, promovet P.

Petrus Ibáñez Ord. Præd.: ipsa Sancta eidem rursus allaborans, cœlicis visionibus animatur. Frater ejus pecuniam, operam soror et sororius conferunt. Mittitur Toletum.

AUCTORE
V. D. M.
D

Pervenimus jam ad caput XXXIII, quod sequentis tenoris est: Cum hoc in statu res versaretur, et ita prope jam confecta esset ut postera die litteræ censuum conficiendæ et confirmandæ essent, mentem suam mox provincialis noster mutavit. Divino illum nutu, ut postea liquido patuit, permotum fuisse, mihi verisimile fit: quod enim orationes intensæ essent et frequentes, placuit Domino rem paulatim et alio longe modo ad exitum perducere. Cum ergo is monasterium nollet admittere, statim confessarius meus mihi inhibuit ne de hoc negotio ulterius agerem, tametsi, quas me, ut ad hunc statum et hactenus id perducerem, Dominus pertulisse novit, molestiæ et difficultates ingentes essent. Quod ergo res intermitteretur nec ulterius promoveretur, hinc longe magis homines in ea opinione quæ id nonnisi mulierum inventum et commentum esse dixerant, confirmabantur, et crescebat adversum me oblocutio et murmuratio, etsi quidquid usque ad illud tempus factum erat, provincialis jussu et venia factum esset.

296 Non rectis oculis sorores meæ me aspiciabant, maleque erga me animatæ erant, eo quod aliud monasterium, cujus clausura esset arctior, fundare molirer: dicebant namque me ipsis hoc pacto infamiæ natam inurere, et æque me ibi atque alio in loco Deo servire posse, cum in eo essent aliæ longe me meliores; non videri me bene erga monasterium in quo hactenus egeram, affectam; denique longe satius esse huic redditum annuum quam cuilibet alteri procurare. Unde consulebant nonnullæ ut in carcerem compingerer; aliæ vero (quæ perpaucæ erant) meam causam propugnabant. Videbam multis quidem in rebus jure meritoque illas de me conqueri (hinc etiam subinde me apud illas purgabam): quia tamen quod in hoc negotio præcipuum erat (nimirum id me nonnisi Domino jubente suscipere) dici non oportebat, hinc nesciebam quid agerem; atque adeo tacebam. Alio tempore illam mihi Dominus gratiam præstabat quod hæc me remora nihil omnino gravaret, ac cœptum negotium non minori facilitate et lubentia intermitterem quam si nullo prorsus labore aut molestia mihi constitisset. Sed hoc ut crederent, vix ullus in animum inducere poterat, ne quidem pii illi orationisque amantes viri quos assidue tractabam: quin imo magnopere me propterea dolere et non parum indignari putabant.

moniales ex-
nobi inurunt
tione

297 Ipse quoque confessarius meus non aliter sibi persuadere poterat. Sed quia feceram quidquid a parte mea potueram (ut quidem mihi videbatur), hinc me ulterius ad Domini jussa adimplenda teneri non putabam: atque ita domi me continui, pacata et quieta; mihi tamen plane persuadere non poteram ipsum adimpletum non iri, et, licet nullam ejus adimplendi rationem aut modum viderem, aut quomodo aut quando id foret, firmissime tamen ipsum perfectum iri credebam. Nihil vero magis me movit quam missa quedam a confessa-

et confessari-
us Sanctæ

AUCTORE
V. D. M.

A rio meo epistola, tanquam si aliquid illo invito et præter voluntatem ejus egissem (voluit fortassis Dominus ab illa etiam parte mihi molestiam creari, a qua illa veniens me maxime affligeret); qua ille me in hac multiplici afflictione et persecutione mea adeo non est consolatus (uti quidem expectabam) ut etiam scriberet me jam facile ex iis quæ contingerant, posse videre, omnia nonnisi mera esse somnia; quare viderem ne posthac amplius inanem operam et laborem sumerem, et hac de re non amplius agerem, cum scandalum, quod inde secutum erat, jam liquido perspicerem. Addebat et alia, sed quæ aliorum non tendebant quam ad me affligendam et contristandam.

Quasi tunc:

298 Unum hoc gravius me affligebat quam omnia alia etiam simul juncta: examinabamque num aliqua forsitan in re occasionem dedissem, aut in culpa fuisset, cur Deus offenderetur; et cogitabam, si hæc visiones diabolicæ fuissent illusiones, fieri posse ut etiam omnis oratio mea mera impostura esset, itaque turpissime deciperer et in pereundi periculo versarer. Ita autem vehementer et extreme hoc me affecit, ut tota essem turbata et gravissima in angustia versarer: sed Dominus (qui me in omnibus illis quæ narravi gravaminibus et afflictionibus nunquam dereliquit, sed sæpe me solabatur et animum suggererat, quod commemorare hic longum nimis foret) tunc mihi dixit non esse quod propterea deiciat aut me contristem: etenim Deo magnum me in hoc negotio obsequium præstitisse, nullo autem modo ipsum offendisse; ad unguem autem et præcise exequerer quod mihi confessarius injungeret, scilicet modo et in præsens de hoc negotio penitus tacerem, quoadusque commodum de eo denuo agendi tempus foret. Ita porro hocce dicto contenta fui et consolatione perfusa, ut omnis quam ejus causa experta eram, persecutio et molestia nihil omnino esse videretur.

qua dum obediens a consilio desistit,

299 Hic simul mihi Dominus ostendit quam singulare bonum sit molestias, difficultates et persecutiones illius nomine perferre: amor quippe Dei tantum in anima mea ex hoc incrementum fecit, sicut et alia multa, ut non parum obstupescerem: atque hæc est causa cur non possim non semper tribulationes et adversitates postulare. Alii vero putabant me propterea maximopere indignari; et revera indignata fuisset, nisi Dominus tanta me gratia in tantum prævenisset. Tunc temporis autem ingruere in me cœperunt majores illi amoris divini impetus quos dixi, et sublimiores raptus, etsi eos ipsa tacerem, et nullum de spirituali hoc lucro apud ullum verbum facerem. Sanctus quoque ille Dominicanus tam certus erat rem hanc confectum iri quam ego, et quamvis ego de ea agere intermitterem, ne videlicet confessarii mei præcepto adversarer, ipse tamen una cum sodali mea rem acerrime perurgebat: hinc Romam litteras scribebant, atque inter se quid facto opus esset, deliberabant et consultabant. Diabolo quoque cooperante et se intromittente, factum est ut unus ex alio sciverit hac in re me revelationem aliquam habuisse: unde magno cum tremore et anxietate ad me veniebant, dicentes et periculosa esse tempora in quibus ageremus, et fieri posse ut apud Inquisitores me quis deferret et insinularet. Ineptum plane et ridiculum id mihi videbatur (nunquam enim hac in re aliquid timui); sciebam quippe me, in rebus ad fidem spectantibus, potius milles etiam pro minima S. Ecclesie caeremonia aut aliqua S. Scripturæ veritate mortem subituram fuisse, quam me quis contra eam peccantem aut delinquentem vidisset: unde dicebam non esse quod quoad hanc partem de me

metuerent. Vere quippe miserum animæ meæ fuisset, si quid in ea fuisset ob quod, ne in Inquisitorum manus inciderem, timere debuissem: nam si quid tale in me deprehendissem, ultro ad eos ipsa concessissem, et si quid mihi falso imponeretur, confidebam fore ut Dominus non solum me ab illa calumnia eriperet, verum etiam proventum ex illa concederet.

300 Rem hanc cum Patre illo Dominicano conferebam: quod enim tam doctus esset, uti dixi, hinc iis quæ dicturus esset, tuto niti, consiliaque ejus indubitate sequi poteram: simul etiam visiones meas et modum orandi quem servabam, nec non ingentes quas mihi Dominus faceret gratias, quam poteram clarissime liquidissimeque ei tunc patefeci, illum rogans ut exacte singula excuteret, et num quid in iis Sacre Scripturæ repugnans adverteret, simul etiam suum de singulis judicium opinionemque declararet. Is me certam securamque esse jubebat; ego vero, ut quidem judico, non parum hoc pacto illi profui: esto enim valde bonus esset, ex eo tamen tempore multo magis se studio orationis dedit, intraque aliud sui Ordinis monasterium, in quo major erat quies et solitudo, sese abdidit, quo se ibi in ea melius commodiusque exerceret: in quo duos ipsos annos egit, donec eum superiores (quod illi grave fuit) alio commigrare juberent; quod enim tantus ac talis vir esset, ejus opera alio in loco indigebant. Mihi sane illius hinc discessus etiam ex parte obfuit; eum tamen, etsi insigni ejus opera jam carere deberem, impedire nolui, utpote sciens hunc in utilitatem ejus cessurum. Mihi ergo ob ejus discessum vehementer afflictæ, dixit Dominus tristitiam et angorem deponerem, ac mentem ad quietem componerem, eo quod bene comitatus abiret. Anima enim illius ita meliorata et profectu spirituali aucta inde rediit, ut jam reversus mihi diceret nihil sibi hoc discessu esse carius et nullam præ eo rem malle. Idem quoque ego e parte mea dicere possem: nam, cum antea solum sua doctrina securam me redderet et solaretur, jam reversus, etiam per spiritus experientiam, utpote quam jam sibi sat magnam rerum supernaturalium compararat, me solabatur. Eo autem tempore eum Deus Opt. Max. huc redire fecit, quo eum Majestas ipsius requiri et opus esse sciebat, ad huic suo operi (monasterii, inquam, hujus promotioni) quod Majestas eadem perfici et ad exitum perducere volebat, opportune cooperandum.

301 Quinque igitur aut sex mensibus sic tacui, de hoc negotio nec tractans nec verbum ullum faciens; neque etiam Dominus ipse aliquid mihi quoad illud amplius imperabat: quamvis autem ignorarem nec intelligerem quænam hujus rei esset causa, in animum tamen meum inducere plane non poteram ipsum non perficiendum. Ad finem hujus temporis, cum collegii Societatis Jesu rector hinc alio jam discessisset, alium ejus loco divina Majestas huc adduxit, virum mire spirituales, magno animo et ingenio præditum, simul et insigniter doctum; idque eo tempore quo in magna anxietate constituta eram: etenim quod is quo tunc confessario utebar, sub rectore esset, et Societatis hominibus sancta et inviolata ea virtus sit, nihil omnino ut agant quam prout vult ipsorum superior, tametsi ille spiritum meum optime intelligeret, summeque ut rem perficerem expeteret, in nonnullis tamen rebus nihil certi determinare audebat, idque ob plurimas quibus ad id movebatur rationes. Porro spiritus meus tunc temporis tanto impetu propellebatur, ut permolestum mihi esset cum ita vinctum

*strenue rem
urget P. Ibáñez.*

*Novus denique
rector collegii
S. J., Gaspar
de Salazar.*

tenere;

A tenere; attamen ne latum quidem unguem ab ejus jussis declinabam.

cum per confessarium,

302 Quadam die cum in summa angustia versarer, eo quod confessarium minime mihi credere putabam, dixit mihi Dominus ne me affligerem aut torquerem, hanc quippe angustiam et pressuram brevi finem habituram. Unde mire fui exhilarata, quod per hoc brevi me morituram significari putarem; et quoties hoc mihi in mentem veniebat, magnam in anima mea letitiam sentiebam: sed postea liquido perspexi, de illius rectoris, quem dixi, adventu Dominum loqui voluisse: exinde enim nulla mihi amplius hujus afflictionis sentiendae data fuit occasio, quod nuperus et novus ille rector Patri ministro, qui meus confessarius erat, ne utquam refragaretur, sed ei ut me consolaretur injungeret, nullum hic periculum metusve occasionem dicens subesse, nec me tam angusta aretave via duceret, spiritum denique Domini prout vellet operari sineret: interdum quippe, ob vehementes illos spiritus impetus, nec halitui attrahendo anima sufficiens futura videbatur.

cum per seipsum Teresiam solatur:

303 Rector hic me venit invisum; confessarius autem meus mihi injunxit ut omni libertate et claritate cum eo de rebus meis communicarem: et quanquam magnam in hujusmodi rebus divulgandis repugnantiam sentire solebam, ubi tamen tunc confessionalem sedem intravi, nescio quid in spiritu meo sensi, quod nec ante nec postea unquam apud ullum alium sensisse me memini; quod quale et quid fuerit, dicere non possem, imo nec per similitudinem aliquam exprimere: erat namque spirituale quoddam gaudium et occulta quaedam notitia atque intelligentia, qua se anima mea a rectoris anima intelligendam meque ei conformem esse intelligebat, esto quomodo id fieret, uti dixi, non intelligerem; nam si illum antea allocuta fuisset aut mira quaedam de illo ab aliis inaudissem, non fuisset mirum me gavisam fuisse, quod me ab illo intelligendam scirem; sed nullum is mihi, nec ego illi hactenus verbum locuta eram, nec erat is cujus antea aliquam habere potueram notitiam. Exinde porro liquido percepi spiritum meum in illo minime deceptum fuisse: siquidem omnimodis et mihi et animae meae profuit, cum illo communicare et loqui: illius namque communicatio maxime conducibilis est iis quos Dominus jam longius provexisse videtur; ipse enim eis stimulos subdit ut celeriter currant et non pedetentim incedant, atque id potissimum spectat ut eos ab omnibus rebus creatis abstrahat et mortificet: ad hoc quippe ei Dominus, uti et ad alia plurima, singularem gratiam ac talentum dedit. Ut cum eo agere ceppi, modum ejus agendi, spiritum et genium statim perspexi; ac illum puram et sanctam animam esse, et ad discernendos spiritus miram quamdam a Deo gratiam vidi accepisse: ipseque mihi magnam consolationem attulit.

cujus auctor est ut manum iterum admodum operi.

304 Non multo postquam cum illo agere ceperam, instare denuo et urgere Dominus me cepit ut monasterii negotium rursus in manus sumerem, et confessario meo et rectori huic multis rationibus et argumentis ostenderem, ne quod mihi in hoc impedimentum adferrent; quorum ea erat vis ut etiam nonnulla ipsis metum incuterent: rector hic quippe nunquam dubitavit quin esset Spiritus Dei; nam omnes ejus effectus sollicite admodum et mature secum examinando perpendebat. Itaque, postquam alia permulta intervenissent, nullum mihi sunt ausi impedimentum in hocce negotio aut remoram obicere; sed ipse confessarius meus iterum plenam mihi potestatem fecit omni qua possem contentione et studio in id coarctandi. Videbam equidem quan-

tam molestiarum molem in caput meum accerserem, tum quod prorsus sola essem, tum quod valde parum possem. Inter nos ergo convenit ut rem quam fieri posset secretissime ageremus; unde dedi operam ut una de sororibus meis, quae alio in loco commorabatur, domum coemeret, et eam tanquam si ipsius usibus cessura esset adaptaret, idque ea pecunia quam Dominus certis quibusdam mediis ad eam coemendam procurabat. Nimis quippe longum foret referre quibus eam Dominus viis modisque nobis procuraret: maxime namque cavebam ne qua in re contra obedientiam peccarem; sciebam tamen me, si superioribus meis rem aperuissem, omnem, uti alias, operam perdituram fuisse, imo etiam pejore loco negotium futurum quam antea. Saepo vero magnam in pecunia procuranda, in domo comparanda, disponenda ac concinnanda molestiam et laborem pertuli; et quidem interdum sola, esto socia mea faceret id quod poterat: sed parum in eo poterat; imo tam parum ut prope nihil esset, et solum quod id illius nomine et illa annuente fieret: reliquum vero laboris in me tam diversimode ingruerat, ut jam non parum mirer quomodo illi ferendo par esse potuerim. Unde interdum afflicta et moriens dicebam: « Quomodo fieri potest, Domine mi, ut talia mihi tute praecipias, quae prorsus » impossibilia videntur? Si essem libera, quamvis » sim mulier, bene quidem; sed cum undequaque » diversis vinculis constricta sim et sine ulla pecunia, ac nesciam etiam undenam eam com- » parem, tum ad litterarum expeditionis Roma » mittendarum, tum ad alios sumptus necessarios » sustinendos necessariam, quomodo aliquid praestem aut exequar? »

305 Cum semel in magna necessitate constituta essem, nesciremque quid agerem, vel undenam operariis nonnullis mercedem persolverem, Sanctus Josephus, verus meus Pater et Dominus, mihi apparuit, spondens pecuniam mihi nequaquam futuram, ac proinde cum operis de stipendio convenire: quod et feci, ne obolum quidem in promptu habens. Dominus porro iis mihi modis de pecunia necessaria providit, ut quicumque audirent, summo opere obstupescerent. Domus mihi nimis quam parva videbatur, et erat revera ita parva, ut, quo monasterium fieret, prorsus inepta videretur. Volebam quidem et aliam domum coemere, sed non suppetebant nummi, nec ulla ejus emendae apparebat ratio, ut quo me verterem nescirem: vicina quippe ei erat alia domuncula, templo concinnando idonea. Cum autem quodam tempore a Sacra Communionem surgerem, ait Dominus ad me: « Dixi tibi » ut in illam te conferas, quomodocumque possis. » Et velut per modum exclamationis addebat: « O generis humani cupiditas, cur times ne tibi etiam » terra desit? Quoties ego sub dio, quod tecto et domo » carerem, dormivi! » His auditis valde consternata mansi, ac vidi illum jure de nobis queri. Concessi itaque in domunculam illam, eamque in certas partes dispartiens, comperi perfectum quoddam monasterium esse, tametsi perexiguum et angustum; nec exinde de majore area aut fundo coemendo laboravi; operam tantum dedi ut in eo quem jam habebam, aedificium habitationi commodum adaptaretur, idque rudi modo et sine ulla arte et ornatu, nihil aliud ei addendo quam quantum, ne sanitas inhabitantium detrimentum pateretur, necessarium erat: etenim semper primo sanitatis ratio habenda est.

306 Cum in festo S. Clarae ad Sacram Communionem accederem, magno cum splendore Diva ipsa mihi apparuit, bono me animo esse et opere cepto progredi

AUCTORIS
V D M

D

E

Sancta Dei al-
loquitur

F

et S. Clara
apparitione
animatur.

AUCTORE
V. D. M.

A progredi iubens, suamque mihi in eo opem et favorem pollicens. Magnum exinde erga eam devotionis affectum concepi, et quod mihi tum dixit, ita comperi verum esse ut quoddam Ordinis illius monasterium, quod non procul hinc distat, nos suo tenui censu aliquatenus sustentet. Et, quod majus fuit, meum hoc desiderium ad tantam ipsa perfectionem paulatim perduxit, ut paupertas quam Sancta illa Virgo suo in cœnobio servabat, etiam hoc in loco servetur, et ex eleemosynis vivamus: quod sane mihi non parvo labore constitit, ut videlicet cum omni firmitate et Summi Pontificis auctoritate fieret, ac nihil illi adversum contrariumve committeretur, neve ullus unquam census admitteretur. Quin et plura Dominus præstat (forsan benedictæ hujus Virginis precibus et intercessione), quod nobis, etiam non potentibus, Majestas ejus abunde de omni eo quod nobis necessarium est providet. Sit ipse de omnibus in sæcula sæculorum benedictus. Amen.

sequi splendidi
da veste et tor-
que aureo

B 307 Cum eodem pene tempore, in festo videlicet Assumptionis Deiparæ Matris, in Dominicanorum templo agerem, mecumque perpenderem peccata illa numero plurima quæ olim eo in loco confessa essem, nec non alia quæ ad vitam meam improbam spectabant, tam vehemens me raptus occupavit ut prope in mentis deliquium inciderim. Subsidebam in terra, et, quod majus est, non poteram (ut mihi quidem videtur) videre Corpus Domini in Sacro elevatum, aut Missam audire; adeo ut hoc postea mihi scrupulum moverit. Hoc quidem in statu constituta, videbar alba et splendida valde quadam veste indui. Initio non videbam quis mihi illam injiceret; at postea ad latus meum dextrum vidi adstantem Sanctissimam Virginem Mariam, et ad sinistram Patrem ac Tutorem meum Josephum, qui hanc mihi vestem circumdarent: simul quoque mihi dabatur intelligi jam me a peccatis meis mundatam esse. Postquam vero jam induta essem, magnaque jucunditate et gloria perfusa, statim mihi visum est quod Deipara Mater, manibus meis apprehensis, mihi diceret rem me sibi gratissimam facere, quod gloriosi Confessoris Josephi cultrix essem; certo proinde mihi persuaderem illud ipsum quod quoad monasterii erectionem conceperam, perfectum iri: addebat quoque Dominum Jesum et se, una cum sponso suo Josepho, maxime in eo colendos; ne metuerem fore ut id decretum unquam immutaretur (etsi obedientia, quam præstebam, ad gustum meum non esset), quod ambo nos custodirent; jam enim filium suum nobis pollicitum esse se in medio nostrum fore, sequi in hujus rei veritatis signum hoc mihi monile tradere. Atque hoc dicto, torquem ex auro pulcherrimo, de quo pretiosissima quædam crux dependebat, collo meo videbatur injicere: sed aurum et gemmæ illius ita ab auro et gemmis terrenis differunt, ut nulla inter utrumque sit similitudo; pulchritudo quippe ejus longe discrepat ab omni eo quod hic imaginari possumus; imo nec intellectus concipere ullatenus potest ex qua materia vestis illa confecta esset, uti nec albedinem quam in ea relucere Dominus vult, imaginari; nam quidquid hic videtur, cum eo collatum, non nisi rudis quædam delineatio carbone expressa, ut ita dicam, esse videtur.

a Deipara ac
S. Josepho or-
nari videt.

308 Pulchritudo autem quam in Sanctissima Matre notabam, eminentissima erat et summa, et esto in figuris variis ea sita esset, nullam tamen singillatim, sed universam faciei formam et efformationem simul aspiciebam. Candida veste amicta erat, fulgoremque emittebat quam maximum, qui tamen oculos rutilantia sua non præstingueret, sed

suavitate fulgidum. Gloriosum Josephum non ita D
clare aperteque vidi; eo tamen visionum modo ibi illum adesse vidi, quas dixi non videri: videbatur vero mihi Virgo Mater valde juvenis. Cum sic aliquantisper mihi adfuissent, et ego in maxima gloria ac jucunditate essem, quæ (ut quidem mihi apparet) majorem nunquam sensi, et quæ ita singularis erat ut nunquam ea carere vellem; videbar illos cum magno Angelorum comitatu in cœlos ascendentes videre. Cæterum ego valde deserta et sola mansi, nihilominus ita recreata, elevata et in orationem recollecta et interius commota, ut ad aliquod tempus nec movere me nec loqui possem, imo propemodum extra meipsam essem. Mansit exinde mihi tantus impetus ad meipsam pro Dei nomine annihilandam et consumendam, nec non tales effectus, omniaque eo fiebant modo, prorsus ut dubitare non possem (esto ad id ipsa non mediocriter commiterer) quin a Deo visio illa veniret. Cœlorum Regina valde me consolatam et mire contentam reliquit, ob ea quæ mihi de obedientia dixerat. Grave scilicet mihi erat eam Ordinis superioribus non præstare: dixerat autem mihi Dominus consultum non esse illam ipsis præstare, et rationes ob quas id me facere nullatenus expediret, adferebat; at Romam certa quadam via litteras mitterem, effecturum se dicens ut omnia illis felicem successum haberent: quod et factum est. Postquam enim ea quam mihi Dominus suggererat via litteras Romam misissemus, letum optatumque responsum inde transmissum est, cum antea nunquam expeditionem aliquam accipere potuissemus. Porro ob ea quæ postea facta sunt, convenientissimum maximeque expediens fuit, ut episcopo obedientia præstaretur; esto tum quidem eum minime nossem, nec qualis prælatus futurus esset scirem, Domino autem volente factum est ut cum nobis ita propitium domuique huic ita faventem senserimus, ac quidem ob magnam illam, quæ contra eam postea insurrexit, contradictionem oportuit (uti postea referam), et ut illam eo in statu in quo modo est, constitueret. Benedictus sit ipse, qui sic omnia promovit ac direxit. Amen.

309 Per quinque aut sex illos menses, quibus a capto negotio Teresia destitit, traducti sumus in annum 1561. Quo anno P. Dionysio Vasquez, homini egregie docto ac rebus gestis claro, sed in subditos, ut ex Historia Societatis Jesu liquet, valde immili, successus est ad regendum collegium S. Agniti Abulense P. Gaspar de Salazar; magno, uti vidimus, S. Teresiæ gaudio ac solatio. Sub idem quoque tempus, anno scilicet 1561 exeunte, advenit S. Virgini subsidium pecuniarium non modicum, e regno Peruano a fratre ejus Laurentio de Cepeda, novæ quæ instabat foundationis adhuc inscio, tam opportune transmissum, ut id miraculi instar haberent quotquot secretum noverant. Gratiâ illa profusissimas dilecto fratri egit, totumque ei negotium aperuit ac commendavit scripta ad diem xxx Decembris epistola (tom. 1, epist. 29). Hanc, ut indidem discimus, jam aliæ epistolæ plures præcesserant, aliæ brevi erant secuturæ: quæ si omnes etiamnum exstarent, multum fortasse lucis nostræ affunderent historiæ. Sed Deo aliter visum.

Pecuniam a
fratre Laurentio
de Cepeda
accipit.

310 Plurimo item auxilio per id temporis S. Fundatrici fuerunt soror sua Joanna de Ahumada hujusque conjux Joannes de Ovalle; qui hanc unam ob rem Alba Abulam venerant, ut domum proprio suo nomine emerent et novi monasterii usibus aptari curarent. Cujus illi caritatis mercedem non exigam, Teresia intercedente, obtinuerunt a Deo; præsertim quando filium eorum Gonzalum Sancta matertera

et juvatur a
sorore Joanna
ejusque con-
juge.

A matertera vitæ restituit, et alteri eorum infanti sua prece obtinuit ut tres tantum natus hebdomadas in calum inter Angelorum chorus reciperetur. Equidem latius hæc narrare non debeo, quoniam optime id fecit Ribera (lib. 1, cap. viii); qui etiam refert quæ magnanimitate S. Teresia passa sit tum se publice a concionatore quodam perstringi, tum murum monasterii sui a demonibus dejici. Ipsa interim, pro ingeniosa humilitate sua, hæc res sibi perhonorificas alto premit silentio: ac quasi earum immemor, stylum illico transfert capite suo XXXIV ad iter Toletanum a se susceptum initio Januarii 1562, et ad semestrem commorationem suam apud nobilem viduam Aloisiam de la Cerda, ducis Methymnæ Cæli sororem.

Abula Tole-
tani.

311 Quamquam, inquit, summo studio con-
terer ut res hæc clam omnibus fieret, ita tamen
secreto eam peragere non potui quin ad multorum
notitiam perveniret, quorum aliqui eam credebant,
aliqui minime. Maxime vero timebam ne, cum
provincialis noster venisset et ex aliis aliquid de
isthoc negotio inaudisset, in eodem me progredi
vetaret; illo enim jubente, penitus id de manibus
deposuissem, nec in eo quidquam egissem: sed huic
timori alia Deus via prospexit; quod scilicet in civi-
tate quadam illustri, plusquam viginti leucis hinc
distante, nobilis quedam matrona ob mariti sui
mortem ita contristabatur et afflicta erat, ut, ne mor-
tem ei dolor hic afferret, omnes metuerent. Contigit
porro illam in peccatriculæ hujus notitiam venire;
Deo enim disponente, factum est ut varii varia de
me apud illam loquerentur, idque ob alia quæ hinc
consecuta sunt bona. Magnam matrona hæc cum
provinciali nostro notitiam ac familiaritatem ha-
bebat: quod autem illustri esset familia oriunda,
et tali me in monasterio agere sciret unde egredi
foras licebat, hinc magnum illi mei videndæ desi-
derium Dominus injecit (utpote quæ persuasum
habebat mea me præsentia consolationem aliquam
afferre sibi posse); quod aliter fieri non poterat, nisi,
me quamprimum ad se evocando, omnem quam
poterat ad hoc industriam et media adhiberet. Hanc
ergo ob rem litteras ad provincialem longius distan-
tem scripsit: qui mihi sub præcepto obedientiæ in-
junxit ut quamprimum me cum alia quadam socia
ad ipsam conferrem.

juxta provin-
cialis discedit

C 312 Nocte Natalis Domini nuntium hoc accepi;
quod sane me aliquantulum turbavit et valde af-
flicxit, quod viderem ideo illos me evocare quod
aliquid in me bonum esse crederent: quia enim me
ita improbam et nequam videbam, hinc male me
habebat talem de me vulgo opinionem haberi. Cum
ergo me serio Deo per preces commendarem, con-
tiguit me in ecstasin rapi, quæ toto matutinarum
horarum tempore aut magna saltem earum parte
duravit. Monuit me Dominus ut illuc concedere
non negligerem, nullis autem aliorum consiliis opi-
nionibusque auscultarem, quia pene omnes temere
mihi consulturi erant; et, licet aliquam in hoc diffi-
cultatem et laborem sentirem, fore tamen ut id in
magnum Dei obsequium cederet, et ad monasterii
erigendi bonum progressumque expedire et necesse
esse ut ad tempus hinc discederem, quoadusque
Bulla Roma mitteretur; demonem quippe magnas
mihi in provincialis adventum insidias præparasse:
ego vero constanter agerem, nec ullatenus time-
rem; se enim illo in loco mihi adfuturum. Ego his
verbis egregie animata et excitata, rectorem col-
legii Societatis Jesu de omnibus certiores reddidi.
Is monuit me, ne ullam ob causam protectionem
hanc ommitterem; alii vero illam penitus dissuade-
bant, demonis astu et dolo eam adornari dicentes,

ut aliquod inde mihi malum et periculum crearetur;
quapropter provinciali mentem meam in contra-
rium rescriberem. Verum P. rectori obediui, et
iis quæ in oratione cœlitus inaudieram, animata,
sine ullo prorsus timore in viam me dedi; sed non
sine magna confusione et pudore, dum videbam
quo titulo et prætextu illuc evocarer, et quam gra-
viter me advocantes in hoc deciperentur. Atque
hoc in causa erat cur sollicitius et instantius ad
Dominum clamarem, ne me ipse desereret.

313 Mirum in modum tamen me consolabatur
quod in civitate ad quam me conferebam, collegium
Societatis Jesu esset; quod vero essem in omnibus
quæ mihi injungerent, uti et hic eram, parere para-
tissima, hinc aliquo modo securam futura esse mihi
videbar. Placuit autem Domino nobilem illam ma-
trona per consolationes ita paulatim dolorem suum
pellere, ut evidenter statim melius habere inciperet,
et dolore pulso, quotidie magis et magis consolatio-
nem admitteret. Magni porro hoc omnes faciebant;
quia, uti dixi, tristitia et dolor quam maxime eam
laucinabant. Et sane verisimile est, Dominum, plu-
rimorum bonorum quos novi precibus, quas pro
me, ut bene mihi res hæc succederet, fundebant,
permotum, hoc ei beneficium contulisse. Adhæc
Deum ipsa quam maxime timebat, tantæque erat
pietatis ut magna illius pietas et virtus suppleret id
quod mihi deerat. Magno ipsa erga me amore affici
cepit, uti et ego erga illam, quod magnam in ea
bonitatem notarem. Sed omnia pene ibi me crucia-
bant: nam quod laute splendideque ab ea alerem,
valde me affligebat; et, quod tanto in pretio habe-
rer, in magno me timore continebat, et ita meticu-
losa anima mea erat ut se ipsa negligere non
auderet.

AUCTORE
V. D. M.
D

ad leniendum
dolorem viduæ
Aloisiam de la
Cerde.

314 Ipse quoque Dominus me non negligebat:
nam toto illo tempore quo illic egi, perinsignes mihi
gratias contulit, quæ et tantam mihi libertatem
dabant, et quidquid videbam, ita me contemnere
faciebant (ac quo plura videbam, eo magis omnia
parvi faciebam) ut cum id genus nobilibus matronis
identidem ea libertate agerem ac si iis æqualis existi-
tissem, quibus tamen servire summo mihi honori
ducere potuissem. Porro non contemnendum ibi
lucrum feci, quod etiam ipsi indicare non dubitavi.
Videbam illam, tametsi tam potentem, infirmitati-
bus et passionibus non minus subjectam esse quam
me, quamque omnis potentia parvi facienda sit, et,
quo illa major est, eo etiam plus sollicitudinum et
laborum includat. Magnates namque semper solli-
citi sunt ut se juxta statum suum in omnibus ge-
rant et de modo quo auctoritatem suam tueantur,
quod nullam ipsis quietem indulget; adhæc extra
tempus et præscriptam regulam prandent et cœnant
(omnia namque pro status ratione fiant oportet,
non vero prout naturæ complexio et indoles ex-
pocit): sæpe etiam cibos magis statui suo confor-
mes, quam qui appetitui faciant satis, debent come-
dere.

ibique aulicæ
vitæ molestias
expavitur

315 Unde factum ut ille nobilium status plane
mihi nauseam moverit: Dominus me a tali mo-
lestia liberet et protegat. Licet autem hæc de illu-
strissimis regni hujus sit, ita tamen humilis est,
et ita teres ac rotunda, ut paucas esse credam quæ
hac in parte eam anteeant: quare sortem ejus
miserabar, uti etiamnum miseror, quod illam sæpe,
contra quam naturalis inclinatio dictat et suadet,
quo statum et auctoritatem suam tueatur, agere
videam. Ut taceam interim quam parum famulis et
ancillis fidere oporteat, etsi, quotquot ipsa haberet,
boni et probi essent; non plus uni quam alteri
loquendum est, imo is quem cariorem habes, odio

F

et magis ma-
gisque fastidit.

AUCTORE
V. D. M.

A

quodammodo exterius est prosequendus. Talis autem hæc servitus et subjectio est, ut hoc unum de mendaciis sit quæ mundus loquitur, dum id genus homines dominos vocat, cum revera (uti mihi quidem videtur) sexcentarum rerum sint mancipia. Placuit Domino ut toto illo quo illic egi tempore domestici omnes mire in Dei obsequio et cultu proficerent; efficere tamen non potui ut non aliquæ me difficultates exciperent, quæ e nonnullorum, matronam illam nobilem mirifice erga me afflicti videntium, odio et invidia ortum habebant. Putabant fortasse lucellum me aliquod captare; et forsitan Domino permittente factum ut nonnullæ mihi molestiæ tam hac in re quam aliis id genus exhiberentur, ne a lautæ illius tractationis, quam ibi alia ex parte experiebar, illiciis in profundum voluptatum demergerer. Placuit autem Domino me ex omnibus cum animæ meæ lucro et emendatione educere.

§ XVII. Toleti agit cum viro insigni Ordinis Prædicatorum: quædam futura præ-noscit: nullos monasterio suo reditus admittere statuit. Abulam redit; quo ei afferuntur litteræ apostolicæ.

B

Cuiusdam ex
Ordinis Præ-
dicatorum

Hic narrationi suæ Sancta intertextit encomium insignis cujusdam viri e S. Dominici familia. Fueritne is, ut Yepes asseverat (lib. II, cap. VII), P. Vincentius Varon, de quo supra (num. 117) actum est, an vero I. Garcias de Toledo, e domo Oropesia ortus ac præclarum Ordinis sui lumen, ambigit auctor Chronici (lib. I, cap. XLI, n. 2) et cum eo P. Fredericus a S. Antonio (lib. I, cap. XXVI). Modo nominatus P. Garcias, et aliquoties adhuc in reliqua vita Teresiana cum laude nominandus, S. Virgini ad finem anni 1562 auctor fuit suam ut Vitam iterato exararet. Prima autem hujus Vitæ scriptio, jussu P. Petri Ibañez suscepta, isthoc ipso anno, mense Junio, Toleti ad finem perducta fuit; eamque illico S. Teresia ad Ibañezium portandam curavit, una cum epistola (tom. I, ep. 15), quam alibi dabo. His breviter prænotatis, ad Sanctæ narrationem redeamus.

C

Sancta res
animi sui ap-
priet

317 Interea, ait, dum Toleti agerem, venit illuc forte fortuna honestus ac pius quidam religiosus, quocum ante aliquot annos interdum egeram. Cum ergo in Ordinis cujus ipse erat monasterio, quod non procul a domo in qua agebam distabat, Sacrum audirem, quoddam mihi venit desiderium sciendi quis esset animæ hominis illius (quem magnum Dei servum esse cupiebam) status: quare surrexi de loco, ut eum allocutum pergerem. Sed quod in oratione jam recollecta essem, hinc postea id mihi visum est merum temporis dispendium fore, si eam ob causam huic me negotio immiscere vellem. Unde iterum ad orandum me composui. Quantum memini, tertio sic resedi et surrexi: sed tandem plus bonus Angelus potuit quam malus. Illum ergo jussi advocari; qui me in quadam sede confessionali est allocutus. Interrogare nos mutuo de vitæ nostræ ratione cepimus: jam enim multum tem-

poris effluxerat ex quo invicem non videramus. **D** Referre illi incipiebam, vitam meam miseriis ac ærumnis plenissimam fuisse: illi vero iustanter a me petenti ut quanam hæc afflictiones essent, illi aperirem, respondi eas nesciri a quoquam, nec dici a me oportere. Ait ille, cum Dominicanus de quo apud eum mentionem feceram, illas sciret, se, quia illo amico utebatur, haud difficulter ex illo scire eas posse; quare nullam me in illis sibi aperiendis difficultatem facere debere. Tam parum vero in potestate ejus fuit id iustanter ex me non petere, quam in mea fuit (ut mihi quidem apparet) id ei non aperire: nam etsi semper tum cum ipso, tum cum rectore quem dixi, non nisi summa cum repugnantia et rubore hisce de rebus tractarem; tunc tamen nullam omnino in hoc difficultatem, quin imo magnam consolationem sensi. Retuli id ei sub sigillo Confessionis: atque is tum quidem discretior et prudentior mihi esse videbatur quam unquam ante fuerat, esto eum semper ut magni ingenii prudentiæque virum suspexerim.

318 Respiciebam ad præclara ejus talenta et dona naturæ, quorum ope, si se penitus Dei obsequio dedicasset, magnum in virtutum studio profectum facere potuisset. Hoc enim jam abhinc aliquot annis mihi perfamiliale est, nimirum quod neminem qui mihi ob dona naturæ maxime placeat, videam, quin statim videre vellem ut is se totum ad Dei obsequium applicaret; idque tam ardenti desiderio et impetu ut interdum me retinere nequeam: et quamquam omnes quotquot sunt homines ei servire optem; cum tamen illos qui mihi præ aliis placeant, ei servire desidero, hinc hocce desiderium summo in me impetu ingruit: unde quam instantissime et ferventissime pro iis ad Dominum clamo. Ita prorsus cum hoc quem dico religioso mihi factum est: orabat quippe is me ut Deum pro ipso ferventer rogarem (quod tamen non opus erat mihi dicere: nam ita jam tum disposita eram ut non possem pro eo non orare); unde ad locum in quo orationi sola in quiete insistere consueveram, me conferens, incepi cum Domino in summa mentis recollectione modo quodam simplici et puerili (quod mihi valde frequens est, ut quid dicam prorsus nesciam) agere: amor quippe loquitur, et anima ita alienata et quodammodo extra se est, ut non advertat quantum sit inter ipsam et Deum discrimen: nam amor quo se ab illius Majestate diligi novit, in causa est cur ipsa sui obliviscatur; imo vero putat se in illo esse, et, tamquam si Deus quoddam proprium et indivisum illius bonum esset, stolidam quædam proloquitur. Hoc illi tum temporis dixisse memini, postquam multis cum lacrymis ab eo quam enixissime postulasset ut animam hanc totaliter ac revera inter servos suos cooptaret. Nam esto eum ut bonum virum existimarem, satis tamen id mihi non erat; sed volebam ut perfectus et optimus esset: unde sic ad Dominum clamavi: « Hanc mihi gratiam negare » non debes, Domine: respice illum, obsecro; aptus » est enim et conveniens ut inter amicos cooptetur. » O ingentem Dei bonitatem et humanitatem, qui non tam verba quam desideria et voluntatem qua illa proferuntur, intuetur; quique non indignatur aut succenset, quod talis qualis ego sum, Majestatem ejus tam audacter alloquitur! Sit ipse in æternum benedictus.

319 Memini me, ea ipsa hora qua noctu illam orationem fundebam, magna angustia et pressura spiritus oppressam fuisse, inde orta quod cogitarem num in Dei amicitia essem. Quod autem certo scire non possem num in ejus gratia essem nec ne

eidem, id pe-
tent.

E

F

suis precibus
a Deo obtinet

(non

- A (non quod hoc scire volebam; mori quippe maluissem quam talem vitam ducere, in qua non poteram certa esse mortuam essem an non: nulla quippe mors tam mihi gravis esse poterat quam reputare num forte Deum offendissem) et me hoc non parum angeret, rogabam ipsum ne hoc ulla ratione permitteret, idque magna quadam cum suavitate et lacrymarum copia. Tum vero intellexi non esse quod me propterea torquerem, sed posse confidere me in illius gratia esse: fieri enim non potest ut anima quæ tali Deum amore prosequitur, tales quoque ab eo gratias et experientias recipit, sinatur in mortalis peccati statum incidere. Certa me spes et fiducia exinde tenuit Dominum mihi id indubitate concessurum quod illi homini ab eo postulabam. Aiebat ut quædam illi verba dicerem: sed hoc mihi permolestum erat, quod quomodo ea illi dicerem nescirem. Hoc quippe, aliquid videlicet alicui tertio significare, præsertim ignorante me quam in partem is hoc a me accepturus esset, et num forsitan me explosurus, mihi semper durissimum et gravissimum videtur. Valde quidem quoad hoc anxiam eram: nihilominus tandem ita apud me firmiter statui, ut (prout mihi quidem videtur)
- B Deo pollicita sim omnimodis illi me ea dicturam; sed quia valde erubesceram, scripto verba illa commisi, eique tradidi.

grandi studio, humiliter spiritualia.

- 320 Liquido apparebat hanc rem a Deo venire, ex his quæ in eo operabatur: valde enim is serio apud se proposuit totum se orationi dedere, etsi hoc propositum quamprimum executioni non mandaret. Sed cum Dominus eum ad se allicere cuperet, quasdam ei veritates per me significari voluit, quæ ei, etiam inscia me, ita conducibiles fuere ut ipsemet non parum miraretur. Crediderim Dominum sic eum paulatim disposuisse, ut hoc pacto is sibi persuaderet, has ab ipsius Majestate provenire; et, esto ego miserrima essem, ardentissime tamen Dominum rogabam, ut eum penitus ad se attrahere, eique voluptatum atque omnium vitæ hujus rerum contemptum indere dignaretur: quod ille ita re ipsa est executus (quo nomine sit Dominus in æternum benedictus) ut, quotiescumque me alloquitur, velut perculsa obstupescam; et, nisi oculis ipsa meis vidissem, credere vix possem, Dominum sic ei suas tam brevi tempore gratias adauxisse, et sic eum ad se attraxisse, ut jam ad nullam omnino mundi hujus rem vivere videatur.
- C Dominus eum corroboret: si enim hoc pacto pergat (ut eum perfecturum in Domino spero; nam in sui ipsius cognitione insigniter et solide fundatus est), haud dubie de selectissimis ipsius famulis, et ad multarum animarum utilitatem futurus est. Brevissimo enim tempore permagnam rerum ad spiritum spectantium experientiam est consecutus: hæc quippe sunt dona, quæ Dominus, et cum vult, et quomodocumque vult, dare solet; neque hoc in ipsa temporis diuturnitate aut obsequiorum præstitorum magnitudine situm est.

humilitatem aliasque virtutes.

- 321 Hic ergo religiosus, hæc humilitatis virtute a Domino multis in rebus accepta, in hac se, quantum sibi possibile fuit, materia perficere studuit; quia doctrina valet, et quod non habet per experientiam, hoc discit ab illam habentibus: Dominus quoque eum juvat, magnam illi fidem dando; itaque tam sibi quam aliis nonnullis (inter quos et ego sum) mirifice profuit. Cum enim Dominus nosset quæ mihi difficultates iustarent, et aliquos ex illis qui me regerent, ad se rapere vellet, providit (ut quidem apparet) ut alii reliqui essent qui me in multis difficultatibus adjuvarunt, et mirifice mihi proferunt. Dominus penitus eum immutavit, adeo

ut se ipse quodammodo vix norit; et ei corporale robur quo ante caruit, ad austeritates subeundas dedit; cumque antea debilis esset, ad omne quod bonum est vegetus et animatus factus est, ut alia plurima taceam. Unde liquido paret hanc valde singularem Dei vocationem fuisse: sit ipse in æternum benedictus. Omne porro bonum hoc ei crediderim promanare a donis: quæ Dominus illi in oratione contulit, quod hæc ei non leviter ac velut in summa cute adhæreant: nam aliquibus in rebus Dominus id ad oculum videri jam voluit; etenim ipse, velut vi facta, omnia perrumpit, tanquam qui jam penitus et intime cognovit quantum meriti in persecutionum tolerantia situm sit. Ipsa (quæ Dei potentia est) confido fore ut ejus ope ingens tum nonnulli fratres Ordinis ejus ipse est, tum etiam Ordo universus bonum consequatur. Hoc jam tum ad oculum apparere incipit. Ego quippe notabiles quasdam visiones habui, in quibus mihi Dominus nonnulla tam de ipso quam de rectore illo quem dixi Societatis Jesu, declaravit, quæ sane admirationem merentur; nec non de aliis duobus Ordinis Prædicatorum viris, ac singillatim de uno, cui Dominus jam in suo progressu etiam quædam ostendit quæ ante de eo e Domino intellexeram. At de illo de quo in præsens loquor, plurima mihi in visione revelata sunt.

AUCTORE V. D. M.

D

322 Unam tantum rem modo referre hic volo: cum quodam tempore cum eo certo quodam in loco locutioni destinato agerem, anima amorem æstuaris sensit, ut prope a me ipsa deficerem: nam Dei potentiam considerabam, videns quomodo in tam brevi tempore animam quamdam ad tam sublimem statum evexisset. Magnum sane is mihi tum pudorem incussit, quod viderem illum magna cum humilitate me de rebus nonnullis ad orationem spectantibus agentem audire: sed quia illa in me perexigua erat, quod nempe ita libere cum id genus hominibus agerem, hanc sane libertatem meam Dominus benigne tolerasse debuit, ob ardens meum, quo illum magnos in rebus spiritus progressus facere cupiebam, desiderium. Ita porro illius mihi conversatio et commercium profuit, ut is novum quemdam in anima mea ignem indidisse videatur, qui me inflammaret ad Domino velut de novo servendum. Ingens sane in animo meo gaudium sensi cum animam illam viderem (nam videbatur Dominus velle ut ego ingentes illos thesauros quos ei communicaverat, cernerem), dein cum viderem gratiam quam mihi contulerat, quod nimirum id adminiculo et ope mea fieri voluerit, ad quod me prorsus indignam agnoscebam: atque hoc in causa erat cur datas ei a Deo Opt. Max. gratias majori ipsa in pretio haberem, ac plus ob eas ei me debere crederem, quam si mihi factæ essent, maximasque Domino agerem gratias, videns Majestatem ejus voto et desiderio meo jam tum incipere satisfacere, et preces meas exaudisse, quibus nimirum ab eo petieram ut hujusmodi viros excitaret.

anxietatem ejus interiori lumine conspexit.

F

323 Cum ergo anima mea sic constituta esset, et tantum in se gaudium amplius ferre non posset, extra seipsam egrediebatur, seque perdebat ut amplius lucraretur; illas item considerationes amittebat, nec non divinæ illius linguæ qua Spiritus Sanctus loqui videbatur, auditum; statim vero magna me ecstasis et raptus, qui mihi omnem pene sensum adimebat, etsi id diu non duraret, occupavit. Videbam namque Redemptorem nostrum Christum in maxima majestate et gloria, magna gestientis et gaudentis animi, ob id quod ibi contingebat, signa dantem; et hoc ipse mihi etiam indicabat, volebatque me ad oculum videre, se in hujusmodi colloquiis et conversationibus

cumque ab Angelis elevati videt.

AUCTORE
V. D. M.

A versationibus semper præsentem adesse, quamque sibi gratum sit quod homines ita de ipso loqui gaudeant. Alio tempore videbam quomodo hunc ipsum Angeli magna in gloria elevarent, etsi tunc temporis longe a loco in quo ipse ageret, dissita essem; e qua visione collegi animam ejus insignes progressus facere. Et revera ita erat: nam cum illi quidam, cui ipse ante beneficium insigne contulerat (ejus quippe honori et animæ quam maxime consuluerat), enorme crimen, ob quod ejus honor non parum periclitabatur, etiam productis testibus, asligeret, hanc ipse tamen calumniam gratanter lætoque animo sustinuerat. Ut taceam quod et alia bona opera ad Dei honorem fecerit, et adhuc alias injurias et persecutiones æquanimiter tulerit. At plura referre minime mihi in præsens convenire videtur; nihilominus si R. V. secus videatur (quandoquidem ea novit), postea illa ad Dei honorem et gloriam referri poterunt.

Prænotat
multa de fu-
tura sua mo-
nasterio, et
obitum sororis
sue Mariæ.

B 324 Omnes porro quas hactenus retuli de isthoc monasterio prædictiones, nec non et eas quas adhuc tam de illo quam de aliis rebus sum commemoratura, exacte adimpletæ sunt; inter quas mihi nonnullæ triennio, aliæ amplius, aliæ etiam minus, antequam vulgo innotescerent, a Domino dictæ sunt. Semper autem eas confessario meo, nec non amicæ illi meæ viduæ, quacum loqui poteram (uti dixi), declaravi: hanc autem sciebam eas aliis aperire solitam; et hi norunt me neququam mentiri. Et Deum venerans precor ne me umquam de ulla re, nedum de tanti momenti negotiis, aliter quam ipsa veritas loquendum suadeat, loqui sinat. Cum de sororiis meis quidam subita morte sublatus esset, quod valde me angebat, eo quod Confessionem instituendi tempus ei non fuisset, inter orandum mihi revelatum fuit etiam sororem meam repentina morte morituram, utque me ad illam conferrem, ac qua poteram operam darem ut ad mortem se disponderet. Dixi id confessario meo; sed quod ille me abire vetaret, idcirco idem mihi et denuo significatum fuit: quod ille audiens suasit eo me conferrem, nullum quippe inde mihi damnum secuturum. Illa tum quidem in pago commorabatur. Illuc ergo cum venissem, nec itineris tamen mei causam ei aperirem, qua potui illam in omnibus edocere et illustrare conata sum, et auctor ei fui ut sæpius confiteretur exactamque animæ suæ rationem haberet: quod etiam præstitit, quia per se bona et pia erat. Quatuor autem vel quinque annis postquam illam sæpius confitendi et super conscientiam suam serio advigilandi consuetudinem assumpsit, nemine præsentem, nec etiam Confessione instituta, ex hac vita abrepta est. Bene ei cecidit quod (quia id ita jam consueverat) nonnisi octiduum aut circiter ab ultima ejus Confessione elapsus esset; de quo plurimum gavisa sum, audiens illam ex hac vita decessisse. Cæterum valde parvo tempore in purgatorio fuit. Vix enim octiduum præterierat (ut mihi videtur), cum mihi, statim a sumpta Communionem, Dominus apparuit, meque videre voluit quomodo eam ad cælos deduceret. Jam inde ab eo tempore quo mihi Dominus id declaravit, usque dum ipsa moreretur, nunquam quod mihi dictum erat oblita sum, uti nec sodalis mea, quæ mox ut illam obiisse comperit, ad me venit, mirata quod omnia quæ dicta erant ita exacte adimpleta vidit. Sit Dominus in æternum benedictus, qui tantam animarum, ne pereant, curam gerit. Amen. *Erat hæc S. Teresiæ soror Mariæ de Cepeda, vidua Martini de Guzman, de qua in tertio hujus commentarii paragrapho (num. 33).*

325 Incipit jam caput xxxv: Interim, ait San-

cta, cum apud eam quam dixi mulierem agerem (egi autem plus quam medio anno), Domino faciente contigit quendam Ordinis nostri monialem, quæ plusquam septuaginta leucas ab hac civitate distabat (*nomen ei erat Mariæ a Jesu*), mei notitiam accipere; quare non dubitavit huc ad me excurrere, non verita aliquantulum de via deflectere, quo in mei colloquium veniret. Moverat illam Dominus ut aliud quoddam Ordinis nostri monasterium erigeret, idque eodem anno et mense quo me ad hoc ipsum faciendum excitarat: hoc autem desiderio et proposito concepto, vendidit cuncta quæ possidebat, et nudipes Romam, quo confirmatorias litteras impetraret, abiit. Mulier est austera vitæ et orationis studio mire addicta; quin et Dominus insignes ei gratias præstitit: Deipara quoque Virgo ei apparens jussit ut rem quam meditabatur executioni mandaret: tanto porro me in Dei famulatu antecurrebat intervallo ut coram illa comparere erubescerem.

326 Ostendit mihi litteras confirmatorias quas Roma attulerat, et quindecim dierum illorum quibus apud me fuit spatio inter nos deliberavimus quomodo hæc monasteria nostra conderemus. Antequam autem illam convenissem, nunquam hactenus inaudieram regula nostra, priusquam relaxata esset, vetari ne quid proprium moniales haberent: hinc etiam intentio mea non fuerat ut isthæc monasteria sine ullo censu fundarentur; hoc enim spectabam, ut nulla rerum ad vitam ducendam necessariarum sollicitudine distineremur: at non advertēbam quantum sollicitudinis curarumque hæc bonorum temporalium possessio ac proprietas secum traheret. Sed sancta illa mulier, utpote a Domino edocta, id valde bene intelligebat (esto legendi artem non caleret) quod ego lectis et relectis toties Constitutionibus nostris, adhuc ignorabam. Quod cum illa mihi dixisset, mire id mihi placuit; licet aliquantulum metuerem ne superiores id mihi non permetterent, sed me stulte inepteque agere dicturi essent, ac vetituri ne quid aggredere quo aliis occasio scandali et crucis essem. Si ego sola fuisset, rem statim sine mora executioni mandassem; quin imo magnæ voluptati mihi erat de Domini nostri Jesu Christi consiliis exacte servandis cogitare: ejus quippe Majestas ingens paupertatis servandæ desiderium jam tum mihi inspirarat; adeo ut (quantum quidem ad me spectabat) minime dubitarem quin hoc longe optimum esset ac consultissimum. Jam enim abhinc multo tempore desideraveram ut meus mihi status permetteret victum et omnia necessaria ostiatim propter Dei nomen mendicare, imo nec domum aut aliud quid habere: sed verebar ne reliquæ, si forte Dominus hæc illis desideria non inspiraret, propterea turbarentur, et hoc distractionis alicujus illis occasio foret. Videbam namque etiam nonnulla monasteria censu carentia parum recollecta et quieta esse; at non considerabam paupertatem ipsam in causa non esse cur inquieta essent, sed vice versa inquietudinem in causa esse cur necessariis destituerentur et in paupertate viverent: nam nec per inquietudinem ditescunt, nec umquam deserit Deus eum qui se serio et ex corde diligit. Demum fides mea exigua et debilis erat, ea vero illius famulæ Dei ingens et valida.

327 Sed, cum ipsa in omni re semper diversorum sententias audirem et inquirerem, nullum tamen inveni qui hujus opinionis foret, nec confessarium nec ullum e viris doctis quos identidem consulebam: etenim tot hi mihi rationes adducebant ut quid actura essem, penitus nescirem; nam cognito jam, paupertatem ab ipsamet regula præscribi, eamque servare

Invocatur a
Maria a Jesu,
moniali;

ejus suavit.

F

licet dissuade-
rent viri docti,

- A servare majoris perfectionis esse, plane inducere in animum meum non poteram ut annuos census assumerem. Et licet subinde suis me argumentis convincerent, mox tamen ut ad orandum me conferebam et Christum in cruce positum ita pauperem et nudum intuebar, divitiarum possessionem æqua mente admittere non poteram: multis ergo cum lacrymis illum identidem rogabam ita rem disponderet ut simul cum ipso me pauperem et egenam viderem. Tantæ autem in redituum possessione difficultates et incommoda mihi occurrebant, quin imo tantam inquietudinum nec non distractionum causam eos esse videbam, ut assidue cum viris doctis de illorum admissione concertando disputarem. Unde super hoc negotio ad Dominicanum illum scripsi qui rem nostram agebat; qui litteris meis respondens, suam de hoc negotio opinionem, qua meam refutabat, aperuit, eamque argumentis et rationibus theologicis confirmavit, quibus duo chartæ folia replevit; et quo mihi melius eam persuaderet, serio se rem hanc excussisse et maturo iudicio aiebat expendisse. Cui rursus respondi, me, ad vocationem meam, et votum paupertatis quod professa eram, nec non ad Christi Domini consilia ea qua oportet perfectione non sequenda, nolle theologia scientia uti, nec petere ut hoc in casu per doctrinam suam mihi gratificetur et juvet. Summopere vero gaudebam, si quem invenirem qui mihi hac in causa patrocinaretur. In quo peregre mihi operam præstitit nobilis illa matrona apud quam commorabar. Multi quidem initio opinioni meæ suffragabantur, meque bene facturam aiebant; at postea, cum eam penitus examinarent, tanta in ea notabant incommoda, ut eam jam dissuadere et contrarium suadere omnimodis conniterentur. Quibus ego replicabam, cum ipsi tam cito a sua sententia discederent et aliam jam propugnarent, me priori velle adhærere.

hortatu item
S. Petri de
Alcantara,

- 328 S. Matris in hoc proposito constantiam mire roboravit S. Petrus de Alcantara, flagrans et ipse amator evangelicæ paupertatis et primitivæ Seraphici Francisci regulæ exactus observator. Primo namque, ubi accepit Teresiam a Gonzalvo de Aranda, sacerdote Abulensi, scripto postulasse ut hic doctos aliquot viros pro se consuleret, sine mora epistolam ad eam dedit die XIV Aprilis; qua epistola, quæ extat apud Yepesium (lib. II, c. VII) et in Chronico (lib. I, c. XII), admonebat ne litteratorum rationibus hac in re nimium fideret. Dein Toletum usque excurrit, Teresiæ animam magis etiam obfirmaturus; uti modo, ipsa narrante, audiemus. Interea, ait, disponente scilicet Domino, factum ut Petrus de Alcantara, sanctus ille vir, rogatu meo ad ædes matronæ hujus veniret (nunquam quippe ipsa sanctum virum viderat). Quod autem hic, utpote insignis paupertatis amator et ad multos annos indefessus cultor, quantus in ea thesaurus lateret, perspectissimum habebat, non parum me isthoc in negotio juvit, et quam potuit enixissime præcepit ut in paupertatis patrocinio et causa tuenda animose pergerem, nec unquam desicerem. Hac audita sententia et patrocinio, puta ejus qui, quod magnam rei hujus habebat experientiam, optime eam nosse poterat, mecum statui nullius exinde amplius de ea opinionem sciscitari.

et Salvatoris
juvau, mona-
sterium abs-
que enim fun-
dare statuit,

- 329 Cum autem die quadam hoece negotium Domino in oratione mea enixe commendarem, ipse mihi apparens mandavit, nullatenus ut omitterem monasterium sine omni censu et in paupertate fundare; hanc nempe et Patris sui cœlestis et suam voluntatem esse, sequi mihi auxilio suo adfuturum. Factum hoc est in raptu, tantis tamque potentibus cum effectibus, ut ambigere neutiquam possem quin hoc a Deo proveniret. Alio tempore mihi dicebat in

reditibus annuis sitam esse confusionem; nec non alia multa in paupertatis laudem afferebat, et certo mihi confirmabat, ei qui ipsi ex toto corde serviret, rerum ad vitam necessariorum nihil unquam defuturum: unde et ipsa (uti dixi) nunquam verita sum ne quid mihi deesset. Quin et postea Patris illius Dominicani, quem ante mihi, ne sine censibus certis monasterium fundarem, dixi scripsisse, cor Dominus immutavit. His ergo auditis, nec non talium virorum in hoc negotio opinionibus mihi suffragantibus, ita jam tum in animo meo gestii, ut omnes totius mundi opes sola tum possidere mihi viderer, cum eleemosynis et mendicato vivere in animum induxi.

330 Hoc ipso tempore provincialis meus me relaxavit a præcepto et obedientia, quo me apud matronam illam ad tempus esse jusserat, liberumque mihi reliquit, aut inde abire, si vellem, aut ad certum adhuc spatium ibidem manere. Hoc autem intra tempus in cœnobio meo novæ præpositæ facienda erat electio: intellexi autem multas mihi hoc onus imponere statuisse. Adeo porro vel de eo cogitare erat mihi grave, ut, quamvis omnigena tormenta et martyria propter Deum quam libentissime perferre haud difficulter in animum meum inducerem, tamen, ut isthoc munus susceperem, nullatenus a me ipsa impetrare possem. Nam ut nihil de onere et labore quem munus hoc secum afferebat (erant enim multæ moniales) dicam, et alia multa ob quæ nunquam dignitatem aut munus aliquod desideravi, sed semper qua potui subterfugi, omitam; evidens in eo mihi conscientiae offendendæ periculum contineri videbatur: unde Deo gratias egi quod ibi tunc præsens non adessem. Scripsi adhuc sodalibus et charissimis meis, ne quod pro me suffragium in hac electione darent.

331 Cum itaque mihi metipsi congratulans gauderem quod extra illum strepitum jam in tuto essem, ait mihi Dominus nullatenus omitterem illuc me conferre; et, cum crucem desiderarem, insignem mihi illic parari; hanc proinde ex humeris non excuterem, sed animose illuc pergerem, et quidem quam citissime; se vero mihi præsto et subsidio futurum. His ego auditis, valde me affixi, lacrymis identidem me conficiens; per crucem siquidem hanc regimen ac præposituram putabam denotari: quam, uti jam dixi, nullo modo mihi persuadere poteram animæ meæ utilem aut consentaneam fore, nec aliquod argumentum invenire quo ad eam suscipiendam possem induci. Confessario proinde meo rem totam aperui, qui, ut quantocius illuc abirem, mihi injunxit, liquido enim patere majorem in hoc perfectionem contineri. Sed, quod intensi per eos dies calores essent, et satis tempestive adessem, si adessem cum facienda esset electio, suasit ut aliquot dies iter adhuc differrem, ne quod valetudini meæ damnum profectio hæc adferret. Sed quia Dominus rem aliter ordinaverat, hinc eam executioni mandari oportebat: nam inquietudo quam in anima sentiebam, tanta erat ut orationi vacare non possem: quin imo refragari et reluctari mihi videbar rei quam mihi Dominus tam manifeste injunxerat, et nolle, quod ibi quiete agerem lauteque haberer, labori me offerre; adhuc omnia mea cum Deo non nisi verba esse: deinde, cur, cum in loco esse possem ubi majoris perfectionis habendæ esset occasio, eo me conferre negligere; et, si ibi mori me contingeret, parvi id referre. Insuper gravissimam in anima angustiam sentiebam: Dominus quoque mihi omnem quam inter orandum sentire solebam suavitatem gustumque ademerat. Denique ita constituta eram, tantumque introrsum tormentum sensi, ut

AUCTORE
V. D. M.
D

Permittente
provinciali,

E

confessario
lortante, et
Deo interim
impellente,

F

AUCTORE
V. D. M.

A dominam illam rogarem, bona ut illius cum venia mihi domum abire liceret; quia jam etiam confessarius meus, visa mea amaritudine, ut abirem me monuerat: eodem enim modo cum Deus interne movebat quo me.

*sed dolente
Aloisia de la
Corda,*

332 Cæterum matrona illa, audito me abitum adornare velle, ita propterea est contristata ut hoc ei velut tormentum et crux faerit: nam magno illi hæc mea apud ipsam commoratio labore et importunis apud provincialem precibus constiterat. Equidem ut singulare beneficium sum interpretata (ita discessum meum ægre ferebat) quod discedendi mihi copiam faceret: sed, quia Deum timebat, ac discessum meum ad magnam ejus gloriam tendere posse dicebam, nec non alia id genus, spemque illi faciebam fieri forsitan posse ut denuo ipsam inviserem, tandem in abitum, licet non sine magna difficultate, consensit. At ego nullam prorsus, ab ea discedendo, sensi; etenim majoris id perfectionis opus et ad Dei honorem tendens esse cum viderem (eo quod ei placere ejusque voluntatem per omnia facere mihi longe gratissimum sit), illam quæ a parte mea in matrona hac (quam abitum meum tam moleste ferre videbam) nec non aliis plurimis, quibus permultis nominibus obstricta eram, ac præsertim confessario meo, qui de Societate Jesu et ad genium et gustum meum erat, deserendo, esse poterat, acerbiter ac molestiam facile superavi. Sed quo plus consolationis propter Dominum me videbam dimittere, eo plus gaudii ex ejus dimissione sentiebam.

Abulam rever-
titur.

333 Hoc quomodo fieret, intelligere plane non poteram; etenim manifeste duo hæc contrariantia in me notabam, gaudium, inquam, solatium et jucunditatem ex eo quod me in anima torquebat et cruciabat: eram quippe apud matronam illam bene ac quiete, insignemque ad multas horas orationem meam extendendi commoditatem habebam; inde autem descendendo, velut in ignem accensum ultro proruere mihi videbar: jam ante enim mihi dixerat Dominus me ad crucem ingentem abire (esto eam tantam fore numquam putavi quantam postea fuisse comperi). Nihilominus hilariter iter suscepi, indoluique quod etiam tam diu certamen ac crux differretur, cum tamen ad hanc a Domino evocarer: atque idcirco Majestas ejus mihi vires et robur suggererat, meamque infirmitatem corroborabat. Hoc, inquam, qui fieret, penitus intelligere non valebam, sed hæc similitudo mihi hic in mentem veniebat: si videlicet mihi pretiosum aliquod monile, aut aliud quidlibet quod mihi gratissimum esset, possidenti diceretur, aliquempiam, quem majore quam meipsam amore prosequeretur, et cui complacere longe mihi carius esset quam meipsum recreatio ac voluptas, illud ambire ac desiderare, longe mihi haud dubie jucundius esset jam illo carere quam ante erat possidere, quo amico illi gratificarer; et quia hæc ei gratificandi voluptas meam in possidendo voluptatem longe excedit, hinc est quod monili aut alia illa re quam diligo, carere, aut voluptate quam inde percipiebam frustrari, mihi haud grave sit. Itaque, etsi etiam voluissem ægre et dolenter ferre quod eos deserere debebam quibus discessus meus tantum doloris afferebat (cum alioquin ipsa ex natura mea ita grata et beneficiorum memor sim, ut hoc ipsum solum alio tempore nimis quam satis fuisset ad me vehementissime deiciendam et affligendam), in præsentem tamen casu aut tristari aut affligere me prorsus non poteram. Tantum porro benedicti hujus monasterii interfuit me vel ad diem unum iter non distulisse, ut, si diutius illic hæsissem, plane

nesciam quomodo negotium hoc ex voto ac feliciter confici potuisset.

334 Etenim diploma apostolicum e S. Pœnitentiaria missum, quo condendi novi monasterii copia concedebatur, propediem, uti mox ex ipsa Sancta discemus, Abulam apportandum erat. Illud e Bul-lario Carmelitano hic transcribo: Ranutius, miseratione divina tituli S. Angeli presbyter Cardinalis. Dilectis in Christo Domnæ Aldonæ de Guzman et Domnæ Guiomar de Ulloa, mulieribus illustribus, viduis, incolis Abulensis civitatis, salutem in Domino. Ex parte vestra Nobis oblata petitio continebat, quod vos zelo devotionis accensæ, ad Dei laudem et honorem, desideratis in dicta civitate Abulensi unum monasterium numero et sub invocatione vobis bene visis, regulæ et Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, ac sub obedientia et correctione venerabilis in Christo Patris Dei gratia episcopi Abulensis pro tempore existentis, cum ecclesia, campanili, campanis, claustro, refectorio, dormitorio, horto et aliis necessariis officinis construere et ædificare, nec non in eadem ecclesia unam seu plures cappellaniam seu cappellanas erigere, ac monasterium et cappellaniam seu cappellanas hujusmodi ex propriis vestris bonis competenter dotare: id tamen vobis licere dubitatis, absque Sedis apostolicæ speciali licentia. Quare supplicari fecistis humiliter, vobis super his per dictam Sedem de opportuno remedio misericorditer provideri.

*Auctoritate
apostolica, per
litteras S. Pœ-
nitentiariæ.*

335 Nos igitur attendentes, quod in his quæ in divini cultus augmentum tendunt, favorabiles esse debemus, atque benigne vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, et de ejus speciali mandato, super hoc vivæ vocis oraculo Nobis facto, vobis ut unum monasterium monialium numero et sub invocatione vobis bene visis, regulæ et Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, ac sub obedientia et correctione dicti Domini episcopi Abulensis pro tempore existentis, cum ecclesia, campanili, campanis, claustro, refectorio, horto et aliis necessariis officinis in aliquo loco seu situ, intra aut extra muros dictæ civitatis Abulensis vobis bene viso, sine tamen alicujus præjudicio, construere et ædificare; ac in eadem ecclesia unam seu plures cappellaniam seu cappellanas erigere, et monasterium et cappellaniam seu cappellanas hujusmodi ex propriis vestris bonis competenter dotare; et postquam monasterium prædictum constructum et erectum fuerit, illud illiusque moniales pro tempore existentes omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, libertatibus, concessionibus et indultis, quibus alia dicti Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo monasteria et illorum moniales de jure, usu, consuetudine vel alias in genere utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri et gaudere libere et licite possint et valeant, tenore præsentium concedimus et indulgemus.

*copia Sanctæ
fit fundandi
monasterii.*

336 Vobisque super fundatione et dotatione hujusmodi, ac priorissæ et monialibus dicti monasterii pro tempore existentibus super his quæ felix regimen et gubernium ejusdem monasterii concernent, quæcumque statuta et ordinationes licita et honesta et juri canonico non contraria condendi, et postquam condita et ordinata fuerint, illa in toto vel in parte juxta temporum qualitatem in melius mutandi, reformandi, alterandi, et etiam in totum tollendi, eaque abrogandi, ac alia similiter condendi licentiam et liberam facultatem impartimur.

*et constitutio-
nes condendi.*

A timur. Ac tam condita, quam mutanda, reformanda, alteranda et de novo condenda statuta et ordinationes hujusmodi apostolica auctoritate ex nunc pro tunc et e contra confirmata fuisse et esse ac inviolabiliter observari debere; sicque per quoscumque judices et personas, quavis, etiam apostolica, auctoritate fungentes, sublata eis eorumque cuilibet quavis aliter judicandi, interpretandi et diffiniendi facultate et auctoritate, judicari, interpretari et diffiniri debere: irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Additur sanctio
penalis;

B 337 Mandantes et districtius inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, et sub suspensione a divinis quoad episcopos vel alios majores prælatos, quo vero ad alios excommunicationis majoris latæ sententiæ poena, quam contra facientes ipso facto incurrere volumus, et a qua non nisi per nos aut Sedem apostolicam, præterquam in mortis articulo, absolvi possint, quibusvis judicibus et personis tam ecclesiasticis quam sæcularibus, quavis, etiam apostolica, auctoritate fungentibus, ne vos et pro tempore existentes dicti monasterii moniales directe vel indirecte quovis quæsito colore seu ingenio quomodolibet indebite molestare, perturbare vel inquietare audeant sive præsumant: ac decernentes irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

deputantur
executores,

C 338 Quocirca discretis viris, priori conventus de Magacela nullius diocesis, et cappellano majori Toletan. ac archidiacono Segobien. Ecclesiarum, et eorum cuilibet, auctoritate et mandato prædictis committimus et mandamus, quatenus vobis et dicti monasterii monialibus pro tempore existentibus, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant, et quilibet eorum faciat vos et moniales prædictas concessione, indulto, licentia et facultate hujusmodi, omnibusque et singulis præmissis pacifice frui et inviolabiliter gaudere; non permittentes vos et eas desuper dictas per dicti Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo et aliorum quorumvis Ordinum superiores, prælatos, priores, reformatores, visitatores et fratres, aut alios cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, et quacumque etiam pontificali præfulgeant dignitate, vel auctoritate etiam apostolica fungantur, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæsito colore seu ingenio quomodolibet indebite molestari, perturbari vel inquietari: contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia juris opportuna remedia appellatione postposita compescendo: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

ac derogatur
contrariis quibuscumque.

339 Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ octavi de una et Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac B. Mariæ de monte Carmelo hujusmodi, et illius monasteriorum, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis eisdem Ordini et monasteriis, illorumque Superioribus et Generali, sub quibusvis verborum formis et clausulis, et derogatoriis derogatoriis, fortioribusque et efficacioribus ac insolitis, irritantibusque, et aliis decretis concessis, confirmatis et etiam iteratis vicibus innovatis, etiam Mari magno, Bulla aurea vel alias nuncupatis; quibus omnibus, illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias

in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub sigillo Pœnitentiariæ, septimo Idus Februarii, Pontificatus Domini Pii Papæ quarti anno tertio.

AUCTORE
V. D. M.
D

340 Mirum fortasse nonnemini videbitur Ranutium Farnesium, e presbyterorum Ordine S. R. E. Cardinalem, titulo insignitum fuisse S. Angeli (i. e. S. Archangeli Michaelis) in foro Piscario, qui alias a prisceis temporibus, perinde ac hodie, inter diaconias annumerari consuevit. Quam in rem occurrit mihi apud Mabillonium, Commentario prævio in Ordinem Romanum (Mus. Ital. tom. II, pag. XVII), e Torrigii de Cryptis Vaticanis opere, Theodatus Pater diaconiæ S. Angeli in Piscina sub Gregorio II ad sæculi VIII initium; eidemque diaconiæ, secundum P. Fulvii Carduli conjecturam a Majoribus nostris relata tom. IV Julii (pag. 357), præfuisse videtur Stephanus, factus anno 752 e diacono Summus Pontifex. Quod si posteriorum temporum monumenta adeas, v. g. antiquos Codices Vaticanos apud Baronium (ad annum 1057 § XXI) et Crescimbenium (Hist. Eccl. S. Joannis ante portam Latin. lib. V, cap. I), librum Petri Mallii ad Alexandrum III apud Mabillonium (Mus. Ital. tom. II, pag. 160), Vitam Anastasianam Leonis III apud Blanchinum (De Vitis Rom. Pontif. sect. 404), ac demum Ciaconii Vitas Pontificum a tempore Urbani II, reperies ad sæculum XVI usque semper Cardinales S. Angeli diaconos fuisse, nunquam presbyteros. Atque ad hanc etiam normam Julius Papa II Matthæum Langium ab Wellenburg, electum, sed nondum consecratum Gurcensem episcopum, diaconum Cardinalem S. Angeli creavit anno 1511. Verum, cum Langius biennio post a Maximiliano Cæsare de rebus imperii missus fuisset ad Leonem X, hic Pontifex, ut legitur in Ciaconio Oldoini (tom. III, col. 304), S. Angeli in foro piscium ecclesiam ad diaconum spectantem, Gurcensi postulante, inter presbyterales, quoad ipse, qui S. Angeli Cardinalis . . . renuntiatus fuerat, superstes fuisset, esse jussit: unde ratio patet ob quam Langius, infulis Salisburgensibus anno 1519 decoratus, se ipse anno 1522 tituli S. Angeli Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyterum Cardinalem inscripsit in mandato ad clerum suum, quod legere est apud Florianum Dalham in Conciliis Salisburgensibus (pag. 281), et S. R. E. cum eodem titulo archipresbyter vocatur a Ciaconio in conclavi anni 1534 (tom. III, col. 533). Porro post Langium proximus cardinalatus S. Angeli tenuit Alexander Farnesius ut diaconus; post hunc Ennius Philandrus ut presbyter; tum Ranutius Farnesius, primum ut diaconus, deinde ut presbyter; rursum variis deinceps annis et vicibus alii plures, modo presbyteri, modo diaconi. Neque uni S. Angeli diaconiæ sæculo illo commutationes ejusmodi obtigerunt, sed pluribus aliis, puta S. Mariæ in Aquiro, S. Mariæ in Cosmedin, S. Agathæ, etc.; quemadmodum vicissim, prout Ciaconium vel obiter pervolvendi facile liquebit, presbyterales tituli S. Onuphrii, S. Marcelli aliique loco diaconiarum fuerunt habiti: donec Sixtus V anno 1587 per litteras apostolicas, consentientibus et subscribentibus Cardinalibus, congrua, ut ipse ait, distinctione confusionem perpetuo tollere decrevit, titulos et diaconias proprios ejusque Ordinis certos et distinctos assignando; ita ut nunquam in posterum . . . presbyteris diaconiæ, nec diaconis tituli presbyterales perturbato ordine aut promiscue concedantur (Bullar. Roman. tom. II, pag. 621, edit. Luxemb.). Exinde vero distinctio inter presbyterales titulos et diaconias, facta anno 1602 a Clemente VIII nova designatione, quam Paulus V anno 1618 confirmavit,

Disquisitio de
titulo cardinali
Ranutii
Farnesii, Pœ-
nitentiarii
Majoris.

E

F

AUCTORE
V. D. M.

*mauit, prout refertur in Bibliotheca P. Lucii Ferraris
(voce Cardinales, art. 1, num. 44), ad hodiernum
usque tempus perseverat.*

**§ XVIII. Fundatio Abulen-
sis monasterii S. Josephi :
interius Sanctae certamen :
contradictiones externae :
P. Dominici Bañez Ord.
Præd. erga Sanctam stu-
dium. Deus illam per visi-
ones roborat.**

*in novum mo-
nasterium, ab
episcopo Abu-
lensi admis-
sum;*

A medio anno 1562, quo tempore Toletum Abulam revertit S. Teresa, in quadragesimales insequentis anni dies præsens decurret paragraphus, qui Vitæ ejus capite xxxvi magnam ad partem constabit. Cum jam ex illa urbe discessissem, ait, magnam per totum hoc iter lætitiâ sensi, firmiter apud memetipsam statuens, quidquid tandem mihi Dominus imponere decrevisset, gratanter et summa cum animi lubentia suscipere. Ea ipsa vespera qua civitatem hanc sum ingressa, redditæ mihi sunt litteræ et Breve apostolicum, quibus monasterii fundatio cum ampla potestate concedebatur. Unde tum ego, tum omnes qui quantopere me Dominus ad iter hoc suscipiendum ursisset, noverant, non mediocriter sumus mirati; videntes quam tunc me necesse fuerit in viam dare, et quam etiam opportuno commodoque tempore Dominus huc me duxisset. Illic quippe reperi episcopum loci et sanctum virum F. Petrum de Alcantara, nec non equitem illum nobilem, egregium Dei famulum, in cujus ædibus sanctus ille vir hospitabatur; erat is namque communis hominum sanctorum curator, patronus et hospes. Uterque ita serio apud episcopum pro monasterii admissione institerunt, ut is tandem facultatem dederit; quod sane parvi momenti non est, eo quod sine censu ullo id fundandum erat. Sed ipse erga homines quos ad Deo serviendum ita animatos videbat, tantopere afficiebatur ut illis subsidio suo adesse et patrocinium illorum suscipere in animum statim induceret. Qui autem omnia fecit, et in causa fuit ut ipsum admitteretur, fuit sanctus ille senex F. Petrus de Alcantara, qui modo hunc modo illum compellabat, nobis ut auxilium et favorem præstarent. Et sane, nisi eo quo dixi tempore opportuno advenissem, nescio quo rem modo conficere potuissem: nam sanctus ille vir quam minimo tempore hic substitit (etenim vix ad octiduum hic cum hæsisse, et quidem valetudine parum firma, existimo), et paucis exinde post diebus Dominus cum ex hoc mortali corpore ad se evocavit. Eatenus sane enim illius Majestas in vita conservasse videtur, quoadusque negotium hoc plane conficeretur: jam dudum enim (imo nescio an plus biennio) satis debili et languida fuit valetudine.

*et quam pote-
rat secretissi-
ma cura Tere-
sæ paratum,*

342 Omnia porro quam fieri poterat secretissime peragebantur; nam alioquin, prout quidem populus propterea commotus est (uti postea apparuit), numquam res confici potuisset. Disponente vero Domino factum ut sororius meus, uxore peregre profecta, in morbum inciderit; qui ad eas præ morbi vi redactus est angustias, ut apud eum manendi copia mihi data sit: hincque factum ut

res non ita innotuerit; quamquam non deerant D qui aliquid suspicando subolfacerent, sed plane ut id crederent, in animum inducere non poterant. Admiratione sane non caret, quod diutius non ægrotaverit quam quantum huic negotio conficiendo expediens erat; statim vero ac necesse fuit illum sanitati restitui, quo et ego ab eo curando liberarer et ipse domo illa excederet, sanitatem illi Dominus restituit, adeo ut et ipse miraretur. Ego autem interim modo hos modo illos adibam, idque magno cum labore, ut domus admissionem efflagitarem: adibam et ægrotum sororium, etiam operas et fabros, apud illos sollicitè instans, ut quam citissime eatenus domus aptaretur ut monasterii formam habere posset; multum quippe adhuc in ea faciendum restabat. Socia quoque mea tum temporis urbe aberat: expedientius enim esse nobis videbatur, quo res secretius et occultius perageretur, ut illa tantisper urbe excederet. Et videbam plane rem quam celerrime summaque cum festinatione peragi oportere, idque ob varias rationes; inter quas hæc una erat, quod singulis horis metuerem ne eo reverti unde veneram, juberer. Ita porro undique molestiis atque angustiis circumdata et oppressa eram, ut cogitare inciperem hæccine crux illa esset quam mihi Dominus indicarat; quamquam hoc mihi nimis quam parvum videbatur, ut per magnam illam intelligi crucem posset quam Dominus mihi impendere præmonuerat.

343 Rebus itaque omnibus utcumque dispositis et constitutis, placuit Domino ut ipso S. Bartholomæi festo nonnullæ habitum sacrum assumerent, et Vener. Sacramentum Eucharistiæ plena cum auctoritate et potestate in altari collocaretur; itaque anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo gloriosissimi Patris nostri S. Josephi monasterium perfectum est. Cum autem illæ vestem sacram assumerent, ego simul et aliæ duæ conventus nostri proprii moniales, quæ forte fortuna tum foras egressæ erant, illam iis dedimus. Quod vero monasterium in sororii mei domo pararetur (nam, uti supra dictum est, ipse eam, quo res occultior foret, coemerat), hinc facultatem a superioribus meis acceperam illic agendi: nihil porro faciebam non consultis ante viris doctis, ne vel in minimo contra obedientiam delinquerem. Hi, quia id universo Ordini, varias ob causas, mirum in modum videbant prodesse, hinc id mihi licitum esse dicebant, esto id non nisi quam occultissime peragerem, daremque operam ne res ad prælatorum meorum aures deveniret. Si enim vel minimam hac in re imperfectionem latere dixissent, ne ob mille quidem monasteria, nedum ob unum, eam, meo judicio, facere voluissem. Certissimum hoc est: etsi enim ab omni re creata magis me sequestrare et professionem ac vocationem meam majore perfectione et clausura servare firmissime mihi propositum esset, taliter tamen id volebam, ut, si intellexissem gratius Deo fore si ipsum penitus intermitterem, id (quod et alias feceram) quam libentissime et maxima animi serenitate ac quiete intermissem.

344 Itaque summa quasi in gloria mihi esse videbar, cum Vener. Sacramentum in altari collocari, et quatuor pauperulas filias parentibus orbas (sine ulla enim dote admittebantur), sed insignes Dei ancillas, juvari et in monasterium admitti viderem (nam in principio maxime propositum fuit ut tales admitterentur, quæ bono suo exemplo tamquam fundamentum essent, in quo, qui nobis propositus erat, magnæ perfectionis et frequentis

*quatuor tagri-
duntur novi-
tiae, gaudentes
Sancta,*

*præsertim de
templo in S.
Josephi hono-
rem erecto.*

AUCTORE
V. D. M.

A frequentis orationis finis ac scopus effectum habere posset), tum vero quod adimpletum jam viderem opus quod ad obsequium Domini et Ordinis a gloriosissima ejus Matre cognominati honorem (hoc quippe solum ipsa spectabam) tendere videbam. Præterea magnæ mihi consolationi fuit adimplere id quod tam instantè mihi Dominus injunxerat, et quod hoc in oppido unum templum amplius esset quam hætenus fuerat, idque in gloriosi Patris mei Josephi honorem erectum. *Verisimile est, ut animadvertit Emery in Vita brevi S. Fundatricis (quam promissit operi suo de Spiritu S. Teresie), templum hoc omnium primum fuisse quod in honorem S. Josephi dedicatum vidit orbis catholicus. Certe prædecessores nostri in Commentario suo historico de gloriosissimi Dei Genitricis sponsi vita ad diem XIX Martii (num. 56 et 57) sacellorum ei sacrorum meminerunt illi quidem (nominatim Avenione sæculo XV in ecclesia S. Agricolæ, et Romæ anno 1548 in S. Mariæ ad Martyres); sed templorum ante Sanctæ nostræ tempora eidem erectorum nullum videntur reperisse vestigium. Ergo sicuti Carmelitano Ordini hæc gloria competit quod omnium primus S. Josephi cultum ex Oriente in Occidentalem Ecclesiam traduxit, uti probabili conjectura videm nostri prædecessores autumant (num. 14 et 15); ita S. Teresie imprimis accepta referri debet ingens ille templorum numerus quem hodie in S. Josephi honorem prostare ubique terrarum videmus. Atque hæc quidem per transennam hic dicta sunt; cum de tenerrima Sanctæ nostræ erga Christi Nutritum pietate latius postea sit agendum.*

345 Gaudebam autem, pergit illa, non quod mihi aliquid in hoc a parte mea fecisse viderer (nunquam enim id mihi visum fuit, uti nec modo videtur: semper quippe agnosco et profiteor, Dominum esse qui hoc faceret; et quidquid a parte mea erat, tantis scatebat imperfectionibus, ut culpari me propterea potius debere et reprehendi, quam ut gratiæ mihi ab aliis agantur, videam), sed quod me, esto ita inepta et misera, Majestas illius ad opus hoc adeo præstans peragendum uti voluerit: tanta porro hæc mea voluptas fuit ut velut extra meipsam, per profundam orationem, abrepta essem. Rebus omnibus jam peractis, tres circiter aut quatuor post horas peracre mihi diabolus quoad spiritum certamen movit, uti jam dicam. Dubitationem mihi injecit, qua dubitare cœpi rectene factum esset id quod jam factum erat, et num in obedientiam peccassem, quod, provinciali non jubente, rem hanc aggressa et executi essem (nam non dubitabam quin ille aliquatenus ægre ferret, quod monasterium, illo non præmonito nec consulto, Ordinario loci supposuissem; quia tamen id ipse admittere noluerat, meque illius obedientiæ ac subjectioni non omnino subtrahebam, hinc videbatur ipse mihi hoc parum curaturus); num item filiæ illæ, quæ hic admixtæ erant, in tanta vitæ austeritate ei rigore contentæ essent vivere; an item victus et res ad vitam necessariæ illis non essent defuturæ; ad hæc, an non rem stultam aggressa essem, et quid ad illam suscipiendam me movisset, cum proprium monasterium haberem.

346 Cæterum, omnia quæ mihi Dominus injunxerat, omnes sententiæ aliorum quas audiveram, orationes quas ipsa fuderam (nam plus biennio rem hanc per preces Deo pene assidue commendaram), ita e memoria mea effugerant, velut obliuione sepulta, ac si nihil horum unquam circa me factum esset; sola mea ipsius opinio memoriæ observabatur; omnes quoque virtutes, imò ipsa etiam fides, tum temporis sic in me suspensæ erant, ut ne vel unam

quidem earum opere exercere, aut earum alicujus ope hosce adversariorum impetus possem retundere. Suggerebat mihi præterea diabolus cur tam angustæ me domunculæ vellem includere, et quidem tot morbis oppressam; quo item pacto tantam austeritatem perferre possem, et cur domum ita amplam et amœnam, in qua hætenus tam contenta et hilaris vixeram et tot habebam amicas, desererem; forsitan fore ut quæ hic essent moniales mihi displicerent, nec ad genium meum essent: denique, paucis ut complectar, nimis grave me in humeros onus devocasse, quod in causa esse posset cur in desperationis abyssum præceps ruerem; et dæmonem ideo forsitan ad hoc me impulsisse, ut mihi pacem et quietem mentis eriperet, ut sic, ob hanc inquietem, orationi insistere non possem; itaque fore ut animam meam perderem. Hæc aliaque ejusmodi diabolus conglobatim mihi ob oculos ponebat, prorsus ut mihi impossibile foret de ulla re quam hac cogitationem suscipere; idque ea mentis angustia, caligine atque obscuritate, ut verbis id eloqui nequeam. Unde me ita constitutam advertens, Ven. Altaris Sacramentum adiivi; sed orationem aliquam instituere neutiquam valebam. Quantum conjecturando assequi possum, tali tum in angore versabar, in quali agonizantes et morti jam proximi: nemini quoque eum patefacere ausa fueram, quod nondum certum aliquem confessorium delegissem.

347 Deus bone! Quam ærumnosa et misera est hæc vita! Nulla secuta hic voluptas datur, et nihil est quod non varium aut inconstans sit. Paulo ante, meum ego gaudium cum ullo mundi gaudio non videbar commutatura, et modo ob eandem omnino causam ita cruciabar et angebar, ut quid mihi factura essem, plane ignorarem. Si attente vitæ nostræ res expendere, nemo non per experientiam videret quam parvi omnis quam hic habere possimus, voluptas aut molestia dolorve faciendæ sit. Nullum sane mihi, toto quo vixi tempore, vehementius certamen aut impetum adversarii, quam hoc fuit, tulisse videor; et videtur mihi mens gravem illam quæ mihi adhuc restabat, passionem præsa-giisse, quamquam illa non tam gravis fuit atque hæc, si quidem diuturnior fuisset. Sed miseram ancillam suam Dominus pati non patiebatur; semper enim is mihi in tribulationibus adfuit: sic et in hac mihi est auxiliatus; quia paucillum mihi lucis aspiravit, ut viderem dæmonem esse qui me affligebat, et veritatem intueri possem, et perspicerem nil aliud illum querere quam ut mendaciis quibusdam me perterreret.

348 Unde firmorum meorum, quæ alias conceperam, Deo serviendi propositorum, nec non intensorum, quæ habueram, pro illo patiendi desideriorum recordari cœpi; mecum reputans, non esse mihi, siquidem illa adimplere vellem, ullatenus quietem quærendam, et, si quæ mihi interdum adversitates occurrerent, in iis meritum situm esse, et, si ad Dei honorem patienter illas ferrem, purgatorii loco id mihi fore: proinde non esse quod timerem; nam, quandoquidem molestias et gravamina desiderabam, jam me iis oblati debere gaudere, quod hæc nimis quam magna et gravia essent: etenim in maxima oppugnatione et contradictione lucrum consistere. Petebam ergo a meipsa, cur mihi ad ei cui tantum debebam, serviendum animus deesset. His et aliis id genus considerationibus magnam mihi metipsi vim faciens, coram Ven. Sacramento spopondi me omni qua poteram contentione allaboraturam, ut in illo monasterio habitatum veniendi, clausuræque, si quando salva conscientia id facere

at nebula illa,

F

exorante Deo
non Teresia,
dispelluntur.Succedunt
gaudio certamen
talem,dejectione animi
et anxietate;

AUCTORE
V. D. M.

A possem, vovende facultatem impetrarem. Hoc dicto, in momento diabolus a me recessit, neque quietam et in pace mentis reliquit; itaque quies mansi, et semper exinde quies fuit: et quicquid in hac domo quoad clausuram, austeritatem et reliqua observatur, mihi quam suavissimum et nimis quam exiguum videtur; et quam sentio voluptatem, tam eminenter magna est, ut subinde mecum ipsa cogitem ecquid in terra seligere et optare possem dulcius. Nescio sane an hoc ex parte in causa sit cur meliore jam sim valetudine quam fuerim haecenus, vel an ideo hoc mihi Dominus dare solatium velit, ut, quod aliae omnes implent, ego quoque implere possim; cum ita me facere et oporteat et rationi sit consentaneum, esto id mihi quam molestissimum sit: nihilominus omnes quibus mea invaletudo nota est, id prestare me posse mirantur. Ille sit benedictus, qui omnia dat, et cujus potentia omnia possumus.

*Sancta in Incarnationis
cenobium re-
vocatur.*

B 349 Hoc me certamen valde dejecit et attrivit: interim tamen daemone risi; nam manifeste videbam illius has technas et molimina esse. Credo equidem Domino permittente haec omnia facta esse (duodetriginta enim annis et amplius, quibus vitam monasticam egi, nunquam, ne ad momentum quidem, experta eram quid esset ob vitam monasticam assumptam contristari), ut scilicet intelligerem quantum ipse mihi in hoc beneficium contulisset, et quanto me tormento eripuisset, simul etiam, si quam hac in angustia constitutam cernerem, non mirarer, sed ei compaterer et eam solari possem. His jam transactis, cum post prandium quietis aliquid capere vellem (nam tota superiore nocte vix quietem habueram, quin et aliis quibusdam praecedentibus noctibus a labore et cura nunquam vacaram, ut taceam quod quotidie per diem summo opere defatigarer), ecce, quod tum in civitate, tum in monasterio meo, quid factum esset, jam innotuisset, magnae in hoc turbae et concitatio, ob eas quas supra commemoravi rationes, quae aliquam verisimilitudinis umbram habere videbantur, exorta est. Statim ergo me praeposita ad se evocavit, ut, nulla data mora, sibi me sisterem. Ego autem mox ut illius mandatum vidi, illuc quamprimum me, novas moniales meas tristes admodum et afflictas relinquens, contuli. Permultum mihi molestiae impendere facile perspexi; sed, quoniam opus jam peractum et confectum erat, hinc me res ea non magnopere movit.

C Orationi ergo me dedi, Dominum precata ut mihi adesset, et gloriosum Patrem meum Josephum, ut ad suum me monasterium reduceret, eique quae passura eram obtuli. Gaudens autem et exultans, aliquam mihi pro ejus nomine patiendi, et in quo ei servire possem, occasionem dari, illuc abii, credens fore ut quamprimum in carcerem compingerer: sed fuisset hoc (ut quidem apparet) mihi longe gratissimum, quod hoc pacto nullius alloquendi et in solitudine aliquantisper requiescendi (quod mihi sane imprimis necessarium erat; eram quippe ob assiduam cum hominibus conversationem prope exhausta et molita) occasionem haberem.

*sibi priorissam
et provincia-
lem placeat.*

350 Ut igitur in praepositae conspectum veni, et facti mei rationes apud eam deposui, aliquantum placata mitius agere cepit: omnes autem ad provincialem causam hanc amandarunt. Ea tunc indecisa mansit, ut ab eo judicaretur: qui ut advenit, illius iudicio me stiti, gaudens quod aliquid pro Dei nomine me pati cernerem; non enim comperiebam in hoc facto me aut contra illius Majestatem aut contra regulam peccasse, sed omni studio contendere ut Ordinem adangerem: quin et libentissime vitam meam hujus causa obtulissem; nam

id unum cupiebam, ut quam maxima fieri poterat perfectione regula adimpleretur. Venit hic mihi in mentem iudicii illius quo Redemptor noster Christus dijudicatus est: videbamque quod meum, illius respectu, nihil esset. Culpam hic agnoscebam, tanquam si valde culpabilis fuisset; et certe talis videbar iis qui omnes facti mei rationes non sciebant. Postquam ergo is me acriter reprehendisset (esto non eo cum rigore quo delictum coargui merebatur, et coargui debuisse multi provinciali dicebant), penitus me purgare noluissem (hoc quippe plane apud me statueram): unde cum rogavi ut mihi peccanti ignosceret, et citra iracundiam praenam infligeret. In nonnullis quidem immerito me videbam damnari: dicebant enim ideo id me fecisse ut aliquod mihi nomen et famam acquirerem, et alia id genus: at in aliis clarissime videbam eas verum dicere, quod videlicet caeteris omnibus essem deterior, et, cum bonam religiosam disciplinam, quae apud se servabatur, prout oportet servare non potuerim, me tamen alio in loco majori cum rigore servare eam posse crederem, adhuc populo scandalum crearem, et novitates quasdam introducerem. Nihil horum me turbabat aut angebat, esto me et turbari et angere propterea ostenderem, ne, quae mihi dicebantur et objiciebantur, parvi facere et explodere viderer. Demum provincialis mihi injunxit ut coram monialibus me defenderem, ac facti mei rationem redderem; quod et facere me oportuit. Cum autem et interius quiesca essem, et Dominus me juvaret, ita meam causam egi ut nec provincialis nec quae aderant moniales ullam me damnandi causam invenirent. Postea vero, cum apud illum solum essem, multo sum clarius locuta: quibus ipse auditis mitiorem se praebuit, et ita totus in partes meas concessit, ut, si res progressum haberet et civitatis oblocutio jam cessaret, mihi se facultatem daturum promitteret in monasterium illud ingrediendi. Nam, uti jam referam, magnas ea res in civitate turbas excitavit.

351 Duobus nempe aut tribus post diebus, nonnulli de rectoribus civitatis, una cum praetore, et quidam de capitulo, in unum convenientes, nullatenus rem hanc a se tolerari debere dixerunt (evidens enim detrimentum rempublicam inde accipere), Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum inde auferendum, ac nulla ratione se toleraturos ut ea res progressum haberet. Omnes proinde religiosos Ordines convenire jusserunt, duos e singulis viros doctos evocantes, ut suam de monasterii hujus erectione sententiam dicerent. Quorum alii tacebant, alii ipsum damnabant; demum in id plerique conveniunt, quamprimum ut dissolveretur: sed unus dumtaxat praesentatus Ordinis S. Dominici (esto ei displiceret, non tam monasterium quam quod certo censu careret) sese opponens, non videri sibi dixit hanc rem ejusmodi quae tam cito dissolveretur, sed mature eam expendendam disserendamque, et satis ad hoc temporis esse, nec festinato opus videri, quod ad episcopum negotium hoc spectaret; et alia ejus generis argumenta attulit, adeo ut hoc dicendo multum profuerit: alioquin enim parum aberat (ita vehemens erat concitatio et furor) quin quod subito decretum erat, illico executioni mandaretur. Sed ita id fieri oportebat: Dominus enim sic volebat; neque omnes simul juncti potentes satis erant ad ejus voluntatem impediendam. Suas ipsi rationes depromebant: et, quia bono eos zelo agi videbam, hinc et me sine Dei offensa pati faciebant, et omnes illos qui negotio huic patrocinabantur, qui utcumque multi erant et persecutionibus variis exagitabantur. Ille ex Ordine S. Dominici Pater qui

*Apud infensos
magistratus
causam Teresie
agit P. Do-
minicus Ba-
ñez Ord.
Pred.*

F

AUCTORE
V. D. M.

A in iis Abulensibus motibus strenue adeo, et quidem solus contra omnes (ut etiam ipsemet testatus est in processu canonizationis), partes S. Teresie suscepit, eamque dein consiliis jugiter adjuvit, est celeberrimus theologus Banez, qui aliquando munus visitoris apostolici apud Carmelum Excalceatum obivit. P. Petro Hernandezio cum sibi vicarium substituente xx Augusti 1569. Neque solum Abula, sed, secundum idem ejus testimonium, Sancta quoque adstitit in foundationibus Methynensi, Vallisoletana, Toletana et Salmanticensi. Insuper sex annis ait Sancta (t. I, ep. 19, num. 13) illi se fuisse peccata confessam, et cum illo sibi fuisse continua commercia epistolarum.

Deus illam eloquendi consolatur.

352 Prosequitur Sancta : Populus autem omnis ita concitatus et turbatus erat, ut de nulla re quam de hac vulgo sermo esset, et nemo non mihi eam vitio et culpae verteret, plurimique ad provincialem ac conventum nostrum venirent. Quidquid de me spargebant et causabantur, non magis me movebat quam si dictum non esset; sed solum timor quem habebam ne forte monasterium ceptum dissolveretur, me summopere lancinabat, idque eo magis quod viderem fore ut illi qui mei patrocinium susceperant, auctoritate sua exciderent, et quod magnis hi molestiis ac persecutionibus exagitarentur : nam ex iis quae de me spargebantur calumniis gaudii mihi plus quam doloris hausisse videor; et sane, si vel aliquid fidei habuissem, nullam omnino perturbationem motumve passa essem : sed vel unius virtutis defectus plus quam satis est ut etiam ceterae, veluti sopore oppressae, vim suam non exerant. Unde biduo illo, quo duplex illa congregatio in populo habebatur, valde turbata et anxiosa fui : sed maximopere me afflictam Dominus hisce verbis est allocutus : « An me potentem esse ignoras? » Quid ergo metuis? » mihi quoque certo certius asseverabat monasterium hoc minime dissolutum iri; quod mihi maximae consolationi fuit.

Cum res in consilio regio agitur,

353 Interim illi informationem rei totius ad consilium regium transmissere; quod, quomodo ipsum erectum et constitutum esset, exacte a capite ad calcem scripto committi rescribendo petiit. Jam ecce magna cepta erat lis : a parte enim civitatis quidam delecti ad concilium abibant; unde et a parte monasterii quosdam delegari oportebat : deerat tamen ad sumptus tolerandos pecunia, et ipsa quo me verterem nesciebam. Ita porro Dominus rem est moderatus ut nunquam me provincialis monasterii tractationem de manu jusserit deponere; tantus enim ipse virtutum omnium est cultor, ut, esto causae meae non omnino patrocinaretur, illi tamen se totaliter nollet opponere vel refragari : sed ante facultatem mihi facere volebat huc redeundi quam appareret quis rei futurus esset exitus. Hae Dei ancillae solae et desertae erant, plusque suis illae precibus, quam ego omni mea instantia, efficiebant; etsi alioqui summa ad negotium hoc contentione opus esset. Interdum videbatur res tota penitus concidere, praesertim pridie quam provincialis appelleret : tunc enim praeposita mihi imperabat ne me nullatenus huic negotio immiscerem; et hoc erat conceptum hunc penitus evanescere.

Gonzalezus de Aranda, Franciscus de Salcedo et Gaspar Daza juvant Sanctam;

354 Ergo ad Deum me contuli, dicens : « Domus haec, Domine, non est mea; propter te constructa et parata est : cum ergo jam nullus sit qui curam ejus gerat, æquum est Majestatem tuam illam in se suscipere. » His dictis ita illustrata et curarum expertus mansi, tanquam si omnes qui in mundo sunt homines mihi patrocinari et favere volentes habuissem; atque adeo negotium velut jam confectum reputabam. Sacerdos quidam, egregius Dei famulus, omnisque perfectionis cultor (Gonzalezus de Aranda),

quem semper mihi faventem et auxiliatorem senseram, ad aulam concessit, rem auctoritate sua promoturus; et sane impigre in ea laboravit. Sic etiam sanctus ille eques (Franciscus de Salcedo), cujus ante saepius memini, tota in rem nostram contentione et studio incubuit, ei que omnimodis favebat, multumque laboris et graves persecutiones in ea promovenda subiit : quem proinde semper ut patrem habui, et etiamnum habeo. Tantum porro omnibus rei hujus promotoribus et auxiliatoribus fervorem Dominus inspirabat, ut eam quisque ita cordi haberet tanquam si propria fuisset, et vitae honorisve proprii periculum in ea verteretur; cum tamen non alio ad eos titulo spectaret quam quod Dei cultum et honorem ea promotum iri crederent. Nemo non facile videbat illius Majestatem sacerdoti illi magistro de quo locuta fui (Gaspari Daza) ope sua adesse (qui etiam de illis fuit, qui me insigniter adjuverunt) : quem dein episcopus jussit magno cuidam conventui, qui monasterii causa indictus erat, suo nomine interesse; in quo ipse solus universis se opponens, ipsis tandem jam aliquanto mitionibus certa quedam media, quibus confici res posset, proposuit : quod sane tum quidem satis fuit ad iudicium suspendendum et ulterius non procedendum; sed nullius tanta dicendi vis fuit qui impedire eos potuerit quominus post paulo vitam (ut dicitur) exponere cuperent, ut posset monasterium destrui. Hic, de quo loquor, Dei famulus erat ipse qui monialibus sacrum habitum dederat et Venerabile Sacramentum in altari statuerat : quo nomine multorum invidiam incurrit et multa passus est.

355 Semianno fere haecce duravit persecutio : ceterum, si omnes et singulas quibus jactabamur molestias et difficultates graves singillatim vellem commemorare, aequo essem diffusior. Porro mirabar quid esset quod diabolus tantam adversus mulierculas aliquot vim exereret; et cur adversarii omnes intolerabile quoddam reipublicae damnum a duodecim dumtaxat mulieribus cum sua praeposita (plures enim numero esse non possunt) crederent imminere. De illis autem loquor quibus ii sese tum opponerant, quaeque tam austeram vitam ducunt, ut, si quid in eo jacturae aut erroris situm esset, hoc in illarummet caput recideret; dicere autem civitati ingens inde damnum accessurum, prorsus verisimile non est, et cum ratione videtur pugnare. Plures tamen hic invenire erat qui bona cum conscientia huic negotio adversabantur. Porro eo tandem venerunt, ut tunc monasterium se admissuros et ejus erectioni suffragaturos dicerent, cum censum stabilem assumeret. Ita vero me gravabat quod amicos et patronos meos traduci ac pati videbam (imo plus quam meipsum afflictio et oppressio) ut malum non fore putarem, si tandiu monasterium admitteret redditus quoadusque populus tumultuans placaretur; atque, illo placato, eos rursus posse dimitti : imo etiam mihi, utpote improbae et imperfectae, aliquando videbatur Dominum forsitan id ita velle, quod censu non admissio monasterii admissionem nullatenus impetrare possemus; et jam ipsa in hanc propendere partem et ad contractum hunc ineundum incipiebam. Sed cum nocte illa quae contractus illius, jam iniiri cepti, firmandi diem praecessit, in oratione agerem, apparuit mihi Dominus, eumque me iurare vetuit; si enim semel redditus possidere inciperemus, fore ut eos relinquere non permitteremur : addebat his et alia nonnulla.

356 Eadem quoque nocte apparuit mihi S. F. Petrus de Alcantara, qui jam ex hac vita decesserat; qui etiam, antequam ad Dominum abiret, magna obloquutione et persecutione quam patiebamur intel-

qua a Salvatore sibi apparente,

nec non a S. Petro de Alcantara, jam inter Coelites recepto,

AUCTORE
V. D. M.

A lecta, summopere gaudere se mihi per epistolam scripserat, quod, tam invitis et obluctantibus omnibus, hujus fundatio monasterii fieret: hanc quippe signum esse Dominum insigniter in eo honorandum et colendum, cum tanta opum vi diabolus ipsam impedire satageret. Præterea monuerat ut nullatenus permitterem censum stabilem illuc induci: quin imo hoc ipsum monitum secundo aut tertio hisce in litteris iterarat, omnia mihi ex voto in ejus fundatione cessura asserens, si hoc ipsius consilium de censu tollendo sequeretur. Jam ante adhuc his ipsum a morte, in magna illa gloria quam habebat, conspexeram; atque ita nequaquam, illo conspecto, perterrita fui, sed mire recreata: semper quippe se velut in corpore glorioso magna gloria amicto spectandum dabat, quæ etiam in me ex illius conspectu quam abundantissime redundabat. Prima vice qua mihi apparuit, memini illum, cum mihi de magna qua fruebatur gloria multa referret, inter alia dixisse pœnitentiam et austeritatem quam in vita egerat, quam felicissimam fuisse, utpote quæ tanto jam donata esset præmio: sed quia (uti pulo) jam ante aliquid hac de re dixi, hinc ab ea repetenda hic abstineo; hoc tantum addens, illum in hac visione austerum vultum prætulisse, et aliud non dixisse quam ne ullatenus censum admitterem, et quamobrem illius consilium sequi abnuerem: quibus dictis, mox disparuit.

districte vetatur ne censum admittat.

B 357 His visis et auditis, non mediocriter obstupui; cunq̃ue jam dies illuxisset, viro illi nobili (omnia quippe ad hunc referebantur, velut ad eum qui rem maxime urgebat) narravi quidquid mihi contigisset, plane me nolle dicens ut de censu firmando ageretur, sed in lite urgenda procederetur. Erat autem ipse hoc in genere longe me animosior et fortior, ac proinde hæc audiens magnopere gavisus est; postea vero mihi retulit quam invite et illubenter ad conventionem aliquam ineundam descenderet. Re porro jam ad optatiorem statum perducta, surrexit alius quidam insignis Dei servus, qui bono quodam zelo actus suadebat ut doctorum virorum judicio res committeretur. Magnæ sane inquietudinis hoc mihi fuit occasio: nonnulli quippe de fautoribus meis non omnino ab hoc erant alieni; atque hæc ex omnibus quas mihi diabolus umquam posuit insidiis ac technis longe fuit ad digerendum durissima. In omnibus tamen me Dominus adjuvit. Hæc quidem summam dicta sint; neque enim ita paucis satis potest declarari quidquid biennii spatio, jam inde ab monasterii initio ad usque ejus perfectionem, indies contigebat. Duo vero mediū anni, videlicet hic postremus et primus, nobis fuere gravissimi et pœnosissimi.

§ XIX. Turbæ Abulenses componuntur. Sancta ad suum monasterium redit: Bullam apostolicam Pii PP. IV accipit.

Postquam procella illa,

V chementem hanc procellam quam ad finem superioris paragraphi legimus, sibi, dum Toleti versaretur, cœlitus portentam fuisse S. Mater declarat Vitæ suæ capite XXXIX hisce verbis: Cum aliquando orationi insisterem, solam me patenti quodam in campo, circum me autem magnam hominum di-

versis moribus præditorum multitudinem, a qua D undequaque circumcingebar, constitutam vidi: omnes autem arma manibus præferre ad me lædendum videbantur, hi quidem lanceas, illi gladios, alii pugiones, alii sicas admodum longas: unde nulla parte perrumpere valebam, nisi me in certissimum vitæ periculum conjicerem; ego autem eram sola, nullus ut ad opem mihi ferendam adesset. Spiritu itaque meo hac in afflictione constituto, ut quid factura mihi essem nescirem, oculos ad cœlum sustuli, vidique Redemptorem Christum (non quidem in ipso cœlo, sed longe sublimem a me, in aere) manum suam versus me extendentem, indeque ita mihi auxiliantem ut jam ex omni illa inimicorum multitudine neminem omnino timerem, et ipsi, quantumvis percuperent, nullam mihi adferre noxam possent.

359 Visio hæc, quamvis inutilis et infructuosa videatur, magnum tamen mihi fructum attulit: postea namque declaratum mihi est quid per illam repræsenteretur; et post paulo in pari prope discrimine et conflictu me constitutam vidi, intellexique visionem hanc mundi hujus typum et figuram esse: quidquid enim in illo est, arma præferre ad animam afflictam et desolatam offendendam videtur. Ut enim nihil loquar de iis qui non multum Domino serviunt, nihil de honoribus, divitiis, deliciis, aliisque id genus rebus, quibus anima, cum non caute et diligenter advigilat, haud dubie irretitur atque intricatur, aut quæ omnia eam saltem irretire conantur; ipsi amici, consanguinei et (quod maxime miror) etiam viri boni bellum illi movent. Ab his ergo omnibus ita me postea oppugnatam vidi, cum interim ipsi bene se et laudabiliter hoc agere putarent, ut, quomodo me tuerer, aut quid agerem, ignorarem. Si dicerem, Domine mi, quam multiplices et varios toto illo tempore labores subierim (etiam post illa quæ supra retuli), quam insigne id documentum et monitio foret ad omnia quæ sunt penitus deserenda! Fuit hæc omnium quas umquam passa sum, ut mihi apparet, persecutionum gravissima et maxima. Ita, inquam, me subinde undequaque ab inimicis angustiatam et oppugnatam vidi, nullum ut aliqua in re mihi affligeret remedium, quam in oculos ad cœlum sustollendo Deique opem implorando; simulque mihi in mentem veniebat quid in hac visione vidissem, quod me salubriter velut monuit ne multum in hominibus fiducia collocarem: etenim nullus constans et stabilis est præterquam Deus. In omnibus his afflictionibus et pressuris semper mihi Dominus (prout mihi præsignificavit) aliquem a parte sua submisit qui mihi auxiliarem manum præberet (uti mihi in visione illa superiori ostenderat), ut scilicet nulla re niterer, sed soli Domino placere satagerem; quod ad parvam et exiguam hanc virtutem, quam in illi servire cupiendo habebam, alendam et sustentandam satis fuit.

360 Et quidem id præsertim commodum Sanctæ accidit quod mediis istis turbis intervenire altera littera apostolicæ ad eam perscriptæ, quibus omnis de redditibus controversia dirimebatur. Earum etiam ipsa meminit eodem, quod modo citabam, Vitæ suæ capite XXXIX, cum dicit: Jam nuperrime contigit ut, cum litteræ quibus concedebatur ut sine certo censu monasterium hoc erigi et fundari posset, Roma allatæ essent, ipsum plene perfectum sit, idque, ut quidem videtur, non sine aliquo labore. Ergo cum de ejus perfectione apud meipsam gauderem, nec non mecum revolverem quantum laborum hac de causa subiissem, Dominoque gratias agerem quod aliqua saltem in re opera mea uti voluisset

quam Deus per visionem antea Teresiam ostenderat.

E

F

litteris Romæ submissis.

A voluisset, recogitare mecum cœpi equæ pro ipso hic passa essem. In singulis autem quæ feceram (quæ aliquid esse videbantur) plurimos defectus et imperfectiones et subinde etiam pusillanimitatem, sæpe etiam valde parvam fidem, inveniebam. Nam ad hoc usque tempus, quo jam omnia adimpleta et perfecta esse video, numquam plene et perfecte credere potui quidquid de monasterio hoc perficiendo Dominus mihi diceret; nihilominus non poteram de eo dubitare: quod quomodo fieret, nescio; ut sæpe id mihi ex una parte sua penitus videretur impossibile, ex alia vero nullatenus de eo possem ambigere, id est, plane crederem ipsum ad exitum perducendum. Reperiebam tandem, Dominum a parte sua omne bonum, et me a mea omne malum fecisse: itaque de re illa cogitare destiti, et amplius illius recordari nolui, ne ob tantam defectuum et imperfectionum mearum copiam usquam impingerem. Sit ipse benedictus, qui, cum libuerit, etiam ex omnibus utilitatem novit efficere. Amen.

quibus contro-
versia de cen-
sura

361 *En modo ipsa litterarum verba*: Ranutius, miseratione divina tituli S. Angeli presbyter Cardinalis. Dilectis in Christo abbatissæ et monialibus monasterii S. Joseph Abulensis, Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, salutem in Domino. Ex parte vestra nobis oblata petitio continebat, quod, licet vos ex indulto speciali Sedis apostolicæ, in vim quarundam litterarum apostolicarum per officium Sacræ Pœnitentiariæ expeditarum, fundatricibus dicti monasterii nuper erecti concessio, quæcumque bona in communi et particulari habere et possidere valeatis, nihilominus ob meliorem vitæ frugem cupitis bona aliqua in communi aut particulari habere seu possidere minime posse, juxta formam regulæ dicti Ordinis, sed ex elemosynis vobis per Christi fideles pie elargiendis vos sustentare, prout aliæ moniales dicti Ordinis in illis partibus degunt; id tamen vobis licere dubitatis absque Sedis apostolicæ licentia speciali. Quare supplicari fecistis humiliter, vobis super his per Sedem eandem de opportuno remedio misericorditer provideri.

dicimobatur.

362 Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ, cujus Pœnitentiariæ curam gerimus, et de ejus speciali mandato super hoc vivæ vocis oraculo nobis facto, vobis, ut bona aliqua in communi aut in particulari habere seu possidere minime possitis, juxta formam primæ regulæ dicti Ordinis, sed elemosynis et charitatis subsidiis vobis per Christi fideles pie elargiendis vos sustentare libere valeatis, tenore præsentium concedimus et indulgemus; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub sigillo officii Pœnitentiariæ, nonis Decembris, Pontificatus Domini Pii Papæ quarti anno tertio.

paulatim se-
duri cœpit;

363 *Has litteras quo suadente petierit S. Mater, quo intercedente obtinuerit, non clare compertum est. Sed optimum P. Petrum Ibañez nonnihil operæ huc contulisse conjecturare licet, ut advertit P. Fredericus (lib. I, c. xxxi), e proximè sequentibus verbis capituli xxxvi, quod nunc pergam exscribere*: Civitate ergo jam nonnihil pacata et quieta, Pater ille præsentatus Ordinis S. Dominici qui nos adjuvabat, ita rem cordi habuit, ut, etiam absens, suo nobis patrocinio et subsidio adesset; ac tali in tempore et tam opportune eum Dominus huc adduxit, ut nobis ope sua maxime profuerit: neque enim alium ob finem huc eum illius Majestas evocasse mihi visa est; etenim ipsemet mihi postea retulit nullam omnino se huc veniendi causam habuisse, sed casu

id tantum intellixisse. Tandiu porro hic mansit quamdiu opus fuit: etiam reversus, ita quibusdam viis et rationibus apud provincialem rem egit, ut hic mihi absolutam cum aliis quibusdam ad hocce monasterium transeundi facultatem daret; cum tamen prope impossibile mihi videretur ut is hanc tam cito concederet.

AUCTORE
V. D. M.
D

364 *Hanc Sancta laudem Ibanezio tribuens, veritatem utique dicit: attamen pro suo humilitatis studio unam omittit circumstantiam, quam postmodum in processu canonizationis testatam fecit is de quo hic sermo fit, provincialis P. Angelus de Salazar. Nempe postquam Ibañezii argumentis jam persuasum habebat non esse sibi diutius obsistendum quominus Teresia ex Incarnationis cænobio ad S. Josephi transiret; fluctuabat tamen adhuc, et licentiam a S. Virgine tantopere desideratam remorabatur in dies, quippe metuens ne sopita tantum, non penitus extincta, essent illæ multorum in ipsam iræ quas supra vidimus. Hoc itaque animo cum esset vir bonus, una hac Teresiæ voce: Vide, mi Pater, ne Spiritui Sancto resistamus, repente ita se mutatum sensit ut non ei tantum, sed insuper quatuor aliis monialibus, abiturum ad novam domum concesserit.*

Sancta, cum
cœnia provin-
cialis,

365 *Contendit auctor Chronici (lib. I, c. XLVII), quem secuti sunt P. Fredericus et P. Joannes a S. Ludovico, contra ac docent Ribera, Yepes, Joannes a Jesu Maria aliique e primis Sanctæ biographis, hæc contigisse mense Decembri anni 1562; ac suam sententiam stabilire nititur prologo libri Foundationum, ubi Sancta ait: Cum anno 1562 in S. Josephi monasterio Abulensi (quo anno et ipsum fundatum est) agerem; P. Garcias de Toledo . . . mihi injunxit ut illius monasterii foundationem cum aliis multis rebus . . . scripto committerem. Negat scilicet laudatus Chronici auctor P. Garciam id injungere potuisse priusquam Sancta revocaretur ad cænobium Incarnationis; siquidem ipsa tunc ne unum quidem integrum diem in S. Josephi perstare potuerit. Ergone, quæso, integro die P. Garcias opus habebat ad dandum hujusmodi mandatum? Quin imo nonne id dare potuit vel antequam penitus effecta esset monasterii S. Josephi fundatio, id est, ante festum S. Bartholomæi, quando ex licentia superiorum Sancta illic, quasi in sororii sui domo, frequenter agebat? Ne quidem certo argumentatio Chronici nullatenus pervincit; uti nec pervicisse videtur diligentem scriptorem Boucher, qui ex Ribera affirmat novum S. Josephi cænobium a S. Fundatrice incoli cœptum fuisse media quadragesima seu circiter diem xvm Martii anni 1563.*

mense Martio
1563 transiit
E

366 *Porro Sancta, ut e scheda ipsius manu scripta ac nomine subsignata constare affirmat auctor Chronici (loc. cit.), e cænobio Incarnationis nihil secum detulit præter stramentitiam quamdam stoream, vestem attritam et assutis panniculis interpolatam, flagrum denique et confectum e ferreis catenis cilicium. Quæ quidem reclusæ optime congruebant cum tenuissima domuncula ad quam se recipiebat, supellectili. Omnia enim inibi paupertatem quam maximam spirabant, non in cellulis solummodo et officinis, sed imo in ipsa ecclesiola. Operæ pretium est Chronici auctorem de hac loquentem audire: Ordinavit Sancta, inquit, in parva illa casula ecclesiam perexiguam, et minutam e ligno craticulam, duplicem, densam et nonnisi angustissimis patentem rimis, per quas Sacrum audire moniales possent. Ad hæc vestibulum fecit sane quam angustum; in quo tum ecclesiæ tum monasterii porta erat. Et duas huic superposuit imagunculas, alteram B. Virginis, S. Josephi alteram, ut uterque, secundum Domini nostri promissionem, custos monialium foret: quæ quidem*

in pauperem
S. Josephi do-
mum,

F

AUCTORE
V. D. M.

A imaguncula hodieum apud Patres nostros Madritenses in oratorio sacristiae extant. Signo autem ad divinum officium dando inserviebat campanula, trium librarum non amplius pondere, suspensa in quodam parietis cavo; quo nulla ex parte non esset paupertatis indicium. Eandem campanulam, quam merito S. Matris reliquiis annumeraveris, ad annum usque 1634 servatam, R. P. Stephanus a S. Josepho, tunc Ordinis nostri Praepositus Generalis, ex Abulensi monialium cenobio ad Pastranenses nostros, apud quos Congregationes generales fieri solent, transtulit. Ac mos est inde ad hodiernam servatus diem ut illa Capitulares ad sessiones suas convocentur; nimirum ut primitivo hoc sonitu, pauperi adeo atque humili, animi Patrum Ordinis nostri excitentur ad recordationem ac continuationem observantiae illius et disciplinae monasticae quae primis temporibus in nostra Reformatione vigerunt. *Hæc ille (lib. I, cap. XLIV).*

Deo et hominibus placen-

367 Eo ipso die, *Sancta ait*, quo huc ad sacra officia celebranda, et eas quæ hic erant, instituendas venimus, summa me sensi in animo voluptate perfundi. Cum, priusquam monasterium ingrederer, in templo orarem, vidi, pene in raptu constituta, B Salvatorem nostrum Jesum, qui me magno cum affectu videbatur suscipere, coronamque capiti meo imponere, gratias mihi velut agens pro eo quod in Matris suæ gratiam præstiteram. Alio tempore, cum simul omnes in choro post Completorium orationi insisteremus, Deiparam Virginem summa in gloria, et cyclade alba, sub qua nos omnes continere et velut protegere videbatur, amictam vidi; simul etiam agnovi quam Dominus sublimem gloriæ gradum monasterii hujus monialibus daturus esset. Statim autem ac sacra Missarum officia hic celebrari cœpere, mire erga domum hanc populus afflicti cœpit: plures quoque moniales admittebantur; quin et Dominus animos illorum permovere incipiebat qui prius nobis maxime adversati erant, quo et nobis laverent et eleemosynis suis succurrerent: itaque probare se ostendebant id quod ante adeo erant aversati, ac paulatim a lite prosequenda cessabant, jam se ad oculum videre dicentes, opus id esse dextræ Excelsi, cum Majestas illius id per tantas oblocutiones ac repugnantias promoveri ac perfici voluerit; adeo ut hoc tempore nullus sit qui consultius putet ipsum non fuisse constructum: unde ita universi nobis de eleemosynis prospiciunt, C ut Dominus ad illas, nobis non rogantibus aut quidquam ab aliquo efflagitantibus, submittendas eos excitet, et ita bene simus ut rerum necessarium prorsus nulla nobis desit; id quod semper futurum, in Domino confido: quod enim sorores numero paucae sint, si quod debent faciant (sicuti per Dei gratiam jam faciunt), certa sum fore ut nihil illis unquam desit, aut ipsæ cuiquam petendo importunæ sint aut molestæ; at Dominus ipsarum curam geret, sicut hactenus gessit. Itaque summæ mihi consolationi est inter animas ita ab omnibus rebus denudatas et sequestratas degere.

ubi moniales suas ad primariam regulam observantiam informant.

368 Omne illarum exercitium est sedulo curare quomodo in Dei famulatu semper aliquem progressum faciant: solitudo porro unicum earum solatium est; de aliquo autem homine videndo cogitare, nisi forte ut sic ad Sponsum suum magis amandum excitentur, summa illis crux et molestia est, esto is etiam sit sanguine conjunctissimus. Hinc etiam nullus huc venit qui isthoc intentum non habeat: et qui quid aliud spectant, nec satisfactionem ipsis adferunt, nec eam in ipsis inveniunt. Adhæc non alia illarum est lingua quam ut de Deo loquantur; hinc est quod neminem intelligunt, nec ab ullo

intelliguntur, quam ab illo qui hac lingua loquatur. D Servamus et profitemur regulam B. Virginis de monte Carmelo, ab Alberto patriarcha Jerosolymitano datam, eamque puram, primævam et sine ulla relaxatione, et qualem eam confirmavit et approbavit Innocentius IV anno Pontificatus sui V, post Christum natum MCCXLVIII. Omnes porro quos subimus labores et molestiæ amplum mihi operæ pretium futuri videntur, et, licet regula jam aliquantulum stricta sit (numquam enim vescimur carnibus, nisi id suadeat necessitas, et octimestre jejunium servamus, nec non alia id genus, uti in primæva regula videre est), multis tamen sororibus rigor hic nimis quam parvus et tolerabilis videtur: hinc etiam alia non pauca observantur, quæ, quo prima regula majore cum perfectione et sinceritate servetur, nobis visa sunt esse necessaria; et in Domino futurum confido, ut, quod cœptum est opus, insignem habeat progressum et augmentum, quemadmodum mihi Majestas illius significavit.

369 Pro coronide hic partem afferam capitis VIII *Vie Perfectionis, in quo pro sua ad sanctum eum locum vocatione grata mentis suæ sensa, Deum compellens, Sancta effundit.* Quando, exclamat, o Creator et Domine mi, tantam dignitatem promerui? Multos circuitus, flexus et reflexus fecisse videris, quæritans quomodo te nobis reddere posses viciniorem: misericordia tua faxit ne nostra nos culpa id amittamus. Intelligite, quæso ex amore Dei, carissimæ, magnam illam misericordiam et gratiam quam Dominus præstitit illis quas huc perducere est dignatus: et unaquæque vestrum serio id apud se expendat, cum Majestas ejus, e solis duodecim quæ hic sumus, ipsam unam esse voluerit. Et quot sunt, imo quanta multitudine sunt, me meliores, quas hunc locum quam libentissime suscepturas scio! Sed dedit eum Dominus mihi adeo male eum promeritæ. Benedictus sis, Domine, et confiteantur et laudent te Angeli omnes, atque adeo quidquid creatum est: hoc namque beneficium vix ullo potest obsequio compensari, ut nec alia plurima quæ mihi contulisti. Quod enim primo me ad vitam monasticam et religiosam vocaveris, summum et singulare quoddam beneficium fuit: sed quia tam male me in eo statu gerebam, Domine, hinc ulterius mihi fidere noluisti; nam in tam multarum bonarum ibi congregatarum multitudine, nequitia mea non apparuisset, nisi cum jam ad vitæ extremum pervenissem: eam enim celassem et occultassem, sicut ad F multos annos eam celavi. Sed ad talem me, Domine, locum deduxisti, in quo ob tantam monialium quæ hic sunt, paucitatem, aliquid celari posse impossibile videatur; utque majori cautela et circumspectione super meipsam advigilem, omnes mihi occasiones præscindis. Quare fateri necesse est, Domine, non posse me jam ullum ad me excusandam argumentum adferre; unde magis tua opus habeo misericordia, ut quod delinquam, mihi ignoscas.

370 Denique subneza Bulla apostolica anno 1565 data est, quæ bina Sacra Penitentiariæ indulta, a Ranutio Cardinali S. Angeli jam pridem Abulam missa, a Pio IV Summo Pontifice confirmantur; et omnia vi horum indultorum peracta denuo pro ratis habentur. Pius episcopus Servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus priorissæ, seu matri forsan nuncupatæ, et conventui monasterii monialium S. Josephi Abulensis, et Aldonæ Guzman et Guio-mari de Ulloa, mulieribus viduis, incolis Abulensibus, salutem, etc. Cum a nobis petitur quod justum est, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane pro parte vestra nobis

Dei erga se misericordiam et bonitatem extollens.

E

F

Anno 1565. Pius PP. IV. indulta pridem concessa de erigendo monasterio.

A nobis nuper exhibita petitio continebat : quod alias, postquam vos in Christo filiae Aldonca et Guionara, quae, ut asseritis, illustres et viduae estis, pia devotione motae, cupientes terrena pro caelestibus et transitoria pro aeternis felici commercio commutare, ac de bonis vestris vobis a Deo collatis pro animarum vestrarum salute unum monasterium ad Dei Omnipotentis laudem et honorem, sub vocabulo et invocatione vobis bene visis, construere, erigere et aedificare proposueratis et desideraretis, idque absque Sedis apostolicae speciali indulto facere posse dubitaretis, quasdam sub certa forma tunc expressa a Sede apostolica seu illius Sacra Pœnitentiaria, et inter alia ut unum monasterium monialium, in numero et sub invocatione vobis bene visis, Regulæ et Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, ac sub obedientia et correctione pro tempore existentis episcopi Abulensis, cum ecclesia, campaniis, campanis, claustro, refectorio, dormitorio, horto et aliis necessariis officinis construere et aedificare, necnon in eadem ecclesia unam seu plures cappellaniam seu cappellanas erigere, ac monasterium et cappellaniam seu cappellanas huiusmodi ex vestris propriis bonis competenter dotare, et postquam sic constructum et erectum ac dotatum foret, illius moniales in eo pro tempore existentes omnibus et singulis privilegiis, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, libertatibus, concessionibus et indultis, quibus alia dicti Ordinis monasteria de jure, usu et consuetudine vel alias in genere utuntur et potiuntur et gaudent, uti, potiri et gaudere vobis concedi et indulgeri.

de condendis
constitutionibus.

371 Quodque vos et moniales dicti monasterii pro tempore existentes, pro illius felici regimine et gubernio ac directione, quæcumque statuta et ordinationes licita et honesta ac juri canonico non contraria condere et ordinare, et postquam condita et ordinata forent, illa in toto vel in parte juxta temporum qualitatem in melius mutare, reformare, alterare ac in totum tollere, abrogare, et alia similia condere, impartiri, et tam condita quam mutanda, reformanda, alteranda ac denuo condenda statuta et ordinationes huiusmodi apostolica auctoritate, ex tunc prout ex nunc et e contra, confirmata fuisse et esse, ac inviolabiliter observari debere; sicque per quoscumque iudices et personas quavis, etiam apostolica, auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, interpretandi et definiendi facultate et auctoritate, iudicari et interpretari et definiri debere; irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, decerni et mandari.

de penis in
inquietantes.

372 Et districtius in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub suspensione a divinis quoad episcopos vel alios majores prælatos, quo vero ad alios excommunicationis majoris late sententiæ pœna, quam contra facientes ipso facto incurrere, et a qua non nisi per Sedem apostolicam, præterquam in mortis articulo, absolvi possint, decerni; ac quibusvis iudicibus et personis tam ecclesiasticis quam sæcularibus, quavis, etiam apostolica, auctoritate fungentibus, ne vos et pro tempore existentes dicti monasterii moniales directe vel indirecte, quovis quæsito colore vel ingenio, quomodolibet indebite molestare, perturbare et inquietare auderent seu præsumerent, inhiberi; ac, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, etiam irritum et inane etiam decerni.

de executoriis
deputatis.

373 Necnon quibusdam iudiciis tunc expressis, quatenus vobis et dicti monasterii monialibus pro

tempore existentibus in præmissis efficacis defensionis præsidio assisterent, facerentque, seu quilibet eorum faceret, vos et moniales præfatas concessis indulto, licentia ac facultate huiusmodi, omnibusque et singulis præmissis pacifice frui et inviolabiliter gaudere; non permittentes vos et eas desuper per prædictis Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo et aliorum quorumvis Ordinum superiores, prælatos, priores, reformatores, visitatores et fratres, aut alios quoscumque tam ecclesiasticos quam sæculares iudices et personas, cujuscumque status, gradus, ordinis et conditionis fuerint, et quacumque, etiam pontificali, dignitate vel auctoritate, etiam apostolica, fungantur, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæsito colore vel ingenio, quomodolibet indebite molestari, perturbari vel inquietari: contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia juris remedia opportuna, appellatione postposita, compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, cum aliis clausulis et derogationibus tunc expressis.

374 Vosque in Christo filiae priorissa et conventus per alias etiam, ab eadem Sede seu Sacra Pœnitentiaria præfata, alias etiam sub certa forma tunc expressa, etiam per quas ob melioris vitæ frugem inter alia, ut bona aliqua in communi aut particulari habere seu possidere minime possitis, juxta formam primæ regulæ dicti Ordinis, sed ex eleemosynis et charitativis subsidiis vobis per Christi fideles pie elargiendis, vos sustentare libere et licite valeatis, concedi et indulgeri, obtinuistis litteras, prout in singulis litteris prædictis desuper confectis dicitur plenius contineri. Quæ omnia et singula pro illorum subsistentia firmiori a nobis apostolico petiistis munimine roborari.

de quo censu
non admittendo.

375 Nos igitur vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, erectionem monasterii, indultum, voluntatem, statuta, obedientiam eidem Ordinario ex indulto prædicto super dicto monasterio ac dilectis in Christo filiabus Theresa de Jesu, nunc moderna abbatissa, seu matre forsitan nuncupata, Maria Elisabeth et Anna de Angelis, olim in monasterio monialium Incarnationis extra muros Abulenses, nunc vero in dicto monasterio S. Josephi degentibus, ac aliis dicti monasterii monialibus pro tempore existentibus, debitam dandam, et decreta, ac omnia et singula alia in eisdem litteris contenta, et inde sequuta quæcumque, licita tamen et honesta, sicut rite et provide gesta sunt, rata et grata habentes, illa apostolica auctoritate confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis et communitationis infringere vel ei ausu temerario contraire; si quis autem, etc. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1565, xvi Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno sexto.

rata habuit ac
confirmavit.

§ XX. Primas moniales suas ad sanctimoniam et animarum zelum informat: Vitam suam iterato describit, ac librum componit de Via Perfectionis.

Quæ restant in libro S. Teresie de Vita sua capita

AUCTORE
V. D. M.
D

F

F

AUCTORE
V. D. M.
S. Reformati-
onis

pita quatuor res varias continent nullo passim historico ordine digestas. Ex iis pauca jam delibavimus: reliqua autem usuvenient in posterum, maxime quando de visionibus ac prophetiis ejus dicemus. Nunc vero ut biographicam seriem prosequamur, apte sese nobis offert liber Foundationum; qui liber præ illo de Vita, quo hactenus utebamur, id etiam majoris habet commoditatis quod pleræque in eo laudatæ personæ propriis appellantur nominibus, et anni diesque rerum gestarum passim accuratius signentur: unde iis apud diversos scriptores inquirendis mihi jam minus insudandum erit. Alteram præterea actis suis illustrandis præferet Teresia faciem: nempe plurimas epistolas ab anno 1568 ad annum usque 1582, qui postremus vitæ ejus fuit, ad varios variis de negotiis conscriptas.

quinquennium
Abulæ mora-
tur

377 Librum igitur Foundationum suarum ita orditur: Quinquennio toto post fundatum conventum S. Josephi Abulæ, in eodem sum commorata, quos annos (ut mihi quidem modo videtur) omnium quos in vita adhuc habeo, existimo fore quietissimos, ad quorum quietem et tranquillitatem anima mea sæpe adhuc aspirat. Hoc ipso tempore puellæ quædam pietate præstantes et juvenulæ, quas jam tum mundus (uti quidem videbatur) ut suas possidebat, prout quidem exterius veste et splendido elegantique ornatu præferebant, Religionem hanc ingressæ sunt: quas hisce vanitatibus Dominus quam citissime valedicere faciens, ad suam domum conduxit, tanta ibi singulas perfectione donans ut hoc ipsa videns non parum confunderetur. Cum jam tredecim numero essent, qui erat is quem statutum erat non transcendere, ego inter animas tam sanctas ac mundas agens, non mediocrem in meipsa voluptatem sentiebam; quarum omnium ea erat cura et studium, quomodo Domino servirent eumque laudarent.

inter monia-
les suos, pau-
perlati

378 Ibi quoque Majestas illius nobis ea quæ necessaria erant, etiam non petentibus, subministravit; cumque ea aliquando deessent (quod certe erat quam rarissimum), tum magis lætabantur. Equidem Dominum laudabam et gratias ei agebam, quod tot virtutes eximias in ipsis viderem, atque imprimis quemdam rerum omnium, præterquam quomodo ei servirent, neglectum. Ego, quæ superiorem ibi agebam, numquam de rebus necessariis me sollicitam fuisse aut laborasse memini; etenim certissime mihi impressum erat, Dominum minime defuturum iis quæ de nulla alia re quam quomodo ei placerent, sollicitæ erant aut anxie. Ac si interdum quod datum erat, pro omnibus non sufficebat, ipsaque hoc distribuendum ac dandum iis dicerem quæ plus opus haberent, unaquæque se eam non esse arbitrabatur; itaque ipsum intactum manebat, usquedum Dominus sufficientem pro omnibus elemosynam submitteret.

cæcæque obe-
dientiæ,

379 De obedientiæ virtute (erga quam ego mire afficior, esto eam exercere non scirem, usquedum hæ Dei ancillæ me ejus usum ita docuere ut ignorare nequirem, si virtutem haberem) multa possem dicere, quæ hic in ipsis notavi. Unum mihi hic in mentem venit: nimirum, cum quadam die mense in refectorio assideremus, portioque nostra essent cucumeres, datus mihi cucumis fuit parvulus, at interne putris. Equidem dissimulatione utens, quamdam e sororibus, ex iis quæ plus ingenii et majores naturæ dotes habere videbantur, quo obedientiæ illius periculum facerem, ad me vocavi, huncque cucumerem in hortulo, quem habebamus, ut plantaret injunxi. Petit illa rectumne cum an transversum terræ indi oporteret. Me dicente transversum ut plantaret, abiit et quod jussum erat adimplevit, nullatenus ut ei in mentem veniret non

posse semen ejus sic siccari, sed, quia ex obedientia hoc ei injungebatur, rationem suam naturalem captivavit in obsequium Christi; quod id valde deliberate et rite sibi injunctum esse crederet. Alteri cuidam sex aut septem negotia valde inter se repugnantia peragenda injunxi; quæ tamen illa tacens omnia suscepit, quod sibi quam maxime possibile crederet omnia illa simul exequi.

380 Erat apud nos puteus aquam (ut dicebant qui ipsius periculum fecerant) satis insipidam continens, et impossibile videbatur eam alio derivare, quod admodum profundus esset. Vocavi ergo fabros qui rem executioni mandarent: qui cum me riderent, peterentque cur pecunias frustra prodigere vellem, petii a sororibus quid ipsis hac de re videretur. Quarum una ait: « Rei periculum fiat: » ad Dominum enim spectat curare ut nobis de » aqua provideatur, atque ut ea habeamus quæ » ad victum sunt necessaria; et cum Majestas » ejus minore sumptu nobis dare aquam domi » possit, haud dubie id factura est. » Videns ergo magnam qua id dicebat fidem, ipsum ut certo futurum mihi persuasi: et, contra aquilegis opinionem rem fieri jussi; et placuit Domino inde nos satis sufficientem et aquæ potabilis canalem, uti eum modo habemus, educere. Ego hoc inter miracula non reputo, cum alia id genus multa dicere possem, sed ut fidem quam sorores illæ habebant, ostendam, cum id ita ac dixi contigerit: quoniam primarius meus scopus non est horum monasteriorum monialium elogia conscribere; eo quod, quæ Dei bonitas est, omnes usque in hunc diem eandem vivendi rationem servant, et quia de his aliisque plurimis scribere longum foret, esto id non sine fructu fieret: nam subinde fit ut postea ad Ordinem accedentes ad similia facienda animentur. At, si Domino visum fuerit ut hæc sciantur et in populum innotescant, poterunt prælati priorissis injungere ut hæc scripto committant.

381 Cum ergo inter hæc angelicas animas agerem (veri enim Angeli mihi esse videbantur, quod nullam imperfectionem, tametsi interiorem, me celarent; adhuc gratiæ et ardentia desideria et a rebus creatis divulsio, quam Dominus ipsis dabat, summa erant: omnes quoque earum deliciae et solatia erat solitudo; unde mihi asseverabant numquam se solitudine satiari: itaque fiebat ut illis tormentum esset quod ab externis, tametsi fratribus et sororibus, visitarentur; quæ vero majorem ad agendum in eremitorio commoditatem habebat, sese etiam beatiorum reputabat), cumque harum animarum valorem ac pretium considerarem, nec non animum quem Deus ipsis ad patiendum eique serviendum dabat, qui certe muliebris non erat, sæpe mihi videbatur fore ut quos Dominus in ipsis collocabat, thesauri ad magnum aliquem finem aliquando tenderent; quamquam id quod postea contigit, mihi tunc in mentem non veniret: tunc namque id impossibile mihi esse videbatur, quod nullum viderem principium aut fundamentum e quo hoc imaginari aut colligere quis potuisset. Itaque cum simul cum tempore desideria mea increscerent, et indies atque indies ardentius desiderarem animæ cuiquam prodesse, ejusque bonum procurare quoquo modo posse, sæpenumero mihi esse videbar instar viri magnum aliquem thesaurum possidentis, quem quidem is in omnes effusum et dispersitum vellet, at cui manus, quo minus eum distribuat, alligatæ sunt. Videbatur ergo mihi anima mea velut ligata: gratiæ enim quas ei Dominus hisce annis faciebat, maximæ erant; omnia vero male mihi et inutiliter existimabam impendi. Serviebam quippe Domino per

ad prodigium
usque, studio-
sas:

quarum angeli-
cis mentibus
zelum salutis
animarum in-
stillat,

F

A per miseris et tenuis orationes meas, et apud sorores, idem ut facerent, utque erga animarum salutem et Ecclesiae ipsius augmentum, atque omnium qui cum ipsis tractarent, adificationem et bonum exemplum, mirifice afficerentur, identidem procurabam; et in hoc intensa mea desideria impendere satagebam.

ut vite sancti-
moniti repa-
rent injurias
Dei ab heretici-
cis illatas.

382 Imo non desideria solum atque opera, sed etiam scribendi laborem. Nam, praeter iteratam Vitae suae descriptionem, stylum impendit concinnando praestantissimo illi Commentario qui Via Perfectionis inscribitur. Notabile est Commentarii illius initium, quo docemur quam praesertim ob causam S. Fundatrix statuerit tam arctae paupertati ac tam severis legibus novum suum monasterium obstringere. Principio, inquit, cum monasterium hoc, ob eas quae in praenominato libro (quem, uti jam dictum est, conscripsi) allatae sunt rationes, nec non ob quaedam Domini magnalia, quibus ostendebat quantopere hac in domo nomen suum glorificandum esset, fundaretur, propositum aut intentum meum non erat ut tanta quoad exteriora in id asperitas induceretur, aut ut sine censu stabili fundaretur: imo vero voluissem sufficientes redditus habuisset, nihil ut ei aliquando deesset. Sed id volebam ut imbecillis et improba, tametsi multae bonae rationes ad hoc faciendum potius quam propria commoditas me impellerent. Hoc ipso in tempore certo rumore intellexi immensa Galliae damna, et quanta illi regno mala haeretici intulissent, quam denique longe lateque seclerata illa secta se diffunderet et proserperet. Qui sane rumor incredibili animum meum angustia oppressit: et, tanquam si aliquid potuissem, aut alicujus etiam momenti fuisset, flens ad Dominum clamabam, utque tanto malo mederetur, enixissime cum sum precata. Mille mihi vitas, pro vel unius animae de tanta ibi pereuntium multitudine, liberatione et salute ponere paratissima videbar. Sed, cum me et feminam, et quidem imbecillum, et ad aliquid eorum quae ad Dei cultum spectantia exequi voluissem, exequendum prorsus ineptam esse viderem, omnia quoque desideria mea id spectarent (uti et modo spectant) ut, cum Dominus tam multos habeat inimicos, amicos autem paucos, hi saltem pauculi, boni essent; firmiter apud memetipsam statui, exiguum illud quod in me erat, praestare, euangelica scilicet consilia quam maxima possem perfectione sequi, et operam dare ut paucula illae quae hic sunt moniales, idem facerent.

et pro viris
apostolicis.

383 Hoc equidem futurum confido in eminentissima Dei misericordia, utpote qui auxilium suum nunquam denegat illi qui propter ipsum omnia deserere proponit; ac spero fore ut (cum ipsae sint tales quales ego eas in meis desideriis depingebam) defectus et imperfectiones meae inter virtutes illarum vires nullas habeant, et aliqua saltem in re ipsa Domino possim placere: adhuc ut, cum omnes ita assidue pro defensoribus Ecclesiae, pro concionatoribus, aliisque viris doctis ipsam propugnantibus, oremus, hunc ipsum Dominum meum, qui ita opprimitur et angustatur ab illis quibus tam multa beneficia praestitit, pro eo ac possumus adjuvemus, dum hi proditores iterum illum cruci affigere, ac ne quidem in quo caput suum reclinet illi relinquere velle videntur. . . . Juvate me, quaeso, carissimae in Christo sorores, identidem Dominum hac pro re orando: hanc enim ob causam vos huc adduxit et conjunxit; haec est vocatio vestra: haec vestra esse debet negotiatio et studium, hoc vestrum desiderium; huic rei vestras dedicare lacrymas, huc vestrae tendere debent postulationes et preces, non pro mundi hujus negotiis, carissimae.

384 Eundem finem suum P. Roderico Alvarez indicat Sancta, ita de se scribens: Oratio ejus ac monialium quas instituit, eo potissimum spectat ut ad catholicæ fidei augmentum, quem etiam ob finem primum suum monasterium inchoavit, nec non ad Ordinis sui bonum referatur (tom. I, ep. 19, num. 16). Scilicet religiosas domos, si vigeat in iis disciplina, fidei pietatisque arces quasdam et munita astringat: quod ipsa pulcherrime exprimit capite III ejusdem Via Perfectionis, in hunc modum loquens: Ut ergo ad primum finem ob quem potissimum hac in domo nos Dominus congregavit, et ad quem etiam ego maximopere vellem ut aliquid essemus, quo Majestati ejus placere possimus, revertar, quandoquidem videmus mala saeculi hujus tam enormia esse, ut multae humanae vires ad hoc haereticorum, quod ita passim gliscit, incendium restringendum satis non sint, idem mihi facto opus videtur quod tempore belli fieri consuevit. Hostibus namque universum provinciae alicujus agrum deprædantibus, princeps ipse jam in arcto positus, intra aliquam se arcem aut civitatem recipit, quam undequaque omni arte et praesidio communit: unde illius praesidiarii subinde in hostiles copias eruptionem faciunt, et, quia hi soli plus possunt (utpote selecti omnes) quam plurimi milites meticulosi possent, hinc saepe contingit eos victoria potiri, aut, si eam aliquando non referant, saltem non succumbere: nam, quia nullus inter eos est proditor, hinc expugnari omnino nequeunt, nisi forte fame; quae tamen hoc in loco non potest esse tanta, ut eos sese hosti dedere cogat: ea quidem facere posset ut morerentur, non autem ut victi dicerentur.

AUCTORE
V. D. M.
qui Dei Eccle-
siam, seu ar-
cem,
D

385 Quorsum autem ego haec attuli? Ut nempe intelligeretis, carissimae, hoc nos incessanter a Deo petere debere, ut, quae illius misericordia est, ex hac bonorum Christianorum arce quae hodie reperitur, nemo ad hostes transfugiat, duces vero arcis hujus aut civitatis, concionatores, inquam, et theologos, in via Domini animosos et quam maxime strenuos efficere dignetur; quod autem maxima illorum pars in monasteriis et Religionibus agat, has ipsas Religiones in sua perfectione et vocatione magnos facere profectus velit; quod sane perquam necessarium est: etenim ea jam sunt tempora ut (sicut dixi) non jam tam saeculare quam spirituale nos brachium defendat necesse sit. Quod autem nos feminæ nec in temporalibus nec in spiritualibus Regem nostrum adjuvare possumus, tales saltem esse studeamus, ut preces nostrae, ad hosce Dei famulos, qui tanto seipsos labore tum per doctrinam, tum per bonam vitam communierunt, et, ut Domino hac in necessitate subsidio forent, omnimodis elaborarunt, adjuvandos convenientes et idoneae reperiantur.

advocatus ho-
stes spiritua-
les defendant.

386 Petetis ex me fortasse cur hanc ego rem tanti faciam et aestimem, et juvari a nobis velim eos qui nobis meliores sunt. Respondeo: quod scilicet nondum vos satis intelligere credam quam multum Domino debeatis, quod ad hanc vos domum conduxerit, in qua ab omnibus negotiis, occasionibus et rerum saecularium impedimentis ita sequestratae vivitis. Est autem singulare hoc beneficium, quo non fruuntur ii de quibus loquor. . . . Quocirca credatis velim, non parvo, sed sane maximo, ad hoc quod illi suscipiant certamen, opus esse subsidio. Ut ergo duo illa quae dicam, a Deo impetremus, rogo vos, tales esse studeatis ut his obtinendis dignae inveniamur. Quorum primum est, ut inter tam multos doctos et religiosos viros qui hodie vivunt, multos reperire sit qui necessarias ad id quod dixi dotes habeant: eos autem qui non satis ad hoc

magno serva-
re.

AUCTORE
V. D. M.

A ipsum apti vel dispositi sunt, Dominus disponere dignetur: unus quippe perfectus plus hac in re efficiet quam imperfecti multi. Alterum est, ut, postquam in certamine (quod, uti dixi, non sane exiguum est) et in acie constituti fuerint, sua eos Dominus manu protegere et tueri dignetur, ut et magna illa quæ in mundo sunt pericula queant evadere, et adversus illicem sirenium cantum, in parum tuto hoc mari, aures obturare. Qua quidem in re si quid a Deo obtinere possimus, non segniter, esto hic reclusæ, pro illo depugnemus; atque ita fiet ut omnem quem hoc in angello construendo laborem subii, optime me putem impendisse: in quo etiam scopus et propositum meum fuit ut hæc B. Virginis, Dominae et Imperatricis nostræ, regula eadem in perfectione qua primum inducta est, observaretur.

et quasi suam
utilitatis obli-
vis.

387 Nolite vero existimare inutilem vos operam sumere, dum identidem et assidue hoc ipsum a Deo petitis: reperire enim non paucos est quibus grave sit non posse multum pro sua ipsorum anima Deum rogare. At quænam oratio hac melior est? An forsitan grave vobis est quod hac oratione nihil de pœna vobis in purgatorio debita minuatur? Certæ estote, per æquissimam et convenientissimam hanc orationem promerituras vos ut hæc allevietur ac minuatur. De cætero, quod ad ulteriorem ejus remissionem deerit, desit in nomine Domini. Quid enim refert, me etiam ad diem usque iudicii in purgatorio detineri, si vel una dumtaxat anima per orationem meam salutis compos reddi queat? Quanto vero magis, cum de tot animarum commodo ac bono, atque honore Dei Opt. Max. agatur? Tormenta quæ semel finem habent, parvi facite, cum majus aliquod illi præstare obsequium licebit qui tam multa pro nobis passus est. Semper videte et respicite ad id quod majoris sit perfectionis: dein quod quam studiosissime a vobis petere volo, et cujus etiam postea rationes adferam, est ut semper cum viris litteratis et doctis agere studeatis.

Patrem mis-
ericordiarum
orant

388 Per amorem ergo Dei vos obsecro, Majestati ejus supplicetis ut hac in re preces nostras exaudiat. Equidem, quantumvis miserabilis, hoc ipsum Majestatem ejus identidem rogo, cum et in illius gloriam et Ecclesiæ ipsius utilitatem cedat. Hic enim votorum et desideriorum meorum scopus est. Præsumptuosum autem videtur cogitare aliquid me ad hoc impetrandum posse aut valere. Sed fiduciam habeo, Domine, in hisce ancillis tuis quæ hic sunt; C quas aliud non cupere, non spectare scio quam tibi complacere: propter te deservere modicum illud quod habebant, et plura certe habere voluissent ad tibi serviendum. Scio autem, Creator mi, non esse te ingratum, ut te postulata ipsarum adimplere neglecturum putem; neque enim unquam, Domine, dum in terra vivebas, mulierum preces et postulationes rejecisti, sed semper iis te magna cum pietate faventem ac benignum exhibuisti. Si quando honores, redditus aut pecuniam, aut quid aliud mundum redolens, a te nos petere contingeret, ne exaudias nos; sed cur, propter Filii tui honorem, Pater æterne, non exaudies eum qui et honorem et vitam millies pro te exponere paratus esset? Non nostri causa, Domine (neque enim id promeremur), sed propter Filii tui sanguinem et merita.

per merita
Jesu Christi et
Sanctorum.

389 Considera, o Pater æterne, multa illa flagra, illusiones et gravissima quæ pertulit tormenta oblivioni tradenda et negligenda non esse. Quomodo ergo, mi Creator, tam amantia viscera qualia tua sunt, ferre queant, ut, quod a Filio tuo tam ardenti amore et ad magis tibi placendum (jusseras enim ei ut nos diligeret) institutum est, ita vilipendatur et ludibrio habeatur, ac quidem hæretici illi Sanctissi-

mum Eucharistiæ Sacramentum hodie vilipendunt, D utpote cui, dum templa demoluntur et destruunt, ejus habitacula eripiunt. Bene quidem, si quid ipse ad tibi complacendum unquam prætermisisset; sed jam omnia quam consummatissime adimplevit. An non, dilectissime Pater, satis erat, quod, dum viveret, non habuerit ubi caput suum reclinaret, et quod semper continuo gravissimis in laboribus egerit, nisi etiam ei sua, quæ ad amicos suos invitandos et excipiendos (quod infirmos nos videat, et eos qui laborem suscipere debent, hujusmodi cibo sustentari debere norit) in terra habet, habitacula jam eripiantur? An non plusquam satis ac sufficientissime pro Adami peccato satisfecit? An, quotiescunque in novum aliquod crimen incidimus, suavissimus hic Agnus luat et exsolvat oportebit? Ne permittas id, obsecro, clementissime Imperator; at tua se Majestas placari ac repropitiari sinat: ne respicias, quæso, peccata nostra; sed in Sanctissimum Filium tuum, qui nos redemit, et tum in illius, tum in gloriosissimæ Matris ejus atque tot Sanctorum ac Martyrum, qui pro nomine tuo mortem non dubitarunt oppetere, merita oculos conjice.

390 Sed hem! quænam, obsecro, ego sum, Domine, quæ te hic nomine omnium ausa fuerim deprecari et compellere? Quam, o carissimæ, incipiam et balbutientem advocatam habetis, ut me mediatrice exaudiamini, et quæ hanc nomine vestro orationem depromat! Quid, si supremum hunc judicem, ubi hanc meam audaciam viderit, magis irritem et ad indignandum provocem? nec immerito. Sed memento, obsecro, Domine, esse te jam Deum misericordiæ: hanc, quæso, in me miseram peccatriculam et vermiculum, quæ tam audacter tecum ago, ostende. Respice, amantissime Deus, desideria et lacrymas meas, quibus hanc ego rem a te depono: ne memineris, quæso, operum meorum, pro eo qui es, sed tot animarum pereuntium te tangat compassio; Ecclesiam tuam propitius respice, nec ulla posthæc amplius mala damnavit, Domine, super orbem Christianum veniant: denique tenebras hæc quam citissime illumina. Per amorem Dei vos obsecro, carissimæ, ut hanc pauperculam et audaculam sororculam divinæ ejus Majestati commendetis, eumque rogetis ut mihi humilitatem elargiri dignetur; et hoc si feceritis, facietis quod facere tenemini. Pro regibus ac præ- F latis ecclesiasticis, ac speciatim pro episcopo urbis hujus, ut oretis, singulariter hic vobis non præcipio; omnes enim, quotquot modo hic estis, ita in hac re diligentes video, ut id mihi jam vobis injungere opus esse non videatur. Sed veniant huc post vos quæcunque volent, quamdiu sanctum aliquem prælatum habebunt, sanctæ etiam subditæ illius erunt. Quam rem, tanti utpote momenti, Domino identidem per preces commendabit: et, si orationes, desideria, disciplinas et jejunia ad eum quem dixi scopum non dirigatis, certæ estote et cogitate non facere vos nec adimplere finem ad quem hoc in loco vos Dominus coadunavit.

Reges quoque
et prælatos
precibus earum
commendat.

E

§ XXI. A R. P. Rubeo, Generali Ord. Carm., facultatem impetrat plura virginum et duo virorum suæ Reformationis monasteria erigendi.

Veruntamen inter illos limites non stetit Virginis Seraphicæ

Sermonibus
P. Alphonsi
Maldonati
Ord. Min.
Sancta majori
zelo incendi-
tur.

A

Seraphica zelus; sed paulatim eo devenit ut pluribus, nec jam femininum tantum, verum etiam virorum monasteriis extruendis operam navaverit: id quod nunc ex reliqua parte capitis I et capite II Fundationum videbimus. Post quadriennium, ait, aut paulo amplius, ut mihi quidem videtur (proin anno 1567), invisit me religiosus quidem Franciscanus, F. Alphonsus Maldonatus dictus, insignis Dei famulus, eodem animarum juvandarum ardens desiderio quo ego: quod vero illud ipse executioni mandare poterat, hinc ei non parum invidebam. Venerat is non ita pridem ex Indiis; ac commemorare mihi cepit quot animarum milliones ibidem defectu docentium perierint: habitaque ad nos concione, ad penitentiam et austeritatem subeundam nos est adhortatus, atque ita recessit. Ego vero tot animarum pereuntium jacturam ita miserata sum ut me ipsa vix possem retinere: unde intra eremitorium quoddam me abdidi, ibique multis cum lacrymis ad Dominum clamavi, eum rogans mihi medium suggereret, ut vel unam animam ad illius obsequium possem traducere, cum caecodæmon tam multa ad se traheret millia, utque orationes meae aliquid hac in parte efficerent, quod amplius quid præstare non valerem.

B

Unde et maximopere invidebam iis qui ex Dei amore huic rei totos se poterant impendere, etiamsi mille mortes hic eos subire oporteret. Hinc dum in vitis Sanctorum lego illos animas Deo lucrificasse, majorem erga illos amorem et teneritudinem concipio, magisque hoc illis invideo quam omnia quæ passi sunt martyria: hanc namque inclinationem mihi Dominus dedit, quod unam animam, quam nostris orationibus, mediante ejus misericordia, lucrificamus, pluris eum facere putem quam quæcumque ei impendere possumus obsequia.

et Deus res
magnum ei
presumit.

392 Ergo ingentem hanc pœnam identidem in me sentienti, ac quadam nocte in oratione agenti, apparuit mihi Dominus eo modo quo solet, magnumque amorem præferens, tamquam si me consolari vellet, mihi ait: «Paulisper exspecta, filia, et magna videbis.» Verba hæc ita cordi meo impressa mansere, nulla ut ratione ea e cogitatione possem evelere; et, quamvis colligere et eruere non valerem (quantumlibet apud me de hoc cogitarem) quidnam hoc futurum esset, nec etiam viderem undenam hoc possem imaginatione consequi, nihilominus non vulgarem in me consolationem sensi, simulque spem quam maximam concepi, verba hæc effectum certissime habitura: at quo id modo fieri posset, numquam mihi in mentem aut imaginationem venit. Medius ergo annus interim (quantum mihi videtur) elapsus est, ac deinde id quod modo referam contigit.

C

393 Generales nostri Romæ semper resident, et nunquam eorum ullus in Hispaniam venerat: unde impossibile videbatur cum qui modo nobis præest, venturum esse; verum, quia ad ea quæ Deus fieri vult, nihil impossibile est, hinc Majestas illius statuit et effecit ut quod haecenus factum non erat, jam fieret. Videlicet, ut narrat auctor Chronici (lib. II, cap. II), Joannes Baptista Rossi seu Rubeus, Generalis Ordinis Carmeli Præpositus, invitatu Philippi II, regis Catholici, et ex potestate sibi facta per Breve S. Pii V, datum XXIV Februarii 1566, quod in Monsignani Bullario Carmelitano legere est, eodem illo anno 1566 in Hispaniam venit, ut subditas sibi in eo regno domus religiosas juxta statuta Ordinis et Concilii Tridentini decreta corrigeret emendaretque. Ex aula Madritensi, ubi iis honoribus quæ Hispaniæ magnatibus tribui solebant, a rege fuerat exceptus, primum se contulit in Batiscam seu (ut nomine utar jam magis vulgato) Andalusiam,

R. P. Rubeus,
Generalis
Ord. Carm.
Abulam venit.

et, convocato Hispalim in diem XX Septembris ducentorum Patrum cætu, provincialique Andalusie creato P. Joanne de la Cuadra, leges tulit reformando Ordini perquam accommodatas: quod vero reliquum erat anni tempus eidem provincie lustrandæ insumpsit. Tum, cæpto jam anno 1567, Madritum reversus, subinsensum sibi invenit animum Philippi, quippe præoccupatum Andalusiorum adversus se calumniis. Quamobrem, nec ad regium alloquium admissus, Abulam decessit ad cogendum Castellanae quoque provinciae capitulum: eique tunc provinciae pro Angelo de Salazar præfecit P. Alphonsus Gonzalez; et in S. Teresiae ac Reformationis ab ea instituta notitiam ibidem venit, uti jamjam videbimus. Prius tamen adhuc monitum lectorem velim, Generales Carmeli qui Rubicum præcesserunt, non ita semper Romæ residere solitos ut non alio frequenter abirent, præsertim ad capitula generalia; quæ nulli tunc certo loco erant addicta, sed prout tempus ferebat, nunc hac, nunc illa in regione celebrabantur. Quin ex iis saltem duo apud Catalanos habitare: Barcinone alterum anno 1324, sub Generali Joanne Alerio; alterum Perpiniani (quæ civitas hodie Francorum regibus paret) anno 1354 sub P. Raymundo de Grassa. Hinc quod Sancta dicitur Generales Ordinis sui nunquam in Hispaniam venisse, non de tota, ut nunc est, Hispania intellige, sed potius de regno Castellæ tantum.

AUCTORE
V. D. M.
D

394 Equidem, prosequitur ipsa, cum primum de Generalis adventu cognovi, nonnihil turbata et commota fuisse videor, eo quod (uti in S. Josephi monasterii fundatione dixisse memini) conventus ille, ob causam quam ibi dixi, Fratribus subjectus non erat. Quare hic duo timebam: primum, ne mihi succenseret; nam quod nesciret quomodo res contigisset, merito id facturum videbatur: alterum, ne me ad monasterium Incarnationis, in quo regula mitigata et laxata servabatur, redire juberet; quod me varias ob causas, quas hic referre necesse non est, non mediocriter afflixisset. Una hæc plusquam satis erat, quod illo in conventu primigeniæ regulæ rigorem servare non potuissem, tum quod plusquam centum quinquaginta ibi moniales essent, cum, ubi pauciores numero sunt, major habeatur conformitas et quies. At melius quam putabam, Dominus rem disposuit: Generalis enim, cum insignis Dei esset famulus ac discretione ac scientia præstans, opus bonum esse vidit, nullamque mihi de cætero indignationem aut animi alienationem ostendit. Nomen illi F. Joannes Baptista Rubeus, Ravennas, vir admodum illustris in Ordine, et merito quidem. Hic cum Abulam venisset, dedi operam ut S. Josephi domum inviseret. Episcopus porro e re nostra fore putavit ut eisdem illum benevolentiae et amoris signis reciperemus quibus ipsummet. Equidem ei magna cum veritate, candore et claritate omnia aperui, ac singulorum rationem dedi: sic namque, prout naturalis mea inclinatio est, cum prælatis tractare gaudeo, eveniat quodcumque demum evenire potest, cum ipsi Dei sint vicarii, nec non cum confessariis. Id nisi sic facerem, anima mea secuta non fore videbatur. Quare tam hujus rei quam pene totius vitæ meæ, tametsi ea satis improba sit, ei rationem dedi.

auditisque S.
Teresiæ ratio-
nibus.

F

395 Ipse vero me non parum est solatus, certamque me reddidit fore ut me inde digredi non juberet. Quin et ipse a parte sua non parum gavisus est, nostrum vivendi modum nec non exemplar quoddam (tametsi imperfectum) primævi in Ordine nostro servari soliti vigoris videns, tum quod prima regula ad litteram in summo rigore hic servaretur, id quod in nullo per universum Ordinem

per litteras
patentes spon-
te sua

AUCTORE
V. D. M.

A Ordinem conventu fiebat. Quod autem tenue hoc principium longius se diffundere et crescere desideraret, amplissimas mihi dedit litteras, quibus potestatem mihi fecit plura ad eandem formam et exemplum monasteria erigendi, additis insuper censuris et penis adversus provinciales qui mihi obstare et impedimento esse vellent. Has vero ego ab ipso non petii; verum ipse e meo orandi modo satis intellexit, ardentia illa mea desideria alio non spectare quam ut adminiculum et instrumentum esse possem ut aliqua anima ad Deum propius accederet ac converteretur. Hæc porro media ipsa minime procurabam, quin imo vesania et stoliditas id mihi videbatur; quod tam imbecillum, et tam paucarum virum atque ego eram, mulierculam nihil hic posse intelligerem. At quando huiusmodi desideria animam occupant, non est in illius manu illa a se repellere aut avertere: sed, quod ipsa Deo, et fidei quam in ipsum habet, satisfacere gestiat, hinc Majestas illius ei reddit possibile, quod, si humanam rationem intueamur, possibile non est. Itaque insignem R. P. nostri Generalis propensionem et voluntatem, ut plura huius regulæ monasteria erigerentur, videns, illa jam tum erecta videre videbar: et memor verborum quæ mihi Dominus antea dixerat, jam tum aliquod initium videbam ejus quod antea quomodo effectui mandaretur, intelligere non poteram. Videns vero P. Generalem Romam reversionem parare, non mediocriter contristata fui, quod singulari cum amore prosequerer; unde me omni ope per illius discessum destituentem credebam, quam ipse mihi summam ac singularem, uti et permagnum favorem, ostendit. Quoties vero ei per occupationes integrum erat, ad nos excurrere de spiritualibus rebus nobiscum acturus, utpote cui hoc in genere magnas Dominus gratias contulisse videtur; de his vero eum agentem audire mirificæ nobis consolationi erat.

copiam et facit

C 396 *Interest, credo, Rubei litteras quas modo Sancta memorabat, legendas hic exhiberi. Quare eas e Chronico, ubi (lib. II, cap. III) hispanice extant (transcriptæ, ut auctor monet, ex originalibus chartis a P. Hieronymo Gratiano post S. Teresiæ mortem dono datis Beatrici Ramirez de Mendoza, comitissæ Castellarensi, et ab hac matrona transmissis ad Madritense monialium Ordinis S. Hieronymi cœnobium cui a Corpore Christi nomen), latinitate donabo. Ne autem lector miretur quod videbit in iis a Rubeo dici Teresiæ obedientiæ suæ subjacere ac suo cum consensu monasterio S. Josephi præesse, præmittendam ex Yepesio duci sequentem asserti hujus explicationem: Monasterium S. Josephi tunc temporis Ordinario suberat secundum litteras apostolicas quarum supra meminimus. Itidem S. Mater et duæ aliæ moniales, ex Incarnationis cœnobio cum ea egressæ, pro copia sibi a Sancta Sede facta, quia id tum novæ Reformationi expediebat, renuntiantes obedientiæ Ordinis, episcopo sese submiserant. Nihilominus die XXIX (forte legendum, ut in litteris Rubei, XXVII) Aprilis 1567, hæc tres virgines, consentiente episcopo, ad Generalis obedientiam redierunt: interim tamen jurisdictione in novum cœnobium et moniales recenter in eo Religioni adscriptas penes episcopum manente, donec S. Mater ex divina revelatione curavit ut hæc etiam Ordini subicerentur; quomodo postea dicemus. Pluribus idem evoluit Chronicon; sed quoniam dubito num satis accurate id præstet, malui Yepesii verba adducere.*

plura monialium cœnobiorum,

397 *En jam ipsas litteras: F. Joannes Baptista Rubens Ravennas, Prior et Magister Generalis et Dei gratia servus omnium Fratrum et Monialium*

D Ordinis gloriosissimæ semper Virginis Mariæ de monte Carmelo, Reverendæ Matri Teresiæ a Jesu, priorissæ religiosarum monialium ad S. Josephi Abulæ ejusdem Ordinis, professæ ac sacro velo ornatae in nostro Incarnationis monasterio, animi puritatem et fervorem ardentis caritatis. Nullus est bonus mercator aut agricola aut miles aut litteratus, qui non curet et videat et omnem adhibeat diligentiam magnosque labores perferat ut domum, rem familiarem, nominis existimationem, omnia demum sua amplificet. Quod si hæc illi faciunt, multo sane magis ii qui Deo serviunt, curare debent ut loca acquirant, excitent ecclesias ac monasteria et quidquid possunt impetrent ad animarum emolumentum et gloriam divinæ Majestatis. Huc assidue intenta Reverenda Mater Teresia a Jesu, Carmelitissa, filia et humilis subdita nostra, nunc cum nostra licentia reverendi monasterii S. Josephi priorissæ, supplicavit nobis ut, ad honorem ac gloriam Dei et Sanctissimæ ejus Matris nec non ad profectum devotarum animarum, facultatem demus ac potestatem faciendi in quocumque loco regni Castellæ cœnobium sacri Ordinis nostri monialium, quæ vivant secundum primam regulam cum vestitus forma aliisque sanctis usibus quos tenent ac servant in S. Josephi, cæterisque qui ordinati fuerint; et totum quidem sub nostra atque aliorum Generalium successorum nostrorum obedientia.

398 Quod votum cum nobis perquam religiosum ac sanctum videatur, non possumus illud rejicere, sed potius fovere, amplecti atque adaugere. Quare ex generalis officii nostri auctoritate concedimus ac damus Reverendæ Matri Teresiæ a Jesu, Carmelitissæ et hodie priorissæ in S. Josephi, ac sub nostra obedientia viventi, liberam facultatem assumendi ac recipiendi domos, ecclesias, sedes et loca in omni parte Castellæ, nomine Ordinis nostri, ad faciendum cœnobium monialium Carmelitarum sub nostra immediata obedientia. Vestibus autem utantur e panno sargineo fusco; vitamque quoad omnia primæ regulæ conforment. Nulli provinciali, vicario aut priori hujus provinciæ liceat eas quidquam jubere; sed solum nobis vel ei qui ex nostra commissione ad id destinatus fuerit. Numerus monialium in unoquoque cœnobio sit viginti quinque non amplius. Ante vero quam accipiantur domus ac monasteria fiant, curetur ut benedictio obtineatur Ill. ac Rev. Ordinarii, episcopi sive archiepiscopi, vel ejusdem vicariorum, prout mandat Sacrosanctum Concilium. Atque ut omnia cum effectu fiant, permitimus ei (nempe Teresiæ) secum ut adducat in singulum quod erigi contigerit monasterium duas moniales nostri Incarnationis cœnobii Abulensis; nimirum quæ voluerint, et non alias. Nec eas impedire poterit provincialis, nec priorissa quæ pro tempore iis præfuerit; nec alia persona quæcunque subdita nobis, sub pœna privationis officiorum aliisque gravibus censuris. Ac monasteria stent sub nostra obedientia; secus quippe huic nostræ concessionis nullum esse valorem intendimus. Quando sargia inveniri non poterit, pannus grossus assumatur. Nos autem qui illas gubernent, vicarios commissariosve dabimus. Factum Abulæ XXVII Aprilis 1567. Fr. Joannes Baptista Rubens, Generalis Carmelitarum.

quæ Generali
immediate
subiint, vñ
faciendi

399 *Cum autem de nomine Castellæ concertatio fieri posse videretur, huic omnem ut ansam præberet P. Rubens, mense Maio declarationem sequentem edidit: Nos Fr. Joannes Baptista Rubens, Generalis et servus universi Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, dicimus: Cum litteras patentes confecerimus ac tradiderimus Reverendæ Matri Teresiæ*

in utraque
Castella.

A Teresiae a Jesu, priorissae in S. Josephi, ut possit accipere, fundare ac facere monasteria nostri Ordinis in regno Castellae; dubitari posset de partibus illius regni, utrum de Veteri an de Nova Castella agatur. Ut igitur mentem nostram declaremus, dicimus nostram licentiam de tota Castella, tam Nova quam Veteri, intelligendam. Atque iterum ex officii nostri Generalis auctoritate concedimus facultatem et libertatem dictae Reverendae Matri, filiae nostrae, Teresiae a Jesu, recipiendi, acceptandi, assumendi, erigendi atque fundandi in loco quocunque regnorum Castellae (modo sit extra Andalusiam) cœnobialium, quæ sint sub nostra regulari obedientia, et non aliter: illa autem ac moniales ejus teneantur ad vivendum secundum primam regulam et constitutiones nostras. Si vero voluerit secum adducere filias nostras plurimum dilectas sororem Annam ab Angelis et sororem Mariam Isabellam, eaque ire voluerint, fieri id omnino licebit. Item, si quæ aliæ moniales socias se adjungere filiae nostrae Teresiae voluerint, erit id eis integrum. Nec quispiam ex inferioribus nostris sive fratribus sive monialibus hanc nostram voluntatem irritam faxit, sub pœna rebellionis graviumque censurarum. Factum Madridi XVI Maji 1567. Fr. Joannes Baptista Rubeus, Generalis Carmelitarum.

Postea eam apud regem laudat; et, quod episcopo Abulensi ab-merat.

400 Aulam Madritensem, ut hinc vides, denuo Generalis repetiit mense Majo. Asserit Chronicon P. Rubeum hac occasione apud Philippum regem, quocum tandem in gratiam redierat, ingenti cum laude de rebus Teresianis fuisse locutum; unde in admirationem raptum religiosissimum principem a Rubeo postulasse ut se suaque regna precibus Sanctæ ac monialium ejus per litteras commendaret; quod cum Rubeus præstitisset, Sanctam easdem litteras filiabus suis prælegisse; et hinc exordium sumpsisse consuetudinem orandi pro rege, quæ secutis dein temporibus in reformato Carmelo Hispanico semper speciali modo vixit, imo in legem etiam transiit. Ante autem quam Generalis Abula Madritum abiret, Abulensis episcopus Alvarus Mendozius (verba sunt Sanctæ), pro singulari suo erga omnes quos Deo majore cum perfectione servire velle videt, studio, cum rogavit ut licentiam daret ad aliquot in sua diœcesi conventus Fratrum Excalceatorum primam regulam servantium fundandos, quod et alii dein ab ipso petivere. Ipse quidem Generalis ab hoc alienus non erat, sed quod aliquam propterea in

C Ordine universo repugnantiam sentiret, hinc, ne provinciam turbaret, in præsens quidem concedere noluit.

Teresia per epistolam flagitanti.

401 Paucis post diebus, cum mecum ipsa perenderem quam necessarium esset, ut, cum monialium cœnobialia erigenda essent, etiam virorum eandem regulam servantium fundarentur, videremque illos tam paucos isthac in provincia esse ut jam defecturi et paulatim emorituri esse viderentur; re per orationem Deo intensius commendata, ad P. N. Generalem scripsi, cum quam potui demississime rem hanc rogans, simul et causas ob quas e Dei obsequio illud futurum credebam proponens, et incommoda quæ inde sequi poterant tanta non esse asserens ut opus tam bonum ac salutare propterea intermitteretur, denique in mentem ei revocans quam id esset honorem Beatissimæ Virginis Matris, cujus ipse perstudiosus erat, promoturum. Ipsa laudubie Virgo rem omnem optatum ad exitum perduxit: etenim cum ei Valentiae agenti litteræ meæ traditæ essent, inde mihi per epistolam potestatem fecit duo monasteria viris fundandi, utpote qui majorem Ordinis religionem ac bonum desiderabat; ac, ne qua contradictio ac difficultas oriretur,

rem omnem tum provincialis qui tunc id munus obibat, tum ejus qui eo nuperrime defunctus fuerat, arbitrio commisit: quod sane arduum erat et ad obtinendum difficile. At cum quod erat gravissimum ex voto confectum vidi, spem concepi Dominum quæ reliqua erant effecturum. Et ita etiam factum est; nam episcopo, qui negotium hoc plane ut suum cordi habebat, adjuvante, ambo tandem assensum præbuerunt.

402 Etsi vero ex hac accepta facultate mirificam in animo consolationem sentirem, mea tamen anxietas et sollicitudo magis cœpit increscere, quod nullum ex omnibus totius provinciae Fratribus, quos quidem ipsa nossem, invenirem, qui, ut ad novum hunc rigorem a mitiore transiret regula, animum vellet adjicere, nullum etiam sæcularem qui tali operi principium dare statueret. Unde assidue Dominum rogabam ut vel unum hominem ad hoc opus inchoandum excitaret. Non habebam adhuc domum, nec undenam haberem sciebam. Ecce tibi ergo pauperculam monialem Excalceatam, omni humana ope destitutam, sed solius Dei auxilio nixam, litteris sui Generalis et bonis desideriis tantum instructam, eadem tamen executioni mandare prorsus impotentem: nec tamen me vel animus vel spes deficiebat; sperabam namque Dominum, cum dedisset unum, daturum et alterum: unde omnia jam possibilia admodum videbantur; quare eadem opere exequi incepi. Quomodo, o divina Magnitudo, potentiam tuam ostendis, dum formiculae cuidam audaciam suggeris! Quomodo, o Deus meus, per te non stat quominus magna et heroica opera patrent ii qui te amant, sed per nostram inertiam et pusillanimitatem, quod nimirum firmam solidamque resolutionem non faciamus, sed identidem mille timoribus natemur, et humana prudentia nimium nitamur! Atque inde est, Deus meus, quod mirabilia et magalia tua minime opereris. Quis enim magis dare gaudet quam tu, si esset qui vellet accipere? Quis servitia et obsequia ita suo sumptu admittit? Det Majestas tua, aliquod ipsa tibi unquam præstiterim, et non adhuc plus tibi debeam pro innumeris quæ a te accepi beneficiis. Hactenus Sancta, *Fundationum capite II.*

AUCTORE
V. D. M.
D

nec alia quam
divina ope
nitamur, con-
dit

E

403 Litteræ autem quibus Rubeus cœnobialia virorum fundari permisit, hunc habent tenorem: Nos, Fr. Joannes Baptista Rubeus Ravennas, Prior Generalis et humilis servus Fratrum ac Monialium Sacri Ordinis B. Virginis de monte Carmelo, Dei Genitricis, omnibus has litteras et patentes nostras lecturis dulces Spiritus Sancti inspirationes apprecamur. Dicimus et cum veritate dicere possumus quod zelus honoris Dei et profectus religiosorum ac religiosarum hujus Ordinis, tam antiqui atque a serenissima Cœli Regina tantopere amati, assidue viscera nostra comedit et ad sollicitudinem spirituales extimulat: quodque valde dolemus quando ingentes fructus non cernimus in vinea Carmeli, plantata atque rigata lacrymis et aqua ac sanguine Lateris Christi; imo vero omni sanguine Sacratissimi Corporis ejus ac pœnis amaritudinibusque Sacrosanctæ Mortis ejus ac Passionis. Cuperemus ut omnes religiosi hujus Ordinis filii clara essent specula, lampades ardentes, incensæ faces et splendentes stellæ ad illuminandum juvandisque eos qui in mundo hoc peregrinantur. Et ideo præcipue optamus ut totos se in continuam ac familiarem cum Deo tractationem impendant; atque per orationem, sanctis meditationibus contemplationibusque intentos, tam arcte se ei unire conentur ut spiritus suus, quamvis adhuc carne impeditus, jam in cœlo vivat et corpori tantum ad meram necessi-

nempe, ut, ad
majus Dei ob-
sequium,

F

AUCTORE
V. D. M.

A tatem serviat, eique illas solum procuret vires quæ sufficiant ut impleatur sanctorum operum multitudine, non vero fictitiis titulis, abundantia atque apparatu victus, vestitus aliorumve temporalium commodorum; sed in spiritu et veritate, cum serpentium prudentia et simplicitate columbarum: quo vivant inermes ab omni eo quod destruere possit atque ex anima evellere sanctum candorem ac puritatem ardentis amoris et caritatis Dei, sui obliti atque in frequentes altasque elevationes absorpti; quæ quidem, quia ordinaria non adveniunt via, explicari nequeunt. Quarum lux nunc transit velociter, nunc inhæret ac circumducitur animæ, nunc recedit et sese reducit in ejus intimum centrum, nunc videtur etiam discurrere, volare, ascendere atque descendere (quin possit mens vitæ hujus maxime perita eam assequi), relinquens lacrymas in oculis, in corde vero rorem suavissimum atque utilissimum.

tirorum pri-
marum Car-
meli regulam
proficientium
duo erigantur
canobia.

404 His itaque moti desideriis quæ pro augmento nostræ Religionis fovemus, debere nobis videmur justis quorundam postulationibus annuere, quibus petitur ut permittamus ac licentiam demus ut possint fieri et accipi quædam domus religiosorum

B Fratrum nostri Ordinis, in quibus occupentur celebrandis Sacris et recitandis canendisque Officiis divinis, vacando horis congruis orationi, meditationi aliisque exercitiis spiritualibus, ita ut vocentur et sint domus ac monasteria Carmelitarum Contemplativorum; item ut juvent proximos, si qui se offerant: vivendo secundum constitutiones antiquas, forma a nobis ordinanda, sub obedientia Reverendi Provincialis pro tempore existentis vel extituri. Quare, sancto zelo permoti, ex auctoritate nostri Generalis officii, tenore præsentium facultatem damus ac potestatem Reverendis Patribus Magistris Fr. Alphonso Gonzalez, provinciali Castellæ, et Fr. Angelo de Salazar, priori conventus nostri Abulensis, recipiendi nostri Ordinis nomine duas domus cum ecclesiis, nostræ professionis, nostræ obedientiæ nostrique habitus, sub forma contenta et per extensum declarata in nostris Actis; ac statuendi in dictis domibus Priorem et Fratres qui voluerint vivere in omni reformatione et progredi in perfectione vitæ regularis Carmelitane, de qua vere dicere licet non inveniri aliam ea perfectiorem, uti in regula primitiva videri potest. Atque ut omnia cum humilitate et obedientia fiant, ordinamus ut nulla domus accipiatur nisi ante obtenta fuerit benedictio Reverendissimi Ordinarii. Nulli vero ex nostris inferioribus liceat impedire id quod facient dicti Reverendi Patres, ambo in hoc opere juncti, secundum formam nostris litteris contentam, sub pœna privationis loci ac vocis, et exilii ex nostra provincia Castellæ. Quorum in fidem præsentibus conscribi jussimus, nostra manu firmatas et Ordinis nostri sigillo munitas. Valentiae, xiv Augusti 1567. Ita observari præcipimus. Fr. Joannes Baptista Rubens, Generalis Carmelitarum.

§ XXII. It Methymnam Campestrum, ubi alterum fundat virginum monaste- rium.

Vespere illius diei qua ultimæ quas retuli Genera-
lis Rubei litteræ scriptæ fuere, S. Mater Methymnam

Campestrum novi monasterii fundandi ergo advenit. Est Methymna quæ Campestris dicitur, hispanice autem Medina del Campo (nam nomen Medina, quod arabice oppidum significat, multis per Hispaniam locis commune est: Medina Celi, Medina Sidonia, Medina del Pomar, Medina del Rio seco, Medina de las Torres), est, inquam, Methymna Campestris vetusta urbs regni olim Legionensis in limite Castellæ Veteris, media inter Salmanticam ac Vallisole-
tum via: pro recentiori vero Hispaniarum divisione ipsi Veteri Castellæ addicitur. Splendida antiquitus ac multo quam hodie populosior, mercatibus ac soli fertilitate opulenta; ad hæc tantis dotata privilegiis ut scuto suo non dubitaverint cives inscribere: Ni el Papa beneficio ni el Rei oficio, id est: Nec Papa beneficium nec Rex officium; clara demum, ut cætera decorapræteream, natalitiis Ferdinandi I regis Arragoniæ et Ferdinandi I imperatoris: nunc etiam ædificiorum elegantia alioque ornatu fulget. Collegium Societatis Jesu inchoatum inibi fuit anno 1551 munificentia Roderici Dueña, civis pii ac divitis; atque illud dein redivitibus, domo ampliori ac templo auxit Petrus Quadratus mercator, prorsus uti eidem Petro prædixerat olim Antverpiæ S. Ignatius. Hujus itaque collegii Patres in auxilium advocare S. Teresia in animum induxit. Erant enim, inquit capite III, Patres illi Methymnensibus perquam accepti et grati, ipsisque ego (uti in primi monasterii fundatione scripsisse memini) ad multos annos animæ meæ statum et negotia credideram, et, quoniam hæc multum per eos boni acceperat, hinc particulari quodam erga ipsos amore et affectu semper fui. Ergo collegii Methymnensis rectori perscripsi, quid P. N. Generalis mihi mandasset. Rector hic erat is quo ad multos annos confessario usa eram, uti alias dictum, esto eum non nominarim: nomen ei est Balthasar Alvarez, qui modo provincialem agit. Is ergo et reliqui socii dixere facturos se hac in re quodcumque possent; et certe non segniter in eam incubuere, ut tum a populo, tum a præsule facultatem impetrarent: quod enim monasterium mendicato victurum esset, magnæ undequaque in eo admittendo difficultates suboriebantur; unde ad aliquot dies negotii persecutio dilata est.

406 Ad hunc ergo misi sacerdotem quemdam, insignem Dei famulum, a mundi hujus rebus quam alienissimum, et orationi mire deditum. Sacellatum is agebat in monasterio in quo ipsa agebam. Eadem huic Dominus desideria inspirabat quæ mihi, eodemque ambo collineabamus; unde etiam insignem hac in re mihi operam (uti postea videbitur) navavit. Vocabatur autem Julianus de Avila. Etsi vero fundandi facultatem haberem, domum tamen et obolum ad eam coemendam non habebam, fidejussorem vero et fidem (ut in nulla omnino re fiderem, nisi eam Dominus dedisset) quomodo habere posset peregrina, qualis ipsa eram? Providit ergo Dominus ut virgo quædam virtutibus comprimis ornata, cui in S. Josephi monasterium admittendæ locus non fuerat, audito novam domum parari, me accesserit, rogans ut ipsam in hanc admitterem. Habebat hæc aliquantum pecuniæ, quæ tamen tam copiosa non erat ut domus ex ea emi, sed conducere tantum posset. Unde etiam quamdam conduximus, et reliquum argenti in viæ comitatum cedere debebat.

407 Sine ullo igitur, præterquam hoc, subsidio Abula egressæ sumus, duæ moniales S. Josephi, ego et quatuor e conventu Incarnationis (locus is est in quo regula mitigata et laxata servabatur, et in quo ipsa agebam antequam S. Josephi domus erigetur), comitante nostro sacellano Juliano de Avila. Ut primum ea res in civitate Abulensi innotuit, maxima

Methymnam
Campestrum,
auditu a Patri-
bus S. J. pa-
rato,
D

E

F

et pia quam-
virgine pecu-
niam conse-
rente.

Sancta profi-
citur cum
sex sociabus.

A maxima concitata est commotio et murmuratio : alii quippe me stultam esse dicebant, alii temerarii et inepti hujus cepti finem expectandum censebant. Episcopo vero (prout post ipsemet mihi retulit) maxima id stoliditas videbatur, esto tum quidem id mihi non dixerit, nec me impedire voluerit (quod me plurimum diligeret) neque me contristari. Amici mei satis id mihi prædixerant. At ego parum hæc omnia morabar; quod adeo mihi facile et expeditum videretur id quod ipsi ut incertum et anceps habebant, ut persuadere mihi non possem fore ut id non bene succederet.

quis ibi, dum
empta domus
concinnavit,

408 Abula priusquam digrederemur, cuidam Ordinis nostri Patri, cui nomen Antonius de Heredia (qui tum in Fratrum monasterio quod ibi Ordinis Carmelitani erat, a S. Anna cognominatum, priorem agebat), scripsi ut domum mihi emeret. Hac super emptione is cum quadam matrona sibi devota egit, quæ domum, sed pene præ vetustate collapsam, quarta parte excepta, habebat, at loco commodissimo sitam. Tam vero ipsa facilis et bona fuit, ut eam illi se vendituram sponderet; atque etiam inter eos de pretio convenit, nullo qui fidejuberet, aut alia certitudine quam ipsius promisso, B exacto : et sane, si fidejussorem sponsonemve aliquam petiisset, nullam dare potuissemus. Sed Dominus omnia ita disponebat. Domus hæc ita ruinosa et confracta erat, ut, interim dum restauraretur (erant autem ibi multa instauranda), aliam illam nos conducere opus fuerit. Cum ergo prima die vesperi, et ob incommoda quæ in via habueramus defatigati, Arevalum intraremus, sacerdos quidam, amicus noster, nobis obviam processit, qui nobis apud devotas aliquot mulieres hospitium pararat; dixitque mihi secreto non habere nos domum, quod quam habere putabamus, Augustinianorum monasterio vicina esset, et hos omnimodis obstare ne ibi habitaremus : unde necesse esset lite nos rem dirimere.

in conductitia
domo ali-
quandiu col-
locare inten-
derat.

409 Deus bone, quando tu, Domine, animum das, quam parum omnes adversantium contradictiones efficere possunt! Imo vero magis hoc animasse videtur, quod jam tum cacodæmon turbas conciere incipiebat, eo quod Dominum monasterii hujus opera uti velle videbat. Dixi tamen sacerdoti taceret, ne socias meas turbaret, et maxime duas ex monialibus conventus Incarnationis : reliquæ enim, quicumque demum occurrerent labores, mei causa libenter subituræ fuissent. Illarum duarum altera subpriorissam tum in Incarnationis agebat, et multimodis ei, ne inde digrederetur, varii persuadere conati erant : ambæ vero primarios quosque in civitate sanguine et genere attingebant, illisque omnibus invitis me secutæ erant; nullus enim non stolide et inconsiderate eas agere censebat. Deinceps vero vidi merito illos sic sentire. Verum cum Dominus aliquod monasterium me vult fundare, nihil mihi spiritus meus cogitare aut admittere posse videtur, quod me, quominus ipsum fundem et opus exequar, impediatur, nisi postquam res jam confecta est : tunc quippe omnes difficultates simul et semel sese mihi repræsentant, uti postea suo loco referam.

Verum, ut li-
tem cum PP.
Augustinianis
citet.

410 Ut vero in præparatum locum veni, intellexi Fratrem quemdam ex ordine D. Dominici eo in loco agere, insignem certe Dei famulum, quo confessorio usa fueram dum in S. Josephi Abulæ agerem : quia vero, illius domus foundationem describens, multa de ipsius virtutibus locuta sum, hinc aliud de eo hic non dicam quam ejus nomen, quod est P. F. Dominicus Bañez. Vir est apprime doctus, singularisque discretionis, cujus e judicio directione-

que omnia mea agebam ; ipse vero id quod aggrediebar opus, non existimabat arduum atque laboriosum ut cæteri, imo facilem ejus eventum spondebat : quo enim quis Deum magis cognoscit, eo etiam illius opera ei faciliora redduntur. Hinc, tum ob gratias nonnullas quas sciebat Majestatem ipsius mihi fecisse, tum ob ea quæ in S. Josephi foundatione evenisse mira viderat, omnia ei quam maxime possibilia videbantur. Ut illum ergo conveni, non parum recreata sum; illius enim judicio directioneque omnia quam felicissimum mihi exitum habitura persuadebam. Is cum me adiisset, quid rerum ageretur, illico aperui : spem vero ipse mihi fecit brevi ac facile cum PP. Augustinianis negotium confectum iri. At mihi mora omnis nimis quam longa videbatur, quod nescirem quid de tot monialibus, quas mecum duxeram, agerem. Unde omnes magnis in angustiis et anxietatibus noctem illam traduximus, quod jam tum omnibus in domo ea res innotuisset.

AUCTORE
V. D. M
D

411 Ecce autem postridie mane Antonius de Heredia, Carmelitarum ibidem agentium superior, appulit, dicens domum illam quam coemera, utcumque commodam videri, et vestibulum sacello adaptando, additis peristromatis nonnullis, satis idoneum habere. Hoc ergo consilium placuit omnibus; mihi saltem quam optimum esse videbatur : nam, quod minimam habebat moram et minus requirebat temporis, ipsum erat quod nobis convenientissimum erat; tum quod extra monasteria nostra essemus, tum quod jam aliqua excitata esset commotio et contradictio, qualem in prioris monasterii foundatione experta eram. Itaque quam maxime volebam, ut, priusquam in populo res innotesceret, possessio caperetur; et, ut ea caperetur, omnes operam dedimus et volumus; cujus opinionis quoque fuit R. P. Dominicus Bañez.

ad emptam
domum

412 Pridie festi assumptæ in cælum Virginis Methymnam duodecima noctis hora appulimus, et ad monasterium S. Annæ primum divertimus, ut omnis sine ullo strepitu res perageretur; inde mox pedibus ad domum designatam perreximus. Magnum porro et evidens divinæ misericordiæ argumentum fuit, quod in aliquem non inciderimus eorum qui tauros postridie festi agitandos cunabulis eadem hora inclusum ibant : nam quod rei quam moliebamur, usque adeo intentæ essemus et in eam velut absorptæ, hinc ad nihil pene reflectebamus. At Dominus, qui curam gerit eorum qui unicum illius honorem et obsequium propositum habent, ab omni nos periculo liberavit; nam certe alium scopum et intentionem hoc in opere non habebamus. Ut ergo in designatum locum ventum est, in patentem quamdam aream admissæ sumus, cujus parietes hinc inde collapsos et admodum luxatos conspexi; sed tunc non tantum id apparebat quantum de die. Videtur porro Dominus voluisse ut bonus ille Frater cæcutiret, dum locum illum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento collocando admodum importunum et inconvenientem esse non vidit. Vestibulum namque cum vidissemus, comperimus ipsum terra oppletum esse, eamque ante egerendam; dein tectum cœli injuriis pervium et parietes ejus minime incrustatos esse.

E

ipsa adventus
sui nocte se
confert;

413 Breve erat quod restabat noctis, et nonnisi pauculos (credo fuisse tres) omni illi vastitati, quam vestibulum habebat circumcirca, conveſtiendæ tapetes habebamus; qui certe velut nihil erant. Equidem quid agerem nesciebam, quod locum illum altari erigendo minime idoneum viderem. Contigit vero (Deo, qui rem quamprimum confici cupiebat, dante) matronæ illius œconomi-

F

et sacellum in
ea utcumque
adoruat.

AUCTORE
V. D. M.

A nomum multos illius tapetes in domo hac asservare, quin et lecti stragula e serico Damasceno cæruleo; injunxerat autem hæc illi ut quibuscumque opus haberemus, nobis subministraret; erat quippe admodum pia. Ut ergo tam bonum vidi apparatus, Dominum dilaudavi, uti et comites meas cum laudasse credo; sed carebamur clavis, nec tempus ad eos emendos jam erat, utpote nox: sed eos hinc inde per parietes conquisitos extrahebamus. Tandem omne quod necessarium erat, magno cum labore inventum. Hinc certatim omnes operi incumbere incipiunt: viri suspendunt tapetes, nos terram egerentes locum mundamus. Adeo vero non segnes fuimus, ut, cum illuxisset, altare jam adornatum et instructum esset, et campanula in porticu quadam suspensa.

enī mōte in-
fectur SS. Eu-
charistiā.

B 414 Hoc quidem satis ad capiendam possessionem erat; sed hic non hæsimus, verum et Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum intulimus, atque per januam cujusdam, quæ ex opposito erat, rimas, Sacrum Missæ audiebamus: neque enim alia ad hoc erat commoditas. Magnæ id mihi lætitiæ occasio erat, gaudebamque plurimum: etenim permagnæ mihi consolationi est unum amplius templum videre, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum habeatur. Sed perbrevis ea mihi fuit: etenim cum, Sacro jam peracto, per fenestram in arcem subjectam despexissem, aliquibus in locis parietes ejus penitus in terram collapsos et ita prostratos vidi, ut nonnisi complurium dierum opera erigi posse viderentur. Ah, cum divinissimum Altaris Sacramentum atque ipsam Dei Majestatem pene sub dio et in platea expositum vidi, præsertim temporibus hisce periculosos ob nefariam hæreticorum perditorum audaciam ac licentiam, qualis cor meum occupavit angustia et afflictio!

Mortuus dein
auribusque Te-
resæ animus

C 415 His accedebant omnes illæ difficultates et contradictiones, quas contra opponere poterant illi qui multum operi huic adversati et oblocuti erant: quin adeo persuasum habui, et liquido intellexi, non sine ratione illos ad opponendum se moveri. Adhæc penitus impossibile mihi videbatur ea quæ jam cœpta erant, ulterius proseguere et promovere: nam, sicut initio omnia mihi nimis quam facilia et expedita videbantur, quod propter Deum res omnis fieret, ita nunc ejus potentiam tentatio ita imminuebat, nullam prorsus ut ab eo gratiam recepisse viderer; ac vilitas et impotentia mea solum mihi assidue ob oculos versabantur: cumque re tam fragili et imbecilli me niti viderem, quem bonum successum sperare poteram? Videbar porro mihi, si sola fuisset, quietior et tranquillior futura; at quod verebar ne sociæ meæ, ob magnam illam quam, quod proprio egressæ essent monasterio, ab aliis perperas erant oppugnationem, retro unde venerant reverterentur, non mediocriter in animo sum anxiosa. Videbatur quoque mihi, gravi hoc sub initium errore admissio, quidquid antea Dominum facturum intellexeram, nihil futurum et in auras abiturum. Ex quo etiam mox ille subnascebatur timor ne illusio esset quidquid hactenus in oratione didicissem; quod pressurarum omnium, certe non minima, sed maxima erat: maximus enim me occupabat timor ne suis me diabolus præstigiis et technis deciperet. Quid est, Deus meus, videre animam quam tu affligi et angustiari sinis! Sane cum hujus afflictionis, nec non aliarum nonnullarum quas in horum monasteriorum foundationibus experta sum, memini, omnes pœnæ corporales (tametsi eas etiam passa sim gravissimas) nihil mihi esse videntur, si cum hisce conferantur.

416 Hanc autem pressuram, quæ certe non vulgariter me cruciabat ac lancinabat, apud sodales meas dissimulabam, ne, nova hac ad priorem desolatione accedente, ipsas opprimerem et dolorem dolori adderem. Duravit autem hæc usque ad vespem, cum quidam a rectore collegii Societatis Jesu submissus Pater mentem prostratam verbis erexit, et animum morientem est consolatus. Huic tamen omnes, quibus tunc premebar, angustias non aperui, sed eam tantum quam sentiebam inde quod velut in publico et propatulo commoraremur. Petii itaque ut laxiores, ad quas transiremus interea dum hæ restaurarentur, ædes nobis conquireret ac conducere, de pretio nihil sollicitus esset. Inde vero dispelli mea nonnihil anxietas cœpit, quod multos ad ædem nostram confluere, eorum vero nullum temeritatem et stoliditatem nostram sugillare cernerem: quod non sine singulari Dei providentia factum est; nam si nobis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum abstulissent, id jure meritoque fecissent. Jam vero meam considero inconsiderantiam et stuporem, nec non omnium cæcitatem et inadvertentiam, quod ipsum inibi tolerarint. Ego autem mihi persuadebam, illo nobis ablato, omnia quodammodo in nihilum recidere, et cœpta omnia E

erigitur allo-
quū ejusdem
Soc. Jesu et
piū civium ad
sacellum con-
cursu.

D

417 Jam octo transierant dies, cum mercator quidam, angustias domus nostræ videns, dixit ut in superiorem domus suæ (quam ipse satis commodam et amplam habebat) partem transiremus; in ea nos ut in propria agere posse. Habebat hæc atrium spatiosum et deauratum, quod ille nobis in templi usum cessit: et matrona quædam, cui nomen Helena de Quiroga, insignis Dei ancilla, mihi se pecunias suppeditaturam dixit, ut ex iis quamprimum sacellum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento decenter collocando excitaretur, nec non alia domus nostra sic restauraretur ut ab populo sequestratæ essemus. Alii quidem multi satis abundanter eleemosynis suis victui necessaria nobis suppeditabant, at nullus hac muliere in nos fuit profusior. Tum demum majorem habere quietem cœpi; quod in domo ad quam transieramus, majore gauderemus solitudine et claustris, et jam officium Horarum dicere inciperemus. In aliis autem ædibus instaurandis bonus prior Heredius celeritate mirus usus est; at, licet rem assidue laborando perurgeret, nihilominus ante bimestre necessaria instauratio confici non potuit. Sed ea, utcumque fuerit, talis tamen fuit ut ad annos aliquot satis tolerabiliter illic simus commoratæ; postea vero, Domino subministrante, in meliorem omnia formam redacta sunt.

Perficitur de-
mum mona-
sterium

F

418 Tametsi hæc tum quidem agitare, interim tamen priorem illam de monasteriis virorum excitandis cogitationem identidem animo versabam, et, quod nullum prorsus animo ad id paratum scirem (uti dictum est), quid agerem nesciebam. De-

Priorem
Carmeli regu-
lam se secuta-
ros sponte
P. Antonius
de Heredia

crevi

A crevi itaque priorem Heredium hac super re convenire, et explorare quidnam is in ea mihi consuleret. Quod cum feci, incredibili is perfundi coepit gaudio, ac primum qui institutum hoc auspicaretur, fore se respondit. Ejus ego verba parvi pendi, nec curavi: quamquam enim eum et bonum virum et religione et studio ac solitudine monastica singularem hactenus fuisse non ignorabam; mihi tamen delicatioris naturae, nec ad austeritates factus, et ei qui subeundus erat rigori severitatisque vitae ad finem usque continenter ferendae impar videbatur. Is contra mihi jam dudum se, Deo suggerente, ad vitam austeriorem aspirasse, et propterea Carthusianum Institutum amplecti (ad quod ab ipsis etiam admissum jam erat) in animo habuisse dixit. Verum satis haec verba mihi non erant, esto viri generositas et propositum mire mihi placerent. Unde eum rogavi ut aliquantisper negotium hoc manu deponeret, et interim privatim, et velut in umbra, periculum faceret ejus quod promissurus erat voto. Antonius morem gessit, et anno integro tirocinium illud subiit. In quo tantis malevolorum calumniis et persecutionibus, ac tot tamque frequentibus laboribus est exagitatus, ut illum Dominus probare voluisse videatur. Ipse vero ita viriliter omnia sustinuit, et tantum inde in spiritu profecit, ut Dominum ipsa mirum in modum laudarem; ut jam tum illum Majestas ipsius ad hoc disponere videretur.

ac S. Joannes
a Cruce.

B 419 Non multo post, alium ejusdem Instituti religiosum, ætate juvenem, Salmanticæ tum litteris operam dantem, una cum socio huc appellere contigit. Socius mihi multa de ejusdem probitate et religione narravit: nomen vero huic erat Joannes a Cruce. Ego Domino propterea quam potui maximas egi gratias; cumque eum coram convenissem, mire mihi placuit, et ex eo intellexi ipsum de Carthusiano Instituto assumendo cogitare. Illico ego mentem meam aperui, rogaviq; non ante ad novum illud Institutum capessendum animum adjiceret, quam nobis aliquod Dominus monasterium dedisset; longeque utilius et ad majorem Dei gloriam futurum ostendi, siquidem ad majorem perfectionem aspiraret, eam in Ordine exerceret ad quem primo vocatus esset. Fidem Joannes dedit, modo æquo diutius istius monasterii erectio non differretur. Jam tum ego rem totam confectam habere putabam, quod duos Fratres ad fundamenta jacienda et ad incipiendum haberem, etsi Antonius mihi usquequaque non satisfaceret: itaque rem aliquantulum distuli, eo imprimis quod deesset locus in quo eam auspicarer.

Monialium
Teresianarum
æstimatio
apud Methymnenses.

C 420 Crescebat porro indies monialium apud Methymnenses æstimatio et nomen, ac singularem hi in ipsas amorem et affectum ostendebant; et, prout mihi quidem videtur, merito: neque enim aliud pro se quæque spectabant quam qua ratione Domino magis servire possent. Eandem vero vivendi rationem sequebantur quam quæ in S. Josephi Abulæ agebant, quod eandem utraque regulam et constitutiones haberent. Unde etiam Dominus virgines nonnullas ad habitum nostrum assumendum permovit; quibus tam singulares et eximias faciebat gratias, ut mecum ipsa mirarer. Sit is in æternum benedictus. Amen. Videtur quippe aliud non spectare et intendere quam amari ut amet. Quod hic generatim Sancta enuntiat de sanctis moribus monialium Methymnensium, id ipsum, pluribus adductis exemplis, specialius demonstrat auctor Chronici (lib. II, cap. VI et VII). Hæc tamen, licet non parum S. Teresiae, talium prolium Matris, gloriam amplificent, in campum nimis latum et operosum me deducere quam ut quædam singulis inhærere; conjunctim

potius alibi de iis tractaturus: quod monitum similiter lectorem volo pro cæteris quæ subsequuntur foundationibus. Nec multus quoque ero in explicandis iis quæ de S. Joanne a Cruce modo occurrebant, et porro adhuc occurrent, ne videar partes ejus usurpare qui ad XXIV Novembris vitam illius Sancti, Deo dante, commentabitur. Proin, omisso etiam itinere Complutensi, quod a Sancta post Methymnensem foundationem susceptum Ribera narrat (lib. III, cap. V), styllum transferamus Malagonem ac Vallisoletum. His nimirum in locis anno 1568 duas fecit foundationes, quas capitibus IX et X describit.

AUCTORE
V. D. M.
D

§ XXIII. Erigit tertium monialibus suis cœnobium Malagone: scholam puellarum ibidem creandam curat. Librum Vitæ suæ mittit ad Ven. Joannem de Avila. Vallisoleti initium dat quarto suo monasterio.

D De foundatione quidem Vallisoletana prius agi ceptum est quam de Malagonensi; verum hæc ante illam in opus deducta est, et ideo priori loco a S. Teresia describitur his verbis: Agebat tum Toleti ducis Methymnæ Celi soror (Aloisia de la Cerda), cujus in ædibus superiorum imperio (uti pluribus in foundatione Abulensi declaravi) ad dies aliquot egeram. Hæc, cognito mihi alia fundandi monasteria factam a superioribus copiam esse, summis me precibus urgere coepit ut suo item in oppido Malagone cœnobium constituerem. Initio id detrectavi, nec admittere volui, quod oppidum id tam esset exiguum ut necessario domicilium id annuis stabilendum esset proventibus, quo vitæ subsidia necessaria moniales haberent; a quo ipsa quam maxime abhorrebam. Unde cum viris litteratis, et imprimis quodam e confessariis meis, rem contuli: qui male me agere asserebant; cum enim Sacri Concilii Tridentini auctoritate annui redditus monasteriis concederentur, minime videri foundationem monasterii, in quo Deo tantum (ut mihi quidem videbatur) præstari obsequium poterat, omittendam. Adhæc accedebant frequentes importunæque matronæ illius preces; unde non potui ipsum non admittere. Attribuit hæc quam liberalissime quæcumque annuatim necessaria erant. Ejus namque semper opinionis sum, ut vel monasteria nostra plane censibus careant, vel, si habeant, adeo illi sint uberes ut a quoquam vitæ suæ necessaria emendicare moniales non cogantur.

Aloisia de la
Cerde redditum
annuum offerente.

F 422 Equidem omnibus quibus potui viribus contendi efficere ne qua monialium quid proprium possideret, sed ut constitutiones per omnia, sicut in aliis monasteriis paupertatem profitentibus servabantur, unaquæque servaret. Foundationis tabulis jam confectis, moniales aliquot, quæ hujus initia ponerent, evocavi; quibuscum una cum prædicta matrona Malagonem concessimus. Quo cum perventum esset, octiduo eoque amplius in quadam castelli illius parte egimus, quod nondum esset designata domus habitationis religiosæ usibus parata. Dominica igitur Palmarum anno Domini

Sancta Malagone monasterium instituit.

AUCTORE
V. D. M.

A MDLXVIII, praecunte oppidanorum supplicatione, palliis nostris albis indutae et velis faciem operatae, ad templum loci deductae sumus; inde, postquam habita fuit concio, Sanctissimum Altaris Sacramentum ad monasterium nostrum perlatum est, quod magnum in omnibus pietatis sensum movit. Aliquot autem diebus hic haesi; et cum quodam tempore, sumpta Sacra Communione, orationi insisterem, Domino revelante didici fore ut magnum ipsi isthaec in domo obsequium praestaretur. Vix bimestri toto illic haesisse mihi videor, quod me spiritus urgeret et quodammodo compelleret ut ad conventum Vallisoletanum fundandum abirem.

Cui, primum
quum inde
abit.

B 423 Nempe Malagonem Teresia reliquit XIX Maji, uti patet e litteris quas pridie illius divi ad Aloisiam, tunc in Andalusia versantem, scripsit (tom. III, epist. 4). Biduo post, uti ostendunt aliae ad eandem matronam litterae (tom. IV, epist. 11), comite parcho Malagonensi Toletum advenit, affecta adeo graviter aestu solis valetudine ut bis venae incisione, semel cathartica potione aegram sublevare oportuerit. Postridie Ascensionis Domini, quae eo anno in XXVII Maji incidebat, Toletum Escalonam se contulit, quo a marchionissa de Villena y Escalona invitabatur. Transacta ibi die Dominica, demum feria quarta, die scilicet II Junii, Abulam attigit (tom. IV, epist. 12); inde post festum SS. Petri et Pauli, ut scripsit die illius mensis XXIII ad Aloisiam de la Cerda (tom. II, epist. 10), Vallisoletum petere intendens. Interea vero quam Abulae consistebat, eam convenit Raphael Megia Velasquez de conventu virorum Durcei excitando, uti alibi exponendum erit. A vera hac certaue chronologia erravit auctor Chronici, quippe multarum litterarum Teresianarum quas modo habemus, ope ac lumine destitutus, atque adeo ad rem conjectura prosequendam coactus. Iisdem ex litteris plura alia facta innotescunt nobis, quae vetustos S. Virginis biographos vel partim vel omnino fugerunt. Quare praecipua hic annotabo, quaedam etiam aliunde hausta adjuncturus.

lunum, iussu-
gual confessio-
rium.

C 424 Ac primo quidem quoad foundationem Malagonensem. In hac egregiam S. Teresia operam navaverunt tum loci parochus, cui confessa fuisse dicitur in Chronico (lib. II, c. XI, n. 3), tum administrator Aloisiae Cerdiae, tum denique Alphonsus et Antonius de Cabria, necnon Carlevalius quidam, cujus fratrem Teresia proficiscens reliquit Malagone, ut novo monasterio esset a confessionibus. Valde laudatur hic confessarius a vitae sanctitate atque eximia rerum spiritualium experientia; quas ob dotes meruit ut a S. Virgine appellaretur homo Dei, ac suo in munere nulli quam P. Paulo Hernandez S. J. secundus diceretur. Moniales sua ex parte talem se nactas directorem gratulabantur; atque uti numero, sic religiosa perfectione brevi tempore mire crescebant: ut adeo nihil esse S. Mater testetur quod ultra desiderare potuisset. Credibile est aliquid etiam operae spiritualis us collatum fuisse ab eo quem statim nominabam, P. Hernandezio, quem Toleti arbitrum conscientiae adhibere Teresia consueverat, quique etiam ad eam Malagone laborantem excurrit aliquando: sed plura de eo dicenda erunt ad foundationem Toletanam.

Curat puella-
rum scholam
solum erigen-
dum

425 Porro Sancta nostra municipium Malagonem non tantum ornavit monasterio; verum etiam utili quodam instituto dotavit, de quo hac ipsa memorat: Deliberatum habemus accersere mulierem valde Theatinam (id est imbutam spirituali Patrum S. J. disciplina; nam hi tunc temporis in Hispania vulgo Theatini audiebant), quae sumptibus domus victitans, gratis puellulas doceat muliebres labores; atque sub eo praetextu doctrina Christiana ac pietate,

quae res est maximi momenti, erudiat. Insuper D puerum et pupillam aliquam quae iis famuletur, conquiri jussit Carlevalius, ipse quoque cum parcho doctrinam Christianam traditurus. Spero in Domino fore ut prosperum successum res habeat. Ut autem summam omnia complectar, plaudo mihi laborem isthunc: tu vicissim et tibi plaudas velim, nec vereare ne meo habitu de domus illius religione quidquam detrahatur. Equidem sic mihi in Deo persuadeo, et pietate monialium, quae plurima est, et opera confessarii juxta ac parochi, qui illarum non obliviscetur, effectum iri ut magis indies ac magis progrediantur. Haec Sancta (t. IV, epist. 11).

426 Aliud insuper quod e citatis hoc paragrapho litteris eruitur, est illud quod jam dicam. Aloisia de la Cerda proficiscenti in Andalusiam commiserat S. Teresia Vitae suae relationem, a Joanne de Avila examinandam. Ut celebrem hunc vitae spiritualis magistrum Sancta consuleret, hortator fuerat Franciscus de Soto y Salazar, Fidei Inquisitor (videtur epistolam 19 tomi I, quam fere integram Ribera refert lib. IV, cap. IV). Mandati executionem Aloisia remorabatur, praestolans nescio qua de causa P. Gasparem de Salazar S. J., rectorem antea Abulensis, tunc vero Mancenensis in Andalusia collegii (Hist. Soc. Jesu, part. III, lib. III, n. 194). Mora pertesa Teresia hac totidem verba ad Aloisiam ea super re scripsit (tom. III, epist. 4), e quibus cernas quanti Joannis de Avila iudicium ac sententiam faceret: Intelligere nequeo quid adhuc differas commentarium hunc meum ad magistrum Avilam destinare. Nae, per Dei caritatem, hac ipsa hora tabularium mitte: audio enim dici non amplius esse illuc iter. Salazarium si exspectas, perperam facis: quoniam ne te quidem, si rector est, nedum P. Avilam adire poterit. Ergo, si adhuc facta missio non sit, quam primum fiat obsecro. Nam revera dolui rem infectam haecenus fuisse, astu fortasse diaboli. Dominum licentiatum (erat is quidam Aloisiae sacellanus) monueram ut, si quando iret, libellum eo asportaret: sed daemone, credo, molestum est sancti viri oculis eum subijci. Iterum proin atque iterum insto, negotium hoc meum expedias, et facias id quod te Toleti rogaveram. Pluris quippe interest quam putas. Et denuo post paucos dies: Timeo, ait (tom. IV, epist. 11), ne diaboli artibus meum illud scriptum numquam videat magister Avila, imo ne ante moriatur quam videre possit; quod foret plane F dolendum.

et librum Vitae
suae ferendum
ad Ven. Joannem
de Avila.

427 Devenit tandem libellus in manus magistri Joannis; qui, eo diligenter perlecto atque excusso, affirmavit S. Matri per litteras, datas Montillae XII Septembris 1568, negotium omne a Deo esse: quare formidaret nihil, sed prorsus secura ac tranquilla viveret. Haec ego litteras, ut exemplo simul et verbis utar Ven. Ludovici Granatensis in Vita R. P. M. Joannis Avilae (part. I, cap. III, § II), quia prolixiores sunt, et argumenta tractant admodum spiritualia ac delicata, quibus capiendis quivis non est, hic ponere praetermitto. Legitur et altera Venerabilis viri ad S. Teresiam epistola de eodem argumento, quam scripsit XII Aprilis 1569, paucis ante obitum suum hebdomadibus. Namque mensis Maji insequentis die X ex hac vita emigravit.

qui cum op-
probat.

428 Redundum modo ad librum Foundationum, in quo se offert foundationis Vallisoletanae historia, Quatuor, inquit Sancta, aut quinque circiter ante mensibus quam Malagonensis domus fundaretur, egerat mecum adolescens quidam equestri dignitate nobilis, paratissimum sese dicens, si Vallisoleti fundare conventum vellem, domum quam illic habebat, necnon

Ut juvenem
nobilem, qui
domum dede-
rat, et purga-
torio liberet.

A necnon bonum magnumque ei contiguum hortum, qui amplam satis habebat vineam, mihi eidem fundando offerre. Ejus ut possessionem quamprimum caperem, identidem me urgebat. Magni certe ea pretii erat. Ego porro illam acceptavi; esto ad fundandum illo in loco monasterium non admodum propenderem, quod quarta prope leuca parte urbe is abesset: at putabam nos haud ægre inde in urbem commigrare posse, semel illic possessione accepta. Quod ergo is tam grater et libenter donationem illam offerret, non potui tam bonum ejus opus non admittere, aut devotionem ejus perturbare. Exinde duo propemodum effluxerant menses, cum repente acri symptomate is opprimitur, et adeo quidem præcipiti, ut omni linguæ privatus usu, peccatorum instituere Confessionem commode non potuerit, etsi plurima interni ob offensum Deum doloris daret argumenta. Igitur celeriter admodum et raptim, procul tamen a loco ubi ipsa agebam, hac e vita abripitur. Dominus porro per visum mihi indicavit salutem ejus summo in discrimine versatam fuisse, at se ejus misertum ob præstitum Matri suæ, hanc illi offerendo domum, in qua Ordinis illi dedicati sodalibus monasterium construeretur, obsequium; atque eum non ante igne purgatorio liberandum quam in eodem prima Deo ad altare Hostia offerretur; ea autem oblata, inde egressurum.

properat Sancta Vallisoletum; ubi, facta quantocius, fundatione.

B 429 Quæ autem anima illa ibidem patiebatur tormenta acerbissima, mihi adeo præsentia et velut ante oculos erant, ut, tametsi Toletanam domum prius fundare summopere desiderarem, tunc tamen eam curam intermiserim, meque ad Vallisoletanam, quomodocumque possem, fundandam urserim et exstimularim. Non tam cito tamen ac quidem volebam, Vallisoletum abire potui, quod ad aliquot dies in conventu Abulensi, qui meæ curæ concreditus erat, ac deinde in Methymnensi (nam et eo concessi), necessario me manere oportuerit. Methymnæ vero cum agerem, et orationi insisterem, Dominus me monuit ut abitum maturarem, quod anima illa plurimum pateretur. Unde, licet ad hoc parum instructa essem, opere ipso rem sum executi et ipsis B. Martyri Laurentio sacris feriis Vallisoletum ingressa. Ut primum domum coram inspexi, magnopere turbari atque angustiari cæpi, quod viderem non sine ingentibus intolerabilibusque sumptibus ibidem moniales posse commorari: et licet animi relaxationi accommoda foret, quod peramœnum annexum haberet hortum, non poterat tamen non esse insalubris, quod propter flumen præterlabens sita esset. Esto jam de via defessa essem, ad quoddam Ordinis nostri cœnobium, quod sub ipsum urbis ingressum situm erat, Sacri audiendi causa abii. Tam procul autem a domo distabat ut meam id pœnam adauxerit; sed nullum ea de re apud comites meas verbum faciebam, ne eas contristarem, quod spem haberem ac fiduciam (esto satis tenuem) Dominum, qui priora illa mihi dixerat et significarat, omnibus prospecturum. Unde fabros clanculo evocavi, murosque hinc inde ut construerent, quibus claustrum et solitudini nostræ consuleretur, aliaque necessaria ut incipere pararent, præcepi. Venerant nobiscum is quem dixi sacerdos, Julianus de Avila, et e duobus illis Fratribus qui Excalceatorum Ordinem volebant ordiri, alteruter; qui interea de vivendi modo quem hisce in domibus servabamus, inquirebat. Julianus porro in facultate ab Ordinario loci, qui jam tum, antequam illuc concederem, bonam ejus spem dederat, impetranda serio allaborabat. At non tam cito ea potuit impetrari, quin Dominica dies jam adesset: nihilominus facultas ad

Sacrum eo quem in templi formam paraveramus loco offerendum nobis concessa fuit; quod et factum est.

430 Multum vero aberat ut putarem per hanc Missam adimpletum iri ea quæ de anima illa a Domino dicta mihi erant: nam, quamvis dictum mihi esset animam illam per primam in domo illa oblatam Hostiam liberatum iri, credebam tamen id eo demum Sacro futurum cum simul Sacramentum Venerabile templo primum inferretur. Sacerdote ergo sacrosanctum cœli ferculum ad locum in quo communicaturæ agebamus deferente, et me jam ejus participem facere parante, ecce eques ille quem dixi, ore decoro et vultu splendido ac læto, complicatisque manibus, juxta sacerdotem, mihi sese spectandum dedit, et immensas ob acceptum opera mea liberationis e purgatorii pœnis beneficium gratias agebat. Itaque mox anima illa in superna habitacula evolavit. Et certe, ut primum intellexi illum in via salutis versari, deque ea certum esse, vix ipsum mihi persuadere potui, et admodum intra me anxia fui; quod, pro vitæ quam duxerat ratione, aliud is mortis genus, quo salutem consequi posset, obire debere mihi videretur. Nam (ut alia taceam) mundi vanitatibus totus immersus fuerat; quamquam (ut verum fatear) mortis se identidem, dum viveret, memoriam præ oculis habere, comitibus meis dixit. Mirum certe et notabile est, Domino placere et gratum esse quodcumque Matri suæ exhibetur obsequium. Sane immensa ejus est misericordia. Sit ipse pro omnibus laudatus et benedictus, quod vita et gloria æterna operum nostrorum vilitatem ita compenset, cumque ea perexigui sint valoris, magna reddat et pretiosa.

431 Cum ergo festum assumptæ in cœlos Virginis Deiparæ, die videlicet Augusti quintadecima, anno Domini MDLXVIII ageretur, domus illius rite adita possessio est. Sed non diu illo in loco commorata sumus, quod pene omnes in morbum incidimus. Quo perspecto, Maria de Mendoza, illustri genere mulier, commendatoris Cobos uxor et marchionis Camarasensis mater, pietate, religione et caritate (quam effusæ in egenos eleemosynæ satis frequentes aperte declarabant) præstans, eadem quæ prius caritatis officia mihi tum præstitit. Illam namque noveram familiariter: est enim Abulensis episcopi soror, et in primi monasterii fundatione insignem nobis operam præstiterat, nec non in omnibus ad Ordinem universum spectantibus. Quod ergo esset caritate et affectu plena, videretque non nisi difficillime illic nos posse habitare, tum quod ad eleemosynas accipiendas locus ab urbe satis esset remotus, tum quia insalubris et morbis obnoxius erat, hanc sibi domum ut cederemus rogavit, aliam ejus loco se coempturam dicens. Ut dixit, fecit. Quam autem nobis dedit, multo pluris valuit, quod simul cuncta quæ nobis necessaria essent daret, quin et usque nunc det, et quoad vivet datura sit. S. Blasii festo, solemnî ritu supplicantis populi beneque in nos affecti, illuc migravimus. Hunc porro is affectum semper in nos conservat, quod magna erga conventum hunc misericordia Dominus utatur, et tales ad eundem virgines vocaverit, illarum ut vitæ sanctitas suo tempore aliquando describenda sit, quo Dominus ipse laudetur ac glorificetur, qui per hujusmodi media et instrumenta opera sua extollere et creaturis suis gratificari vult. Ad hanc narrationem nihil habeo quod addam; siquidem ea quæ S. Mater non integre vel non satis clare expressit, facile lector ex Ribera supplere potest. E multis autem litteris quas Sancta hoc anno 1568 Vallisoleti scripsit, binæ tantum nobis sunt reliquæ: alteræ videlicet ad primum equitem Abulensem,

AUCTORE
V. D. M.

D juvenem illum
videt Cælestialis
adscriptum.

E

Hæc tamen
domus postea
etiam meliori
commutatur.

F

AUCTORE
V. D. M.

A *lensem, Franciscum de Salcedo (tom. II, epist. 56); altera ad saepe laudatam matronam Aloisiam de la Cerda (tom. I, epist. 10). Priorum lator fuisse videtur S. Joannes a Cruce, ejus pulcherrimum eam continent elogium, quique mense Septembri vertente Vallisoletum Abulam ivisse narratur in Chronico (lib. II, cap. XIX, n. 2).*

§ XXIV. Cœnobii virorum Durvelensis, S. Teresiae curis comparati, initia ponunt S. Joannes a Cruce et P. Antonius a Jesu. Idem cœnobium postea Manceram transfertur.

Teresia, Vallisoletum profectura,

B *Posteriorem capitis x partem et capita xi ac xii S. Mater impendit trium monialium Vallisoletanarum elogiis: nempe Briandæ de Acuña, Casildæ de Padilla et Beatricis Oñez; quæ, sumpto religioso habitu, vocatae fuerunt Teresia a Jesu, Casilda a Conceptione et Beatrix ab Incarnatione. Dein, duobus insequentibus capitibus, pandit historiam erecti primi conventus virorum Ordinis Carmeli Excalceatorum: quam erectionem, quippe a se in maximis Dei beneficiis semper habitam, præ grati animi fervore tam luculenta tamque proclivi oratione celebrat ut ad eam vix quidquam a me annotandum sit. Ante, inquit, quam ad Vallisoletanum monasterium fundandum abirem, jam tum cum P. F. Antonio a Jesu (qui tum in S. Annæ cœnobio Ordinis Carmelitani priorem Methymnæ agebat) et cum F. Joanne a Cruce (utî antea dixi) conveneram, ut, si quod Fratrum primam Excalceatorum regulam sectantium monasterium fundaretur, primi essent qui ipsam profiterentur. Quod tamen nescirem undenam habere domum possem, identidem Deo id negotium in oratione commendabam; quia (sienti jam supra monui) duo illi Patres jam tum mihi placebant. Etenim P. Antonium a Jesu Dominus ipse varios per labores, quos is magna cum perfectione pertulerat, anno integro (nam tantum pene temporis jam effluxerat ab eo die quo primum de hac re cum illo egi) mire exercuerat: at Joannem a Cruce minime opus erat probari; nam (esto Calceatorum Carmelitarum Ordinem professus esset) semper ille vitam valde exemplarem et religiosam duxerat.*

domum Durvelensem obtulerat Raphael Megia

C 433 Placuit tandem Domino, cum mihi quod præcipuum erat, fratres, inquam, qui fundamenta rei ponerent, dedisset, etiam reliquum dare. Etenim vir quidam nobilis Abulensis, Raphael cognominatus, quicum numquam hactenus egeram, cum nescio unde (neque enim recordor) de quodam Excalceatorum monasterio exstruendo agi intellexisset, ultro me accessit, domumque quam in pago quodam paucissimorum incolarum (nam vix viginti mihi fuisse videntur, non enim jam rite recordor) in usum cujusdam villici, qui frumentum, quod ipsi singulis annis ibi e censibus cedebat, illius nomine colligeret, habebat, sponte mihi obtulit. Ego vero, etsi viderem qualis esse domus illa posset, Domino benedixi, eique gratias egi. Ille autem Methymnam Campi petentes pagum hunc transire aiebat; meque Vallisoletum ad fundandam abeun-

tem illac necessario (esse enim hanc rectam viam) D pertransire debere, ac tum ipsam posse inspicere. Dixi me facturam, uti et feci; etenim mense Junio Abula, una cum socia et Juliano de Avila (qui erat is sacerdos quem dixi, quique mihi his in itineribus operam sedulam præstabat, monasterii nostri Abulensis sacellanus) discessi.

434 Summo mane itineri nos dedimus, cumque qua eundum esset ignorarem, hinc a via erravimus; quodque pagus hic parum notus et obscurus esset, non multum de illius situ intelligere potuimus: unde toto illo die magnum laborem et molestiam in eundo subiimus, quod vehemens et intensus solis esset æstus. Cum vero jam prope pagum nos esse putabamus, tantum ab eo abfuimus, ut tantumdem nos viæ conficere adhuc oportuerit quantum jam confeceramus. Molestiæ autem, defatigationis et erroris quam hac in via subiimus, memoria semper mihi ob oculos præsens versatur. Paulo ante noctem ad locum illum pervenimus: ut vero domum ingressi sumus, ita eam constitutam invenimus ut nocte illa ibi diversari ausi non simus, tum ob innumeras quibus scatebat sordes, tum quod magna illic messorum copia diversaretur. Habebat hæc atrium utcumque spatiosum, nec non duplex cubiculum cum suo spatio intermedio, demum parvam culinam. Hæc erat tota monasterii nostri structura et ædificium. Ex atrio statuebam templum concinnari posse, ex spatio intermedio chorum, arcte quidem; duplex autem cubiculum dormitorio et rectorio aptari posse. Socia mea, esto multo me esset melior et pœnitentiæ perquam studiosa, ferre non poterat quod illo e loco adaptare monasterium vellem; unde mihi dixit: « Certe, mater, nullus est » spiritus, quantumvis bonus, qui hoc ferat: am- » plius igitur de eo ne tractes rogo. » Cæterum sacerdos qui viæ comes erat, tametsi ejusdem esset opinionis cujus comes mea, ut tamen intentionem et propositum meum audivit, minime mihi est refragatus. In templum vicinum somni capiendi gratia de nocte concessimus; nam, quod usque eo defatigati et exhausti essemus eundo, eam vigilando transigere noluissemus.

435 Methymnam ut appulimus, statim cum P. Antonio locuta sum, et quid rerum ageretur, ei aperui, spondique, si modo animum haberet ad illic aliquousque habitandum, Deum quamprimum auxilio et remedio futurum: incepto dumtaxat opus esse; in eo enim omnem difficultatem consistere. F Videbar mihi tam ante oculos et præsens habere quod Dominus postea est operatus, adeoque certum (ut ita dicam) quam modo id video, quin et plura multo quam hucusque facta vidi. Nam hoc ipso quo hæc scribo tempore, decem (quæ Dei bonitas est) Excalceatorum numerantur conventus. Ad-didi præterea, sibi persuaderet, provinciales, tam eum qui nuperrime officio defunctus erat quam modo præsentem, minime ad hoc nobis licentiam duros (nam, uti jam supra initio dixi, bona illorum cum venia res peragi debebat) si nos in domo quadam ampla capacique rem auspicari viderent; ut interim taceam, melius quid tunc nobis non occurrisset: at in vili illo pago et domo cum agerent, minime fore ut quis ipsis impedimento foret. Plus illi animi certe Deus dederat quam mihi: unde, non solum ibi, sed et in hara porcina paratum sese ait commorari. Ejusdem quoque fortitudinis et propositi erat F. Joannes a Cruce; adeo ut aliud nobis reliquum non esset, quam duorum illorum, quos dixi, Patrum provincialium facultatem obtinere: hac namque conditione potestatem ad hoc exequendum mihi P. N. Generalis dederat.

Equidem

eamque ipsa ex itinere inspicere in-

E

ac, præmonitis Patribus ad eam incolendam paratis,

F

A Equidem in Domino sperabam hanc nobis facultatem minime denegatum iri. Unde P. Antonio dixi ut quaecumque, quomodocumque posset, domui necessariam suppellectilem conquirere interim omni ope satageret: ego autem una cum F. Joanne a Cruce ad Vallisoletanā, quae jam descripta est, fundationem conficiendam perrexi.

tempore Vallisoletanae fundationis

436 Quod autem ad aliquot dies inter operas, domum, quae sine claustrum erat, claustrum adaptantes, ageremus, commodum interea P. Joannes a Cruce de omni nostra vivendi ratione inquirendi locum ac tempus habebat, ut sic omnem nostram regulam bene perspectam teneret, tam quoad mortificationem quam mutuae confraternitatis modum et recreationem, quae inter nos aliquando habetur. Omnis namque tanta cum moderatione recreatio conceditur, ut dumtaxat ad imperfectiones sororum tali in occasione cognoscendas, et aliquantulum relaxationis, ad regulae rigorem melius ferendum, capiendum concessa intelligatur. Is autem adeo probae vitae erat, ut plus ego ab ipso quam ipse a me, discere possem: at non hoc erat quod spectabam, sed dumtaxat ut hac ipse ratione modum formamque vivendi quam sorores servarent, perspicere.

B 437 Deo porro disponente, factum ut illuc tum appelleret Ordinis nostri provincialis, cujus beneplacitum et facultas requirebatur, P. Alphonsus Gonzalez, vir senex optimaeque indolis, et omnis malitiae expers. Tanta autem ei dixi, cum ab ipso ad opus hoc auspicandum facultatem peterem, deque ratione quam Deo iudici, si tam bonum opus impediret, redditurus esset, ut, illius Majestate, quod hoc ipsum executioni mandari volebat, illum disponente, valde moderate placideque mihi responderet. At cum deinde D. Maria Mendozia et episcopus Abulensis, qui illius est frater, quique semper nobis et favit et auxiliatus est, eum convenissent, facile cum ipso negotium confecere, nec non cum P. Angelo de Salazar, provinciali defuncto, a quo plus imminere difficultatis et repugnantiae formidabam. At occurrit tum forte fortuna casus in quo D. Mariae Mendoziae is favore auxilioque opus habuit; et hoc non mediocriter ad facultatis praedictae impetrationem conduxisse mihi persuadeo: ut taceam, etiam hac occasione non oblata, futurum ut Dominus hanc menti ejus voluntatem inspiraret, uti et P. N. Generalis, qui nimium quantum alienus ab hoc proposito videbatur, mentem mutavit. Quam multa, Deus bone, hisce in negotiis, quae prorsus impossibilia videbantur, feliciter a divina Majestate, omnibus difficultatibus exsuperatis, ad exitum deducta vidi! Ah, quanta mea confusio est vidisse me quae vidi, et non esse me meliorem quam sum! Certe modo, dum hoc scribo, etiamnum obstupesco, ac velim ut Dominus omnibus in mundo patefaciat nihil prope esse quod hisce in foundationibus nos creaturae praestitimus: ipse namque Dominus universa solus disposuit, idque per initia et fundamenta quaedam tam tenuia, ut sola Majestas ejus ad illum in quo modo sunt, statum eadem evehere potuerit. Sit ipse in aeternum benedictus.

Novum ergo hoc exordium.

438 Ut ergo hasce duas voluntates in potestate mea habui, nihil mihi ulterius deesse videbatur. Decrevimus itaque ut P. Joannes a Cruce in domum quam dixi concederet, eamque ita adaptaret et concinnaret, ut, quomodocumque liceret, in ipsa habitari posset: nam tandiu festinato opus censebam, quoadusque res jam copta foret; non parum enim timebam ne quod inexpectato nobis obstaculum suboriretur. Igitur et res peracta est. Jam P. An-

tonius nonnullam ad usum necessarium suppellectilem collegerat; quem et nos a parte nostra, prout potuimus (potuimus autem parum), adjuvimus. Mox autem ad me conveniendam Vallisoletum magno animi cum júbilo excurrit, mihi quidam rerum collegisset, significavit, quod certe nimis quam exiguum erat: ab horologiis solum bene instructus erat; nam quinque sibi compararat: unde mihi insignem ridendi occasionem dedit. Ad horas bene dispositas habendas ea sese comparasse dixit, quod a tempore praecipuari et non ordinato tempore sua agere nollet. Credo sane eum ne quidem tunc habuisse super quo somnum caperet. In domo usui nostro adaptanda aliquantulum lente procedebatur, quod deesset ad fabricandum pecunia, tametsi multa alioquin fieri vellent. Re tandem peracta, P. Antonius prioratui suo insigni cum animi promptitudine et quam lubentissime renuntians, ad primam regulam servandam voto se obligavit; imo ne quidem aliquod ejus periculum, id me suadente, prius facere in umbra voluit: unde mox summo animi gaudio et letitia ad tugurium suum novum sese recepit. Joannes autem a Cruce jam tum ibi agebat.

439 Hic porro Antonius mihi postea asseruit, ut primum in vicus illius conspectum venit, maximum se interne gaudium sensisse, ac visum sibi jam mundum plane se debellasse, quod eum penitus omnem jam desereret, intraque solitudinem illam sese abderet. Unde nec huic nec Joanni domuncula illa displicuit; sed in summis se maximisque deliciis agere putabant. Quam, o Deus bone, haec aedificia et deliciae ac recreationes exteriores ad pacem interiorum parum conducunt! Unde per ejus amorem vos obsecro, carissimae, et vos, Patres, ut in domibus magnis et pretiosis semper omnem quam potestis moderationem adhibeatis. Versentur nobis ante oculos veri nostri fundatores, qui sunt sancti illi Patres a quibus descendimus, quos per hanc paupertatis et humilitatis viam ad Dei fruitionem pervenisse novimus.

440 Et sane, ut fatear quod res est, semper plus spiritus nec non gaudii interioris vigere vidi, quando corporibus suae deesse commoditates et recreationes videntur, quam postea cum jam domum amplam habent suasque commoditates. Quantumlibet illa magna sit, quid nobis inde boni aut fructus sequitur, cum unius dumtaxat cellae usum continuo habeamus? Si illa capacissima sit et bene constructa, quid nostra interest, cum parietes nos respicere et considerare minime oporteat? Si item consideremus non esse domum quae in perpetuum nobis durare debeat, sed solum ad tam modicum tempus ac vita nostra durat (quantumlibet illa longa sit), omnia nobis quam suavissima videbuntur, scientibus, quo pauciora hic in terra habebimus, eo plura nos in illa aeternitate possessuros, in qua nobis habitacula et mansiones dantur pro amoris quo boni nostri Jesu vitam imitati fuerimus, parvitate aut magnitudine. Si haec esse principia dixerimus ad regulam B. Virginis, ejus Matris, Dominae ac Patronae nostrae, renovandam, hanc illi, quaeso, injuriam non inferamus, neve sanctis nostris Patribus qui nos praecesserunt, ut illorum vitam imitari nolumus: et, quamvis ob imbecillitatem nostram in omnibus illos imitari non possimus, in iis saltem quae ad vitae sustentationem nec prosunt nec obsunt, magna cum circumspectione procedamus necesse est; cum omnia nonnisi modicus quidam labor, isque sapidus sit, qualem eum duo illi Patres initio habebant: cumque semel generose apud nosmetipsos statuimus et proponimus illum exsuperare, omnis jam expugnata

AUCTORE
V. D. M.
D

carni quidem incommodum.
E

sed ubi spirituales affluunt deliciae.
F

AUCTORE
V. D. M.

A
fundatur die
XXVIII Novem-
bris 1568.

gnata difficultas est, cum omnis poena nonnisi modicum quid in principio sit.

441 Prima aut secunda Dominica Adventus anni hujus MDLXVIII (neque enim satis recorder utra harum Dominicarum fuerit) primum Sacrum in atriolo illo Bethlehemitico (nihil enim id mihi illo pretiosius fuisse videtur) celebratum est. Ignoscenda utique S. Virgini sua oblivio; sed resarcienda tamen ubi possumus. Dicere debuerat prima Dominica Adventus, uti potest ex libro memoriali conventus Durvelensis; in cuius libri capite, teste auctore Chronici, haec consignata fuerunt: Anno MDLXVIII die XXVIII Novembris, in loco cui nomen Durvelo fundatum est hocce B. V. de monte Carmelo monasterium; in coque regula primitiva cum suo rigore observari cepit, qualem nobis reliquerunt primi Patres nostri, cum Spiritus Sancti favore et gratia. Provinciam hanc moderante admodum Reverendo P. M. Fr. Alphonso Gonzalez, incepterunt vitam ex rigore regulae cum gratia Dei agere FF. Antonius a Jesu, Joannes a Cruce et Joseph a Christo. Domum ac sedem nobis attribuit vir illustris Raphael Megia Velasquez, dicti municipii dominus. Erectioni autem dictae domus ac monasterii consensit Illustrissimus Dominus Alvarus de Mendoza, episcopus Abulensis. Haec ibi. Redeamus ad textum Teresianum.

Transiens il-
lae Sancta
miratur pau-
peritatem.

442 Quadragesima post sequente, cum ad Tole-
tanam fundationem illac transirem, et summo mane
locum illum inviserem, reperi P. Antonium templi
januam scopis everrentem, facie ad hilaritatem quam
maxime composita, qualem is semper praefert. Cui
ego: « Quid hoc est, mi Pater? Ubinam jam est
» honor? » Qui mox subintulit, simul mirum gau-
dium quod identidem sentiebat, mihi significans:
« Maledico tempori quo cum aliquando magni feci. »
Templum autem ingrediens, mirata sum spiritus et
devotionis copiam quam ei loco Dominus indiderat:
neque ego solum, sed et duo mercatores, qui jam
inde a Methymna me illuc usque comitati erant,
meique fautores erant, identidem plorabant: omnia
quippe undique crucibus et craniis mortuorum
plena erant. Numquam vero mihi memoria excidit
parva quaedam crux e ligno sculpta, juxta aquae be-
nedictae vasculum, cui chartacea quaedam imago
Christi crucifixi annexa erat, quod majorem exspi-
rare devotionem videbatur quam si e re pretiosa et
artificiosissime confecta fuisset. Chorus erat spatium
illud intermedium quod in medio utcumque altum
erat, ut in eo Horas recitare possent; sed ingre-
dientes atque in eo Sacrum audituros valde sese
inclinare oportebat. Duo ibi habebant in angellis
versus templum porrectis eremitoriola, in quibus
nonnisi sedentes aut humi abjecti agere poterant,
feno repleta; namque et locus admodum erat
frigidus et tectum capiti pene imminabat. Duas
inibi altare respicientes habebant fenestellas, et duo
saxa in usum cervicalis; suas quoque illie habebant
cruces et crania.

petitum

443 Intellexi illos, dictis Matutinis, usque ad
Primam inde non discedere, sed illic in oratione,
quam satis prolixam instituebant, permanere; et
nonnunquam factum ut, quando ad Primam ibant,
per altam nivem cum vestibis suis incederent, nec
tamen eam senserint. Horas suas cum alio quodam
Patre Ordinis mitigati, qui, ut cum illis habitaret,
illuc concesserat (esto non mutasset habitum, quod
esset valetudinis satis imbecillis), et alio quodam
fratre juvene, qui Ordinibus sacris initiatus non-
dum erat, quique etiam ibidem agebat, recitabant.
Ad multa loca vicina, quae doctoribus et doctrina
destituta erant, praedicatum excurrabant; unde et

ob hanc causam gavisa sum domum illam ibidem
constitutam esse, quod videlicet intellexi, nec ibi in
vicinia monasterium ullum esse, nec ejus habendi
spem ullam apparere. Quod certe res vere deplo-
randa erat.

444 Tantam autem brevi tempore sibi apud
rurales auctoritatem compararant, ut, cum primum
id cognovi, maximae mihi id consolationis fuerit
ocasio. Ibant, ut jam dixi, ad conciones habendas,
ad sesquileucam, vel etiam duas, nudipedes (nam
tunc non gestabant celones aut sandalia, quos postea
primum jussi sunt induere) per densas nives et
summo in frigore; et, postquam die toto concioni-
bus habendis et Confessionibus excipiendis vacas-
sent, nonnisi ad vesperam domum, cibum aliquem
sumpturi, revertebantur. Quod autem inde sentie-
bant gaudium ac voluptas omnia illis parva et mo-
dica videri faciebat. Victui necessaria satis iis sup-
petebant: nam e locis circumcirca positae plus eis
ciborum adferebatur quam opus haberent; quin et
viri nonnulli nobiles, in locis et pagis illis agentes,
Confessionis gratia eos accedebant; qui simul jam
tum commodiores domos et melius sitas iis offere-
bant.

et etiam apo-
stolicum sociu-
rum

445 Inter alios fuit quidam Ludovicus, quinque
oppidorum toparcha. Aedificarat hic sacellum ima-
gini cuidam Beatissimae Virginis, quae certe venera-
tione et honore omni quam dignissima erat, quam-
que pater ejus e Belgio ad illius aviam aut matrem
(neque enim satis recorder) per quemdam merca-
torem miserat. Usque adeo porro is erga eam affec-
tus fuit ut multis eam annis domi suae asservavit,
quin et postea in hora mortis ad se deferri jussit.
Est magna quaedam tabella, qua, mea vita, nihil vidi
aut melius aut elegantius; quod et alii permulti
mecum testantur. Porro P. Antonius a Jesu, cum,
Ludovico petente, ad locum praedictum concessis-
set et imaginem illam coram vidisset, ita erga eam
affici cepit (et non sine ratione) ut non abnueret
monasterium illuc transferre (loco nomen Man-
cera), esto aquae putealis laboraret penuria, nec
ulla ejus ibi habendae ratio suppetere videretur.
Ludovicus autem parvum eis (pro ratione vocatio-
nis et professionis ipsorum) monasterium condidit;
quin et templo ornamenta addidit, omniaque bene
perfecit.

Transmi-
grant in Man-
ceram.

446 Nolo vero hic omittere referre qua Dominus
ratione aquam ipsis dederit, quia pro miraculo res
habita fuit. Cum enim quadam die P. Antonius, qui
priorem agebat, cum Fratribus suis post cenam in
claustrum loqueretur, ac de aquae quo laborabant
defectu sermonem misceret, ecce tibi subito exsur-
gens, eo quem in manibus habebat scipione quadam
in parte areae signum crucis efformavit (ut mihi
quidem videtur; nam modo non satis bene recorder
an eo crucem fecerit: saltem baculo ipso signavit
locum) dicens: « Jam hic effodito. » Vix aliquan-
tulum terrae effoderant, cum tantum aquae subito
prorupit, ut nequidem ad emundandum puteum jam
ejus vis queat inhiberi: est autem haec aqua sapi-
dissima et potui accommodatissima; nam toto eo
tempore quo aedificatum est, inde aqua petita fuit,
et numquam (uti dixi) puteus evacuatur. Postea-
quam vero hortum quemdam muro inclusissent,
aquam in eo habere conati sunt ac varias scrobes
in eo fecerunt, multum pecuniae impendentes, et
tamen hactenus (post omnem operam) eam invenire
non potuerunt.

Ab aquam
modo modo in-
venit.

447 Ut ergo domunculam illam, in qua paulo
ante vix habitari poterat, talem spirare devotio-
nem vidi, ut, quocumque meos oculos converterem,
viderem quae me aedificabant, simul et audiui quam
primi

Attamen Dur-
velum.

A primi illi vivendi normam tenerent, nec non quomodo mortificationi et orationi insisterent, et quam bonum omnibus exemplum darent (ibi namque me invisum venero vir quidam nobilis ejusque uxor, quos noveram, quique vicino quodam in pago comorabantur; ac multa de illorum sanctitate, nec non de fructu eximio quem inter homines pagi illius faciebant, mihi referebant), gratiis Domino agendis minime satiabar; idque cum maximo quodam cordis gaudio, quod jam tum initia quaedam data viderem rei quæ ad incrementum Ordinis nostri et insigne Domini obsequium mirifice faceret.

ubi rigidiorē
vitam tum
fervido anspici-
bant,

448 Dignetur illius Majestas eam, prout quidem jam procedit, ulterius semper promovere: nam tunc cogitatio et conceptus meus verissimus erit. Qui mecum venerant mercatores dicebant quod pro toto mundo nollent non venisse mecum. Quanta res est virtus, ut magis illis placeret hæc paupertas quam omnes quas ipsi possidebant divitiæ, et hæc quoque animum eorum satiarit et consolata sit! Postquam autem Patres illi et ego de rebus nonnullis tractassemus, eos imprimis quam studiosissime rogavi (prout quidem ipsa sum debilis et improba) ut in austeritatibus subeundis tam in se rigidi non essent quam erant: metuebam enim ne quod tot mihi votis et orationibus apud Dominum constitisset, aliquem scilicet ut mihi ipse daret qui rem auspicaretur, quodque jam tam bene procedebat, penitus concideret, cacodæmone illos ante conficiendi et subvertendi medium quærente quam quod ipsa conceperam et sperabam, ad exitum perduceretur: sed, quod imperfecta et parvæ essem fidei, non cogitabam id esse opus Dei, ejusque Majestatem id promoturam. At illi (quod haberent ea quæ mihi deerant) mea verba, ad exercitia sua intermittenda, parum morabantur. Unde maxima cum animi consolatione inde discessi, tametsi pares, et eas quas tam ingens opus promerebatur, Deo gratias non agerem. Dehinc Majestas ejus (quæ illius est bonitas) ut aliquod ei e multis illis quæ ei debeo, obsequium rependere digna sim. Amen. Etenim satis intelligebam hanc multo majorem gratiam esse quam illam, quam, ut monialium conventus erigerentur, mihi præstitit.

postmodum
repetierunt S.
Matris Teresie
fili.

449 A quibusdam scriptoribus creditur Gonzalezius provincialis initium conventus Durvelensis sua præsentia cohonestasse: alii vero tradunt eum, facta jam ab aliquanto tempore foundatione, illuc primum accessisse; atque, impertita ingenti cum animi gaudio novæ habitationi paterna benedictione, prioratum P. Antonio a Jesu, subprioratum cum magisterio novitiorum S. Joanni a Cruce, rei domesticæ curam F. Josepho a Christo (illi qui postea ad mitigatam Carmeli regulam rediit) commisisse. Quod vero pertinet ad transmigrationem e Durvelensi in Manceranum conventum, quæ contigit XI Junii 1570 (Chron. lib. II, c. XXXIX), ea satis ample pro nostro instituto a S. Teresia modo per transennam narrata est, et porro a Ribera narrabitur (lib. III, c. II). Altera transitio quæ Mancera Abulam facta est anno 1600 (Chron. lib. X, c. XXXI), item redintegratio primi conventus Durvelensis anno 1637 (Ibid. lib. II, c. XI et lib. XX, c. XXXIV) prorsus extra limites hujus nostri Commentarii sitæ sunt; et opportunius, si ita videbitur, ad Vitam S. Joannis a Cruce poterunt afferri. Hinc tamen cave deduxeris a me innui S. Joanni a Cruce potius quam S. Teresie reformationem virorum sui Ordinis primario adscribendam esse: quandoquidem, vel per ea quæ hactenus vidimus, extra omnem est controversiam S. Virginis insignem hanc gloriam competere. Equidem sic censeo: S. Teresiam Ordinis Carmeli, tam

virorum quam mulierum, Instauratricem dici posse ac debere; S. Joannem a Cruce præcipuum comitem S. Matri divinitus fuisse datum, ut quam ipsa (Brevariarii Romani verba sunt) inter Sorores primævam Carmeli Ordinis observantiam instauraverat, eandem et inter Fratres, Joanne adiutore, restitueret; eundem item S. Joannem primum Carmelitam Excalceatum fuisse, siquidem ante alios omnes Durvelense cœnobium incolere cepit ac regulam primitivam ibi observare; Patrem denique Antonium de Heredia sive a Jesu, quod primus S. Teresie se obtulit (prout legimus num. 418), non immerito virorum sui ordinis πρωτόκλητον dici, quo titulo Græci S. Andream inter Apostolos distinguunt.

AUCTORE
V. D. M.
D

§ XXV. Ad quintum virginum suarum monasterium Toleti stabiliendum, Sancta amplius annum cum omnimodis difficultatibus luctatur: demum victrix inde abit.

Sequitur nunc fundatio conventus monialium Toletani; cujus occasionem refert Sancta initio capituli sui XV, his verbis: Commorabatur Toleti mercator quidam honorabilis atque egregius Dei famulus, qui hactenus inire matrimonium noluerat, sed vitam Christiano cumprimis dignam agebat, veritatis et honestatis cultor acerrimus, et nullum nisi licitum commercium inire volens. Propositum hic habebat non alio scopo aut intentione opes coacervare quam ut ex iis quoddam Deo gratissimum opus excitaret. Nomen vero illi erat Martinus Ramirez. Hunc ergo morti jam vicinum Paulus Hernandez, Societatis Jesu sacerdos (quo ego confessario, cum Toleti agerem, ad Malagensem foundationem properans, usa eram), ubi hoc intellexit, invisit: et, quod Toleti Excalceatis monialibus erigi condique cœnobium cumprimis cuperet, ei quantum hoc ad divinum obsequium futurum esset, ostendit; addidit præterea eos quos fundare decreverat sacellanos et capellanas in isthoc monasterio fundari posse, ibidemque certas quasdam solemnitates, et reliqua omnia quæ cuidam urbis illius paræciæ legare et fundare constituerat, haud incommode posse celebrari. Ea porro ipsius fuit ægritudo, ut, cum sibi tempus ad hæc constituenda necessarium minime suffecturum crederet, rem omnem fratri suo Alphonso Alvarez Ramirez, viro prudenti, religioso, sincero atque in egenos profuso, et rationis præscriptum in omnibus sequenti (quæ ei dare elogia merito et vere possum, utpote testis oculata, quod sæpius cum eodem egerim), commiserit. Martino porro ex hac vita decedente, adhuc Vallisoletana in foundatione occupata eram: ubi mihi Patris Pauli Hernandez et Alphonsi Alvarez litteræ sunt redditæ, quibus me omnium quæ peracta erant certiore reddebant, et, si foundationem acceptare Toletanam vellem, Toletum ut me quam primum conferrem, invitarent: quamobrem post paulo quam domus Vallisoletana concinnata esset, illuc excurri.

Cum v. Marti-
ni Ramirez
defuncti va-
luntate.

451 Bina de quibus loquitur littera S. Fundatrici redditæ sunt exeunte Novembri vel ineunte Decembri anni 1568. Sed, cum esset eo tempore Vallisoleti

curantibus
duobus e Sor.
Jesu Patribus,

AUCTORE
V. D. M.

A leti multis distenta negotiis et insuper febrī laboraret, illico Toletum ire non potuit. Hanc ob rem procuracionem destinavit ad rectorem collegii S. J. Toletani et ad P. Paulum Hernandez, in hac verba: Dico ego Teresia a Jesu, priorissa ad S. Joseph Abulæ, quandoquidem Reverendissimus Generalis Magister Fr. Joannes Baptista Rubeus concessit mihi amplissimam facultatem fundandi admittendique monasteria primitivi hujus ac sacri Ordinis B. V. de monte Carmelo: cum acceperim esse in urbe Toletum, movente divina gratia atque adjuvante Sacratissima Virgine Patrona nostra, largiri cupiunt dicto Ordini domum cum ecclesia et quatuor saccellanis rebusque ad ecclesiae hujusmodi usum necessariis; cumque intelligam spectare hoc ad Domini nostri obsequium ac laudem: ideo, subscripto nomine meo, dico me eam oblationem accipere, utpote caritatis tantæ et eleemosynæ opus. Dum vero oportebit aliquam, ut assolet, de hoc negotio pactionem fieri, si quidem voluerint P. Præpositus et P. Paulus Hernandez pro sua in me caritate rei curam in se suscipere, jam nunc me obstringo ad exequendum quidquid statuerint illi Patres, vel, si ipsi noluerint, quicumque alii ad hoc per illos fuerint deputati; ne longiorem moram negotium patiat, donec Deo placebit ut ego ipsa illuc me conferam. Et quia hæc mea est voluntas, ideo, subscripto meo nomine, spondeo me rem perfecturam. Factum Vallisoleti die vii mensis Decembris 1568. Teresia a Jesu, priorissa ad S. Joseph Abulæ, Carmelitana.

monasterium
S. Teresiae at-
tribuendum
esset.

B 452 Sexto post die, nempe festo S. Luciae, litteras Toletum scripsit (ut modo memoravi num. 431) ad Aloisiam de la Cerda, quibus inter cætera petebat ut nobilis ea matrona apud magistratum pro se intercederet. Interim Patribus S. J. convenerat cum Alphonso Ramirez ut jus patronatus novi monasterii cederet cuidam ejus nepoti, filio Didaci Ortiz et Franciscæ Ramirez. Quod ubi Sancta ex P. Hernandezio didicit, die ix Januarii 1569 litteras ad Ortizium dedit perquam comes atque urbanas (tom. I, epist. 37), quas integras legere non erit abs re nec injucundum: Spiritus S. sit semper in anima tua ac tibi sanctum amorem et timorem suum impertiatur. Amen. Scripsit mihi P. Doctor Paulus Hernandez de gratia atque eleemosyna qua me dignaris, nempe paratum iri a te sacro huic Ordini domum. Equidem pro certo habeo animum tuum a Domino nostro et gloriosa ejus Matre, Patrona mea ac Domina, permotum fuisse ad opus tam sanctum; ex quo spero fore ut multum summæ Majestati obsequium, tibi vero ingens bonorum spiritualium lucrum redundet. Faxit Deus id quod ego et omnes sorores meæ pro te petimus atque universus deinceps Ordo petet. Magnam sane ex ista re cepi voluptatem; unde summopere cupio te coram agnoscere, ut me tibi præsens ancillam, quomodo nunc absens facio, offeram.

ipsa, sicut per
litteras Didaci
Ortizio

C 453 Dignatus est Dominus febres a me discutere: et jam qua possum diligentia huic domui apte disponendæ allaboro; adeoque puto, Deo adjuvante, brevi id finiendum. Spondeo autem tibi me ne vel minimum temporis punctum esse cunctaturam, sed protinus Toletum venturam, neglecta imo valetudine, si forte febres redierint. Equum est enim ut, dum tu nihil non facis, ego vice mea aliquantillum saltem operæ ac laboris conferam; quandoquidem nobis aliud procurandum non est quam ut aliquid patiamur, nobis, inquam, illum imitari cupientibus qui totam vitam in doloribus, licet immerens, transegit. Dein neque hanc solam utilitatem ex isthoc negotio capiam. Scripsit enim ad me

P. Paulus Hernandez, cum te virum esse cujus **D** amicitia valde mihi proficua futura sit. Equidem quod hactenus me sustinuerim, id aliorum precibus debeo: quare per Deum te obsecro ne mei in tuis precibus obliviscare. Spem habeo, ni Deus aliter ordinauerit, fore ut istuc veniam cum tardissime secunda hebdomade Quadragesimæ. Cum enim obeunda mihi sint monasteria quæ ultimis hisce annis, Deo propitio, fundata sunt, quamquam ex iis quam citissime me expediam, tamen aliquot dies in iis me agere necesse est. Erunt tamen dies illi quoad fieri poterit paucissimi, tum quia tu id cupis, tum etiam quia monasteria illa tam bene ordinata et composita jam sunt ut vix quidquam habeam quod illic agam, nisi ut admirer et Deum Dominum nostrum laudem. Ducat te superna dextera in omnibus viis tuis, et vitam tibi præstet et salutem cum gratiæ augmento quod tibi exopto.

454 His litteris subnectenda videtur pars aliarum **E** litterarum quas XIX Febr. Sancta scripsit ad Alphonsum Ramirez: Spiritus Sanctus sit tecum ac tibi remuneretur consolationem quam tua mihi dedisti epistola. Tabularius tuus peropportune mihi adfuit, sollicitè nimirum quærenti viam aliquam ad te scribendi de rebus meis: quo equidem in officio non facile patior meam a te solertiam desiderari. . . . Quæso autem ne de domo emenda quidquam constituas donec ego venero. Vellem enim ut nostro proposito esset aptissima; siquidem tu et beatus ille, qui cæli gloria jam gaudet, tali nos eleemosyna dignati fuistis. Quod ad licentias attinet, regis quidem licentiam cum Deo bene juvante facile adipiscar; tametsi non sine aliquo labore. Etenim experientia novi quam ægre cacodæmon domos hujusmodi patiat, quantumque propter eas in nos sæviat: sed, cum Deum habeamus qui omnia potest, nequam ille hostis cum probro et ignominia recedere cogitur. Pertulimus in hac civitate vexationem gravissimam, eamque a viris summatibus: verum ea jam omnis depulsa est. Tu interim cave existimes Deum nil aliud a te requisitum præter id quod nunc cogitas. Imo vero multa plura requireret: solet enim hanc pro bonis operibus mercedem reddere, exigendo scilicet ut majora faciamus. Quippe dare pecuniam parvum quid est et parum laboriosum: sed quando et tu et gener tuus et nos omnes, quotquot operam dabimus isti foundationi, lapidibus obruemur (id quod parum abfuit quin Abulæ fieret, dum S. Josephi cœnobium exstruximus); tum denique præclare nobiscum agatur, et nedum damni aliquid, imo potius multum lucri monasterio et nobis ipsis inde obveniet. Cæterum negotium isthoc eo modo dirigat Deus quo scit fore optimum: tu vero ne sis sollicitus.

et Alphonso
Ramirezio

455 Doleo Patrem illum meum (Paulum Hernandez) istinc abiisse: si opus fuerit, curabimus ut revertatur. Denique manum operi jam admovit diabolus. Sint laudes Deo, qui utique non deerit nobis, modo nos ei ne desimus. Sane magna tui videndi cupiditate teneor, non solum quia spero id mihi plurimo solatio fore, sed ut humanissimis tuis litteris coram respondere queam. Faxit Deus ut te et generum tuum omni ex parte salvos inveniam. Commendo me utriusque vestrum precibus: quibus vide quantopere necesse habeam ad iter istud suscipiendum, pessima hac qua utor valetudine; quamquam in febrim non amplius recidi. Cæterum cura mihi erit, imo jam est, de rebus quas mihi mandas: eadem etiam his sororibus meis erit, quæ quidem omnes volunt se tibi commendatas. Teneat te Dominus semper dextera sua. Amen. (tom. I, epist. 38).

spoponderat,

456 Duobus post diebus quam has litteras scripserat,

post breves
aliquot in alia
loco expositus

A pserat, nimirum die XXI Februarii, quæ erat feria secunda Quinquagesimæ, S. Mater, Vallisoletæ relicto, primam Methymnam Campestræ petiit; dein, inchoato jam Quadragesimali jejuniis, Durcelum (ut vidimus num. 442); posthæc Abulam, ubi per dies aliquot morata est in primo suo conventu S. Josephi. Inde profecta Toletum est ad medium mensem Martium, comitibus Gonzalvo de Aranda, presbytero Abulensi, et duabus sororibus professis, Isabella a S. Dominico et Isabella a S. Paulo. Iter illis erat per urbem Madritum; ubi jam antea (nempe cum Methymna Complutum iret, ut narrat Ribera lib. II, c. V) integrum pene Novembrem anni 1567 transegerat, duplici illis usa hospitio, primo nimirum aula Eleonoræ Mascarenæ, dein regio monasterio virginum S. Claræ Excalceatarum, fundato a serenissima principe Joanna, sorore Philippi II regis. Atque ea quidem occasione, dum apud Mascareniam ageret, opinionem de sua sanctitate, a primariis regni matronis præconceptam, singulari humilitatis industria eludere tentaverat. Nempe, cum aliæ tanquam rerum spiritualium peritissimam multa rogarent, aliæ dubia proponerent solvenda, aliæ etiam urgerent ut futura prædiceret; fertur Teresia, nihil has morata questiones, post acceptas redditasque summa urbanitate salutationes, exclamasse: Quam pulchras Madritum plateas habet! ac mox expectationem curiosarum feminarum fefellisse sermonibus tam vulgaris argumenti ut nonnullæ, quippe minus perspicaces, cogitare apud se ceperint forsitan satis bonam esse monialem, sed Sanctam esse certo non posse, quæ sic et talibus de rebus fabularetur.

Madrito Toletum
advenit:

B 457 Non perinde deceperat S. Mater moniales S. Claræ earumque abbatissam Joannam, S. Francisci Borgia ex eodem patre sororem. Hæ nempe, postquam rogatu regis principis Joannæ quindecim dies apud eas Teresia transegerat, gratias ingentes reddiderant Deo quod sibi talem Sanctam, qualem omnes imitari possent, ostendisset; quippe quæ vesceretur et dormiret et loqueretur ut cæteræ, neque affectatione aut artificiiis uteretur: hunc esse plane Domini spiritum, quia sincerus esset ac candidus, qualem ipse Jesus, dum in terris ageret, præ se ferre consuesset. Porro quam anno 1567, occasione quam dixi, Teresia contraxerat cum regis sorore amicitiam, eandem hoc anno 1569, quando iterum Madritum venit, uti modo dicere cæpi, arctius constrinxit. Quin etiam, testante Chronico (lib. II, c. XXIII, n. 7), monita instinctu Dei scripta Joannæ tradidit, ad regem Philippum deferenda. Quæ cum religiosissimus princeps cum intimis animi sui sensibus plane congruere deprehendisset, Virginem videre ac coram alloqui vehementer desideravit. Sed illa jam Madrito excesserat, Toletum properans: quo pervenit XXIV Martii, uti indicat in litteris paulo post missis ad Mariam de Mendoza (tom. IV, epist. 13), et in capite XV Foundationum, quod nunc pergam describere.

ubi in Alotia
Cerdæ ad-
luit,

C 458 Pridie autem festi Annuntiationis Deiparæ Virginis Toletum veniens, ad D. Aloisiam de la Cerda diverti, uti et diverti alias, cum ad Malagonensem foundationem abirem. Perhumaniter et hilariter ab illa excepta fui; quam maxime enim erga me afficitur. Duas mecum comites e conventu Abulensi, eximias Dei ancillas, duxeram; quibus mox secretum ac privatum de more attributum cubiculum, in quo nostris, prout in monasterio solebamus, exercitiis sine turba vacarem. Ergo nihil cunctandum rata, cum Alphonso Alvarez quamprimum de rebus oli quas illuc veneram, tractare cæpi, nec non cum ejus genero Didaco Ortizio; qui, tametsi vitæ probæ esset et in theologicis versatus, senten-

tia suæ erat multo quam Alphonsus Alvarez tenacior, nec tam cito, atque ille, rationi cedebat. Quare multas mihi conditiones proposuerunt, in quas consentire mihi parum æquum videbatur. Interim dum pacisci pergimus et aliam domum conducibilem quærimus, ut sic aliquatenus possessionem adiremus, nullam post diligentem inquisitionem aptam convenientemque invenimus.

459 Adhæc ab urbis gubernatore monasterii excitandi facultatem impetrare non potui (neque enim ea tempestate archiepiscopum ea urbs habebat), esto eam quam studiosissime efflagitarent hinc Aloisia de la Cerda, hinc vir nobilitate insignis, Toletanæ ecclesiæ canonicus Petrus Manrique, supremi Castellæ præfecti filius, qui excellens Dei famulus erat et etiamnum est (adhuc enim in vivis agit) et, esto valetudinis parum firmæ esset, aliquot postquam conventus hic fundatus esset annis, Societati Jesu sese dicavit, in qua etiamnum agit. Hoc certe illo in loco permultum fuit, quod iudicio is valeret et auctoritate: nulla tamen impetrari licentia potuit; nam, tametsi gubernator jam nonnihil mitigatus esset ac lenius ageret, curiæ archiepiscopalis assessores se summa contentione opponebant. Præterea alia ex parte cum Alphonso Alvarezio, impediens genero (cui ille rem totam commiserat), transigere non potui: quare a conveniendo paciscendoque tandem penitus abstinui. Nesciebam ergo quid agerem aut quo me verterem, quod aliam ob causam illuc non venissem; ac videbam insigni mihi futurum probro, si re infecta inde abirem.

460 Nihil vero me affligebat magis quam denegata superiorum facultas: hac namque habita et possessione adita, Deo freta, reliqua ex voto mihi cessura sperabam, quemadmodum aliis in locis cesserant. Quare loci præfectum convenire statui; hacque de causa in quoddam ædibus illius vicinum templum concedens, misso nuntio illum, ne ad mecum colloquendum illuc venire gravaretur, invitavi. Jam duo et amplius menses in rei confectione transactioneque effluxerant, et quotidie res in deterius cedebat. Ut ergo is constituto adfuit loco, in hæc illum verba compellavi: « Durissimum videri et » indignum, mulieres quasdam illuc venisse, quæ » solius Dei causa summum vitæ rigorem, perfe- » ctionem, solitudinem et clausuram sectarentur, et » eos qui horum nihil præstarent, sed potius vitæ » delicias affectarentur, opus gloriæ Dei in tantum » promovendæ institutum subvertere conari. » His aliisque id genus verbis, quæ mira quadam libertate ac fidentia, quantam quidem Dominus mihi indebat, in medium attuli, ita præfectum permovi, ut is, antequam templo digrederetur, facultatem concesserit. Ita autem me hæc exhilaravit ut jam tum omnia me consecutam arbitrarer, cum tamen nihil omnino haberem: nam quam possidebam pecuniam, tribus ea quatuorve ad summum constabat aureis; quibus duas in tela pictas imagines (nam nullam, quam in altari ponerem, habebam imaginem), duas item culcitræ stramineas ac lodicem coemi. De domo inveniendi nulla omnino spes erat; et quæ cum Alphonso Alvarezio ineunda erat conventio, jam prorsus conciderat.

461 Habebat per idem tempus Toleti mercator quidam mihi peramicus et cœlebs, officiis caritatis erga carcere clausos et alios egenos exercendæ addictissimus, Alphonsus de Avila cognomento. Hic mihi dixerat de domo ut minime laborarem, se enim de ea mihi prospecturum. Sed is mox in ægritudinem incidit. Paucis ante diebus Toletum Frater quidam ex Ordine Minorum, Martinus a Cruce appellatus, vir

AUCTORE
V. D. M.

propter exor-
tas adversus
foundationem
difficultates,

trimestre pene
spatium exi-
git;

F

donec opera
pii juvenis,
nomine An-
dradi,

AUCTORE
V. D. M.

A singularis sanctitatis, appulerat: aliquot autem illic diebus haesit, cumque jam discessurus esset, juvenem quendam, cui is a Confessionibus erat, nomine Andradium, nullarum opum, imo satis pauperem, ad me misit, huicque in mandatis dedit ut faceret quaecumque ego ei facienda praescriberem. Quadam die cum Sacro interesset, me est allocutus, et quae sibi a viro illo sancto referre injuncta erant, ex ordine retulit; scilicet certa essem se quaecumque posset meo nomine facturum, quamquam non aliter quam semetipso solo nobis favere et opitulari posset. Equidem illi hoc nomine gratias egi; verum ridere ego et sociae meae copimus, videntes quem nobis sanctus vir adiutorem et auxiliatorem destinasset: etenim neque ob exteriorem vestitum ac schema accommodus videbatur ut cum Excalceatis monialibus ageret. Ergo, cum me quidem facultatem habere cernerem, sed non hominem qui mihi opitularetur, nesciebam quid ultra agerem aut cui me commendarem.

a P. Martino
a Cruce Ord.
Min. submis-
si.

B 462 Venit igitur mihi in mentem adolescentis illius quem F. Martinus a Cruce ad me alias destinavit; et hoc comitibus meis consilium aperui. Illae me non parum risere, et ne id facerem dissuaserunt; neque enim id aliud fore quam rem omnibus patefacere et divulgare. Equidem illis auscultare in hoc nolui; confidebam enim fore ut (quod ab illo viro Dei missus esset) saltem aliquid praestaret, neque id sine mysterio factum esse: unde ei ad me evocato (rem ut celaret, quam maxime injungens) quidquid rerum ageretur aperui; ac propterea cum rogavi domum mihi conquireret, fidejussorem pro pretio elocationis me procuraturam. Cui rei bonum Alphonsum de Avila, quem in morbum incidisse paulo ante commemoravi, destinabam. Valde facile id illi visum est, seque domum diligentissime conquisitum spondit.

domum hanc
deus satis com-
modam

C 463 Ecce autem postridie mane, cum apud Patres Societatis Jesu Sacrum Missae Sacrificium audirem, is me venit allocutus, seque jam domum invenisse nuntiat, ejusque claves penes se habere, illamque non admodum procul hinc abesse, quare eam visum abiremus; quod et fecimus: adeo autem ea bona et commoda fuit ut anno prope toto in ea habitaverimus. Saepenumero apud memetipsam, cum foundationis hujus recorder, divinae providentiae arcana demiror; quod pene trimestri spatio (saltem plus quam bimestri; neque enim satis recorder) tota passim assiduoque quaeritantes urbe viri tam opulenti (quasi nullae usquam in urbe domus fuissent) numquam eam invenire potuerint: et ecce mox ut venit adolescens hic satis tenuis et inops, Domino volente, quamprimum aliquam invenit; cumque sine ullo labore fundatio peragi posset, uti quidem fieri poterat, si cum Alphonso Alvarez convenissemus, hanc Deus transactionem non fieri voluit, verum ut isthaec fundatio cum paupertate et laboribus perageretur.

conductio
jure nancisci-
tur.

464 Ut ergo placuit mihi domus, quamprimum operam dedi ut ejus caperetur possessio, antequam in illa quid adaptaretur, ne quod postea obstaculum aut remora intercurreret. Et non multo post Andradius praedictus mihi significatum venit, eo die domum vacuum a conductoribus fore; itaque nostram eo suppellectilem transferremus. Dixi ei non multum nobis transferendum fore; etenim aliud nos non habere quam duas culcitrae et lodicem unam. Quod ille audiens, haud dubie miratus est; unde et sodalibus meis grave fuit hoc me illi aperuisse: rogabant enim cur id dixissem; nam fore ut is, viso nos ita pauperes esse, nos amplius adjuvare nollet. Ego ad hoc non attendi: ipse quoque Andra-

D dius parum id curavit; nam qui hanc illi voluntatem dabat, eam etiam in eo ulterius promoturus et adaucturus erat, quoadusque opus suum ad exitum perductum esset. Et vere ita fuit: nam adeo se navum sedulumque praestitit, domum concinnando et operas fabriles adducendo, ut nihil in eo nobis concedere videretur.

465 Ornamenta Sacro dicendo necessaria mutuo cum petiissimus, post solis occasum cum quodam officiali, praesonante nola, quarum est ad elevationem salutaris Hostiae in Missa usus (quod aliam non haberemus), domum adivimus, ejusdem primum possessionem capturae. Cumque magno cum timore tota nocte eam instaurassemus et accommodassemus, locum sacrario parando commodum non habuimus, nisi forte atrium quoddam, in quod non nisi per aliam domunculam vicinam, quam mulieres aliquot incolebant et quae nobis etiam fuerat locata, patebat aditus. Omnibus ergo jam paratis, cum primum discesceret (nihil autem illis mulieribus indicare ausae eramus, ne forte nos illae prodicerent), portam aperire coepimus, quae erat parietis cujusdam lutei, per quem in parvum quoddam atrium ibatur. Ut vero illae audire fragores, illico strato se (nam dormiebant adhuc) consternatae proripiunt, et vix verbis multis placari potuerunt. At, cum hora Sacri dicendi jam advenisset, esto nobis initio adversarentur illae, nullum tamen tunc nobis facessivere negotium: cumque vidissent quam de causa id factum esset, Domino eas placante, mitiores se praebuerunt.

466 Postea vero vidi quam male fecissemus: nam ob mentis absorptionem quam primum Deus immittit, ut opus executioni illico mandetur, non advertimus ad incommoda quae subinde proveniunt. Cum ergo aedium domina intellexit domum suam in templum transisse (utpote vidua viri qui majoratum habebat), majus nobis obortum est negotium. Quippe omnimodis rem impedire et obstare conata est. Sed quod putaret nos eam, siquidem placeret, caro empturas, tandem, Domino volente, turbare desiit. Postquam vero curiae archiepiscopalis consilarii rescivere monasterium ejus condendi ante ipsi pernegarent potestatem, re ipsa jam coaluisse, maxime indignati sunt, et frementes ad quemdam e primariis ecclesiasticis (quem mei ipsa propositi clanculo participem consciumque reddideram) abire, consulturi quid sibi faciendum et statuendum esset: etenim praefectus post datam mihi facultatem urbe tunc temporis, suscepto itinere, aberat. Ut ergo ad eum quem dixi virum venire, tantam mulierculae audaciam apud illum exaggerantes, quae ipsis invitis et refragantibus novum monasterium construeret, is se gessit quasi nihil horum sciret; et, quam optime potuit, illos placavit, id ipsum aliis etiam locis me fecisse asserens; nec vero credibile videri me sine necessariis litteris opus hoc inchoasse. Hi vero (nescio ad quot dies) sub excommunicationis anathemate Sacra in templo nostro peragi vetuerunt, quoadusque factae potestatis litterae exhiberentur. Equidem benigne eis respondi, illorum me jussis dicens parituram; etsi ipsis alioqui morem gerere hac in re minime obligarer. Ergo Petrum Manrique (illum, inquam, quem dixi, virum nobilem) obsecravi, consiliarios ut adiret, et quas habebam litteras depromeret. Is vero eos placavit, eo potissimum quod jam res confecta esset; alioquin non parum nobis laboris subeundum fuisset.

467 Aliquot diebus non aliam suppellectilem habuimus quam duas illas culcitrae et lodicem, et primo etiam die ne tantum quidem ligni quantum sardae aut haleculae assandae sufficeret; et nescio quoniam

equid, uti huius-
modi

non sine nonis
obstaculis

F

et magna cum
paupertate.

A quemnam deinde Dominus emoverit ut in templo ligni fascem poneret, quo necessitati nostrae succurreret. Noctu aliquantulum frigoris sentiebamus, esto illa lodice et spissioribus quae gestamus palliis nos tegeremus, quae non raro nobis ad hoc usui sunt. Incredibile forte cuiquam videatur, quod, cum in opulenta Aloisia, quae tam amice me habebat, domo egissemus, tanta tamen in paupertate viveremus. Quid in causa sit nescio; nisi forte quod voluerit nos Dominus reipsa ibi experiri quantum in virtute hac boni situm sit. Equidem nihil ab ipsa petivi: ab omni enim molestia inferenda ulloque gravando alienissima sum. Forsitan hoc ipsa non animadvertit: plus namque quam nobis dare posset, ei debeo. Nobis certe id quam praeclarissime cessit et in lucrum: nam quod in animo sentiebamus gaudium, alacritatem et consolationem, tam erat intensum, saepe ut mecum ipsa revolvam et recorder quosnam Dominus in ipsis virtutibus thesauros reclusos habeat.

468 Haec quam patiebamur indigentia suavam quandam in nobis (ut mihi quidem apparet) contemplationem producebat. At haec diuturna non fuit: statim enim tam ipse Alphonsus Alvarez quam alii longe in nos plura quam quidem optabamus, erogarunt. Hoc porro certum est, tantam tunc animi mei tristitiam fuisse, ut non alia esse videretur quam si multa aurea monilia habuissem, et haec omnia mihi repente ablata essent, meque omnibus destitutam viderem. Adeo scilicet grave mihi meisque sodalibus fuit paupertatem nostram jam finem habere: cum enim eas vultu subtristiore viderem et dolentes, insolitae tristitiae causam ab iis sciscitata sum, et illae dixere: « Quidnam habeamus, Mater, cum jam non amplius pauperes esse videamur? » Jam inde ab illo tempore paupertatis magnae habendae desiderium in me crevit; simul quoque quoddam mihi dominium mansit ad omnia temporalia parvi facienda; cum illorum defectus et carentia bonum interius mire adaugeat et crescere faciat, quod is certe longe aliam secum saturitatem et quietem ferat.

469 Porro iis ipsis diebus quibus cum Alphonso Alvarez de foundatione conventus agebam, plures fuere quibus ea res displicuit, mihi quoque id significabant, quod ipsum et familiam ejus illustrem et equestri esse dignitate negarent (alioqui, ut dixi, suo in statu honesti et optimi erant); addebantque, in civitate tam frequenti et copiosa ac Toletum est, fundatoris illustris mihi commoditatem minime defuturam. Ego vero parum id curabam, quia (Deo laus) pluris semper virtutem quam genus et familiam existimavi. Sed jam tum quoad hoc tam multa gubernatori dicta erant, ut non aliter is mihi hic fundandi licentiam dederit quam prout aliis in locis jam fundaram. Ego nesciebam quid agerem, quia, monasterio jam fundato, rursus de hac re agere coepere: verum, quia jam peracta res erat, primum illis sacellum assignare statui, quoad monasterium vero nihil sibi ut vindicarent, uti quidem modo est.

470 Jam vir quidam nobilis sese obtulerat, primum sibi sacellum attribui petens: cumque variae amicorum super hac re essent sententiae, et ipsa cui accederem nescirem, Dominus ipse hac in re me illuminare dignatus est: unde quadam die mihi ait quam hi stirpium et familiarum tituli in Dei iudicio parum prodesse; maximeque me reprehendit, quod auscultarem iis qui mihi de id genus rebus loquerentur: neque enim haec esse ejusmodi quae decerent nos quae jam mundum omnem despeximus. His aliisque id genus argumentis mire

confusa fui, et quod de sacello Alvarezio suisque assignando agitari coeperat, perlicere decrevi: cuius sane rei numquam me exinde poenituit. Vidimus enim ad oculum quam alioqui difficile nobis fuisset domum emere. Illius quippe subsidio et suppetiis domum illam emimus in qua modo agimus, cui paucas Toletum pares habet, ut quae duodenis aureorum steterit millibus. Quod autem is plurimas quotannis apud nos celebrandas fundavit Missas, tum monialibus ipsis, tum etiam populo permagna est consolationi. Si autem ad vanas mundi opiniones attendissemus, numquam (uti quidem intelligere possumus) tam bonam nancisci commoditatem potuissemus; gravem quoque intulissemus injuriam illi qui nobis tam libenter et grato animo beneficium et caritatem hanc contulit.

471 In alteram hanc domum, sitam e conspectu officinae monetariae, in ea urbis regione cui a S. Nicolao vocabulum est, migraverunt moniales anno 1570. Nimirum S. Mater e duplici fundatione Pastranensi (de qua sequenti paragrapho dicetur) Toletum redux fuit die XXI Julii 1569, et ibi ut plurimum sedem fixit usque ad Augustum mensem anni sequentis. Liqueat hoc primo ex epistola Limam missa XVII Januarii 1570 ad Laurentium Cepedum, in qua dicit: Nunc sum Toleti, quo veni abhinc fere anno ad pervigilium festi Deiparae mensis Martii. Digressa tamen sum ad vicum quemdam Roderici Gomez, Eboli principis; ubi fundata sunt monasteria duo, alterum Fratrum, Monialium alterum: quae quidem se habent optime. Exinde huc redii, ut ultimam manum apponam concinnandae huic domui; quae ita assurgit ut valde praeclara fore videatur. Ac valetudine quidem meliori usa praesenti hieme sum, quia admirabile est hujusce regionis caelum, etc. (tom. I, epist. 30). Secundo ex pactionibus mense Maio 1570 factis Teresiam inter et Alphonsum Ramirez ac Didacum Ortiz, quas ex Anno Teresiano (XVIII Martii, num. 3) memorat P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 68, not. 2 et tom. III, epist. 53, not. 6). Tertio ex syngrapha quadam S. Teresiae circa res temporales Joannae a Spiritu Sancto et Agnetis a S. Joanne Baptista, filiarum Didaci de San Pedro de Palma; cui syngraphae (quam vide tom. IV, epist. 54, not. 3) subscribitur: Facta in S. Joseph Toleti XI Augusti anno MDLXX. Quarto ex testimonio P. Angeli Manrique in Vita Ven. Dei Ancillae Annae a Jesu, ubi asserit (lib. II, c. II, n. 2) S. Teresiam post Annae ingressum in monasterium S. Josephi Abulense litteras Toletum misisse, quibus juberet assumpto jam ab ea nomini Annae a S. Petro substitui alterum Annam a Jesu; eandemque Sanctam paucos post dies Toletum Abulam venisse: atque ex libro professionum monasterii Salmanticensis aliisque documentis constat Ven. Annam professam fuisse XII Octobris 1571, expletis in tirocinio, morbi cujusdam causa, duobus circiter supra annum mensibus, teste auctore Chronici (lib. II, c. XLIV, n. 5); proin ingressa in Ordinem Anna fuerit mense Augusto 1570.

472 Attamen intra illud intervallum quod ab exeunte Julio 1569 in Augustum usque 1570 protenditur, Toletum aliorum quandoque excurrit Teresia: Methymnam Campestem, Albam, iterum Methymnam, ut Ribera habet lib. II, c. VIII; dein, eodem teste, Vallisoletum, unde misit litteras ad Agnetem Nieto, XXVIII Decembris 1569 (tom. II, epist. 70); postea Pastranam, ubi Julio mense 1570 interfuit professioni FF. Ambrosii Mariani et Joannis de Miseria, prout perhibet Chronicon (lib. II, c. XLIII, n. 1 et c. XLIV, n. 7); tum fortasse tertio Methymnam, etc. His ad chronologiam figendam notatis, redeamus ad

AUCTORE
V D M
D

Sancta, mon-
plices annuum
Toleti,

E

F

quantum
non assidue,
commorata,

AUCTORE
V. D. M.
de domo, ec-
clesiæ

ea quæ de fundatione Toletana dicenda supersunt.
473 Alphonsus Ramirez ac gener ejus Didacus Ortiz, ad æquorem tandem reversi mentem, ut ex narratione Teresiana vidimus, novæ domui cum ecclesia excitandæ duodecies mille aureos e defuncti Martini opibus contulere; et convenit cum iis Sancta (ex licentia R. P. Rubei Generalis Carmelitarum, postea confirmata a visitatore apostolico P. Petro Hernandez Ord. Præd.) ut in eadem ecclesia quædam fundarentur capellani ad plurima quotannis Sacra solemniter celebranda. Plura hac super re dicuntur in variis S. Teresiae ad Alphonsum ac Didacum epistolis; e quibus hic aliqua latine certam, tam ut elucidentur ea quæ modo memoravi, tum etiam ut S. Virginis dexteritatem, maternam de suis curam, servandarum constitutionum sollicitudinem et gratum in benefactores animum nativis suis coloribus depicta conspiciat.

et capellani
ecclesiæ ante-
tendis

474 Mense Augusto 1570, quando in procinctu stabat ut Abulam peteret, sic aperit Ortizio suam quoad capellanas intentionem: Volui ut ipsi capellani tenerentur cantare diebus festivis; siquidem e nostra est constitutione ut non obligentur moniales, quippe quæ per regulam suam vel cantare possunt vel non. Nam quamvis cantus e constitutione sit, non est tamen quod eas sub ullo peccato obstringat. Tu ergo vide num fuerint a me obligandæ. Imo nulla causa est ob quam id ego unquam faxim: neque vero id tu me rogasti, nec quisquam hominum; sed tantum ut pro nostra id commoditate ita præciperem. Quod si errorem scribendo commisi, non sunt illæ ideo per vim cogendæ ad rem quæ penes liberum est earum arbitrium: et quandoquidem paratæ sunt ab obsequendum tibi et ad Sacris passim intercinendum, boni etiam, quæso, consulas si sua, dum necesse erit, libertate fruuntur. Excusatam me habe quod aliena manu scripsi: debitor enim venæ incisione, nec caput mihi ad plura sufficit. Dominus noster te custodiat (tom. III, ep. 53).

cum Ramiro-
zio et Ortizio
amicissime
pascitur.

475 Aliquandiu post, dum Albanæ incumbebat fundationi, v. Februarii 1571 ad Alphonsum Ramirez hæc scripsit: Jesus sit tecum. Si tantum otii mihi foret ad scribendum quantum tibi, essem te in hac parte diligentior. Interim Deo te commendare minime negligo. Quoniam tamen aliunde accepi de tua valetudine, minus ægre fero nihil a te dari litterarum. Faxit Deus pro sua potentia ut valeas quomodo ego opto, et ut cum Ortizio nostro et carissima Domina Francisca Ramirez plurimum perfruaris ædificio isto, ecclesia, inquam, cum capellanis, quam dicunt fore bellissimam. Laudetur Dominus in sæculum. Gaudeo apud Reverendissimum Patrem nostrum Generalem fuisse rem tam bene gestam. Sapiens plane est ac sanctus: servet illum Deus. Novit summa ejus Majestas quam libenter in ista vestra domo essem: sed ex quo istinc meavi, nulla dies abiit non valde operosa mihi. Duo, gloria Domino sit, fundata stant monasteria, quorum hoc (Albanum intelligit) minus est. Concedat Deus Optimus ut alicui sit usui. Non capio quare non transferantur (in novam ecclesiam) corpus Martini Ramirez, cui gloriam æternam apprecor atque a Deo depono. Scribe mihi, amabo te, quæ sit omissionis causa et num res ea de qua deliberatum habebas, uti me aliquando docuisti, effectum sortita sit. O quoties in pactionibus quæ hic offeruntur mihi, recordata sum vestri, vobisque benedixi, quia quæcunque semel dixeratis, ad exitum perducebantur, etiamsi per jocum dixissetis! Det Deus ut multos annos vobis fruam, utpote quos plurimum diligo in Domino. Bene faceret Ortizius,

si interdum ad me scriberet. Quando non volet, tu D præcipito ut faciat. Exosculor manus tuas et Franciscae tuæ, et me commendo parvulis istis angelis vestris. Servet illos Dominus, et præcipue patrum nostrum; ac te manu sua sustentet, et vobis omne quod supplico bonum largiatur. Amen. Est hodie v. Februarii. Joannes de Ovalle, quod obli- viscebar, plurimum vos valere jubet; nec finem facit prædicandi tua in se merita: quidni ego faciam? Quod vero Isabellam a S. Paulo tam comiter excepisti, non est quod memorem: tanta enim habeo erga te debita ut ea non possim quam Deo persolvenda committere. Sit ipse de tanta tua eleemosyna benedictus. Didaco Ortiz dicas velim ne ultra obli- viscatur statuam S. Josephi ad fores ecclesiæ po- nere (tom. II, epist. 68). Hactenus Sancta; cujus etiam epistolæ tres ad Didacum Ortiz postea missæ (tom. II, epist. 65, 66 et 67) non minus lectu dignæ sunt et pro styli epistolaris exemplis merito habendæ.

476 Cum autem successu temporis plurima monia- libus generarent incommoda institutæ in sua ecclesia capellani et festorum dierum celebritates, actum fuit anno 1594 de mutanda habitatione. Res sic con- fecta est cum Didaco Martino de Zayas, hærede Ramirezii et Ortizii, ut oratorium penes capellanos maneret, moniales vero inde transirent in domum Alphonsi Franco, sitam in foro Sancti Minaya prope nosocomium cui a Misericordia nomen est (Chron. lib. II, c. XXIV, n. 5). Verum neque hic optata quiete frui Dei ancillis licuit: tum quia tantummodo tres in universum cellas habebant, quas adeo a plu- ribus simul monialibus per diem incoli erat necesse; tum etiam quia dormitoriola, in quibus quaternæ per noctem quiescebant, tam contiguæ erant vicinorum sæcularium habitationi, ut non possent horum con- fabulationes non audire. Quare Beatrix a Jesu, filia Joannæ de Ahumada, sororis S. Teresiae, monasterio illi præposita priorissa anno 1607, alteram coemit domum, quæ olim pertinerat ad Ferdinandum de la Cerda, fratrem Aloisii sæpe a me nominatæ, et avum maternum secundi comitis de Montalcán, Joannis de Pacheco y Toledo (Chron. loc. cit. et lib. XXI, c. XXXIII, n. 18). Sita erat domus hæc in parochia S. Leocadiæ ad celebrem urbis portam vulgo dictam del Cambron. Ecclesiam ei domui adstructam ob decoras Sanctorum imagines quæ inibi visuntur, passim nec immerito laudari dicit Antonius Ponz in Itinere suo Hispanico (tom. I, carta 4, n. 19), ubi brevem earundem dat notitiam. Celebrat idem auctor (Ibid. carta 5, n. 22) elegantem faciem oratorii S. Josephi, quod vulgo oratorium Martini Ramirez vel capellanorum Martini Ramirez appellabatur (Franc. de Pisa, Descripción de Toledo, lib. 1, c. XXVIII, n. 24). Verum de fundatione Toletana satis multa: ad Pastranenses fundationes nos vertamus, quarum altera ad IX, altera ad XIII Julii 1569 per- fecta fuit.

Attamen post-
ea mutatur
monasterii si-
tus.

§ XXVI. Pastranæ, post tres menses paciscendo et pa- tiendo transactos, secun- dum virorum et sextum monialium coenobium ex- citat. Inchoatur cum visi- tatoris apostolici venia col- legium

A legium Carm. Exc. Complutense.

Principis Roderici Gomez ejusque conjux.

Rodericus Gomez de Silva, Eboli princeps, primus Pastranae dux, praefectus ararii Hispaniae atque Indiarum, regi Philippo II a consiliis rei civilis ac bellicae, etc., jam ab anno 1568, uti discimus ex epistola quadam S. Teresiae ad Franciscum de Salcedo (tom. II, epist. 56), deliberatum habebat cum conjuge sua Anna de Mendoza y la Cerda, filia Didaci Hurtado de Mendoza, principis de Melito et Francavillae ducis, ut monasterium Teresianae Reformationi, de qua ex Generali Rubeo multa praecleara audierat, in suo municipio Pastrana excitaret; et mox inde Anna principissa rem hanc apud S. Fundatricem urserat, sed frustraneo conatu; forte propterea quod illustris matrona illa, ut erat genio mobili atque imperioso, conditiones non satis aequas praestitisset. Itaque tunc quidem dissolutus omnino tractatus fuerat, nec brevi tempore renovandus videbatur. Ecce autem post aliquot menses, medio vertente anno 1569, intermissum negotium subito principissa repetiit; et S. Teresiae, nil jam tale expectanti, augendi insigniter Ordinis sui, tam virorum quam virginum numero, ansam pulcherrimam dedit: miranda sane Dei providentia; uti inficias ire nullus poterit qui rei historiam leget, quam sic texit Sancta capite XVII:

S. Teresiam accersunt Pastraniam.

478 A Toletana domo jam fundata dies decimus quintus agebatur (erat is XXVIII Maji), qui in vigiliam Pentecostes incidebat; illo porro intervallo temporis aedulae concinnandae, cancellis ferreis adaptandis, aliisque id genus operibus (quae agenda erant plurima) perficiendis multum operae impenderam: nam (sicuti ante commemoravi) anno prope toto in domo illa egimus. Cumque illis ipsis diebus ob assiduam cum operis fabrilibus discursationem mire defatigata essem; ecce, omnibus rebus jam confectis, cum mane illo ad mensam communi in coenaculo prandii causa accumberem, mihi tanta subito oborta est consolatio atque pia animi voluptas, quod omnia perfecta jam cernerem, nihilque amplius curandum restaret, et mihi curis omnibus jam solutae hisce Pentecostes feriis Domino paulo diutius vacare eoque ad satietatem perfrui liceret, ut praegaudii animo insidentis magnitudine omnis edendi appetitus quasi evanesceret. Non diu vero haec consolatio duravit: nam inter haec adesse nuntiatur missus a principissa Ebolensi, Roderici Gomezii Silvii conjuge, famulus. Ergo ad illi loquendum abii: nuntiavit autem is me a domina sua evocari. Jam dudum enim ipsa et ego inter nos de conventu quodam Pastranae erigendo egeramus, tametsi id non tam cito perficiendum existimarem. Valde id mihi grave fuit; minime enim consultum mihi videbatur, nec periculo vacare, monasterium tam recentem et tantis cum adversantium contradictionibus fundatum deserere: unde statui illuc modo non proficisci, idque famulo significavi. Is excusationem meam minime admittebat, quod principissa jam illuc concessisset, idque ob hanc solam causam, eique me non obsequi in magnum ejus probrum cederet. Nihilominus mens mihi non erat eo proficisci: itaque dixi me, interim dum cibum sumeret, ad principissam scripturam, et cum litteris meis illum abire posse. Erat is vir cum primis honorabilis; et, quamvis grave ei esset me non comitari, auditis tamen rationibus meis, visus est acquiescere.

quo. Ann. Del. jam profectus est.

479 Moniales, quae nuperrime primum in monasterium hoc venerant, nullatenus expedire cen-

sebant ut domum illam tam cito desererem. Itaque coram Sanctissimo Eucharistiae Sacramento supplex me abjeci, ea mihi inspirari petens, quae, cum principissae perscripta essent, eam minime offenderent. Illius enim favor nobis tunc utilis fore videbatur, quod Fratrum monasteria tunc primum fundari inciperent; quin et Roderici Gomez conjugis ejus, qui magna apud regem et omnes valebat auctoritate, benevolentiam et subsidium nos habere conveniebat. Non satis memini an illius tunc rei recordata sim; sed hoc scio, me ei displicere noluisse. Haec agitati mihi subito a Domino dictum est: « Illuc me conferre non negligerem: nam ob plura » me illuc, quam hancce foundationem, negotia evocari; quare regulam et constitutiones mecum » ferrem. » His ego auditis, esto praegnantem ad non eundem rationes viderem, non tamen ausa sum quidquam statuere; sed, quod mihi hujusmodi in rebus et perplexitatibus solemne est, confessarii mei consilium mentemque inquirere statui. Unde eum mox evocavi, nullatenus tamen ei quod in oratione intellexeram significans. Sic namque melius mihi semper satisfacit, et contenta maneo, Dominum rogans ut eos illuminare dignetur, juxta id quod naturaliter quidem intelligere possunt; et, cum Majestas illius quid fieri vult, hoc illis tunc inspirare solet. Saepius autem hoc mihi contigit, tam hac in re quam in aliis. Illi ergo visum ut illuc me conferrem: quare in viam me dare statui.

480 Toletum itaque altero Pentecostes die discessi. Madritum vero transire nos oportuit, ubi una cum comitibus meis in quodam Franciscanarum monasterio, apud D. Eleonoram Mascareniam, quae ipsum construxerat et in eodem agebat, diversata sum. Fuerat haec infantiae regis nutrix, insignis Dei ancilla: apud quam et alias hospitata eram, dum, quibusdam negotiis exigentibus, illac me transire oportuit; semper autem eam mire benevolam et amicam experta sum. Haec summo pere se gaudere affirmabat, quod tam opportuno tempore illuc venissem: esse enim ibidem cremicolam, qui maximopere me nosse cuperet, sibi que videri vitae rationem quam tum ipse tum collegae ejus instituerent, cum regula nostra optime convenire et conformem esse. Ego vero, quod duos dumtaxat monachos Excalceatos haberem, cogitare mecum coepi magnum quid facturam me, si efficere possem ut hic illis sese aggregaret. Habebat hic in domo quam praedicta Eleonora illi consignarat, una cum socio suo, Joanne a Miseria vulgo appellato, qui, esto aetate juvenis, insignis Dei famulus erat, rerumque terrenarum quam maxime inscius. Ut vero anachoreta ille me convenit, narravit mihi Romam se velle petere. Antequam autem ulterius in hac narratione progrediar, dicere statui quidquid de illo Patre, cui Mariani a S. Benedicto nomen erat, scio aut comperi.

481 Erat hic genere Italus, juris doctor, ingenio experientiaque rerum praestans. Habitarat olim in reginae Poloniae (cujus primarius fuerat reconomus) aula; cumque a matrimonio ineundo semper abhorruisset, adhuc inter equites Melitenses accensus esset, perpulit illum tandem Dominus, ut, quo salutem suam melius operaretur, omnibus quae possidebat nuntium remitteret. Postquam vero multis cum aerumnis conflixisset et varie exagitatus esset, eo quod credi cujusdam interfuisset, proptereaque ad biennium in carcere tamquam caedis reus genuisset, nollet tamen ut quis jurisconsultus aut alius quislibet sui patrocinium susciperet, sed Deo ejusque justitiae causa suae aequitatem committeret, esto etiam testes adversus

AUCTORE V. D. M. D.

E

Madriti offendit Ambrosium Marianum.

F

genere Italum, praestanti personam.

AUCTORE
V. D. M.

A

ipsum jurejurando affirmarent se ab illo ad eandem patranda vocatos et conductos esse; factum est ut (quemadmodum duobus senibus S. Susannae delatoribus contigit), dum a iudice seorsim et ab invicem disjuncti interrogarentur, ubinam fuisset, cum hanc illis eandem praeciperet, unus responderit lecto cum tunc insedis, alius vero per fenestram prospexisse. Tandem vero confessi sunt se supplantare ipsum conatos, ac falsum adversus ipsum testimonium dixisse. Ipse vero multo se illorum liberationem, ne a iudice falsi testimonii damnerentur, auro redemisse mihi affirmavit; adhuc illum ipsum qui hanc illi litem intentarat, suas in manus postea incidisse, ac sibi potestatem fuisse in illius acta inquirendi; atque eandem ob causam omni se qua potuerat ope ac dispendio elaborasse ne quod is propterea damnum pateretur. Ob has aliasque virtutes (est enim vir mire castus et mundus, et ab omni cum feminis consortio valde alienus) haud dubie apud Dominum promeritus est lucem ab eo impetrare cognoscendi quanta rerum mundanarum sit vanitas, quo sese ab illis expediret.

doctrina et industria virum;

B

482 *Liceat mihi hic aliquantisper S. Teresiae sermonem intercipere, ut alia quaedam de Ambrosio Mariano breviter referam. Natus erat Bitonti in regno Neapolitano, parentibus genere, opibus ac pietate conspicuis. Studiorum curriculum (in quo condiscipulum habuit Hugonem Boncompagni, qui fuit postmodum Gregorius PP. XIII, et memoriam Mariani semper retinuit) multa cum laude emensus, et lauream doctoris utriusque juris adeptus, adfuit aliquo tempore Sacrosancto Concilio Tridentino; et de ejus actis ac decisionibus librum eleganti sermone conscripsit, quem in Seritano Carmelitarum Excoecutorum cenobio asservatum fuisse asserit Bibliotheca Carmelitana. Missus dein a Concilii Patribus in Belgium, Germaniam et alia regna septemtrionalia, ad tractanda quaedam Catholicae Religionis negotia, his peractis, in Polonia mansit apud Catharinam Austriacam, Sigismundi II regis conjugem, summus rei domesticae praefectus. Inde digressus, sacrae Melitensium equitum militiae nomen dedit; et anno 1557 interfuit celebri ad oppidum S. Quintini in Veromanduis pugnae. Quo in oppido, cum post relatum de Gallis victoriam honestae cujusdam viduae tecto cum altero milite uteretur, duas virgines, dictae viduae filias, a socii impudicitia tutatus fuit, stricto gladio et ad scelus morte plectendum parato. Non diu post carceri innocens fuit inclusus, prouti Sancta nostra jam enarravit. Unde in libertatem pristinam restitutus, ex Italia, quo redierat, juniorem principem Sulmonensem, suae curae commissum, jussu regis Philippi in Hispaniam duxit. Demum ab eodem rege Cordubam missus ad explorandum num inde Hispalim versus navigabilis reddi posset fluvius Batis seu Guadalquivir, apud Cordubenses Societatis Jesu Patres spiritualibus S. Ignatii exercitiis animum excoluit. Quid deinceps egerit, jam ipsa Sancta persequetur, cujus verba exscribere rursus incipio.*

qui eremum, in qua octo vixerat annos.

C

483 Secum, inquit, cogitare Marianus cepit, cuinam potissimum religioso Ordini se dedicaret; quare singulos eorum examinans et conferens, in omnibus pro conditione status sui ac naturae (ut mihi ipse dixit) quoddam quod displiceret, inveniebat. Intelligens autem haud procul Hispali, in solitudine quam Tardoniam dicunt, eremicolas quosdam, superiore ac directore P. Matthaeo, egregiae sanctitatis viro, simul agere, illis sese aggregavit. Horum singuli suum habebant tugurium sequestratum ab aliis; Officium vero divinum non

recitabant, sed quoddam, in quo ad Sacra audienda conveniebant omnes, habebant oratorium; nullos quoque habebant redditus, ac ne quidem elemosynis vivere volebant, unde etiam oblatas non admittebant; sed labore manuum suarum quisque sibi victum comparabat, quem etiam privatim soli sumebant, eumque satis tenuem. Haec ego audiens, primorum Patrum nostrorum ritum ac normam vivendi ab illis representari censebam. Hoc porro ille ritu octennium vixit; at, quoniam omne anachoretarum genus alicui religiosae familiae sese subdere Sacrosanctae Tridentinae Synodi auctoritate jubebatur, Romam petere constituerat, ejus quam hactenus ipse et socii duxerant, vitae prosequendae facultatem a suprema Sede petiturus; et in hoc proposito versabatur tum cum primum ipsum conveni.

484 Postquam ergo suam vivendi formulam is mihi indicasset, primigeniam nostram regulam vicissim ei ipsa legendam dedi, sine tanto labore universa haec ipsum servare posse asserens, cum eadem esset vivendi utrorumque ratio; praesertim quod labore manuum victitare (erga quem ipse plurimum affliciebatur, mundum dicens rerum concupiscentia corruptum esse, et hanc in causa esse cur religiosa vita passim apud mundanos vilesce-ret) nobis quoque solemne erat. Cum ejusdem cum ipso sententiae et opinionis essem, statim quoad hoc, uti et quoad reliqua omnia, convenimus: quare, cum ipsi persuadere diversimode conarer quantum hoc in habitu Deo praestare obsequium posset, ea sese nocte de illo dixit deliberaturum. Jam tum illum huc pene propendere videbam; et hoc demum esse intelligebam quod in oratione a Domino didiceram, scilicet ad longe plura quam ad monasterii monialium foundationem me abire. Summae mihi id consolationi fuit, quod in maximum Domini obsequium cessurum mihi videretur, si is Ordini nostro nomen daret. Majestas ejus, qui idipsum volebat, illa nocte ita illum permovit, ut postridie, jam plane certus, ad se me evocaverit, non parum miratus, quod se tam cito, et praesertim per mulierem (quod et modo subinde mihi dicere solet), mutatum cerneret, tamquam si ipsa sola in causa fuisset, et non potius Dominus, qui corda hominum immutare potest.

485 Magna sane ejus sunt judicia, uti apparet ex eo quod, cum tot annis ipse apud se deliberasset, nesciens cui sese Religioni potissimum applicaret (nam illa in qua ipse tum agebat, Religio proprie non erat; quod vota ibi non emitterent, nec aliquid quod obligationem includeret, observarent, excepto duntaxat quod ibi a populo sequestrati agerent), tam cito tamen Dominus illum emoverit, eique declararit quantum hoc in statu ipsi serviturus esset, Majestatemque suam opera ejus uti velle ad promovendum id quod jam ceptum erat. Et certe egregiam is huc a parte sua operam contulit: hactenus enim Ordinis causa ingentes et plurimos labores subiit, quin et adhuc subiturus est, usquedum res ipsa confecta sit, ut potest e magnis obloquiis et contradictionibus, quibus primigenia haec regula modo oppugnatur et exagitur, intelligi. Quippe ob naturae dotes, ingenium, vitaeque sanctimoniam, magna apud plurimos, qui nobis favent et nostra tuentur, auctoritate pollet. Narravit is ergo mihi, Rodericum Gomezium Pastranae (qui is ipse erat locus ad quem jam proficiscebam) commodum sibi olim locum dedisse, in quo suis anachoretis sedem figeret; se vero Ordini huic illum attribuere, in eoque illius habitum velle assumere.

486 Ego ingentes ei propterea gratias egi, Domini-
numque

cum cenobio, virorum Carmelitano.

Pastrana: eremum.

F

commutare
statuit.

A numque ex toto corde laudavi; nam, cum duorum erigendorum conventuum a R. P. N. Generali facultatem impetrassem, hactenus tamen non nisi unus fundatus erat. Quare jam inde ex hoc loco, per litteras a duobus provincialibus, eo videlicet qui modo eo munereungebatur, et eo qui nuperrime functus erat, ad hoc faciendum facultatem petii (bona enim illorum sine venia fieri non poterat), simul et ad episcopum Abulensem, Alvarum Mendozium, qui nobis mirifice favebat, scripsi, ut auctoritate sua ad hanc facultatem concedendam ipsos permoveret. Placuit autem Deo ut hi in illa concedenda sese haud difficiles praeberint; forsitan quod ipsis videretur, quia locus hic adeo dissitus esset, parum inde sibi suisque sequi posse dispendium. Mox ergo ut provincialium facultatem obtinuisssem, Marianus se nostris accessurum mihi spopondit: itaque magno cum gaudio iter quod ceperam, perficere aggressa sum.

Verum non-
nisi post tres
menses.

B 487 Pastranam ut appuli, inveni Rodericum Gomezium principem ejusque conjugem, qui me amice benevoleque excepere, et secretum nobis a reliqua familia conclave attribuerunt, in quo opinato diutius haesimus. Domus enim quam principissa nobis assignarat, perangusta erat; hinc multas ipsa ejus partes demoliri, non tamen muros aut parietes, easque novas instaurari jussit. Trimestri et amplius Pastranae sum morata, esto non sine magnis difficultatibus, quod tales mihi principissa proponeret conditiones quae a Religione et Instituto nostro admodum alienae erant: imo maluissem re infecta Toletum reverti quam in illas consentire. At ipse princeps Gomezius sua, qua plurimum pollebat, prudentia, quippe rationis ductum sequebatur, tantum apud uxorem effecit ut ipsa jam mitius se gereret. Ego quoque a parte mea in nonnullis ipsi obsecundavi; quod ibi Fratibus, quam monialibus, erigi conventum malle, sciens quantopere id expediret, uti postea compertum est.

quas proposi-
tis a princi-
pissa conditio-
nibus

C 488 Haec Sancta; quibus pro more addam necessaria supplementa et elucidationes, e biographis ejus et aliis haustas auctoribus. Itaque quod pertinet ad conditiones ab Anna Mendozia propositas, feruntur ea fuisse potissimum duae: altera, ut in suum cenobium Teresia admitteret sanctimoniam quamdam, nomine Catharinam Machuca, e Segoviensi Humilitatis conventu Ordinis Eremitarum S. Augustini, quam principissa Madrito-Pastranam adduxerat; altera, ut novum monasterium virginum suarum Teresia vellet esse sine redditu, quomodo alibi, praeterquam Malagone, fecerat. Respuit priorem conditionem S. Virgo, quia oblata sibi seu potius per vim obtrusa Catharina nec mores nec genium noverat, imo ne horum quidem periculum facere sinebatur; deinde, et potius etiam, quia sapienter judicabat minime expedire inconsultas illas ac tumultuarias ex una Religione in alteram transitiones. Ut vero suas rationes gravi quadam auctoritate fuleiret, de re tota consuluit P. Dominicum Bañez; quo Teresiae assentiente, principissa desuit conditionis hujus executionem urgere.

dispellendis
Sancta im-
pendit.

489 Difficilior refutatu erat altera conditio, utpote quae Teresiam tanquam suis ipsam armis adoriebatur. Objiciebant nempe principes, cum ceteros passim conventus suae Reformationis sine censu esse Sancta expresse jussisset, ad majorem haud dubio id pertinere perfectionem: se vero ne quid sororibus unquam deforet, sollicito curaturos. Verum prudens Virgo, considerans hinc incolas Pastranenses et pauperes satis esse et parum liberales fore in monasterium quod tam opulentos habebat fautores, illinc vero monialibus suis ab Anna Mendozia metuens

(ne scilicet aliquando, praetensa jure injuriave principum offensione, largiendarum eleemosynarum fieret finis), exemplum allegavit Aloisia de la Cerda, quae erectum in suo praedio Malagone conventum congruo dotaverat redditu. Eo exemplo et quibusdam concessionibus ex parte Teresiae, quae, nisi de excitando Pastranae virorum cenobio spes sibi offulsisset, re infecta Toletum remeare cogitabat, ad aequiorem mentem sunt demum revocati nobiles conjuges: Rodericus quidem non difficulter, quia, ut Sancta loquitur, rationis ductum sequebatur; Anna vero ægerrime, tum propter iras de repudiata Catharina Machuca, tum quoque aliam ob causam, quam modo aperiam.

490 Audierat ab incauto nescio quo narratore S. Matrem attulisse scriptum de Vita sua commentarium: unde, ut fit, curiosa femineae menti cupido legendi illius incesserat. Institit itaque primum apud Teresiam ipsam, sibi ut librum cederet. Hac vero modeste adductisque rationibus recusante, virum dein statuit adhibere intercessorem. Diu hic etiam conatus frustra fuit: sed victus denique manus dat Sancta, et optato curiositatis alimento principissa politur. Ea lege composita res ut soli Rodericus ejusque uxor scriptionem illam inspiciant: gravia ceteroquin incommoda secutura. At paucos post dies en tibi, qui molestissimus Teresiae fuit, muntius: librum tota aula per manus ancillarum vagari, omnium irrisione ludi, ac proscindi dicteris; insuper principissam asseruisse esse omnes Teresianas visiones nihil aliud quam malas artes, artibus famosae Mariae Magdalene a Cruce quam simillimas.

491 Quam esset atrox hujusmodi sarcasmus, satis intelligere est (ne plures auctores afferam) e Ribadineira ac Bartolo, S. Ignatii biographis; quarum ille Mariam Magdalenam a Cruce ita describit (Vita S. Ignatii l. v, c. x, vel in Actis Sanctorum tom. VII Julii, pag. 767): Illa quae ab ipsa infantia Deo sacra fuerat, quae poenitentiae asperitate praelara, orationis assiduitate excellens credebatur, prudentiae laude singularis; a qua (tamquam futura praesentiret, et conscia divinae voluntatis mente praesaga ventura praediceret) responsa multi petebant; quae denique omnium virtutum opinione florebat, et veluti de caelo lapsa virgo colebatur; certis vestigiis deprehensa tandem est, cognitumque est omnibus ac compertum, fraude diaboli atque artificio egregie illam hominibus imposuisse, eamque deceptricem et levem, et falsa opinione, errore hominum, a pueritia commendatam, animum vultu, vitam parietibus, flagitia captiosis artibus daemonis praestigiisque texisse. Quam ob causam, teste Bartolo (Vita Ignatianae lib. iv, num. 36), saga illa ac diaboli ministra accepit a sacro Inquisitionis Tribunali dignam suae vanitatis mercedem. Porro, sicut ejusmodi in re fieri assolet, brevi rumor de Teresiano libro, Pastranensium superatis finibus, Madritum usque pervasit; adeoque convicia Annae de Mendoza regiam aulam, per ora muliebria praesertim, personuerunt. Quam rem potissimum in causa fuisse quidam dicunt cur anno 1575 Vitam Teresiae examinandam censuere Inquisitores. Sed hoc alibi latius exponendum; nunc proseguenda hujus paragraphi materia.

492 Dictas igitur difficultates, Deo adjuvante, eluctata Teresia Pastranensis cenobii monialibus destinati possessionem adiit, illato illuc Sanctissimo D. N. J. C. Corpore, die ix Julii 1569. Hoc tempore, sic ipsa pergit, Pastranam venere Marianus ejusque socius (illi ipsi, inquam, eremicolae quorum supra memini); et acceptis jam litteris facultatis provincialium, principibus illis visum est locum illum

AUCTORE
V. D. M.

quo etiam tem-
pore ob Vitae
suae librum

calumniis ab
eadem impe-
tita fuit.

F

initium duo-
bus cenobiis.

AUCTORE
V. D. M.

A illum et desertum quem ei in anachoretarum habitationem alias concesserant, in Fratrum Excalceatorum usum convertere. Cumque P. Antonium a Jesu, qui primus fuit et Mancerae adhuc agebat, evocassem ut hujus conventus initia poneret, ipsa interea vestes illis et cappas paravi, et quidquid poteram faciebam, ut illi quam citissime habitum assumerent. Interim plures Methymnensi e conventu moniales evocaveram; neque enim plures quam duas mecum duxeram. Agebat tum Methymnae quidam Carmelita satis propectae aetatis, qui junior non erat nec senior, sed egregius erat concionator, F. Balthasar a Jesu vocitatus: qui, cognito recens hoc Pastranae domicilium fundari, una cum monialibus evocatis huc appulit, in animo habens Excalceatis sese aggregare, uti etiam, postquam venit, reipsa fecit: quod cum ipse mihi significasset, Domino summas egi gratias. Hic porro Marianum ejusque socium sacra veste induit, sed ea qua Fratres nostri laici utuntur: etenim P. Marianus Sacerdotio destinari volebat, sed ea Ordinem intentione ingrediebatur ut omnium esset minor; neque aliud tum ullis ab eo rationibus impetrare poteram: at postea, R. P. Generalis accedente jussu, Sacris se Ordinibus initiari passus est.

virorum alteri,

493 *Facta est hæc vestium assumptio in sacello domestico Roderici Gomez, ad eam sollemnitate[m] tanquam ad festi diei celebrationem splendidissime ornato. Assisteat uterque princeps, comitantibus aulicis et domesticorum ac vicinorum caterva. Orationem ea occasione habuit P. Balthasar a Jesu; qua vehementer commoti omnes auditores, sed præ cæteris juvenis quidam nobili loco natus, qui postea se Carmelitis Excalceatis adjunxit, sumpto nomine Gabrielis ab Assumptione. Paucos post dies, nempe XIII Julii, solemnibus supplicationibus in novum conventum religiosi introducti fuerunt. Sed Sanctissimæ Eucharistiæ unctionem in adventum usque P. Antonii a Jesu S. Mater judicavit esse differendam, honorandi causa Patris illius, tam bene de suo Ordine meriti. Postquam vero, prosequitur illa, utroque monasterio jam fundato, P. Antonius advenisset, tales mox in Ordinem novitii cooptati sunt ut de illorum nonnullis postea quædam dictura sim. Simul hi Domino valde sincere et serio servire cœperunt; sicuti, si ei placebit, describet is qui melius quam ego id præstare poterit: ad hoc enim, ut verum fatear, nimis inepta et imperitissimum. Id quidem quod, imperita sibi, nobis peritissima, Teresia hoc loco omisit, præstitit, quantum Chronici sui ratio patiebatur, P. Franciscus a S. Maria; quem consulere potes, si libet, lib. II, a capite XXXI ad caput XXXVII inclusive.*

alteri monialium,

494 Quod vero, ait Sancta, ad monialium cœnobium spectat, ipsum cum singulari principum benevolentia propensioneque ibidem erectum est; ipsa porro principissa non cessabat illas omnimodis curare, atque omnem nobis benevolentiam ostendere, beneque nos habebat, quoadusque princeps Gomezius ex hac vita decederet: tunc quippe ipsa, aut diabolica tentatione premente, aut forsitan Deo permittente (Majestas illius rationem novit), præcipiti doloris passione ob mortem illius concepta, monialis illic esse voluit, et habitum suscepit: at, quod dolore nimium quantum preme-retur, hinc ingens illa nostra solitudo et clausura, cui minime assueverat, illi placere aut ad gustum esse non poterant; quod autem per Sacrosanctum Concilium Tridentinum omnes quas quidem ipsa desiderabat, concedere ei libertates priorissa veta-retur, hinc ita tum ab ipsa tum a reliquis alienari

cœpit, ut etiam, postquam habitum monasticum D exuisset et domi suæ jam ageret, identidem ipsis molestiam exhiberet et ab ipsis dissideret.

495 Unde miseræ religiosæ tantum ab ipsa in-quietudinis patiebantur, ut, quibuscumque modis potui, efficere conata sim, superiores id quam maxime rogando, ut monasterium inde auferretur. Segoviam igitur (uti postea commemorabitur) sorores illæ demum abierunt, omnibus quæ principissæ liberalitate acceperant, Pastranae relictis, quin et aliquot moniales, quas principissa sine ulla prorsus dote admitti rogarat, secum ducendo. Lectos vero et reliquas quas ipsæ moniales secum attulerant reculas et minutias inde avexere, non sine magno incolarum loci dolore et amaritudine, meo autem summo cum gaudio, quod illas jam quiete optata frui viderem. Etenim mihi notissimum erat nullam ipsas, ut alienatior ab ipsis principissa fieret et stomacharetur, causam dedisse, quin imo, interim dum inter eas in veste religiosa ageret, non secus ei serviisse quam ante eam sumptam: unde patet eam solam quam dixi, alienationis causam fuisse, nec non nimium quem ob mariti mortem ipsamet conceperat dolorem. Omnis vero causa (uti quidem postea intelligere fuit) cuidam illius ancillæ quam secum duxerat, adscribenda est. In summa, Domino, qui ipsum permittebat, visum fuit illud monasterium huic loco minime convenire: magna quippe et alta ejus sunt judicia, et longe alia atque omnis ingenii nostri perspicacitas intelligere potest: ego vero, solo meo ingenio nixa, numquam id facere ausa fuisset, sed virorum tum doctrina tum sanctimonia excellentium in hoc judicium sum secuta. De hac re plura ad fundationem Segoviensem: sed hic pauca adhuc de virorum cœnobio Pastranensi et de domo eiusdem hoc ipso anno 1570 Compluti acquisita.

sed huic nun-
dia daturus
datur.

496 Cum lustratio provinciarum Hispaniensium Ordinis Carmeli, a R. P. Rubeo (ut ante dictum est) effecta, non eum habuisset exitum qui speratus fuerat, rex prudentissimus Philippus II, pro eo quo flagrabat Religionis zelo, institerat denuo apud S. Pium V, Romanum Pontificem, novam ut visitationem faciendam curaret. Ergo Sanctus e suo Prædicatorum Ordine viros idoneos per diplomata apostolica jussit esse Carmelitarum Hispanorum visitatores: nimirum pro Castella P. Petrum Hernandez, pro Andalusia P. Franciscum de Vargas, hunc conventus S. Pauli Cordubæ, illum Conventus Talaverae Reginae priorem. P. Petrus Hernandez, accepto ad Martium mensem anni 1570 vel jam antea Brevis Pontificio, muneris sui exsequendi initium fecit a conventu Pastranensi. Pedes illuc accessit tempore Quadragesimæ bonus senex cum socio Fratre et uno ad pallia vehendum jumento; et hanc paupertatem humilitatemque mirantibus dixit non esse secularium more itinerandum ei qui Sanctos incisum iret. Quamdiu Pastranae egit, non aliter vixit quam si unus de Teresianis Excalceatis fuisset, observans omnem disciplinam domesticam et quadragesimales austeritates, magna omnium ædificatione et insigni adeo virtutis exemplo: unde perlubenter tam Fratres quam moniales Pastranenses se ejus obedientia submisere.

P. Petrus
Hernandez,
visitator
apostolicus,

F

497 Hinc ergo primum enata Hernandezii in S. Teresiam ejusque Reformationem tenera illa benevolentia, cujus argumenta per decursum historiarum nostrarum non deficient. Sane, quam primum Madritum advenit visitator, apud regem Philippum, apud Rodericum Gomez cæterosque primarios aulicos, encomiasten Teresiani Instituti egit: idemque insuper plurimum commendavit nuntio apostolico, Nicolao Ormaneto,

Carmelitis
Excalceatis
favet

A. Ormaneto, illi qui olim Cardinali Reginaldo Polo ad Anglicam legationem adjunctus, deinde deputatus ad Sacrosanctum Concilium Tridentinum, post a S. Carolo Borromeo creatus vicarius generalis Mediolanensis, demum ad sedem episcopalem Patavinam erectus fuerat, ac propter suam salutis animarum zelum passim a Romanis, laudatoria ironia, reformator orbis dicebatur.

ac collegii
Complutensi
dedit.

498 Interea, priore P. Balthasare a Jesu, crecebat Pastrana virorum ac juvenum sub regula S. Teresiae vivere incipientium numerus. Quorum cura, eo quod P. Balthasar saepe alio excurrere cogeretur, ad medium Octobrem 1570 S. Joanni a Cruce commissa est; sed ad tempus perquam breve. Nempe per eosdem dies cogitari ceptum de creando Compluti collegio, quod adirent religiosi tum doctrinae sibi comparandae, tum plurium juvenum e celebri illius civitatis schola ad se alliciendorum causa. Obstabat quod in concessa S. Teresiae a R. P. Rubeo facultate (quam attuli num. 404) conventuum numerus ad duos, non amplius, restringebatur: quare neque provinciali Alphonso Gonzalez, quantumvis benevolo, integrum erat conventibus Excalceatorum Mancerano ac Pastranensi tertium superaddi permittere. Præterea simultas Observantes inter ac Reformatos, brevi præter modum exeretura, pullulare paulatim jam cæperat.

facultatem
concedit.

499 Nihil igitur consultius reformatis Patribus visum quam a visitatore Hernandezio faciendae novae hujus foundationis veniam petere: quam ille quidem, pro ampla sua jurisdictione suoque in Excalceatos amore, libenter concessit. Sic brevissime confectares: sumptibus Roderici Gomezii et opera PP. Francisci a Conceptione atque Ambrosii Mariani coemptæ Compluti Carmelitarum Observantium aedes, quas hi deserere jam cogitaverant. Initium sic collegio datum kalendis Novembribus anni 1570 a P. Balthasare a Jesu; et paulo post S. Joannes a Cruce illuc accersitus cum vicarii ac primi rectoris munere: in ejus locum Pastranae successit P. Angelus a S. Gabriele. Primum Complutensi conventui vocabulum fuit a Beata Virgine de monte Carmelo: sed anno 1581 a S. Cyrillo Hierosolymitano cognomen accepit, quod festo illius Sancti die ibi primum capitulum suum generale Reformati, postquam sui juris per separationem a Mitigatis facti erant, celebravere. Quæ hic raptim narravi, latius evolvuntur in Chronico (lib. II, cap. XXXVIII, XLII et XLIII), et ad diem XXIV Novembris pro Commentario de S. Joanne a Cruce resumenda erant.

§ XXVII. Martyrium Ven. P. Ignatii de Azevedo et aliorum e Societate Jesu, a S. Teresia in visione conspectum. Iter Sanctæ Salmanticense.

Martyrium
P. Ignatii
Azevedo et sociorum.

Redeuntibus ad ipsam Sanctam, a qua sub finem superioris paragraphi paulisper recessimus, proximè nobis dicendum est de insigni quadam visione quæ ei mense Julio anni 1570 obtigit. Notum est ex Historia Societatis Jesu (part. III, lib. VI, num. 208 et seqq.), e libris Ribadineira et Cienfuegosii de Vita S. Francisci Borgia, e Buci nostri in eandem Vitam Commentario, ex Alegambii Mortibus illustribus

S. J., e Tanneri Societate Jesu militante, aliisque scriptoribus bene multis, præsertim vero tum e P. Petri Possini de Vita et Morte P. Ignatii Azevedii et sociorum ejus e Soc. Jesu libris quatuor Romæ anno 1679 editis, tum maxime ex informationibus juridicis auctoritate Sedis apostolicæ rite peractis; ex his omnibus, inquam, notissimum est quadraginta Societatis nostræ viros, partim sacerdotes, partim scholasticos, coadjutores temporales et novitios, navi Lusitana in Brasiliam tendentes, prope Palmam, unam e Fortunatis seu Canariis insulam, diebus XV et XVI Julii, a crudelissimo Joanne Soria, archipirata, quem rebellium in Gallia Calvinistarum coryphæus Colinius rei maritimæ præfecerat, inhumaniter in odium Fidei Catholicæ et Jesuitici Ordinis (ut ipso Soria disertis verbis jactabat, quamquam hoc perfide dissimulat mendax Thuanus) intersectorum: quorum Martyrium et Martyrii causam Benedictus XIV ita probari declaravit ut tuto procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem signorum seu miraculorum; atque ad eorum præcipue qui Catholicæ Fidei, qua plantandæ, qua propagandæ, qua defendendæ causa inter idololatrias aut perfidos hæreticos in assiduo vitæ periculo versantur, solatium non minus quam incitamentum, et decus etiam insigne Nationis ac Religionis quam prædicti Servi Dei sortiti ac professi sunt, de Sede apostolica et Fide Catholica optime meritæ, utpote quam fuso largiter non sudore modo, verum etiam, ubi opus est, sanguine fortiter tuctur, hujus declarationis decretum (quod legere est tom. VI, pag. 66, editionis Romanæ anni 1751, et tom. VI, pag. 24, editionis Venetæ anni 1788 operum ejusdem Summi Pontificis) in lucem edi ac publicari mandavit XXI Septembris 1742.

AUCTORE
V. D. M.
D

501 Erat autem inter Martyres illos quidam S. Teresiae consanguineus, Turrigiti, e Toletana dioceseos oppido, oriundus, nomine Franciscus Perez Godoius, de cujus vocatione ad Societatem Jesu et vita in tirocinio Methymnensi perlaudabiliter acta legi merentur P. Ludovicus de Ponte in Vita P. Balthasaris Alvarez (cap. XX) et P. Possinus in opere jam citato (lib. IV, cap. I, num. 23 et seqq.). Ego illud unum hic referam: nempe eum in extremo pro Fide agone subinde se ac socios, dum ab efferatis hæreticis necarentur, his adhortatum fuisse verbis, quæ sapissime e suo tironum magistro P. Balthasare Alvarez audiverat: Ne degeneremus, fratres, a præcellis cogitationibus filiorum Dei; et in iis sensibus ac verbis, consanguineo S. Teresiae dignis, confossum fuisse atque demersum.

quorum unus
erat Sanctæ
consanguineus.

502 Jam vero totum hoc cruentum spectaculum, eo ipso tempore quo in Atlantico mari editum est, Sancta nostra in oratione posita, mirabili Dei revelatione cognovit, et illos quadraginta viros vidit in cælis coronis Martyrum decoratos; deque re tota P. Balthasarem Alvarez certiore fecit priusquam ejus nuntii in Hispaniam offerri potuissent. Probatur evidentissime visionis hujus veritas tum ex Yepesii lib. III, cap. XVII, quod caput integrum insertum fuit Summario de singulari Prophetiæ dono S. Teresiae, cum gravissimus auctor Deo teste affirmarat, ut alibi jam dixi, vera esse quæcunque de Sanctæ Vita scripsisset; tum e jurato testimonio P. Egudii Gonzalez de Avila S. J. in informationibus de S. Teresia Madriti habitis; tum denique, in ipsa prædictorum Martyrum causa, e depositione 36 testium de publica voce et fama, quorum aliqui etiam dixerunt rem illam fuisse manifeste notoriam in Sacro Ordine S. Teresiae et Societate Jesu.

ipsa, Deo revelante, conspicit.

503 Elucidationis gratia afferendus videtur locus ex opere P. Possini supra laudato, ubi doctus hic

atque hanc revelationem

AUCTORE
V. D. M.

A scriptor de eo quod tractamus argumento ex professo disputat. Scilicet, postquam allegavit dicta ab Yepesio et Gonzalezio in Hispanicis informationibus de hac revelatione testimonia, ita loqui pergit: Eadem revelatio Romæ deinde, cum causa canonizationis pressius ageretur, a Sacra Rotæ judicibus summo rigore discussa, uti valide probata est admissa, ex eaque gravissimus ille consensus judicavit constare S. Teresiam spiritu Prophetiæ fuisse præditam; prout attestatur, qui præsens affuit, D. Coccinus, venerandi tunc illius Concilii præses, quippe, ut vulgo vocant, Sacrae Rotæ decanus, in scripto nota ejus manu exarato, quod hodieque servatur. Movit nimirum sapientissimos illos judices duorum, quos supra nominavi, gravium virorum consentiens assertio, Didaci de Yepes et Egidii Gonzalez, quem utrumque norant adhibitum ab illa religiosissima Virgine conscientie arbitrum; qualibus illam constat solitam fuisse statim manifestare illustrationes divinas omnes et cælestes afflatus aut visa mirabilia, quæ illi experiri contingeret. Unde non videtur dubium quin quod referunt, ex ipsa audiverint, fatente suis moderatoribus, prout ingenuissime consueverat, se vidisse circa medium Julium anno 1570 coronatos in cælo laureis Martyrum quadraginta socios, in mari, dum Brasiliam peterent, ab hæreticis occisos.

P. Balthasari
Alvarez

504 Nec obstat, quod ambo illi affirmant, id ipsam P. Balthasari Alvarez suo tunc confessario communicasse. Nam et illi quem tunc habuit præsentem, quod recentissime gestum erat exponere, et aliis quos diversis locis et temporibus conscios rerum intimarum fecit, quæ dudum ipsi fuissent manifestata, declarare postea potuit. Prudenter tamen uterque in testimonio de hac re perhibendo, non sibi posterius, sed longe antea Balthasari Alvarez factam ejus facti relationem allegavit, quoniam, cum hoc ipsi e S. Teresiæ ore audiverint, fama cædis Azevedii ac comitum, allatis tempestive nuntiis, increbuerat. Quamobrem Sanctæ Virginis narratio manifesto tunc vaticinii experimento carebat: quale habuit irrefragabile narratio eadem a Balthasare Alvarez eo tempore audita, quo nullo humano indicio res in Oceano Atlantico procul pridie gesta sciri poterat in Hispania.

statim, peculiari de causa, annuntiat;

C 505 Nec videtur omittendum, præter usitatam causam manifestandi moderatoribus penitissimos animi sensus, peculiari motam fuisse ratione S. Teresiam ad hanc P. Alvarez cælestem visionem sine mora indicandam; officio videlicet communis sibi et illi caritatis erga Franciscum Perezium Godoium, unum e quadraginta visis in cælo Martyribus, qui, ut est dictum, S. Teresiæ domestica cognationis necessitudine conjunctus, Balthasari vero Alvarez alumnus in spiritu ac filius fuerat, nimirum sub ejus diu cura in Methymnensi Societatis tirocinio educatus; ut propterea præsentem commodum Alvarem, et jure sollicitum de carissimi discipuli, paulo ante casibus longinquæ navigationis expositi, fortuna, non potuerit humanissima Virgo non confestim impertire certo sibi cœlitus allato nuntio felicissimi ejus ex hac vita exitus, et in cælestem patriam appulsus.

prout e cœlesti testimonio

506 Miretur fortasse aliquis, non citari de re tanta testimonium auritum Balthasari ipsius. At id mirari desinet qui reputaverit, toto ante S. Teresiæ obitum biennio mortuum Balthasarem, evulgare quæ arcano sibi commisisset illa Virgo sanctissima, salva secreti fide, nequivisse. Tantum credibile est, postquam visioni clam audite suffragium a fama publica accessit, quibusdam illum amicorum significasse quæ tanto prius cognovisset.

Deinde vero ipsam, quæ viderat, moderatoribus quos in demortui Balthasari locum subinde adscivit, ea sinceritate qua cuncta cætera, declarasse, tum istud ipsum suum de quadraginta sociis visum, tum ejusdem impertitam a se confessario tunc suo Balthasari notitiam. Qua via id cognitum Yepes et Egidius deinde Toleti apud delegatos a Sede apostolica judices jurati protulerint.

507 Cæterum comprobata Rotæ Romanæ, uti dictum est, judicio revelationem eandem, major denique auctoritas consecravit Summi Pontificis Gregorii XV, qui motus isto inter alia vaticinii comperti eventu, et testimoniis a Sacra Rota judicatis idoneis probati, argumento, Teresiam Sanctarum Virginum Albo adscripsit, Constitutione Romæ data anno Incarnationis Dominicæ 1621, quarto idus Martii, cujus est initium: « Omnipotens » Sermo Dei, » indidemque excerptum insertumque Breviario Romano, jussu Sacrae Rituum Congregationis, elogium ex eodem legitimis explorato inquisitionibus documento Sanctam illam Virginem Prophetiæ dono excelluisse proficitur. Quæ qui æquus reputarit, vix poterit, opinor, recusare, quin solemnem S. Teresiæ relationem in Sanctarum fastos ecclesiasticos certissimum fateatur fuisse præjudicium veri Martyrii ac gloriæ Azevedii et sociorum, præsertim postquam fama, de hoc ipso latissime diffusa, cunctarum idipsum gentium unanimi persuasionem celebravit: prout præter evidentiam experientiæ ubique hodiernæ, sex et triginta gravissimorum testium juratæ affirmationes adstruunt, exceptæ Actis legitime confectis quæstionum de hoc ipso negotio auctoritate apostolica variis locis et temporibus habitatum (Process. Brac., Conimb., Ebor., Bayensis, Summ. add. de sign. supernat. pag. 3 et seq.) Hæc Possinus (lib. iv, cap. iii, num. 56 et seq.).

plurimum constat.

508 Quod vero in quadam eorumdem Martyrum Historia Venetiis anno 1745 edita asseritur (cap. xiv) Sancta hac revelationem habuisse in conventu suo Abulensi, quo tempore Alvarezio confessario utebatur: id quidem, tametsi cum Vita Teresiana serie non possit componi, nemini tamen cordato lectori de ipsa revelationis veritate dubium injicere natum est: quandoquidem sæpius accidit ut in adolescentis rerum adjunctis referendis minus cauti fallantur historiographi; ut non tantum recte animadvertit P. Fredericus a S. Antonio apud Montoyam (Amore Scambivole, diss. i, cap. vii, § 1, n. 19), sed etiam ipse proprio suo exemplo ostendit, quando perperam dicit (lib. iv, cap. vi) Ven. Dei Servos Azevedum et socios occisos fuisse ab hæreticis Hollandis, cum tamen ab Hugonottis Gallis occisi sint. Equidem citatam a Montoya notam miror in nova P. Frederici editione Romana non comparere, sed partim omissam esse, partim ipso scriptoris textui interpositam. Quo in textu alia insuper occurrit observatio, neque ea hic prætermittenda.

quævisam in quibusdam circumstantiis errant

509 Nimirum cum P. Josephus a S. Teresia in Floribus Carmeli (§ 1, num. 36) ex aliorum quorundam assertionibus referat hanc de qua sermo est revelationem contigisse Pastranæ; quæri posset qui S. Teresia de eadem docuerit P. Balthasarem Alvarez, tunc Methymnensis tirocinii suæ Societatis moderatorem. Respondet P. Fredericus (aut qui forte alius hunc P. Frederici locum interpolavit) Sanctam hoc facere potuisse vel statim per litteras vel aliquot post menses viva voce. Quod dicit: aliquot menses, mihi non valde probatur; quia tam longum intervallum non congruit cum Yepesii ac Gonzalezii testimoniis, et quia jam mense Augusto fama interfectionis quadraginta Martyrum per Hispaniam vulgari cæperat.

not. dubi habent quidam scriptores de ut agentis,

teste

A teste Possino (lib. IV, cap. II, num. 42). Quare, si e duobus hisce P. Frederici responsis alterum admitti debeat, potius admiserim Sanctam scripsisse ad P. Alvarez. Sed et aliud responsum suggero. Pastranæ utique fuit Sancta mense Julio 1570, quando interfuit professioni Ambrosii Mariani et Joannis de Misericordia, uti jam antea ex Chronico dixi (num. 472): at, cum hæc professio, prout ex albo professionum conventus virorum Pastranensis affirmat auctor Anni Teresiani, in diem x Julii inciderit, impossibile non est ut quinto post die Sancta reapse Methymnæ Campi fuerit. Impossibile, inquam, non est, tametsi pro certo id asseverare non ausim: et hæc est ratio cur num. 472 conjectando dixerim illam fortasse tertio Methymnam ivisse.

Posthac, finem Teresie anni 1570.

510 Advocamur nunc in oppidum celeberrima academia clarum, Salmanticam; ubi eodem die festo omnium Sanctorum, quo adita a Carmelitis Excalceatis collegii sui Complutensis possessio, S. Teresia novam fecit suis virginibus foundationem. Huic quidem Ribera et Yepes assignant annum 1569; sed erronee: uti patet ex stabilita supra (num. 471) rerum a S. Teresia per octo priores menses anni 1570 gestarum chronologia; item, teste auctore Chronici (lib. II, c. XLIV, n. 5), ex antiquis monasterii Salmanticensis et primi Complutensis capituli monumentis; et insuper ex eo quod inter foundationem hanc et Albanam, quæ contigit xxv Januarii 1571, non potuit amplius quam trium mensium spatium intercedere, id quod e contextu ipsius Sanctæ, quando eo pervenerimus, deprehensum facile erit. Ortus probabiliter dictorum biographorum error ex initio capitis XVIII S. Teresiæ, ubi tempora non omnino perspicue discernuntur.

Salmanticam, eminentem episcopum.

511 En tibi illud, adjectis a me explicandi causa parenthesibus: Hisce duabus foundationibus (Pastranensibus virorum ac virginum) jam peractis, Toletum mox redii (xxi Julii, vigilia S. Mariæ Magdalenæ); ubi etiam aliquot menses hæsi (imo plures quam duodecim, licet interdum alio excurrerem), quoadusque ea quam dixi domus (ex Martini Ramirezii defuncti pecunia) coemeretur et omnia disposita essent. His ergo dum incumbi, collegii Societatis Jesu Salmanticensis rector (P. Martinus Gutierrez) mihi scripsit operæ pretium facturam me, si de conventu quodam Ordinis hujus nostri ibidem erigendo cogitarem: ad quod faciendum multis etiam me est rationibus cohortatus (Scripsit P. Gutierrez ante xvii Januarii 1570; nam in epistola ejus dici ad Laurentium Cepedum, quæ est 30 tomi I, mentio fit de oblata Salmanticæ domo). Etsi vero, quod oppidum id non usque adeo opulentum foret, a monasterio sine ullis stabilibus redditibus ibi fundando animum jam pridem avocassem; attamen, alia ex parte considerans Abulam non minus pauperem esse, nec tamen quid unquam ibi nostris defuisse (neque enim Deum credo defuturum illis qui ei sincere servient); statui tandem (post menses aliquot) illuc coloniam quamdam ducere: præsertim cum paucis opus habeamus, utpote tenuiter victitantes; ad hæc numero paucæ sinus; denique manuum nostrarum labore, ut possumus, nos sustentemus. Toletum igitur Abulam profecta (mense Augusto 1570), jam inde ex eo loco episcopi, qui tunc erat, Salmanticensis (Petri Gonzalez de Mendoza, fratris ducis del Infantado et inter Patres Tridentinos cum honore nominandi) facultatem impetrare studui: qui, quod eum P. Rector multa de Ordinis hujus instituto, et quis inde in Deum bonos redundaturus esset, coram odocuisset, haud difficulter eam concessit.

et domo jam emptæ.

512 Reliqua S. Virginis narratio per se (et præsertim si Riberam simul addeas) satis plana est. Porro,

aut, jam mihi rem constitutam videre, jam monasterium fundatum, Ordinarii impetrata facultate (prout quidem id tum mihi facile apparebat), videbar. Unde quamprimum domum conducere studui, quam matronæ cujusdam mihi notissima adminiculo mox inveni, etsi non sine difficultate, tum quod appellerem extra tempus quo domus elocari solebant, tum quod eadem ab academicis nonnullis incoleretur; qui tamen inde se egressuros spopondere, cum qui eam incolerent, appulissent. Non sciebant illi cui illa usui destinaretur: hoc namque ipsa quam maxime curabam, ne, antequam adiretur possessio, res ulli innotesceret. Jam tum quippe per experientiam novi qua demon contentione elaboret ut horum monasteriorum unius erectionem impediat; esto ad hoc impediendum nullam ei sub initium Dominus potestatem concesserit, quod ipsum omnimodis fundari et exigi vellet. Verum postea tot obortæ sunt contradictiones, et tot molestias nos pati oportuit, ut ne quidem modo, dum hæc scribo (esto jam aliquot ab ejus foundatione elapsi sint anni), res penitus peracta sit, et illæ evinci potuerint. Unde mihi persuadeo insigne in illo obsequium Domino præstari, cum diabolus id nulla ratione ferre queat.

513 Impetrata ergo jam facultate, et domo jam habita, sola Dei nixa misericordia (quod illo in loco neminem, qui me aliqua in re juvaret, haberem, cum tamen multis ad domum illam instaurandam mihi opus esset), illuc ivi cum una solum comite, quo occultius res perageretur; quod certe longe tenebam satius ac consultius quam multas mecum comites assumere, quoadusque perfecta caperetur possessio: quippe memineram et sciebam quomodo in Methymnensi foundatione mihi res successisset, in qua multas me subire difficultates et tribulationes oportuit: si quod enim obstaculum oriretur, hoc sola subire malebam cum una tantum socia, qua carere non poteram. Pridie ergo festi omnium Sanctorum oppidum ingressæ sumus, cum nocte præterita potissima itineris parte summam frigoris brumalis inclementiam passæ essemus et satis incommodè dormissemus, ego porro non recta valetudine uterer.

514 Hactenus Sancta de sua Salmanticam professione. Tum, cuncta universim itinera sua uno quasi obtutu complectens, subdit: Non commemoro in harum foundationum descriptione ingentes viarum labores et difficultates, quas subinde ob frigus, æstum et nivem me subire oportuit. Contigit quippe subinde per integrum diem sine cessatione ningere; subinde me a via aberrare; alias magnis cum incommodis et febribus per viam luctari: nam ordinarium mihi est (Deo laus) imbecilliori uti valetudine; sed ad oculum video Dominum mihi robur et animum ad magna suppeditasse. Nonnunquam enim fiebat, ut, cum alicujus cœnobii fundandi occasio sese obtulisset, tantis tormentis et morbis oppressa essem ut non parum affligerer; adeo ut nequidem in cella manere posse mihi viderer, quin in lecto jacerem: unde, ad Dominum conversa, apud Majestatem illius expostulabam, rogans quomodo me facere vellet id quod exequi nullatenus poteram. Cæterum Majestas illius deinde (etsi non sine labore) mihi vires suppeditabat: adeo ut per fervorem, nec non anxiam sollicitudinem quam ipse mihi indebat, meipsum viderer oblita. Certe, quantum quidem jam recordor, numquam ob aliquarum difficultatum metum ullam foundationem omisi; esto magnam in proficiscendo (præsertim si locus satis dissitus esset) repugnantiam et contradictionem sentirem: verum, cum me jam in viam dare

AUCTORE V. D. M.

D

E

iter S. Foundationis instituit

magna, uti in cæteris quoque itineribus.

F

AUCTORE

V. D. M.

A

dare cupissem, ipsa mihi quam brevissima et nihil esse videbatur, præsertim videnti ejusmodi illa nomine susciperetur, considerantique fore ut illa in domo Dominus laudaretur et Sanctissimum Sacramentum poneretur. Etenim singularis ejusdam mihi consolationis est occasio unum templum amplius videre, dum in mentem revoco quam multa hæretici passim templa dejiciant et evertant.

animo alacritate.

515 Nescio sane quem timeri laborem oporteat, quantumvis magnum, si ad immensum, quod inde in Christianum orbem resultat, bonum respectus habeatur: etenim magna nobis esse deberet consolatio (quamquam multi ad hoc non reflectamus) quod in multis locis Dominus noster Jesus Christus verus Deus et homo in Sanctissimo altaris Sacramento (uti revera est) præsens adsit. Certe sic quoque sæpe magnam in choro consolationem in meipsa sentio, cum animas illas tam puras et mundas Dei laudibus decantandis occupatas video. Etenim hoc multis e rebus nemo non potest colligere, cum quod eas in obediendo promptissimas, tum in arctissima hac clausura et solitudine mire hilares videat, et, si qua se mortificationis exercendæ offerat occasio, maximopere gaudentes: quin et, ubi majorem Dominus priorissæ ad eas in hæc rebus exercitandas gratiam concedit, ibi major illarum apparet alacritas et gaudium. Unde fit ut magis sese lassent et defatigent priorissæ in illis exercendis, quam ipsæ in obediendo. Semper enim nova ipsis mortificationis exercendæ oriuntur desideria et voluntates. *Exhinc ad finem usque capitis XVIII sequuntur sapientissima ad priorissas de monasteriorum regimine monita; quæ ego hic pro more omitto, de itineribus etiam S. Teresiæ non acturus, cum Ribera librum suum II speciali de his capite claudat.*

§ XXVIII. Fundatio septimi virginum monasterii Salmanticæ: quam operosa hæc Sanctæ fuerit.

Salmanticense monasterium anno 1570

C

In initio capitis XIX recipit se S. Mater a digressione superiori capite instituta; et ita pandit historiam foundationis Salmanticensis: Pridie ergo festi omnium Sanctorum, eo quo ante dictum est anno, sub prandium Salmanticam ingressæ sumus; et e diversorio ad me evocavi Nicolaum Gutierrez, insignem Dei famulum, qui ea vitæ quam duxerat ratione insignem suis in laboribus et ærumnis, quos subierat plurimos (etenim summa olim in prosperitate vixerat, et ad summam inopiam reductus deinde fuit, quam non minori animi ferebat æquitate, quam alias opulentiam), animi pacem et gaudium ab illius Majestate acceperat; cui in mandatis dederam ut domum designatam mihi expedirot. Hic porro huic foundationi peragenda serio graviterque incubuit, idque magna cum devotione et animi promptitudine. Ut autem ad me venit, narravit domum nondum vacare; neque enim se ab academicis impetrare potuisse ut illa discederent. Illi ergo dixi permultum referre eam quanto citius nobis vacum reddi, antequam in vulgas me appulisse innotesceret: semper etenim metuebam (uti supra retuli) ne quod aliunde superveniret impedimentum. Adit ergo domus dominum, et ita apud eum rem gessit ut illa vespere, peno

dum tenebresceret, studiosi inde emigrarent. Ad illam ergo transimus. Illa autem fuit prima quam sine Sanctissimi Sacramenti illatione fundavi; nisi enim illud inferretur, plenam mihi domus possessionem adire non videbar; at jam tum didiceram parum id referre, quod certe maxime mihi consolationi fuit. Etenim academici illi, quibus pro more est non esse nitidos, totam domum ita sordidam et inquinatam reliquere, ut in illa emundanda non parum ea nocte sudaverimus.

517 Mane in ea Sacrorum sunt celebratæ primitiæ; quando et ipsa plures huc moniales, quæ Methymna venire debebant, evocavi. Nocte ergo festum Sanctorum omnium sequente, ego et socia solæ in domo mansimus. Porro cum timoris quem socia mea, Maria a S. Sacramento, ætate me major et insignis Dei ancilla, tum habebat, jam recordor, non possum non ridere. Quod enim domus esset vasta et satis hinc inde dissoluta, multas quoque haberet intermedias vacuitates, identidem illius animo et cogitationi recurrebat, fieri posse ut e studiosis illis, quod inviti domum illam deserere coacti essent, aliquis clam et in abdito delitesceret. Facile quidem id ipsis fuisset, quod locus ille ad hoc satis esset commodus. Sed ipsæ nos intra conclave quoddam abdidimus, palea invecta constratum: hanc namque primam in fundandas domos suppellectilem invehere pro more habeo; et hanc habentes, in ipsa dormiebamus: illa vero nocte duas insuper habebamus lodices, mutuo acceptas.

518 Postridie religiosæ quædam vicinæ (quibus tamen verebamur ne nostra vicinitas oneri et molestiæ esset) necessariam aliunde venturis sodalibus suppellectilem, quin etiam cibum magna benignitatis significatione subministrarunt. Dictæ sunt illæ a S. Elisabeth, et toto illo quo in vicinia illarum habitavimus tempore, summa earum in nos eluxit munificentia et obsequium. Ut vero comes mea conclavi illo se oclusam vidit, timere quidem aliquantulum quoad studiosorum terricula desiit; attamen circumspicere pavida hinc et illinc cepit. Et certe diabolus se hic immiscuisse videtur, quædam illius animo et cogitationi pericula obiciens, ut sic per eam me inquietaret: quod enim animi deliquio et languori obnoxia sim, quam minimum ad illud mihi adferendum satis esse solet. Percunctor ergo ecquid identidem respectaret, cum nemo illuc intrare posset. Tum illa: « Agitabam animo, Mater, » ecquid, si hoc me loco emori contingeret, sola » ipsa hic ageres. Id enim si fieret, mihi grave et » perquam durum foret. »

519 Hæc me responsio cogitabundam et suspensam nonnihil reddit, et aliquem etiam timorem injecit. Etsi enim exsanguia corpora nullum timorem mihi inveniunt, aliquem tamen cordis languorem et imbecillitatem semper mihi afferunt, etiam tum cum sola non sum. Huc accedebat quod in omnibus tota civitate templis lugubris campanis excitaretur sonus, quod (uti dixi) postridie fidelium defunctorum ageretur commemoratio. Ergo dæmon hanc occasionem arripuit ad nos per inania hæc terculamenta magis consternandas: videns namque sese non timeri, alias timoris injiciendi occasiones et anfractus querit. Comiti ergo dixi: « Hoc ubi » evenerit, carissima, tum demum quid facto opus » mihi sit, deliberabo; at in præsens sine me, ob » seero, dormire. » Quod autem duabus superioribus noctibus satis male dormissemus, somnus mox nobis obrepens metum omnem discussit. Postridie vero appulere novæ illæ moniales, quarum adventus quietas nos reddidit ac securas.

kalendis Novembribus inchoatur.

et illuc postridie

F

plures Methymna adveniunt moniales.

*Haec triennio
fere post*

A 520 Triennio prope toto in illo loco monasterium fuit, imo nescio an etiam quadriennio, nam hujus rei memoriam parum retinui: inunctum quippe mox mihi fuit inde ad primum meum Abulense monasterium ab Incarnatione dictum reverti. Alias vero nequaquam aliquo digrederer monasterio (prout quidem mea voluntas est) quin ei domum propriam, constructam et per omnia accommodatam relinquam, neve umquam etiam digressa sum. In hoc quippe mihi Dominus singularem gratiam faciebat, quod in laboribus suscipiendis prima esse gauderem, et quidquid ad sororum quietem et re-collectionem necessarium videbatur, etiam minutissima quaque, serio procurarem, tamquam si mihi toto vitæ tempore in domo illa vivendum fuisset. Unde etiam extremæ mihi consolationi et gaudio erat quod optime illis esset prospectum et omnia rite accommodata. Certe valde male me habuit quod sorores loci illius variis modis fuerint afflictæ et mala passæ, non tam quoad ea quæ victui et usui erant necessaria (nam etiam e loco in quo ipsa agebam, hæc illis ut sufficerent procurabam: erat quippe monasterium hoc satis importuno ad elemosynas submittendas loco situm) quam quoad valetudinem, eo quod locus esset humidus et satis frigidus; quod enim domus esset ampla, hinc ab ea frigus satis arceri non poterat. Omnium vero gravissimum erat quod Sanctissimum Altaris Sacramentum in æde non haberent, cujus privatio monialibus ita reclusis magnæ desolationis occasio est. Hanc illæ molestiam non sensere, sed eam unaquæque tali cum animi voluptate et gaudio pertulit ut etiam Dominum laudarent: imo harum nonnullæ mihi dixere, imperfectionem sibi quamdam videri aliam domum desiderare; etenim mire se contentas hic agere, dummodo Divinissimum Eucharistiæ haberent Sacramentum.

*in vitam do-
mum*

521 Superior ergo, visa monialium perfectione, nec non laborem afflictionemque quam sustinebant miseratus, me ex Incarnationis illuc evocavit cœnobio. Ipsæ vero interea cum viro quodam nobili de aliis adibus sibi vendendis stipulatæ sunt: sed eæ erant hujusmodi ut binis aureorum millibus commodam in formam aptari vix possent. Adhæc erant feudales. Ipse nihilominus passurum se dixit nos in illas commigrare et parietes altiores erigere, etiam nondum alienationis venia a rege impetrata. Ergo procuravi ut Julianus de Avila (quem me in foundationibus istis comitari solitum jam ante dixi) hujus itineris mihi esset comes. Vidimus ergo domum, ut quæ in ea concinnanda erant, designaremus; etenim ipsa experientia faciebat ut jam aliquam fabricæ haberem notitiam. Mense Augusto illuc abiimus, et (esto quam maxime rem urgerem) tamen ante S. Michaelis festum (quo tempore Salmanticæ domus elocari solent) parari non potuit ac plane, prout res exigebat, omnia concinnari. Sed, quod eam in qua hactenus habitaveramus, in sequentem annum non conduxissemus, hinc alius eam conduxerat, qui, ut inde emigraremus, identidem nos urgebat. Jam templum utrumque paratum et pene dealbatum erat: vir nobilis qui illam nobis vendiderat, urbe aberat; quin et amici nonnulli nostri male nos agere dicebant, quod tam cito, nondum omnibus paratis, illuc migrare vellemus. At ubi urget necessitas, bonis consiliis non est locus, nisi simul remedium impedimenti adferant.

transiit,

522 Ergo pridie dedicationis Archangeli Michaelis, summo mane huc transiimus: in diem vero sequentem indicta erat pro suggestu Ven. Eucharistiæ in locum illum illatio, et prima futura illuc concio. Factum autem, Domino disponente,

ut eo quo vesperi migravimus die, tanta ceciderit pluvia, ut in rebus necessariis transferendis maxime nos laborare et molestias subire varias oportuerit. Templum erectum erat novum, tamque male tectum ut aquam pluviam hinc inde transmitteret. Fatear vobis oportet, carissimæ, illo me die vidisse me satis imperfectam esse: quod enim res jam divulgata et proclamata esset, nesciebam quid agerem, sed meipsa affligens et crucians, amice cum Deo velut expostulabam, eum rogans ut aut me hujusmodi in operibus adjutricem ministramque non adhiberet, aut importunæ huic ipse necessitati auxiliando prospiceret. Sed vir ille bonus Nicolaus Gutierrez, solita sua mentis æqualitate, tamquam si nulla subfuisset difficultas, blande mihi dixit, minime auferer aut torquerer; Deum quippe auxiliaturum. Atque ita etiam factum est: nam, ut primum S. Michaelis illuxit dies, eo tempore quo populus confluere incipiebat, inopinato celo toto sol fulgore nitere cepit; quod magnam in me devotionem excitavit; vidique ad oculum quam bonus ille vir melius egisset in Domino confidendo, quam ipsa in vanum me torquendo et cruciando. Magnus ergo omnium ordinum factus est concursus, ac solemniter cantu et magna pompa SS. Eucharistiæ Sacramentum illuc illatum est. Quod autem optimo domus hæc esset loco sita, celebrari frequentarique sæpius a multitudine, et populus solito magis erga ipsam affici cepit; imprimis autem Maria Pimentel comitissa Monteregiensis, nec non alia quædam matrona, Mariana cognomine, cujus maritus loci illius præfectus erat.

AUCTORE
V. D. M.
D.

523 Postridie vero (ut, quod ob receptum penes nos Altaris Sacramentum conceperamus, gaudium aliquo modo temperaretur) appulit ipse domus possessor et dominus, qui ita stomachari cepit, ut quomodo eum placarem nescirem; et, diabolo haud dubie instigante, factum ut rationi is nollet acquiescere. Quidquid enim cum ipso stipulatæ eramus, reipsa compleveramus; sed hoc ei tum quidem referre et in mentem revocare parum nobis conducebat. Verum, cum alii eum alloquerentur, paulo mitius agere cepit. At mox iterum mentem mutans, placari noluit. Dixi ei itaque paratam me domo empta quamprimum cedere; verum ne hoc quidem voluit, sed pretium emptionis statim sibi præstari. Uxor ejus (hujus namque erat domus) illam vendi petierat, ut e pretio ejus duabus filiabus in matrimonium collocandis dotem pararet: hoc namque titulo licentia emptionis a rege (quod esset in majoratum data) postulata erat, et pretium in manus illius consignatum cui id ipse dari petierat.

*quam tamen
coguntur*

524 Quamvis autem hoc jam abhinc triennio factum sit, nondum tamen perfecta venditio est, nec scio utrum illo in loco (id est in domo illa) mansurum sit monasterium (hæc de causa enim hæc retuli) vel quidnam tandem de illo futurum sit. Hoc autem scio, in nullo omnium quæ hactenus Dominus hujus primæ regulæ fundavit, monasteriorum, moniales tantis laboribus et vexationibus exagitatas ut plurimum fuisse, quantis exagitatae sunt hujus: sed, quæ Dei misericordia est, tam bonæ et patientes ibi commorantur ut maxima animi hilaritudine omnia adversa perferant. Det Majestas ejus ut in hac ipsa indies magis magisque proficiant et crescant. Nam in domo comoda habenda, vel non habenda, parum situm est: imo vero volupe nobis esse debet, cum tali in domo habitamus e qua semper nos possunt expellere; si præsertim recordemur ipsum mundi Dominum nullam domum propriam aut stabilem habuisse. Quin hoc ipsum, nimirum in domo non propria habitare, adhuc alias quidem nobis

*post aliquot
annos*

AUCTORE
V. D. M.

A contigit (uti ex his ipsis foundationibus colligere est) : in veritate tamen dicere possum, numquam me monialem vidisse quæ hoc gravate ferret aut propterea turbaretur. Det illius Majestas, per infinitam suam bonitatem et misericordiam, ut æterna nobis habitacula et domus non desint. Amen.

cum tertia
domu.

525 Existimari non esse abrumpendam nec in duas partes scindendam S. Teresiae narrationem, quamvis transitus monialium Salmanticensium in secundam illam domum spectet proprie ad annum 1573. Qui vero Sanctæ adhuc incertus erat contentiōnis cum Petro de la Vanda exitus, nobis ex Ribera et Yepesio certus est : coactas post aliquos annos virgines fuisse ad transferendam alio sedem, nempe ad nosocomium a S. Rosario vocatum, prope conventum S. Stephani Ordinis Prædicatorum. Quartum demum, idque stabilis, habitaculum nactæ sunt anno 1614 (uti docet Chronicum lib. III, c. XX, n. 3) extra portam civitatis dictam de Villamayor. Extat Sanctæ epistola circa secundæ domus emptionem, scripta Salmanticæ ad Petrum de la Vanda II Augusti 1573 (tom. III, epist. 48). Ad hanc epistolam notat P. Antonius a S. Josepho, Sanctam solitam fuisse lepide dicere, si aliæ domus ei vanam gloriam dedissent, certe Salmanticensem hanc sibi fuisse dempturam. Alio semel accedendum fuerat ut fundaret; at huc ter cum venerat, ac etiam moras ibi cum traxerat longiores quam alibi, filias suas relinquere cogebatur sine domo et sine censu. Scilicet, ut advertit idem P. Antonius (tom. II, ep. 29, nota 9) illuc itinerata est anno 1571, post fundatam domum Abulensem; anno 1573, cum moderabatur conventum Incarnationis; ac demum anno 1579.

laboriosissimo
acquisita,
commutare.

526 De tertio hoc suo conatu, Salmantica ad P. Gratianum IV Octobris 1579 scribens : O mi Pater, ait, quantis laboribus constitit nobis illius domus negotium! Namque eo jam plane confecto, cacodæmon effecit ut hactenus illa careamus : tametsi nullam domum nobis aptiorem Salmantica habeat, et emptio nostra cedat etiam in rem venditoris. En quam non sit istis Adæ filiis fidendum. Qui domum nobis obtulerat, et sponte quidem sua, vir est omnium iudicio probus et integer; de quo hæc erat vox una vulgi, tantum verbis ejus inesse fidei quantum publicis scripturis : sed imo fidem is non tantum verbis dederat; verum etiam, advocato scriba, eandem coram testibus consignarat. Hinc tota stupet civitas : nec suspicio abest mutatam esse ejus mentem a certis hominibus, omnia seu sua seu propinquorum utilitate metientibus; quorum scilicet auctoritate plus ille moveatur quam rationibus cordatorum hominum atque adeo ipsius fratris sui, qui magna nos caritate adjuvit et nunc casum nostrum nobiscum dolet. Cæterum hanc rem Deo Domino nostro commendavimus; quod haud dubie optimum factu fuit. Maxime autem ideo angor quia alias domus, nisi pessimas, Salmanticæ non invenimus (tom. II, epist. 29).

§ XXIX. Octavum erigit Albæ Tormesiae monialium suarum cœnobium. Inde re- dit Salmanticam, ubi duas ægrotas sanat. Præficitur monasterio Incarnationis Abulensi.

Albana fundatio Salmanticensem proxime excipit.

Illam S. Teresia capite suo XX sic enarrat : Nondum duo effluxerant a peracta Salmanticensis conventus in omnium Sanctorum festo foundatione menses, cum litteris et precibus quæstoris ducis Albani ejusque uxoris instantissime sum rogata ut et Albæ conventum constituerem. Cæterum in hanc ipsa sedem non usque adeo propendebam, quod, cum oppidum perexiguum sit, certis illa redditibus stabilienda videretur; ego vero malebam ut sine ullis omnino redditibus fundaretur. At P. Dominicus Banez, qui meus tum confessarius erat, et cujus sub harum foundationum principium mentionem feci, quemque tunc Salmanticæ agere contigerat, me reprehendit, dicens, cum Concilium Tridentinum redditus stabiles monasteriis possidere concederet, nefas esse ejusdam foundationem conventus illam ob causam intermittere; et me rem non intelligere : neque enim, etsi dotatus esset proventibus, eo minus, quæ in eo degunt, monachas et paupertatem posse colere et ad perfectionem aspirare.

in civitate
Alba
D

528 Antequam vero ulterius prosequar, dicam quænam et qualis ipsa fuerit fundatrix, et quibus ad conventum hunc fundandum modis a Domino inducta sit. Teresia Laizia, hujus monasterii Albani ab Annuntiatione B. Virginis denominati fundatrix, nobilibus prognata erat parentibus et sanguine illustri. Hi, quod opes et facultates non responderent per omnia sanguinis et generis dignitati, habitabant in pago cui Tordillos nomen, duabus circiter leucis Alba distante. Res sane misera est, quod, cum mundi hujus res tantam includant vanitatem et pompam, viri nobiles absentiam illam doctrinæ et aliarum multarum rerum quarum adminiculo animæ illuminari possunt, quæ in parvis illis pagis et oppidis habetur, pati malint, quam ut vel apicem punctorum suorum, quæ id quod ipsi honorem vocant, secum fert, amittant. Cum ergo jam quatuor hi filias haberent, quando Teresia Laizia in lucem prodixit, illius nativitas parentibus non usque adeo grata fuit, videntibus rursus sibi filiam nasci. Misera sane et deploranda res, homines, cum non intelligant quid sibi sit melius (utpote qui Dei judicia ignorant, nescii et ignari magnorum illorum bonorum quæ sibi per filias obtingere queunt, et contra malorum ingentium quæ adferre ipsis possunt filii), nolle tamen id committere ei qui omnia novit et creat; imo vero sese quodammodo enecare per id quod ipsis adferre deberet gaudium, tamquam si fidem soporatum aut emortuam haberent; considerationem quoque ulterius non extendere, nec denique recordari Deum esse qui hæc omnia disponit et ordinat, quo omnes rerum eventus ac successus illius dispositioni committant : et licet adeo cæcutiant ut hoc non faciant, insignis tamen et non toleranda ignorantia est, quod non videant quam hæc ipsis anxietas et sollicitudo parum prosit. Quam, o Deus bone, aliter et melius has ignorantias intelligemus in die illa qua omnium harum rerum veritas patecet et sciatur! Quot tunc patres ad infernum se damnari videbunt, eo quod filios habuerint; et quot matres cœlo se donatas, per et propter filias!

Teresia Laiz,
quæ parentes,
sibi nascenti
invenit

E

F

529 Ut vero cœptæ narrationis filum resumam, ita se parentes hi in puellam hanc gessere, satis ut ostenderent parum se de ipsius vita laborare : etenim nonnisi tertio a nativitate die solam illam in cunis vagientem jam inde ab aurora in vespeream reliquere, nullus ut ejus memoriam aut curam haberet. Hoc quidem bene fecere quod eam recen-ter editam a sacerdote Baptismi undis ablui juss-erint. Ergo mulier quadam cui puella concredita erat, circa vespeream, cum compertum haberet quam parum

miraculosa in
cunis loquela
placavit

A parum proli cautum esset, in conclave irrumpit, coram inspectura utrum nondum exspirasset; quam et aliae quaedam personae, quae puerperam visitatum venerant, comitabantur, quae testes sunt ejus quod jam referam. Haec ergo pupam in ulnas accipiens, querere ab ea lamentabili ac lacrymosa voce coepit: « Christianane es, filia? » de hac crudelitate in ipsam ut Christianam quodammodo conquesta. Infans illico, sublato capite, fari coepit ac dicere: « Christiana sum. » Exinde vero nullum amplius verbum protulit, donec statim loquendi in pueris reliquis aetatem nacta esset. Quotquot hanc vocem audiebant, summo repleti sunt stupore: et eo factum ut ex illo tempore erga eam mater vehementius coeperit affici et eam cariorem habere, diceretque identidem unum hoc a Deo se exposcere, eatenus ut se in vita servaret, quo cernere liceret quid puellae huic futurum esset. Unde eam parentes quam honestissime educarunt, quidquid pium et virtuti consentaneum esset, eam edocentes.

ut post initas nuptias

B 530 Jam nubilem collocare in matrimonio dum volunt, refragari Teresia initio, et hunc suscipere statum nolle; donec, cognito Franciscum Velasquez (qui etiam, utpote maritus ejus, domus hujus fundator exstitit) suas ambire nuptias, ad matrimonium (dummodo cum illo id contraheret, etsi antea de facie invisio) animum mox applicuit. At vidit Dominus hoc ita expedire et convenire, ut bonum hoc opus, quod ambo ad ejus Majestatis obsequium praestitere, hac ratione executioni mandaretur. Nam, ut taceam quod vir opibus et virtute commendabilis sit, ita erga uxorem is suam afficitur ut ei in omnibus complacere studeat, et non immerito: quidquid enim in conjugata desiderari et optari potest, id ei Dominus quam abundantissime contulit. Nam, ut de magna illius circa rem domesticam cura et familiae regendae peritia nihil dicam, tanta enituit honestate, ut, cum maritus Albam, unde erat oriundus, ipsam duxisset, et ducis Albani metatores illius in domo juveni cuidam equiti domicilium assignassent, ita propterea sit indignata ut abhorrere Albanos omnes coeperit. Nam quod ipsa juvenula esset et forma satis liberali, adolescens ille ejus pudicitiam tentavit: quae nisi honesta et casta fuisset, forsitan illius libidini assensisset; adeo scilicet vehementer eacodæmon hunc ad illam sollicitandam impellebat. Hoc illa comperto, marito tamen suo nihil significans, apud eum institit, inde ut sese alio transferret. Cui is morem gerens, Salmanticam cum sua familia commigravit, ibique valde feliciter ac jucunde vixit, ac plurimis rerum temporalium commodis affluens; tali namque illic munere fungebatur ut omnes ipsum complecti et quae possent gratificari et fovere gestirent.

sterilis permaneret,

C 531 Hanc tamen illorum quietem anxia illa cura turbabat quod fortunarum suarum haeredem prolem non haberent, quam Teresia summis a Deo precibus contendit: unde etiam variis pietatis obsequiis hanc in causam assumptis illum demulcere satagebat. Sobolem vero ut desideraret, non alia eam impellebat ratio quam ut, se vita defuncta, haeres superesset qui suo nomine ac veluti loco Majestatem illius continenter laudaret. Durum namque et grave ei videbatur quod in ipsa stirps et genus suum deficeret, et post mortem suam non haberet qui illius Majestatem coleret. Unde etiam mihi exinde retulit, numquam se in prole petenda aliud quam quod dixi, spectasse. Et sane scio illam minime mentiri: est namque mulier veritatis amatissima, et tot Christianis virtutibus ac religione adeo insignis (uti jamjam dixi) ut, dum opera ejus et animae, Deo placendi studiosissimae et nullum

unquam tempus bene impendere negligentis, statim considero, saepe Dei dilaudandi occasionem habeam.

AUCTORE
V. D. M.
D

532 Hoc ergo desiderium cum multis annis ei duraret, et Sanctum Apostolum Andream patrocinio suo fecundare steriles uteros didicisset, miro atque inflammato erga eum studio rapi, eique suam identidem orbitatem commendare coepit. Post multas ergo preces et Dei ac Sancti obsequia, cum nocte quadam in lecto jaceret, facta ad eam vox est: « Noli velle prolem: nam condemnaberis. » Unde ipsa quidem percussa et obstupefacta fuit: at non propterea prolem desiderare desiit; quod sibi videretur, cum tam bono in ea desideranda fine moveretur, minime ideo damnanda: unde ulterius in prole a Deo petenda progressa est, et singulari quodam cultu Apostolum Andream colere coepit. Quare quadam vice cum hoc ipsum desiderium haberet, illi, vigilantine an dormienti incertum, oblata visio est: sed tamen a Deo illam venisse novit ex eo qui secutus est eventu. Versari sibi quadam in domo videbatur, sub cujus arcae porticu puteum cernere se putabat: haud procul inde vernantissimum conspexit pratum, candidis perfusum floribus, adeo quidem elegantibus ut similes vidisse se non meminisset, et quomodo elegantiam illorum explicaret, nesciret. Puteo adstantem vidit Apostolum Andream, forma venerabili ac decora, ut magna illius aspectus videntem voluptate perfuderit; e quo mox audiit: « Longe alii hi sunt liberi quam quales » exposcis. » Voluisset quidem ipsa ut quam hoc in loco percipiebat, voluptas diuturnior fuisset, nec finem habuisset: sed longior non fuit. Esto apprensus Sanctus nomen non indicasset, facile tamen ipsa intellexit Apostolum Andream fuisse, adhuc Deum velle ut monasterium constitueret: unde colligere est visionem hanc non minus intellectualement quam imaginariam fuisse, nec phantasma, nec illusionem diabolicam exstitisse. Non phantasma, liquet e magno quem peperit effectu: nam post illam omnis illi sobolis habendae desiderium abiit, et ita certo sibi persuasit hanc Dei voluntatem esse, ut illam exinde nec petierit amplius nec desiderarit: unde cogitare secum coepit quo Dei voluntatem modo executioni mandare posset. Non item illusionem diabolicam, patet quoque ex effectu qui hinc secutus est: quod enim a cacodæmone proficiscitur, non potest tale producere bonum, quale est monasterium illud jam constructum esse, in quo tam singulare Domino obsequium praestatur. Accedit quod sexennio et amplius antequam monasterium fundaretur, haec visio contigerit: etenim futuros eventus tales diabolus praenosce nequit.

S. Andrea
Apostoli ap-
patrocinio

E

F

533 Hac illa visione consternata, agere cum marito coepit, cum prolem sibi rerum dator omnium Deus negasset, videri operae se pretium ac dignum Deo opus facturos, si suis e facultatibus monialibus quibusdam monasterium erigerent. Nec abnuit pio conjugis studio maritus (quod etiam pius esset, et uxori morem gerere studeret), et deliberare secum coepere quonam potissimum in loco ipsum conderent. Illa in natali suo solo id erigi cupiebat: verum ipse, variis allegatis impedimentis, eo illud loco erigi minime consentaneum fore asserebat, et ab hoc ipsam proposito divertere studebat. Haec dum agitabant, ducissa Albana Velasquezium ad colloquium invitavit, ad ei suadendum ut Albam cum familia sua commigraret, illo ibi functurus magistratu quem sua in aula ei dare decreverat. Is cum ad ducissam venisset, visurus quod illa munus ei vellet concedere, et ipsam audivisset, id suscipere non renuit, esto tam compendiosum

aliisque divi-
nae voluntatis

non

AUCTORE
V. D. M.

A non esset atque illud quo Salmanticae fugebatur. Hoc cognito, conjux contristata est, quod (uti dixi) ab oppido illo esset alienior: at certior facta nullos amplius apud se posthac hospituros, nonnihil placari cepit; quamvis non usque adeo contenta foret, quod Salmanticae libentius et magis secundum desiderium habitaret. Velasquezus ergo cum aedes coemisset, conjugem per litteras eo invitavit. Venit illa quidem, esto non libenter et invita: magis vero abhorruit, cum vidit domum a marito coemptam. Licet enim optimo sita esset loco, et satis ampla, paucis tamen illa distincta erat cubiculis; unde prima nocte satis male contenta fuit.

inducit

534 Ut ergo postera luce primum in aream descendit, ac porticum et sub ea puteum conspexit, statim animo recurrebat hunc ipsum sane esse locum quem per visum jam ante, Andrea Apostolo sibi apparente, conspexerat: vidit, inquam, locum, non tamen Apostolum, nec pratum, nec flores, esto et hunc et haec illa imaginationi suae optime impressa tunc haberet et etiam modo habeat. Visis his, non mediocriter obstupuit, et simul apud se statuit eodem loco monasterium constituere. Atque exinde Albana ei commoratio voluptati esse et placere cepit, ac nunquam inde recedere voluit. Unde et contiguas compararunt aedes, usquedum monasterii quod moliebantur, termini satis ampli et lati forent. Cogitabat autem secum ipsa identidem, atque anxia animo versabat, cujusnam potissimum Instituti moniales illuc induceret: volebat enim eas et numero pauciores esse et studiosissimas solitudinis sectatrices. Hac ipsa de re cum duobus diversorum Ordinum sodalibus communicavit, viris bonis iisque doctis. Hi satius asserebant fore suas in alia pie caritatis opera facultates impendere; quod major monialium pars suo statu vix esset contenta, et aliis ejus momenti rationibus allatis. Quod enim cacodæmonem opus hoc male haberet, ideo illud disturbare omnimodis satagebat: unde, quæ viri illi afferebant argumenta et in contrarium rationes, ei ut placerent, iste effecit.

permittit

535 Quare cum hoc ei opus hi dissuasissent, et diabolus adhuc magis in illo dissuadendo instaret, timere et turbari cepit, et a monasterio fundando fieri alienior: quem ipsa animum suum etiam marito communicavit. Visum proinde illis, cum hujusmodi viri id dissuaderent, ipsorumque intentio esset Deo gratissimum obsequium præstare, ab hoc proposito animum divertere. Unde in eam venere sententiam, ut potissimam fortunarum partem impenderent in nuptias quas quidam Laizæ cognatus, sororis ei carissimæ filius, probus et admodum juvenis, cum aliqua Velasquezii cognata erat initurus; reliquas vero opes in animarum suarum post hanc vitam subsidium piis operibus dedicarent. Id quidem utrique summopere placuit, et ipsum pari consensu efficere suo tempore decrevere. Sed, cum Dominus longe aliud facere constituisset, ipsorum propositum parum profuit et prorsus evanuit: nam vix quindecim effluxere ab hoc proposito dies, cum cognatus ille in gravem adeo derepente incidit ægritudinem, ut ex ea non multo post extinctus ad Dominum migravit. Mors hæc ipsam cum non mediocri stupore ac timore complevisset, simul animo recogitare cepit, uti Jonas Propheta ultricem Dei manum sensit, quod illius esset jussis oblectatus, non secus sibi, Deo vindicante, carissimum hunc cognatum morte sublatum, quod divina exequi monita neglexisset, et illi dare vellet quæ Deo ante dedicare decreverat.

monasterium

536 Ex illo tempore apud se statuit nulla de causa monasterii fundationem intermittere; quæ et

voluntas marito ejus insedit, etsi quomodo illam opere perficerent, prorsus ignorarent. Illi namque Deus inspirare et suggerere videbatur id quod hodie peractum videmus: ii vero quibus ipsa rem significabat, et quale monasterium vellet, describebat, illam ridebant, quod quæ ipsa vellet, nusquam habituram illam dicerent; et in primis confessarius quidam ex ordine Sancti Francisci, vir doctus et magni nominis: unde ipsa non mediocriter est contristata. Cum vero contigisset sacerdotem hunc alio foras proficisci, et multa is coram de monasteriis his B. Virginis de monte Carmelo, quæ hinc inde tum fundabantur, inaudisset, omniaque eorum instituta accurate per se ipse inquisisset, Albam reversus, eas ille se reperisse significat monachas quas adeo sollicite quæreretur; quare jam monasterium quod volebat, et quomodocumque vellet, conderet. Cuncta ex ordine, quæ audierat, ei retulit, et suasit ut mecum hæc ipsa de re ageret, uti etiam fecit.

537 Multum vero laboris et molestiæ in pariendo cum ipsis et stipulando subiimus. Ejus namque semper fui sententiæ, ut iis monasteriis quæ priorum elemosynis non victitarent, abunde necessaria omnia suppeditanda censerem, ne quid consanguineis aut alio quopiam monachæ, necessitate premente, postulare cogerentur, sed ad victum et vestitum necessaria omnia domi iis darentur, infirmæ vero et ægræ bene haberentur. Nam e necessariorum rerum defectu haud pauca sequi solent incommoda. Et certe ad multa monasteria facultatibus et annuis redditibus non dotata construenda, numquam mihi animus aut fiducia in Deum deest; certa quippe sum numquam ipsum illis defuturum aut necessaria non daturum: ut vero eisdem proventus, et quidem modicos, assignari patiar, numquam animum labeo; imo vero eadem malle non fundari. Tandem rationi et æquitati accedentes, sufficientes pro numero monacharum redditus nobis assignarunt; et (quo nomine plurimum illis debeo) sua excessere domo, quo nobis eam cederent, et ipsi in aliam satis incommodam commigrarunt. Die itaque Apostoli Pauli Conversioni sacro, anno MDLXXI, ad gloriam Dei Sanctissimum Altaris Sacramentum huc illatum est, et peracta fundatio: quo in loco optime divinæ Majestati servitur. Det ipse ut hocce ejus obsequium semper majus et majus fieri possit.

S. Teresia attribuit.

538 *Peracta fundatione, Albæ substitit S. Teresia ad tempus aliquantum; uti videre est e litteris a me num. 475 recitatis, quas v. Februarii ex eo oppido scripsit ad Alphonsum Ramirez. At vero brevi post desiderata Salmantica ejus presentia fuit, molestiarum causa quibus ibi moniales afflicti supra didicimus. Ea occasione comes de Monterey (Hieronymus de Azevedo, filius Mariæ Pimentel, de qua num. 522) ejusque uxor rogaverunt provincialem, vellet juberetque Teresiam Salmanticae aliquamdiu in sua aula diversari. Cui mandato obediens S. Virgo, nobiles hospites non consortio suo tantum ac virtutum exemplis solata est atque in via salutis percurrere adjuvit; verum eosdem etiam duplici miraculo recreavit. Prostrata jacebat maligna febre Maria de Artiaga, conjux pedagogi filiorum comitis, jamque ad portas mortis pervenerat; cum, patronis instantibus, Teresia cubiculum ægrotantis ingressa manum vultui ejus imposuit. Contactum purissimæ manus simul ac persensit Maria: Quis me tangit? exclamavit, sanata me esse sentio. Adstantes non poterat hæc vox non percipere; neque humili Sanctæ quidquam profuit quod illico diceret fieri posse ut ægrotata delirando proferret verba ejusmodi: hæc enim, sine mora*

F
Sanctæ Salmanticae formam





S. TERESIA
IN MONASTERO REGIAMATHENS.



Valentinus Cordova Del.

Car. Gifford Sc.

CHURCH OF THE MONASTERY OF REGIA IN MATANZAS.

AUCTORE
V. D. M.
habita ad mo-
niales allocu-
tione, expressit.
D

E

Describitur
oratorium suc-
curus.

F

et inferius, in
quo Sancta
tunc praesedit.

A mora e lecto assurgens, tam mentē sanam se esse quam corpore nemini dubium reliquit.

or puellula sa-
nitati restitit.

539 Narrant hanc sanationem Yepes (lib. iv, c. 1) et auctor Chronici (lib. ii, c. xlviii). Posterior vero alteram quoque addit, quae non aliunde innotescere potuit quam e testimonio P. Dominici Bañez. Nempe eodem tempore graviter item decumbebat comitis filiola, Maria Pimentel de Fonseca, quae postmodum mater facta est viri per Hispaniam celebratissimi, ac plurimis honorum titulis a Philippo IV rege decorati, Gasparis de Guzman, tertii comitis de Olivares. Pii igitur parentes pro ea rogare Tere- siam suas ad Deum preces, ut, modo ad gloriam summae Majestatis id cederet, carissimae proli vitae terminus prorogaretur. Obsequenti votis tam aequis, intra suum cubiculum S. Virgini videndos se prae- buere S. Dominicus et S. Catharina Senensis, nun- tiaveruntque exauditam esse ejus orationem; gratum autem fore Deo, si per unum annum parvula Maria veste sanctimonialium Ordinis Prædicatorum utere- tur. Quoniam vero non poterat hanc Cælitum volun- tatem Sancta comiti indicare quin simul visionem quam habuerat aperiret, P. Bañezium hac super re adiit; atque ejus interventione facile a religiosis gra- tisque hospitibus obtinuit ut puellula vestem Domini- canam anno integro gestaret.

et Abulæ

540 Tempus autem a S. Fundatrice Salmanticae hoc anno 1571 exactum, partim apud comitem de Monterey, partim in suo monasterio, nusquam ac- curate definitur. Ante xxix Martii illuc venisse de- monstratur e litteris quas ea die Toletum dedit ad Didacum Ortizium (tom. II, epist. 65). Porro ex dicto oppido Methymnam Campestem iit, reductura priorissam Agnetem a Jesu, quam inde ad fundatio- nem Albanam secum advexerat, et lites compositura quæ iis forte diebus inter Isabellam ab Angelis et ejus parentes erant exortæ, eo graviore momento quod, dum partem Isabelle tuebatur Sancta cum suis mo- nialibus, e parte parentum cum PP. Carmelitis staret Salazarius provincialis. Hic, suam suorumque opi- nionem S. Matri non probari videns, causatusque Agnetem a Jesu suo injussu a monasterio abfuisse, adhuc ægre ferens nunc eandem Agnetem denuo votis monialium in priorissam eligi, et Tereciam de Quesada, quam ipse proponebat, recusari, ultra quam par erat commotus, sub acerbis penis Sanctam una cum Agnete jussit Methymna illico excedere. Obtemperavere ambae virgines, atque Albam prius, dein Abulam se recepe- runt; et quidem Albam pervenere, ut Chronicon re- fert, duobus vectæ asellis quos portitor carentibus commodiori itinerandi ratione suppeditaverat.

monasterii In-
carnationis
prioratum.

541 Abulæ tunc primum Tereciam de visu co- gnovit, qui ante eam cognoverat e fama tantum, P. Petrus Hernandez, apostolicus Carmelitarum per Castellam visitator. Cujus viri auctoritate (quam Sancta, utpote a Summo Pontifice promanantem, et Generali Ordinis Præposito et capitulo generali præ- valere recte asserit, tom. II, epist. 66), unanimi mo- nialium suffragio accedente, præposita fuit mense Augusto monasterio Methymnensi, unde Quesadia jam dudum ultro excesserat. Mense vero Octobri proximo sequente Sanctam indidem evocavit Hernan- dez, eamque præesse jussit Incarnationis canobio Abulensi. Hujus illa canobii præfecturam, summo- pere difficilem, quomodo invitis monialibus adierit, docebit te Ribera (lib. iii, cap. 1). Ad ea quæ ipse habet, addam hic dumtaxat S. Matris allocutionem, qua, summa licet simplicitate, jam tum in medio co- astu demulcere capit reluctantium animos. Ea oratio ad calcem poni solet primi voluminis Epistolarum, quinto loco inter Monita.

542 Dominæ, inquit Sancta, Matres et Sorores

meæ, per obedientiam misit me Deus in isthanc domum ad fungendum hoc officio, quod nequaquam ambivi, nedum merui. Gravissima mihi ea electio accidit, tum quia onus mihi imposuit cui ferendo sum impar, tum quia vestris e manibus erepta fuit eligendi libertas qua hactenus gavisa eratis, et ea vobis priorissa nolentibus invitisque data est cui res esset multæ operæ vel eo contendere ut ab om- nium vestrum minima plurimum quod illa habet boni addiceret. Equidem alia de causa huc non venio quam ut serviam vobis et me omnibus in re- bus, quoad potuero, vobis commodem. Spero autem fore ut hac in re plurimum in me Dominus adjuvet; nam in cæteris rebus nulla inter vos est quæ docere me ac reformare non possit. Quare videte, Dominae meæ, quo ego pacto bene de vobis mereri queam: etiam si sanguinem ac vitam pro vobis profundere me oporteat, libentissimo id faciam animo. Filia sum domus hujus, et omnium vestrum soror. Plerumque, sin minus omnium, ingenium novi ac ne- cessitates; ac proin non est cur sitis alienæ ab ea quæ tam proprie vestra est. Nec meam adeo guber- nationem timeate. Licet enim hactenus Excalceatis convixi atque præfui, scio equidem per Dei boni- tatem quomodo quæ non sint Excalceatæ, regi de- beant. Unum cupio, ut suaviter cunctæ Domino famulemur, et pauca illa regularum ac constitu- tionum nostrarum capita pro Deo, cui tanta debe- mus, observare satagamus. Non me fugit quam magna sit nostra debilitas: quod vero si operibus nostris ad culmen perfectionis non pertingimus, at pertingamus saltem desideriis. Etenim Dominus pro sua benignitate efficiet ut paulatim intentioni ac desiderio opera respondeant.

543 Juvat hic paucis describere oratorium in quo Sancta tunc praesedit et quod etiamnum existit, quale recens delineatum habes in adjecta hic tabula. Eadem super area duplex illud est, inferius et supe- rius. Superioris constructio a S. Teresiae repetenda est temporibus. In hujus altari sculptilis stat S. Maria, Clementiæ dicta, magnoque habetur imago hæc in honore, utpote quæ a S. Teresia, cum velum sumpsit, allata fuit. Series quoque sellarum, e nitido ligno, probæque cælaturæ, venerationi sunt, eo quod Sancta toties iis insedit; et ob eam causam a nemine occu- pantur, sed omnes moniales sedent in scabellis seu sedilibus inferioribus, dum superiora, piarum ima- ginum loculamenta, sertis florum ornata sunt, quaque moniali provinciam habente curandi et decorandi unum eorum sedilium.

544 Inferius oratorium, stratum tectumque ligneis tignis, minus habet ornamentorum. Sed juxta altare e latere evangelii, lignea est S. Teresiae statua, boni sculptoris opus. Induta est veste quæ tum forma tum colore illum habitum refert quo ante institutam Refor- mationem induta erat. Speciem tamen habet choro, qua priorissæ, præsentis, signumque manu edentis ad inchoandum divinum Officium. Factum videtur id sculptile multo post mortem ejus tempore. Sedile in quo sedet, id ipsum est quod occupavit tempore prio- ratus sui; quare ejus columellæ, multis ablati ex pietatis sensu recisamenti, valde male habitæ sunt, ideoque, ut sedis vulnera non pateant, floribus obte- guntur, ac tota nunc cum statua sedes vitreo armario quadrilatero includitur, quod tamen undique aperiri potest. Ejus stylobates duabus ferme palmis supra solum est, aliquanto inferior quam scabella monia- lium; nam et hæc humilitatem imitantibz Excalceatu- rum, a sede qua Sancta earum Mater usa est, absti- nentium; ac priorissa ad latus manet statua, ita ut Sancta jugiter præsidere choro videatur. In inferiore hoc oratorio medium inter duas fenestras foramen est

AUCTORE
V. D. M.

A sive sacramentum Communionis, super quo pictura quædam pendet, in qua Sancta representatur, Sacram Communionem recipiens e manibus Jesu Christi, cui duo adsunt Angeli cum accensis lardis. Etenim in eo ipso loco talem ei gratiam a Deo collatam esse, pia fert traditio. Cum autem a tempore pronuntiata quam supra attuli, orationis, ad Segoviensem usque fundationem plura evenerint quæ Ribera nusquam attingit, ea aliunde, quantum potero, in sequentem paragraphum congeram.

§ XXX. Utiles Sanctæ in Incarnationis monasterio labores; raptus; mystica cum Christo sponsalia; visio de nece P. Martini Gutierrez S. J.; epistolæ memorabiles.

Morbis curis-
que oppressa
S. Mater

B Sancta familiari quadam epistola VII Martii 1572 ad Mariam de Mendoza data, non solum infirmæ valetudinis pauperisque monasterii Incarnationis statum nativo suo lepore describit; sed et heroicam patientiam atque uberem suæ caritatis ac suavitatis in regenda commissa sibi domo fructum clarius elegantiusque præter suam intentionem propalat quam longa id fieri possit panegyri. Quare gratum me lectori facturum puto eas hic litteras afferendo: Jesus. Gratia Spiritus Sancti sit semper tecum. Amen. Multum tui recordata sum hac tempestate, ac timui ne aeris intemperies tuæ noceret valetudini: meæ sane, ut mihi videtur, nocuit non parum. Sit Deo laus, quoniam æternitatem videbimus temporum vices non habentem: faxit vero ille ita nos per temporalia transire ut tanto mereamur aliquando frui bono. Mihi quidem sic sapuit terra ut videar in ea non esse nata. Bona valetudine vix mensem cum medio fruitam me esse puto, idque initio; quoniam viderit, credo, Deus non potuisse tunc sine ea quidquam effici. Hodie ipse omnia facit: ego enim aliud non scio quam corpus curare. Præsertim a tribus abhinc hebdomadibus addidit ad quartanas meas dolorem lateris et anginam. Vel unum ex his malis ad mortem mihi dandam sufficeret, si Deo placeret: at non videtur hactenus velle ut id bonum consequar. Vena ter incisa, paululum convalui. Abscessere quartanæ, sed non me reliquit febris omnino: quare mane purgatione utor. Tædet me tam infirmam me videre ut nequeam ex angulo prodire nisi ad Missam. Maximus autem est dolor maxillarum, quo afflictor jam mensem cum medio. Enumero tibi hæc omnia, ne mihi succenseas quod ad te non scripserim, utque videas quam liberaliter mihi Dominus tribuat ea quæ semper ab illo efflagito. Mihi certe fieri non posse videbatur, quando huc accessi, ut debilis hæc et infirma natura mea tot esset laboribus perferendis. Nam præter negotia ordinaria, quæ sane plurima sunt in his monasteriis, sollicitor rebus gravissimis quæ non spectant ad domum hanc: ita ut vere pateat omnia nos posse in Deo, quemadmodum ait S. Paulus. Dat mihi Deus ut, exigua adeo valetudine utens, præstem omnia.

disciplinam
inter moniales
Incarnationis

C 546 Aliquoties mecum ipsa risi, relictam me esse sine confessario et tam solam ut non habeam cum quo solandæ meæ gratia aliter agam quam aspectu.


D Quamquam quod ad corporis levamen attinet, minime defuit magna erga me pietas ac sollicitudo. et hoc ipso in loco multam mihi fecere eleemosynam: dat enim domus hæc mihi cibum dumtaxat; neque hunc quidem desideraveram. Propemodum consumpta est eleemosyna quam dedit Domina Magdalena (verisimiliter hæc est Magdalena de Ulloa): hactenus prandium ex ea feceramus: cui accessit etiam illud quod tu et quædam aliæ personæ tam larga manu pauperibus tribuistis monialibus. Dum cerno has Incarnationis moniales adeo jam sedatas et bonas, grave mihi est quod patiuntur. Laudandus plane Deus, qui adeo eas immutavit ut illæ ipsæ quæ maxime rebelles fuerunt, nunc sint contentissimæ et plurimum meæ amantes. Præsentem tempore quadragesimali neminem sive mulierem sive virum invisunt; quamvis, quod domui huic permolestum accidit, magna laborent egestate. Cuncta sufferunt cum multa pace: verissime sunt hic eximie Dei ancillæ, et quasi omnes in melius proficiunt. Priorissa mea (Beatissimam Virginem Mariam intelligit) facit hæc mirabilia. Quod ut melius pateat ita esse, ego, disponente Deo, tali affecta valetudine sum ut videar huc venisse tantum ad abhorrendam pœnitentiam et ad corpus curandum (tom. III, E epist. 6).

547 Non admodum longo tempore Sanctæ opus fuit ad fructum hunc colligendum. Vix enim pauci dies a turbulento illo quod Ribera describit, capitulo effluerant, cum ad Sanctam accurrentes quædam e monialibus quæ plurimum ei fuerant adversæ: Bene feceris, Mater, inquebant, si locutoriorum claves apud te relinueris, sique his et his (nominebant optimas ac Teresiæ gratas) commiseris domestica officia. Quibus suaviter respondit: Quando id quidem vobis, o Matres carissimæ, sic videtur, fiat utique, per me licet. Hoc pacto ad exitum quem sibi proposuerat, non tam sua quam subditarum suarum voluntate visa fuit pervenire; et arcem quæ eatenus inexpugnabilis fuerat, locutorium dico, non vi superavit, sed per placide in deditorem accepit. Itaque ex eo tempore custodia ostii, sacristiæ aliorumque locorum quibus periculum subesse poterat, fidelissimis monialium concredita. Quoties sæculares homines ad colloquium monialem unam alteramve evocabant, S. Mater eos dimittebat pia quadam industria: qua edificati boni, mali vero fastidio affecti, paulatim tam hi quam illi a frequentando monasterio destiterunt.


F 548 Erant tamen pauci aliqui juvenes obstinatiores, qui egregiam laudem, victa Teresiæ constantia, relaturi sibi videbantur. Unus præ cæteris, graviter ferens omni sibi commercio cum moniali quam turpiter amabat, interdicti, advocatam in locutorium priorissam probris maledictisque omnibus est insectatus. Auscultavit quiete ac patienter injuriantem Teresia: verum, ubi finem dicendi ille fecit, ipsa vicissim sermonem suscipiens, vultu animato gravique rationum pondere impudico nebuloni prohibuit ne posthac cœnobio pedem inferret; quod si quietem sponsarum Jesu Christi vel una adhuc vice disturbare conaretur, regia se auctoritate adversus temerarios illos ausus esse usuram. Prostratus co verborum fulmine, nil contra mutavit homo impudens; sed e locutorio celerrime se recipiens, socios admonitum ut non esse jocos apud Teresiam locum, finito esse in Incarnationis conventu colloquia, aliis qui adhuc ludere velint, gressus esse dirigendos. Ita sensim sine sensu mundanis abstractæ rebus, ac Deo sibi reddite, moniales Incarnationis orationi ac mortificationi internæ externæque tam ferventer vacare ceperunt, ut inter ipsas et Excalceatas jam

et fortiter
ogendo, vesti-
tuit,

jani



D'APRÈS LE DÉSSEIN DE M. DE LAUNAY ET DE M. DE LAUNAY, ARCHITECTES.



A jam aliud discrimen non esset quam vestium. Tanto vero amoris affectu priorissam suam prosequabantur, ut eam, si per ipsas stetisset, nunquam a se avelli fuissent passæ.

juvante S. Jo-
anne a Cruce.

549 Interea temporis P. Angelus a S. Gabriele, quem tironibus Pastrancensibus magistrum præpositum supra docui (num. 499), zelo ductus ille quidem, sed non secundum scientiam, faciem commissi sibi novitiatus insolito mortificationum genere immutaverat. Quod ut animadverterunt superiores, illuc e collegio Complutensi S. Joannem a Cruce ablegarunt, qui res collapsas sua industria restitueret. Tulit animo non satis mortificato P. Angelus adimmi sibi potestatem et se et alios mortificandi; et de hac immerenti, ut credebatur, illata injuria conquestus est per litteras apud Teresiam, tanquam communem omnium Matrem. Misit has Sancta litteras Salmanticam ad P. Dominicum Banez, cujus prudentiæ ac religioni non minus quam doctrinæ valde fidebat; atque adeo eum ortæ controversiæ arbitrum constituit. Ad diem XXIII Aprilis 1572 P. Banez respondit litteris quas integras in Chronicum suum assumpsit P. Franciscus a S. Maria (lib. II c. I), et quarum hæc summa erat, menti S. Reformatricis prorsus conformis: perperam egisse P. Angelum, recte S. Joannem a Cruce; quia hic nimirum regulæ Carmelitanae institerit, ille autem deceptus sit studio imitandi Societatem Jesu. Attamen haud ita dudum Pastranae moratus est Sanctus; sed mense Mayo, ut videtur, a S. Teresia Abulam accersitus cum P. Germano a S. Matthia, magnæ virtutis religioso, ut simul monialibus Incarnationis a Sacris Confessionibus essent: quo ibi munere ultra quatuor annos summa cum laude ambo perfuncti sunt, casula quadam conventui vicina pro habitaculo utentes. Longior horum tractatio potius ad S. Joannis quam ad S. Teresiæ Vitam pertinet: utrique vero commune est id quod sequitur.

quæcum ali-
quando ra-
ptum

550 Cum quadam die in locutorio monasterii Incarnationis altissimos ac pro more suo fervidissimos de Sanctissimæ Trinitatis mysterio sermones miscere cœpissent, et Joannem sublime loquentem Teresia in genua provoluta per cancellos auscultaret; adeo utriusque animus divino igne incaluit, ut primum quidem Joannes una cum sede in qua quiescebat, tanquam cum suo curru Elias, mox vero etiam Teresia, genibus ut erat flexis, rapti fuerint sursum versus. Testem hujus rei habemus Beatricem a Jesu (filiam Francisci Alvarez, patruelis S. Teresiæ), tunc ad Incarnationis monacham, sed postea ad Excalceatas cum aliis pluribus transgressam; quæ ipso ecstaseos tempore locutorium ingressa fuerat ad nuntium aliquod Sanctæ ferendum, atque ex ea postmodum tam miri spectaculi causam et occasionem didicerat. Idem non semel contigisse censendum est, tum ex fide historicorum, tum maxime ex eo quod ferunt S. Matrem dictitare solitam, caute de Deo colloquendum esse cum P. Joanne a Cruce; quippe qui non solum raperetur ipse, verum efficeret ut alii quoque raptus paterentur.

in locutorio
patitur

551 Illud eodem hodieque in statu locutorium cum cancellis in Incarnationis monasterio conservatum est, qualiter a D. Bouda recens in ipso loco delineatum, atque in Belgio incisum, adjuncta hic tabula exhibet. Diversi autem sunt hi cancelli ab iis ad quos Sancta prius correpta fuerat austeram apparentis Christi facie, quosque exaratos cernis in inferiore tabula parte, et de quibus jam § VII mentionem feci. Utrique hi cancelli lati sunt pedum circiter quinque, et alti pedum fere trium. Inscriptio picturæ superioris, si multiplicem orasim impleas, hispanice hæc est: Siendo priora desto convento de la Encar-

nacion nuestra Santa Madre, y vicario de dicho convento S. Juan de la Cruz, estando en este locutorio hablando en el misterio de la Santissima Trinidad, se arrobaron entrambos, y el Santo subió llevando tras sí la silla, como se vé en la pintura. Quod latine sonat: Priorissa cum erat hujus conventus Incarnationis N. S. Mater Teresia, et cum vicarius erat dicti conventus S. Joannes a Cruce, uterque ad hos cancellos inter colloquium de mysterio Sanctissimæ Trinitatis in altum rapti fuerunt, et Sanctus una cum sede elevabatur, ut cernitur in pictura.

AUCTORE
V. D. M.
D

552 Et quoniam ad hanc materiam nos vexit oratio, congeram hoc loco quedam alia de divinis operationibus quas scitur Sancta hoc prioratus sui spatio in sæpe dicto monasterio Incarnationis experta fuisse. Unam ejus visionem habitam pridie XX Januarii, qui dies SS. Fabiano ac Sebastiano sacer est, refert Ribera (lib. III, c. I) ipsis Teresiæ verbis, ex schedis videlicet quas Ludovicus de Leon Vita ab ipsa scriptæ adjecit. Idem Ribera narrat (lib. IV, c. III) quomodo Sancta hoc tempore corpus defunctæ Eleonoræ de Cepeda, consanguineæ suæ, ab Angelis bajulari viderit. S. Pius V ipso obitus sui die, kalendis Maji 1572, Sanctæ apparuit; uti ex hujus ore se accepisse cum juramento testata est in informationibus ad canonizationem Ven. Mater Anna a Jesu (apud Manrique, lib. II, c. VII). Maria a S. Joanne Baptista, soror germana modo nominatæ Eleonoræ, et una de primis reformati Carmeli monialibus, item testata est esse penes se schedam manu Teresiæ exaratam et hæc inter alia continentem: Cum essem in Incarnationis monasterio, secundo anno mei in eodem prioratus, quadam die sacris epulis refectæ mihi Deus dixit: « Ne timueris, filia; quandoquidem nullus est qui queat te a me separare. » Actum quidem imaginaria visione mihi sese, uti et alias facere solitus erat, valde intime spectandum dedit; et dexteram suam mihi porrigens, ait: « Aspice clavum hunc, in signum quod ab hoc die » sponsa mea futura es: hactenus id non merueras; posthac vero honoris mei curam geres, non » solum tamquam Creatoris, Regis ac Dei tui, sed » ut vera et germana sponsa mea: honor meus » jam tuus est, et tuus meus. » Hæc gratia tales in me fecit effectus ut illam vix caperem et velut mentis impos manerem, diceremque Domino ut vel meam vilitatem propalaret aut talem gratiam mihi non concederet: putabam namque naturam meam illi ferendæ imparem esse. Unde tota die ab ea velut imbibita et valde absorpta mansi. Magnum inde postea fructum sensi ac majorem mei confusionem et animi dolorem, ex eo quod nihil tantis gratiis donisque dignum me facere viderem.

Cum Jesu,
clavum sibi
porrigente,

E

F

553 Sunt hæc Christi Domini cum S. Teresia sponsalia, quorum Ribera, allegatis iisdem verbis, meminit lib. IV, c. V, indicans insuper ea contigisse in octava S. Martini, id est die XVIII Novembris 1572. In additionibus cura Ludovici de Leon ad Vitam Teresianam factis eadem dies designatur, et referuntur præterea quadam circumstantiæ antecedentes; nempe sic ibi Sancta loquitur: Cum in Incarnationis monasterio agerem, in secundo prioratus mei anno, die octava S. Martini, et jamjam Sacram Communionem perceptura essem, P. F. Joannes a Cruce Sacram Hostiam in duas partes divisit, quarum una mihi, altera alteri sorori cederet. Equidem putabam id illum facere non tam quod hostiæ deficerent quam ut me mortificaret, quandoquidem illi diseram me libenter magnas in Sacra Communione Hostias accipere; esto scirem id nihil referre, et propterea non minus Dominum integrum et totum illi adesse, tametsi particula

mystica init
sponsalia ad
Eucharisti-
cam mensam.

AUCTORE
V. D. M.

A

particula etiam minutissima sit. Dixit autem mihi Deus: « Ne timueris filia; enimvero nullus est » qui queat te a me separare: indicans nullius id momenti esse. Ac tum quidem, etc., ut supra. Illa ipsa S. Communionis mensa ubi hoc evenit, etiamnum existit et magnam habet venerationem: juxtaque appensa pictura visionem eam exhibet, qualiter a Sancta narrata est. Utrumque hoc ad amussim expressum cernis ex accurata delineatione, quam anno 1842 a D. Robustiano Boada in ipso Incarnationis monasterio faciendam curavimus. Loculamentum sacrae mensae extrinsecus latum est 23 pollices, altum 26; fenestella quae in eo habetur, lata 12 cum dimidio, alta 15 cum dimidio; tabula vero fere alta est pedes 9, et lata 8.

B



Corrigitur error circa factorum seriem.

C

554 In noxa, si factorum seriem spectes, est Lectio inserta in Breviario Ambrosiano (vi decreti Caesaris Cardinalis Montii, archiepiscopi Mediolanensis, anno 1647), ubi haec habentur: (Teresiam) novo sponsalium ritu, suae scilicet passionis clavo, annuli vice, sibi Christus in sponsam accivit (quod contigit xvi Novembris 1572); et exinde tanto ipsa patiendi flagravat desiderio, ut exclamaret identidem: « Domine, aut pati, aut mori. » Non defuit aestuanti Sponsus; sed per Angelum ignito jaculo cor ipsi transverberavit (quae transverberatio totis duodecim annis sponsalia praecessit): illaque Sponso tanta charitate respondit, ut insolitum et perdifficile votum semper efficiendi quicquid perfectius esse et ad majorem Dei gloriam pertinere intelligeret, constantissime emisit (quod pariter jam a duodecim annis, nempe statim post cordis transfexionem, a Sancta factum erat). Ex quo cernis chronologicum factorum ordinem illic interverti.

Refertur fabella quaedam de pueri cum Teresia confabulatione.

555 Nescio autem utrum haec Dei ad Teresiam verba: Honor meus jam tuus est, et tuus meus, utrum vera illa quae referuntur c. xxxix Vitae ejus: Jam tu mea es, et ego tuus, ansam dederint narrationi, quam quidam concionatores scriptoresque librorum asceticorum nescio unde deprompse-

runt, et quam P. Fredericus (tom. I, p. XLIII) sic D refert: Quadam die, obambulans S. Mater in monasterio, formosum sibi obvium habuit puerulum; miransque quod is introgressus esset claustrum, monialis alicujus cognatum esse opinabatur. Quaesivit ergo ex eo quo vocaretur nomine. Cui parvulus: « Prius, ait, tuum mihi nomen edic; ego » deinde tibi designabo meum. » Respondit Sancta Teresiam a Jesu se vocari. « Ego vero, reposuit » ille, vocor Jesus a Teresia. » At nusquam, uti apposite subjungit P. Fredericus, sive apud S. Teresiae biographos, sive apud alios ex antiquioribus bonae notae historicos, factum hujusmodi enarratum repereris. De quo et alia illa occurrit vehementer dubitandi ratio, quod scilicet hic ageretur de externa et corporali visione; dum tamen visionem id genus nullam, sed internas visiones tantum, modo intellectuales, modo imaginarias, se habuisse ipsa S. Mater perspicuis verbis declarat in suo Castello animae (Mansione vi, cap. ix), prout jam alias memini (num. 224). Sic nimirum ibi loquitur: De iis visionibus quae exteriori visu apprehenduntur, nihil omnino possum dicere; quandoquidem personam quam dixi (i. e. Sanctam ipsam, semet sub tertia persona designanti), et de qua hic tam particulariter possum E loqui, nihil tale unquam contigit, nec quisquam certam dare rationem potest rei quam expertus non fuit. Satis autem verisimile est encomiasten quemdam S. Teresiae suavissima illa Salvatoris verba, quae modo attuli, ita oratoria aliqua paraphrasi interpretatum fuisse ut diceret Teresiam esse Jesu, et Jesum Teresiam; indeque sensim sine sensu, additis deinceps novis commentis, memoratam fabellam manasse in vulgus, quae de caetero ad Seraphicam Virginis gloriam, tot aliis nominibus ineluctissimam, perexigui sane est momenti.

556 Porro mystica illa S. Teresiae cum Salvatore sponsalia preparatio fuerunt ad alterum adhuc sublimius orandi genus (matrimonium spirituale ipsa Sancta appellat) quo usa est per ultimos vitae suae annos, teste Ribera (lib. iv, cap. i). Non dicam hic de earum rerum natura, cum ipsa Teresia id explicet in Castello animae (Mansione vii, c. i et ii). Ad schedam redeo cujus verba Maria a S. Joanne Baptista coram informatoribus, ut paulo ante dixi, protulit. Alia vice, ait ibidem S. Mater, cum intra memet me collegissem cum societate illa quam semper in anima gero, videbatur mihi Deus in ea esse; ita ut recorderer verborum S. Petri: « Tu es Christus » Filius Dei vivi »; quoniam et in anima mea Deus vivus erat. Non est autem haec visio similis aliis, siquidem affert vim cum fide; sic ut dubitari non possit quin Sanctissima Trinitas animabus adsit praesentia, essentia atque potentia. Maxime proficuum est hanc capere veritatem. Cum vero parem, quod tantam Majestatem cernerem in vilissima hac anima mea, audivi: « Vilis non est, quando » quidem ad imaginem meam facta est. » Praeterea didici quendam de causa ob quam Deus animabus magis delectetur quam reliquis creaturis: quae quidem tam delicata sunt ut, licet ea cito intellectus deprehenderit, effari tamen nesciat. Alia vice, reputans quam dura res sit vita, qua impedimur quominus semper admirabili illa Sanctissimae Trinitatis societate fruamur, intra me dicebam: « Domine, da mihi aliquem modum exentiendi » vitae hujus pondus. » Et Deus ad me: « Cogita, » ait, filia mea, non posse te vita functam mihi » servire uti nunc facis. Comede pro me et dormi » pro me; sit pro me quicquid egeris, quasi vive- » res non jam tu, sed ego, quemadmodum dixit » S. Paulus. » Ad hanc ipsius Teresiae manu conscriptam

Sancta Jesum sapientius audit sibi loquentem.

F

A conscriptam narrationem addit adhuc Maria a S. Joanne Baptista : Nocte quadam festi Corporis Christi vidit Mater Teresia e Sacra Pyxide Dominum ad se venire, fluente e toto capite sanguine; qui tanquam fatigatus ei dixit se etiam per Ecclesiae capita tali in statu esse. Non recordor utrum jussa fuerit hæc iis verba referre : sed narravit hæc alicui quæ magnum inde emolumentum hausit.

De morte P. Martini Gutierrez S. J.

557 Tandem consignanda hic venit visio quam Sancta anno 1573 habuit de P. Martino Gutierrez, suo nuper in fundatione Salmanticensi adjutore et confessario. Hic dum post S. Francisci Borgie obitum Romam ad electionem novi Generalis Societatis Jesu proficiscebatur cum PP. Aegidio Gonzalez provinciali Castellæ et Joanne Suarez, comitante etiam F. Didaco de Rios coadjutore temporali, interceptus est in Gallia ab Hugonottis hæreticis : qui, cum de nece quatuor insontibus inferenda, nisi se magna pecuniæ summa redimerent, jam deliberassent, et P. Aegidium graviter in femore sauciassent, interim plagis et contumeliis affectos duro carcere inclementer detinuerunt Cardalliaci, decem ab urbe Ruthenorum leucis. Unde ingenti laterum dolore cum febre contracto, P. Gutierrez quintum intra diem, XXI Februarii, in ipsa captivitate exstinctus est, omnibus morbi lenimentis et solatiis destitutus; prout olim a Beatissima Virgine Maria, cujus eximius erat cultor, multa prece efflagitaverat. Ecce autem, ubi de catholice tumultando ejus corpore in medio nationis prave socii, jam libertati ob promissos nummos redditi, frustra deliberant, adest repente matrona augusta ac verecunda specie; et num quis eorum decessisset, cujus corpus humandum foret, prior interrogat. Quibus annuentibus, prolata sindone suis ipsa manibus cadaver decentissime involvit, et mox videri desiit : ut nihil dubitarint Patres quin id benignissimæ cæli Reginae erga exuvias clientis sui beneficium fuerit.

calitus munetur.

558 Omnes has mortis Martyrio proximæ circumstantias paucis post diebus conscripsit ac sæpe deinde narravit P. Joannes Suarez (consule Vitam P. Balthazaris Alvarez, auctore Lud. de Ponte, c. XXVII, et Hist. Soc. Jesu, part. IV, l. I, num. 2 et seqq.). Pater autem Bartholomæus Perez de Nueros (alter duorum sociorum quos, ut narrat Ribera lib. II, c. VII, P. Gutierrez, prima nocte fundationis Salmanticensis, ad S. Teresiae sacellum componendum et ornandum miscrat), in informationibus pro Sanctæ canonizatione Madriti habitis testatus est se audivisse qui pro certo narrarent gloriosam P. Martini mortem S. Teresiae divinitus revelatam fuisse; eandemque Sanctam dedisse litteras ad P. Aegidium Gonzalez, qui tunc Hispaniæ Assistentem Romæ agebat, quibus certiore eum faceret sibi P. Martinum ostensum esse a Deo in cælesti gloria conspicuum et Martyrii laurea decoratum.

Curat Excalceatas suæ Abulenses.

559 Cave autem existimes tot inter visiones ac spiritus delicias, tantos inter corporis dolores quantos ipsa suis litteris supra memoratis enumeravit, inter laboriosissimos denique ad disciplinam in monasterio Incarnationis instaurandam conatus, immemorem S. Matrem fuisse filiarum quas Domino in suæ Reformationis cænobiis genuerat. Abulensis S. Josephi cænobii iis temporibus, quando tam prope ab eo habitabat, specialem curam haud dubie gessit. Illius priorissa, Maria a S. Hieronymo, nihil inconsulta Teresia unquam ordinabat : imo, teste P. Chrysostomo Henriquez in Vita Ven. Dei Seræ Annæ a S. Bartholomæo (lib. II, c. VI), regebat S. Fundatrix et solabatur ac docebat caras suæ Excalceatas Abulenses eodem modo ac si media inter eas versaretur. Pro specimine est apud eundem scriptorem licentia

quam Sancta dedit Mariæ a S. Hieronymo, tanquam vicariæ suæ, admittendi ad professionem die XXV Augusti 1572 sua auctoritate ac nomine Ven. Annam modo nominatam.

AUCTORE V. D. M. D

560 Albani quoque cænobii sui negotia Sanctam tum cordi habuisse liquet e binis ad Joannam Ahumadum litteris, IV Februarii et XXVII Septembris datis (tom II, epist. 52; tom. III, epist. 36). Eandem de Vallisoletanis sororibus sollicitudinem promittit epistola ad Mariam de Mendoza, cujus exordium in principio hujus § modo allegavi, et cujus prosecutionem jam exhibeo, ut constet quam monasteriorum suorum bono ac disciplinæ fortiter, atque colendæ benefactorum amicitia prudenter S. Mater consulere. Nunc, ait, ut nulla ex parte non patiar, scribit mihi priorissa tui illius conventus (Vallisoletani) velle te ut in eo monialis quædam cooptetur; atque adeo te moleste tulisse quod tibi dixerit noluisse me, postquam tu miseris recipiendi licentiam, eam recipere, ut nec alteram quam admissam cupit P. Ripalda. Non recte te instructam existimavi; dolerem, si vero nitereris. Potes me increpare et mihi præcipere. Neque persuadere mihi possum esse te mihi infensam quin mihi id dicas : potius crediderim iram a te simulari, ut te istinc extrices. Quod si ita esset, valde reficerer. Novi enim quomodo agendum sit cum Patribus istis Societatis, ut eos mihi assentientes faciam; quippe qui nec ipsi ad voluntati meæ obsequendum, quempiam non aptum suo Ordini admitterent. Si digneris decretam tuam voluntatem mihi perscribere, non erit quod verbum ultra faciam : et ista in domo et in reliquis omnibus tu præcipere potes; mihi obediendum erit. Attamen exposcam hoc in casu vel P. Visitoris vel P. Generalis veniam : namque horum alterutri, sed non mihi, integrum est virginem istam tuam inter moniales accipere; siquidem defectus quo laborat, constitutionibus adversatur. Oportet autem ut moniales bene discant latine legere : quoniam regula cautum est ne secus recipiantur.

Scribit ad Mariam de Mendoza

561 Meæ interim conscientiae exonerandæ causa non possum quin indicem tibi quid ego, re Domino commendata, his in adjunctis factura essem. Omitto, ut modo dixi, quod cupis me, ni velim tibi stomachum facere, ad omnia tibi esse paratissimam : nec super hoc mutiam amplius. Tantum supplico tibi ut mature ea quæ mox scribam, consideres, et quidem in conventus tui gratiam, quem non omni ex parte perfectum esse sane non sine dolore cerneris. Ubi multæ cohabitant moniales, melius defectus aliqui tolerari possunt; verum istic, ubi tam paucae sunt, selectissimæ omnes sint oportet. Et hanc quidem tuam esse mentem semper mihi persuasi, in tantum ut e monialibus quæ mihi ad officia qualiacunque suppetunt, non ausa fuerim in tuum conventum quampiam mittere : quoniam nulla scilicet iis mihi dotibus elucere videbatur quas tui conventus virginibus inesse cupiebam. Meo proinde judicio neutra duarum puellarum de quibus quæstio est istic recipietur : nam non satis sanctitatis aut virtutis nec tantam discretionem industriamve ipsis inesse video ut domui prodesse possint. Cum igitur damnum inde sit futurum, cur, quaeso, vis ut recipiantur? Abunde habent alia monasteria quo confugiant, et ubi ob numerum monialium, uti dixi, facilius est quarundum rerum toleratio. Tuum vero in monasterium tales tantum adoptari deberent ut quæque prioratum, seu quodcunque aliud officium quod sibi oblatum fuerit, gerere valeat. Ergo pro amore Domini nostri bene rem inspicias velim, et videas bono communi semper magis quam particu-

de novitia Vallisoleti non recipienda.

F

AUCTORE
V. D. M.

A lari providendum esse; dein attende quanti intersit ut universae quae istae se ocluserunt, aliae aliis convivant et mutuos defectus ferant cum caeteris Ordinis difficultatibus: difficultas autem maxima enascetur, si rem suam non bene gererent. Tu, quae tantis nos beneficiis tibi obstrictas habes, hac quoque in re monialibus tuis, oro, faveas. Si ita placeat, mihi rem committe: ego enim, ut supra scripsi, cum Patribus istis facili negotio transigam. Sin contra tuo in proposito persistas, faciendum erit, per me licet, id quod mandas: in te autem recidet, si res male e venerit. Caeterum puella quam P. Ripalda proponit, mihi videtur alii cuidam loco non male quadrare; sed nobis curandum est, praesertim initio, ne nostram istam domum deformemus. Ordinet haec Dominus prout maxime ad suam gloriam pertinerit, det tibi lumen quo quod optimum factu sit facias, et te nobis servet plurimos annos incolumem: id quod nunquam desino ab ipso petere, quantumvis male me habeam.

ut P. Ordoñez
S. J. de erigen-
do puellarum
convictu.

B 562 Eloquentissimis hisce litteris fortasse non inferiores habendae sunt illae quas Sancta xxvii Julii 1573 destinavit ad P. Ordoñez, insignem Societatis Jesu operarium (tom. II, epist. 17). Agunt de convictu Methymnae Campi, seorsim a conventu monialium, instituendo ad juniores puellas muliebribus erudiendas disciplinis atque ad pietatem efformandas. Necessarios ad eum finem sumptus obtulerant nobilis vidua Helena de Quiroga et filia ejus Hieronyma de Villarroel y Quiroga (quarum haec xiii Januarii 1575 sub nomine Hieronymae ab Incarnatione, illa exeunte Octobri 1581 sub nomine Helenae a Jesu se Carmelitissae Excalceatis adjunxerunt), et propositi executionem commiserant P. Ordoñezio simul et P. Hernandezio visitatori. Visitator autem suas partes in P. Dominicum Bañez et S. Teresiam transulerat; unde non mediocris labor in Sanctae humeros, aliis jam rebus valde oneratos, recidit. Litteris igitur quas dixi, rem totam diligenter pertractat: de magistrarum nominatione a priorissa Methymnensi facienda, de earum numero, de numero item ac dotibus puellarum in convictum admittendarum, de modo administrandi res temporales novi instituti, deque aliis id generis rebus, quid sibi videatur, docet: prudenti cunctatione opus esse admonet, et petit ut P. Ordoñez, re prius mature cum Bañezio expensa, in consilium insuper vocet duos e Societate Jesu sacerdotes, nimirum P. Joannem Suarez, Castellae provincialem, et P. Balthasarem Alvarez. De reliquo valde dubium mihi est utrum convictus ille unquam extiterit: vel certe, si extiterit, ita brevi deletus fuit ut ne ullum quidem ejus vestigium superaret. Quibus id causis tribuendum sit ignoratur.

et ad regem
Philippum II
de sua Refor-
matione.

C 563 Par fere ignoratio est de argumento litterarum eodem anno ad Philippum regem scriptarum in hac verba: Jesus, Gratia Spiritus Sancti sit semper cum tua Majestate. Amen. Minime fallit, ut existimo, Majestatem tuam quam assidua mihi cura sit ut illam in exilibus precibus meis Domino Deo nostro commendem. Quod quamvis mea ex parte, quippe quae sum miserrima, parvum omnino sit obsequium, est tamen hoc aliquid quod ad idem faciendum hortor moniales Excalceatas nostri Ordinis, quas egregie Deo ancillari scio. Et hac quoque in domo in qua hodie versor, pio isto officio fungimur non tantum erga Majestatem tuam, verum etiam erga serenissimam reginam et principem, quem longissima Deus ut vita donet precor. Peculiarem fecimus orationem ipsa die qua Celsitudini ejus solemne jusjurandum dictum est. Idem semper fiet; ut adeo, quo majus Ordo hic incrementum acceperit, eo major inde in Majestatem tuam pro-

ventus sit redundaturus. Quare ausa fui supplicare D Majestati tuae ut nobis faveat certis in rebus quas exponet licentiatas Joannes de Padilla, cui eas commisi. Fidem illi det Majestas tua; namque eximius quem in ipso animadverti, zelus me invitavit ut eum conscium facerem hujusce negotii; quod, si vulgo notum esset, effectu omni, qui alius non est quam gloria et honor Domini nostri, prorsus careret. Servet te divina Majestas tot annos quot status Christianus exigit, cui tantas inter aerumnas ac persecutiones magno levamini est tam strenuum Sanctae Ecclesiae defensorem atque auxiliatorem. Majestatem dico tuam, a Deo concessum fuisse. Ex hac domo Incarnationis Abulensi, xi Junii 1573. Indigna Majestatis tuae serva ac subdita, Teresia a Jesu, Carmelitana (t. III, ep. 1). *E contextu ipso liquet spectare has litteras ad rem quamdam Teresiani Instituti; at qualis ea res fuerit, frustra, puto, quaesieris. Princeps de quo Sancta loquitur, Ferdinandus erat, Philippi II et Annae Austriacae filius, natus iv Decembris 1571, regni haeres juratus exeunte Majo anni 1573, sed praematura morte ad caelos translatus xviii Octobris 1578.*

§ XXXI. Carmelitae Excalceati quatuor domicilia acquirunt in Andalusia. Sancta Salmanticam mittitur; ubi Foundationes suas describere incipit.

Relinquenda paulisper est nobis S. Mater in suo regimine monasterii Incarnationis; ut, quantum hujus nostri Commentarii ratio postulat, de Excalceatorum ejus augmento ac de conventibus ab illis anno 1571 et 1572 incolis caplis summatim narremus. Inter hos primum tenet locum conventus Beatisimae Virginis de Subsidio, montibus Altomirensibus, qui Toletanam provinciam a Conchensi dividunt, inaedificatus a pio clerico Huetensi, nomine Didaco del Castillo. P. Balthasar a Jesu, prior Pastranensis, quem Hernandezius, visitator apostolicus, fundatis fundandisque Carmelitarum Excalceatorum conventibus quasi vicarium provincialem dederat, destinavit illuc, oblenta praelatorum suorum licentia, et a Francisco de Fresneda, episcopo Conchensi, memorati conventus donatione, P. Franciscum a Jesu (alio nomine dictum Franciscum Capela, et cognomine veterem) cum sex sociis. Adita novae domus possessio solito ritu, nempe Sacratissimi Corporis Christi illatione, ad diem xxiv Novembris 1571, concurrente populi turba e vicinis locis (si tamen vicinos recte dixerim, quorum qui proximi sunt, integra leuca distant) et religiosissimos viros plurimum admirante, qui asperam adeo solitudinem montesque hiberna nive opertos habitatum ire non vererentur. Quam fortiter frigora tulerint, quam fervide Deo sint famulati, quam miram aliquando Dei Genitricis opem experti fuerint, refert auctor Chronici per tria postrema capita libri sui secundi.

Carmelita Excalceati ceno-
bia B. V. M. de
Subsidio

565 Sub idem tempus nonnulli Andalusii qui Compluti agebant studiorum causa, perspecta Excalceatorum praelara vita, ad hos ex Observanti Carmelo transierunt. Inter eos praeter ceteris nominandus est P. Andreas a Sanctis, qui lumine prophetico jam ab annis triginta Reformationem Teresianam praenoverat et ex eo tempore ad illam transeundi postu-
larat

et S. Joannis
a Porta acci-
piunt:

A larat a provincialibus suis veniam. Hinc aliis multis Andalusitis et magis etiam P. Francisco Vargas, visitatori apostolico, subortum desiderium Excalceatos Carmelitas ex Castilla in Andalusiam acciendi. Scripsit proin hunc in finem Vargasius ad P. Balthasarem a Jesu, quem non sui tantum religiosi, sed Calceati quoque Patres, ob perspectam olim, quando inter illos vivebat, virtutem ejus atque doctrinam, plurimi faciebant: qui tum quidem P. Vargasio excusavit plurimas quæ sibi Pastranæ et alibi in Castilla incumbabant occupationes; attamen spem ostendit fore ut tam bella Ordinis sui ampliandi occasione, quam primum per tempus liceret, uteretur. Haud diu post evenit ut P. Didacus Heredia y Rengifo, dictus a S. Maria, ante Observantis Carmeli, tunc Reformati alumnus, patriam suam Granatam, comite Fr. Ambrosio a S. Petro, ex venia Hernandezii visitatoris repeteret. Quos ut Cordubæ vidit P. Vargas, subsistere jussit: et paulo postea, petito per litteras collegæ sui Hernandezii consensu, in suam receptos obedientiam novis sedibus donavit, nimirum conventu S. Joannis a Portu, Eleplam inter et Guelvam, jussis alio transmigrare Patribus Observantibus qui hunc locum eatenus obtinuerant.

B Acta sunt hæc Octobri ac Novembri mensibus anni 1572; ac mox Didaco Ambrosioque plurimi, partim ex Observanti Carmelo, partim e sæculo, se socios adjunxerunt. Vides jam prima semina dissensionum Calceatos inter et Excalceatos Carmelitas, in Andalusia primum, deinceps vero per reliquas Hispanias, exortarum.

dein, PP. Gabrielis a Conceptione

566 Interim P. Gabriel de la Peñuela, monasterii Carmelitici Granatæ recens exstructi incola, Ubeda oriundus atque ob nobilitatem generis ac magis etiam ob virtutes suas, potissimum ob humilitatem, a primariis viris magno in honore habitus, ut audivit extendi per Castellam S. Teresiæ Institutum, volvere animo cepit qua illud ratione etiam in Andalusiam induceret. Re attente perpensa, consilium communicavit cum Petro Guerrero, archiepiscopo Granatensi, et Petro Daza, civitatis prætor; et utrumque hortatorem habuit ut operi tam pio manum admooveret, prius vero Madritum iret, litteras regias, quibus ora contradicentium claudere posset, petiturus. Itaque, cum licentia visitatoris apostolici, excalceavit se P. Gabriel initio Septembris anni 1572, ac, sumpto a Conceptione B. Virginis cognomine, ad urbem regiam iter instituit. Eo in itinere obvium forte habuit

C Didacum de Leon, Andalusium, e Carmeli Ordine in episcopalem sedem Sodorensis (de qua consule Majores nostros ad diem III Julii, pag. 667, et additiones ad Camdeni Britanniam, tom. III, pag. 701, edit. Londin. 1789) erectum; e quo audivit esse in Rupecula Marianorum montium territorii Bialiensis (Peñuela de Sierra Morena dicunt Hispani) quosdam eremitas nullo adhuc Ordini religioso adscriptos, qui vitam viverent primitivæ Carmeli regulæ satis conformem, unde non difficulter Excalceatis Teresianis associari possent; quare operæ pretium facturum esse, si tam hos quam illos invisum iret, atque ad ineundam inter se societatem adduceret; Andalusios Excalceatos qui Pastranæ et Compluti non exiguo numero essent, præsertim P. Balthasarem a Jesu, tam bonæ rei exequendæ non defuturos.

et Balthasar a Jesu opera,

567 Hinc nova concepta spe, et confecto prospere apud regem in silva Balsain prope Segoviam negotio, P. Gabriel a Conceptione Complutum ac Pastranam excurrit; et proposito suo perficiendo modum cum P. Balthasare a Jesu præstituit. Dein adivit eremcolas Rupeculæ: quos, cum statim petitioni consensissent, per aliquot dies methodum orandi et observantias regulares Ordinis Carmeli docuit; atque inde

eorum unum, Petrum a S. Angelo, Ordinis veste indutum, secum adduxit ad loci Ordinarium, Franciscum Delgado, episcopum Giennensem, cujus impetranda erat ad fundationem faciendam licentia. Abnuvit tum quidem præsul, assensurus tamen postea, uti videbimus: civitas vero Biatia donavit eremitis spatium augendæ habitationi; quare P. Gabrieli remeandum Madritum fuit, ut donationem a rege firmandam curaret. Hac occasione jussu P. Balthasar a Jesu, qui eo tempore principi Roderico Gomez ægrotanti curam dabat, Pastranæ substitit per Quadragesimam anni 1573. Post Pascha princeps Tituatiam (vulgo Illescas), notum pro recuperata sanitate Deiparæ soluturus, se contulit cum P. Balthasare; quem hinc, annuente provinciali Angelo de Salazar, in Andalusiam dimisit, tanquam ad negotium nescio quod familiæ suæ componendum cum genere suo, duce Methymnæ Sidoniæ. Comes Balthasari e Pastranensi conventu venit P. Gabriel: simul inde et e conventu Allomirano accitis aliis Andalusitis mandatur ut clam bini et bini Giennium partim, partim Biatiam eant, præstolaturi fundationem seu Granatæ sive in Rupecula faciendam.

568 Igitur PP. Balthasar et Gabriel, postquam ex via in Rupeculam digressi fuissent et eremitarum unum, Garciam a S. Luca, sibi socium adjunxissent, venere Granatam et litteras commendatitias principis Eholensis comiti de Tendilla, Ludovico Hurtado de Mendoza, præfecto celeberrimæ arcis quæ Alhambra dicitur, obtulerunt. Ab eo recepti hospitio, persolutis erga archiepiscopum et urbis præsidem urbanitatis officiis, stiterunt se P. Francisco Vargas visitatori. Qui moribus Balthasar mirum in modum delectatus, suas ei vices diplomate legavit ad visitandum regendumque quotquot tota Andalusia forent Reformati Carmeli monasteria. Obstabant interim plerumque successui simultates quædam quas ea forte tempestate comes Tendillensis cum magnatibus Granatensibus gerebat. Nihilominus P. Balthasar summos infimosque sibi paulatim conciliavit, sacris præsertim concionibus; atque ut esset sua opera civibus utilior, ex arce Alhambra descendit, mandante P. Vargasio, in domum quam Carmelita Observantes olim tenuerant. Alteram quidem domum obtulit archiepiscopus, propinquam parochiali S. Gregorii Magni templo; sed hanc P. Balthasar non accepit, quia nimis difficilis addebatur conditio: videlicet ut Mauris ad fidem Christi conversis Sacramenta Carmelitæ administrarent.

569 Denique indefessa comitis cura obtentum ut clerici regiæ capellæ Granatensis P. Balthasari cederent insigne eremitorium, quod reges Catholici Ferdinandus et Isabella, capta anno 1492 urbe Granata, ædificari curaverant juxta vetus regum Maurorum palatium, in memoriam innumerabilium Christianorum eo ipso in loco (cui propterea nomen Mons Martyrum inditur) ab impiis Mahumeti sectatoribus in odium Fidei nostræ interfectorum. Visuntur adhuc ibi cavernæ, nocturna captivorum ergastula, quas suo Mauri idiomate mazmorras appellabant et quarum ichnographiam exhibet Joannes Alvarez de Colmenar in suis Annalibus Hispaniæ ac Lusitaniæ (fig. 112). Ecclesiola dicti eremitorii pridem titolare habuerat festum S. Petri ad Vincula; sed dein SS. Cosmam ac Damianum patronos acceperat cum insigni horum duorum Martyrum lipsano et largis indulgentiis a Paulo III Pontifice Maximo concessis. Porro syngrapha die XIX Maji 1573 confecta, qua clerici regiæ usum eremitorii Montis Martyrum Carmelitis Teresianis tribuebant, tam molestas continebat leges, ut, nisi spes affulsisset fore ut eæ aliquando abolerentur, acceptari a P. Balthasare vix potuissent,

AUCTORE
V. D. M.
D

sedes nunciatur
E

F

in monte Martyrum Granatensi et in Rupecula Marianorum montium.

AUCTORE
V. D. M.

A potuissent, utque mo lapsu temporis religiosi, earum executione immodice praegravati, de redhibendo pristinis dominis loco aliquando cogitaverint. At omnes illas leges anno 1597 antiquavit Philippus II; ex quo tempore monasterium, quod eatenus precario Carmelitae incoluerant, et adificiorum augmento et accessione sociorum et populi concursu egregie floruit. Peracta utcunque, prout dixi, Granatensi fundatōne, relictoque in ea P. Francisco Capela sive a Jesu cum FF. Petro a Cruce et Garcia a S. Luca, P. Balthasar a Jesu, comite P. Petro ab Angelis, Giennium profectus est, ad petendam denuo ab episcopo facultatem cooptandi in Ordinem suum eremitas Rupeculae. Quam posteaquam impetravit, recta ad Rupeculam contendens, eremitis illis peroptatam Carmeli vestem induit festo SS. Petri ac Pauli die; ac vicaria illis potestate P. Petrum ab Angelis praestituit. Nec ultra P. Balthasari tunc integrum fuit in Andalusia permanere; quia Madritum illum vocabat principis Ebolesensis iterata eaque extrema aegrotatio. Atque haec quidem de tribus iis fundatōnibus in Andalusia factis a me breviter dicta sufficiant, quae late evolvuntur in Chronico (lib. III, a capite I ad XVIII inclusive).

Sancta anno
1573

B 570 Reducimur nunc a PP. Carmelitis Excalceatis ad S. Matrem Teresiam mentione quae facienda hic se offert de scheda quadam pui certaminis bonorumque operum provocatoria, quam aliqui ex iis ad moniales Incarnationis Abulenses miserunt. Suspiciatur P. Antonius a S. Josepho provocatores fuisse Excalceatos Pastranenses, duce potissimum P. Hieronymo Gratiano seu a Matre Dei, qui habitum ibi sumpsit XXV Martii 1572 et professionem fecit XXVIII Martii 1573, Sanctaeque Fundatrici adhuc prioratum Abulae gerenti tractatum obtulit cum hoc titulo: Arte de esgrima de los caballeros de Jesus y la Virgen, desafiados en el cartel de Anastasio, hoc Anastasii nomine, uti saepius fecit, proprium suum nomen tegens. Dolendum est schedam de qua modo memini, vel interiisse vel saltem hactenus latuisse: sed responsoriam monialium schedam habemus tomo IV epistolarum Teresianarum (script. 77), et quidem ex ipsius S. Teresiae scriptura, si lineas aliquot excipias quae alia manu scriptae videbantur, quasque ea de causa P. Antonius a S. Josepho in editione Epistolarum commatibus margini apposis distinxit. Vel sola haec scheda, etiamsi alia argumenta quae supra adduxi, deficerent, luculentissime ostendit quantum ad perfectionem multae inter moniales Incarnationis sub Sanctae nostrae regimine ascenderint.

Abula Salmanticae
proficiscitur;

C 571 Postquam autem eo in regimine menses circiter viginti et unum, ab Octobri scilicet 1571 usque ad finem Julii 1573, exegisset, jussu P. Petri Hernandez abiit Salmanticam, ut ibi provideret rebus afflictis suarum monialium, quarum priorissa Anna ab Incarnatione domum a Petro de la Vanda emerat. Quae de itinere illo deque rebus Salmanticae a se gestis Sancta refert, legenda dedi paragrapho XXVIII: Ribera de iisdem agit lib. II, c. VII. Unam tamen circumstantiam, illam nempe mutati ex improvise aeris, a Ribera breviter narratam, hic latius audi expositam a Ven. Anna a Jesu in iuridicis informationibus Salmanticae pro canonizanda Teresia factis: Inter multas occasiones quibus experta sum quantum nostra Mater apud Deum valeretur ac sua prece obtineret, una se obtulit omnino notabilis. Cum in hac civitate mense Septembri in S. Michaelis pervigilio domum nostram priorem cum domo quadam Petri de la Vanda commutassemus, cumque indicta esset in diem sequentem Sanctissimi Sacramenti illatio et concio habenda a P. Estella (P. Didaco Estella, Ordinis Minorum), clarissimo oratore,

D unde spes erat majorem civium partem nostris carcerum interfore (uti reapse interfuit); tantus imber cecidit, ac sacellum ipsum in quo collocanda Eucharistia erat, utpote vix ad culmen perductum nequedum tegulis opertum, ita maduit, ut timendum videretur ne, introitu prorsus intercluso, ornandis tribus altaribus, quae illa ipsa nocte componere oportebat, manus adhibere non possemus. Invesperascebat, audita jam hora octava; et Mater cum duobus sacerdotibus (erant hi Julianus de Avila, ac licentiatu Nieto, monialium nostrarum Albanarum capellanus) aliisque officialibus de remedio, si quod esset, adhibendo deliberabat: dum interim ego et caeterae sorores, ecclesiolam ornare cupientes, ambiguae consilii haerebamus. Itaque cum duabus sororibus ingressa conclave fui in quo Mater erat; ad quam valde audacter dixi: « Quandoquidem Reverentia tua novit quanta sit hora et quantum nobis » ante mane laborandum supersit, deberes a Deo » petere ut pluviam cohibeat et nobis det spatium » componendi ista altaria. » Illa vero tam alte loquentem me severo vultu intuita: « Tu ipsa, inquit, » ora Deum, si tibi videatur tam cito rem hanc » facturum ob meas preces. » Ut autem adverti moleste illam id ferre, statim exivi: at oculos attollens, priusquam in aream propinquam descendissem, caelum stellatum vidi ac tam serenum ut a multis diebus non pluisse dixisses. Quare vestigia repetens, coram iisdem qui priora mea verba audierant, locuta sum: « Potuisset sane Reverentia tua hanc rem » ocuis fecisse: ecce enim operarii omnes, relicta » nobis ornandi sacelli cura, abierunt. » Risit illa, ac suam in cellam aufugit: nos ecclesiolam commode paravimus, nec pluvia jam nec ipsa aqua quae intro penetraverat, impeditae. Sic, omnibus tempestive dispositis, solemnissimo ritu diem festum egimus. Juratum hoc Ven. Annae testimonium refert P. Angelus Manrique in ejus Vita (lib. II, cap. VIII).

E 572 Porro Teresia Salmanticae substitit usque ad mensem Martium; et interea temporis principium dedit scribendo Foundationum suarum libro, prout ipsa in hujus libri prologo testatur: Cum ergo anno MDLXII in S. Josephi monasterio Abulensi (quo anno et ipsum fundatum est) agerem, P. F. Garcias de Toledo Dominicanus (quem tunc confessarium habebam) mihi injunxit ut illius monasterii fundatōnem, cum aliis multis rebus quas qui illam leget (dummodo in lucem prodeat) videbit, scripto committerem. Jam vero, cum anno MDLXXIII (undecim scilicet post annis) Salmanticae agam, et rectori collegii Societatis Jesu, cui nomen Ripalda, confitear, is, ubi hoc primae fundatōnis scriptum legit, mire ad Domini Dei obsequium fore putavit, si et reliquorum septem, quae exinde per Dei bonitatem fundata sunt, monasteriorum fundatōnem, nec non Patrum Excalceatorum primi hujus Ordinis initia et primordia litteris mandarem. Quare id ut facerem, ipse mihi imperare non dubitavit. Quod cum mihi a me fieri impossibile videretur, ob plurima quae me distinent negotia, tum litterarum scribendarum, tum aliarum occupationum necessario peragendarum, quod circa res a superioribus mihi injunctas eae versentur, Deo rem per preces commendabam; cumque nonnihil in me ipsa affligerer, quod tam parum ipsa essem utilis et habilis, tam tenuis insuper valetudinis, ut etiam sine hoc laborem aliquem sustinere non posse viderer, prout quidem naturalis mea imbecillitas erat, dixit mihi Dominus: « Filia, obedientia dat vires. » Det Majestas ejus id ita sit, mihi gratiam concedat, ut ad gloriam ipsius, ita ut oportet, referam et prosequar gratias quas Ordini huic in hisce fundatōnibus contulit.

Haberi

ubi Fundatio-
nes suas de-
scribere inci-
pit

A Haberi porro ut certum potest, omnia quam verissime, et sine ulla exaggeratione (quantum quidem ipsa novi), sed ita prout revera res contigit, hic narratum iri. Nam etiam in re quæ longe minoris momenti est, ob quodcumque etiam mundi bonum, non mentiri: in iis vero quæ, ut Deus per hæc ipsa laudetur, scribo, mentiri mihi maximum scrupulum faceret: mihiq; persuaderem id non solum esse tempus perdere, sed etiam per ea quæ ad Deum spectant, aliis fucum facere velle; et adeo non illum per hæc laudandum, ut etiam offenderetur: quod sane facta quædam proditio foret. Utinam Majestas ejus ita mei non obliviscatur, ut hoc umquam faciam! In omnibus porro me submitto iis quæ tradit et docet S. Ecclesia Romana, et volo ut, priusquam in manus vestras, sorores et filiae meæ, veniant, viri litterati et spirituales ea examinent. Incipio igitur in nomine Domini, gloriosissimam ejus Matrem, cujus ego habitum (tametsi indigna) gesto, in auxilium meum advocans, nec non gloriosum Patrem et Dominum meum S. Josephum, cujus in domo (nam ab ipso hoc Excalceatarum monasterium nomen habet) nunc ago, et cujus orationibus assidue adjuta fui. Anno Domini MDLXXIII, die festo S. Ludovici, Francorum regis, id est XXIV Augusti.

ad Albanam usque.

B 573 *Hæc vice librum produxit Sancta ad finem usque foundationis Albanæ, quousque nos eum hactenus citavimus, et hæc quasi epilogus conclusit: Particularia quædam de nonnullis horum monasteriorum monialibus referre quidem cøperam, tum temporis rata, cum hæc ipsa in aliorum manus venirent et passim legerentur, illas quæ modo in vivis sunt moniales mortuas futuras, tum etiam ut quæ post venturæ sunt, ad bona hæc principia ulterius producenda animarentur: at postea mihi visum est non defuturum aliquem qui melius et particularius, nec tali cum metu qualem ipsa habui, id præstet; cum illos me horum participem esse arbitratos existimem: unde etiam multa scribere omisi, quæ qui vidit et cognovit, non potest ea ceu miraculosa (sunt quippe admodum supernaturalia) non habere. Horum nulla hic referre volui, ut nec illorum quæ ad oculum et manifeste patuit illarum per preces Dominum fecisse. Vereor sane et dubito, ne in annorum, quibus monasteria hæc fundata sunt, assignatione aliquando errem, tametsi omni qua possum diligentia eorum meminisse allaborem: at, quia parum id refert, et postea facile is emendari error potest, pono eos quam possum proxime illorum recordari. Si quis vero in his intercurrat error, modicum sane discrimen id erit. Tercio autem post anno opus suum continuare instituit, incipiendo a fundatione cænobii monialium Segoviensis. De illa brevi agemus; sed prius Hispaniam nos vocat effecta initio anni 1574 in ea civitate monasterii virorum fundatio.*

§ XXXII. P. Hieronymi Gratiani ad Carmeli Ordinem vocatio, et primi ejus labores. Dissidiorum inter Calceatos et Excalceatos initia.

P. Hieronymus Gratianus.

P. Franciscus Vargas datis xx Junii 1573 litteris Fr. Ambrosium Marianum sive a S. Benedicto invitavit in Andalusiam, Reformationis Carmeliticae

ibi propagandæ studio; una monens ut socios itineris sibi deligeret idoneos, non ex eorum numero qui ab Observantibus transissent ad Excalceatos, sed potius ex iis quos Reformatus Carmelus e sæculo recta venientes excepisset. Equum putavit Ambrosius votis optimi visitoris facere satis; et de adducendo secum viro rebus gerendis apto cogitans, oculos conjecit in P. Hieronymum Gratianum seu a Matre Dei. Erat hic, ait Sancta Foundationum capite XXIII, vir ap-prime doctus, summo ingenio nec minori modestia; ac toto vitæ suæ tempore tam continuus virtutum omnium cultor et amator, ut in renovatæ primigeniæ Carmelitarum regulæ et Ordinis hujus bonum B. Virgo cum selegisse videatur. Hic Compluti habitans, ab Ordinis nostri habitu assumendo satis erat alienus, esto non a vita religiosa profitenda. Etsi enim parentes ipsius, quod gratia et benevolentia apud regem valeret, et præclara omnia filii indoles polliceretur, aliud quid intenderent, ipse tamen alia longe spectabat. Pater ejus, qui regi a secretis erat, volebat ut calamo rem ageret, et non militiæ assuesceret, eumque proinde sibi in secretarii officio successorem designabat. At ipse, cum ætate adhuc esset junior, adeo huc non propendit, ut magna lacrymarum vi effusa ab eo impetrarit ut theologiæ sibi operam dare liceret.

575 Animum is jam ad Societatem Jesu applicarat, quin etiam ad eandem jam cooptatus erat, sed, nescio qua de causa, illius ingressum ad dies aliquot differendum censuere. Narravit is mihi, omnes quæ sibi occurrebant delicias et recreationes semper sibi graves et pœnosas fuisse, quod hæc sibi via ad cælum minime conducere neque tuta esse videretur. Semper autem statas suas orandi servabat horas et ordinariam mentis recollectionem, eratque honestatis servandæ per omnia studiosissimus. Eodem porro tempore summus quidam amicus ejus Pastranæ Ordinis nostri habitum assumpsit, theologiæ etiam doctor, F. Joannes a Jesu cognominatus. Nescio autem an hanc ob causam, aut quod hic de Ordinis nostri magnitudine, excellentia et antiquitate ad illum scripsisset, erga eundem affici cœpit. Etenim tam illi volupe erat omnia quæ ad ipsum spectant legere, et hæc ipsa illustrium auctorum testimoniis comprobare, ut sæpe scrupulos conscientiae sensisse se diceret, quod alia majoris momenti studia et lectionem intermitteret, quia ab hisce avelli non posset, et omnes recreationis suæ horas his solum impenderet.

576 O sapientiam et potentiam Dei! Quam parum effugere et divertere possumus id quod ipse fieri vult! Videbat Dominus quantum opus hoc quod Majestas ipsius inchoarat, hujusmodi viro indigeret. Equidem frequenter ob gratiam et beneficium in hoc nobis datum cum laudo ac celebros: etenim, si summa cum contentione et enixe Majestatem ejus rogare voluissem ut talem Ordini virum daret, qui, sub hæc primordia, omnia quæ ad eum spectarent, disponderet ac dirigeret, tantum ab eo petere virum nescivissem quantum in isthoc nobis dedit. Sit ipse propterea in æternum benedictus. Cum ergo nihil minus quam de Ordine hoc capessendo cogitaret, rogatus est ut Pastranam, cum conventus nostri illic præposita (nondum enim is conventus dissolutus et translatus erat) acturus, ut virginem quamdam illa in familiam suam cooptaret, sese conferret. Quæ non divina Majestas media usurpat! Forsitan enim, si illuc se ad habitum religiosum sumendum conferre decrevisset, tam multi ei adversati fuissent ut numquam id perficere potuisset. Sed Beatissima Virgo Maria, cujus ille indefessus est cultor et perstudiosus, sibi impensum obsequium

AUCTORE
V. D. M.
D

E

qui, dum Societatem Jesu parabat ingredi.

F

a H. V. Maria.

AUCTORE
V. D. M.

A

quum non aliter ei remunerari voluit quam suum ei vestitum elargiendo. Ipsam proinde mediatricem fuisse existimo, quo hanc ei Dominus gratiam prae-
staret, nec non in causa fuisse ut et ipse hunc assumeret et tam bene erga Ordinem ejus semper affectus fuerit. Noluisset enim ut tam ardens ei serviendi desiderium habenti ad ipsum opere exequendum deesset occasio. Illi namque solemne et ordinarium est opem et auxilium praestare illis qui sub suum praesidium confugiunt.

cujus insignis
erat cultor,

577 Madriti puer cum ageret, saepe quamdam B. Virginis imaginem, erga quam peculiari quodam affectu ferebatur (quae ubinam esset, non recordor), salutatum abibat, eamque dominam et amicam suam nuncupare solebat et quam frequentissime visitabat. Munditiam illam et castitatem quam semper, usquedum vixit, is coluit, ipsa haud dubie illi a Filio impetravit. Dixit visam sibi subinde imaginem illam oculos lacrymis suffusos, ob plurimas quae adversus Filium suum committuntur offensas, habuisse. Hinc magnus quidam in eo impetus et desiderium animarum juvandarum, nec non intensus ac vehemens, cum in Deum videret peccari, animi dolor et sensus nascebatur. Ita autem erga proximi animarum bonum propendit, ut omnis ei labor, si aliquid per eum sese proficere posse speret, illarum causa susceptus perexiguus esse videatur. Hoc ipsa per experientiam et reipsa in multis laboribus quos subiit, perspexi.

Pastranum
abductus,

578 Cum ergo Beata Virgo Pastranam eum velut circumventum conduxisset (putabat namque ipse illuc se ad moniali cuidam vestem impetrandam abire), ecce Dominus ita rem disposuit ut vestem ipsemet ibidem sumpserit. O secreta judicia Dei! Quomodo nolentes nos disponit ut nobis gratiam conferat, et animae illi bona quae fecit opera, atque egregium quod semper dederat, virtutum exemplum, nec non intensum quo gloriosae ejus Matri famulari volebat, desiderium remuneretur! Etenim Majestas ejus haec semper maximis quibusdam muneribus et praemiis indubie compensare solet. Pastranam ergo cum appulisset, praepositam, ut virginem illam in suum contubernium admitteret, allocutus est; imo vero cum ea egisse videtur ut ipsa suis precibus ingressum illius in Ordinem nostrum a Deo obtineret. Etenim, ex gratia a Deo illi data, tam suavis et blanda ejus conversatio est ut plerique qui cum eo agunt, eum diligant: unde etiam ab omnibus religiosis ac monialibus ipsi subditis summopere amatur. Nam tametsi nullum delictum impune esse sinat (etenim de Religionis et Ordinis incremento semper sollicitus est quam maxime, et in eo procurando assiduus), nihilominus eam morum suavitatem et lenitatem praefert ut nullus aliquam de ipso conquerendi occasionem habere posse videatur. Cum igitur idem huic priorissae accideret quod aliis omnibus, summopere ea desideravit ut Ordini ipse huic nomen daret. Hoc ergo desiderium monialibus suis patefecit, ut viderent scilicet etiam atque etiam quanti hoc sua interesset (tunc namque admodum paucos, et pene nullum ei similem Ordo universus virum habebat) ac Dominum precibus inducerent ne illum inde digredi pateretur, nisi habitu Carmelitano assumpto.

in Carmelitis
Excellentia
se adjuvant,

579 Haec autem priorissa tam insignis et fervens Dei ancilla est ut etiam ejus unius orationem a Deo exaudiri dignam fuisse censeam; quanto vero magis tot sanctarum animarum, quae ibidem congregatae erant? Nulla non hanc in se provinciam suscepit, et jejuniis, corporis castigationibus et ferventibus orationibus divinam Majestatem continenter fatigabant: unde etiam eam inducere ut hanc nobis

gratiam faceret. Ut enim P. Gratianus conventum Fratrum adiit, tantamque ibidem vigere religionem vidit, nec non tam insignem Domino serviendi occasionem ac materiam (atque imprimis quod Ordo esset gloriosissimae ejus Matri, cui ille usque adeo famulari aiebat, dedicatus), cor illius cepit ad amplius in mundum non revertendum emoveri. Et, quamvis multas ei cacodæmon difficultates et remoras objiceret, atque imprimis quem ipse dolorem et crucem suis allaturus esset parentibus, qui usque eo ipsum diligebant, eumque liberis suis (quos habebant in utroque sexu plurimos) aliquando consulturum et auxilio futurum certissime sperabant; attamen ipse hanc Deo, cujus causa relinquebat reliqua omnia, curam committens, Virginis esse famulus, cliens et religiosus, ejusque habitum assumere apud se firmissime constituit. Quare hunc etiam magno universorum, ac praesertim praeposita et monialium omnium, plausu ac gaudio suscepit: unde haec Domino summas agebant gratias, quod suis hoc Deum Opt. Max. beneficium precibus et orationibus contulisse existimarent.

580 Toto tirocinii sui tempore eam humilitatem et abjectionem praetulit quam novitiorum minimus. Imprimis vero ejus virtus eluxit et probata est, cum, illius loci priore absente, Frater quidam admodum juvenis, vix doctus, et paucissimis naturae dotibus nec ulla ad regendum prudentia instructus, et sine ulla experientia (etenim nonnisi pauculis annis in Religione vixerat), ipsi in rectorem et praesidem datus est. Vix credat quis quam is suos rigide haberet, quibus eos austeritatibus et mortificationibus attereret: et quoties id mecum recogito, obstupesco quomodo eas subditi ferre possent, praesertim similes viri; adeo ut spiritu illo quem illis dederat Deus, ad illas sustinendas sane opus esset. Unde etiam exinde patuit religiosum illum melancholicæ passioni valde obnoxium fuisse, adeo quidem ut, ubicumque agat, etiam subditus, fratribus suis molestus et gravis sit, multo vero magis cum alios regeret; nam malus illi humor valde dominatur. Ipse quidem bonus religiosus est; sed Deus subinde permittit ut talis error committatur, tales, inquam, homines gubernaculis admoveantur, ut ii quos ipse amat, in obedientiae virtute exerceantur ac perficiantur. Ita hic factum fuisse verisimile est. Unde in hujus rei meritum maximam Deus lucem in rebus ad obedientiam spectantibus P. Hieronymo a Matre Dei contulit, ad suos postea subditos instituendos, utpote qui tam bona habuit ad sese in ea exercendum principia. Ut vero in omnibus quae nobis opus sunt, aliquam haberet experientiam, utque per omnia probatus foret, trimestri antequam professionem votorum emitteret, maximis exagitatus fuit tentationibus; at ipse, tamquam strenuus filiorum B. Virginis Mariae ductor futurus, egregie illas superavit et victor evasit: nam cum illum cacodæmon maxime et vehementissime inducere satagebat ut habitum assumptum exueret, ipse, Deo promittens sese illum non dimissurum, et vota religiosa nuncupans, illius vim et potentiam eludebat. Mihi deinde tractatum quem durantibus illis tentationibus conscripsit, legendum dedit, qui magnum sane devotionis spiritum in me excitavit: simul etiam hinc apparet quo eum Dominus modo in tentationibus expugnandis corroboravit.

581 Videbitur fortasse cuiquam vestrum ineptum et absurdum quod tot animae suae secreta ita singillatim ipse mihi aperuerit. Forsitan id fieri permisit Dominus, ut hoc illa loco commemorarem, ut ipse suis in creaturis laudetur et celebretur:

et tirocinii
difficultates
fortiter superavit,

E

Reformationi
Teresianae
promovendae

A tur: novi enim ipsum ne confessario quidem suo, neu cuiquam alteri, tantum quantum mihi eorum patefecisse. Subinde aliquam ad hoc faciendum habebat occasionem, quod ei, tum ob profectionem meam aetatem, tum ob ea quæ ex aliis de me audiebat, aliquam rerum habere viderer experientiam. Aliarum rerum de quibus agebamus, occasione hæc aliaque mihi aperiebat; quæ tamen non est opus hoc loco describere, ne æquo sim longior. Et certe adhuc multum me ipsa inhibui, ne, si forte hæc aliquando in illius manus incidant, aliquam ei propterea molestiam pariam. Revera minus facere non potui, et nefas putavi ejus qui huic primigeniæ regulæ renovationi tantopere contulit et profuit (cum, antequam hæc in manus illius incidant, adhuc valde diu futurum sit) mentionem non facere aut recordari. Etsi enim is primus non fuerit qui eam inchoavit, advenit tamen tum cum male me habebat quod eadem esset inchoata, nisi tam magnam de Dei misericordia spem ac fiduciam habuissem.

a Deo destina-
tus,

B 582 Loquor autem de conventibus Fratrum: etenim conventus monialium, quæ ejus bonitas et benignitas est, hæcenus semper felicem progressum et successum habuere; quin et Fratrum domus non male procedebant, sed tale habebant fundamentum ac principium ut propediem prolapsuræ viderentur: quod enim ipsæ proprium sibi provinciale non haberent, a Patribus Calceatis regebantur. Porro qui eas regere potuissent, qualis erat P. F. Antonius a Jesu (is, inquam, qui rem exorsus erat), plena hac potestate non gaudebant; neque etiam constitutiones a R. P. N. Generali datas stabilitasque habebant. In singulis conventibus Fratres agebant id quod ipsis bonum et expediens videbatur; unde, usquedonec ab aliquo suæ professionis et regulæ regerentur, maximas passi sunt difficultates: hoc enim huic, illud illi placebat et sequendum videbatur; quod certe me non raro mirum in modum cruciabat. Cui rei et incommodo Dominus per P. Hieronymum a Matre Dei succurrendum putavit: hic namque commissarius apostolicus mox est creatus, plenamque et absolutam auctoritatem et potestatem super omnes Excalceatos et Excalceatas accepit, et in Fratrum usum constitutiones condidit. Quod enim nos moniales eas jam tum a R. P. Generali accepissemus, nullas pro nobis confecit, sed pro illis, idque ex potestate ab apostolica Sede accepta, nec non per præclara naturæ talenta, quæ, uti jam supra retuli, a Domino acceperat. Ut primum eos visitavit, omnia tam bonum in ordinem et statum redegit, satis ut apparet eum a divina Majestate adjuvari, et a Beatissima Virgine Deipara delectum qui Ordinis ipsius negotia curaret. Illam igitur ego supplex rogo ut apud Filium efficere dignetur, ut is eum assidue foveat, juvet, promoveat, eique gratiam det ad semper ulterius in illius obsequio progrediendum. Amen.

fit Vargasii
visitatoris in
Andalusiæ re-
cursum;

C 583 Hunc ergo virum, laudibus quas ei S. Teresia impertit, tunc temporis dignissimum, Ambrosius a S. Benedicto, iter in Andalusiam meditans, laborum consortem delegit. Quod consilium comprobans vehementer P. Balthasar a Jesu, in Hieronymum (utpote sacerdotem; nam laicus adhuc erat Ambrosius), scripto iv Augusti 1573 diplomate, detulit omne jus regendi suorum monasteria quod ipse a P. Vargasio olim acceperat (num. 568). Quoniam autem absque prælati alicujus venia proficisci non licebat, et metus erat ne visitator Hernandez tam utile par virorum e Castella exire non facile sineret, itum est ad P. Angelum de Salazar provincialem, a quo Ambrosius specie negotiorum nescio quorum, et eo facilius quod

a laico nil timendum videretur, permissionem obtinuit patriam repetendi cum socio quemcumque voluisset: caverat enim a nominando P. Gratiano. Pastrana igitur ambo profecti incunte Septembri, Toletum primum digrediuntur. Ea in civitate Mariano intimatur R. P. Rubei Generalis jussio ut e laico statu transeat ad clericum: unde manendum ibi fuit ad ferias usque quatuor temporum, per quas ferias ad Subdiaconatus Ordinem manibus archiepiscopi Toletani promoveretur. Expletis Sacris Ordinationibus, propediem in Rupeculam ad salutandos Fratres recens Carmelo adscriptos, dehinc Granatam festinant. Amicissime exceptos P. Franciscus Vargas, qui id temporis in provincialem sui Prædicatorum Ordinis electus fuerat, ad perficienda fortiter capta animavit; ac P. Hieronymo Gratiano, quantumvis invito, apostolici commissarii sive visitatoris functiones vicaria delegatione commisit. Apportabantur interim provincialis Salazarii litteræ, quibus Marianus et Gratianus Pastranam revocabantur; sed has irritas fecit potior Vargasii potestas, jubentis utrumque tuta conscientia intra Andalusiorum fines se continere.

AUCTORE
V. D. M.
D

584 Memini num. 565 Calceatos Carmelitas mandato Vargasii emigrasse e conventu S. Joannis a Portu, ut locum darent Excalceatis. Offenderat ea res animum P. Augustini Suarez, provincialis Carmeli Andalusii; unde huic cum priore Excalceato dicti conventus, P. Didaco a S. Maria, haud adeo bene conveniebat. Ansam discordiæ auferendum judicans Gratianus, provincialem convenit; ac, probato suo jure regendi Excalceatorum domos, domum de qua disceptabatur, Calceatis reddidit die festo S. Lucæ. Facta redditione, voluit quosdam e suis denuo calceari et apud Calceatos manere: cæteros, eosque selectissimos, secum abduxit Hispalim; ubi hospitarentur in Observantis sive Mitigati Carmeli cænobio, donec propriam sibi habitationem comparavissent. Principio vixit fraterna animorum conjunctio inter utriusque vestimenti religiosos, dum interea Gratianus ac Marianus, hic sanctissimis ac suavissimis moribus, ille apostolico labore, bonam sibi faciebant cum oppidanis summis infimisque gratiam. Ecce autem paulatim domesticum bellum exarsit, non staturum intra Hispalensia tantum mœnia, sed longe lateque per Hispanias et aliorum vagaturum. Sparguntur voces per Calceatorum quorundam ora: non egere tempus reformatorebus istis; non aliud ab ipsis quam fucum fieri sæcularibus hominibus, ut antiquum Ordinem jam vilipendant quem ante dilexerint: si restauranda S. Alberti regula foret, esse quod merito quisque laudaret; sed quo demum spectare venerabili regulæ superadditas novitates? quid sibi velle insolitas vestium formas nudatosque præter veterem Instituti morem pedes? displicere talia Reverendissimo Generali, qui imo subditis sibi provincialibus nuper significavit ea toleranda amplius non esse: ipsum Castellanae provinciæ visitatorem, etsi antea molitoribus illis novarum rerum connivere visus fuerit, at resipiscere modo, nec adeo sinere ut latius malum serpat; ergo cur visitatori Andalusio liceat esse tam iniquo ut tumultuariæ foundationi faveat quæ antiquo conventui et bene de civitate merito detrimentum sit allatura? pellendos esse ingratos hospites, qui perniciem struant iis quorum cibo ac tecto utantur: omni industria obnitendum ne Gratianus ac Marianus, qui nescio quo fascino magistratum et inquisitores et archiepiscopum sibi amicos fecerint, rerum potiantur.

cænobium S.
Joannis a
Portu Calcea-
tis reddidit,
E

F

585 Hæc et alia dieteria clam serpere aliquamdiu, at sensim audacius claustra primum, mox quoque urbem perstrepere. Mariano videri ut conductitiam

et alterum cænobium Hispalim accipit,

AUCTORE
V. B. M.

A in domum paulisper. Excalceati se recipiant, usque-
dum stabilem nasciscantur; non item Gratiano,
quod se vereri diceret ne immaturo eo secessu de sua
innocentia ac bona intentione diffidere videretur.
Eandem rationem Christophoro de Rojas y Sando-
val, archipræsuli Hispalensi, partem palatii sui offe-
renti, Gratianus probabilem fecit, undique interim
proprie foundationis sibi procurandae opportunitatem
anquirens. Ni vero pacem commoditati suae pratu-
lisset, erat ei in promptu eremitorium, quod Bethle-
hem dicebatur, situm in populeto prope conventum
Carmelitarum Observantium; sed maluit donum
illud recusare quam discordiam ex vicinitate inter
Fratres augere. Non diu post statuit archiepiscopus
Gratiano largiri eremitorium alterum, imagine mi-
raculosa B. Virginis de Remediis decoratum, de quo
litem eo tempore gerebat cum Roderico de Castillo,
Hispalensi clerico. Gavisi munere tali Patres Excal-
ceati possessionem ejus in pervigilio Epiphaniae anni
1574 adierunt, licet infectis adhuc donationis
litteris: has enim præsul non prius consignandas
censebat quam advenissent diplomata apostolica qui-
bus sperabat omnem litem, sibi a Castillio motam,
compositum iri. Sic aliquot menses anceps pependit
causa: donec, Castillio sponte cedente, publicis scri-
pturis res tota definita fuit et Sanctissima Eucharis-
tia solemnissime in eremitorium deportata.

murmuranti-
bus Calceatis:

B 586 Oppositionem aliquantulo novae fundationi
PP. Minimi fecerunt, allegantes hortorum contigui-
tatem, privilegio quod cannarum vocamus, contra-
riam; verum auctoritati præsulis et magnae Gratiani
erga se comitati facile victas dedere manus. Non ita
Carmelite Observantes. Nempe hi episcopum Sodo-
rensem (de quo locutus sum num. 566) ac subpriorem
suum Joannem Evangelistam miserunt qui Gratiano
dicerent offensos esse gravissimos viros sui Ordinis,
quod unus homo, inconsulto provinciali, Generali
invito, nulla sui juris probatione exhibita, cœnobium
derepente auspicatus esset: proin sine mora produ-
ceret quidquid haberet litterarum, quo videri posset
utrum legitimæ illæ essent et quid de excitata con-
troversia foret statuendum. Modestissime reposuit
P. Gratianus non esse quod iterum in quæstionem
sua jura vocentur, de quibus jam pridem, quando de
redhibitione conventus S. Joannis a Portu agere-
tur, provincialis aliique Ordinis magistri cognove-
runt: litteras quæ exigerentur non esse modo penes se,
sed penes archiepiscopum; quem si adire voluerint,
dubis ex integro satisfacturum esse. Ea responsio
clausit pro tempore queritantium ora; iras vero alta
mente repositas adeo non compescuit, ut imo statue-
runt regiam auctoritatem adversus Fratres suos Ex-
calceatos invocare.

sed Vargasius
Excalceatos
regi commen-
dat

C 587 Edoctus Observantium Carmelitarum machi-
nationes P. Vargasius, qui eo ipso tempore Hispalim
venerat ut domicilia Ordinis Prædicatorum qua
provincialis inspiceret, regem præmonuit scripta in
hunc modum epistola: Sanctissimus Pater noster,
instanter petente Majestate tua, injunxit mihi ut
per hanc Andalusie provinciam FF. Carmelitas
visitarem. Equidem munere isthoc per quadriennium
quanta potui diligentia perfunctus, quoniam
obsequii Dei et Majestatis tuæ permagni intererat,
in eam deveni sententiam: scilicet unum quo refor-
matio isthac effici possit, remedium esse FF. Excal-
ceatos ex iis qui Pastranae degunt. Igitur a me
invitati in oppidum hoc Hispalim venerunt P. Ma-
rianus, P. Hieronymus Gratianus aliique Patres,
qui sua vita ac doctrina multæ ædificationi sunt
civitati, quanquam e parte Calceatorum Patrum
illis haud desint persecutiones. Putavi monendam
hac de re Majestatem tuam, ut, quoties se dabit

occasio, bonis viris faveat; quo et sanctum opus ab
ipsis cœptum incrementa accipiat, et alii excitentur
ad vitæ emendationem; qua quantopere indigeant,
latius ad Sanctitatis Suae nuntium perscripsi. Rem
omnem explicabit Joannes de Padilla licentiatius,
harum litterarum lator, cui eam fidem Majestas tua
adjunget qua dignum esse jamdiu novit. Servet te
Dominus Deus cum serenissima conjuge ac prole.
In civitate hac Hispali, xv Martii 1574, scribebat
infimus Majestatis tuæ subditus ac servus, Fr. Fran-
ciscus de Vargas, Ordinis Prædicatorum.

§ XXXIII. Fundat Sancta nonum virginum suarum monasterium Segoviae; Pa- stranense vero dissolvit. Donis supernaturalibus Se- goviae claret. Inde Abulam revertitur.

E

Sequitur jam ex ordine temporis Segoviensis mo-
nasterium cœnobii fundatio. Jam supra commemoravi,
dixit Sancta Fundationum capite XXI, me, postquam
Salmanticensem et Albanam domus fundassem et
antequam Salmanticæ moniales aedes proprias ha-
berent, a P. Petro Hernandez, qui ea tempestate
commissarium apostolicum agebat, triennio in In-
carnationis monasterio Abulæ commorari jussam;
item quomodo me idem, visa Salmanticensium mo-
nasterium necessitate, Salmanticam ablegavit, ut pro-
prium illis domum compararem. Ibi cum agerem,
mihi inter orandum Dominus ait Segoviam ut con-
cederem, novum ibidem monasterium conditura.
Hoc mihi fieri penitus non posse videbatur, quod
superiorum injussu illinc me nefas esset discedere,
et quod commissarius apostolicus Petrus Hernandez
tum quidem alia fundari per me domicilia non æquo
animo pateretur. Neque vero id ipsa sine ratione
ab eo mihi negandum arbitrabar, quod conductum
quo in Incarnationis agere me oportebat, nondum
exspirasset. Hæc agitati rursus mihi Dominus si-
gnificavit ut facultatem ab Hernandezio exigerem;
hanc enim ab eo haud dubie concedendam. Salmanti-
cæ tum temporis agebam, unde misso epistolio
paucis hoc illi perscripsi, cum amplissima mihi jam
olim a Reverendissimo Patre nostro Generali facta
esset ad ubivis locorum, si quando daretur occasio,
cœnobium constituenda potestas, et jam commoda
alicujus in civitate Segoviensi excitandi sese offerret
opportunitas, quod loci episcopus (Didacus de Co-
varruvias) simul et respublica ab eo fundando non
abhorrerent, non posse me hoc illi non significare,
ut quidem meæ ipsius conscientiae paci privatim
consulerem; iis vero quæ ipse statueret, me pa-
ratam acquiescere, atque ita securam et quietam
me fore.

Licentia fun-
dandi Segovien-
monasterii

F

589 Hæc ipsissima epistolæ fuere verba, nihil
illis addendo nec demendo: adjungebam præterea
id mihi videri ad Dei obsequium mirifice futurum.
Facile videre fuit Majestatem illius id velle: etenim
ipse, lectis litteris, plenam mihi rei perficiendæ po-
testatem dedit. Movit inopinatus hic illius assensus
mihi stuporem, quod longe secus sentientem haud
multo ante simili in eventu cum perspexissem.
Quocirca jam inde Salmantica curavi domum ut
amici mihi conducerent. Etenim post Toletanæ et
Vallisoletanæ

rite obtenta.

A Vallisoletanæ domorum foundationem didiceram longe esse satius, nonnisi adita jam possessione, domum propriam conquirere; idque multis de causis, quarum ea sane præcipua erat quod domibus emendis obolum non haberem; possessione vero jam capta et sede fundata, Dominus mox de pecunia necessaria prospiceret; præterea quod tum melius sitas et commodiores per otium conquirere liceret.

ac domus tibi
conducta,

590 Agebat tum Segoviæ honesta quædam femina, Anna de Ximena cognominata, quæ olim viri majoratum habentis uxor fuerat. Hæc Abulam semel ad me visitandam excurrit; eratque Dei servitio et cultui addictissima, ejusque vocatio semper fuerat religiosam vitam profiteri. Unde, cum hocce cœnobium erigeretur, ipsa simul et filia, quæ semper piam sanctamque duxerat vitam, ei nomina dederunt. Quam vero et in conjugali et in viduali vita senserat molestiam et tedium, illi Dominus eo quod ex religiosa postea percepit gaudio, duplicato repperit; et mater simul et filia semper admodum re-collectæ et insignes Dei ancillæ fuerant. Ipsa ergo domum nobis conduxit, et rebus omnibus necessariis illam instruxit et apparatu domestico, nec non suam sacrario supellectilem comparavit: unde mihi nullatenus hic laborandum fuit. At, ne qua sine labore et molestia fundatio perageretur, ut taceam me tum vehementissimæ febris ardoribus divexatam fuisse, et stomacho imbecilliore aliisque insuper malis languisse, incredibili anima tum ariditate et spissa caligine laborabat, accedentibus adhuc plurimis corporis doloribus, quorum vehementia ad trimestre pene duravit. Quin etiam per annum medium, quo illic egi, numquam deinde commoda usum valetudine.

Sancta Albam
primum petiit,

591 Iter arripuit S. Mater cum Quiteria, moniali Calceata, et duabus Excalceatis Segovia oriundis, nempe Isabella a Jesu, Annæ Ximeniæ cognata, ac Maria a Jesu, initio anni 1574; et Albam primum devenit: ubi viii Februarii, teste P. Antonio a S. Josepho (tom. III, epist. 62, not. 4), transcriptum librorum suorum exemplar appositione nominis sui firmavit; ac duos dies illa vice egisse videtur apud ducissam Albanam, prout ipsa refert in Castello animæ, Mansioni vi, capite iv: Credite, inquit, vos in regis alicujus aut potentis principis conclave rebus pretiosis asservandis accommodatum intrare, ubi infinita vasorum vitreorum et figlinorum genera aliaque multa eorum cimelia asservantur, eo ordine reposita ut intransibis pene simul omnia in oculos incurrant. Semel in aula ducissæ Albaniæ (ad quam, dum in via essem, obedientia ad biduum me divertere ob importunas illius preces jussit) talem in locum introducta fui. Hunc ergo ingrediens, maximopere obstupui, cœpique mecum considerare quorsum et ad quid hæc tanta rerum vanarum copia faceret. Intellexi vero insignem Dei laudandi materiam esse posse tantam rerum diversitatem et copiam intueri; et nunc gaudeo ac mihi gratulor quod hoc loco ad propositum meum faciat. Quamvis autem satis diu illo in loco hæserim, tamen tam multa ibi aspectanda occurrebant ut omnium statim oblita fuerim, adeo quidem ut non major rerum illarum mihi manserit memoria quam si numquam eas vidissem, neque dicere possem quæ earum esset forma, sed tantum meminim in genere illas me aliquando vidisse, etc.

et inde

592 Habemus duas Sanctæ epistolas Albæ hac occasione scriptas: alteram ad episcopum Abulensem de variis negotiis (tom. IV, epist. 6), alteram qua certiore de suo adventu fecit Annam ab Incarnatione, priorissam Salmanticensem, adjecto mun-

sculo ad conventum PP. Prædicatorum portando, de quo sic non illepide scribebat: Truta hæc, quam hodie ducissa ad me misit, tam bona mihi visa fuit ut eam Patri isti meo Bartholomæo de Medina destinarem. Quam si acceperis circa comestionis horam, illico Michaeli cum litteris hisce ad PP. Prædicatorum cœnobium ferendam da; sin tardius advenierit, ne tamen mittere differas, ut videas num Pater ille forte velit aliquot ad me lineas scribere (tom. III, epist. 62). Nempe P. Medina, clarus sacræ theologiæ in academia Salmanticensi professor, posteaquam S. Teresiam, quam catenus parvi fecerat, generaliter confitentem et alias sibi loquentem audisset, in tanto pretio eam cæperat habere ut ejus nomen nunquam pronuntiaret sine adjecta sanctitatis nota, et semel Ven. Annam a Jesu graviter carpsisset quod simplici appellatione Mater Teresia dixisset, et non potius Mater nostra Fundatrix: rivissimque ipsum, teste eadem Ven. Dei Serva, S. Mater plurimum diligebat ejusque consuetudinem valde desiderabat.

593 Porro, secundum relationem quam de itinere Segoviensi fecit Isabella a Jesu, ut refert P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 62, not. 3), S. Fundatrix, adlecta ad tres priores socias Guiomara a Jesu, ex Albano suo conventu Methymnam Campestrem, et hinc post aliquot dies Abulam tetendit: ubi postquam Quiteriam in monasterium Incarnationis reduxisset et e S. Josephi assumpsisset Isabellam a S. Paulo, Francisci Cepedii patruelis sui filiam, Segoviam cum hac et tribus aliis comitibus modo nominatis intravit xviii Martii 1574. Dico 1574, tum quia id suadet ordo epistolarum S. Teresiæ, tum ob alias rationes peremptorias allegatas ab auctore Chronici (lib. III, c. xxvii, num. 4) adversus Riberam, Yepesium et primos editores Bruxellenses, Casaraugustanos et Antverpienses operum Teresianorum, qui omnes scribunt 1573. Nempe primo, auctor Chronici anno 1641 suis ipsemet oculis inspexit in regia Escorialis bibliotheca ipsum Sanctæ autographum, in quo asserit notatum esse 1574. Secundo, eundem annum habent P. Angelus Manrique in Vita jam saepe citata Ven. Annæ a Jesu, P. Michael Baptista de la Nuza in Vita Isabellæ a S. Dominico, et Didacus de Colmenares in Historia civitatis Segoviensis. Tertio, ipse Ribera refert moniales e dissoluto post mortem Roderici Gomez (quomodo mox narrabo) conventu Pastranensi in Segoviensem jam fundatum advenisse tertia vel quarta feria Hebdomadæ Majoris: jam vero si id anno 1573 factum esset, venissent Segoviam non post foundationem, sed pridie vel biduo ante eam; imo venissent tertio mense ante obitum Gomezii, quod est manifeste falsum. Adde ab ipso Ribera dici (lib. IV, c. x) agrotam Teresiam Segoviæ lecto incubuisse Hebdomadæ Sanctæ. Ipso S. Josephi die, prosequitur Sancta, SS. Sacramentum huc intulimus. Etenim, licet episcopi facultatem et magistratus assensum jam impetrassem, nolui tamen nisi ejus diei pervigilio clanculo circa vesperam domum adire. Jam abhinc multo tempore hæc mihi facultas data erat; sed, quod in Incarnationis conventu agerem, et jam alium superiorem haberem, quam Patrem nostrum Generalem, foundationem hanc peragere non potueram: adhuc ab episcopo, qui Ecclesiæ Segoviensi tum præerat cum id civitas volebat, licentiam nonnisi oretenus acceperam, procurante honesto equite Segoviensi Andrea Ximenio, qui de illa in scriptis habenda parum laborabat; neque etiam mihi talis magnopere necessaria videbatur: sed decepta sum. Ut enim episcopi vicarius intellexit jam monasterium fundatum esse, acri cruciatus ira illuc

AUCTORE
V. D. M.

D

Methymnam,
Abulam, ac
demum Segoviam;
ubi fundationem,
E

F

AUCTORE
V. D. M.

A

advenit, Sacrum ulterius celebrari vetuit, eumque qui jam celebrarat, in carcerem compingere voluit, Fratrem, inquam, quemdam Excalceatum (*nempe S. Joannem a Cruce*), qui una cum P. Juliano de Avila et alio Dei famulo qui me comitabatur, Antonio Gaitano dicto, illuc venerat.

juvantibus
Antonio Gai-
tan et Juliano
de Avila,

594 Erat Gaitanus Albæ equestri genere ortus, ipsumque jam abhinc annis aliquot Dominus a mundi vanitatibus, quibus olim satis immersus erat, avocarât. Has porro ipse ita jam pessumdederat et proculcarât, ut aliud quam quomodo Domino magis placeret et obsequeretur, jam non spectaret. Idcirco autem hæc de illo referre volui, quod in iis quæ sequentur foundationibus aliquoties illius faciendâ erit mentio, quoniam insignem in iisdem mihi operam præstitit et impigre laboravit; cujus virtutum si hic texere catalogum et seriem vellem, non tam cito possem absolvere: quæ vero hic nobis maxime necessaria erat, est quod ita sit mortificatus, ut famulorum qui nos comitabantur, nullus ita suo officio in obsequendo et laborando in iis quæ opus erant, fungatur, atque ipse. Orationi vero mire deditus est, et tot ei Dominus gratias præstitit, ut, quidquid aliis molestum et laboriosum videretur, illi placeat, arrideat et facile sit. Talis est omnis labor et molestia quam in hisce foundationibus suscipit, adeo ut tam hunc quam P. Julianum de Avila, ad has peragendas Dominus singillatim delegisse videatur; quamquam suam Julianus jam inde a primi monasterii initio operam navarit. Horum comitum pietati et sinceritati adscribendum videtur quod omnia mihi bene succedere Deus voluerit. Sermones per viam habebant de rebus divinis, aut eos qui nostro in comitatu erant aut in itinere occurrebant, edocebant; adeo ut per omnia divinæ Majestati famularentur. Quare par est, carissimæ, eam quæ foundationum harum historiam legerit, agnoscere et scire quam iis multum debeat; ut, cum sine ullo commodo suo tantum in hoc bono quo vos jam fruimini, quod hisce in monasteriis agatis, laboris suscepierint, eos Deo in orationibus commendetis, et aliquam saltem e precibus vestris ipsi utilitatem accipiant. Sane si nossetis quam multas noctes et dies laboriosas habuerint, quæ per viam passi sint incommoda et difficultates, credo equidem libentissime id vos facturâs.

nam sine obsta-
culis perficit.

C

595 Vicarius ergo, priusquam templo nostro excederet, lictorem, nescio qua de causa, ad ejus aditum constituit. Terrorem id, fateor, aliquem incussit illic præsentibus; at me nihil, quodcumque demum post captam jam possessionem accideret, omnino turbabat: si quid timebam, id erat antequam caperetur possessio. Itaque monialis cujusdam, quam forte mecum duxeram, consanguineos, primarios civitatis illius, evocavi, ut cum vicario agerent, eique significarent me ad hoc faciendum ab episcopo facultatem accepisse. Is hoc non ignorabat, uti postea ipsemet dixit, sed ægre ferebat quod illum rei hujus certiorum et participem non fecissemus; quod certe, meo judicio, pejus longe fuisset. Tandem consensit, Sacrorum dicendorum potestatem dans: at Sanctissimi Sacramenti custodiam negavit; id quod patienter ferebamus.

Dein moniales
Pastranenses,

596 Quamprimum Teresia nostra obicem præcipuum sic removerat, Pastranam ablegavit Julianum de Avila et Antonium Gaitan, qui inde Segoviam moniales abducerent. Consilio huic causam dedit, ut ipsa breviter narravit supra (num. 494), agendi ratio principissæ Eboensis, inconsiderata primum, dein etiam iniqua. Nimirum princeps Rodericus Gomez, rite ad mortem preparatus a

P. P. Balthasare a Jesu et Mariano (*fuerat hic haud diu ante Sacerdotio initiatus*), pie in Domino obdormierat Madriti die XXIX Julii 1573. Casum hunc immoderate dolens vidua ejus, arripit temere consilium monasticæ vitæ in conventu a se fundato amplectendæ. Ergo induta sibi, quam Marianus non satis prudens dederat, veste Carmelitica, omissisque, quas curare debuisset, rebus domesticis, Madrito Pastranam cum matre sua avehitur. Nobiles matronas præixerat horis aliquot P. Balthasar a Jesu, ac secunda noctis hora de earum adventu præmonitum venit Isabellam a S. Dominico priorissam. Obstupescens illa audito nuntio: Ergone, ait, ducissa erit monialis? Domum perditam puto. Quam recte fuerit hoc dictum, eventus ostendit.

597 Adventantem cum matre Mendoziam hora octava honorifice recepit Isabella; vesti a P. Mariano datæ alteram substituit nitidiorem: duas principissæ pedisequas in ipso locutorio novitiatui adscripsit rogatu hujus vel potius jussu; nam viz Isabellæ licuit priorem consulere, quod diceret principissa suo conventui nihil rei esse cum Fratribus illis. Posthæc, paratas sibi ac matri in conclavi separato carnes respuens, communi mensæ in refectorio levis ingenii semina accumbere voluit; atque ibi, non loco sibi prope priorissam parato, sed quodam ex infimis usa est, non tam animi demissione quam obstinatione. Demum sejunctam a monialium cubiculis habitationem, in quam sæculares admittere posset, dum simul ostium haberet ad claustra regularia, quotiescunque liberet, ingredienda, admittere se velle tum priorissæ tum ipsi matri suæ negavit. Hæc prima diei miseriæ. Postridie, solutis Roderico exequiis, cum ad visendam principissam viduam venisset cum magnatibus pluribus episcopus Segoviensis, portæ conventus, violata lege claustraria ac frustra obnitente priorissa, non dominis tantum patuere, sed famulorum quoque ingenti catervæ: ad hæc exigere Mendozia cepit ut secum habitare sinerentur duæ ancillæ sæculares.

a Roderici Go-
mezli vidua

E

598 Hæc edocta per Isabellæ litteras Teresia, viduam turbulentam solita sua discretionem scripto monuit; monuerunt item priorissa ac duæ ex antiquissimis monialium dissolvendum fore Teresiæ auctoritate cænobium in quo virginibus Deo sacris integrum jam non esset suis vivere legibus. Ægre monitiones, licet suavissimas, tulit mulier: transiit e conventu in eremitorium horto inædificatum, ubi sæcularium colloquio liberius frui posset; subtraxitque egenis Dei famulabus destinatam conventui e defuncti mariti voluntate cleemosynam. Contigit autem per id tempus Pastranam venire Ven. Catharinam de Cardona; quam narrant Mendozia, Officio nocturno Epiphaniæ in choro interesse cupienti, dixisse: Vide, principissa, ne isto tuo agendi modo Deum irrites: monialium Matutinis assistenti mihi visendos se dedere mixti illis Angeli, strictis ad illas defendendum gladiis. Hoc audito, timens aliquantum principissa ex eremitorio suo se recepit in domum sæcularem vicinam, retento adhuc monastico vestimento, sed rupto omni commercio cum monialibus: quas nihilominus ex eo tempore, maxime quando non diu post ad pristinas vestes ac palatium suum redierat, adeo molestare perrexit ut S. Teresia, priusquam Salmanticam linqueret, scripserit ad P. Dominicum Bañez: Pastranenses nostræ, etsi in domum suam principissa revertit, tanquam captivæ vivunt; ut adeo prior Atochensis (*erat is P. Ferdinandus del Castillo*), quando nuper illic fuit, haud sit ausus eas visere. Nunc etiam cum Fratribus nostris habet illa simultatem. Non mihi videtur ea servitus diutius subeunda (*tom. II, epist. 14*).

male habitas;

F

dissoluta eorum
conobio.

599 Levamentum rebus tantopere afflictis afferendum erat. Quare, consulto P. Angelo de Salazar provinciali, necnon e Dominicana familia PP. Petro Hernandez, Dominico Bañez ac Ferdinando del Castillo, statuit S. Mater aliquem Pastranam mittere qui principissam supplex rogaret ne necessario victu fraudatum ultra vellet conventum. Subiit ingratam missionem P. Ferdinandus del Castillo, magni vir nominis et Philippo II regi percarus; sed repulsam tulit et injurias. Non gessit feliciter rem provincialis Salazarius, visitatoris Hernandezii auctoritate eodem directus: quippe principissa, aegrotam se simulans, ne alloquio quidem virum dignata est. Sic nequicquam tentatis ad pacem componendam viis, iectu efficaci nodum solvendum rata, S. Fundatrix Juliano de Avila et Antonio Gaitan, amicissimis viris, curam commendavit adducendi Segoviam quotquot erant Pastranae moniales.

Segoviam ob-
ducendas cu-
rat.

600 Praemonita de eo quod futurum erat, atque ad professionem se suasque parans, Isabella a S. Dominico, ut erat apprime sagax, suppellectilem olim ab Anna Mendozia monialibus datam apud vici praetorem deposuit cum accurato catalogo; curavitque super hac resignatione conficiendum a scriba publico chirographum coram praetore eodem ac P. Gabriele ab Assumptione, qui tum Carmelitas Pastranenses vicaria potestate pro absente priore moderabatur. His ita actis, reliquae monasterii relictulae vehiculis imponuntur; ac, frendente principissa et abitum jam vi impedire conante quem antea provocarat, media nocte Isabella cum virginibus suis Pastranam linguat, ducibus Juliano, Antonio ac P. Gabriele. Factum iter summa cum decencia ac religione, seu, ut verbo dicam, more vere Teresiano. Dum autem vehicula fluvium quemdam transmittuntur, in praesens vitae discrimen incidunt viatrices: at divina ope ex eodem eripiuntur, tum suis, tum Segoviensium sororum, tum maxime S. Teresiae precibus. Haec enim, casum eodem momento quo accideret, cœlitus docta, virgines quae Segoviae apud se erant, anxio vultu hortata fuerat ut Pastranenses suas periclitantes Deo commendarent. Quas demum adventantes v. vel vi Aprilis in sinu complexuque materno recepit; et Isabellam a S. Dominico munere prioratus, quo Pastranae tam sapienter functa fuerat, Segoviae statim honestavit.

nec imposte-
rum nobiles
famulas.

601 Casu illo aliisque similibus compertum S. Mater habuit, ait Yepes (lib. II, cap. XXI), non esse e facili recipiendas optimates matronas: quae, cum suis in aedibus consueverint mandata aliis dare, obedientiae se tarde accommodant; nec fere non semper quasdam capessunt libertates ac privilegia claustrum legibus et humilitati nociva. Unde, cum ego aliquando ad illam scripsissem ut primariam quandam ex his regnis foeminam, maturae aetatis, opibus ac clientium numero conspicuam, inter Carmelitanas admitteret (egerat namque mecum matrona illa de amplectendo Teresiano Instituto, ac rogaverat ut pro se Sanctam de colloquio postularem; quare, multa cum commendatione scribens de ejus dotibus et bono ingenio et magnis Deo serviendi desideriis, maximam me a Sancta inire gratiam putabam qui tam bonam ei procurarem monialem), responsum ad me dedit summae sibi esse voluptati animum hunc meum et curam qua Ordini suo promovendo ac omni ope juvando insisterem: attamen petere se ut aliis potius rebus sibi gratificarer quam offerendo matronas; quae, uti suam semper facere voluntatem didicerunt, non aliud quam detrimentum monasteriis sint allaturae. Quoniam autem vix repereris regulam, quantumvis

generalem, quae non admittat exceptionem, S. Mater aliis occasionibus, dum nempe perspectas habebat talium personarum dotes, virtutes et praeter ceteris humilitatem, perlibenter eas in suum Ordinem recipiebat: uti enim damno sunt eae quae non ita bene proficiunt, sic prodesse communitati ac speculo exemploque ceteris esse solent illae quae, pristinum oblitae honorum, obsequio ac servituti Jesu Christi se penitus mancipare student; id quod in multis experientia ostendit.

602 Pro specimine exceptionis hac ultima episcopi Turiasonensis phrasi indicata esse potest S. Teresiae affectus in Casildam de Padilla, filiam et heredem summi Castellae praefecti, quae ineunte hoc ipso anno 1574 in Vallisoletanum monasterium se duodennis abdidit, prout late narrat Sancta capite XI Foundationum; dein, victis heroica constantia obstaculis plurimis, vota religiosa ibidem nuncupavit anno 1577: quadriennio autem post, nescio quam ob causam, a Carmelitanis vi Indulti apostolici ad Franciscanas transiit in Burgense S. Ludovici caenobium. Sapius de Casilda sua tenebrime loquitur S. Fundatrix in suis ad diversas personas epistolis: dat quoque P. Ludovicus de Ponte litteras a P. Balthasare Alvarez ad Casildam scriptas kalendis Augusti 1574 (Vita P. Balth. Alvarez, cap. XXXIV, § II). Consanguinitate aliqua Casildam contingebat Beatrix Oñez sive ab Incarnatione; quae omnium Teresianarum Excalceatarum prima ad caelos abiit e Vallisoletano conventu die V Maji 1573, ut habet auctor Chronici (lib. III, c. XIX, num. 9) e nota formulae professionis Beatricis adscripta, vel 1574, ut ex epistola quadam S. Teresiae ad priorissam Vallisoletanam, diebus XIII et XIV Maji scripta (tom. III, epist. 59), ostendere nititur P. Antonius a S. Josepho. Elogium Beatricis Teresiano elaboratum calamo habes capite XII libri Foundationum, uti suo loco annotavi (num. 432).

603 Hoc ipso anno 1574 obiit Isabella ab Angelis (tom. IV, epist. 62); quae anno 1569 Methymnae Campi monasticam vitam felicibus exorsa auspiciis, uti Sancta scribebat XVIII Octobris 1569 ad patrum ejus Simonem Ruiz (tom. IV, epist. 53), Salmanticae dein sub directione Ven. Annae a Jesu, quae ibi erat subpriorissa, pene quadriennium vixerat. Salmantica proficiscens ad fundationem Segoviensem Teresia, Isabellam liquerat intenso corporis dolore et anxietate animi scrupulis aegerrimam. Exinde ad Junium usque mensem declinarat indies in pejus bonae monialis valetudo, ac tantopere vis morbi vultum ejus immutaverat ut agnosci ab iis ipsis qui quondam optime illam noverant, vix posset. Dies advenerat XI Junii, S. Barnabae sacer, quo die, monialibus ceteris ad Missam euntibus, gravius se habebat Isabella quam unquam ante habuerat. Finito autem Saero, en tibi quae anxietate accurrebant ad aegrotantis cubile sorores, mutatam ejus faciem, micantes oculos ac pristinae redditos hilaritati non sine stupore conspiciunt. Benedictus sit Deus, priorissa exclamat, quoniam melius valere, soror, videris! Ecquae ista laetitia est quae adeo in te elucet? Ad quam Isabella: Quia hodie, o Mater, miseriarum harum finis erit, et bonis quae concupivi, fructum ibo. Tum subpriorissa: Quisnam, ait, tibi hoc dixit, quod pro tam certo habes? Et iterum aegrotans: Quid, Mater subpriorissa, quæris? Illa mihi hoc dixit quae scire potest. Haec locutam cetera relinquunt: Anna vero a Jesu sola manens, ulterius sciscitatur undenam habeat illam mortis ea die futura praescientiam.

604 Ac tum quidem certiore me fecit (verba ipsius Annae sunt apud Manriqueum, lib. II, cap. IX) sibi tempore Missae adstitisse Matrem nostram Teresiam

AUCTORE
V. D. M.
D

nisi eam do-
lectu admittit.

E

S. Mater Isa-
bella ab Ange-
lis

F

animam Sal-
manticae agen-
ti

AUCTORE
V. D. M.

A resiam a Jesu, benedicentem sibi, blandientem ac vultui suo suavissime palparentem; e cujus ore hæc audisset verba: «Filia mea, ne insanias, nec istis » timoribus indulgeas; sed fiduciam tuam reponere » in iis quæ Sponsus tuus fecit et pertulit pro te: » magna enim est gloria quam tibi Deus paravit, » et credo te hodie illa fruituram esse. » Affirmabat autem videri sibi se gloria illa jam frui; atque incredibilem intra se experiri pacem, quasi nunquam bellum gerendum habuisset. In ea animi serenitate totum diem perstitit, usquedum, relictis apud eam duabus tribusve nostrum, cæteræ ad Matutinum abcessimus. Ut autem, absoluto ad horam undecimam cantu, disciplinæ in choro (nam feria sexta erat) initium dederamus, orta est omnibus nobis, nemine commonente, tam vivida præsentio de Isabellæ ad Deum transitu, ut ad primum flagrorum ictum cessaverimus a verberando et cunctæ simul in valetudinarium accurrerimus. Ibi, posito in moribundæ manibus cerco sacro cum Crucifixi imagine, ac nomine Jesu invocato, cœpimus dicere Symbolum apostolicum; cujus illa singulos articulos nobiscum pronuntiavit: simul vero ac ultimum hunc «Vitam æternam» absolvimus, exspiravit et æternam illam vitam adiit. Extemplo autem corpus ejus tanta pulchritudine ac splendore perfundi cœpit ut clare apparuerit rem agi supernaturalem ac cœlestem. Neque id nos tantum vidimus, quæ in conventu hoc eramus moniales, sed plurimi quoque variorum Ordinum religiosi ac sæculares homines, qui defunctæ exequiis interfuerunt. Nempe, quia ob nostram paupertatem aliæque incommoda publice extra claustrum funeranda fuit, tanta concurrat populi turba ut ad protegendum cadaver, dum Officium caneretur, feretro adstare debuerint comes de Fuentes et commendator Pæzius. Hac Ven. Dei Serra sæpe nominata.

ac per miracu-
lum præsen-
tem existit.

B 605 Eodem die quo Isabella ab Angelis obiit (festo nimirum S. Barnabæ, uti recte habent episcopus Turiasonensis et auctor Chronici, non S. Bartholomæi, uti P. Manriqueus notat; nam festum S. Bartholomæi anno 1574 non incidit in feriam sextam, sicut S. Barnabæ festum, sed in feriam tertiam), S. Teresia Segovia Salmanticam scripsit de duabus rebus quas scire nequibat nisi hic revera præsens fuisset. Ipsa vero hora qua infirmam visitavit, animadversum Segoviæ fuit illam sic esse extra se raptam ut mortuæ similis videretur, et bis terve vocata nihil audiret. Cum autem Sanctam Segovienses suæ super iis quæ dixi, interrogarent, eludebat quæstionem responso ambiguo; verum anno sequenti rem omnem Annæ a Jesu aperte confessa fuit: ostensam sibi a Deo gloriam quam Isabella sua quinque illis annis quos in Religione egerat, promeruisset; et hanc quidem tantam esse quantam aliæ multæ per quinquaginta annos rectissime vivendo vix adipiscantur.

Segovia plu-
res revelatio-
nes

C 606 Non unam hanc Segoviæ habuit Sancta revelationem. Alias plures refert auctor Chronici (lib. III, c. XXX); e quibus tamen, ne longior sim, unam tantum cæteris insigniorem seligam. Spectat ea ad Joannem Orozco de Covarrucias, episcopi Segoviensis cognatum et ecclesiæ cathedralis tunc temporis canonicum. Hic nempe, mane quodam juxta ecclesiolam Teresiani monasterii transiens, munditia ejus ac religioso ornatu illectus fuerat ad Sanctissimum Missæ Sacrificium in ea offerendum. Expleto Sacrificio, in locutorium advocavit S. Teresiam; qua simul atque illuc intravit: Scias, inquit, Domine, te esse huc a Deo adductum, atque oportere ut mihi succurras: quanquam enim mundanæ nobilitatem non magni facio, tamen non omitto æstimare quidquid rationi est congruum. Scias Mariam de Tapia,

D materteram tuam, mihi cognatam esse; sed potissima ratio est caritas ob quam domum hanc adjuvare debes. Percussus his Sanctæ verbis, Orozcius insignem se præbere capit monialibus Segoviensibus factorem, etiam dignatus aliquamdiu capellanum apud ipsas agere. Aliquanto post accidit ut Orozcius, propter gratiam quamdam sibi a rege concessam, patrum episcopum sibi offensum haberet: de qua re cum anxius Sanctam consulere, hæc jussit illum quieto esse animo; nec enim diuturnam fore episcopiram, et plurimam a Deo proventuram pro bono opere mercedem: quam prædictionem eventus plane comprobavit. Altera vice ad Orozcium Sancta dixit: Consideravi hodie mane, Domine Prior, omnes pene amicos meos a Deo provehi ad episcopatum vel archiepiscopatum, ac te quoque eo dignitatis venturum esse. Nec fessit dissimulata illa prophetia; siquidem post S. Teresiæ mortem Orozcius, nihil tale jam cogitans, Gaditanæ Ecclesiæ insulis insignitus fuit. Constant hæc e quadam ipsius Orozci epistola ad Generalem Carmelitarum, recognita dein et approbata per legitimos testes in iuridicis de S. Teresia informationibus.

607 Demum prætereundæ non sunt insignes duæ visiones quas S. Teresia hoc anno 1574 habuit in templo PP. Prædicatorum Segoviensium, et quarum testem habemus P. Didacum de Yanguas, ejus tunc temporis confessorium. Prior harum visionum ei obtigit ad diem VII Augusti, qua die S. Albertum Siculum, Ordinis sui Confessorem, solemni Officio venerantur Carmelitæ. Nempe communicata S. Mater dextræ suæ adstantem conspexit Salvatorem, sinistræ S. Albertum: post Communionem vero abiens Jesus S. Albertum apud ipsam reliquit, dicens: Recrea te cum illo. Ac tum quidem Sanctus, inter alia multa quæ non pervenire ad nostram notitiam, de rebus conventuum Carmelitanorum, tum virorum tum virginum, cum Teresia locutus fuit; atque ei persuasit ad bonum successum et incrementum novæ Reformationis expedire ut Excalceati ab Observantibus prorsus secernerentur, propriosque sibi haberent superiores, observationi regulæ primitivæ sedulo invigilanturos. Altera visio incidit in diem XXX Septembris, qua ipsa die Segovia Abulam profecta fuit S. Mater. Sed hanc ego hic non narrabo, cum Ribera eam describat ad finem capituli VII libri sui IV Vitæ Teresianæ; qua descriptione jam usus est Cuperus, noster prædecessor, in Commentario suo prævio ad Vitam S. Dominici (tom. I Augusti, pag. 474).

et visiones ha-
bet;
E

608 Restat ut ea absolvamus quæ ad fundationem Segoviensem proprie pertinent. Scilicet jam supra vidimus Sanctam cum filiabus suis conductitia in domo habitasse, licentia custodiendæ SS. Eucharistiæ privatam. Ad aliquot menses, aut ipsa, isthoc in statu res nostræ fuere, usquedum alias ædes coemimus, et una cum illis magnas in caput nostrum lites accersivimus; et jam ante sat litium cum PP. Franciscanis habueramus ob alias quæ prius in vicinia coemptæ erant ædes. Nimirum, ut rem ex ordine dicam, Julianus de Avila et Antonius Gaitan oculos pridem in quamdam domum conjece- rant; sed hanc tam parum ad monasticos usus accommodatam Sancta censuerat ut scriptis ad Gaitanum, qui Salmanticam abierat, litteris omnino gavisam se testetur quod eam possessor vendere directasset (tom. II, epist. 57). Dehinc S. Mater de alia domo, sita præcipuo civitatis loco, sibi comparanda satagit (Ibid.); sed ab hoc proposito propter oppositionem vicinorum Patrum Ordinis Minorum desistere debuit, prout paucis abhinc lineis ipsam narrantem audimus et etiam indicat postrema hæc phrasi

atque illæ de-
mum stabili
in domo,

A phrasi ejusdam epistolae suae ad Theotonium de Braganza (qui postea Eborensis archiepiscopus fuit), tunc temporis Salmanticae morantem: Mandes velim P. Rectori (Balthasari Alvarez) curare nos ut ejus sanationem a Deo petamus, et bene me convenire cum P. Santanderio, at non item cum religiosiis vicinis: nam de empti a nobis domo, ad nostrum quidem propositum aptissima, sed aliquanto propius ad ipsos sita, in jus ierunt adversum nos; quae res quomodo finienda sit, non scio (tom. I, epist. 2).

mita cum canonicis pacti-
one.

609 Denique P. Ludovicus Santander, collegii Segoviensis S. J. rector, domum bene structam, prope allam qua conductitio jure moniales utebantur, pro Sancta coemit a quodam Didaco de Porras (tom. III, ep. 60, tom. IV, ep. 3). Verum, ait ipsa ad finem capitis XXI Foundationum, ob posteriores illas aedes litem nobis moverunt sodales quidam religiosi a Mercede cognominati, nec non capitulum et canonici, quibus emphyteuseos jus in domum illam erat. Quam, o bone Jesu, difficile est cum diversis hominum opinionibus decertare et rem habere! Cum enim rem jam confectam mihi habere videbar, tum alia ex alia difficultas subnascebatur: B nam satis non erat quae postulaverant, omnia ipsis concedere, quoniam statim aliud et aliud incommodum afferebant. Hoc ipsum, ita dictum, nihil quidem esse videtur, at id ferre et subire nimis quam multum fuit. Quidam episcopi cognatus, qui in eadem Ecclesia prior et canonicus erat, quidquid poterat, nostri causa faciebat, nec non licentiatum Heredius, insignis Dei famulus. Instabant namque canonici apud episcopum ne sine reditibus conventum esse sineret; et tam fortiter instabant ut S. Teresia, quantumlibet constans, pene victam se dederit, ac priorissam Vallisoletanam inquirere jusserit (tom. III, epist. 60) num P. Dominicus Bañez, pro potestate quam acceperat a P. Petro Hernandez visitatore, licentiam largiri posset fundandi cum aliquo reditu monasterii: Si id possit, inquit, det hanc licentiam scripto per manus notarii cui sua jura probaverit; eamque ad me mittat quamprimum pro sua caritate, ni velit me a canonicis prosterni: nam modo domum illam adiissemus, si non obstitissent miseri illi ter mille maravediorum nummi.

moniales suas collocat.

610 Ita mense Julio res se habebat: nihilominus duobus post mensibus aliter pacta fuit; et canonicis factum satis solutione sexcentorum aureorum, opere rose a S. Fundatrice collectorum (tom. I, epist. 46). Caetera habes in hac conclusione citati capitis XXI Foundationum: Cum canonicis tandem multo aere persoluto, res feliciter composita est, at non cum Patribus illis de Mercede: ut ergo ad novas illas aedes transiremus, quam occultissime id fieri oportuit. Ubi vero nos jam de facto (etenim uno atque altero ante festum Archangeli Michaelis die migravimus) in illas transiisse compererunt, pecunia accepta, nobiscum pacisci satius et praestabilius judicarunt. Imprimis vero me in hisce difficultatibus cruciabat, quod, cum nonnisi septem mihi octove a praefectura Incarnationis triennio exacto dies deessent, Abulam inde me digredi necessario, muneris causa, oporteret. Domino ergo disponente et dirigente, factum ut omnia ita composita et ex voto constituta sint, nulla ut amplius exinde nobis lis fuerit: unde biduo aut triduo post ad Incarnationis coenobium digressa sum. Sit nomen ejus in perpetuum benedictum, quod tales et tantas mihi numquam non gratias contulit, omnesque illius creaturae eum laudent et celebrent. Amen.

§ XXXIV. Sancta, prioratu suo in Incarnationis coenobio abiens, a monialibus S. Josephi in priorissam eligitur. Varia instituit itinera. Decimum virginum suarum coenobium fundat Veasi.

S Sancta, praesens ultimos dies Abulae, expleat ad vi Octobris 1574 triennium suum in Incarnationis monasterio prioratum; quo postremos tredecim menses, jussa Salmanticae ac Segoviae subsistere, absens functa fuerat, per frequentes litteras curam subditis suis impendens. Multae ex Incarnationis monialibus percipiebant id officium denuo ei deferre; sed renitebatur provincialis, ac ipsa Teresia instabat ut repeteret sibi liceret suam S. Josephi domum. Illae, dolentes optimae Matris recessum, id saltem ab ea poposcerunt ut nuncuparet quae suas priorissae vices obiret. Ergo ad S. Josephi reversa est; ubi sine mora, filiarum suarum suffragiis, illius domus regimen ei fuit commissum. Mox vero accingere se debuit ad iter Vallisoletanum, ut obices removeret quos consanguinei Casildae de Padilla (de qua dixi num. 602) ingressui hujus in Ordinem Carmelitanum opponebant; qui quidem labor prospere ex ipsius Sanctae ac Casildae voto cessit. Vallisoletano interim S. Mater litteras dedit ad Annam Henriquez e familia marchionum de Alcañizes, continentes singularem laudem PP. Balthasari Alvarez S. J. et Dominici Bañez Ord. Præd. (tom. I, epist. 12). Scripsit indidem die iv Januarii ad amicum suum Theotonium de Braganza (tom. IV, epist. 4) de variis negotiis, ac nominatim de quatuor foundationibus tunc temporis sibi propositis: prima Zamorae, in regno Legionensi; altera Turrigis, in diocesi Toletana; tertia incerto loco, oblata a comitissa cujus nomen in epistola non exprimitur; quarta demum Madriti. Quarum cum nulla non haberet sat magnas difficultates sibi annexas, a tribus quidem prioribus se prorsus alienam Teresia ostendit: quartam vero, quam videbat Reformationi suae utilissimam fore, ita pro tempore rejecit ut tamen ostendat se de ea postmodum adhuc cogitaturam; prout ipsam revera fecisse, et quidem ad mortem usque, in decursu hujus Commentarii demonstrabimus.

612 Profecta Vallisoletano S. Mater ante diem octavam Epiphaniae Methymnam Campestrum attigit; qua die, praesente etiam Yepesio, Hieronyma de Quiroga, de qua alias jam locutus fui (num. 562), saecularem ornatum cum veste Carmelitica ibidem commutavit. Abulam deinde iter Sanctae fuit; unde post moram brevissimam, Toletum et Malagone transiens, Veasum denique profecta fuit novae foundationis inchoandae ergo (tom. IV, epist. 4, not. 22), quam ita capite xxii describere incipit: Eo ipso tempore quo (sicut supra commemoravi) e monasterio Incarnationis Salmanticae proficisci jussa fui, me ibidem versantem honesta quaedam matrona Veasensis, misso nuntio, nec non litteris, quas parochi aliorumque conscripserat nomine, invitavit, ut illo in oppido coenobium conditum venirem, et de domo emenda minime laborarem; etenim ipsam se jam paratam

AUCTORE
V. D. M.
D

S. Teresia,
Abulensi pri-
oratu jam de-
functo.

E

F

offertur in op-
pido Veaso

AUCTORE
V. D. M.

A

ratam habere, ut sola, omnibus dispositis, monialium quæ ipsam incoherent, requireretur præsencia. Ergo nuntium de oppidi situ, commodis et incolis sum percontata: qui multa mihi ejusdem bona commemoravit, nec injuria; est namque locus amœnus, salubris et cœli satis temperati. Sed cum viderem quantum inter illum et Salmanticam esset intervallum, stultum mihi videbatur de ea fundatione cogitare: atque imprimis quod commissarium apostolicum (qui novæ hujusmodi cœnobiolorum fundationi, si non adversaretur, saltem non favebat) assensum ad illam præbere oporteret.

ad monasticum
usum parata
domus.

613 Quare initio decrevi, illo non monito, dicere me in præsens nequaquam illam posse fundationem admittere. At postea mihi visa sum (quod is ipse Salmanticæ tunc versaretur) male factura, si illo inconsulto et non monito rem hanc non susceperem, cum a Rev. P. N. Generali mihi esset injunctum nullam, quæcumque se offerret, fundationem repudiare. Ipse ergo, his litteris visis, nefas mihi dixit videri piorum illorum virorum, quorum se pietate ac benignitate mirifice asserebat recreatum, desiderio non satisfacere nec morem gerere; quare, missis Veasum litteris, illis significarem fore ut fundationi, accepta ab Ordinario per ipsos potestate, prospiceretur. Verum addebat, indubitate crederem hanc ipsam minime ab illis obtinendam: quia enim id equitum S. Jacobi oppidum esset, aliunde constare sibi id genus facultates, ne multorum quidem spatium annorum, ab aliis simili in casu impetrari potuisse: attamen illis per litteras meas spem omnem non adimerem. Interdum hoc ipsa mecum perpendo, et quomodo id quod Dominus fieri vult (esto id ipsi etiam nolimus) ad exitum deducatur et perficiatur, ut, etiam ignari et nescientes, in illius manu simus tanquam instrumenta; sicuti hac in re R. P. Petrus Hernandez, qui commissarius erat, instrumentum fuit: unde ipse, equitum pace ac potestate jam impetrata, eam a parte sua denegare minime potuit, quominus hac ratione res perageretur. Hoc Veasense cœnobium, in honorem S. Josephi, in festo Apostoli Matthiæ anno Domini MDLXXV fundatum est. Hæc autem ejus fuere principia et initia, ad laudem et gloriam Dei. Dein fuse describit Sancta mirabilem Dei providentiam, quæ duas sorores, Sanciæ Rodriguez de Sandoval filias, eo deduxit ut illam fundationem promoverent, simulque monialium habitum in ea domo induerent. Hæc cum prolixiora sint neque ad Sanctam proxime spectent, malim lectorem ad ipsum *Fundationum Teresianarum librum remittere quam a meo proposito longa hac narratione exspatiari.*

C

Ilic igitur
Sancta, post
editam Almo-
dovari prophe-
tiam.

614 Eunti Veasum S. Matri iter erat per Almodovar del Campo, quo in loco non diu post PP. Carmelitarum Excalceatorum cœnobium excitatum fuit. Hospitata ibi est apud Marcum Garcia et Isabellam Lopez, piissimos conjuges, parentes B. Joannis Baptistæ Lopez seu a Conceptione, Reformatoris Ordinis SS. Trinitatis, a Pio VII, Pontifice Maximo, Beatorum fastis adscripti anno 1819. En quid Antonius Lopez, ipsius Beati frater, in informationibus juridicis pro ejus beatificatione jurejurando affirmavit: Bis in domo parentum suorum diversatam fuisse S. Teresiam; et quadam die Marci Garciae liberos, qui octo erant numero, omnes simul coram ea stetitisse. Quos cum, sublato a facie velo, singillatim fuisset intuita, earum genitrici dixisse: Domina, inter octo istos unum habes ad magnam sanctitatem perventurum, multarumque futurum adiutorem animarum, ac Reformationis insignis, uti tempus ostendet, auctorem. Dein, manu dextra humerum ipsius testis Antonii contraxisse, atque his usam

fuisse ad eum verbis: Sanctule, considera multa tibi patientia opus fore, quoniam maximos in hac lacrymarum valle ictus ferendos habebis: quid mihi respondes? Cui cum reposuisset testis: Quantam potero, patientiam habebis; iterum Teresiam dixisse: Attende magnos esse qui futuri sunt ictus: quid mihi respondes? ac tum addidisse verba hæc, primo intuitu non ita perspicua: Tempus docebit unum ex octo liberis qui hic stant, quinto post mortem suam anno talem futurum esse qualis ante fuerit. Hæc autem tres prædictiones ad amussim implete fuerunt: Joannes Baptista Ordinem SS. Trinitatis feliciter reformavit (uti videre est apud P. Helyot, Hist. Ord. relig. parte II, cap. XLVIII, et prolixius in prima parte Chronic. Discalc. Ord. SS. Trinitatis, auctore P. Floriano a S. Josepho, Bohemo); Antonius, prout ipse testatus est, plurimas pertulit in vita sua verumnas; corpus vero unius ex utriusque sororibus quinquennio post ejus mortem prorsus integrum repertum fuit. Hæc auctor Chronici (lib. III, cap. XXXIII), qui etiam e jurato testimonio Ven. Annæ a Jesu sequens factum refert.

615 Ex Almodovar del Campo profecta S. Teresia superandi erant montes Mariani. In quibus montibus errore aurigarum a recta via deductus currus tam angusto fragrosoque in gurgite hæsit, ut nec progredi sine periculo posset nec regredi. Quod ubi advertit Sancta, hortata est comites ut secum Deum ac S. Josephum orarent ad obtinendum felicem ex illis angustiis exitum. Vixdum preces inceptæ erant, cum ecce vox, tanquam senis cujusdam venerabilis, omnium auribus insonuit: Sistite, sistite; nam si pergatis, ex præcipiti devolvemini: ac seiscitantibus quæ eundum esset, facilem planamque viam indicavit. Aurigæ, miraculo attoniti, circumspectant omnem in partem ac discurrunt, ut benefactori, sicubi inveniant, meritis reddant grates; sed nemine viso redeunt: id quod Sancta jam monialibus sibi assidentibus prædixerat: Non est, inquit, quod eos sinamus disquirere: neque enim virum invenire poterunt; quippe cum alius non fuerit quam Pater meus S. Joseph. Demum paulo antequam Veasum perventum est, aliud adhuc contigit prodigium. Scilicet cum eo in loco quo transmittendum erat flumen Guadalimar, pons appareret nullus, atque propterea monialibus e curru descendendum esset, ut equorum tergis ad undas permeandas insiderent, hac eas molestia Deus exemit, translato inopinate in adversam fluminis ripam universo comitatu.

per viam a S.
Josepho ostē-
sam delevi-
tur
E

F

§ XXXV. Fundatio cœnobii virorum Almodovarensis. P. Hieronymi Gratiani cum S. Teresia primus congressus. Undecimum virginum monasterium, Hispali a Sancta erectum.

Die VII Martii 1575 inchoatus fuit, ex licentia R. P. Rubei, Generalis Ord. Carm., novus Excalceatorum conventus in Almodovar del Campo, cum adjuncto onere docendi pueros grammaticam; quo tamen onere, utpote suæ vocationi non satis congruo, post aliquot annos se Patres liberarunt. Hæc vero fundatio, quam per transennam indicasse sufficit, notabilis

Fundatur cœ-
nobiū viro-
rum Almodo-
varensis.

A notabilius est id quod circa finem anni præcedentis 1574 tum Romæ tum in Hispania quoad Ordinem Carmeliticum actum legimus. Nempe R. P. Joannes Baptista Rubeus ad diem xiii Augusti 1574 litteras apostolicas obtinuit a Gregorio XIII, quibus concessa a S. Pio V visitoribus Hernandezio ac Vargasio in Ordinem Carmeli potestas revocabatur. Harum quidem litterarum publicationem Rubeus distulerat ad generale capitulum Ordinis sui, habendum Placentiæ in Italia mense Maio insequenti; sed rem ita non occultaverat ut non ejus notitia diu ante in Hispaniam perveniret ad aures Nicolai Ormaneti, nuntii apostolici ac Teresianæ Reformationis fautoris.

P. Gratianus, socius visitori Vargasio datus.

617 Hic igitur, ut animadvertit dictis apostolicis litteris sua jura nullatenus restringi, non tantum P. Vargasio suum visitoris officium, dato die xxii Septembris 1574 diplomate, restituit; sed ei ad idem officium in solidum, ut dicunt, exercendum P. Hieronymum Gratianum socium adjunxit. Atque, ut omnem scrupulum circa hanc rem e sua conscientia certius depelleret, consuluit de mente Summi Pontificis intimum ejus secretarium, Ptolemæum Cardinalem Comensem: qui litteris Romæ datis xxvii Decembris respondit mentem Sui Sanctitatis minime fuisse quidquam de facultate Ormaneti, qua nuntii et legati a latere, quoad reformationem Ordinum regularium detrahere. Ad hæc quæ dixi facienda stimulos etiam nuntio addiderant Philippus rex Catholicus et egregii quidam ejus consiliarii: videlicet Didacus de Covarruvias, Castellæ præses; Cardinalis de Quiroga, Toletanus archiepiscopus; Ludovicus Manrique et Gabriel de Zayas, quorum alter regi ab elemosynis erat, alter a secretis; nec non optimus vir Joannes de Padilla, de quo jam facta est mentio (num. 563 et 587).

S. Teresiam Vitiis invisit.

618 Rebus ita se habentibus, monente amico aut consanguineo (ut vult auctor Chronici) vel jubente Ormaneto (ut habet Boucher), Hispani Madritum se recepit post festa Paschalia P. Hieronymus Gratianus; et ex itinere Veasum divertit, videndi ergo S. Teresiam, quæ adhuc dum eo in oppido facultatem concilii commendatorum Ordinis equestris S. Jacobi præstolabatur ad fundationem Caravacæ auspiciandam. Nondum, ait ipsa capite xxiv Fundationum, cum Patrem de facie videram, tametsi id summopere haecenus desiderassem; sed invicem aliquoties per litteras allocuti eramus. Ut ergo cognovi eum illic adesse, maximopere sum gavisa; valde enim eum videre optabam, quod tam præclara de ipso et salutaria inaudissem, at magis gavisa sum tunc, quando coram eum tractare cœpi: ita namque mihi is placuit, ut qui illum apud me dilaudarant, satis adhuc eum perspexisse non viderentur. Cum autem ipsa tum variis afflictionibus et vexationibus oppressa essem, certe, ut illum primum vidi, omne quod illius opera nobis eventurum esset bonum representare mihi Dominus videbatur; adeo ut omnibus illis diebus tantam in animo meo consolationem sentirem, ut me ipsa revera stuperem. Illius commissariatus nonnisi super conventus Andalusie tunc quidem extendebatur; at Veasi versantem ad se nuntius apostolicus evocavit, simulque Castellane provincie Excalceatorum visitatorem esse jussit. Tanto porro spiritus meus tunc exultabat gaudio ut Domino gratiis agendis per dies illos satiari non possem, et aliud quid facere nolle.

arctissimum caritatis vinculo

619 In eundem sensum die festo Ascensionis Domini, qui erat xii Maji, ad priorissam Malagonensem scribebat: O Mater mea, quam voluissem hisce diebus tecum fuisses! Scito illos, meo quidem judicio, optimos (sine exaggeratione loquor) vitæ meæ fuisse. Substitit hic dies viginti et amplius

P. Mag. Gratianus: quocum quantumvis multum egerim, dico equidem me viri illius merita nondum ex integro percepisse. Lectissimus mihi videtur, nobisque tam utilis ut quemquam eo meliorem ne sciremus quidem a Deo poscere. Quare a te cæterisque omnibus orari Dominum velim, hunc ut nobis prælatum donet: in quem, quandoquidem tantam perfectionem cum tanta suavitate conjunctam nuspiciam vidi, harum domorum regimen exequere poterō. Deus illum sua ducat manu servetque: nihil enim rerum omnium est quod non ejus visioni ac frequenti per hos dies alloquio posthabuerim. Expectabat hoc in loco Marianum; qui ut quam tardissime adveniret, nos optabamus. Depereunt illum Julianus de Avila et cæteri. Concionatur vero admirandum in modum; nec dubito quin, ex quo tu eum vidisti, plurimum profecerit gravibus quos sustinuit laboribus. Porro ita Deus res ordinavit ut ego proxima feria secunda hinc proficiscar, Hispalim, Deo juvante, itineratura; prouti latius ad Fr. Didacum perscripsi. Quippe domus hæc Andalusie provincie est: cui cum P. Gratianus præsit, huic me subesse inopinato deprehendi, adeoque mihi imperandi jus habuit. Accedit, nobis jam Caravacæ ire cogitantibus, allatam esse commendatorum licentiam talis tenoris ut nobis non esset acceptabilis: quare visum est negotium Hispalense prius conciliendum (tom. I, epist. 49).

AUCTORE V. D. M.

D

620 De Hispalensi fundatione mox prolixius agentem Sanctam audiemus. Sed prius aliquid dicendum restat de scriptura quadam, quam plicatam et clausam, inscriptis hisce verbis: Est res animæ et conscientie meæ, quam nemo legat, etiamsi obiero, sed detur P. Magistro Gratiano, post mortem Sanctæ repertam fuisse asserit Andreas del Marmol, regie curiæ Madritensis advocatus, vel potius P. Christophorus Marquez Ord. Carm. (vide Nic. Antonium, Biblioth. Hisp. nov. tom. I, pag. 79 et 247), in Vita P. Gratiani impressa Vallisoleti anno 1619 (part. I, cap. xvii): cujus Vitæ hispanicum quidem exemplar nobis deest; sed hujus defectum aliquatenus suppleunt tum flandrica versio, quam habemus manuscriptam, tum etiam fragmenta quæ ex ea Vita descripsit P. Emmanuel a S. Thoma Aquinate (tom. III, pag. 176 et seqq.). En igitur prælaudatæ scripturæ a S. Teresia confectæ summam: Mense Aprili 1575 Veasum venisse P. Gratianum; et Sanctam, postquam ei aliquoties confessa fuisset, visionem habuisse, in qua videret Jesum stantem medium inter se et Gratianum, ac dextras utriusque manus conjungentem, addita hortatione ut concorditer in omnibus agerent Gratianumque Teresia haberet tanquam Dei vicem erga se gerentem: qua visione magnum levamen Sanctæ allatum fuisse, præsertim cum postmodum Salvator adhuc bis sua dicta ei confirmasset: proin ipsam, cum magna animi pace, voto se obstrinxisse ad obediendum Gratiano omnibus in rebus quæ non forent Dei ac superiorum voluntati contrarie: quod votum (cujus etiam exemplar integrum exhibet P. Marquez) dein feria secunda Pentecostes post Sacri auditionem ab ipsa renovatum fuisse Astygis, in sacristia cujusdam eremitorii: ac tum quidem Sanctæ aliquamdiu fuisse luctandum adversus animi repugnantiam, non absimilem illi quam olim in transitu e domo paterna ad monasterium senserat (confer hujus nostri Commentarii num. 79); sed huic mox successisse magnam fiduciam et liberæ mentis tranquillitatem. Citat quoque P. Marquez (part. I, cap. viii) sequens P. Gratiani testimonium de primo suo cum S. Matre congressu: S. Teresiam primum vidi anno 1575; quo tempore, postquam spiritum meum per mensem integrum examinasset,

eum ea conjungitur.

E

F

AUCTORE
V. D. M.

A examinasset, et ego vicissim ejus agendi rationem perspexissem, ut erat in omnibus obsequentissima, meo jussu fundationes monialium in Andalusia promovit, cum antea nec propositum habuisset nec licentiam fundandi inibi monasteria. Tum quoque coelitus ei facta est de me revelatio.

camque His-
palim tra-
het.

621 Sequitur nunc Sanctae narratio de sua Hispalim profectio et adventu. Hoc ipso, ait, tempore submissa fuit facultas ad novum Caravacae conventum fundandum, sed longe alia quam ad meum propositum et intentum necessaria erat; unde de novo nuntius ad regiam mittendus fuit. Grave mihi ac tædiosum cumprimis erat tanto illic tempore exspectare; unde in Castellam redire constitui; jam tum enim fundatricibus scripseram, nullatenus cum, nisi certa quædam conditio, quæ facultati deerat, concederetur, fundandum. Unde denuo ad aulam mitti nuntium oportuit. Quod autem P. Hieronymus Gratianus, cui monasterium illud jam tum subjectum erat, cum totius provinciae Andalusiae commissarius esset, ibi tunc versaretur, nihil sine ejus voluntate fieri aut decerni poterat: unde rem totam cum eo communicavi. Illi porro videbatur fore ut, si semel inde discedere et abire me contingeret, fundatio Caravacensis penitus concideret; adhuc non parum ad Dei gloriam futurum, si Hispali conventus quidam constitueretur: quod ei haud difficile futurum videbatur, eo quod quidam auctoritate pollentes et opibus, etiam domum statim consignare parati, hoc ipsum ab illo petissent. Adhuc, quod archiepiscopus singulari Ordinem hunc studio complectebatur, rem longe gratissimam illi sese facturum hac ratione existimabat. Unde statutum est ut cum priorissa et monialibus quas Caravacensi sedi destinaveram, Hispalim concederem, tametsi animo a conventibus in Andalusia fundandis, varias ob causas, semper fuerim alieniore. Imo vero, si, cum essem Veasi, prius oppidum illud in Andalusia esse intellexissem, minime illuc concessissem: illud autem me decepit, quod, quamvis oppidum et ager Andalusii juris non sit, quod non nisi quatuor aut quinque inde leucis initium habet, ab illo tamen ipsa provincia dependeat. Ut tamen vidi superiorem hujus animi esse, illico ejusdem judicio sententiaeque acquievi (hanc namque mihi Dominus gratiam facit, ut superiores semper et in omnibus bene mandare et ratione niti censeam); tametsi aliam

C foundationem jam molirer, et rationes praeignantissimas haberem quominus Hispalim adire vellem. Huc spectant quæ Ribera inter insignia S. Matris obedientiae specimina annotavit in sua Vita Teresiana, lib. IV, cap. XI; sed humillima Virgo quidquid sibi laudi est, studiose quantum potuit, reticet.

Iter Sancta
arripit

622 Statim ergo, pergit illa, omnia quæ ad iter hoc necessaria erant, præparari cœpere, quoniam æstivi calores ingruerant, et jam Pater commissarius apostolicus Gratianus ad nuntium abierat. Cum solitis comitibus meis, P. Juliano de Avila, Antonio Gaitano ac fratre quodam Excalceato, et aliquot monialibus, Hispalim contendi. Curru vehemur prorsus tectæ; hæc namque erat nostra per vias incedendi consuetudo: cum vero in hospitium venissemus, cubiculum aliquod, commodum vel incommodum, occupabamus, et ad ejus januam sororem collocabamus, quæ quibus opus habebamus, intro ferebat; imo vero nec illi qui nos comitabantur, illuc ingrediebantur. Omni qua potuimus festinatione usi, Hispalim feria quinta ante Dominicam SS. Trinitatis appulimus, cum intensos per viam æstus et calores sensissemus. Nam, quamquam meridie ab itinere abstinēbamur, dico vobis, ca-

rissimæ, quod, cum sol radiis suis currus ita intense et jugiter feriret, in illis quasi in purgatorio agere videbamur.

623 Subinde de inferno cogitabant, subinde ex amore Dei aliquid et facere et pati proponebant sorores, et sic cum gaudio et animi jucunditate iter coeptum prosequabantur: sex enim illæ quæ me comitabantur, tam bonæ et ferventes erant, ut mihi cum illis etiam ad regiones Turcarum proficisci ausura videar, et ipsæ ad mortem pro Domini nomine patiendam vires habituræ, aut (ut melius dicam) eas ab ipso accepturæ. Hæc namque illarum erant desideria et assidui sermones; adhuc erant in orationis et mortificationis studio cumprimis exercitæ: quod enim ibi procul ab aliis conventibus erant futuræ, illas præ cæteris in hanc sedem deligere studui quas magis ei commodas futuras et melius ei quadraturas existimabam. Et tales certe eas esse oportuit, pro ratione difficultatum et procellarum quas hoc in loco subire: quarum aliquot, et quidem maximas, hic tacebo et referre omittam, eo quod aliquas particulares personas fortassis notarem.

624 Inter alias ipsarum molestias et vexationes, fuit illa non postrema quod me pridie festi Pentecostes ardentissima occupavit febris. Illarum ad Deum clamores et preces in causa fuisse autumo, ut malum illud ulterius non increverit: nunquam enim me in vita talis occupavit febris, quin semper ulterius ea progrediretur et aliud ex se malum gigneret. Erat ea hujusmodi ut, prout quidem mei tunc impotens eram, lethargo et phrenesi laborare viderer. In mali lenimentum aqua me ipsæ conspergebant. Sed hæc ita solis æstuat ardore, ut perexiguum ex ea sentirem refrigerium. Non possum quin vobis hic referam quam incommodum hac in necessitate nacta sim hospitium: assignatum namque in eo nobis fuit parvum quoddam cubiculum sub tecto situm, nullam prorsus habens fenestram; ejus si ostium aperiretur, omnis mox solis æstus eodem penetrabat. Credatis autem oportet solem longe intolerabiliorem hic esse quam in Castella. Tali vero in lecto moniales me collocarunt, ut humi cubare maluissem: ejus namque ea erat inæqualitas, ut, cum hinc in altum tumeret, illinc in profundum deprimeretur, acutissimis e saxis constratus videretur.

625 Quanta res est infirmitas et morbus! Nam in bona valetudine omnia toleratu facilia sunt. Quare satius tandem duxi hinc surgere, et inde nos abire: præstare namque mihi videbatur fervores solares aperto in campo excipere, quam quos angustum illud gurgustium afflabat. Quam vero misera illorum qui apud inferos damnati sunt, sors est! Hi enim nunquam sedem ac situm mutare poterunt: nam, quamvis nonnisi ex una pœna in aliam fiat mutatio et migratio, nihilominus aliquod hæc afferre alleviamentum videtur. Et sane mihi contigit ut, cum intensum in quapiam corporis parte et extremum dolorem sentirem, si deinde in alia alius æque intensus et gravis me opprimeret, aliquod mihi hæc mutatio solatium et lenimen afferre videretur. Sic et hoc loco mihi factum est. Nihil vero (quantum quidem recorder) me cruciabat quod tali in statu me constitutam viderem; at moniales, comites meæ, longe certe majorem quam ego dolorem sentiebant. Placuit autem Domino ut ipsa morbi vehementia et intensio nonnisi ad unum duraret diem.

626 Paulo ante (nescio an biduo) aliud accidit nobis infortunium, quod certe aliquantulum nos sollicitas et anxias reddidit. Cum enim Bælis na-

D

cum sex monialibus

Graviter febris laborat.
E

sed per unum tantum diem.
F

Bælim flumen non sine vita discrimine trajicit.

vigio

A vigio transmittendus esset, recta illo in loco ubi funis ducebat, trajicere cum curribus non potuimus: unde obliquare et ad latus deflectere pontonem nonnihil oportuit; ita tamen ut funis obliquantibus semper aliquo modo usui esset. Sed cum qui funem ductilem tenebant, eum e manibus dimisissent, aut nescio quo casu is illis elapsus esset, ecce secundo cepit flumine aquarum impetu ponto, nullo retinente fune, remis nullis, cum curru nostro ferri. Nautæ ego vicem magis multo miserabar, cum quod eum tam efflictim obnitentem viderem, tum quod in præsentissimo ageremus discrimine. Omnes extemplo trepidi vocem tollebant; nos vero ad precandum Deum convertebamur. Viderat nos eminus ex arce sua vir nobilis, submiseratque de suis qui nobis laborantibus opem ferret, quando nondum ponto funem penitus amiserat, at Fratres qui nos comitabantur eum adhuc in manu habebant, totis viribus retinere conati: sed is erat aquarum impetus ac rapiditas, ut, licet omnes junctim obniterentur, nonnemo tamen subinde prolaberetur. Magnam certe devotionem mihi inspiravit ipse nautæ filius, quem etiam numquam possum oblivisci: puer hic, qui (ut mihi quidem videbatur) decem aut undecim habebat annos, ut adeo laborantem et anxium patrem suum vidit, ita ejus sortem complorare cepit, ut ipsa, hoc viso, Dominum laudaverim. Sed sicut nullum Majestas illius immittit infortunium quin semper ipsius in eo se exerat pietas, ita et hoc loco factum est: etenim, pontone se vertente et in vado quodam arenario subsistente, quod ab una parte modicum esset aquæ, periclitantibus alii auxilio esse potuere. Præterea haud dubie a via (quod jam nox esset) aberrassemus, nisi qui proximo e castello venerat, in regiam nos viam reduxisset. Non cogitarem hisce de rebus, quæ parvi momenti sunt, hoc loco tractare, quod jam alias permultas alibi de incommodis et malis per viam successibus commemorarim: unde certa sum me horum commemoratione tedium legentibus adferre, quod æquo in illis fuerim diffusior.

Cordubæ, ad Sacrum audiendum,

B 627 Longe quam priora hæc magis me vexavit et afflixit id quod ultimo Pentecostes festo nobis contigit. Summa celeritate tota nocte usæ eramus, ut ante lucem Cordubam perveniremus et Sacrificio Missæ interesse, quin ab ullo mortalium conspiceremur. Conducebamur ergo ad templum quod trans pontem situm erat, ut occultius in eo lateremus. Jam pontem transire parabamus, sed frustra: etenim sine facultate illac perveni curribus nefas erat, et hæc erat ab urbis præfecto concedenda. Antequam vero illa impetraretur, duæ et amplius horæ effluxere, quod homines nondum surrexissent; et multi undequaque affluebant, ut viderent quales essemus: sed parum hoc curabamus, quia currus ita obducti erant ut nemo nos videre posset. Ut vero allata fuit licentia, non poterant currus, quod latiores essent, per angustam pontis portam transire; unde eos necesse fuit serra decurtari et transitui aptari, in quo etiam satis multum spatii effluxit. Tandem cum ad templum venissemus, et P. Julianus de Avila Sacrum celebraturus esset, ipsum hominibus plenum erat, quod locus a Spiritu Sancto denominatus esset; unde de more sollemnis hic futura erat supplicatio, ac dein verbi divini prædicatio, quam nos sollemnitate ignorabamus. Hæc cum vidi, maximopere indolui, et, meo judicio, sane præstitisset, non audito Sacro, inde discedere, quam in tam confertam hominum multitudinem nos dare. Verum alterius opinionis erat Julianus de Avila, et, quod

bonus esset theologus, illius opinioni omnes nos parere et consentire oportuit: hic enim ni fuisset, reliqui comites fortasse meam sententiam secuti fuissent; in quo haud dubie gravius errassemus, tametsi nesciam an meam unius sententiam ipsa essem secuta.

AUCTORE
V. D. M.

D

628 Prope templum exscensionem fecimus: nam, quamquam nostram nemo videre faciem posset (etenim longis eam velis semper cooperiebamus et tegebamus), satis tamen ad novitatem et stuporem spectantium ciendum erat, quod nos velatas, et crassioribus palliis albis, qualia nobis usitata sunt, amictas, et sandaliis calceatas cernerent; uti revera fuit. Hæc alteratio et turbatio omnem certe febrim pridianam a me abstulit; quæ sane tum mihi tum aliis omnibus nimis quam gravis erat. Porro mihi templum ingredienti vir quidam probus obviam procedens, seque viæ ducem præbens, turbam ingruentem submovit. Quem etiam rogavi ut in sequestratum a populi strepitu sacellum nos conduceret. Morem is gessit, eoque ocluso recedens, nos rursum inde, dum digredi templo volumus, eduxit. Hic ipse non ita multo post Hispalim venit, et cuidam Ordinis nostri Patri retulit, credere se, sibi, ob exhibitum hoc qualecumque nobis officium et piam caritatem, nihil tale expectanti opinam obtigisse, Deo dante, hæreditatem. Vere vobis dico, carissimæ, quamvis hoc forsitan vobis nihil esse videbitur, mihi hoc ita grave et pœnosum visum ut vix me pœnosius quid meminerim subiisse; populus enim tanto impetu et tumultu huc ingruerat ac si tauri furibundi irruissent. Unde nihil mihi accidere potuit optatius quam inde quamprimum excedere, etsi aliam diei transigendi commoditatem in vicinia non haberemus; unde æstum illius nos sub ponte quodam vicino apicando declinare oportuit.

per confectam hominum turbam cum sociabus transire cogitur.

E

629 Hispalim cum venissemus, in domum quam P. Marianus (qui adventus nostri jam factus erat certior) nobis conduxerat, concessimus. Equidem omne negotium jam tum ex voto confectum opinabar: etenim, sicut supra indicavi, archiepiscopus miro erga Excalceatos studio rapiebatur; quin etiam interdum me per litteras quam officiosissime compellarat. Nihilominus magnum me hic laborem et vexationem subire oportuit; quod Domino id ita videretur. Archiepiscopus namque a monialium est cœnobiis quæ certis non constarent proventibus, admittendis maxime alienis, nec immerito. Hoc autem obfuit, imo potius profuit, ad opus istud perficiendum et exequendum: si enim rei hujus, antequam huc appulsem, fuisset conscius, facultatem ad hoc certe haudquaquam esset elargitus. Sed, quoniam P. Gratianus et P. Marianus certissime opinabantur pergratam illi se rem facere, quod me huc venire fecissent (et certe adventus meus illi quam gratissimus exstitit), hinc illi de hac re nihil significarunt; et, si significassent, forsitan, bene se facturos sperantes, maximum in hoc errorem commisissent. Etenim in reliquorum monasteriorum fundatione ante omnia Ordinarii locorum licentiam obtinere pro more habeo, uti etiam Sacrosancta Tridentina Synodus faciendum præcipit: in hac autem non solum eam ut jam concessam ducebamus, verum etiam (prout jam dixi) insigne nos Ordinario hac ratione obsequium præstare arbitrabamur; et vere res ita se habebat, quemadmodum etiam postea intellexi. Sed nullam omnino Dominus fundationem sine magno meo labore et molestia perfici voluit, ut modo quidem hoc, alias alio modo exagitarer.

Demum Hispalim consensu archiepiscopi

F

630 Ut ergo in domum quæ nobis (ut dictum

non ita facile

AUCTORE
V. D. M.

A est) erat conducta, venimus, statim (uti facere solebam) ejus inire possessionem cogitabam, ut divinum in ea recitare Officium possemus. At P. Marianus, qui rem inchoarat et illic erat, tergiversari, et rationes cur differenda res esset, cepit afferre, ac, ne me affligeret et contristaret, plane quod res erat, dicere volebat, dissimulans. At, cum rationes quas adferebat, sufficientes non essent, statim intellexi in quo sita esset difficultas, in eo nimirum quod licentiam archiepiscopus non dedisset. Unde dicere et persuadere mihi cepit ut annuis censibus monasterium stabiliri permitterem, aut simile quid, cujus non satis recordor. Tandem vero sine ulla dissimulatione dixit archiepiscopum non usque adeo in monialium monasterii foundationem propendere, atque jam inde ab eo tempore quo dignitate archiepiscopali functus esset (functus autem erat ad annos plurimos, tum Hispali, tum Cordubæ, estque fervens Dei famulus) nulli hanc potestatem fecisse; præsertim vero si sine redditibus ac possessionibus fundandum monasterium esset, eum id minime concessurum. Quod perinde erat ac dicere ipsum plane non fundandum.

impetrato,

B (quamquam id facere potuissem, si voluissem): primo, quod in civitate Hispalensi res ageretur; nam, si in monasteriis nonnullis redditus admisi, in parvis oppidis id fuit, ubi, nisi hi admitterentur, illa fundari non potuissent, quod aliunde quod ea alerentur, non suppeteret: deinde, quod post sumptus itineris unus solum obolus mihi reliquus esset; quin etiam nihil nobiscum tuleramus, præterquam vestes quibus eramus indutæ, nec non aliquot tunicas et vela, atque alia quæ nobis, dum curru veheremur, ad nos obtegendum usui erant. Unde etiam, quo comites nostri possent eo unde profecti erant reverti, pecuniam mutuati-
tiam conquirere oportuit, quam amicus quidam quem Antonius Gaitanus illic habebat, nobis dedit: quod vero ad suppellectilem domesticam comparandam necessarium erat, P. Marianus mendicato quæsivit. Adhæc domum propriam non habebamus: adeo ut impossibile videretur conventum illic fundari. Quare non sine summa dicti Patris rogatione et velut importunitate factum arbitror ut archiepiscopus tandem nos Sacrum ipso SS. Trinitatis festo celebrare permiserit: idque primum fuit. Vetuit tamen, ne ære campano ad Sacra signum daretur, nec ipsum de loco superiori suspenderetur, nisi forte jam suspensum esset.

monasterium
virginum auctu-
rum consti-
tuit;

C 632 Quindecim diebus et amplius illo in statu res nostræ fuere, adeo ut ipsa statuerim, nisi P. Commissarius et P. Marianus obstarent, cum monialibus meis, parva admodum cum animi ægritudine, Veasum reverti, quo cum illis Caravacensem foundationem ordire. Multo majorem indies pressuram habebam (cum tamen felicis memoriæ non sim, non satis recordor quamdiu id durarit; sed arbitror uno plus mense durasse): quia, cum jam in vulgus innotesceret monasterii ceptum, discessus magis ac magis difficilis nobis fiebat. Ad archiepiscopum vero nunquam me P. Marianus permisit litteras scribere; sed ipse paulatim verbis blandioribus, nec non litteris Madrito a P. Commissario missis, eum lenivit. Unum hoc me in conscientia consolabatur et eam tranquillabat a scrupulis, quod primum Sacrum bona illius cum venia celebratum esset; semper quoque in choro Officium divinum recitabamus. Subinde etiam me per aliquem visitari jubebat, simul denuntiâns semet propediem ad me excursurum; quin et unum e domesticis sacerdotibus miserat, qui Sa-

crum primum hic Deo offerret: unde liquido apparebat omnem hanc turbationem meam alio non tendere quam ut me anxiam et sollicitam redderet. Quamquam non tam mea aut monialium mearum causa angebar, quam quod Patrem commissarium anxium scirem. Quoniam enim ipse me illuc ire jusserat, hic maximopere angebatur, et, si quod impedimentum intervenisset, quam vehementissimam afflictionem sensisset. Et certe multas ad hoc timendum habebat rationes.

633 Sub idem tempus accessere ad me Carmelitæ Calceati, sciscitantes qua tandem auctoritate monasterium hoc fundassem; quibus cum acceptas olim a Reverendissimo Patre nostro Generali litteras ostendissem, ulterius inquirere desierunt. Si enim scivissent quam parum archiepiscopus erga hoc cœnobium esset animatus, haud dubie hæc ad illos placandos litteræ satis non fuissent. Sed hoc omnes latebat; imo nemo non persuasum habebat bona illius cum venia et assensu cuncta fieri. Tandem, Deo dante, factum ut nos ipse visitatum venerit; cui ego eam quam nobis faceret pœnam exposui. Ad extremum facultatem mihi dedit, quidquid statueram, exequendi; quin et deinceps, si qua poterat, et quæcumque se dabit occasio, semper se benevolum ac partium nostrarum fautorem declaravit. Quod sub finem hujus narrationis Sancta commemoravit de Carmelitis Calceatis, connexionem habet cum inimicitis quas illi hoc maxime tempore cum Excalceatis exercere ceperunt, et de quibus nonnulla mihi in sequentibus paragraphis erunt dicenda.

ut placet Carmelitas Calceatos.

§ XXXVI. Capituli generalis Ord. Carm., Placentiæ celebrati, decreta adversus Excalceatos. De his decretis, nec non de R. P. Rubei, Generalis Carmelitarum, agendi ratione, quale judicium ferendum sit.

F Hæc ante oculos Brevem seriem omnium capitulorum generalium in Ordine B. V. M. de monte Carmelo habitorum et decretorum ab eisdem emanatorum de anno 1318 usque ad annum 1762 inclusive, impressam Romæ anno 1765. Verum sub numero LVII, ubi agitur de capitulo generali Placentino anni 1575, ne verbum quidem de Excalceatis reperire est: quamquam eo in Capitulo, ut ait P. Marianus Ventimiglia in sua Historia Chronologica Priorum Generalium Latinorum Ordinis B. V. M. de monte Carmelo, severissima sane decreta condita sunt contra novos Hispaniarum Excalceatos Carmelitas, qui contra Generalis Prioris patentales litteras ac præcepta extra Castellanae provinciae fines conventus edificaverant. Decreta nihilominus, inquit, quæ, etiamsi a quibusdam ut nimis severa atque injusta prædicentur, aliud sane non continent quam apostolicis litteris Gregorii XIII obtemperationem, quæ ad capitulares missæ sunt quæque Bull. Carm. tom. II referuntur. Ita ille ex papyris (ut ipse vocat) Ordinis, quas non credo unquam fuisse editas.

F Capitulum generale Ord. Carm. Placentinum.

635 Certe ad capitulum illud generale, Placentiæ mense Maio celebrandum, Gregorius XIII litteras dedit

pro data sibi litteris apostolicis

A *dedit sub annulo Piscatoris die xv Aprilis 1575; quarum tale erat initium*: Cum ad cunctorum vineæ Domini religiosorum Ordinum, et præcipue vestri Ordinis gloriosissimæ semper Virginis et Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo, salubrem directionem nostra pastoralis aspiret intentio, et eundem Ordinem vestrum, qui fructuosos palmites in Sancta Dei Ecclesia hactenus produxit, in veteri sua pietate et doctrina jugiter versari cum Dei Omnipotentis servitio vestraque laude et Christi fidelium ædificatione cupiamus, has litteras vobis in Domino congregatis duximus destinandas: ut, quamquam non dubitamus vos vestro officio etiam sine nostris litteris non fuisse defuturos, tamen ex abundantia dilectionis nostræ addamus calcar pietatis sponte currentibus, et vos nostra etiam voce incitati in studio Sanctæ Religionis ferventius decurratis, et ad optatum sancti laboris vestri finem ac pariter præmium pervenire mereamini: devotionem vestram paterni amoris stimulis hortamur, et apostolica auctoritate urgemus, vobisque etiam in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, ut in hac vestri generalis capituli celebratione, in civitate Placentiæ provinciæ Lombardiæ habenda in proximo festo Pentecostes, ad veram observantiam regularem, ubi jam instituta et introducta fuit, et ubi non sit, restituendam in universo Ordine vestro, tam ultra quam citra montes, efficaciter intendatis; ut et salus animarum vestrarum et populi Christiani ædificatio ad laudem Omnipotentis Dei assidue inde procedant.

in dysscolos
potestate.

B 636 *Inter cætera autem his litteris contenta notatu imprimis digna sunt verba sequentia*: Si aliqui contra statuta generalia et contra obedientiam superiorum vestrorum electi et assumpti, vel conventus et loca quovis in loco contra eorumdem superiorum voluntatem acceptaverint, erexerint et inhabitaverint, ac modo inhabitent, ab officio et administrationibus dejicere et amovere non omittatis: omnes item dysscolos et scandalosos, contradictores, molestatores et rebelles quoslibet per censuras ecclesiasticas et pœnas aliaque opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescatis: invocato etiam super his, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. *Vix dubium esse potest quin hæc respiciant Carmelitas Excalceatos; qui, etsi licite cum venia visitorum apostolicorum, attamen contra Generalis sui mentem (is enim duo tantum virorum cœnobîa fundari permiserat, ut num. 404 vidimus) pluribus in locis, apud Andalusios præsertim, cæperant seorsim a Calceatis habitare.*

decreta condit
adversus Ex-
calceatos.

C 637 *His igitur muniti Pontificiis ordinationibus, Patres Placentiæ congregati in Excalceatos, quos erroneo judicio pro rebellibus habebant, decreta duo contorserunt tenoris hujusmodi*: Reverendi magistri provinciales, et quicumque alii provinciarum vel conventuum ministri et rectores, ex æquo curabunt sub pœna suspensionis a Divinis, privationis vocis et loci, et sub censuris sibi bene visis, ut indebite assumptos et electos ejiciant et amoveant, neque illis obediant: et quia nonnulli inobedientes, rebelles atque contumaces, qui Discalceati vulgo vocantur, contra patentes et statuta Prioris Generalis habitaverunt et habitant extra provinciam Castellæ quam Veterem dicunt, nempe apud Granatam, Hispalim et prope oppidum vulgo nuncupatum la Penuela, nec volunt humiliter, adductis fallaciis et cavillis et tergiversationibus, mandata ejusdem Prioris Generalis et litteras acceptare; significabunt eidem Carmelitæ Discalceatis sub pœnis et censuris apostolicis (invocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis) ut infra tres dies inde omnino

abscedant: et quosvis contradicentes compescant, graviter puniant et a nobis citatos esse, ut personaliter appareant, intiment; et, præsentibus testibus, innotescere faciant, nisi ab eorum pervicacia resipuerint. Item judicaverunt etiam auctoritate apostolica amovendos esse Carmelitas primæ regulæ, qui vulgo Discalceati nuncupantur, a conventibus obtentis extra provinciam Castellæ; et etiam, si quos in Castella accepissent contra patentes et institutiones Reverendissimi Patris Generalis, ab eis excludi et rejici. Item quod visitentur, et debitis institutis juxta priorem regulam constringantur. Si vero aliqui ex illis obedire recusaverint, citamus eos ut coram nobis compareant infra spatium trium mensium a die quo obedire recusaverint. (*Vide Chronicon, lib. III, cap. XL.*)

638 *Ad hæc P. Hieronymum Tostado in Hispaniam cum visitoris potestate Rubens Generalis delegat, ad urgendam et omni qua possit ope promovendam decretorum modo relatorum executionem. Audi quid hac super re dicat auctor Chronici*: Volens Generalis penitus extinctos per Hispaniam Excalceatos, nec animadvertens exemplum eorum esse efficacissimum ad eam quam cupiebat Ordinis reformationem, eosque ab rege defensum iri, et nostræ Sanctæ orationes in contrariam niti partem, denique Bullis apostolicis non aliam inesse vim quam quæ oriretur e mora regiarum ad Pontificem Maximum litterarum; hoc, inquam, animo Generalis elegit P. Hieronymum Tostatam, ortu Lusitanum, virum alto ingenio et litteris exculto menteque impavida, ad gerenda negotia atque etiam ad simulanda natum, qui prophetica hanc ac primitivam sementem, tota Hispania propere gemmantem, extingueret. Ergo hanc ei commisit visitandam plena illa qua opus erat potestate; et videns non expedire vim, dolis hominem instruit. Nimirum injunxit ut regi cum laude loqueretur de sancto suo ad Ordinem restaurandum zelo, sibi gratularetur quod pars aliqua tam præstantis operis sibi obtigisset: mandata se Generalis habere ut Excalceatos animi dotibus insigniores per Calceatorum conventus distribuat iisque ornet officiis quæ viros requirant fidissimos, quo suis ipsi exemplis cæteros stimulent et conventuum prosperitati, honestati ac numero provideant: insimul sibi curandum esse ut Calceatorum aliqui aptissimi ad conventus Excalceatorum transeant, ubi reformationem discere possint. Sic quidem lingua loquebatur; verum in animo (ut e scriptis ejus colligitur) delitescibat ruina Excalceatæ familiæ; quam ita scilicet proscindere volebat ut nec tirones recipere nec multiplicare domicilia nec refugium in angustiis invenire quiret. Ac maximas quidem angustias ipse bonus Pater ei attulit, uti progrediens docebit historia; hoc autem loco nosse sufficit qualia mandata in illo capitulo adversus novam generationem prophetica acceperit. Quo interim melius intentum coloraretur, jubebatur quoque per Hispaniam divulgare ac regi dicere, quod capitulum generale Venetum anno 1524 sancierat ut quæque provincia domus aliquot reformatas haberet, ubi vita sub communi Ordinis vestitu ad primitivæ regulæ normam institueretur, id ipsum nec aliud capitulo Placentino fuisse propositum.

639 *Hæc auctor Chronici lib. III, cap. XL, num. 5, et his similia pluribus in locis, quæ indicare non est operæ pretium. Equidem non video quomodo hæc tam severa Rubei Generalis accusatio, quasi is non tam auctoritate quam malis artibus destructionem Teresianæ Reformationis moliretur, componi possit cum insigni reverentia quam gravissimo ac meritissimo illi viro ab omnibus Excalceatis deberi idem auctor*

AUCTORE
V. D. M.

D

ad quæ ero-
quenda P. Hieronymus Tostatus

E

F

a R. P. Rubeo, Ordinis Generali.

AUCTORE
V. D. M.

lib. IV, cap. XXXII, num. 3, his verbis prædicat: Sane Rubei in S. Matrem studium atque amor, amplæ quas ille concessit augendi cœnobii monialium facultates necnon fundandi conventus Durvelani, qui nostri Excalceatorum Ordinis fundamentum est; hæc, inquam, omnia non tantum perpetuam ejus memoriam a nobis exposcunt, verum etiam æternas grates ac religiosam reverentiam: ut adeo nostris in animis eum æstimemus patrem nostrum, Sanctorum consortem, et advocatum apud Deum in nostris necessitatibus. Quamvis enim sinistrae informationes animum ejus a nobis alienarint, sicut venti mare turbant, dejiciunt turres, rupes excidunt et montes concutiunt, tamen primus amor ejus in nos, qui nostri incrementi principium fuit, primum debet nostra in existimatione locum tenere. *Mihi videntur, quam apposite hæc dicta sunt, tam perperam dicta esse illa quæ numero superiori allegavi.*

in Hispaniam
mittitur

640 Nec majoris, imo multo minoris momenti sunt quæ circa Tostati missionem lectoribus suis oggerit P. Antonius a S. Josepho, declamatoriis illis et exaggeratis quæ sequuntur verbis: Veniebat, inquit, Roma in Hispaniam Tostatus facultatibus contra Excalceatos onustus, sicuti Saulus Hierosolyma Damascum adversus primitivos Christianos, diverso licet animo et intentione; nam semper supponimus ei majorem Dei gloriam cordi fuisse. Attamen certo veniebat cum chartis ac mandatis, « ut, si » quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vin- » ctos perduceret; » utique puniendos, quemadmodum declarat S. Augustinus: nam revera egit bonus ille Tostatus « tanquam abundantius æmulator existens paternarum suarum traditionum » (tom. III, epist. 9, not. 6). Verba hæc sunt et voces, præterea- que nihil. Quæ enim Tostatus anno 1577 nimis severe egit, non debent credi jam hoc anno 1575 a P. Rubeo ac capitulo generali decreta fuisse. Sed contigit P. Antonio tempora temporibus confundere et male uno in loco suarum notarum traducere illos ipsos quos alio in loco impensissime laudat. Sic non solum tractat P. Hieronymum Tostatium, sed etiam Generalem Rubeum aliosque e suis Calceatis Patribus.

Sancta ad Ge-
neralem, ex
falsis delatio-
nibus sibi in-
fensum.

641 Longe aliter agit æquus rerum æstimator Ribera; qui non Rubeum ipsum nec universum capitulum generale turgentibus incusat verbis, sed simplici phrasi enuntiat maxime cruciatam fuisse Sanctam quod delationum ac testimoniorum velut instrumento usi nonnulli Præpositi Generalis animum a se alieniorem reddidissent (hispanice: avian algunos hecho que el Padre General estuviese con ella desgustado). Atque in eandem prorsus sententiam ipsa S. Mater caput XXVIII libri *Fundationum* orditur: Hispalensi fundatione jam constabilita, a fundando per quadriennium et amplius cessatum est. Causa fuit quod magnæ ac graves derrepente adversus Excalceatos et Excalceatas exortæ sint persecutionum procellæ: quamvis enim permultæ hactenus contra nos insurrexissent, nulla tamen ita fuit gravis atque hæc ultima, utpote quæ fuit hujusmodi ut quidquid factum erat hactenus, summo esset in periculo ne penitus subverteretur et concideret. Satis ergo patuit quam diabolo sanctum hoc principium, quod Dominus inchoarat, molestum et exosum esset, quodque videret id opus illius esse, quandoquidem progressum et incrementum habebat. In Excalceatos, ac præsertim superiores ipsorum, gravis hæc falsorum testimoniorum et obloquiorum (quia omnes pene Patres mitigatæ regulæ illis se opponebant) procella desævit. Hi ergo Reverendissimum Patrem nostrum Generalem ita perpulerunt, ut, quamvis vir esset vitæ inte-

gerrimæ, et ipsemet facultatem dedisset ut omnes conventus fundarentur (uno excepto Abulensi, qui fuit primus; is enim annuente Pontifice Romano erectus est), omni contentione obstiterit ne plura Excalceatorum monasteria fundarentur: nam erga monasteria monialium semper bene animatus mansit. Quoniam vero illorum ipsa rebus prout poteram opitulabar, adversum me stomachari et indignari cœpere: quod certe maximum fuit, quod hisce foundationibus pertuli, tormentum, tametsi alia tormenta fuerint plurima. Etenim ut opus quod ipsa ad oculum videbam ad Dei obsequium et Ordinis nostri incrementum tendere, promovere et juvare desinerem, non patiebantur viri longe doctissimi, quibus ipsa tum confitebar: alia autem ex parte adversari me iis quæ superiorem meum velle videbam, mihi ipsa morte gravius videbatur; nam, præterquam quod cum amare obligabar, eo quod superior meus esset, aliunde etiam mirifice erga eum afflictebar, et sane hoc illi debebatur. Ut autem verum fatear, tametsi in hoc illi morem gerere et gratificari quam maxime vellem, minime tamen poteram, quod visitatores haberem apostolicos, quibus parere necesse me erat.

E
dat litteras,
quibus se

642 Prodeat hoc loco, tanquam egregius rerum de quibus agimus commentarius, pulcherrima illa epistola quam S. Teresia ad R. P. Rubeum scripsit uno circiter ab incepto generali capitulo mense, nempe ad diem XVII Junii 1575. Jesus. Gratia S. Spiritus sit semper tecum. Hebdomade proxime elapsa ad te multis verbis perscripsi; et quidem bino earundem litterarum exemplari, quia cupiebam ut eæ in manus tuas pervenirent. Heri, quæ erat Junii dies XVII, duæ mihi datæ sunt epistolæ tuæ, sane optatissimæ, altera Octobri mense et altera Januario exaratæ. Quæ etsi non iis quibus ego optassem temporibus scriptæ erant, solatio certe mihi fuerunt, eo maxime quod didicerim bona te frui valetudine; quam ut Deus tibi proroget, indesinenter in hisce tuis domibus omnes filiæ tuæ precamur. Quotidie peculiaris pro te oratio sit in choro: qua de re magna est cunctarum cura; quoniam, cum te mihi carissimum esse sciant nec alium præter te Patrem cognoscant, magno te amore prosequuntur. Neque vero id mirum, siquidem aliud bonum non habeamus in terra: et cum sint omnes sua sorte contentissimæ, suam tibi originem se debere nunquam non grato animo reminiscuntur. Scripsi ad te de Veasensi fundatione; item a Caravacensibus alteram expetitam fuisse, ad quam non sine incommodis licentiam fuisse concessam (hic ex autographo quatuor deficiunt lineæ).

F

643 Docui quoque te quas ob causas Hispalim fundatum venerim. Faxit Deus ut res Excalceatorum nostrorum ex æquo compositas nec ullam tibi ab ipsis offensionem fieri videam. Scias velim multum me inquisivisse num forte Veasum Andalusie esset oppidum; hanc enim regionem adire nequaquam mihi mens fuit (confer tom. IV, epist. 63). Et vero Veasum non Andalusie terræ est, sed Andalusie provincie. Quod equidem non scivi nisi fundato jam a mense et ultra monasterio: quo tempore, quoniam ibi jam moniales habebam, non mihi videbatur domus illa deserenda; atque id partim quidem quia animus mihi erat huc venire. Quod vero potissimum cupio, illud est, quod jam alias ad te perscripsi, nempe ut de negotio horum Patrum nostrorum intelligas; quos, quamvis suam ipsi causam tuentur, atque ego scio eos esse genuinos tuos filios nec velle te offendere, non possum tamen penitus a culpa liberare. Videntur jam intelligere quam multo fuisset satius si alia via, te non læso, ivissent.

suosque Ex-
calceatos, ac
nominatim

A ivissent. Multum inter nos contendimus, præsertim ego et Marianus; qui quidem vir est valde strenuus, dum contra Gratianus Angelo similis est. Hic si solus fuisset, longe aliter res acta foret: nec vero huc alia de causa venit quam quia accersiverat eum P. Balthasar, tunc temporis prior Pastranensis. Illud dicere non vereor, si virum cognosceres, lætabundum te fore quod filium istiusmodi habeas, qualem cum vere esse intelligo: quod item de Mariano jure dixerim.

P. Marianum

644 Est Marianus vir probus ac pœnitentiæ deditus, et ingenii sui laude apud omnes notus. Quem pro certo habeo non alia re motum fuisse quam zelo gloriæ Dei et prosperitatis nostri Ordinis: quamquam, mea quidem sententia, immodicus ille zelus et indiscretus fuerit. Ambitione hominem laborare non censeo, sed dæmonem, prouti dicis, res istas exagitare, et multa a Mariano proferri quæ ambitionem sapere videantur. Interdum pessime me habuit; verum, quia virtutem ejus habeo perspectam, patienter sustinui. Nec dubium est quin, si eum audires, tuam sibi gratiam conciliaret. Nuper mihi dixit non se fore quietum donec ad pedes tuos se projecerit. Cæterum jam scripsi ad te rogatam me fuisse ab utroque ut, quoniam ipsi non auderent, ego litteras ad te darem ac suas apud te purgarem culpas: quare, ne idem repetendo longior sim, ea tantum dicam quæ mihi videor dicere debere.

B

et P. Gratianum, illi purgat.

645 Primum igitur obsecro te per Domini nostri amorem, persuasum habeo Excalceatos nihili me facturam potius quam passuram ut vel vestem tuam tanguant. Hoc prorsus animo sum, ut adeo eum qui tibi quæcumque dederit offensionem, perinde sim habitura ac si pupillam oculi mei læsisset. Epistolam hanc ipsi nec viderunt nec visuri sunt. Mariano solummodo dixi scire me, quandoquidem illi sint obedientes, misericordem te fore; Gratianus autem hic non adest. Quos ego si tuum imperium detrectare cernerem, nec videre amplius vellem nec audire. At nunquam ego tibi tam filia esse possum quam illi se filios exhibent. Dicam modo id quod sentio: quod si inepta loquar, tu veniam da. De excommunicatione Gratianus aulicus (*intellige Antonium Gratianum, fratrem P. Gratiani*) ita ad Marianum scripsit: P. Angelum provincialem dixisse P. Gratiano non sibi licere eum in domum suam admittere, quia excommunicationis vinculo tenebatur; quamobrem Gratianum ad parentis sui domum abivisse: Nuntium vero, ubi rem rescivisset, accersitum ad se P. Angelum valide increpuisse; quod diceret se ferre non posse ut excommunicatus is diceretur qui suo jussu eo accessisset: quare qui talia dicerent, puniendos esse. Unde mox in monasterium receptum fuisse Gratianum, ibidemque nunc habitare et conciones habere apud aulam.

C

ne malis ortes quorundam Calceatorum,

646 Res istas, Pater ac Domine mi, præsens tempus non fert. Est namque Gratiani frater regi a secretis ac multa apud eundem gratia; neque rex, uti ego quidem accepi, a Reformatione alienus est. Quin et ipsi Calceati dicunt se assequi animo non posse quare viros tam probos tam male habeas: se quidem libenter cum Contemplativis, quorum virtutem videant, agere velle, nisi tu ista excommunicatione obstitisses. Scilicet aliud tibi nuntiant, aliud hic profantur. Archiepiscopum adeunt ac profitentur se non audere pœnas infligere, eo quod mox te sint adituri. Miri profecto sunt homines illi. Equidem, Domine mi, et hoc et istud video, et Deus scit me vera dicere, dum existimo Excalceatos esse ac fore cæteris omnibus obedientiores. Non vides istic ea quæ hic fiunt: ego autem ea video et dico; quoniam novi quam sanctus sis et veritatis amans.

Quidam venerunt me invisum; et nominatim prior (qui vir valde bonus est) quæsit a me quasnam habeam ad fundanda monasteria patentes litteras. Has quidem ei monstravi; sed egraphum postulanti nolui dare, ne ad lites aliquando veniretur. Etenim videbat me fundare posse; siquidem litteris patentibus quas latino idiomate post visitorum adventum ad me misisti, licentiam mihi concedis, prout omnes litterati intelligunt, ubique locorum monasteria excitandi. Nullam enim excipis domum aut regnum, nec limitem quemquam assignas; sed voce « ubique » uteris. Quin imo tale inibi præceptum additur ut plus etiam mihi laborandum fuerit quam possum, vetula cum sim et fessa. Quamquam nec ipsa quidem fatigatio quam in monasterio Incarnationis subii, gravis mihi accidit. Quotidie majora mihi beneficia præstat Deus, cui sit in omnibus gloria.

647 De Fratribus (*Calceatis*) quos inter suos admiserunt Excalceati, sermonem feci cum Mariano. Dixit hic mihi Peñuelam illum (*de quo vide num. 566*) per fraudem assumpsisse vestem Excalceatorum. Nimirum Pastranam venit, dictitans datam esse a Vargasio, visitatore Andalusie, licentiam; seque, hac cognita, ipsi sibi vestem eam induisse. Modo ab aliquot diebus de dimittendo illo Patre agitur, et utique dimittetur. Alter vero (*quemnam hic Sancta indiget, ignoro*) jam non amplius est apud Excalceatos. Quod autem ad monasteria attinet, sunt hæc erecta mandato visitoris Vargasii, auctoritate quam habebat apostolica. Nempe in his terris præcipuam reformationem æstimant in domibus Excalceatorum condendis sitam esse: quare etiam Nuntius, pro suo reformatoris officio, quando P. Antonio a Jesu visitoris munus demandavit, licentiam eidem fundandorum monasteriorum tribuit. Quod nihilominus multo rectius is fecisset, si antea te hoc rogavisset. Sane, si hic affuisset Teresia a Jesu, fortassis id negotii circumspicere fuisset attentius. Neque enim ego tam projecta eram ad audendum, ut aliter quam bona tua venia de domo quapiam fundanda egissem. Qua in re laudandus est P. Petrus Hernandez, Castellæ visitor, atque adeo egregie de me meritis, quod semper cavit ne quid in te committeret. Contra vero visitor Andalusie tot licentiis ac facultatibus illos Patres donavit atque ad agendum hortatus est, ut, si easdem inspiceres, bonos illos viros non admodum in culpa esse judicares. Profitentur illi quidem nunquam se P. Gasparem ejusve amicitiam aucupatos, sed contra multa prece ab ipso rogatos fuisse; idemque de aliis obtinere ajunt: domum autem quam habebant, Ordini pridem ereptam, redditam modo esse (*vide num. 565 et 584*). Hæc et alia non pauca habent quibus a se culpam dimoveant: unde mihi videntur rem non adeo malitiose gessisse.

648 Dum vero mecum ipsa considero ingentes labores quos sustinuerunt et pœnitentias quibus se dedunt, unde mihi patet eos esse reapse Dei servos, non possum non dolere quod tua exciderint gratia. Plane ipsi vitam studio virtutum ac rerum divinarum impendunt; atque inter eos quos admiserunt, plures sunt quam viginti qui cursos habent, aut nescio quo alio nomine vocentur (*vernacula phrasis habet: que tienen cursos ó no sé como los llaman; quibus verbis Sancta designare videtur eos qui studiorum suorum curriculum emetuntur*), sanctissimis moribus ac bono ingenio præcellentes. Hic vero (*scilicet Hispali*) et Granatæ et in Rupecula plures esse quam sexaginta, mihi videor audivisse. De his omnibus quid fieri possit quidve homines jam judicaturi sint, apud quos bona passim est de

AUCTORE
V. D. M.

D

res a visitatoribus gestas.

E

F

et sanctam Excalceatorum vitam illi ob oculos ponit.

AUCTORE
V. D. M.

A lib. IV, cap. XXXII, num. 3, his verbis praedicat: Sane Rubei in S. Matrem studium atque amor, amplae quas ille concessit augendi cœnobii monialium facultates necnon fundandi conventus Durvelani, qui nostri Excalceatorum Ordinis fundamentum est; hæc, inquam, omnia non tantum perpetuam ejus memoriam a nobis exposcunt, verum etiam æternas grates ac religiosam reverentiam: ut adeo nostris in animis eum æstimemus patrem nostrum, Sanctorum consortem, et advocatum apud Deum in nostris necessitatibus. Quamvis enim sinistrae informationes animum ejus a nobis alienarint, sicut venti mare turbant, dejiciunt turrets, rupes excidunt et montes concutiunt, tamen primus amor ejus in nos, qui nostri incrementi principium fuit, primum debet nostra in existimatione locum tenere. *Mihi videntur, quam apposite hæc dicta sunt, tam perperum dicta esse illa quæ numero superiori allegavi.*

in Hispaniam
mittitur.

640 Nec majoris, imo multo minoris momenti sunt quæ circa Tostati missionem lectoribus suis oggerit P. Antonius a S. Josepho, declamatoriis illis et exaggeratis quæ sequuntur verbis: Veniebat, inquit, Roma in Hispaniam Tostatus facultatibus contra Excalceatos onustus, sicuti Saulus Hierosolyma Damascum adversus primitivos Christianos, diverso licet animo et intentione; nam semper supponimus ei majorem Dei gloriam cordi fuisse. Attamen certo veniebat cum chartis ac mandatis, « ut, si » quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vin- » ctos perduceret: » utique puniendos, quemadmodum declarat S. Augustinus: nam revera egit bonus ille Tostatus « tanquam abundantius æmulator existens paternarum suarum traditionum » (tom. III, epist. 9, not. 6). *Verba hæc sunt et voces, præterea- que nihil. Quæ enim Tostatus anno 1577 nimis se- vere egit, non debent credi jam hoc anno 1575 a P. Rubeo ac capitulo generali decreta fuisse. Sed contigit P. Antonio tempora temporibus confundere et male uno in loco suarum notarum traducere illos ipsos quos alio in loco impensissime laudat. Sic non solum tractat P. Hieronymum Tostatium, sed etiam Generalem Rubeum aliosque e suis Calceatis Patribus.*

Sancta ad Ge-
neralem, ex
falsis delatio-
nibus sibi in-
fensum.

641 Longe aliter agit æquus rerum æstimator Ribera; qui non Rubeum ipsum nec universum capitulo generale turgentibus incusat verbis, sed simplici phrasi enuntiat maxime cruciatam fuisse Sanctam quod delationum ac testimoniorum velut instrumento usi nonnulli Præpositi Generalis animum a se alieniorem reddidissent (hispanice: avian algunos hecho que el Padre General estuviese con ella desgustado). Atque in eandem prorsus sententiam ipsa S. Mater caput XXVIII libri Foundationum orditur: Hispalensi foundatione jam constabilita, a fundando per quadriennium et amplius cessatum est. Causa fuit quod magnæ ac graves derepente adversus Excalceatos et Excalceatas exortæ sint persecutionum procellæ: quamvis enim permultæ hactenus contra nos insurrexissent, nulla tamen ita fuit gravis atque hæc ultima, utpote quæ fuit hujusmodi ut quidquid factum erat hactenus, summo esset in periculo ne penitus subverteretur et concideret. Satis ergo patuit quam diabolo sanctum hoc principium, quod Dominus inchoarat, molestum et exosum esset, quodque videret id opus illius esse, quandoquidem progressum et incrementum habebat. In Excalceatos, ac præsertim superiores ipsorum, gravis hæc falsorum testimoniorum et obloquiorum (quia omnes pene Patres mitigatæ regulæ illis se opponebant) procella desæviit. Hi ergo Reverendissimum Patrem nostrum Generalem ita perpulerunt, ut, quamvis vir esset vitæ inte-

gerrimæ, et ipsemet facultatem dedisset ut omnes D conventus fundarentur (uno excepto Abulensi, qui fuit primus; is enim annuente Pontifice Romano erectus est), omni contentione obstiterit ne plura Excalceatorum monasteria fundarentur: nam erga monasteria monialium semper bene animatus mansit. Quoniam vero illorum ipsa rebus prout poteram opitulabar, adversum me stomachari et indignari cœpere: quod certe maximum fuit, quod hisce foundationibus pertuli, tormentum, tametsi alia tormenta fuerint plurima. Etenim ut opus quod ipsa ad oculum videbam ad Dei obsequium et Ordinis nostri incrementum tendere, promovere et juvare desinerem, non patiebantur viri longe doctissimi, quibus ipsa tum confitebar: alia autem ex parte adversari me iis quæ superiorem meum velle videbam, mihi ipsa morte gravius videbatur; nam, præterquam quod eum amare obligabar, eo quod superior meus esset, aliunde etiam mirifice erga eum afflictebar, et sane hoc illi debebatur. Ut autem verum fatear, tametsi in hoc illi morem gerere et gratificari quam maxime vellem, minime tamen poteram, quod visitatores haberem apostolicos, quibus parere necesse me erat.

E
dat litteras,
quibus se

642 Prodeat hoc loco, tanquam egregius rerum de quibus agimus commentarius, pulcherrima illa epistola quam S. Teresia ad R. P. Rubeum scripsit uno circiter ab incepto generali capitulo mense, nempe ad diem XVIII Junii 1575. Jesus. Gratia S. Spiritus sit semper tecum. Hebdomade proxime elapsa ad te multis verbis perscripsi; et quidem bino earundem litterarum exemplari, quia cupiebam ut eæ in manus tuas pervenirent. Heri, quæ erat Junii dies XVII, duæ mihi datæ sunt epistolæ tuæ, sane optatissimæ, altera Octobri mense et altera Januario exaratæ. Quæ etsi non iis quibus ego optassem temporibus scriptæ erant, solatio certe mihi fuerunt, eo maxime quod didicerim bona te frui valetudine; quam ut Deus tibi proroget, indesinenter in hisce tuis domibus omnes filiæ tuæ precamur. Quotidie peculiaris pro te oratio fit in choro: qua de re magna est cunctarum cura; quoniam, cum te mihi carissimum esse sciant nec alium præter te Patrem cognoscant, magno te amore prosequuntur. Neque vero id mirum, siquidem aliud bonum non habeamus in terra: et cum sint omnes sua sorte contentissimæ, suam tibi originem se debere nunquam non grato animo reminiscuntur. Scripsi ad te de Veasensi foundatione; item a Caravacensibus alteram expetitam fuisse, ad quam non sine incommodis licentiam fuisse concessam (hic ex autographo quatuor deficiunt lineæ).

643 Docui quoque te quas ob causas Hispalim fundatum venerim. Faxit Deus ut res Excalceatorum nostrorum ex æquo compositas nec ullam tibi ab ipsis offensionem fieri videam. Scias velim multum me inquisivisse num forte Veasum Andalusie esset oppidum; hanc enim regionem adire nequaquam mihi mens fuit (confer tom. IV, epist. 63). Et vero Veasum non Andalusie terræ est, sed Andalusie provincie. Quod equidem non scivi nisi fundato jam a mense et ultra monasterio: quo tempore, quoniam ibi jam moniales habebam, non mihi videbatur domus illa deserenda; atque id partim quidem quia animus mihi erat huc venire. Quod vero potissimum cupio, illud est, quod jam alias ad te perscripsi, nempe ut de negotio horum Patrum nostrorum intelligas; quos, quamvis suam ipsi causam tuentur, atque ego scio eos esse genuinos tuos filios nec velle te offendere, non possum tamen penitus a culpa liberare. Videntur jam intelligere quam multo fuisset satius si alia via, te non læso, ivissent.

suosque Ex-
calceatos, ac
nominatim

A iuissent. Multum inter nos contendimus, præsertim ego et Marianus; qui quidem vir est valde strenuus, dum contra Gratianus Angelo similis est. Hic si solus fuisset, longe aliter res acta foret: nec vero huc alia de causa venit quam quia accersiverat eum P. Balthasar, tunc temporis prior Pastranensis. Illud dicere non vereor, si virum cognosceres, lætabundum te fore quod filium istiusmodi habeas, qualem cum vere esse intelligo: quod item de Mariano iure dixerim.

P. Marianum

644 Est Marianus vir probus ac pœnitentiæ deditus, et ingenii sui laude apud omnes notus. Quem pro certo habeo non alia re motum fuisse quam zelo gloriæ Dei et prosperitatis nostri Ordinis: quamquam, mea quidem sententia, immodicus ille zelus et indiscretus fuerit. Ambitione hominem laborare non censeo, sed dæmonem, prouti dicis, res istas exagitare, et multa a Mariano proferri quæ ambitionem sapere videantur. Interdum pessime me habuit; verum, quia virtutem ejus habeo perspectam, patienter sustinui. Nec dubium est quin, si eum audires, tuam sibi gratiam conciliaret. Nuper mihi dixit non se fore quietum donec ad pedes tuos se projecerit. Cæterum jam scripsi ad te rogatam me fuisse ab utroque ut, quoniam ipsi non auderent, ego litteras ad te darem ac suas apud te purgarem culpas: quare, ne idem repetendo longior sim, ea tantum dicam quæ mihi videor dicere debere.

et P. Gratianum, illi purgat.

645 Primum igitur obsecro te per Domini nostri amorem, persuasum habeo Excalceatos nihili me facturam potius quam passuram ut vel vestem tuam tangant. Hoc prorsus animo sum, ut adeo eum qui tibi quamcunque dederit offensionem, perinde sim habitura ac si pupillam oculi mei læsisset. Epistolam hanc ipsi nec viderunt nec visuri sunt. Mariano solummodo dixi scire me, quandoquidem illi sint obediens, misericordem te fore; Gratianus autem hic non adest. Quos ego si tuum imperium detrectare cernerem, nec videre amplius vellem nec audire. At nunquam ego tibi tam filia esse possum quam illi se filios exhibent. Dicam modo id quod sentio: quod si inepta loquar, tu veniam da. De excommunicatione Gratianus aulicus (*intellige Antonium Gratianum, fratrem P. Gratiani*) ita ad Marianum scripsit: P. Angelum provincialem dixisse P. Gratiano non sibi licere eum in domum suam admittere, quia excommunicationis vinculo tenebatur; quamobrem Gratianum ad parentis sui domum abivisse: Nuntium vero, ubi rem rescivisset, accersitum ad se P. Angelum valide increpuisse; quod diceret se ferre non posse ut excommunicatus is diceretur qui suo jussu eo accessisset: quare qui talia dicerent, puniendos esse. Unde mox in monasterium receptum fuisse Gratianum, ibidemque nunc habitare et conciones habere apud aulam.

ac malas artes quorundam Calceatorum,

646 Res istas, Pater ac Domine mi, præsens tempus non fert. Est namque Gratiani frater regi a secretis ac multa apud eundem gratia; neque rex, uti ego quidem accepi, a Reformatione alienus est. Quin et ipsi Calceati dicunt se assequi animo non posse quare viros tam probos tam male habeas: se quidem libenter cum Contemplativis, quorum virtutem videant, agere velle, nisi tu ista excommunicatione obstitisses. Scilicet aliud tibi nuntiant, aliud hic profantur. Archiepiscopum adeunt ac profitentur se non audere pœnas infligere, eo quod mox te sint adituri. Miri profecto sunt homines illi. Equidem, Domine mi, et hoc et istud video, et Deus scit me vera dicere, dum existimo Excalceatos esse ac fore cæteris omnibus obedientiores. Non vides istic ea quæ hic fiunt: ego autem ea video et dico; quoniam novi quam sanctus sis et veritatis amans.

Quidam venerunt me invisum; et nominatim prior (qui vir valde bonus est) quæsit a me quasnam habeam ad fundanda monasteria patentes litteras. Has quidem ei monstravi; sed ecgraphum postulanti nolui dare, ne ad lites aliquando veniretur. Etenim videbat me fundare posse; siquidem litteris patentibus quas latino idiomate post visitorum adventum ad me misisti, licentiam mihi concedis, prout omnes litterati intelligunt, ubique locorum monasteria excitandi. Nullam enim excipis domum aut regnum, nec limitem quemquam assignas; sed voce « ubique » uteris. Quin imo tale inibi præceptum additur ut plus etiam mihi laborandum fuerit quam possum, vetula cum sim et fessa. Quamquam nec ipsa quidem fatigatio quam in monasterio Incarnationis subii, gravis mihi accidit. Quotidie majora mihi beneficia præstat Deus, cui sit in omnibus gloria.

AUCTORE
V. D. M.
D

647 De Fratribus (*Calceatis*) quos inter suos admiserunt Excalceati, sermonem feci cum Mariano. Dixit hic mihi Peñuelam illum (*de quo vide num. 566*) per fraudem assumpsisse vestem Excalceatorum. Nimirum Pastranam venit, dictitans datam esse a Vargasio, visitatore Andalusie, licentiam; seque, hac cognita, ipsi sibi vestem eam induisse. Modo ab aliquot diebus de dimittendo illo Patre agitur, et utique dimittitur. Alter vero (*quemnam hic Sancta indiget, ignoro*) jam non amplius est apud Excalceatos. Quod autem ad monasteria attinet, sunt hæc erecta mandato visitoris Vargasii, auctoritate quam habebat apostolica. Nempe in his terris præcipuam reformationem aestimant in domibus Excalceatorum condendis sitam esse: quare etiam Nuntius, pro suo reformatoris officio, quando P. Antonio a Jesu visitoris munus demandavit, licentiam eidem fundandorum monasteriorum tribuit. Quod nihilominus multo rectius is fecisset, si antea te hoc rogavisset. Sane, si hic affuisset Teresia a Jesu, fortassis id negotii circumspectatum fuisset attentius. Neque enim ego tam projecta eram ad audendum, ut aliter quam bona tua venia de domo quapiam fundanda egissem. Qua in re laudandus est P. Petrus Hernandez, Castellæ visitor, atque adeo egregie de me meritis, quod semper cavet ne quid in te committeret. Contra vero visitor Andalusie tot licentiis ac facultatibus illos Patres donavit atque ad agendum hortatus est, ut, si easdem inspiceres, bonos illos viros non admodum in culpa esse judicares. Profitentur illi quidem nunquam se P. Gasparem ejusve amicitiam aucupatos, sed contra multa prece ab ipso rogatos fuisse; idemque de aliis obtinere ajunt: domum autem quam habebant, Ordini pridem ereptam, redditam modo esse (*vide num. 565 et 584*). Hæc et alia non pauca habent quibus a se culpam dimoveant: unde mihi videntur rem non adeo malitiose gessisse.

rex a visitatoribus gestus

E

F

648 Dum vero mecum ipsa considero ingentes labores quos sustinuerunt et pœnitentias quibus se dedunt, unde mihi patet eos esse reapse Dei servos, non possum non dolere quod tua exciderint gratia. Plane ipsi vitam studio virtutum ac rerum divinarum impendunt; atque inter eos quos admiserunt, plures sunt quam viginti qui cursos habent, aut nescio quo alio nomine vocentur (*vernacula phrasis habet: que tienen cursas ó no sé como los llaman; quibus verbis Sancta designare videtur eos qui studiorum suorum curriculum emoluntur*), sanctissimis moribus ac bono ingenio præcellentes. Hic vero (*scilicet Hispalis*) et Granatæ et in Rupeñula plures esse quam sexaginta, mihi videor audivisse. De his omnibus quid fieri possit quidve homines jam judicaturi sint, apud quos bona passim est de

et sanctum Excalceato rum vitam illi ob oculos ponit.

AUCTORE
V. D. M.

A Excalceatis opinio, ego non intelligo; nisi forte omnes hujus rei piaculares futuri simus. Namque et regi admodum gratosi sunt, et archipræsulis hujus (*Hispalensis*) iudicio ipsi soli sunt genuini ac veri monachi. Ergo noli, quæso, ut in præsentia Reformationem deserant. Ea res, crede mihi, etiamsi omni ex parte pro te stet ratio, bene cedere non potest. Nam neque ipsi volunt tuo subtrahi præsidio, nec tu rem æquam ac Domino gratam egeris si id facias. Commenda, amabo te, negotium isthoc divinæ Majestati; atque, ut verus Pater, præterita obliviscere. Memento te servum esse B. Virginis, quæ sane ægre latura sit tua ope destitui eos qui sudorem suum Ordinis sui augmento impendunt. Eo jam loco res nostræ sunt ut plurima consideratione sit opus. Sum indigna filia tua ac subdita, Teresia a Jesu (*tom. IV, epist. 72*).

Rubeus, reformationis Ordinis aut servus

B 649 Vides quam excusabilis sit Rubeus; quem sinistra quadam informationes, neque illæ quidem omni fundamento vacuæ, ad severitatem perpulerunt. Enimvero rem, cum ex hac S. Teresie epistola, tum e narratione a me hactenus facta, penitus inspiciamus. Erat Rubeo, ipsis Excalceatis ultro fatentibus, sincerum revocandæ in Ordinem suum regularis observantiæ desiderium; atque ad idipsum opere explendum remedia non omnino incongrua adhibuerat. Sic ipso initio sui generalatus, anno 1563, petita a Pio IV Pontifice Maximo facultate, pro muneris sui officio debite exequendo ad diversas provincias et monasteria Ordinis proficisci, eaque diligenter visitare, et, si qua ibi reformanda et corrigenda forent, reformare et corrigere intenderat (*Bullar. Carmel. tom. II, pag. 124*). Sic eodem anno S. Carolus Borromæus Ordini suo protectorem, utique non segnem ignavumque futurum, ab eodem Pontifice petiit (*ibid. pag. 126*). Sic anno 1571 a S. Pio V, et iterum anno 1576 a Gregorio XIII, confirmationem atque ampliationem postulavit atque obtinuit potestatis Generalibus Carmelitarum pridem a Clemente VII concessæ ad puniendos nonnullos dysecolos (*verba sunt Pontificum*) qui a recta via deviabant nec monitionibus et piis hortationibus a malis resipiscabant, imo illis spretis indices magis incorrigibiles fiebant (*ibid. pag. 8, 167 et 188*). Sic speciatim, teste P. Mariano Ventimiglia, in regnis Hispaniæ ac Lusitanie, quo visitator apostolicus anno 1566 venerat, provincias visit, capitula convocavit, conventus reformavit, undique legibus statutisque conditis ac publicatis, ut subditos ad primævam observantiam revocaret. Denique nullus est ex omnibus qui illius meminere scriptoribus, a quo non a religiosa vite integritate sanctissimisque moribus, insigni insuper doctrinæ laudi conjunctis, summopere commendetur. Hosce scriptores plerosque enumeratos habes in Bibliotheca Carmelitana (*tom. I, pag. 786*) et in opere italico *Le sagre memorie di Ravenna antica*, auctore Hieronymo Fabri (*pag. 198*).

et ex omnino intentus.

C 650 Quod ad Reformationem Teresianam spectat, hanc Rubeus quantum ad cœnobîa virginum nunquam non approbavit; quantum ad viroꝝ cœnobîa, licet (nec immerito, ut mihi videtur) parcior in danda facultate fuit, duo tamen jam pridem fundari permiserat (*vide num. 404*), plura fortasse permisurus, si rem ex mente S. Teresie, nempe consulto Generali suo, Excalceati semper egissent. Ceterum Ordinem universum ad Reformationem Teresianam adigere Rubeo non erat animus, nec ei plane fuisset integrum; quandoquidem legitima erat, ut etiamnum est, id quod ne licet quidem in dubium vocare, approbata ab Eugenio IV legum Carmelitarum mitigatio. Volebat igitur bonus Generalis, laudabili utique consilio, subditos sibi Fratres cum in modum reformare

quem capitulum generale Venetum, hortante atque approbante Clemente VII, anno 1524 sanxerat. Idem procurare debebant, ni fallor, visitatores apostolici Hernandez ac Vargas. Itaque hactenus quidem, ut mihi videtur, culpa vacat Rubeus.

sed a Vargasio et Excalceatis

D 651 Jam vero Hernandezium visitatorem multa cum moderatione et absque Generalis offensione suum munere functum esse, ipsa Sancta testatur: nam quod Excalceatorum Castellanos capta promoverit, id Generali, utpote qui ipse iis consenserat, ingratum non fuit. Vargasius autem, etsi nec de ejus jure nec de purissima intentione quidquam dubitem, tamen mihi videtur (*bona cum venia dixerim*), et quando Excalceatos in Andalusiam evocavit et quando eorum negotia ibidem promovit, prudentiæ leges, ne cuiquam ullam daret offensionem aut querimoniam locum, interdum non satis consuluisse. Enimvero quid illud est, quod conventum S. Joannis a Portu Calceati Excalceatis cedere coacti fuerint? (*num. 565*). Quid iterum, quod P. Gabriel de la Peña, relicto conventu suo Granatensi, per fraudem assumpsit, ipsa S. Teresia teste, vestem Excalceatorum? (*num. 647*). Quid tertio, quod princeps Rodericus Gomez, interposita auctoritate sua, colore negotiorum quorundam temporalium pro se gerendorum, provincialem Castellæ, P. Angelum de Salazar, compulsi ut P. Balthasarem a Jesu, jam pridem a Vargasio in Andalusiam incitatum, Granatam petere sineret, dum alii interim Excalceati nonnulli clanculum eo proficiscerentur? (*num. 565 et 567*). Quid quarto, quod item Ambrosius Marianus, nescio quo prætextu, tacito principali proposito suo et nomine socii quem assumere volebat, ab eodem provinciali obtinuit licentiam abeundi cum P. Hieronymo Gratiano in Andalusiam; unde a provinciali reverti jussos Vargasius ne obsequerentur prohibuit? (*num. 574 et 583*). Quid quinto, quod Vargasius Hieronymum Gratianum, annos natum viginti et octo, atque a paucis tantum mensibus religiosa vota professum, sibi vicarium substituit: quare nonnulli Carmelitarum Calceatorum auctoritatem ac nomen, testante Ribera (*lib. III, cap. IV*), non parum lædi censebant, quod adolescentem non sui Instituti et tironem quodammodo religiosum in visitatorem nacti essent; præsertim cum sibi non deessent, uti revera non deerant, alii et ætate et religione et vitæ probitate spectabiles Patres, quibus eæ committi partes cum honore potuissent?

lassam esse existimans

F 652 Hæc et alia, a versipellis illis quorum duplex ingenium Sancta nobis paulo ante (*num. 646*) depinxit, Romam non sine exaggeratione (ut conjicere licet) delata, Rubeum impulerunt ad rogandum Romanum Pontificem ut visitatorum Hispanorum facultates antiquatas vellet jubereque (uti dictum est a nobis *num. 616*). Rogationi annuit Summus Pontifex Gregorius, male informatus a Generali male informato. Erit hoc primum, si velis, Rubri crimen; at absolute dignissimum nullus est æquus iudex qui non mecum sit autumaturs. Sed dicet fortasse quis, Ormanetum visitatoribus restituisse suam jurisdictionem (*num. 617*). Ita sane: Ormanetus id fecit; et bene quidem fecit, quia faciendi potestatem habebat et quia potestate hac utendum ad majus Religionis bonum coram Deo judicabat. Verum Generali, longe ab Hispania dissito, uti rationes Ormaneti ignotæ erant, sic querelæ suorum Calceatorum obstrepebant: et quantumvis demum fuerit nuntiis potestas, constat tamen penes Rubeum et capitulum generale litteras apostolicas non ambigui tenoris fuisse, quarum vi decreta satis severa adversus Excalceatos suos condere posse sibi non immerito videbantur, uti ex earum lectione liquido apparet.

disputatum

A

653 Non satis attente hæc omnia inspicit D. Boucher, rigidior etiam ipse P. Rubei iudex. Verba ejus hic citabo, miscens hinc inde meas animadversiones, et characterum typographicorum diversitate dignoscendas. Quantumcunque, inquit, qui mihi præierunt historici excusare Rubeum conati sunt, equidem idem facere non possum. Illi enim, cum plerique fuerint Ordinis Carmeli alumni, quibusdam de causis, ubi de suo Generali loquebantur, cohibere calammum debuerunt; sed nos veritatem reticere prohibemur et studio sinceritatis historicæ et cupiditate pandendæ virtutis a S. Teresia in tam arduis adjunctis ostensæ. Quasi vero, inculpato P. Rubeo, quidquam de eximia virtute S. Teresiae detractum iveretur! En, inquit deinde Boucher, veritatem omnimodam, ut mihi videtur. Vix consensio throno, Philippus rex II in id animum intenderat ut regularem observantiam in Ordines religiosos regnorum suorum curaret revocandam. Quamobrem a Pio V impetraverat ut P. Rubeus in Hispaniam veniret. Dum ibi erat Generalis hic, permiserat S. Teresiae, imo injunxerat, ut quam plurima monialium suæ Reformationis cœnobium conderet: quin etiam ut duo conventus virorum ejusdem observantiæ fierent, annuerat. Quod si deinceps Excalceati limites a Rubeo positos excesserunt, id fecere ex auctoritate PP. Hernandezii et Vargasii; quos summus Pontifex, iterato regis rogatu, ob exiguum fructum institutæ per Rubeum visitationis, Ordinis Carmelitani visitatores apud Hispanos crearat. Atque hi quidem, utpote apostolica muniti potestate, consensum Generalis ad novas foundationes faciendas petere non tenebantur; adeoque eam petendo suam ipsi auctoritatem in discrimen adduxissent, et locum dedissent difficultatibus a Rubeo obijciendis. Sane Rubei consensu opus non habebant visitatores; verumtamen optandum erat, id quod S. Teresia desiderabat magnopere, ut aliquam Rubei rationem Vargasius habuisset ac de rebus Carmeliticis amice cum eo contulisset. Nam quod addit D. Boucher de obijciendis a Rubeo difficultatibus, viz ullum habet fundamentum. Verba ejus latina facere pergamus.

atque auctori-
tatem suam,

C

654 Non poterant quidem, ait, foundationes ejusmodi non permittere, tum quia hoc suo muneri valde erat proprium, tum quia bonus Carmeli Reformati odor, indesper Andalusiam Castellamque sparsus, summam in iis regnis multiplicandorum Excalceatorum expectationem fecerat. Præterea novæ illæ domus nec provincialium Carmeli Mitigati, nedum Generalis imperio subducebantur; sed Teresia ejusque filii fiduciam erga illos atque obsequium assidue colebant. De S. Teresia certum hoc est; de ejus autem filiis idem in universum dici nequit. Clandestina illa in Andalusiam profectio et alia id genus artes potius contrarium arguant: nec multum Generali fuisse videntur præcipui Excalceati, Marianus ac Gratianus, qui ne quidem audebant litteras ad eum dare.

bona inten-
tione,

655 Itaque, pergit Boucher, suorum querelis Romam delatis, tantum Rubeo inquirere licebat num visitatores apostolici Carmelum Mitigatum acrioribus obstringerent legibus quam erat Eugenii IV decreto cautum, aut ad regulam primitivam amplectendam quempiam cogerent. Quod si neutra in re excederent (nonne quoadmodum excedere videtur P. Vargas?), eorum zelo atque operis in dilatanda Reformatione positæ plaudere debebat, et nominis sui existimationem in eo collocare ut, quemadmodum ei Sancta suavit (postea quidem, ut nondum hoc tempore), peculiarem Reformationis provinciam a Summo Pontifice impetraret, ea

lege ut uterque Carmelus sub uno remaneret Generali. Obnitens huic consilio et Reformationem (quam scilicet non bene nosebat) evertere studens, Rubeus Nuntium, probe gnarum quam proficua Religioni et ipsi Ordini Reformatio esset, ad eam omni ope fovendam regique commendandam adigebat. Hactenus Gallus S. Teresiae biographus. Ejusne an mea de Rubeo sententia æquior sit, solers expendat lector; videatque num recte asseram cum Palafoxio, tam Rubeum ejusque Calceatos (exceptis tamen immitibus illis fratrum suorum accusatoribus) quam nuntium et visitatores bona intentione fuisse operatos: dum videlicet illos metus ne Reformatio non esset a Deo, movebat ad contradicendum, hos fiducia qua Dei opus esse credebant, animabat ad protegendum; atque ita, neutris peccantibus, utrisque merentibus, ipsa Reformatio proficiebat et per ipsas contradictiones stabiliebatur (tom. I, epist. 3, not. 16).

656 Sic nimirum, ut sapienter annotat P. Emmanuel a S. Thoma Aquinate (tom. III, pag. 173), oriuntur dissidia inter ipsos justos, sine utrorumvis culpa; vel, si culpa quorundam privatorum hominum adsit, Deus solus, qui scrutator est intentionum, cognoscere de illis ac judicium ferre certum potest. Hasce nimirum vias ad probandum servos suos Deus adhibet, quos vult per patientiam et caritatem ad coronam perducere. Atque in hujusmodi, ait, controversiis is mihi sanctissimus est qui plurima patitur et minime æmulum suum dijudicat. Quo in argumento etiam audiendus doctissimus SS. Scripturarum interpres, P. Cornelius a Lapide, qui exponens hæc Angeli ad Danielem Prophetam verba: Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti et uno diebus (Dan. X, 13), postquam demonstravit quomodo Angeli, licet summa caritate se invicem ament sintque summe concordēs, tamen in quibusdam rebus, in quibus Deus necdum patefecit suam voluntatem, sibi invicem contraria velle possint, non absolute illi quidem et efficaciter, sed conditionate: Moraliter, subjicit, si inter Angelos, imo principes Angelorum, sunt dissidia, quid mirum inter homines sanctos subinde oriri dissensiones vel opinionum vel voluntatum, salva utrinque caritate? Ita dissensio orta inter Paulum et Barnabam causa fuit ut pluribus gentibus prædicaretur Euangelium (Act. v, 39). Ita S. Paulus a S. Petro dissensit (Gal. ii, 11). Ita S. Cyprianus a S. Stephano Pontifice, S. Chrysostomus a S. Epiphano, S. Hieronymus a S. Augustino: quos tamen caritas una cum Deo et cum sese invicem nexos vinctosque jungebat. Hæc ille. Atque ut demum videas iis quæ hactenus disserui, nihil S. Teresiae nostræ sanctitatem deprimi, adi Relationem de virtutibus ejus a S. Rotæ auditoribus factam; in qua, inter cætera speciali cum laude celebratur prudentia qua inchoavit opus istius novæ Reformationis Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo, adhibita matura consideratione præsentium et futurarum rerum quæ evenire poterant, prævidendo contradictiones contradictoresque plurimos vel specie pietatis vel prudentiæ futuros: ut revera illos invenit, qui valide ipsi, cum bona tamen intentione, adversati sunt.

AUCTORE
V. D. M.
Dadeoque sine
culpa saltem
graviori, ipsis
fuit adversa-
tus.

E

F

§ XXXVII. Visitatio provin- ciæ Ord. Carm. Andalusiae, a P. Gratiano jussu nuntii apostolici

AUCTORE
V. D. M.

A

apostolici instituta. Decretum capituli generalis Placentini adversus S. Teresiam : hujus ad R. P. Rubeum litteræ.

Nuntii apostolici
juxta P.
Gratianum.

Interim dum Placentiæ capitulum generale Carmelitarum celebrabatur, P. Hieronymus Gratianus, jam pridem a nuntio Ormaneto Andalusie provincie præpositus, ut patet e S. Teresie litteris scriptis XI Maji 1575 ad episcopum Abulensem (tom. IV, epist. 7), Madritum eodem mense Majo adveniens, regi ac nuntio necnon primariis ministris regis, præsertim archiepiscopo Toletano et præsidi Castellæ, quo loco res sui ordinis in Andalusia essent, exposuit. Exhinc trimestri pene spatio ad deliberandum adhibito (cunctationem videlicet injiciebat P. Gratiani juvenus), tandem die III Augusti Ormanetus, e consilii regii consensu, Gratiano, prudentia, mansuetudine litterisque ad res gerendas idoneo reperto, summam tribuit visitandi, reformandi ac castigandi Andalusios Calceatos potestatem : eundemque Excalceatis Castellæ Andalusieque universis, tam virginibus quam viris, cum provincialis auctoritate præfecit.

de quo Sancta
cum laude ad
regem scripserat.

B

658 Quam ad rem haud dubie non parum contulerit S. Teresie ad regem Philippum scripta epistola die XIX Julii, his verbis : Jesus. Gratia Spiritus Sancti sit semper cum tua Majestate. Negotia Sacri hujus Ordinis B. Mariæ Virginis multa cum sollicitudine Domino commendanti, et cogitanti quam necesse sit ut opus hoc a Deo ceptum non collabatur, occurrit mihi nullum esse efficacius rebus nostris remedium quam ut tua Majestas id omne quod ad ædificium hoc stabiliendum pertinet, probe intelligat. Anni sunt quadraginta quos in Ordine hoc vixi; et perspectis rebus omnibus, clare cognosco, nisi Excalceati suum sibi mox habituri sint provincialem, damnum ingens fore, nec fieri posse ut ita perdurent. Quoniam vero hujusce rei potestas penes te est, quem a B. Virgine nostro Ordini fautorem datum video, arrogavi mihi ut id a Majestate tua supplex petam per Domini nostri et gloriosæ Deiparæ amorem. Itaque jubeat Majestas tua rem hanc fieri : nam cacodæmon ad eam disturbendam nullum non lapidem movet, quamquam nihil inde mali metuendum, at potius quidquid boni sperandum sit. Agetur autem præclare de nobis, si in his operis nostri primordiis id munus demandabitur P. Excalceato quem F. Hieronymum Gratianum vocant, viro mihi jam pridem noto, juveni illi quidem, sed talibus prædito dotibus tantisque a Deo operibus multo cum fructu adhibito ut eum credam Ordini huic nostro promovendo natum. Dominus noster negotia ita moderetur ut velit tua Majestas petitioni meæ, quæ ad divinum spectat obsequium, concedere. Pro illa autem gratia qua me dignatus es, cum Caravacensis monasterii fundandi licentiam dedisti, multoties Majestatis tuæ manus exosculor. Per Dei amorem supplico ut mihi ignoscas audaciam meam : quippe quam nimiam fuisse jam animadverto ; quamquam credo non fore importunam, quoniam clamorem pauperum exaudivit Dominus, cujus tu locum tenes. Talem Majestati tuæ Deus quietem, ac tale vitæ spatium concedat quale assidue tibi ab ipso posco et rem Christianæ fidei requirit. Scribebam XIX Julii. Indigna Majestatis tuæ serva ac subdita, Teresia a Jesu. (Tom. II, epist. 1.)

C

659 Novis igitur muneribus exequendis initium Gratianus fecit visitatione Teresianorum per Castellam canobiorum : in quibus cum videret nondum esse unam vivendi formam, prout jam ante (num. 582) e S. Teresie narratione legimus, constitutiones condidit ab omnibus Fratribus Excalceatis uno eodemque modo servandas (quas legere est in Chronico, lib. III, cap. XII). Tres circiter menses in ea visitatione consumpsit, certiores interea faciens Carmelitas Andalusie, se cum visitoris munere illuc venturum. Spes aliqua ostendebatur fore ut omnia bene cederent, prout colligitur e S. Teresie ad Gratianum litteris XXVII Septembris scriptis, in quarum initio hæc legimus : Hæc huc accessit P. Provincialis Observantium (P. Augustinus Suarez) cum quodam magistro : modo etiam venit Prior, et dein alter magister ; pridie autem hic fuerat Fr. Gaspar Nieto. Cunctos inveni paratos ad obediendum tibi teque juvandum in eo quod ad tollenda quæcumque peccata pertinet, modo ne in aliis rebus ad extrema adigantur. Ego illis de te sponendi fore ut suaviter sis processurus, aliaque dixi quæ mihi videbantur opportuna. Non mihi displicuit eorum responsio circa Nuntii litteras. Spero in Domino fore ut omnia optime fiant. P. Elias valde quietus est et animatus. Equidem, credo, modo sine strepitu suaviterque incipias, multum operæ confectum iri, quamvis non una die. Re enim vera cordatos hic esse homines judico : quales utinam istic quoque essent ! (Tom. III, epist. 8).

apud Andalu-
cios Calceatos,
D

660 Confectis in Castella negotiis, Novembri tandem mense Gratianus cum P. Antonio a Jesu in Andalusiam proficiscitur ; ubi Rupecula incolas omnium primos invisit et novarum constitutionum codice donat, secundum quas vitam, usque ad id tempus nimis austeram, imposterum more reliquorum Excalceatorum ordinent. Dehinc Hispalim advehitur, gratissimus S. Teresie suisque Excalceatis ibi degentibus hospes. Imitur mox de modo visitandi consultatio. Lenitatem suadet, uti jam pridem per litteras fecerat, S. Mater Teresia ; ut Marianus alique severitate utendum pronuntiant. Posterius hoc consilium capessit P. Hieronymus Gratianus ; diemque condicit XXI Novembris, quo die se conferat in Mitigatorum conventum, litteras Nuntii promulgaturus. Dictum factum. Ecce autem, ubi advenit P. Gratianus cum PP. Antonio et Bartholomæo a Jesu, ac legi publice ceperunt litteræ, tantus oritur in conventu motus tantaque vociferatio ut S. Teresie nuntiatum fuerit monachos in armis stare, obseratas esse portas, occisum Gratianum (consule P. Emmanuelem, tom. III, pag. 215). Quibus illa auditis, adeo trepidare cepit ut Officium divinum recitare vix posset. At pacem animo Dominus reddidit, hisce eam alloquendo verbis, quæ ipsa in relatione quadam annotavit : O mulier modicæ fidei, timorem pone ; optime res agitur. Dicit auctor Chronici Sanctam in hujus rei memoriam ordinasse ut festum Præsentationis Deiparæ, quod in XXI Novembris incidit, celebriori ritu in suis monasteriis ageretur. Sunt etiam qui asserunt, inter quos P. Fredericus a S. Antonio (lib. II, cap. XXVII), hinc ortum esse morem, a monialibus Teresianis pridem servatum, quotannis eo in festo vota sua renovandi, uti indicat Ven. Anna a S. Bartholomæo apud Henriquezium (lib. IV, cap. XII) his verbis : Die Præsentationis Domine nostræ, factis in capitulo votis ad imitationem nostræ Sanctæ, quæ nobis hujusmodi usum reliquit, etc. : quamvis postea susceperint moniales illæ consuetudinem Fratrum sui Ordinis, vota renovantium ad festa Epiphaniæ Domini et Exaltationis S. Crucis.

E

incipiendo ab
Hispalensi-
bus, qui satis
aperte

F

et ei subi-
ciunt.

A 661 Ad P. Gratianum captamque ab ea Hispali visitationem ut redeamus, en quomodo rei successum porro enarrat auctor *Chronici*: Turbis interveniens Sodorensis episcopus (de quo num. 566), Roma non ita pridem redux, compescuit strepitantes, ponendo iis ob oculos damnum cuiusque proprium, statum rei, æquum Nuntii consilium, justitiam regis, exiguum fructum illius in tres viros iracundiæ, dum tot aliis satisfaciendum esset, Præpositi Generalis displicentiam, mentem Summi Pontificis, iram plebis, quidquid hactenus vulgatum esset, firmiter credituræ, cœlestem denique vindictam, quam in se, in cœnobium, in provinciam, in Ordinem universum provocarent. Marianus autem, factus mox certior quid ageretur, accurrit ad archiepiscopum et assistentem: quibus ad opem ferendum venientibus, lectisque iterum litteris, solus obedientem se præstitit P. Joannes Evangelista, subprior. Lata hinc fuit rerum notitia Madritum; unde Joannes de Padilla, qui Nuntio stimulator aderat, plura pluraque identidem emisit fulmina apostolica: donec tandem Observantes, spe præconcepta dejecti, obedientes visitationem admiserunt; et invitas licet initio, at paulatim faciles aures præbuerunt reformationi, in qua hodie dum perseverant multa cum laude.

visitationes
instituit.

B 662 Iis itaque partim placatis, cœpit P. Visitor rebus temporalibus ac spiritualibus illius domus prospicere. Vicarium pro absente vel ægotante priore constituit subpriorem. Quædam officia opportune Excalceatis demandavit. Observanda curavit capitulorum generalium de reformatione decreta, hisque nova quædam addidit. Choro orationique prospexit. Modum posuit egressibus. Publica delicta cum suavitate castigavit, secreta sine dedecore. Ordinavit novitiatum, tironum cura in se suscepta. Juvenes ad studia applicuit, quo eos a dissipatione averteret. Seniores ad pacem concordiamque hortatus est. Dein mente ad reliquam provinciam intentus, P. Augustinum Suarez, Andalusie provinciam, in Ossunensem ablegavit conventum: Exacum ac in S. Joannis a Portu novos creavit priores P. Joannem de Peñalosa et P. Joannem de las Infantas; alios item in aliis cœnobiis, sicubi navis pastoribus erat opus. Tum Antonium nostrum a Jesu cum P. Joanne de los Rios misit qui suo nomine obedientiam totius provincie exigent. Hisce rebus, tanquam quæ in detrimentum ac dedecus sui Ordinis vergere sibi viderentur, nonnulli occurrendum rati, persuaserunt PP. Petro de Cota, priori Cordubensi, et Ludovico de Navarrete, priori Utrerensi, ut Romam transmitterent, petitori a Summo Pontifice rescissionem omnium litterarum visitori datarum. *Hæc auctor Chronici* (lib. III, cap. XLIII, num. 7, 8 et 10).

litteras S.
Fundatrici,

C 663 Prius autem quam hanc Gratianus visitationem inceperet (ut liquet e tom. IV, epist. 64, num. 2), S. Teresie, adhuc Hispalensi foundationi intentæ et foundationem Caravacensem brevi faciendam curaturæ, decretum ex Italia allatum erat, quo per quadriennium et amplius cursus foundationum ejus fuit interruptus. Ipsam de hoc decreto moniales suas alloquentem audiamus, libri *Fundationum* capite XXVII. Intellexeritis, ait, hæc foundationes non solum annuente Reverendissimo P. nostro Generali factas esse, verum etiam postea sub præcepto obedientie jubente et mandante. Neque hoc solum, sed etiam, quoties nova aliqua sedes ac conventus erigebatur, summopere sese hac nova erectione letari, mihi scribebat. Et sane, maxima quam in laboribus omnibus meis sentiebam, recreatio erat quod illum adeo hæc re gaudere viderem: putabam namque

me, hanc illi gaudendi materiam dando, aliquod Domino obsequium præstare, quod esset meus superior: præter hoc, cum quam maxime diligebam. Verum, cum dictas foundationes perfecissem, a fundando aliquantisper cessatum est, vel quod Dominus aliquam mihi requiem indulgere dignatus sit, vel quod cacodæmonem male haberet tot sedes in quibus obsequium Domino præstaretur, hinc inde fundari. At satis videre fuit id per Rever. Patris nostri Generalis voluntatem non stetisse: is namque, cum eum per litteras rogassem ne mihi novorum conventuum erectionem præciperet, in illa re se minime mihi morem gesturum rescripserat. Etenim tam multos is fundari cupiebat quot in capite haberem capillos.

664 Porro, antequam Hispali reverterer, jam inde e capitulo quodam generali (in quo par et æquum videbatur ut approbaretur ac laudaretur quod aliquod Ordini factum esset incrementum) ab ejusdem diffinitoribus mihi injunctum est, non modo ut nullas posthac novas erigerem sedes, verum etiam ex omnibus jam erectis unam mihi eligerem, in qua deinceps quiete viverem, nec quacumque de causa illinc egrederer. Quod certe velut carcer est: etenim nulla est religiosa quam provincialis, ob res ad bonum Ordinis necessarias, ex uno loco ad alium (id est ex uno monasterio ad aliud) mittere non possit. Id vero gravius mihi erat quod Pater noster Generalis animo a me jam esset alieniore, esto valde sine causa et immerito; sed malevoli et suspicaces homines eum suas in partes pertraxerant, quibus ille credebatur. Quod certe valde me angebat.

665 Adhæc duo adversum me testimonia, et quidem in magni momenti rebus, tunc producta et procusa sunt. Ut vero misericordiam Domini videatis, carissimæ, illiusque Majestatem non derelinquere eum qui ex animo illi servire desiderat, dico vobis, non modo nullum me inde dolorem, verum etiam summum et accidentale quoddam gaudium sensisse; adeo ut jam non mirer Davidem regem ante arcam Domini euntem saltasse: etenim tunc quidem ipsa aliud nihil pro magnitudine gaudii quod intra me sentiebam, facere voluissem: nam quomodo illud celarem ac tegerem, nesciebam. Cujus rei quænam sit causa, scire nequeo: nam in aliis gravioribus obloquutionibus et contradictionibus, in quibus aliquando sum versata, simile quid hactenus non sensi: una tamen earum quæ de me sparsæ erant calumniarum, satis gravis et infamis erat. Cæterum illa posthac nullibi fundandi inhibitiō (nisi illa Reverendissimi Patris Generalis indignatio accessisset et displicentia) maximam mihi afferebat quietem, et tranquillitatis erat materia, ac res quam ipsa persæpe exoptavi, vitam scilicet meam posse in quiete finire: tametsi qui id ipsum procurabant, id minime spectarent aut cogitarent, sed talem sese hac ratione mihi afflictionem dare arbitrarentur qua nulla posset dari major: etsi fortasse aliqua alia bona intentione ad hoc faciendum moverentur.

666 Subinde quoque me recreabant maximæ illæ obloquutiones et contradictiones quas in foundationibus illis conficiendis experta sum, quarum aliæ quidem e bona intentione proficiscebantur, aliæ alia ex causa ortum habebant. At certe tale me ullo e labore et afflictione gaudium sensisse non memini, quale ex hoc quod jam ante paulo retuli. Etenim fatear necesse est, vel unam harum trium rerum quæ simul et junctim me tunc impetivere, alio tempore nimis quam sufficientem mihi afflictionis causam futuram fuisse. Credo equidem gau-

AUCTORE
V. D. M.

D

aversum a se
Generalis Ru-
bei animum

E

et calumnias
inimicorum

F

patientissime
toleranti.

AUCTORE
V. D. M.

A

dium meum inde præcipue ortum habuisse, quod cogitarem, cum creaturæ mihi tam male rependerent, ipsi tamen Creatori me satisfacere. Didiceram namque eum qui e rebus terrenis et hominum laudibus gaudium ac satisfactionem quærit, valde falli ac decipi, ut nihil dicam de exigua qui inde sequitur fructu: hoc quippe ipsis lubet et placet hodie, cras illud; et de quo hodie bene loquuntur, postea male loquentur. Tu vero, Domine et Deus meus, qui immutabilis es, esto in æternum et in sæculum benedictus. Quisquis tibi ad finem usque fideliter servit, sine fine in æternitate vivet.

*Gratiani offer-
tur ut in ali-
quod cœno-
bium se abbat*

667 Simul ac prædictum decretum a P. Angelo de Salazar, provinciali Castellæ, S. Teresiæ significatum est, ei se incunctanter statuit subicere: et quamvis audierat sibi per Nuntium Ormanetum licere in fundandis monasteriis pergere, scripsit tamen ad Mariam a S. Joanne Baptista, priorissam Vallisoletanam, se, si Nuntius secus imperaret, nulli imposterum foundationi operam daturam (tom. IV, epist. 64). Quod ad libertatem eligendi quod vellet ad habitandum cœnobium (elegit autem anno sequenti Toletanum), eidem priorissæ per alias litteras XXX Decembris significavit mentem sibi primo fuisse ut Vallisoletum se reciperet, nisi jussu Gratiani Hispani adhuc remanere cogeretur. Si licuisset, inquit, jam tecum habitarem. Injunctum enim mihi est Reverendissimi Patris nostri mandatum, quo jubeor aliquam domum eligere in qua perpetuo sim mansura, omissis penitus foundationibus; quia dicunt per Concilium Tridentinum monialibus vetari ne exeant claustris. Scilicet adversarii illi mei, quibus meus adventus gravis accidit, arbitrantur egregias se mihi pœnas reddere; quamquam id mihi majori est jucunditati quam sperare ausim. Equidem tuum cœnobium adire vellem quasdam ob causas, quas epistolæ committere non expedit præter hanc unam, quod tu nempe istic es et Pater iste meus (Dominicus Banez); verum hinc ne profisciscerer, vetuit P. Visitor, cujus nunc majus est imperium quam Reverendissimi nostri: quæ res quorsum evadat, nescio. Me sane plurimum reficeret, si modo a molestis illis reformationum turbis quiescerem; sed Deo id hætenus non placuit. Interea spondet mihi Pater noster (Gratianus) fore ut proximo vere abire mihi liceat (tom. III, epist. 61).

*Scribit rursus
ad Rubicum
litteras.*

C

668 Dein, interjectis nonnullis de fratre suo Laurentio, sororio Joanne de Ovalle, aliisque: Quod ad res monasterii Incarnationis, ait, attinet, scribas velim ad Isabellam a Cruce me ei hic magis quam ibi auxilio esse posse, ac reapse in id incumbere. Modo Deus Pontificem Maximum, Regem, Nuntium ac Patrem nostrum ad unum alterumve annum servet incolumes, spero rebus omnibus quam optime prospectum iri: si vero cuiquam illorum mori obtigerit, actum de nobis erit, dum stat Reverendissimus noster in eadem qua nunc sententia; quamquam aliunde rebus nostris occurret Deus. In præsentia mihi animus est ad Reverendissimum Patrem nostrum litteras dare eique etiam magis quam antea obsequi: nempe hoc ego summopere cupio et ille meretur. Vehementer me sollicitant ea quæ nunc propter malas criminationes ab illo fieri video. Quenam fuerint illæ res monasterii Incarnationis, partim intelligi potest ex his Sanctæ ad P. Gratianum verbis, die XXVII Septembris scriptis: Nunc mihi visa fui aliquam habere caritatem. Quantumvis enim acerba mihi accidit absentia tua, eam tamen libentissime adhuc per mensem ferream, modo reficias monasterium Incarnationis. Si tamen P. Joannem (nempe S. Joannem a

Cruce) ibi vicarium relinquo, octo dierum spatio rem omnem confeceris. Scio ego moniales illas in his rerum adjunctis, licet initio multum vociferentur, tamen, cum caput viderint, cito victas manus dare. Multum me illarum miseret. Nuntius autem hanc rem procurando opus faceret quo nihil præstantius (tom. III, epist. 8). At clarius idem intelligitur e litteris a S. Matre ad Generalem Rubicum missis incunte anno 1576; quas modo latinitate donabo.

669 Jesus. Gratia Spiritus Sancti sit semper tecum. Amen. Ex quo in hanc civitatem Hispalim veni, ter aut quater ad te scripsi. Pluries id non feci, quia Patres e capitulo reversi mihi dixerunt te Romæ non affore, eo quod Mantuanos visitatum ivisses. Gratias Deo quod res illa prospere cessit. Superioribus litteris certiorum te feci tria hoc anno monasteria fundata esse: Veasi scilicet, Caravacæ et hic. Habes in iis egregias Dei ancillas tibi subjectas. Ac duo quidem priora redditus habent, hoc vero tertium non item. Licet autem propriam domum hic nondum habeam, spero tamen fore ut Deo juvante fiat. Cæterum, cum certum mihi sit aliquot e meis epistolis in tuas manus venisse, omitto illa quæ memoravi, singillatim recensere. Item tibi dixi quantum discrepent colloquium horum Patrum Excalceatorum (Gratiani nempe ac Mariani) et nuntia quæ istinc accepi. Sunt ii veri tui filii; et quod ad rerum substantiam pertinet, dicere audeo neminem illorum qui se maxime tibi filios profitentur, hanc iis laudem præripere. Quoniam autem me mediatrice usi sunt ut tuam gratiam recuperarent (nam ipsi ad te scribere non audebant), eos a te deprecata fui quam potui impensissime; quod nunc iterum facio. Per Domini nostri amorem, da illis veniam, da aliquid meæ intercessioni. Nulla enim est causa cur te de veritate celatum velim: quin existimo tacere me non posse sine Dei ac tua, Patris mihi carissimi, offensione: imo etiamsi ea reticentia Deo non adversaretur, mihi tamen videretur perfida ac maligna. Quando stabimus coram Domino, videbis quantum debeas veræ filiae tuæ Teresiæ a Jesu. Hac ego spe in his rebus sustentor: nam intelligo non defuturos qui contraria ad te referant: faciam tamen quoad potero ut omnes me ita loquentem audiant, meque, quamdiu vixero, ita intelligant quicumque animo non sint iniquo.

*quibus ab eo
veniam*

E

670 Jam antea ad te scripsi de provincia quam Nuntius P. Gratiano ad se accersito demandarat. Ex eo tempore jam audieris denuo eidem Patri injunctum esse ut Excalceatos Excalceatasque et provinciam Andalusiam visitet. Equidem certissime scio, quidquid alii contra dicant, Gratianum hanc Andalusie visitationem qua potuit contentione recusasse; eaque in re, utpote nihil aliud quam magnas molestias allatura, consentientem sibi habuisse fratrem suum, regis secretarium. Re autem confecta, mihi si credidissent Patres isti, cum nullius injuria, prout inter fratres fieri decet, totum transactum fuisset. Certe meam in his operam non passa sum desiderari, tum quia æquum erat ut bene consulerem Fratribus optime semper, ex quo huc venimus, de nobis meritis, tum quia, sicuti ad te scripsi, viros hic reperi ingenio litterisque præstantes: quales utinam in Castellana provincia nostra forent! Solemne mihi esse solet e necessitate, ut dicimus, virtutem facere. Quare voluissim ut, cum se ad resistendum paraverunt, dispexissent cui id bono. Ex altera tamen parte non magnopere miror quod ipsos tædeat tot visitationum ac novitatum, quot per hos annos ob nostra peccata vidimus: faxit Deus ut aliquo cum proventu nostro! Valide siquidem nos concutit.

*Gratiano
F*

Quamquam

A Quamquam hodie, cum visitator e proprio nostro sit Ordine, non tantum inde dedecoris consequi videtur; atque equidem spero, si tu effeceris ut Gratiano bene tecum esse illi intelligant, fore ut feliciter cuncta fiant. Scribit ad te Gratianus, hanc quam dico gratiam ardentem exoptans, nec aliud quam tibi gratum facere et obediens filius tuus haberi cupiens.

ad Mariam

671 Quæ cum ita sint, per amorem Domini nostri et gloriosæ Matris ejus, quam tantopere amas, quamque etiam sic amat P. Gratianus ut ejus causæ huic se Ordini aggregarit, te oro atque obtestor ut ei benigne respondeas, eumque, præteritarum culparum oblitus, in filium ac subditum recipias, qualis verissime est. Perinde etiam est de misello illo Mariano, nisi quod interdum se ipse non intelligit; unde nec mirarer si ad te scripsisset longe alia ac habet in voluntate. Declarare enim suam mentem non recte novit; sed proficitur nunquam se in animo habuisse ut te seu verbo seu facto offenderet. Quoniam autem demon omni ope conatur res ad suam detorquere sententiam, ejus improbitati assignandum est, si quid ab utroque illo Patre, neutro tamen volente, factum fuerit minus recte.

proventur,

B 672 At considera, quæso, filiorum proprium esse errare, patrum ignoscere et errata non attendere. Iterum supplico tibi per Domini nostri amorem, vide quam multas ob causas hanc mihi gratiam a te fieri conveniat. Eas causas forte istic non intelligis sicuti ego hic. Licet autem nos mulierculæ consiliis dandis parum aptæ simus, at interdum rem acutangimus. Mihi quidem videtur nihil mali oriri posse, sed potius multum boni proventurum, si in gratiam receperis illos, qui, si præsentibus adessent, libentissime se ad pedes tuos abjicerent (neque enim ipse Deus veniam dare recusat), sique hoc pacto innotuerit omnibus quam jucundum tibi sit reformationem procurari a subdito tibi filio, cui tu propterea non sine voluptate ignoscis. Si plures essent quibus id reformandi munus committi posset, aliter sentirem: sed quoniam, ut apparet, nemo iisdem ac Pater iste insignitur dotibus (quod certe scio te etiam dicturum, si virum videres), quidni ostendas tali te subdito delectari? Unde nimirum intelligant universi, si bene quidem processerit isthæc reformatio, tua id opera, tuis consiliis monitisque fieri. Et dummodo sciatur tibi hanc rem placere, tota plana erit. Volebam equidem plura de hoc argumento scribere. Supplico autem Domino nostro ut intelligere te faciat quid maxime conveniat; mea enim verba jam dudum nihil apud te perfecere. Bene equidem secunda sum; nam, si verbis aberrem, voluntate tamen non aberro. P. Antonius a Jesu hic adest, nec potuit aliter facere; licet et ipse, æque ac alii Patres illi, defendere se cõperit. Litteras ad te scribit, feliciores forsitan meis futuras, ut tandem de omnibus hisce quæ dico, ita sentias uti convenit. Perficiat omnia Dominus, sicut potest et oportere videt.

et jam exat
in libenter,

C 673 Jam novi mandatum quo capitulum generale vetuit ne domo exeam. Huc illud miserat P. Angelus provincialis ad P. Ulloam cum præcepto ut mihi illud significaret. Putans vero is rem istam mihi molestam fore (nec enim Patres isti aliam ob causam id procurarunt nisi ut mihi afferrent molestiam), mandatum penes se retinebat. Equidem, cum aliunde de eo audivissem, ante mensum et paulo amplius curavi ut mihi daretur. Dico autem tibi certissime, quoad possum res ipsa meas intelligere, magnæ hoc mihi lætitiæ voluptatique futurum fuisse, si tu ipse per litteras mandatum istud ad me misisses; unde perspexissem hoc mihi

a te injungi quia compatiebaris magnis laboribus quos ego (parvis tantum patiendis par) in hisce foundationibus sustinui; adeoque quietem mihi a te concessam, non poenam, sed præmium esse. Sed enim, licet longe alia via mandatum ad me pervenisse video, valde equidem gaudeo quod requiescere tandem aliquando mihi liceat.

674 Interim pro magno meo in te amore, quantumvis animo recreer, non potui non ægre ferre ita rem hanc de me, quasi valde inobsequente, actam esse, ut P. Angelus potuerit, me nihil dum sciente, eam in aula divulgare, putans me acerbissime ea affligi. Atque adeo idem ad me scripsit remedium a me in curia Summi Pontificis queri posse: quasi vero res isthæc non magno mihi foret levamini. Enimvero, etsi hoc quod tu mihi præcipis, foret laboriosissimum, tamen ne in mentem quidem mihi veniret ut obedire desinerem: nec unquam velim Deus mihi det locum in re quacunque tuæ voluntati adversa acquiescendi. Namque verissime, teste Deo, dicere possum, si in laboribus, sollicitudinibus, ærumnis ac murmurationibus a me sustentis aliquod umquam levamentum accepi, non aliunde profecto me id accepisse quam quia sciebam me tuam exequi voluntatem tibi gratificari: quod ipsum nunc imperata tua faciendo consequar. Hæc equidem jam volui in opus deducere: sed, quoniam prope erat festum Nativitatis Domini ac via longissima, moderatoribus aliter visum fuit, judicantibus scilicet te non velle valetudinem meam in discrimen adducere. Proin adhuc dum Hispali remaneo, quamvis propositum habeam hinc proficiscendi simul ac hiems transierit: namque non satis mihi convenit cum gente Andalusia. Plurimum autem te oro ut, quemlibet in locum me recepero, non omittas ad me scribere. Quippe metuo, quoniam nulla jam habeo negotia (quod sane mihi accidit quam gratissimum), ne mei te deinceps capiat oblivio: id quod tamen meæ culpæ adscribendum non erit, quandoquidem, te licet scriptiorem omittente, ego certe a litteris mei solanda causa ad te dandis non cessabo.

675 In his terris nemo intellexit umquam aut modo intelligit per decreta Concilii litterasque apostolicas potestatem præpositis adimi mittendi aliquorsum moniales pro utilitate ac rebus Ordinis, quæ possunt occurrere plurimæ. Equidem pro meipsa hoc non dico (quippe quæ sim ad nihil utilis; et non solum in cõnobio quocumque, ubi quiete et otio aliquo fruar, sed etiam, modo id tibi placere intelligerem, in carcere totam vitam exigere libentissime), sed ne de præteritis ullum habeas scrupulum. Etiam si enim patentes litteræ mihi præsto erant, tamen nusquam fundatum ivi (alia autem quam foundationis causa ire me non potuisse perspicuum est) absque prælati scripto mandato vel permissu. Ita per P. Angelum mihi licuit Veasi ac Caravacæ instituere cõobia; huc vero accessi jussu P. Gratiani, qui interea eandem ac nunc potestatem a Nuntio habebat, licet ea non uteretur. Nihilominus apostasiæ crimen mihi iniegit ac me traduxit tanquam excommunicatam P. Angelus: cui Deus indulgeat. Nosti ac testis mihi es quantopere semper concordia te inter et ipsum stabiliendæ insudarim eique gratum facere studuerim omnibus in rebus divino obsequio non adversis. Nec tamen sic quidem gratiam ejus mihi reconciliavi. Næ faceret is multo melius, si iram suam converteret in Valdemorium: qui cum sit prior Abulæ, non sine magno populi scandalo Excalceatos Patres (S. Joannem a Cruce et P. Germanum a S. Matthia) ab Incarnationis cõobio dimovit; et illius

AUCTORE
V. D. M.
D

quam primum
poterit, obtem-
peraturam
spondet.

E

conqueritur de
dictis factis-
que adversa-
riorum.

F

AUCTORE
V. D. M.

A

illius cenobii virgines, sanctissime ad Dei laudem viventes, miserandum in modum afflixit atque turbavit. Et hæc quidem, uti ad me perscriptum fuit, culpam sibi ipsis adscribunt ut eam a priore dimoveant. Sed jam accepi rediisse illuc Excalceatos et vetitum a Nuntio fuisse ne quis alius e Carmelitano Ordine Confessiones illarum excipiat. Indolui vehementer monialium istarum derelictioni; quæ ab istis nihil præter panem accipiunt, dum ex altera parte adeo excruciantur ut me non possit earum non summopere misereri.

ac propensum
erga Rubeum
ordinem pro-
ficiunt.

676 Deus omnibus hisce malis remedium afferat, teque nobis ad plurimos annos servet incolumem. Audi hodie Generalem Dominicanorum huc venturum esse. Utinam mihi Deus illam faceret gratiam ut te quoque venire contingeret! At vero aliunde tuus iste labor nimiam mihi injiceret sollicitudinem; ac proin hæc mihi jucunditas differenda est in æternitatem illam quæ finem non habet, ubi tandem videbis quid mihi debeas. Faxit Deus per misericordiam suam ut felicitatem illam promerear. Istis Reverendis Patribus meis, sociis tuis, commendo plurimum ut mei in precibus suis sint memores. Hæc vero subditæ tuæ ac filia tibi supplicat ut tuam eis benedictionem impertiaris: quam ego mihi quoque a te exposco. Hispali, etc. (Tom. I, epist. 13).

§ XXXVIII. Caravacæ duodecimum virginum Teresianarum, Sancta non præsentē, inchoatur monasterium. Ipsa Hispali novam monialibus suis domum prospicit.

Fundatio Caravacensis.

Epistola S. Teresiae ad R. P. Rubeum, qua superiorem clauimus paragraphum, scripta fuit, uti ex ipso argumento ejus patet, initio anni 1576; posteaquam scilicet Carmeli Reformati virgines possessionem adierant cenobii Caravacensis. Caravaca oppidum est antiqui regni Murciani, orbi Christiano notissimum ob miraculosam Crucem, de qua Papebrochius noster, Vitam S. Ferdinandi regis illustrans, specialem edidit dissertationem (tom. VII Maji, pag. 392 et seqq.). Factam ibi suo absentis nomine ac mandato foundationem S. Teresia hoc modo describit capite xxvii: Interim dum Abulæ in S. Josephi agerem, ad Veasensem, quæ jam supra descripta est, foundationem peragendam jamjam abitura, adeo quidem ut nonnisi sarcinulae nobis conficiendæ essent, quibus ad iter necessaria imponerentur, venit ad me missus Caravaca hæc sola de causa nuntius, cum litteris matronæ cujusdam cognomento Catharinæ, quibus mihi illa significavit tres honestas virgines, postquam cujusdam Patris e Societate Jesu concionem audissent, in domum suam se subluxisse, nec ante ex ea egredi decrevisse quam illo in oppido monasterium fundaretur. Id illas credo cum hac matrona sic tractasse et transigisse; hæc enim erat quæ illas in hac foundatione peragenda maxime juvit. Erant hæc e primariis oppidi illius nobilibus prognatæ. Una patrem habebat Rodericum de Moya, insignem Dei famulum, summaque prudentiæ virum. Simul inter se tantum facultatum habebant quantum ad simile opus

inchoandum satis erat. Noverant adhuc quidnam in horum monasteriorum foundationibus Dominus fecisset; etenim Patres Societatis Jesu, qui rei huic semper auxilio et subsidio, qua poterant, fuere, hæc eis declaraverant.

678 Ego autem, ut pium harum virginum desiderium et fervorem perspexi, quodque jam e longinquo B. Virginis Ordinem conquirerent, magno pietatis sensu erga illas mota fui, bonoque earum proposito morem gerere constitui. Cognito vero locum non procul Veaso abesse, plures solito mecum moniales illuc conduxi. Nam, quantum e litteris apparebat, non dubitabam quin facile inter nos conveniremus. Unde statui, Veasensi foundatione constabilita, illuc me quam primum conferre. Sed quoniam Dominus aliud facere decreverat, omnia mea proposita et decreta parum juvere: nam, quemadmodum jam ante in Hispalensi foundatione dictum est, ipsa concilii commendatorum licentia non satis tempestive data est; atque ideo, interim dum illa impetraretur, res (quamquam ipsa illuc me conferre plane decreveram) intermissa fuit. Fatendum tamen est, me, dum Veasi de oppidi illius situ inquirerem, intelligeremque illud satis remotum esse, et hinc illuc proficiscentibus viam adeo difficilem esse ut qui moniales visitatum abirent, prælatos et superiores magnam in proficiscendo molestiam subire oporteret (quod haud dubie illis displiceret), non satis ad hanc foundationem inchoandam animo propendisse.

que dilata
fuerat ali-
quantulu.

679 Quia tamen bonam Caravacensibus illis spem dederam, P. Julianum de Avila et Antonium Gaitanum rogavi, illuc sese conferrent, visuri quidnam rerum esset, et, si ita illis videretur, cepta dissoluturi. Hi Caravacam cum venissent, rem pene desperatam et depositam compererunt, non quidem ex parte earum quæ futuræ erant moniales, sed ex parte D. Catharinæ, a qua tamen una res omnis dependebat, quæque illas in quadam ædium suarum parte, tanquam si jam tum in claustrum religioso agerent, ab aliis secretas fovebat. Ipsæ vero religiosæ adeo in proposito suo constantes erant, ac præsertim duæ (cæ, inquam, quæ de facto futuræ erant moniales), ut P. Julianum de Avila et Antonium Gaitanum usque adeo suas in partes pertraxerint, ut, priusquam hi inde recederent, foundationis tabulas et instrumenta confecerint illisque confectis ad me redierint, virgines illas plane contentas et gaudio delibutas relinquentes: ipsis vero tum harum, tum soli et oppidi bonitas mire placuerat, ut satis eam deprædicare et dilaudare non possent; sed et itineris difficultatem satis extollebant.

tandem, Juli-
ano de Avila
et Antonio
Gaitani

680 Ego vero stipulationis tabulas ut vidi confectas, ipsam tamen commendatorum facultatem æquo diutius differri, bonum Antonium Gaitanum quod is mei causa, omnem difficultatem laboremque libenter suscipiebat, tum etiam quod ipse et socius rem cordi habebant, denuo illuc, ut fundatio optatum ad exitum perducere et perfici posset, mandavi: quocirca his solis isthæc adscribi et attribui fundatio debet: nam, si hi illuc se non contulissent et cum fundatoribus convenissent, ego certe de illa parum laborassem. Dixi ergo illuc abiret, et loculatam rotam ac cancellos in domo in qua adeunda esset possessio et moniales commoraturæ, usque dum proprias et commodas aedes invenirent, collocaret. Quapropter ea de causa ad plures dies illic hæsit: nam in Roderici de Moya (qui, uti jam dixi, harum puellarum unius pater erat), cum ædium suarum partem hunc in usum libenter nobis dedisset, omnia hæc ad aliquot dies accommodabat.

operam confe-
rentibus.

681 Cum vero jam facultas submissa, et ego in prociectu

remedique
regit. Adhuc
voluta oblatum
est.

A prociectu jam stare ut illuc abirem, intellexi inter alias conditionem hanc additam esse, ut commendatoribus domus subjecta esset, ipsisque moniales obedientiam praestarent: in quam ipsa consentire prorsus non poteram, quod Carmelitarum et proinde B. Virginis Deiparae is Ordo esset. Unde nova petitione opus fuit: nam in hac et Veasensi fundatione aliter fieri ac transigi non potuit. Sed rex noster, qui in praesens est Philippus II, hanc mihi gratiam praestitit, ut, cum ei scripsissem, mandaret ut quae peterem, mihi concederentur: adeo scilicet is gratificari et favere gestit religiosis, iis, inquam, qui professionis suae regulam sequuntur et exacte servant. Cognito namque eoque nostra esset in hisce monasteriis vivendi ratio, primigeniamque in iisdem servari regulam, in omnibus et ubique nobis se propitium praestitit. Quapropter etiam atque etiam vos rogo, carissimae, ut particulari semper modo pro ejus Majestate fiat oratio, uti et modo ea apud nos sit.

a P. Gratiani
maturitate

B 682 Interim dum denuo ad regiam pro impetranda facultate legatio mittitur, ego, Patre commissario (qui tum erat, uti et modo est, P. Hieronymus Gratianus a Matre Dei, sicuti antea retuli) jubente, Hispalim profecta sum: unde miserae illae virgines usque ad primum sequentis anni diem inclusae mansere: et cum primum Abulam ad me scripsere, mensis Februarius agebatur. Facultas quidem non diu dilata est; sed, quod ipsa procul distarem et variis oppressa essem malis, illis succurrere tunc non poteram; quamquam sortem illarum miserarer, eo quod saepe ad me scriberent, suamque orbitatem identidem exponerent. Unde nefas putavi diutius eorum vota et expectationem frustrari. Quod autem illuc me abire videretur impossibile, cum quod locus adeo esset remotus, tum quod fundatio in qua versabar, nondum plane esset confecta, hinc P. Hieronymus Gratianus visitator constituit, ut saltem moniales, quae fundationis initia ponerent, illuc, tametsi ipsa non adessem, e Malagonensi domo, in qua interim manserant, sese conferrent. Procuravi ut illa praeposita esset quam optime munere suo functuram credebam (est namque multo me melior): quare, omni re necessaria secum sumpta, cum duobus Patribus Excalceatis ex Ordine nostro, se in viam dederunt; nam P. Julianus de Avila et Antonius Gaitanus jam abhinc diebus aliquot ad proprias sedes reverterant: quod autem locus valde dissitus esset et tempus satis importunum (finis videlicet Decembris), illos evocare nolui.

et Teresia ab
illius pro-
scripto

C 683 Abeunti Caravacam Anna a S. Alberto, in illius monasterii priorissam destinata, S. Teresia conscripsit instructionem seu memoriale sequens de iis quae pro fundatione essent observanda: 1. Quamprimum eo veneris, in domum te abde, nec permittes quemquam ingredi; sed qui colloqui volet, dum crates ponentur, id faciat sive eo in loco ubi crates ponendae sunt sive per loculatam rotam: curabis autem ut mox crates ordinentur. 2. Necesse est ut, anteaquam Missa celebretur sive domus possessio capiatur, campanam jubeas suspendi, exhibeasque litterato alicui scripturas a matronis illis confectas, quibus domui redditus attribuitur, et patentes litteras quibus constet hoc a te auctoritate R. P. Generalis fieri: qua auctoritate, nec non pro potestate a me tibi concessa, domum admittas absque ullo onere aut obligatione exactionis alteriusve rei; quandoquidem ita scripto firmatum est. Facta scriptura hac, quae num recte composita sit, P. Ambrosius vicarius noster videbit, eademque a te ac matronis illis subsignata, inferri illuc poterit SS. Sacramentum. 3. Adverti etiam debet apponendam scripturam

esse licentiam regiae Majestatis: de episcopi vero licentia non arbitror nobis amplius agendum esse. Pulsanda autem est campana ad Missam pro adeunda possessione; nec necessaria est benedictio ecclesiae, siquidem non est propria. 4. Capta possessione, poterunt virgines illae vestem nostram, quando libebit, assumere. Teresia a Jesu. Hoc memoriale hispanice legere est tomo IV epistolarum S. Teresia (fragmento LXXXII). Spectat etiam ad fundationem Caravacensem epistola quam Sancta XIX Februarii 1576 Hispali dedit (tom. III, epist. 47) ad Rodericum de Moya, jam supra (num. 677) ab ipsa laudatum, cujus in verbis Anna a S. Alberto cum sociabus suis habitaverat a die XVIII Decembris ad kalendas usque Januarias, uti testatur Ribera (lib. III, c. IV).

684 Paucissimis dehinc verbis narrationem hujus fundationis Sancta concludit, ex eaque dilabitur in pulcherrimam de vita religiosa ac laboribus a se exantlatis digressionem; quam suppressere nefas duci, eo magis quod historica nonnulla contineat. Ita igitur loqui pergit: Ubi moniales Caravacam appulere, magno totius populi plausu et summo illarum virginum quae adeo reclusae fuerant, gaudio exceptae fuere. Fundatum porro monasterium et Sanctissimum Altaris Sacramentum primo anni MDLXXVI die illatum est. Eodem ipso die duae illarum religiosarum sumpsere vestem; tertia vero, quod melancholica cumprimis esset et clausuram pati vix posset, nedum tantam vitae austeritatem et penitentiam, cum quadam sorore sua ad paternas aedes voluit reverti.

685 Videte, carissimae, Dei judicia, quantumque ad ei serviendum teneamur, nos, quas, usquedum professionem emitteremus, perseverare, atque jugiter in domo Domini velut propriae Beatae Virginis filiae manere, concessit. Mirum certe, Majestatem ejus voluntate et facultatibus virginis illius ad fundationem monasterii hujus uti voluisse, et eo ipso tempore quo potitura esset re quam tantopere desiderarat, robur et animum eam defecisse, et ab humore melancholico ipsam se expugnari sivilisse, cui omnem non raro imperfectionem et mutationis nostrae culpam imputamus. Utinam divina Majestas quam abundantissime suam nobis donet gratiam! Per hanc namque fiet ut nihil nos impediat quominus semper in ejus obsequio progrediamur. Praeterea omnes, quotquot sumus, protegat, ne tam bonum et illustre principium nostra inertia ignaviaque intercidat, sicuti facere dignatus est ut ipsum a miserabilibus mulierculis, quales ipsae sumus, initium et ortum haberet. Quare nomine ejus vos rogo, sorores et filiae meae, hanc ut gratiam identidem ab eo efflagitetis, et unaquaeque earum quae post venturae sunt, sibi persuadeat in sese primigeniam et reformatam Ordinis B. Virginis regulam denuo incipere et reflorescere; et nullatenus in ullam mitigationem inducendam consentiat. Cogitate vero etiam minima quaeque aditum et januam ad maxima pandere, et vobis nescientibus, mundum subingressurum.

686 Mementote per paupertatem et labores perfectum ad exitum perductum esse id quo vos jam quiete et pacifice fruimini; et, si recte advertatis, videbitis potissimam harum domorum partem non tam ab hominibus quam a potenti Dei manu fundatam et stabilitam esse: gaudet porro Majestas illius ea promoveri opera quae ipsemet facit, nisi nos a parte nostra impedimento simus. Undenam enim putatis fuisse mulierculam, qualis ipsa sum, vires et robur ad tam magna opera patranda habituram? Quippe ab alterius manu et potestate dependebam, ac ne vel obolum habebam, nec aliquem qui mihi ullum subsidium adferret. Nam

AUCTORE
V. D. M.
D

perfectior ka-
lenda Janua-
rii 1576.

E

Hortatur
Sancta moni-
ales suas

F

ut Deo, in
ipsas bene-
quissimo.

AUCTORE
V. D. M.

A frater ille meus qui in Hispalensi fundatione auxilio fuit, quique aliquid facultatum nec non animum et bonam voluntatem ad aliquatenus adjuvandum habebat, in India tum versabatur. Videte, carissimae, dexteram Excelsti. Num forte mihi honor attributus quod nobili essem stirpe edita? Quibuscunque ex partibus rem inspicere voletis, illius id opus esse comperietis. Quare nefas est nos illud vel in minimo imminuere, etiamsi pro vitae, honoris et quietis nostrae compendio, idque eo magis quod haec omnia hic junctim et simul habeamus. Vita namque est ita vivere ut mortem vel ullos vitae hujus casus haudquaquam metuamus, sed eandem in omnibus animi serenitatem et letitiam praeferre, qualem omnes, quotquot estis, jam habetis, nec non illa frui prosperitate et affluentia qua nulla haberi potest major, quae est paupertatem non exhorrescere, sed eam potius desiderare.

et totas devotant.

B 687 Cui vero rei assimilem internam simul et externam pacem quam semper habetis? In vestra porro manu est cum illa vivere et mori, quemadmodum mori vidimus illas quae hactenus hisce in monasteriis mortuae sunt. Si enim a Deo semper petatis ut hoc ipsum ulterius producat et adaugeat, nullamque in vobis ipsis fiduciam habeatis, suam ille misericordiam vobis non denegabit, dummodo semper in ipso spem et fiduciam collocetis, et generosas et animosas vos praebatis; etenim Majestati illius id quam gratissimum est. Nolite metuere ne quidquam vobis desit, et numquam rejiciatis eas quae in Ordinem admitti postulant (dummodo illarum desideria et naturae talenta vobis placeant), si forte illis necessaria ad hoc subsidia desint, modo intentio illarum sit ut majore hic cum perfectione Domino serviant; neque etiamsi fortunae bonis careant, dummodo ab internis animae bonis sint instructae: alia namque via in duplum vobis Dominus rependet id quo hanc ab causam opus habebitis.

ejusque gloriam in pauperibus acquirere, ac divitiis admittendis

C 688 Magnam ipsa rei hujus habeo experientiam. Novit quippe Majestas ejus, me, quantum recorder, nullam umquam ob rei hujus defectum in Ordinem suscipere praetermisisse. Testari id possunt plurimae illae quae solo Dei ipsius intuitu et causa admissae sunt, uti vos ipsae non ignoratis. Et certe in veritate asseverare vobis possum non tantum me gaudii in animo sentire solitam, dum opulentam aliquam admitto, quantum, cum illas quae solo Dei amore suscipiuntur: imo vero locupletiores semper me timere faciebant; pauperulae autem spiritum mihi et animum dilatabant, earumque admissio tanto me replebat gaudio ut mihi prae mentis júbilo lacrymae erumperent. Est hoc quam verissimum. Si ergo cum domus aut emendae aut restaurandae erant, Dominus tam fideliter nos juvit, cur non facturus est idem, habentibus jam nobis ubi vivamus et habitemus? Mihi credite, filiae, per id vos facturas dispendium per quod facturas vos putaretis compendium. Quando autem quae admitti postulat, facultates habet et bona, nullas tamen alias obligationes et debita, si bona haec aliis relinquere velit qui fortasse iis opus non habebunt, consultius sane fuerit ut vobis ea in eleemosynam det: aliter enim si faciat, parvi id in vos affectus signum esse sentio. Semper vero illi quae admitti postulat, proponite ut de facultatibus quas habebit, disponat et faciat id quod viri docti ad majorem Dei gloriam spectare judicabunt. Malum namque foret, si ob alium quam eum quem dixi finem et scopum, ab aliqua quae admittitur, facultates peteremus. Namque longe plus lucratur per hoc quod illa faciat quod Deo suo debet (majore, inquam, cum perfectione) quam per omnes facultates quas secum ferre potest; cum aliud non spectemus (nec ut

aliud spectemus permittat Deus) quam ut Majestati D ejus in omnibus et per omnia obsequium praestetur.

689 Et quamquam ipsa inepta et miserabilis sum, tamen, tum ad honorem et gloriam ejus, tum vero ut gaudeatis, recogitantes quomodo haec domus ejus fundatae sint, dico numquam me illarum negotio in hisce fundationibus, nec in re quacunque quae harum occasione mihi quomodolibet occurreret (tametsi etiam nullam omnino fundare potuissem, nisi ab hac intentione vel paululum deflectendo), quidquam facturam fuisse, aut etiam fecisse, quod Dei voluntati vel minimum repugnare aut cum ea usquequaque non convenire nossem, secundum id quod confessarii mei consulebant; qui, ex quo haec ago, semper viri maxime docti et egregii Dei famuli fuere: et, quantum quidem recorder, numquam mihi aliud in mentem venit aliavve intentionem habui.

690 Forsitan fallor, ac multa sane commiserim quae ignoro, atque infinitae meae erunt imperfectiones. Novit hoc Dominus, qui veracissimus et aequissimus est iudex; ac proinde plura de me ipsa non dico quam scire et nosse potui. Video adhuc evidentissime hoc a me profectum non esse, sed ex eo quod Deus opus hoc fieri volebat. Quod ergo suum id opus esset, ideo mihi aderat hancque gratiam praestabat. Idcirco namque id refero, carissimae, ut noveritis eo majorem vestram erga eum obligationem esse, et sciatis ea quae hactenus facta sunt, sine ullius injuria, laesione ac praedicio facta esse. Benedictus sit ille, qui omnia haec fecit, et hominum qui nobis auxilio fuere, caritatem et benevolentiam excitavit. Utinam vero Majestas illius semper nos protegere, et simul gratiam dare, ne post tot favores acceptos nos ingratas praebamus, dignetur. Amen.

et pauca quorundam de re

691 Jam vidistis, carissimae, aliquas me difficultates et vexationes passam esse (quamquam credam eas quas scripsi, minimas esse; si enim singulatim eae et enucleatim dicendae essent, infiniti ea res laboris ac tædii foret), tum in viis et itineribus, tum in aquis, nivibus, deviatione, et maxime quod saepe tam infirma fuerim valetudine, ut aliquando (nescio an non id jam ante retulerim; etenim id in prima profectionis die contigit, cum Malagone Veasum peteremus) febri aestuarem, et tot simul malis oppressa essem, ut viae qua eundum erat, longinquitatem considerans, meque ita constitutam cernens, Patris nostri Eliæ Jesabelem fugientis recorderer, ac dicerem: « Quomodo hoc perferre » potero, Domine? Tuum est huc advertere. » Et revera Majestas ejus, ita me debilem et infirmam videns, subito me a febri necnon ab omnibus morbis, qui extremi erant, liberavit: ex quo postea in eam deveni cogitationem ut sanationem illam meam adscriberem ingressui cujusdam sacerdotis, insignis Dei famuli; et forsitan in hoc non errabam. Sed cuicunque demum causae illa sanatio adscribenda sit, ipsum saltem malum, tum interius, tum exterius, repente et in momento me deseruit. Valetudine ergo confirmata, corporales labores aequo animo perferebam.

suisque laboribus, tam corporalibus

692 Porro in multorum ac variorum hominum conditionibus ferendis (quod certe in singulis pene locis occurrebat et necesse erat) non parum mihi laboris subeundum erat. Adhuc, in filiabus et sororibus meis, cum de uno loco in alium proficiscendum erat, deserendis, satis magnam me crucem et molestiam (quod eas singulari quodam amore complectar) sensisse vobis assevero; praesertim cum cogitabam me eas amplius visuram non esse, magnumque earum dolorem et lacrymas intuebar.

quam spiritibus, obsequi

Quamvis

A Quamvis enim ab aliarum rerum amore multum elongata sint, tamen affectum erga me illis Dominus auferre non voluit, forsitan ut sic ipsa maiorem patiendi materiam haberem, quod illas unice diligam, tametsi hunc illis amorem, quantum poteram, conarer abscondere, ne eum ipsae agnoscerent. Unde etiam subinde eas objurgabam et reprehendebam, tametsi parum per hoc proficerem: etenim amor quo me hae prosequuntur, magnus est, et quantum permultis e rebus videre est, verus ac sincerus.

Falsitatem
criminiſ S.
Teresiae im-
putatorum

693 A *Carvacensi fundacione Hispalim nos revocant calumniæ in S. Fundatricem ejusque monachas initio anni 1576 spargi coeptas; quas Ribera commemorat lib. III, cap. III, allegans litteras a Sancta scriptas XXIX Aprilis ad priorissam Vallis-letanam (tom. I, epist. 47). Nos hoc loco aliquid de eadem re narrantem audiamus Mariam a S. Josepho, priorissam Hispalensem, in quodam commentariolo (cui inscriptio est: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi). Ea tempestate, inquit, in monasterium nostrum intravit magna quædam beata; quæ brevi vitæ nostræ impatiens, claustra clam nobis deseruit opera consilioque sacerdotum quorundam, quibus Sancta nostra ad eam consolandam permiserat ut Confessiones ejus exciperent. Ut autem egressum suum misella excusaret, accusavit nos apud Inquisitores tanquam erroribus Illuminatorum implicitas. Inter alia dixit moniales nostras ad mensam Eucharisticam accedere facie discooperta: nempe unum esse omnibus velum, atque hoc tantum caeremoniæ causa, quo sibi quæque, dum Corpus Christi sumeret, caput velaret. Porro, donec nostris usibus domus accommodaretur, locus ubi Sacra Communio a nobis fieri solebat, situs erat in peristylo ardoribus solis patulo: quare, vitandæ lucis ac mentis colligendæ ergo, sedebamus singulæ, quoad fieri poterat, vultu converso ad parietem. Quod calumniatrix illa in tam malam partem vertit, additis mendaciis plurimis ac testimoniis adversus S. Matrem nostram, ut unus ex Inquisitoribus rem examinatum venerit. At detecta accusationum falsitate, compressa illico res illa fuit; quamvis extraneæ essemus et interim Illuminatorum secta grassaretur. Mox vero aliæ subsecutæ sunt molestiæ; quæ quidem tantæ fuerunt ut Sancta, abitum parans sibi a Generali injunctum, mihi declararit se nunquam majora passam fuisse a tempore fundacionis Abulensis. Cumque ego negarem his in adjunctis proficiscendum Teresiæ esse: modo enim a Sacro Tribunali quæstionem de rebus nostris institui; a quo si prehendi forte juberetur, nec jam inveniretur Hispali, quid porro futurum esse? hæc, inquam, mihi objicienti ait Sancta: « Recte tu quidem, judicas, filia; et voluntas Dei est ut adhuc dum hic consistam. » Postea quoque mihi aliquando dixit: « Quantum, filia, me consolabar, quando ajebas me ad Inquisitionem deductum iri! » Ita fere Maria a S. Josepho apud P. Emmanuelem a S. Thoma (tom. III, pag. 215 et 216).*

agnatus In-
spalensis His-
palensis.

C 694 Alia eodem pertinentia refert Yepesius hoc modo (lib. II, cap. XXVII): Cum quadam die P. Hieronymus a Matre Dei Sanctam invisum iret, vidit in platea non paucos equos mulosque Inquisitorum ac ministrorum S. Tribunalis, qui examinis causa monasterium subierant. Stabat interea in angulo quodam sacerdos (criminator ille videlicet de quo Ribera loco citato loquitur), expectans fore ut moniales e sua domo ad carcerem deducerentur. Eo spectaculo consternatum non modice ac turbatum P. Hieronymum S. Mater excepit animo vultuque latissima, spem præ se ferens fore ut ignominia

ferendæ sibi aliqua daretur occasio: quippe ærumnas atque opprobria, dum nullius sibi esset conscia culpæ, in maximis ac suavissimis habebat deliciis. Videns autem boni Patris mœrorem ac metum, bono esse animo jussit: nimirum Deum, cui curæ esset ancillarum suarum fama, haud permissurum ut ea macularetur aut læderetur; quidquid ad offuscandam veritatem molirentur adversarii, id omne frustra futurum esse: hoc enim sibi jampridem in oratione Dominum dixisse. Verba Sanctæ comprobavit eventus. Namque Fidei quæsitores, edocti quid rei esset, primum in accusatorem severe animadverterunt: dein, quo sibi certius constaret de spiritu et orandi modo S. Matris, negotium commiserunt P. Roderico Alvarez, Societatis Jesu sacerdoti, rerum divinarum peritissimo; qui cum vitæ relationem sibi a Sancta scriptam (quæ est t. I, epist. 19) approbasset ac S. Inquisitioni exhibuisset, procella omnis non sine magna Teresiæ ac monialium ejus laude dissipata fuit. Relationem cujus hic meminit Yepes, fere integram exscripsit Ribera lib. IV, cap. IV.

AUCTORE
V. D. M.
D)

695 Laboribus omnigenis, quos hactenus commemoravi, perfunctæ S. Fundatrici denique licuit verno tempore, uti patet ex litteris scriptis IX Maji ad P. Marianum tunc Madriti degentem (tom. III, epist. 33), domum bene ordinatam coemere, eoque ad diem III Junii suas moniales deducere; quomodo ipsa narrat capite XXV libri Fundationum hisce verbis: Vix credat quisquam in civitate adeo copiosa et tot opulentos inquilinos habente, qualis Hispalensis est, minorem monasterii fundandi occasionem et opportunitatem fuisse quam in omnibus in quibus hactenus fueram oppidis: imo adeo ad hoc deesse hic opportunitas videbatur, ut subinde apud memetipsam reputarem e re nostra non esse hac nos in civitate conventum habere. Nescio autem an cœli climati hoc sit adscribendum: nonnunquam enim audivi dici diabolos hic ad tentandum potentiores esse quam alibi, Deo hanc illis potentiam dante: unde etiam me hic acriter impetivisse videntur; nam numquam, quoad vixi, ita me pusillanimum et meticulosam vidi quam ibi me fuisse comperi: adeo ut me ipsa vix nossem. Fiducia quidem quam de Domino habere soleo, me non deserebat: sed natura adeo discrepabat ab ea quam habere solebam, ex quo Hispalensis cœnobii tractationi me immiscebam, satis ut intelligerem suam Dominum ex parte manum subtraxisse, ut scilicet ipse maneret qui est, et ego viderem, si quem aliquando habuerim animum, a me ipsa eum non habuisse.

Sanctam soro-
rem

E

696 Cum ergo, jam inde ab eo quo dixi tempore, illic usque ad initium Quadragesimæ pene mansissem, nulla tamen aut domus emendæ fiebat mentio, aut qua ea emeretur pecuniæ habendæ, imo ne quidem ejus qui pro nobis sponderet, uti in aliis oppidis habueramus, inveniendi spes affulgebat. Etenim illæ quæ Patri commissario serio sponderant sese in Ordinem ingressuras, ac propterea enixissime, moniales aliquot ut huc conducere, rogarant, viso regulæ rigore, et ei ferendo impares sese existimantes, deficiebant: ut sola una, de qua postea loquar, ingressa sit. Jam tempus instabat quo propediem Andalusia excedere jubenda eram, quod alia prægnantia negotia alio me vocarent. Permolestum sane mihi erat moniales illic sine certa domo relinquere, tametsi viderem me nihil omnino hac in re posse, eo quod gratia quam aliis in partibus Dominus mihi facit, ut scilicet habeam aliquem qui hisce in operibus me adjuvet, me hic deficeret.

de domo His-
pali emenda
sollicitam

697 Placuit autem Deo ut iis diebus frater quidam meus, Laurentius Cepedius appellatus, qui tri-
ginta

Juval Laurentius
Bis de Cepeda

AUCTORE
V. D. M.

A ginta et quatuor annis in India commemoratus fuerat, inde rediret : cui etiam longe quam mihi indignius et gravius visum est moniales propriam domum non habere. Is ergo egregie nobis praesto fuit, praesertim in procuranda et habenda domo in qua modo agimus : quamquam ipsa tunc quoque sedulo et ferventer apud Dominum rem hanc urgebam, cum deprecans ne me, monialibus domum nondum habentibus, hinc abire sineret; quin et his ipsis injungebam ut idem ei negotium in precibus commendarent, nec non B. Josepho. Adhuc Beatissimam Virginem Matrem frequentibus precibus et supplicationibus nobis faventem reddere procurabamus. His ergo adminiculis et fiducia animata, nec non quod fratrem meum rem nostram cordi habere cernerem, de domibus quibusdam emendis tractare cepi; sed, cum res omnis jam prope confecta erat et de emptione pene conventum, illico ipsa in momento penitus concidebat.

eique, Deo opti-
volanti.

B 698 Quadam ergo die de hocce negotio mihi cum Domino inter comprecandum agenti, petenti-
que ut, quoniam ipsae illius essent sponsae eique omnimodis placere quam maxime satagerent, eis de domo prospiceret, dictum fuit : « Jam te exaudivi : »
C « mihi rei ejus curam committe. » His ego verbis erecta et plane gavisam fui, quod mihi jam tum in manibus domum habere viderer. Et revera ita factum est. Impedivit vero Majestas ipsius ne quamdam, quae quidem omnium ad gustum erat (quod optimo sita esset loco), attamen adeo ruinosa et male materiata erat, ut sola nuda ejus area empta fuisset, et quidem non multo minoris quam ea sunt aedes coemptae in quibus modo habitant, emeremus. Jam omnis facta conventio et de pretio inter partes pactum erat, nihil ut faciendum aliud restaret quam emptionis tabulas conficere. Ego non usque adeo huc propendebam, quod haec domus cum ultimis illis quae inter orandum audiveram, verbis minime convenire videbatur : illa enim (quantum quidem ipsa colligebam) bonas nobis aedes dandas denotabant ac spondebant. Unde Dominus disposuit ut is qui eam nobis quamquam insigni suo cum compendio vendiderat, aliquod tamen obstaculum per se objiceret, ne tabulae eo quo stipulati eramus tempore fierent. Itaque nulla nostra cum culpa stipulationi et emptioni renuntiare nobis licuit. Quod certe non contemnenda Domini gratia fuit : etenim per totam vitam monialium quae ibi tum agebant, domui illi accommodandae allaborandum fuisset; quod certe illis fuisset perquam molestum : adhuc necessaria pecunia illis deerat.

aptam prospice-
rit domum.

C 699 Multum huc operae insignis quidam Dei famulus contulit, qui fere jam inde ab initio quo huc primum appulimus, cognito nobis deesse qui Sacrum nobis celebraret, quotidie illud apud nos celebratum veniebat, quamquam et domicilium ejus longe a nostro dissitum esset, atque aestus diurnus vehementior. Nomen illi est Garcias Alvarez, vir vita integerrimus et magno apud omnes in pretio, ob varia bona opera quibus totum se impendit, habitus : qui si fortunis abundasset, nihil penitus nobis defuisset. Ille ergo, quod domum nosset, stolidi nos facturas aiebat, si tantum pro ea pecunia persolveremus. Atque hoc ipsum quotidie nobis oggerbat, amice monens ut ab illa coemenda animum prorsus avocaremus. Ideo frater meus et ipse viderunt domum illam in qua in praesens commoramur : quae adeo illis placuit (nec immerito, cum et Dominus illud vellet) ut biduo triduoque ipsae confectae sint tabulae.

Hanc clavis-
ta primam

700 Non parum vero laboratum est ut ad illam transiremus : qui enim illam inhabitabat, tam cito

inde egredi volebat; adhuc Fratres Minores (quod D in vicinia habitarent) statim instare ceperunt ne ullatenus in illam transiremus, adeo quidem ut, nisi coemptionis instrumenta et litterae tam firmiter confectae fuissent, Deum summopere laudassem, si ea dissolvi et irritari potuissent : videbam quippe nos obligatas sex aureorum millia (tot enim domus ipsa constiterat) solvere, et tamen illius capere possessionem non posse. At ejus opinionis non erat priorissa, sed Dominum laudabat, quod irritari contractus non posset : quippe majorem ei divina Majestas fidem et animositatem dabat in hac domus comparatione, quam mihi; et eosdem in omni alia re animos illi esse crediderim, quod multo me sit melior. Amplius mense his in angustiis haesimus; sed tandem Deo visum ut priorissa, ego et aliae duae moniales de nocte silenter ad illam transiremus, ne praedicti Fratres quidquam horum rescirent antequam adita esset possessio. Id vero non sine timore fecimus; nam qui nobiscum ibant, quascumque viderent per noctem umbras, monachos sibi videri aiebant.

701 Ut primum illuxit, bonus sacerdos Garcias Alvarez (qui e nocturnis comitibus unus fuerat) primus in ea Sacrum celebravit. Itaque tandem timere desiimus. Quam vero, Jesu bone, multos hujusmodi in possessionibus capiendis timores subii! Quare saepenumero mecum ipsa perpendo, si, cum non ad malum faciendum, sed ad Domino obsequium praestandum abirem, tantus me occupabat metus, qualem habere oporteat illos qui malefacere proponunt, quod in Dei et proximi injuriam tendat. Quale inde lucrum et commodum expectent, aut qualem haurire e tam gravi in caput suum pondere accersendo voluptatem queant, nescio. Non aderat tunc forte ibidem frater meus : secesserat enim ad tempus ob errorem aliquem in tabulis conventionis ex nimia rei acceleratione commissum; unde etiam magnum monasterio damnum impendebat : quod vero ipse nostro nomine spondidisset, hinc cum quaeritabant, quo illum custodiae traderent, quod certe maximopere nos affligeret, eo quod peregrinus et exterus ipse esset; uti etiam revera dolumus quod tamdiu molestias pertulerit, quoadusque aliquod ipse pignus vendentibus ad illorum securitatem dedisset. Exinde vero melius res peragi cepit; quamquam ad aliquod tempus lites nobis non defuerint, quo majus meritum foret.

moniales
adeunt :

E

702 Interea temporis nos in aliquibus cubiculis inferioribus reclusae eramus; ipse vero toto tempore operariis et fabris aderat, ac nobis interim de cibo et victu quotidiano prospiciebat, uti et prius satis diu prospexerat : nam quoniam nondum passim omnibus innotuerat hic monasterium esse (quod in privata quadam domo habitaremus), pauca elemosynarum subsidia suppeditabantur, nisi forte a pio quodam sene, Carthusianorum (quorum domus hic de las Cuevas appellabatur) praeposito, qui insignis Dei famulus est, atque Abulae e familia Pantojana natus. Hic singulari quodam erga nos, quam primum huc venimus, amore et studio rapi cepit, ut sperem fore cum, quamdiu superstes erit, omnimodis nobis auxilio et subsidio futurum, et semper benefactorem nostrum fore. Ideo vero istud hic scribo, carissimae, ut, cum haec legeritis, Majestati divinae commendetis (uti par etiam est) eum qui nos tam egregie adjuvit, uti et alios, tam adhuc vita fungentes, quam ea ante defunctos. Huic ergo sancto viro plurimum debemus. Mensem ferme integrum, si rite recorder (nam in diebus exacte ponendis ac numerandis usque adeo bonam memo-

dein, P. Pan-
toja Carthu-
siano

F

riam

A riam non habeo, ut non aliquando errare possim : proinde semper subintelligatis oportet, plus aut minus, cum parum id referat), hoc in statu egimus. Interea frater meus in aedem sacram e cubiculis quibusdam adaptandam et omnia domus membra insarcienda ita totus incubuit, nihil ut nobis oneris incumbere.

et Garcia Alvarez, sacerdos, sacro-
dote iuranti-
bus,

703 Omnibus ergo jam concinnatis et instauratis, optassem quidem sine strepitu atque apparatu ullo Venerabile Sacramentum huc inferri, eo quod nemini molesta esse velim, si modo aliter fieri potest aut declinari; quam ego opinionem D. Garcia Alvarez significavi, qui exinde ipsam cum praeposito Carthusiensi communicavit. Hi vero ita res nostras serio curarunt ut proprias curare studiosius non possent; unde eis placuit, quo cenobium magis in populum innotesceret, solempni ritu ac festiva pompa illationem hanc celebrari. Qua etiam super re cum archiepiscopum ipsum consuissent, eorum is sententiae hand invitus accedens, statuit ut e quadam parochiali aede Venerabile Christi Corpus, magna pompa, universo clero et sodalitatibus nonnullis convenientibus, et viis publicis adornatis, huc transferretur.

B SS. Eucharistia solemniter illuc inferretur.

704 Ut dictum, factum : nam bonus Garcia Alvarez monasterii nostri claustrum (quod tum transitum praebat) ac templum rite adornavit et instruxit, scitas quoque hinc inde aras adaptavit, aliasque elegantiarum varietates ad devotionem excitandam induxit. Inter caeteras aquam e maiorum aureorum cytinis expressam, per tubos in perpetui fontis modum fluere fecit, nobis hunc nec procurantibus nec petentibus, tametsi, cum jam factus is esset, insignem deinde nobis devotionem excitavit. Et sane maximopere gavisus sumus, cum templi nostri encenia tanta cum solempnitate peragi, ac vias publicas adornatas, nec non tam festivum symphonicorum et instrumentorum musicorum concentum videremus; ut mihi sanctus ille Carthusianorum Prior nihil unquam tale se Hispali vidisse affirmaret, ac manifeste appareret solius Dei id opus fuisse. Unde etiam ipsemet supplicationi interfuit, quamquam nulli haecenus interfuisset : ipse vero archiepiscopus augustissimum Angelorum Panem huc detulit. Hic ergo videtis, carissimae, pauperculas Excalceatas ita jam ab omnibus honoratas fuisse; dum paulo ante etiam aqua illis defutura et deneganda videbatur, tametsi fluvius urbis hujus aqua quam maxime abundaret. Quanta autem hominum ad solempnitatem hanc affluerit multitudo, vix quisquam credat.

C Invadit pauculum Deus a domo arcessit,

705 Hoc etiam die res contigit prodigiosa, qualis omnibus ante quorum oculos ea facta fuit, esse videbatur. Cum enim plurima in plausu ignea missilia jacta essent et crebro bombardarum fragore omnia identidem reboassent, ac sub vespere, supplicatione jam finita, denuo haec ipsa plausus argumenta repeterentur, casu nescio quo in pulverem sulphureum, tametsi pauculum, ignis illapsus est; is tamen qui pulverem habebat, non sine miraculo a flamma laesus non fuit. Adhuc cum ad usque cenobii fastigium flamma repens ascendisset, cuius laqueare bysso tenui adornatum erat, ecce fornicis quidem lapides tetram ab ipso fumo fuliginem induerunt, ipsa tamen extrema bysso tenuissima, quae omnium iudicio prima flammam concipere debuisset, quasque erat subflava et coccinea, inviolata nec colorem mutasse visa fuit, perinde ac si nec ignis nec fumus eam afflasset. Quotquot rem viderunt, obstupere. Moniales vero Dominum dilaudarunt, quod ipsarum necessitati prospexisset, cum, undenam novam byssum com-

pararent, pecuniam non haberent. Crediderim diabolum, ob festivitatem quae contigerat, et quod novam rursus Dei domum videret, indignatum, hoc sese modo aliquatenus de nobis ulcisci voluisse. Sed Majestas illius hunc impedivit. Sit ipse benedictus in saecula. Amen.

AUCTORE
V. D. M.
D

706 Hisce subnectendum initium capituli XXVI; cuius reliquam partem, cum tota versetur in narranda vocatione Beatricis a Matre Dei, primae Hispalensis cenobii novitiae, pro meo instituto omit- tam. Considerare, ait Sancta, vobiscum potestis, carissimae, quodnam nostrum ea die fuerit gaudium et consolatio. De meipsa certe dicere possum et scio meum quam maximum fuisse : imprimis vero quod viderem me in tam bona beneque sita domo moniales relinquere, quodque monasterium jam satis cognitum in urbe esset, et quod in domo moniales essent quae potissimam debitorum et aris alieni quod ejus emendae nomine contractum erat, partem possent persolvere; adeo ut etiam per eas quae ad completum numerum deerant (quantumlibet parum in dotem attulissent) debita dissolvi possent. Imprimis autem et maxime me recreabat quod labores et afflictiones aliquot subissem. Cumque jam aliqua fruitura quiete eram, inde me discedere oportuit. Cum enim Dominica proxima ante Pentecosten anno MDLXXVI solempnitas haec enceniorum celebrata esset, statim proxima feria secunda inde discessi : calor enim et aestus quotidie fiebat vehementior. Si fieri potuisset, non libenter ipsis festis Pentecostalibus in itinere fuisset; imo vero Malagone eadem celebrare animus erat, uti et ad dies aliquot ibidem subsistere, ac propterea tantopere festinaram. Non placuit autem Domino ut vel saltem uno die in templo illo Sacrum audirem.

Sancta, pro-
spero rerum
exita lora,

707 Discessus meus non mediocriter monialium gaudium ac consolationem imminuit, easque magnopere contristavit, quod toto illo anno simul egissemus, et tam multas (uti dictum est) simul afflictiones subissemus, quarum gravissimas tamen hic non descripsi, ut, quantum mihi videtur, una Abulensi fundatione excepta (cui sane nulla quoad difficultates et labores comparari potest), nulla tanto mihi labore steterit quanto haec, quod afflictiones et angores illius maxime interni essent. Utinam vero Majestas divina dare dignetur ut semper sibi in ea obsequium praestetur. Hoc enim si fiat, omnes quas subii exagitationes mihi quam minimae videbuntur : et certe ita idipsum futurum spero : incepit siquidem Majestas ejus pias sanctasque animas quasdam ad hanc domum pellicere : ex iis autem quas mecum duxi (quae fuerunt universum quinque), quam fuerint bonae illae quae remansere, jam tum aliquatenus declaravi, cum dici plurima de ipsis possent, ac quod dixi, minimum sit.

Hispali disce-
dit.

§ XXXIX. Secessus Sanctae in monasterium suum Toletanum. Capitulum Carmelitarum Excalceatorum Almodovarense, et alia quaedam Reformationis Teresianae negotia.

Dum S. Teresia manum extremam caperat impone-

AUCTORE
V. D. M.
Calceati capi-
tulum volu-
erunt Morale-
giæ.

A nere stabilendo monasterio suo Hispalensi, P. Hieronymus Gratianus, Nuntium de variis sui officii negotiis consulturus, Madritum abiit, relicto in Andalusia vicario suo P. Joanne Evangelista, antea subprior, tunc prior Carmelitarum Calceatorum Hispalensium (tom. III, epist. 33). Circiter idem tempus P. Angelus de Salazar, provincialis Castellæ, capitulum generale indixerat Moralegiæ congregandum; quo, præter Calceatos suffragii jure gaudentes, invitati quoque fuerunt tres Excalceati; nimirum P. Joannes a Jesu, prior Manceranus, P. Didacus a SS. Trinitate, prior Pastranensis, et P. Elias a S. Martino, rector Complutensis. Ex his PP. Joannes ac Didacus, statim ubi acceperant litteras convocatorias, Madritum et ipsi perrexerunt ut mentem Nuntii exquirerent. Utrumque jussit Nuntius ad capitulum ire; verum prohibuit ne quid in Excalceatorum statutis mutari paterentur neve ullo decreto adversus P. Gratianum ferendo consentirent. Propter arum ergo quam citissime Moralegiæ: sed, priusquam eo pervenerunt, jam pene confecta erant præcipua capituli negotia. Notabilia legum latarum capita, a Generali Rubeo indicata et brevi a P. Tostato (qui mense Martio Barcinonem appulerat) approbata, hæc erant: Calceatis utendum esse fuscis vestibus et palliis brevioribus; idem vestium genus Excalceatis una cum calceis assumendum; hos imposterum Contemplativos vocandos esse, illos Observantes; utrisque autem inhabitandas esse easdem promiscue domus, ita tamen ut Observantes suam sequerentur regulam, suam item Contemplativi. Quæ ut sibi prælegi audierunt duo illi Excalceati, valide repugnaverunt; præsertim vero prior Manceranus, ut erat ingenii fervidioris, nulli harum omnium legum consentiendum se protestatus est, nisi jussu P. Gratiani, Nuntii ac regis. Eo sermone commotis quidem Calceatorum animis, sed non mutatis, PP. Joannes ac Didacus post dissolutum capitulum ad Nuntium reversi sunt, verum a se gestarum rationem ei reddidituri.

S. Teresa To-
letum 1576.

C 709 Porro S. Fundatrix, Hispali profecta ad diem IV Junii, comitibus P. Gregorio Nazianzeno, Alphonso Ruiz, Laurentio de Cepeda hujusque filia Teresia, Malagonem advenit die XI ejusdem mensis, quæ erat secunda Pentecostes feria, uti sequenti feria sexta scripsit ad Mariam a S. Josepho, priorissam Hispalensem (tom. I, epist. 53). Neminem enim morari debet eor. Pasqua, quam Sancta in sua epistola adhibet; quandoquidem ea voce apud Hispanos, sicut voce Pasqua apud Italos, non solum solemnissima Resurrectionis Domini dies, sed præcipua quæque per annum festa, præsertim Pentecostes et Nativitatis Domini, designantur: qui quidem usus medio ævo in aliis quoque regionibus passim viguit, ut e variis apparet documentis quæ in Cangii Glossario ejusque Supplemento videre est. Substitit autem Sancta dies aliquot Malagone ad res sui monasterii curandas; et eundem de his rebus et de itinere suo scripsit ad P. Gratianum (tom. IV, epist. 20), alterasque ad priorissam Hispalensem litteras die XVIII Junii ferendas commisit P. Gregorio Nazianzeno, Hispalim revertenti (tom. II, epist. 79). Dein ipsa Toletum abiit, quod oppidum elegerat ut ibi ex mandato Generalis (de quo num. 664 dictum fuit) in posterum habitaret; quamquam brevi post, antequam stabilem ibi moram faceret, adhuc excurrere debuit Abulam propter mandatum sibi a P. Gratiano impositum, quod legitur in Anno Teresiano ad diem VI Maji.

Abulam
vultque To-
letum.

710 Toletum duas misit epistolas diebus II et XI Julii ad Hispalensem priorissam: in quarum prior non obscure significat quantum sibi et P. Gratiano displicuerit seceritas quæ PP. Ambrosius Marianus et

D Antonius a Jesu in Calceatos fuerant usi, additque sibi et Nuntio velle placuisse quod Gratianus non redisset in Andalusiam (tom. I, epist. 54); in altera vero epistola, salvere jussit PP. Antonio et Ambrosio, quibus simul lepide exprobat quod ad se non scribant, mox subjungit: Mandavit rex Patri nostro (Gratiano) ut de iis quæ spectant ad nostrum Ordinem cum regii consilii præside (Didaco de Corarruias, episcopo Segoviensi) et cum Quiroga (episcopo Conchensi ac Generali Inquisitore) conferat. Faxit Deus ut res nostræ prospere cedant: quod ideo dico quia multa est oratione opus. Commendent quoque Deo sorores nostræ P. Generalem, qui e mula cadendo sibi tibiam fregit. Equidem, maxime cum provecata sit ætate, casu ejus non parum angor (tom. II, epist. 80). Non admodum diu post scriptam hanc epistolam, ut incertum quo die, iter Abulense a P. Gratiano sibi injunctum Sancta arripuit; unde redux Toletum fuit die IX Augusti, comite Ven. Anna a S. Barthomæo; quam hac occasione videlicet, cælitus jam pridem Hispali monita, e cætu Abulensium monacharum in sociam perennem laborum atque itinerum sibi adlegit, prout narrat P. Chrysostomus Henriquez Ord. Cist. in Vita ejusdem Annæ (lib. II, cap. XIV et XV). Extat S. Matris epistola per iter illud scripta die VI Augusti ad moniales suas Veasenses; quæ nuntiat se hospitari apud matronam quandam, nomine Mariam Fajardo, sibi que illic ægrotanti S. Josephum visibili specie adstitisse, qui se consolaretur et animum daret ad eundem quo sancta mitteret obedientiam (tom. I, epist. 50).

E 711 Interea Patribus Excalceatis visum fuerat capitulum adversus se Moralegiæ nuper habito alterum e sua parte capitulum objicere. Eum in finem P. Gratianus præcipuos e suis accivit in Almodovar del Campo. Adstruit Chronicon (lib. V, cap. I, num. 4) huic capitulo initium datum fuisse VIII Augusti, ac S. Teresiam id priorissæ Hispalensi nuntiasse datis postridie Malagone litteris. Verum animadvertendum est quod ad has litteras (tom. II, epist. 81) annotat P. Antonius a S. Josepho: Originali, inquit, exemplari hujus epistolæ, quod penes moniales nostras Vallisoletanas est, deest anni dieique inscriptio: quamvis autem plerique exaratam autument IX Augusti, tamen ex aliis epistolis patet erronee primis hujus egraphis Augustam pro Septembri fuisse adscriptum. Hæc P. Antonii sententia cum mihi videatur optime congruere cum epistolis Sanctæ mox citandis, censeo cum D. Boucher prædictum capitulum ineptum fuisse VIII Septembris; id quod et aliis P. Antonii notis confirmatur (tom. II, epist. 59, not. 3 et 4, tom. III, epist. 9, not. 5 et 9). Nimirum ait, secundum scripturas P. Gratiani et libros memoriales Carmelitarum Calceatorum Madritensium, P. Tostatum V Augusti 1576 Madritum accessisse, ibique per multos dies cum P. Gratiano contendisse de potestate, quam alter a Præposito capituloque generali sui Ordinis, alter a Nuntio apostolico acceperat; dein Tostatum in Lusitaniam abiisse XXIX Augusti. Jam vero Gratianus Madriti esse simul et capitulo Almodovarensi præsidere non poterat. Ad hæc idem epistolarum S. Teresiæ commentator testem adducit P. Alphonsum u. Matre Dei, asserentem Patres convocatos fuisse in diem VIII Septembris.

F 712 Capitulo igitur prævit S. Teresiæ epistola ad Gratianum V Septembris data, hæc inter cætera continens: Vereor ne Calceati, non vera de nobis Summo Pontifici referentes, obtineant contra nos Bullas quotquot voluerint. Quare arbitror omnino oportere ut aliqui nostrorum Romæ adsint; ut ex agendi ratione adversariorum pateat quo affectu ducantur. Quamdiu hoc non curabimus, nihil efficiemus:

plures dat
epistolas, cum
ante

A cimus : et possent simul nostri Romae impetrare licentiam fundandi aliquot conventus. Multum arbitror interesse ut simus ad quaecunque parati (tom. III, epist. 9). *Querit etiam Sancta e Gratiano num Marianus ad capitulum venerit. Hic autem advenisse non videtur, siquidem auctor Chronici cum congregatis Patribus non annumerat. Dictam epistolam die sequenti altera ad Gratianum excepit; e qua haec depromo circa negotia Ordinis : Jam his ad te scripsi Peraltam in Lusitaniam abiisse eodem quo huc venisti die. Santelmus hodie me per litteras certior fecit nihil nobis timendum esse : quandoquidem Mathusalem fixum determinatumque habeat nostris pro aquilarum separatione votis obsequi; quippe qui videat id prorsus expedire. Accepi item litteras Hispali de turbis illic cum Peralta habitis et de rumore per civitatem sparso fore ut papilioes sub potestatem redigantur. Utique id fieri oportuit quod Deus voluit : sit ipse aeternum benedictus. Venit ad me Infante, ut litteras ad Paulum a me peteret. Respondi eum nihil pro me facturum; dixique ut ipse cum Paulo loqueretur, cum nullius sibi culpe sit conscius. Credo, si speraret rediturum Peraltam, non ita sese demitteret (tom. III, epist. 10).*

B *Ut haec intelligantur, notandum est S. Teresiam in hac et multis sequentibus epistolis varias de quibus agit personas pseudonymice indicare. Sic Salvatorem nostrum Jesum Christum interdum designat nomine Joseph; sic Philippus rex ab ea dicitur Magnus Angelus, Inquirentes Angeli, Nuntius Mathusalem, Gratianus Paulus vel Eliseus, Tostatus Peralta, Carmelita Excalceati Aquila, Excalceata Papilioes (hispanice mariposas, quae vox est feminini generis); seipsam Sancta vocat nunc Angelicam, nunc Laurentiam. Alia demum aliis secundum circumstantias dat nomina : quomodo v. g. qui hic nominatur Infante est P. Joannes de las Infantas; Santelmus vero est P. Olea, Societatis Jesu, de quo alibi adhuc loquendum erit.*

713 Porro binas ad Gratianum litteras modo laudatas proxime ex ordine temporis sequuntur octonae ad priorissam Hispalensem scriptae diebus VII, IX, XX, XXII et XXVI Septembris necnon V, XIII et XXXI Octobris (tom. I, epist. 58, tom. II, epist. 81 et 82, tom. III, epist. 63, 64, 65, 66 et 67); item binae ad Gratianum mense Septembri, quarum altera perbreves incerto die (tom. IV, epist. 21), altera satis proluxa die XX (tom. III, epist. 11). Ex his de capitulo Excalceatorum, jam ante eam diem absoluta, excerpta sequentia : Qui e capitulo revertuntur, multum sibi de eo plaudunt; nec ego de rebus inibi quam optime gestis non possum grates Deo agere. Utique ob easdem tibi laus non exigua debetur. A Dei manu totum provenit, et forsitan, ut tu quidem recte dicis, haud parum precibus ad illud fuxis effectum est. Vehementer delector decreto isto sane optimo atque utilissimo circa urgendam in nostris domibus communem observantiam. Excitavi P. Rocam (Joannem a Jesu) ut exercitiis manualibus, quae infiniti apud nos momenti sunt, promovendis sedulo allaboret : et quoniam mihi dicebat non fuisse de iis actum in capitulo, dixi me ad te scripturam; ceterum ea praescribi constitutionibus ac regulis, ad quarum observationem urgendam ipse deputatus esset. Idem Pater mihi narravit rem quam credere non potui, nempe expulsos ex Ordine quosdam fuisse : quod si fieri potuit, magnus est. Dein etiam prolixo me docuit quid consilii ceperitis ut omnimode per Patrem nostrum Generalem provinciam nobis propriam obtineamus. Et foret revera bellum intolerabile, si invito praebato id ageremus. Quod si pecunia ad hanc rem opus sit,

illam Deus largietur : committi autem poterit sociis Romam ituris. Equidem per Deum te oro, fac ut quantocius proficiscantur; nec iter eorum rem parvam aut adventitiam habe, cum sit potius rei totius caput. Prior Rupeculae, quando hunc quidem negotio gerendo idoneum judicas, ire posset cum P. Mariano. Si apud Generalem nihil effici poterit, Pontifex Summus erit adeundus; licet malim rem cum Generali confici, praesertim quia praeclearam nunc habemus opportunitatem. Equidem, dum video quo erga nos animo sit Mathusalem (Ormanetus), nescio cur moram trabamus; quod plane non est aliud quam nihil hic habere et optima tempora e manibus nostris elabi sinere. Scito clericum quemdam, amicum meum, hodie, dum mecum de animae suae rebus ageret, mihi dixisse certissimum sibi esse fore ut Gilbertus (videtur hoc quoque nomine innui Ormanetus) admodum brevi moriatur, imo vel intra ipsum hunc annum. Jam alias a pluribus audiavi virum illum in suis praedictionibus nunquam falli. Certe res illa possibilis est : etsi autem ea praedictio non tanti sit facienda, tamen, quia non est res impossibilis, operae pretium feceris, si quanta potes celeritate allaboraris negotiis nostris componendis, adeoque ea quae ad visitationem spectant, tanquam res non diu duraturas tractaveris. P. Petrus Hernandez quidquid de Incarnationis caenobio statuerat, effecit per P. Angelum, procul ipse ab Abula remotus; nec tamen sic quidem muneri suo visitatoris rebusque a se curandis defuit. Semper mihi ob oculos versatur quam bene tecum egerit provincialis iste (P. Augustinus Suarez), dum in caenobio ejus versabamini (vide num. 584) : quare cupio ut, si fieri possit, nullam ei molestiam inferas. Aliqui queruntur quod a P. Evangelista (illo scilicet quem Gratianus Calceatis Hispalensibus praefecerat, ut dixi num. 708) regi te sinas; adeoque interest ut bene advertas non esse nos ita perfectos ut non possimus aliis malevoli esse, aliis contra nimis benevoli.

714 Haec Sancta, res in capitulo actas approbans, et P. Gratiano modestis simul et aptissimis verbis normam agendi proponens. Ut autem mentem ejus melius assequamur, paucis referre oportet praecipua a congregatis Patribus in Almodovar statuta. Nempe primo, hortante Gratiano, quatuor diffinitores elegerunt, atque inter hos primum P. Antonium a Jesu, etiam provincialis munere, dum forte absens foret vel mortuus Gratianus, functurum. Dein sategerunt ut unam eandemque observandarum constitutionum rationem in omnes omnino conventus suos inducerent, destinato ad hanc rem urgendam P. Joanne a Jesu, priore Mancerano. Tunc de fine Ordinis Carmeli disceptatum est : quem in duabus ex aequo rebus, oratione videlicet et spirituali proximorum auxilio, situm esse PP. Gratianus imprimis et Antonius a Jesu contendebant; dum ex adverso S. Joannes a Cruce cum aliis quibusdam, licet juvandos a Carmelitis proximos non negaret, plus tamen censebat esse tribuendum orationi quam ministeriis sacris. Hanc quidem contentionem non omnino ex voto Sancti cessisse docet auctor Chronici (lib. III, cap. LI, num. 3); sed in alio quod sequebatur argumento omnium prorsus animos in suam traxit sententiam, iis videlicet persuadendo ut tantum sacrum, cui nonnullis in conventibus non sine orationis mentalis detrimento nimium impendebatur temporis, statim legibus moderarentur. Post haec decretum fuit ut Rupecula, ob insalubrem loci atque aeris naturam, cum alio habitaculo quamprimum commutaretur; quod quoniam pacto effectum sit, transitu scilicet ad montem Calvarie

AUCTORE
V. D. M.
D

E

F

capitulum Excalceatorum Almodovaren-

AUCTORE
V. D. M.

A Calceariae sesquileua ab oppido Villanova distans, legi potest in Chronico (lib. III, a cap. LV ad LV). Denique, sicuti Carmelita Calceati duos e suis Romanam miserant, lecti quoque ab Excalceatis ad iter Romanum fuerunt PP. Joannes a Jesu, jam saepe nominatus, et Petrus ab Angelis, prior Rupeculae.

capitulum ut
duo ex ipsis
Romanam eant.

B 715 Nihilominus iter hoc, quod S. Teresia, ut citata ostendit epistola, maxime cordi habebat, et de quo Gratianum valde urgebat, susceptum tunc temporis non fuit; aliis nimirum alia Gratiano suadentibus, et varia obstacula causantibus. Recte forsitan dixeris dilationem adscribendam esse duplici alii capituli decreto, quo jubebatur P. Petrus ab Angelis conventum Rupeculae transferendum curare, et P. Joannes a Jesu domus omnes Excalceatorum obire ad promovendam constitutionum observantiam: qua etiam re Sanctam adductam fuisse arbitror ut P. Joannis loco Marianum Romanam mittendum Gratiano proponeret. Ceterum vide qui iterum de itinere illo Sancta loquatur in epistola per id tempus data ad ipsum Joannem a Jesu: Quod scribis de itinere Romano, jam a multis diebus ei institi. Licet autem nunquam multum potuerunt litterae apud homines tot ductos rationibus, dummodo tamen nos faciamus id quod debemus, cadant res utcumque sors tulerit. Nec ab ipso P. Visitatore, etiamsi agere statuit, res ea pendet; quippe quem tam multi in diversam trahunt sententiam ut parum ego scribendo valeam. Valde me angit quod plus facere nequeo. Equidem existimarem fore ut P. Gratianus ex ipso suo itinere in meum consilium abiret, prouti plures mihi praedixerunt: quod utinam Deus aliquando faxit. Interim tu, qui plus habes, quam ego, auctoritatis ad persuadendum, pro tua caritate virum urgere ne cessa (tom. IV, epist. 32).

Tumultuari
desunt Cal-
ceati in Ando-
lucia

C 716 Post capitulum Almodovarense P. Gratianus mox e Castella in Andalusiam rediit; ubi omnia ab eo ordinata sunt deque reverterat P. Augustinus Suarez, provincialis Calceatorum, pro quo deprecantem Sanctam modo audiebamus (num. 713) et quem a Gratiano Ossunam ablegatum diximus supra (num. 662). Is, cum congregandos in Almodovar Excalceatos audisset, suos quoque Calceatos Andalusios congregaverat in Astygis oppido; remotisque quos Gratianus crearat canobiarchis, in pristinam formam, a Gratiano abrogatam, omnes sua provinciae conventus restituerat: quin etiam P. Joannem Euangelistam, Gratiani absentis vicarium, ex Hispalensi Calceatorum canobio extorrem miserat ad Excalceatos. His igitur mutationibus supervenientem visitatorem tumultuarie exceperunt Calceati Hispalenses, antiquam esse iactantes ejus auctoritatem litteris Romanae Curiae, a P. Petro de Cota (de quo num. 662) submissis. Reposuit Gratianus subreptitias esse litteras, imploratoque archiepiscopi et assistentis auxilio, tam strenue redarguit adversarios ut ejus imperio, quantumvis id detrectare statuerant, iterum sese subjecerint, non infirmi tantum monachi, sed provincialis quoque cum praepositis ceteris: ac, nemine jam contra huc, Granatensi canobio praefecit P. Hieronymum Ferrarium, S. theologiae lectorem.

et in Castella.

717 Hunc turbarum exitum, faustum satis pro illo tempore, Gratianus Teresiam edocuit, ut patet ex hujus epistola ad P. Joannem a Jesu modo citata. Ipsa vicissim Sancta die XX Octobris visitatori non sine iactitia annuntiavit Calceatos Andalusios qui in Castella (nempe apud aulam, ut videtur) versabantur, morigeros se praestitisse. Patet hoc ex epistola sequenti die, S. Hilarii festo, ad eundem Gratianum missa; quae ita incipit: Gratia Spiritus Sancti sit tecum. Heri scribebam ad te quam quieti ac pacifici facti

sint Patres illi, quantumque propterea Deum laudarem. Seire te velim nondum illis lectas fuisse Nuntii litteras: unde non parum metuebam quid futurum esset; praesertim cum quidam ex illis me convenisset mihi dixeret vehementer commotos esse eorum animos, quia sibi viderentur non omni juris colore destitui. Nempe dicunt, id quod ego etiam Mariano dixi ac nescio an ad te scripsi, esse rem prorsus insolitam ut quis tanquam praefatus imperet quin ostendat qua auctoritate id faciat. Quod ad causas attinet, quas in tuis ad P. Marianum litteris allegas, cur Nuntii scripturam non miseris, utique, si dubitandi ratio aliqua habeatur, melius id dubium antea motum fuisset. Utinam sic res cadant ut tu onere isto liberere, et nobis non alii remaneant quam Excalceati et Excalceatae! (tom. II, epist. 19). Vides quam apposite Gratianum moneat Sancta, quam sedulo procuret ne quid a suis fiat quod videri vel tantillum possit a caritate fraterna et candore religioso alienum. Neque adeo dubius sum quin hortatu Teresiae factum sit ut Gratianus aulam adierit, visitoris potestatem, si rex et Nuntius consensissent, abdicaturus, uti videbimus in sequentibus. Marianus vero, quocum ipsa se locutam fuisse scribit, die XXV Septembris Toletum advenerat (tom. III, epist. 65), indeque abierat Madritum; ubi rebus Excalceatorum in aula curandis integrum annum et amplius videtur allaborasse (ibid. not. 2 et 3, et tom. II, epist. 21, not. 3).

718 Reliquam etiam epistolae partem, momentosam satis, exscribamus: Dicit tibi P. Padilla qua ratione contendat P. Angelus (Angelus nimirum de Salazar, Carmeli Castellani provincialis) mihi per Concilium (Tridentinum) et expressum Reverendissimi Patris nostri declarationem prohiberi foundationes. Admodum cuperem ut, si fieri possit, illam declarationem videres. Quod vero dicit me semper huc illuc ducere moniales, id equidem cum superiorum venia feci: imo vero schedam penes me habeo qua ipse P. Angelus mihi permisit ut Veasum ac Caravacam moniales dirigerem. Quare tunc temporis eam declarationem non respexit, quandoquidem jam tum edita erat? Utinam me sinant aliquando quiescere! Faxit Deus, mi Pater, ut tu quoque otio quod ego opto, fruaris! Quod hanc ad te mitto epistolam, causa est negotium istud Salmanticense, super quo, ut mihi apparet, jam ad te scriptum erat. Docui te nuper non congruere id nostris Excalceatis: si de canobio ibi habendo ageretur, esset quidem res optima; at non item ubi agitur (nec enim aliud agi videtur) de vicariorum muneribus iis committendis, et quidem ad duos menses tantum; praesertim cum episcopus id eos non roget, nec ipsi ad res illas sint facti. Malim ego ut Excalceati in ea civitate appareant quasi homines alterius mundi, qui non eant redeantque ad mulieres. Habemus episcopum a nostra parte stantem; sine quo forsitan causa cecidissemus. Dubito num aliquid effecturus sit bonus noster Theotonius (Braganzius scilicet, de quo num. 608); neque enim auctoritate nec adeo rerum gerendarum consuetudine multa pollet. Si essem illic, fervere facerem rem istam, ac plane, credo, percoquerem: et forsitan ita eveniet, si tibi videatur. Omnia haec ad illos perscripsi. Priorissa ac caeterae sorores meae se tuis tuorumque Patrum precibus commendant, etc.

Censet Sancta
non esse PP.
Excalceatis
suscipiendam

719 Idem argumentum cum aliis pluribus eodem die XXI Octobris S. Mater latius pertractaverat scripta ad P. Ambrosium Marianum prolixiori epistola. Sollicitabantur videlicet Carmelita Excalceati ut Salmanticae muliercularum e flagitio ad meliorem frugem reversarum curam spiritualem susciperent aliquamdiu

curam mulier-
cularum, ipsae Sal-
manticae obla-
tam.

A aliquamdiu gerendam, pro absente earum vicario Joanne Diaz : ac spes simul dabatur ut stabilem eo in oppido sedem nanciscerentur. Spem quidem hanc S. Mater minime abiecit, imo vero fovet; quamquam ad meliora tempora rei exequendae laborem differendum esse, uti revera dilatus fuit ad annum 1581, pro sua perspicacitate censet : verum quoad alterum caput, seminarum, inquam, directionem, tantum abest ut ei assentiatur, ut potius magno rationum pondere perneget acceptari a suis Carmelitis posse.

nec expulsi
ut Madriti soli
idoneum com-
parent.

720 Quoniam vero etiam in animo habebat Marianus Excalceatis quos Madritum accersiverat, commune lectum prospicere; en quid super ea re prudens Virgo moneat : Probabam equidem consilium tuum de comparanda domo ubi Fratres nostri hospitari possent; nec quidquam putabam obstare, quominus, licet monasterium non sit, licentia concederetur offerendi inibi Missae Sacrificium, perinde ac vel pro saecularium procerum domibus concedi solet : atque adeo hoc Patri nostro ita persuadere conata sum. Is tamen censuit, ac recte quidem, id nunc non expedire, sed potius spectare ad res nostras penitus evertendas. Qua Patris nostri mente perspecta, non debueras tu quidem tot socios Madritum vocare, neque, quasi venia jam data fuisset, templum adornare : quod sane risum mihi movit. Imo, nisi approbante Ordinario, nequidem domum emerem : memini enim me id Hispali non impune fecisse. Denique, ut tibi jam ante acriter inculcavi, bene tibi persuade nihil effectum iri, donec a Nuntio scriptam facultatem habueris. Porro quando D. Hieronymus mihi annuntiavit te hanc rem a Patribus (Calceatis) petuisse, exterrita fui : quoniam ego non tantum, quantum vos, istis fido, saltem hoc tempore; adeoque nec alloquor Valdemorium. Namque suspecta mihi est ejus amicitia, quam ad nostram utilitatem minime referri arbitror, sed eo potius tendere ut ex nobis expiscetur aliquid de quo amicos certiores facere possit. Hoc tu quoque velim existimes, nec talibus patronis nostra committas negotia, sed Deo potius, cui soli competunt, et qui ea suo tempore perficiet. Desiste ergo a praepostera ista festinatione; quæ vel sola ad omnia perturbanda sufficit (tom. I, epist. 28).

sed potius ex-
calceatis Madri-
tum fundan-
dam esse.

721 Postquam ita nimium Mariani ardorem repressit, alia subdit quæ sibi de eodem argumento in mentem venerunt, maxime de idoneis operi fautoribus ac patronis conquirendis. Deinde, insertis iis quæ modo indicavi de fundatione Salmanticae molienda, ita pergit : Expectabam donec Madritum ire possem ad fervefaciendum illud negotium : sum enim magna negotiatrix (quod si dubites, testis esto amicus meus Valdemorius); nec sane vellem ut inconsulte agendo rem isthanc conturbarem. Nam nihil est æque quod cupiam ac domum illam Madritensem; de altera vero (scilicet Salmantica) gaudeo vos hactenus non laborare, donec amplior aperietur e regia vicinitate occasio : modo enim rationem qua consilium istud prosperari queat, non invenio. Si vero e duobus malis alterum eligi debet, multo mihi præplacet Malagon, quo vos Aloisia nostra (de la Cerda) omnibus votis advocat, utilitatibus vestris progressu temporis bene consulta; præterquam quod locus ille pagis multis magnisque cingitur, ut proin cibis non defuturus sit nostris. Essetque insuper prætextus quo Salmanticensibus probabilis fieret vestra dilatio : qui sibi nimirum persuadebunt suam petitionem non omnino abnui a vobis, sed tantum procrastinari, donec de comodo domicilio vobis prospexeritis; præsertim cum haud deceat ut religiosi indies redemptent.

722 Ne longior sim, cætera hujus epistolæ Teresianæ capita prætermitto; prout etiam feci de epistolis proximè citatis ad PP. Gratianum ac Joannem a Jesu, satis habens ea potissimum inde selegisse quæ ostendant quam actuosam in ipso suo recessu Toletano Sancta nostra sese exhibuerit, quam industrie ac sapienter viros ipsos suæ Reformationis gubernaret ac moderaretur. Quæ vero ad curam virginum suarum pertinent, si singillatim persequi vellem, esset prope labor infinitus; cum inter epistolas quas ab ea hoc tempore Toleti scriptas habemus, vix ullam sit reperire quæ non huc vel tota vel magnam ad partem referatur : ita ut, quod magnus ille Apostolus gentium de se gloriabatur : Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror? (2 Cor. xi, 28, 29), modo voci Ecclesiarum substitueris Monasteriorum, non incongrue S. Teresiae applicari posse videatur.

723 Nimirum, ut notat P. Chrysostomus Henriquez in Vita Ven. Annæ a S. Bartholomæo (lib. II, cap. xviii), sexcentis S. Mater obruebatur negotiis; quoniam non moniales modo, verum etiam viri Reformati Carmeli, licet plurimi essent inter ipsos prudentia, scientia virtuteque conspicui, ad eam tanquam ad Matrem ac Fundatricem recurrerant. Accipiebat undique litteras plurimas; agebat cum proceribus, prælatis et viris utriusque cleri primariis, probe videlicet sciens Reformationi suæ, quasi teneræ ac delicatæ plantæ, necessariam esse veluti umbram ac protectionem multorum : quorum adeo benevolentiam omni qua poterat opera sibi conciliare ac conservare studebat. Accedebat ad labores illos tam varios ac necessarios aliud opus ex obedientia erga confessarios et caritate erga moniales susceptum : scripturæ scilicet pietate ac cælesti doctrina refertæ, et eo expressæ stylo quem universa admiratur Ecclesia. Unde res prodigio similis videbatur, posse unam virginem tot maximi momenti multiplicisque argumenti negotiis sufficere; et, quantumvis animo erat ad majora etiam faciendâ satis valido, tantis aliquando premehatur difficultatibus totque habebat huc illuc expediendas epistolas, ut pene fatisceret, maxime ob continuos capitis dolores atque alios quibus tentabatur morbos.

724 Neque hic omittendum, quod jam alibi me notasse memini, longe plurimas S. Teresiae epistolas intercuisse, ut colligitur vel ex iis ipsis quæ nobis supersunt, exempli gratia ex epistola x Februarii 1577, ad fratrem suum Laurentium de Cepeda, quæ his verbis incipit : Convalui a nupera infirmitate : et cum postea nimia bile laborare mihi videbar, unde timebam ne proxima Quadragesima a jejuniis mihi foret abstinendum, purgationem adhibui. Eadem autem die tot epistolis ac negotiis distenta fui, ut usque ad horam a media nocte secundam scribendo caput læserim : quod puto mihi fore proficuum; nam vetuit medicus ne scribam ultra noctis medium, neve semper id propria manu faciam. Ac re quidem vera modum hac in parte excessi hac hieme, nec parva culpa teneor; quia, ne matutinum mihi vacuum esset, defraudabam me somno : quo insuper accedebat quod sæpe post vomitum scribebam. Cæterum, licet illa quam dixi purgationis die, grave fuerit incommodum, exinde tamen meliusculæ mihi esse cœpit; et jam valetudini multam do operam, ita ut non habeas quod de me sollicitus sis. Atque hoc ideo dixi, ne, si quam videris meam epistolam non scriptam mea manu, sive aliquam solito breviorē a me acceperis, causa hujus rei te lateat (tom. I, epist. 33). Idem liquet ex epistolis ad Mariam a S. Josepho, priorissimam Hispalensem, ubi

AUCTORE
V. D. M.
In suo recessu
Toletano
D.

negotiis geren-
dis, librisque

et plurimis
epistolis scri-
bendis.

AUCTORE
V. D. M.

A

scriptis, ut Deo
semper con-
iuncta, occu-
patus.

sapius ad eundem modum de laborum suorum mole et acceptarum missarumque litterarum ingenti numero loquitur.

725 Quod autem de valetudine sua in allegata ad fratrem epistola memorat, latius evoluit in sequenti ad eundem data die XXVIII Februarii: affirmatque adeo se debilitatam, praesertim jejuniis quod Carmelitana regula a festo Exaltationis S. Crucis usque ad diem Dominicae Resurrectionis observandum praescribitur, ut timuerit ne reliquo vitae tempore prorsus cuiusque labori ferenda foret impar, atque omni caruerit recollectione spiritali, quia mentali orationi more solito vacare non posset. Unde eo mirabilior videri debet perpetua S. Matris inter labores doloresque cum Deo conjunctio, quam his verbis testatur individua ac carissima ejus comes Anna a S. Bartholomaeo: Praeter mutuum amorem qui mihi cum illa intercedebat, alterum capiebam ex ejus consortio solatium; nimirum quod Christum Dominum passim videbam animae ejus conjunctum, tamquam si ipsa in caelo fuisset. Quae res summam mihi ingerebat reverentiam, qualem divina praesentia exigit. His generatim de commoratione Toletana S. Teresiae notatis, ad magis particularia descendam; ac primum quidem, paragrapho proxime sequenti, epocham quae inter Septembrem anni 1576 et mortem Nuntii Ormaneti intercedit, studiosius quam hactenus a Sanctae biographis factum est, et superstitionibus ejus epistolis illustrare conabor.

B

§ XL. Auget Sancta Foundationum suarum librum. Maternam de Reformatione sua sollicitudinem pluribus epistolis scribendis exerit. Succedit novus in demortui locum Nuntius apostolicus.

Quatuor na-
perrima foun-
dationum nar-
rationem

C

Ut igitur ordiamur ab iis quae ordine temporis priora occurrunt, librum Foundationum, antea perductum ad finem usque capituli XX, ultimis mensibus anni 1576 S. Teresia mandato P. Gratiani locupletavit quatuor foundationum historiis: Segoviensis videlicet, Vascensis, Hispanensis et Caravacensis. Prius autem quam continuando libro manum adiceret, haec ad Gratianum perscripsit, notatu per digna: Dum sub hanc noctem in Sacra Historia legerem Pharaonem illum cum regno suo universo gravissimis plagis a Moyse fuisse percussum, nec tamen unquam manus in eum conjecisse, omnino mirata fui, et gaudens apud me cogitavi neminem nocere nobis posse, quando Deum habemus factorem. Jucundum quoque mihi erat quod de Mari Rubro narratur; cum reputarem quanto minus sit hoc quod nos petimus. Dum autem Sancti illius conatibus jussu Dei factis delectabar, interim laetabar etiam Eliseum meum (P. Gratianum) in iisdem positum esse, eumque iterum atque iterum Deo commendabam. Recordabar quas mihi Josephus (i. e. Christus Jesus) gratias praestitisset, et quomodo mihi dixisset: «Adhuc majora videbis ad honorem et gloriam Dei.» Deficiebam desiderio mille pericula adeundi pro ejus obsequio. Quippe haec ac similibus rebus vita transigitur. Et has qui-

dem chartae commisi ineptias quas videbis. Quod ad describendas Foundationes attinet, nunc incipiam; cum dixerit mihi Josephus multis animabus hunc laborem fore proficuum. Equidem credo id ita fore, si Deus adjuverit; verum, etiamsi hoc mihi non dixisset, tamen id mihi faciendum esse statueram, eo quod tu mihi mandavisti (tom. IV, fragm. 17).

727 Iterum de eodem libro ad Gratianum scripsit ultimo die Octobris: Foundationum historia prope modum ad finem perducta est. Credo oblectationi fore quod eam videbis: nam sapida res est. Vide num bene obediam. Non raro puto hanc me virtutem habere; utpote quae, quoties mihi aliquid per jocum praecipitur, serio id facere vellem: ac libentius huic scriptioni operam do quam turbae illi epistolarum, qua conficior. Nescio vero quomodo non solum tempus mihi fuerit reliquum ad scribenda ea quae scripsi, sed nec otium quidem mihi defuerit ad agendum cum Josepho (i. e. Christo). Is nimirum est qui vires praestat ad omnia (tom. III, epist. 12). Demum XIV Novembris perfectam fuisse illam scriptionem patet ex epitogo qua caput XXVII clauditur: Incepi porro (uti dixi initio) hasce Foundationes describere jussu R. P. M. Ripaldæ Societatis Jesu, qui tum Salmantini collegii rectorem agebat, et quo ipsa, cum in S. Josephi monasterio in illa civitate erecto agerem, confessario utebar, anno scilicet MDLXXIII. Jam tum aliquas scripto commiseram; at postea, ob ingruentes occupationes, a scribendo destiti. Unde etiam in iis ulterius non pergere decreveram, tum quod dicto Patri amplius non confiterer (quia is jam alio migrarat), tum quod quidquid scribo et scripsi, magno mihi labore constat, tametsi omnem, quemcumque in eo subii, laborem ut bene impensum reputem; uti et quidquid hactenus mihi ex obedientia injunctum est.

aus Fundatio-
num libri

E

728 Hoc quidem firmiter et plane apud me constitueram; at commissarius apostolicus (qui modo est P. M. F. Hieronymus Gratianus a Matre Dei) mihi ut in iisdem pergerem et eas absolverem, praecipit. Ipsa vero ei aperiebam quam parum ad hoc haberem otii, necnon alia multa afferebam, quae ad me ab hoc onere excusandam tunc quidem mihi (quippe adeo immorigera sum) in mentem veniebant. Imprimis vero causabar ingentem quae inde mihi secutura erat, defatigationem et lassitudinem. At ille nihilo secius mihi injunxit ut paulatim, et quomodocumque possem, in earum scriptione usque ad finem progredere; uti et feci, parata et contenta, ut quidquid male dictum scirent et intelligerent, illud eraderent. Imo forsitan fieri potest ut quod mihi optimum videtur, ipsis videatur pessimum.

jussu P. Gra-
tiani

F

729 Absolutum porro opus hoc est hodie, ipsa, inquam, Sancti Eugenii vigilia, decimo quarto Novembris die, anno MDLXXVI, in monasterio Toletano S. Josephi, in quo modo R. P. Commissarii apostolici Hieronymi Gratiani a Matre Dei, quem modo Exalceatorum et Exalceatarum primitivam regulam sectantium superiorem habemus, quique etiam eorum qui mitigatam sequuntur, per Andalusiam visitator est constitutus, jussu et praeepto habitationem habeo; ad honorem et gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui regnat, et per omnia saecula in aeternum regnabit. Amen. Caeterum, ex amore Domini nostri Jesu Christi, sorores meas et moniales quae haec lecturae sunt, rogo ut me Majestati illius commendent, quo mei misceatur meque a poenis purgatorii liberet, ac, si in ipsum detrudi promerear, ad sui fruitionem non moretur admittere. Cum vero, quamdiu in vita futura sum,

Sancta adju-
git.

A sum, hoc opus visuræ non sitis, post mortem saltem is quem in eo scribendo cepi, labor et defatigatio aliquod mihi lucrum adferat, nec non ingens illud quod in scribendo habui desiderium, ut aliquid dicere possim quod vobis consolationi sit, si modo ipsum legere permittamini.

P. Didaco
Yepes

730 Ad hoc fere tempus referenda quoque videtur epistola qua S. Mater P. Gratianum certiorum facit confessorium sibi a Jesu Christo assignatum fuisse Alphonsum Velasquez, ecclesie Toletanæ canonicum (tom. IV, epist. 23). Paulo ante, suadente P. Gaspare de Salazar S. J., sibi ipsa conscientia arbitrum elegerat P. Didaco Yepes, priorem tunc temporis canobii Hieronymiani cui nomen a S. Maria de la Sista, siti extra mœnia civitatis Toletanæ. Hic vero cum antea solitus fuisset sapius Teresiam invisere, ex eo tempore quo Confessiones ejus audire ceperat, multo veniebat rarius; non quod sancto illo cum ea commercio non delectaretur, quandoquidem ipse fatebatur hoc sibi esse jucundissimum, sed quod arcana quadam vi ab ea adeunda prohiberetur, ita quidem ut quadam die, cum a Sancta fuisset accitus, ter pedem e canobio suo frustra extulerit, prout ipse postmodum, incorruptum S. Teresie cadaver Alba visitans, narravit P. Didaco de Yanguas Ord. Præd. et Maria Henriquez, ducissa Albana. Ergo Sancta, uti vicissim eadem occasione P. Yanguas Yepesio narravit, queribunda Salvatorem nostrum adiit: Ecceur, exclamans, o bone Pastor, in tantis me angustiis constitutam, ministro tuo, qui me juvare possit, privas? Quidni veniat iste quem vocavi, dum tu facere potes ut veniat? Cui benignissimus Jesus: Imo, filia, ego illum retineo, quia volo ut confessorio utaris doctore Velasquez.

in confessorium, jubente Christo, utrum

731 Non parum sollicitudinis hæc responsio Sanctæ iniecit; præsertim cum Yepesio jam animum aperire coepisset, viro de se optime merito. Contigit autem ut paucos post dies denuo Toletum accederet P. Gaspar de Salazar; cuius illa ad arbitrium rem hanc omnem statuit referre. Consuit vir animi S. Teresie apprime conscius, divino rem agi consilio; ac proin auctor S. Virgini fuit ut impostorū negotia animæ suæ ad Velasquezium referret. Hic vero tam libenter oblatam sibi curam gerendam suscepit, ut ultro Sanctæ promiserit se singulis saltem hebdomadibus, quantiscumque distentus foret negotiis, ad eam venturum esse æque libenter ac si de archiepiscopatu Toletano aduando ageretur: cui promissum stetit fidelissime, nec sine inagna S. Matris solatio ac levamento. Et hæc quidem partim desumpta ex ipsa S. Teresie ad Gratianum epistola, partim ex testimonio a ducissa Albana dato in juridicis informationibus pro Sanctæ nostræ beatificatione, quod ex Anno Terenano allegat P. Antonius a S. Josepho in notis ad citatam epistolam.

Alphonsus
Velasquez.

732 Velasquezius porro, de quo hic agitur, postquam Sanctam frequentasset ac pro Confessione audisset, tantam erga ipsam devotionem et affectum concepit, tamque præclare de heroicis ipsius virtutibus sensit, ut post aliquot annos, cum factus esset Oxoniensis episcopus, ipsam evocarit, ut Sorie, in sua diocesis oppido, monasterium constitueret, atque in domum suam ea occasione venientem genu flexu exceperit. Testatur hoc Yepesius in virorum illustrium de S. Teresie testimoniis, Vita sua Teresiana prologi loco promissis (§. III); additque Sanctam eo honore ita erubuisse atque unquam alias in vita erubuerat. A sede episcopali Oxoniensi ad Compostellanam postmodum translatus, Velasquezius apud Philippum II institit ut se gravibus laborantem morbis pateretur a pastoralis cura quiescere;

quod diceret nec suam nec regis conscientiam, quamdiu Compostellana præesset ecclesia, in tuto esse ulla ratione posse. Cui postulationi cum rex, ægre licet, ut latius exponit Palafoxius (tom. I, epist. 8, not. 3 et 4), tandem annuisset, reliquam præsul vitam uni sibi Deoque vacans exegit Talavera in Nova Castella. His de præstante illo viro obiter annotatis, historiæ Teresianæ filum resumo.

733 P. Gratianus sub finem anni 1576 visitandis Carmeli Andalusii canobis sedulam navabat operam, magni ubique, teste S. Teresia (tom. II, epist. 76), discretionis ac suavitate utens; qua agendi ratione tantos et difficillimo labore collegit fructus, ut eos pene incredibiles fuisset Sancta pronuntiavit (tom. II, epist. 85) ac Gratiano a vanæ gloriæ titillatione timuisse videtur. Sic enim post octavam omnium Sanctorum virum monebat: Nuper tibi scribebam quantopere me recreassent litteræ a P. Mariano ad te missæ; quibus narrat historiam quæ me ad laudandum plurimum Deum excitavit. Nescio unde ei tam belli joci tantumque ingenium. Sit benedictus ille qui dedit: patet enim hæc Dei opera esse. Quare in ea semper permane sententia ut gratia Dei te esse existimes id quod es, et parum tibi metipsi fidas. Quod ideo dico quod mihi videtur bonus ille Marianus nimia confidentia res suas promere ac facilia habere omnia; ita ut, eo audito, verita fuerim ne in vacuum laboraret. Jubet magnus Israel Deus in Sacris Scripturis ut sibi laudem attribuamus. Unde omnino necesse est cum scopum spectemus quem tu recte quidem tibi habes propositum, honorem, inquam, et gloriam Dei; atque omni studio caveamus ne ulla in re quæramus nosmetipsos. Ipsi enim Deo, siquidem ita ei placuerit, hoc curæ erit: nostræ vero sunt partes ut parvitatem nostram ob oculos habeamus; unde Dei magnitudo clarius eluceat.

AUCTORE
V. D. M.

P. Gratianum
de curæ altera
cavendo

734 Ut autem ostendat se non arrogantia adduci ad ita hortandum prepositum, sed potius tenerrima in eum caritate, illico, quasi corrigendæ sui ergo, subjungit: At quam stolidus sum, et quantum Pater meus ridebit, quando hæc leget! Bene sit papilionibus istis (intellige moniales Hispalenses), tanto cum solatio tua præsentia fruentibus, qua mihi istis sine multis molestiis frui non licuit. Non possum istis non invidere: quanquam summo mihi gaudio est industria illa qua iis est integrum, et quidem sine cujusquam crimine, aliquam Paulo meo (i. e. Gratiano) levationem afferre. . . . Magna me jucunditate afficiunt istæ sorores, dum (quæ tua est in me benevolentia) adeo accurate me de omnibus faciunt certiorum, adduntque se tuo jussu id facere. Lautissimum enim mihi gaudium est quod videam te non esse mei immemorem (tom. II, epist. 21.)

modeste blandique
admonet;

735 Scilicet Hispalim tanquam centrum suorum per Andalusiam laborum Gratianus constituerat, ubi passim omne illud tempus quod habebat a visitationibus vacuum, transigeret. Hinc frequens illi cum canobio monialium Hispalensium consuetudo, præsertim vero cum canobii illius priorissa, Maria a S. Josepho, præstantis ingenii virgine, quam passim Teresia et Gratianus arcanorum ac consiliorum suorum consciam et commercii epistularis sequestram adhibebant: quo facile explicatur cur longe sapius ad hanc quam ad ceteras priorissas S. Mater eo tempore scripserit. Ne autem litterarum ad ipsum Gratianum scriptarum multitudo adversariis suspitioni esset, ea qua arte se deinceps usuram Sancta die xvi Novembris laudata priorissa annuntiat: Litteras meas ad Patrem nostrum nullo involucre obtegam, easque tibi inscribam, adjecta duplici cruce,

sique Hispali
versanti,

AUCTORE
V. D. M.

A cruce, vel potius triplici; melius enim est tres cruces apponere quam duas vel unam, siquidem plurimae sunt cruces (i. e. *arumnae*) quibus istae affliguntur. Monachis quoque Patrem nostrum ut ipsis suis litteris nihil inscribat; sed tibi potius eas committat, quibus eandem quam tuis litteris inscriptionem imponas. Magis enim hoc valet ad dissimulandum quam id quod antea suggesti (tom. III, epist. 68).

non vero illis
virtus, in moni-
alibus locuto-
rio cibis dari
sunt.

736 *Quantolibet autem esset Sanctae nostrae oblationi mutua Gratianum inter et moniales Hispalenses necessitudo, tamen inde enasci regularis observantiae imminutionem vel minimam a quo animo sinere non poterat. Hanc ob causam, cum sciret Gratianum saepius apud moniales cibum potumque sumere, non obstitit quidem quominus ille ob temporis rerumque adjuncta id facere pergeret; attamen gravissimis verbis non semel tum priorissam tum Gratianum ipsum admonuit ne idem ad alios viros permitterent extendi (tom. I, epist. 53; tom. IV, epist. 20). Licet, ait, hoc tempore omnia sancta sint, scio quid futurum sit, si jam nunc cautela non adhibeatur: et haec causa est cur hanc rem tantopere pressi. Quam vero pro Gratiano tum fecerat exceptionem, eandem iterum sexto post mense non confirmavit solum, verum etiam, quoniam videbat bono Patri pessime cum Calceatis concenire, quodammodo ampliavit. Namque initio Decembris injunxit priorissae Hispalensi ut Gratianum enixe rogaret ne amplius Calceatorum refectorio uteretur; hinc enim gravissima in Reformatum Carmelum universum redundare incommoda (tom. III, epist. 70): tum etiam eandem priorissam de cura qua Patris amantissimi necessitatibus impigre inserviebat, ample dilaudavit, et ad peragendum, modo fieri posset sine scandalo, hortata est (tom. II, epist. 85). Ne autem haec in Gratianum caritas ullam egestatem offerret monasterio satis pauperi, provida mente S. Fundatrix subsidia pecuniaria in eum usum curaverat subministranda a monialibus primae suae ac carissimae domus S. Josephi Abulensis (tom. II, epist. 83 et 85).*

737 *Interim ad inopiam qua moniales Teresianae Veasi ac Caravaca premebantur, accedebant lites ne scio quae adversus eas motae, quas mense Maio 1577 nondum terminatas fuisse Sancta queritur in epistola tunc Hispalim data (tom. II, epist. 89). Imo Veasi vitam tam agere sustentabant moniales, ut Gratianus, quando illuc exeunte anno 1576 accessit, deliberarit cum Ven. Anna a Jesu, priorissa, de domicilio Granatam transferendo. At consulta de hoc negotio S. Fundatrix, in haec verba respondit: Videtur mihi timor iste ne rebus necessariis destituamur, indicium esse permodicam in Deum fiducia; siquidem ne vel minimum animalculum reperire est cui summa Majestas escam non suppediet. Curam vestram ac sollicitudinem omnem, filiae meae, in benignissimum Jesum conficite; spondeo enim vobis fore ut nunquam vobis desit vosque destituat. Praeterea, si quidem breve tempus est ex quo monasterium istud fundatum fuit, non videtur expedire ut tam cito istinc retrahatur. Aliquot annos expectate. Dein, si vestrae inopiae remedium non attulerit Deus, signum erit ipsi placere ut mutatio fiat. Interim faciant nunc praepositi nostri id quod sibi videtur faciendum (tom. IV, fragm. 71). Malagonensis quoque canobis virginis varias patiebantur calamitates, quas Sancta describit in epistola XIII Novembris 1576 ad priorissam Hispalensem data (tom. I, epist. 55).*

Hispalenses
etiam cibum
non patun-
tur.

738 *Ceterum minimi facienda est haec rerum deliquitium inopia, si comparetur cum illis malis quae eodem tempestate sanctae virginis Hispalenses patiebantur, ob calumnias potissimum quas Calceati*

Patres alique horum partibus additi adversus illas et Gratianum ipsamque S. Fundatricem passim in vulgus spargebant. Certum est e Sanctae nostrae litteris has tragedias agi cepisse jam inde ab anno 1576. Calceatusque eo anno exeunte consilium inisse ablegandae ad exteros Teresiae, de quo ipsa non illepidè scribebat XXVI Novembris: Gratum mihi fecerunt qui occasionem quaerunt mittendi me ad Indos. Sit istis Deus propitius. Nihil enim melius facere possunt quam ut tanta simul probra in me congerant, ut apud neminem scilicet fidem inveniant (tom. II, epist. 84). Attamen in his ordinem temporis mihi videntur parum servasse auctor Chronici et qui ejus vestigia pressit P. Fredericus, dum huc referunt ablatum Mariæ a S. Josepho monasterii sui regimen auctoritate provincialis Calceatorum Andalusiae, necnon binas litteras quas Sancta illa occasione dedit ad P. Pantoja Carthusianum et ad moniales suas Hispalenses. Equidem ex attento Teresianae historiae studio persuasum habeo ea non pertinere ad hoc de quo nunc agimus tempus, sed ad finem anni 1578 et initium 1579. Nempe usque ad postremum hunc annum atrox illa tempestas adeo saevire non desit, ut potius, si breviter aliquot intervalla exceperis, magis magisque increverit; donec tandem per regios commissarios penitus depulsa fuit, prouti suo loco dicemus. Haec autem turba connexa quoque sunt cum questione de confessariis monialium, quam speciali tractabimus paragrapho.

739 *Interim ut scias quid S. Teresia hoc tempore censeret de illis Calceatis qui suae Reformationi exitium machinabantur, memento ab ipsa enixe rogatum fuisse Gratianum ne apud eos cibum sumeret; ac praeterea adi binas litteras, initio Novembris ad Marianum datas, in quibus haec inter alia scribit: Reverendam me appellas et Dominam. Sit Deus tibi propitius; vere enim videmur tu et ego ad Calceatos revertisse. Jucunda mihi accidit amicitia Reverendi istius (Valdemorii, quem ex superiori ad Marianum epistola, num. 720 citata, jam novimus) qui nuper ad te venit gratiam postulaturus, et me jam Abulae pro ea impetranda convenerat. Meliorem illi salutem concedat Deus. Hem! numquid duodecim horas habet una dies? Fors mutatus jam erit (tom. IV, epist. 33). Quae vero fuerit gratia illa, altera docent litterae: Hodie me invisit bonus Valdemorius, et jam credo, vera loquitur de amicitia; quippe ipsi nunc bene est. Multis mihi disseruit de S. Paulo Christianos persequente, ac de iis quae postmodum Apostolus gessit. Quod si noster ille vel decimam partem eorum quae S. Paulus fecit, pro Deo fecerit, condonabimus illi quidquid in nos deliquit vel deinceps delinquet. Dixit se a te petisse ut fratrem suum inter nostros reciperes. Utique, si tantum concionatoribus indigeremus quantum ipse dicit, magnam nobis faceret gratiam: at metuo scilicet ne Pater noster (Gratianus), qui visitationis tempore aliorum Ordinum homines expellit, non facile in suum Carmelum extraneos admittat. Existimo igitur Valdemorium nostrum unicam hanc e sua amicitia capturum utilitatem, quod nempe ipsum Deo commendabimus. Ceterum istae videbitis quid expediat (tom. IV, epist. 34). Quod S. Mater hic de Gratiano innuit, explicat P. Antonius a S. Josepho (nota 3 ad citatam epistolam) his verbis: Gratianus catalogum confici jussit omnium qui ex aliis Ordinibus ad nostrum transierant; hosque ad suam quemque Matrem remisit, quia plurimum retardabant Reformationem. Videre est eorum nomina in originalibus visitationum actis, quae penes Observantes nostros Madritenses servantur.*

a PP. Calceatis
sparsus.

F

De Paternensi
cœnobio missi-
one.

740 Sic quasi sponte ad Gratiani visitationes re-
vertimur, a quibus parumper recesseramus. Singu-
latim equidem res a Gratiano gestas enarrare nec
possum nec debeat; sed catenus solum ea a me refe-
rendæ sunt quatenus ad vitam S. Teresiae illustra-
tionem aliquid momenti offerunt. Sub hoc igitur
respectu non ultimum locum tenet monialium Tere-
sianarum in Paternam missio; cujus occasionem ac
circumstantias ita summatim narrat P. Antonius a
S. Josepho (tom. II, epist. 22, not. 10 et 11): Erat
Paternæ cœnobia virginum Carmelitanarum Cal-
ceatarum, adversus quas nebulo nescio quis turpem
atque horrendam adornavit accusationem. Sancta,
dum adhuc Hispali morabatur, institit apud P. Gra-
tianum ut veritatem exploraret, ac probata monia-
lium illarum innocentia, insigniter puniri curaret
perfrictæ frontis hominem qui tantam filiabus San-
ctissimæ Virginis crimen asingere non dubitasset.
Hujus rei ac simul reformandi cœnobii causa Gra-
tianus, pro sua visitoris potestate, eidem præfecit
Isabellam a S. Francisco, Excalceatam Hispalensem,
cui sociam dedit Isabellam a S. Hieronymo, ac
deinde etiam Margaretam a Conceptione, veli albi
sororem. Maria a S. Josepho, totius rei conscia,
testatur factam esse profectionem Paternensem
mense Octobri 1576, reditum vero incidisse in diem
festum S. Barbaræ anni sequentis 1577. Huic testi-
monio consentanea est depositio Isabellæ a S. Fran-
cisco, affirmantis se Paternæ prioratum gessisse
annum cum mense. Per id tempus manifeste patuit
Calceatarum Paternensium innocentia, ac publice
pœnas dedit nefarius impostor. Excalceatæ autem
nostræ, licet illic non parum passæ, tamen egregie
consuluerunt famæ ac religioni sororum suarum.
Et hæc utramque hodie dum conservant, transitu
facto in Sanctæ Annæ cœnobia, quod pretiosissi-
mis opulentæ civitatis Hispalis ornamentis annu-
meratur, succedentibus in Paternenses ædes monia-
libus clarissimi Ordinis qui a S. Joanne dicitur,
quarum nobilitati par pietas. Porro Gratianus pro
patefacta innocentia multis criminibus accusatus
fuit, uti ipse libris propria manu conscriptis testa-
tum reliquit. *Hæc laudatus P. Antonius.*

Sancta gaudi-
um suum le-
stat prioris-
is Hispalensi

741 Porro Sancta nostra quanto exultavit gaudio,
quando de Paternensi suarum expeditione certior
facta est, qualemque hinc promovendæ Dei gloriæ et
animarum salutis spem conceperit, multæ ex epistolis
ejus ostendunt. En, exempli causa, quomodo loqua-
tur in epistolis ad priorissam Hispalensem: Invidi,
inquit, plurimum nostris illis quæ Paternam pro-
fectæ sunt, non tam quia cum Patre nostro ierunt,
quam quia ierunt ad patiendum: pro hoc enim
bono alterum obliviscerem. Faxit Deus ut res hæc
principium sit operæ a nobis ad ejus obsequium im-
posterum adhibendæ! Cum tam paucæ ibi sint, non
multis opus habere mihi videntur præter victum ad
famem levandam: audi vi nimirum ipsis non suppe-
tere quod manducet. Ardenter hic Deum preca-
mur ut ipsis adesse dignetur. Tu has litteras ad eas
mittere ne negligas; et si quas ab iis acceperis, has
mihi, queso, afferri cura, ut videam quomodo se
habeant: denique litteris, hortatu, consilio illas
juvare ne cessa. Valde enim grave ipsis accidit
quod tam solæ sint (tom. II, epist. 84). Multa mihi
solicitudine est circa monasteria quorum cura Patri
nostro incumbit. Modo Excalceatas meas in ejus
auxilium impendo, ac libentissime meis ipsam im-
penderem (tom. III, epist. 70). Non intra unum
istud monasterium stabit Excalceatarum in aliis
reformandis opera (ibid. epist. 69).

et P. Mariano,

742 Item in epistola ad Marianum data xii De-
cembri 1576 (et non 1578, uti vult Lataste in nota

ad versionem gallicam: nam primo quidem in ipsa hæc
epistola assertit Sancta postridie fore feriam quintam;
jam vero xiii Decembris feria quinta esse non potest
nisi littera dominicalis fuerit G, quod non anno 1578,
sed anno 1576 obtinuit: præterea, uti modo vidi-
mus, Excalceatæ Hispalenses Paterna jam exces-
serant anno 1577 exeunte): O Pater mi, letabunda
inquit Sancta, quanto cor meum exundat gaudio,
quoties ex hoc Ordine nostro aliquis quidpiam facit
ad Dei honorem et gloriam vel aliqua peccata ex-
stirpat! Unum me torquet atque sollicitat: nimirum
quod video quam parum sit quod eum in finem ego
conferre valeam. Quidni liceat et mihi pericula
adire atque ærumnas, ut spolia participem cum his
qui medias in acies se fortiter injiciunt! Quandoque,
quæ mea malitia est, delector quiete qua hic mihi
frui concessum est: at, ubi ad me pervenit notitia
rerum quæ illic aguntur, mœrore conficior et æmu-
latione adversus Paternenses illas. Quamquam gau-
deo quoque quod Deus Excalceatas meas ad suum
obsequium adhibere cœperit; ac sæpe, dum video
mentes illas tanta animositate res hujusmodi ca-
pessere, mihi persuadeo fieri non posse ut Deus,
nisi ad insignem aliquem finem, tantas iis gratias
impertiat. Quod vero si nihil amplius facerent, E
vel hoc solum lætitia me afficeret quod illo in mo-
nasterio moratæ aliquamdiu fuerint, ac prohibue-
rint saltem aliquas Dei offensas: quanto magis
igitur lætandum mihi nunc est, dum spero fore in
Domino ut plurimis aliquando animabus prosint!

743 Relicta Paterna, de qua adhuc aliqua
deinceps occurrent, per hanc ipsam epistolam ad
alia transeamus. Sic eam continuat S. Mater: Me-
mento ut declarationi quæ in Fratrum nostrorum
gratiam fiet, etiam apponatur licentia fundandi
monasteria virginum. Confessario hic utor doctore
Velasquez, ecclesiæ Toletanæ canonico, viro, ut
vulgo compertum est, litteris ac pietate præstanti.
Is ægre fert jam non fundari monialium cœnobio;
ac me hortatus est ut per D. Aloisiam de la Cerda
implorem regii legati qui Romæ est, intercessio-
nem, ad obtinendam fundandi facultatem a Præpo-
sito Generali, sin minus, ab Summo Pontifice: dici
enim posse affirmat monasteria nostra esse Hispa-
niæ specula; se id ipsum scripto asserturum. Jam
antea certior te feci de fundatione quæ offertur.
De utraque igitur re mihi responde. Ex epistolio
quod ad me misisti, magnum cepi solatium: gra-
tiam tibi rependat Deus. Equidem id quod dicis, F
jam firmiter animo tenebam. Ecce nuntium ad me
nuntium dat P. Balthasar? Omnes nostros velim sa-
lutes meo nomine.

744 Quod autem dicit P. Joannes a Jesu, velle
me ut nudis pedibus incedatis, est equidem quod
nirer; quippe cum id semper prohibuerim P. An-
tonio: erravitque si meo judicio steterit. Namque,
quoniam mihi erat propositum ut viros idoneos
ad nos allicerem, metuebam ne nimia vitæ nostræ
asperitas deterrerentur; et tamen ex altera parte
nuditas illa pedum erat necessaria, qua ab aliis istis
Carmelitis distingueremini. Nescio an dixerim æque
vos frigori obnoxios fore hoc qualicumque calceatu,
ac si omnino excalcearemini: sed illud bene me-
mini me dixisse, nempe meo judicio valde male
congruere pedes nudos cum bono jumento; quare
nequaquam nostris permittendum esse jumentorum
usum, nisi longi itineris aut necessitatis causa; de-
nique absurdam rem mihi videri quod aliqui juve-
nes Excalceati jumento huc vecti essent, ubi iter
tam breve erat, ut facile potuissent pedites con-
ficere. Atqui hoc ipsum iterum dico, non bene
stratis insidere mulis juvenes qui calceos non ha-
beant.

AUCTORE
V. D. M.

E

cui mentem
quoque suam
de promovendi
fundatio-
nibus.

F

de nimia pe-
dum nuditate
vitanda

AUCTORE
V. D. M.

A beant. Cæterum quæ mihi affinguntur de inmodica pedum nuditate, ne in mentem quidem mihi unquam venerunt. Ergo mone ut aliud a nemine fiat quam quod hactenus solitum est, et Patri nostro hoc indica.

et de victus
separatim nu-
meranda ap-
puit.

B 745 Alterum est quod fortiter ursi, videlicet ut nostris de meliori victu provideatur. Versantur enim mihi ante oculos ea quæ mihi dixisti; ac sæpius plurimum doleo nihilum hac in re me efficere potuisse. Heri, antequam tuæ litteræ mihi apportatæ erant, in spem tandem veneram fore ut post biduum emendatio fieret; verum ubi vidi quo res gerantur modo, ad Deum me recepi, solatium postulatura. Ipse enim, uti omnia nostra cæpit, ita etiam cæpta ordinabit: gaudeo autem quod te mihi consentientem habeam. Insuper petii instanter ut in operibus manualibus nostri exercerentur, saltem in conficiendis cistellis aut similibus rebus, et quidem hora recreationis, si aliud tempus non suppetat: nam ubi studiis litterariis non vacatur, maximi id momenti est. Intellegas velim, Pater mi, amicam me esse magni processus in virtutibus, sed non rigoris, uti ex nostris monialium domibus videre est; nescio an ideo, quod parum ipsa pœnitentiæ studeo. Plurimas Domino nostro tribuo laudes quod tanta ad negotia tantam tibi dat lucem. Omnium vero maximum hoc est, Dei laudem et gloriam unice concupiscere. Pro qua utinam mille mortes oppetere nobis contingat! Amen. Amen. (Tom. II, epist. 46.) Quæ in hac ad P. Marianum epistola pertractat Sancta, partim una cum aliis Ordinis negotiis recurrunt in epistola medio circiter Decembri scripta (tom. II, epist. 23) ad P. Gratianum; quem etiam die VII ejusdem mensis certior fecerat et consuluerat de oblata sibi fundatione in Aguilar del Campo a divite et improbi vidua, quæ fortunas suas, suasu Patris ejusdam e Societate Jesu, in canobii Carmelitarum Excalceatarum erectionem impendere statuerat (ibid. epist. 22). Ita quidem omnes pene epistolas anno 1576, quoad scio, a S. Teresia scriptas, ordine quam potui optimo, suis locis indicavi. Ut integræ earum series perficiatur, addenda tantum sunt tres ad Gratianum (tom. II, epist. 20, 22 et 27) et duæ ad priorissam Hispalensem (tom. III, epist. 71 et 72).

Scribitur Apo-
logia Regulari-
um.

C 746 Prius autem quam anno 1576 excedamus, mentio facienda videtur rei cujusdam sat memorabilis; quæ, licet ad S. Teresiam vix quidquam videatur pertinere, tamen in quibusdam ejus epistolis invenitur usque proinde dilucidandis inservere potest. Loquor de P. Ferdinandi del Castillo, Ord. Præd., epistola, quam vocant Apologiam Regularium, ad Philippum II ex Atochensi conventu scripta die XXIII Octobris 1576. Hanc, inquit P. Jacobus Echard, noster Joannes Lopez inseruit Histor. Gener. P. IV, lib. 3, cap. 63, pag. 736; ejus scribendæ hæc occasio fuit. In Fratres Ordinis Minorum Batiæ provincie, alicujus illorum forte prætextu reatus, præter juris ordinem regulariumque disciplinam, etiam auctoritate regis insurrexerant osores eorum aliqui: cum autem id in commune regularium omnium exitium famæque dispendium, morum et disciplinæ detrimentum manifeste vertetur, malo huic occurrere Castillius noster et apud regem intercedere decrevit pro disciplinæ regularis juribus communique regularium fama et nomine; quod hac Epistola seu Apologia præstitit et pro votis consecutus est. (Scriptor. Ord. Præd. tom. II, pag. 309.) Equidem, cum Historia illa Ordinis Prædicatorum, idioma hispanico conscripta et sex comprehensa voluminibus, quorum duo prima P. Ferdinandum del Castillo, quatuor reliqua P. Joannem Lopez auctorem habent, in nostra bibliotheca non

extet, et aliis in libris, quæ sive Franciscanam sive Dominicanam tradunt historiam, plenam factorum de quibus agitur, notitiam frustra quæsissem; adiutissimum Bibliothecæ regie Bruzellensis codicem quo prælaudata P. Castilli epistola continetur, signata numero 3763 et manu pereleganti scripta, errore tamen in anni nota commisso, ubi ad finem scribitur 1580 pro 1576.

D 747 Porro, ut nihil aliud dicam quam quod ad rem nostram facit, querelæ, hac epistola (jurene an injuria) ad regem perlata, potissimum cadunt in Ormanetum Nuntium et Joannem de Padilla, S. Teresiæ amicos ac fautores studiosissimos. Ac manuscripto quidem, quod consului, epistolæ exemplo nota subditur, quæ dicitur actum in consilio regio fuisse tum de Padilla carceri includendo, tum etiam de remittendo ex Hispania Ormaneto recusandisque imposterum quoscunque Romanus Pontifex in illud regnum ablegasset Nuntiis. Ergo ad hoc Padillæ infortunium alludit Sancta, dum in litteris ad P. Marianum III Novembris scriptis ait: Valde angor malis quæ patitur bonus Pater noster de Padilla. Non potest demon tam magnis operibus bellum non inferre: det Deus animum homini illi ac vires (tom. IV, epist. 34). Et in alteris litteris, paulo post, ut videtur, scriptis, gaudium testatur suum de bona Padillæ valetudine (tom. IV, epist. 33). Ignoro autem num ad hunc ipsum an vero ad alium Padillæ casum respiciant, quæ Sancta anno 1578 die XXVIII Julii scribebat ad P. Dominicum Bañez: Vehementer me afficit mala sors Patris de Padilla, quem pro Dei famulo habeo. Dignetur Deus veritatem patefacere; valde enim pati necesse est illum quem tot inimici insectantur: quæ quidem communis omnium nostrum sors est; sed pro tam bono Domino vitam atque honorem pessumdare res est exigua (tom. IV, epist. 73). Quod vero allegata nota perhibet actum fuisse de dimissione Nuntii, confirmari videtur e prima trium epistolarum quas e S. Matris autographis gallice versas primus edidit R. D. Migne (Oeuvres très-complètes de Sainte Thérèse, tom. II, pag. 664 et seqq.). Ibi enim Sancta, postquam demum anxie quæsit de valetudine Padillæ (is autem verbis quæ ostendant bonum virum eo tempore, nempe XVI Februarii 1577, vel nondum incarcerationem fuisse vel jam exisse e carcere), dein ita de Ormaneto loquitur: Scias, mi Pater, cogitasse me omnino nos opus habere bono Nuntio, qui certe est Dei famulus. Abitus ejus, si locum habeat, maximam mihi molestiam afferet. Quidquid sit, videtur causa hæc, quatenus saltem ad Ormanetum futurosque post ipsum Nuntios spectabat, brevi cum bona utrinque gratia composita fuisse; sicuti ipse hujus Commentarii mei decursus ostendet. Joannem vero de Padilla a Sacrae Inquisitionis tribunali crimine absolutum fuisse, asseverat P. Antonius a S. Josepho in annotationibus suis ad epistolas superius allegatas.

adversus Nun-
tium et Joan-
nem de Padilla.

E 748 Annum ingredimur 1577; ejus in principio, nempe die II Januarii, Sancta fratri suo Laurentio illa misit carmina:

Mittit S. Ma-
ter carmina

O hermosura que excedeis
A todas las hermosuras!
Sin herir dolor haceis;
Y sin dolor deshaceis
El amor de las criaturas.
O nudo que así juntais
Dos cosas tan desiguales!
No sé por que os desatais:
Pues atado fuerza dais
A tener por bien los males.
Quien no tiene ser, juntais

Con

- A. Con el ser que no se acaba :
Sin acabar, acabais :
Sin tener que amar, amais :
Engrandeceis nuestra nada.
- O pulchritudo quæ excedis
Omnes pulchritudines !
Sine ictu dolorem facis ;
Et sine dolore aufers
Amorem creaturarum.
- O node qui ita jungis
Duas res tam dispares !
Nescio cur dissolvatis :
Siquidem strictus vires præbes
Ad mala in bonis habenda.
- Eum qui non habet esse, jungis
Cum ente nullum habente terminum :
Non interiens, interimis :
Non habens quem ames, amas :
Amplificas nostrum nihilum.

nam litteris ad
fratrem suum.

749 Eadem cui hæc carmina inseruntur epistola etiam annuntiat quod sequitur : Injuxit mihi Nuntius ut ad se mitterem exempla diplomatum quibus ad fundanda monasteria usa fui, una cum catalogo quo indicentur numerus ac locus cujusque monasterii, numerus item monialium et quam quæque patriam et ætatem habeat; demum quot ex iis ad prioratum gerendum idoneæ mihi videantur Ajant hæc illum eo petere quod propriam nobis provinciam facere velit : verum timeo ego ne potius intendat nostras moniales ad alia cœnobia reformanda adhibere; qua de re jam pridem, nec sane nostro bono, actum fuit : tantum quod pro Ordinis nostri monasteriis id jam fieri patimur (tom. I, epist. 31). Utique de Paternensi cœnobia hic loquitur; cui reformando duas moniales, ut supra vidimus, Hispali Gratianus deduxerat. His juvenis unam alteramve veli albi sororem deputari Sancta suadet litteris in Januarii datis ad priorissam Hispalensem (tom. III, epist. 73); cui suasioni Gratianus obsecundans, sociam primis duabus reformatricibus elegit Margaretam a Conceptione. Manserunt autem hæc tres Excalceatæ in monasterio Paternensi usque ad diem IV Decembris; qua demum die Hispalim redierunt (tom. III, epist. 77).

De rebus ad
Ordinem ad P.
Gratianum,
ad priorissam
Hispalensem
et ad P. Mari-
anum scribit.

750 Tertio post festum Epiphaniæ die S. Fundatrix, ad ipsum P. Gratianum scribens, hæc quoad reformanda monasteria monet : Quod dicis de damno tot animarum quæ se Dei servitio in Religione manciparunt, jam dudum id deploravi. Factu optimum est ut eis de bonis confessariis provideas : et hocce remedium ni adhibueris, quocumque miseris nostras Excalceatas, timeo ne parum admodum proficias. Etenim magna erit difficultas, si, rebus exterioribus intentæ, non habeant a quo in interioribus adjuventur; prout ipsa experta fui, donec nostri Excalceati cœnobia Incarnationis operam dare cœperunt. Jam vero, quandoquidem aliud non intendis quam medelam animabus afferre, id velim procures, addito etiam mandato ut iis in locis ubi Fratrum cœnobia existit, nemo moniales adeat qui eas inquietare possit (tom. IV, epist. 24). Alias epistolas XVII Januarii ad fratrem suum et ad priorissam Hispalensem dedit (tom. I, epist. 32 et 50); et iterum ad hanc XXVI Januarii inter alia scripsit : Vides quantum chartarum ad Patrem nostrum (Gratianum) mittam . . . Visum hic quoque fuit mandatum Generalis quod mihi Hispali adhuc versanti intimatum fuit, quo non ego solum exire prohibeor, sed et cæteræ omnes moniales; ita ut nullam in domum, sive ad prioratum gerendum, sive alia de causa, transmigrare illis liceat. Itaque immineret nobis exitium, si quando

Patri nostro sua auferretur commissio. Etiam si enim Excalceati nos regant, nihil hoc nobis proderit, nisi Pater noster, adhuc commissarius, declaret exire nos interdum posse : ejus autem declaratio et mihi et monialibus sufficit. Quoniam ergo fieri in horas potest ut sic incautæ excipiamur, obsecro te ut negotium isthoc omni qua potes diligentia conficias. Is cui litteras ad Patrem nostrum ferendas dabis, expectare poterit donec declaratio scribetur, ad quam scribendam non est multo tempore opus, eamque in reditu suo ad te afferre. Aliter autem litteras non mitte quam per mulionem, et proposito bono vecturæ pretio; Patrique nostro significa me tibi scripsisse ut responsiones suas ad te mittat. Mire hactenus insanivimus : nempe administrator, qui est legum peritissimus, ac doctor Velasquez, inspecto Generalis mandato, dicunt nos agere posse, et commentarium hac super re mittunt. Faciat Deus quidquid maxime ad suum obsequium conducet. Cum vero illi mihi injungant ut celeriter rem faciendam curem, ipsis obsequor (tom. III, epist. 74). Vides impigram S. Matris prudentiam. Initio Februarii, dum metus Sanctæ incenserat ob iter P. Tostati ad aulam Madritensem (tom. I, ep. 33), commodum accidit ut Toletum veniret P. Petrus Hernandez Ord. Præd., Carmeli Castellani olim visitator, cujus sæpe cum laude meminimus. Et dixit mihi, ait illa, ad Marianum (ni fallor) scribens XVI Februarii, fore ut prævaleat visitatorum potestas, si Tostatus exhibere nequeat diploma quo ostendat se in eos jus habere; sin aliter, tacendum nobis et obediendum esse, atque alia via rem aggrediendam. Commissarios enim, pro ea quam habent auctoritate, nec provinciam conficere posse nec constituere diffinitores. Itaque consulto opus est et prece ad Deum, in cujus potentia sita sunt omnia : dignetur, quod ardentem omnes petimus, ocius tibi reddere sanitatem. Is quem vides tabularius id unum in mandatis habet ut mihi renuntiet quæ tua sit super hoc negotio sententia et qua sis valetudine (epist. 1 inter eas quas primus edidit R. D. Migne). Videtur Mariani responsio Teresiam metu exonerasse, quantum colligere est ex altera ad eundem epistola versus idem tempus exarata; in qua etiam letitiam ostendit de promotione Gasparis de Quiroga, episcopi Conchensis ac præsidis S. Inquisitionis, ad sedem archiepiscopalem Toletanam; asseritque se hanc promotionem jam dudum ante pro-

AUCTORE
V. D. M.

E

F

Judicium summi Inquisitoris de suis libris atque fratri suo Laurentio nuntiat.

751 Die XXVIII Februarii prolixas S. Mater litteras dedit ad fratrem suum Laurentium, e quibus sequentia seligo : De scriptis meis bona accepi nuntia. Summus Inquisitor, inaudito hactenus exemplo, ea ipse legit; ac videtur de iis locutus fuisse cum honoris significatione. Dixit ipse Dominæ Aloisæ (de la Cerda) nihil inibi reperiri quod negotium facessere Inquisitoribus possit, cum nec mali quidquam, sed potius multum boni contineant. Tum etiam, pro egregio quo est in Excalceatos animo, quæsiuit occur nondum Madriti monasterium excitasset. Scito eundem hunc esse qui non longo abhinc tempore archiepiscopus Toletanus designatus fuit. Magnopere illi nostrum hoc negotium cordi est, uti ad me scripsit Aloisia, quæ illo amicissime utitur et nescio quo in loco sermonem cum illo videtur habuisse. Ipsa brevi, quando huc reverteretur, cætera me docebit. Hæc cum episcopo (Abulensi), subpriorissa et Isabella a S. Paulo, sed non cum aliis, communices velim; rogesque ut nemini indicent, sed Deo omnia commendent. Sane optima sunt ejusmodi nuntia . . . Bene valet P. Visitator. Nunc, ut fertur, redit Tostatus; qui reditus, credo,

AUCTORE
V. D. M.

A credo, eo spectabit ut toti orbi tandem aliquando nostra haec negotia innotescant: apparet quippe nihil aliud agi quam comœdiam. Interim ardentem cupio Patrem nostrum illo onere levatum videre. Faxit Deus sicut fieri oportere viderit (tom. II, epist. 50). *Iisdem litteris Laurentium docet moniales Hispalenses rerum temporalium copia auctas esse. De qua prosperitate ipsam quoque earum priorissam, litteris item xxviii Februarii ad eam datis, gratulatur: Remuneretur tibi Deus, inquiens, ob bona nuntia quae ad me perscribis: vere enim tibi edico fuisse haec mihi jucundissima, et prae caeteris ea quae ad domum vestram pertinent: quippe magno mihi levamento est quod aliquanta quiete fruimini. Multa hoc prece a Deo postulaveram: quare nec absque ingenti voluptate strenas tibi dabo meas. Utinam me Deus pro te orantem exaudire dignetur! Nunc enim dives cum sis et officio praemineas et prospera utaris fortuna, divino auxilio ad humilitatem colendam valde indiges. Ac mihi quidem certum apparet omnia ista beneficia Dei bonitate, cui aeterna laus sit, in te fuisse collata: quod omnino velim tibi mecum persuadeas. Tum, paucis interjectis, rem aliam attingit his verbis: Magnopere mihi displicet Patrem nostrum de prolatis in nos dieteris inquisitionem ex forma juris instituere. Mera enim sunt turbamenta, quae ridere et sustinere praestat: equidem, quod ad me attinet, iis non parum delector* (tom. II, epist. 87).

Censuricium scribit de rebus spiritualibus epistolam.

752 Sequitur ex ordine temporis satis proluxa ad eandem priorissam epistola, data ii Martii; in qua inter caetera agitur de explicatione horum Jesu Christi ad Teresiam verborum: Quare te in me. Narrat S. Mater se haec verba proposuisse fratri suo Laurentio, eademque ab aliis etiam piis viris fuisse in disceptationem vocata; inter quos deinde convenisse ut cum quisque de iis commentarium mitterent ad moniales S. Josephi Abulenses: at Abulensem praesulem, Alvarum de Mendoza, praecipisse ut ipsa Sancta iudicem ageret; quod quidem se fecisse, licet prae capitis dolore via legere posset (tom. I, epist. 57). Extat Sanctae nostrae de praedictis commentariis censoria epistola ad episcopum modo laudatum, quam passim Hispani la Carta del vejamen appellant, quaeque ob nativos quibus ornatur lepores merito a Palafoxio tanquam egregium sanctae eutraphiae exemplum dilaudatur (tom. I, epist. 5). Non absimili hilaritate et jocis admodum concinnis conspersa quoque est alia S. Matris ad priorissam Hispalensem epistola, quae circiter idem fere tempus videtur exarata fuisse (tom. II, epist. 86).

Nicolai Doria filii Caraceni Episcopi.

753 Die xxiv Martii Carmelitanam vestem induit Nicolaus a Jesu Maria, Genuae e nobilissima familia Doria natus anno 1539; ille qui postmodum anno 1588, facta Calceatos inter et Excalceatos omnimoda separatione, primus novi Ordinis Vicarius Generalis renunciatus fuit. Studiorum curriculum partim in patria sua Italia, partim in Hispania cum laude emensus, ac dehinc sacerdotio insignitus, res domesticas Christophori de Rojas, archiepiscopi Hispalensis, inordinatas ac fere deperditas, resarcierat. Interim de animi sui rebus frequenter disseverat cum P. Ambrosio Mariano; et aliquando etiam cum S. Teresia de sua ad religiosam vitam vocatione, nullius Ordinis expresso nomine, fuerat locutus. Exinde S. Mater, viri pietate ac prudentia mirum in modum delectata, enixis precibus a Deo contenderat ut is Excalceatis Carmeli alumnis adseriberetur. Ejus in Religionem ingressu quantum latata fuerit, testatum facit in epistola ad priorissam Hispalensem scripta die ix Aprilis (tom. II, epist. 88).

754 Sub idem tempus quanquam e particularibus domibus nuntia accepisset non admodum lata: Malagone enim erga Annam a Matre Dei, quam Briandae a S. Josepho, morbi causa Toletum evocata (tom. II, epist. 89, 90 et 91, et epist. 2 ex iis quas R. D. Migne primus edidit), Sancta vicariam substituerat (tom. II, epist. 25, not. 4), non ita bene afficiebantur moniales (tom. I, epist. 36; tom. II, epist. 63); Veasi et Caravaca judicialibus pauperes virgines torquebantur molestius (tom. II, epist. 89); Hispali priorissa et subpriorissa graviter aegrotabant (ibid. et epist. 90, 91 et 92, item tom. IV, epist. 68): novam nihilominus pro generalibus Reformationis suae rebus spem Sancta concepit ex eo quod Gratianus a Nuntio Ormaneto Madritum accerseretur (tom. II, epist. 89 et 90); quo reapse iter instituit ad finem Maji, postquam Tostatus eo jam pervenisset in pervigilio Pentecostes, die ejusdem mensis xxv; uti P. Antonius a S. Josepho constare dicit e libris Carmelitarum Calceatorum Madritensium. En quid hac super re S. Mater perscripserit die xxviii Maji ad priorissam Hispalensem: Bonam nobis Pentecosten attulit adventus Patris nostri, qui in aulam, accitus a Nuntio, proficiscitur, integerrima gaudens valetudine. Scito igitur prorsus oportere ut plurima et accuratissima prece negotia nostra Deo commendemus. Tostatus modo in aula versatur. Ante quatuor aut quinque dies huc transiit tanta cum festinatione ut tres tantum quatuorve non amplius horas hic substitit. Deus autem in his omnibus id faxit quod ad suum honorem ac gloriam maxime conducet: nec enim aliud cupimus (tom. III, epist. 75). Dubium interim mihi est utrum hac occasione, an vero aliquot ante mensibus, Gratianus a rege ac nuntio efflagitaverit ut ab onere visitandi Carmelum Andalusium liberaretur; prout ipsum irritum conatu fecisse narrat auctor Chronici (lib. III, cap. lvi, et lib. IV, cap. xxi).

Reformatio Teresiana D

755 Verum S. Teresiae exspectationem omnem hac ipsa tempestate penitus disturbavit Ormaneti obitus. Vir optimus et de Religione Catholica egregie meritis, quem S. Carolus Borromaeus, scribens anno 1566 ad Cardinalem Alexandrinum, pronuntiat in rebus agendis omnino integrum, doctum, fortem, ingenium et in negotiis demandatis promovendis vix unquam cessantem, ex hac vita decessit, non anno 1557, ut typotheta errore scribitur in Maffei Verona illustrata (tom. II, pag. 420); nec anno 1575, ut, hunc errorem corrigere volens, asseruit Biancolinius in Serie scriptorum Veronensium inter Supplementa ad Veronense Chronicon Petri Zagata; neque tandem xviii Januarii 1577, ut Ughellus habet (Italiae Sacrae tom. V, col. 460, ed. Venet.); sed, ut ex serie actorum et epistolarum S. Teresiae liquet, mense Junio 1577. Tanta autem ei fuerat opum terrenarum despicientia ac generosa in pauperes largitas, ut ne satis quidem pecuniae reliquerit ad corporis sui sepulturam: quare Philippus II e regio wrario amplissimum funus ei faciendum curavit.

Nuntii Ormaneti morte

756 Ormaneto, priusquam moreretur, jam fuerat a Gregorio Papa XIII successor designatus Philippus Segae, episcopus Ripae Transonae, ut docet P. Philippus Becchetti in Historia ecclesiastica (lib. xxiv, num. 45). Erat Segae, uti idem Becchettus et Strada (De bello Belgico, dec. i, lib. ix) cum plurimis historicis referunt, jam ab aliquo tempore apostolicus in Belgio Nuntius apud Joannem Austriacum, quem kalendis Maji 1577 solenni pompa Bruxellas ingredientem fuerat comitatus, cuique ex parte Summi Pontificis quinquaginta nummum aureorum millia, Britannico prius bello destinata, obtulerat. Exinde tum apud Austriacum, tum apud delegatos

et Philippi Segae, successoris ejus,

A *delegatos Ordinum Belgicorum, exhibitis quas habebat litteris pontificiis, rem Catholicæ Religionis strenue promovere studuerat, exitu tamen parum fausto propter perfidas multorum in Deum regemque rebellium machinationes, Mense Julio, quando sese Austriacus e Brabantia Namurcum recepit, adhucdum in Belgio, teste Strada, degebat Nuntius; sed abiit in Hispaniam aliquamdiu ante XXIV Augusti, uti liquet e litteris quas ea die ab Ordinibus Belgii ad regem Philippum scriptas exhibet Petrus Bor in sua Belli Belgici Historia (lib. XI); quarum initio dicitur Ripanus episcopus alteras nuper eorumdem Ordinum litteras ad regem secum attulisse. Pervenisse autem in Hispaniam videtur ante XXV Septembris; prout colligi posse arbitror ex Historia Stradana collata cum narratione Gasparis Scheti Curvini, Domini in Grobbendoncq, quam latine edidit in suis Analectis Belgicis Petrus Burmannus secundus, et cujus duplex exemplar MS. gallico idiomate exstat in Bibliotheca Burgundica Bruzcellensi, notatum numeris 15897 et 15898. Hinc namque Strada memorat Austriacum accepisse ab rege litteras, opera Philippi Segæ festinatas, in quibus rex volebat Ordinum delegatis edici, arma ut deponerent, Orangium ne admitterent, Edicto perpetuo obtemperarent: illine vero habemus Schetum, testem ocularem, qui affirmat (apud Burmannum, part. 1, pag. 111) has litteras XXV Septembris datas fuisse.*

in Hispaniam
adventu

757 Prius autem quam Roma in Belgium nostrum Segæ abiret, hinc (uti modo demonstrabam) in Hispaniam profecturus, nullum non moverant lapidem Ordinis Carmelitani in Italia præsidēs, ut suas in partes novum Nuntium traherent atque adversus Excalceatos animarent, adhibita etiam in hunc ipsam finem ope auctoritateque Philippi Cardinalis Boncompagni, quem Gregorius XIII, patruus suus, anno 1573, S. Carolo Borromeo sponte ac libere abdicante, protectorem Carmelitis dederat; et qui præterea Segam sibi habebat consanguinitatis vinculo primam, dein beneficiis quoque multis obstrictum. Hoc igitur adveniente, immutata mox rerum Carmeliticarum apud Hispanos facies, et exorta ingens in S. Teresiam ejusque prolem procella: quæ qua ratione caperit, qua vehementia savierit, qui tandem regis Philippi opera cessaverit, ipsa Sancta summatim enarrat capite XXVII libri Foundationum his verbis: Moritur interea Nuntius apostolicus, vir sanctus et mirus virtutum fautor et cultor, qui et hac de causa aestimabat Excalceatos. Illius in locum alius sufficitur, quem propterea Deus submisisse videbatur, ut aliquam nobis patiendi materiam suggereret. Pontificem Summum aliquo consanguinitatis titulo is attingebat, et haud dubie Dei servus erat. Sed mox ut hac venit, Patrum Calceatorum negotia serio cordi habere et studiose promovere capit; et, secundum ea quæ illi de nobis relata erant, visum illi expedire ut hæc quæ jam data erant principia ulterius non procederent. Unde etiam mox summo cum rigore id ipsum executioni mandare cepit, eos condemnando, carceri mancipando aut proscribendo quos sibi in hoc cepto resistere posse putabat.

in genus dis-
tribuit.

758 Præ cæteris autem exagitati sunt P. Antonius a Jesu, is, inquam, qui primi Excalceatorum monasterii fundamentum fuit, nec non P. Hieronymus Gratianus, quem nuper defunctus Nuntius apostolicum Calceatorum Patrum visitatorem constituerat. Adversus hunc et P. Marianum a S. Benedicto novus ille Nuntius maxime insurrexit. Qui et quales Patres hi sint, jam ante in superioribus foundationibus declaravi. In alios etiam Patres e gravioribus et celebrioribus animadvertit, sed non eo

quo in priores rigore. His ergo anathematis proposita poena indixit ne quis verbum ulla de re amplius faceret. Satis vero apparebat hæc omnia Deo dirigente fieri, ipsiusque Majestatem ad majus aliquod bonum, utque honorum illorum Patrum virtus magis hac ratione innotesceret (uti etiam innotuit), permittere. Quocirca quemdam ex Mitigato Ordine monasteriis nostris tum virginum tum virorum visitatorem præfecit. Qui si id quod cogitabat, in illis invenisset, nimis quam graviter nos allixisset, quamquam adhuc sat magnam afflictionem passi sumus, quemadmodum aliquando scripto committet qui melius quam ego id poterit præstare. Ego vero hæc obiter tantum et velut pertransennam tango, ut quæ post venturæ sunt moniales norint quantopere ipsæ ad perfectionem semper promovendam sint obligatæ, cum jam velut complanatum inveniant quod monialibus hodie viventibus tam caro stetit; etenim illarum nonnullæ illo tempore satis multa propter sinistra illa testimonia et calumnias perpassæ sunt: quarum sane magis miserebar quam mei ipsius; nam quod ego patiebar, adeo non me affligebat, ut potius gaudium inde et voluptatem caperem. Persuasum habebam mei unius causa turbidam hanc tempestatem coactam esse, meque in procellosum mare adinstar Jonæ conjecta, fore ut universa procella detumesceret.

759 Benedictus sit Deus et laudatus, qui veritatis patrocinium suscipit, uti hic suscepit. Etenim rex noster Philippus, cognito quid rerum ageretur et audito quæ Excalceatorum esset vivendi ratio et institutum, nostri patrocinium suscipere dignatus est; adeo ut a solo Nuntio causam nostram noluerit judicari, sed quatuor ei sua ipse sponte designavit assessores, viros graves, et horum tres esse jussit religiosos, quo causæ nostræ æquitas melius inquireretur. Horum unus erat P. Petrus Hernandez, vir vitæ sanctimoniam, doctrina judicioque præstans; qui jam alias in Castellana provincia apostolici commissarii et visitoris, tam Calceatorum quam Excalceatorum, munere functus erat. Norat is rei veritatem, et quænam tam horum quam illorum esset vivendi ratio; etenim aliud nihil desiderabamus quam ut id innotesceret.

760 Ubi ergo primum intellexi hunc a rege virum ad causæ examen et cognitionem denominatum esse, rem ut confectam habebam, quemadmodum etiam deinde, quæ Dei misericordia est, confecta est feliciter. Det Majestas ejus ut id ad gloriam et honorem suum cedat. Tametsi vero permulti Hispaniæ proceres et episcopi summo opere festinarent ad nuntium de rei totius veritate certiore reddendum, hæc tamen omnia nihil profuissent, si Deus rege ut instrumento usus non esset. Quamobrem, carissimæ, cum quam maxime obligatæ sumus semper nostris in orationibus Domino commendare, uti et omnes eos qui causam ipsius et B. Virginis Dominiæ nostræ defendendam susceperunt. Quocirca id vobis etiam atque etiam commendo. Jam igitur liquido videtis, carissimæ, quam parva ad ulterius fundandum suppeteret opportunitas. Quare assidue jugiterque orationibus insistebamus et pœnitentiis frequentabamus, ut domus quæ jam fundatæ erant, Deus ulterius conservaret, si illis ad suum honorem uti vellet. Hæc ibi S. Mater.

761 Absit autem ut Philippum Segæ, rebus ad Dei obsequium et Ecclesiæ Sanctæ utilitatem, tum in sua diocesi Placentina, ad quam in Octobris 1578 e Ripana translatus fuit, tum in Belgio, Hispania, Lusitania, Germania, Gallia, quas omnes regiones

AUCTORE
V. D. M.

D

E

in qua defn. ope
regis

feliciter emer-
sit.

F

adductur.

AUCTORE
V. D. M.

A regiones Nuntius vel legatus apostolicus variis temporibus adiit, tum Romae, ubi ecclesiarum ac monasteriorum reformator ac visitator a Gregorio XIII fuit constitutus, optime et sanctissime gestis conspicuum, adeoque ob ingentia in rem Christianam merita ab Innocentio IX purpura cardinalitia decoratum, pietate, continentia, imo paupertatis etiam tolerantia (ut Placentino ejus sepulchro inscribitur) aliarumque virtutum ornamentis clarum ac celebrem, absit, inquam, ut talem tantumque virum de prima sua in Excalceatos Carmelitas non bene sibi notos severitate, quam ipse postmodum, veritate perspecta, in summam benignitatem convertit, acerbius incusemus. Quos enim alibi pro R. P. Rubi Generalis et capituli Placentini defensione attulimus rationes multo sane magis, attentis rerum adjunctis, pro Nuntio militare debent, ut apposite animadvertit P. Fredericus a S. Antonio (lib. II, cap. XXX). Ulteriori igitur quoad hanc rem discussioni superseendum ratus, historiam Teresianam sequenti paragrapho prosequar.

B § **XLI. Litteras dat Sancta ad regem de sparsis in P. Gratianum calumniis, ac non diu post de sævitia PP. Calceatorum in S. Joannem a Cruce ejusque socium et moniales cœnobii Incarnationis Abulensis. Scribit Castellum animæ. Controversiam quamdam cum provinciali S. J. amice componit.**

P. Gratiani
famam

C **P.** Gratianus, mox ut Ormaneti mortem rescivit, supremum Inquisitorem Quirogam et præsidem regii consilii Cocarruciam, quorum maxime cura negotia Carmelitana rex commiserat, ultro adiit, laboriosum visitatoris munus denuo in horum manibus depositurus; quod diceret, assentiente etiam S. Teresia, omnem auctoritatem suam obitu Nuntii concidisse. Sed aliter visum regi Philippo: qui, consultis super ea re Compluti, Toleti ac Madriti theologie jurisque doctoribus, censuit commisso Gratianum officio adhucdum legitime vacare posse (tom. III, epist. 20); Testatumque interim visitationibus, quas ex accepta a Generali Rubeo potestate facere intenderat, interdixit (tom. IV, epist. 68). Itaque Gratianus, qui paulisper renovanda spiritualibus exercitiis menti Pastranam accesserat, Hispulum denuo recertit, stupentibus Calceatis, qui ante paucos dies per eam civitatem sparserant illum auctoritate privatum et castigatum pro meritis a rege fuisse. Attamen eodem tempore Testatus, licet aliquantum regia prohibitionem repressus, mire Patres Excalceatos torquebat ac varias in sententias distrahebat, missis quaquaversum mandatis, quibus vetabantur novitios sibi adsciscere, et Calceatis subesse jubebantur omnibus in locis in quibus utrique haberent domicilia.

ad adcoercentis
lucratum

763 Turbas hinc, præsertim per Andalusiam, exortas, dum Excalceatorum alii Testato, alii Gratiano parendum censerent, sat proluxe enarrat auctor

D *Chronici (lib. IV, cap. XXIV). His accedebant graves in Gratianum ac monasteria Teresiana calumnie, eo ab adversariis prolatae audacius, quin etiam ad regem per famosos libellos delatae, quod nitebantur mendacibus testimoniis duorum Excalceatorum. Horum alteri nomen fuisse Michaelis de la Columna asserit auctor Chronici; alterius vero nomen honoris causa reticet, addens fuisse e primariis Reformati Carmeli viris ac postmodum facti poenitentem Ulysipone quiete et sancte vitam produxisse usque ad annum 1589. Quoniam vero a S. Teresia in litteris mox citandis vocatur Balthasar, aliqua mihi est suspicio hunc fuisse P. Balthasarem a Jesu, de initiis Reformationis, ut antea vidimus, optime meritum: qua in suspitione eo magis obfirmor quod de reliqua ejus vita, quantum ego quidem scio, altum servant silentium tum auctor Chronici tum alii Ordinis sui scriptores. Non poterat S. Mater his calamitatibus non vehementer affici. Etenim, ut ipsa postmodum scripsit ad P. Gratianum (tom. I, ep. 23), ad quemdam directorem animæ suæ (tom. II, ep. 44) et ad fautorem suum Theotonium de Braganza (tom. I, ep. 3), tanta erant illæ adversus Gratianum criminationes, tanque atroces de ipso ac monialibus Excalceatis libelli regi offerebantur, ut Reformati Carmeli honor videretur in supremum discrimen adductus, et nemo non stupeat eo malitia potuisse ab hominibus deveniri; præsertim cum angelica monialium vita ac magna Gratiani integritas, cui accedebat mira in illis angustiis patientia ac letitia, nemini non deberent esse perspectæ.*

764 Quapropter ipsa, cum alio quo confugeret non haberet, queribundas dedit ad Philippum II litteras in hæc verba: Jesus. Gratia Spiritus Sancti sit semper cum tua Majestate. Amen. Innotuit mihi de commentario Majestati tuæ oblato adversus P. Magistrum Gratianum. Quas equidem artes cæcodæmonis ac ministrorum ejus stupeo: qui non satis habent turpitudinem inflixisse huic Dei servo (vere enim talis est, qui cunctas nos exemplo suo ita ad virtutes colendas pertrahit, ut quæcumque visitavit monasteria, prout litteræ assidue ad me scriptæ testantur, novo spiritu inibuerit); sed nunc etiam nituntur horum monasteriorum, ubi tot virgines tam bene ancillantur Domino, famam inquinare. Atque ad rem hanc pessimam opera utuntur duorum Excalceatorum; quorum alter, priusquam Fratribus aggregaretur nostris, famulum in his monasteriis agens, multis in rebus palam fecit quam sit identidem judicii expers. Hujusmodi igitur hominem, aliosque in P. Gratianum, quippe a quo castigandi erant, ira commotos, æmuli impulerunt ad subscribendum insulsæ accusationi, qua monialibus Excalceatis ea criminum monstra inferuntur, quæ mihi, nisi metuerem ne illa diabolus in nostram delorqueat perniciem, non aliud quam risum motura fuissent: adeo sunt ab Instituti nostri ratione abnormia.

rex Philippus,
ad quem
per litteras

765 Per Dei amorem Majestati tuæ supplico, ne testimonia tam infamia coram tribunalibus in apertam proferri lucem patiare: quandoquidem ita comparata est hominum natura ut facillime iis, licet perpurcato crimine, mala de aliquo suspicio adhæreat, modo occasio suspicandi aliquando fuerit data. Nec potest Reformationi non ob stare macula quævis nostris aspersa rebus; quæ quidem per Dei bonitatem optimo sunt loco, sicuti Majestas tua, si dignata fuerit, videre poterit e probatione quam certas ob rationes P. Gratianus pro nostris monasteriis conficiendam curavit a viris gravibus et sanctis qui cum monialibus hisce agere solent. Quoad vero libellorum istorum auctores, quandoquidem nihil impedit quominus disquiratur quæ eos causæ inci-

querens
Sancta

taverint,

A taverint, per amorem Dei Homini nostri, de cujus gloria et honore agitur, obsecro Majestatem tuam ut huc quoque curas suas extendat. Si enim viderint adversarii suas accusationes aliquo numero haberi, eo devenient ut ad depellendam a se visitationem reum haereseos agant visitatorem: et, ubi non multum timoris Dei adest, facile inventientur criminis argumenta.

confugit.

766 Ac me quidem dolor quo miserandam illius servi Dei vicem doleo, cujus est in omnibus rebus spectata aequitas ac vitae perfectio, supplicem tuam Majestati facit, ut vel tuo illum praesidio digneris, vel visitandi onus, quo istis obijcitur periculis, ab humeris illius dimoveas. Neque enim ipse a familiae suae, quae tota in Majestatis tuae est ministerio, virtute degeneravit; sed vere mihi videtur homo missus a Deo, et a B. Dei Matre, cui insignem ille pietatem adhibet, ad hunc Ordinem, ut mihi auxilio esset, attractus. Quippe, postquam totos septemdecim et amplius annos sola fuissen passus, ita imbecilles vires meae conciderant ut jam mihi viderer oneri ferendo impar. Longius a me propectam orationem Majestas tua boni, precor, consulat. Nempe audacem me fecit magnus amor quo Majestatem tuam prosequor: quia mecum ipsa considerabam, siquidem Dominus Dens inconsultas querelas meas suffert, fieri non posse ut tu easdem respuas. Dignetur ille exaudire omnes preces quas Excalceati Excalceataeque fundunt, ut Majestatem tuam, praeter quam in hac terra nullum habemus refugium, plurimos servet annos. Scribebam Abulae die xiii Septembris 1577, indigna Majestatis tuae serva ac subdita, Teresia a Jesu (tom. I, epist. 1).

unius repa-
randam

767 Quem his litteris Sancta intenderat finem, brevi post feliciter est consecuta. Namque, ut ipsa mense Octobri priorissae Hispalensi annuntiabat, F. Michael et P. Balthasar testimonium quod falso adversus Gratianum ediderant, publice coram scribis et SS. Jesu Christi Corpore retractarunt: juravitque Michael nihil eorum quae probroso illo in innocentes libello continebantur, a se fuisse scriptum, at se, et ac minis adactum, nomen suum ei apposuisse (tom. III, epist. 76). Facta est haec retractatio non die iv Septembris, ut habet Chronicon (ecce enim Sancta adhuc xiii Septembris ad regem de ea re scripsisset?), sed viii Octobris, ut ex originali charta asserit P. Antonius a S. Josepho (ibid. not. 8). Nec vero bonus Michael satis habuit hoc modo sua dicta revocasse; sed etiam, die xxiv Octobris, teste eodem P. Antonio, litteris penitentiae suae testes ad Philippum II direxit. Balthasar autem circa idem tempus veniam a Gratiano petiit per litteras, quas auctor Chronici testatur autographas penes se fuisse; quibus fatebatur sanctissimos esse Teresianae prolis universos mores, ac se non alia causa ad calumniam devenisse quam quia sibi falsa quadam delatione persuasisset injuriam sibi fieri a P. Gratiano. Edita hac utriusque Excalceati retractatione, de ceteris criminibus Gratiano aliunde objectis itidem examen a consilio regis institutum fuit; quo demum, patente luculenter veritate, omnis fuit depulsa calumnia (tom. I, epist. 3).

et P. Testa-
tum eadem
dem curat.

768 Haec omnia cum essent jam agitari coepta, et duobus protectoribus Gratiani jam pridem ab rege assignatis aliter quidem, nimirum Gaspar de Quiroga, supremus Inquisitor, ab episcopali sede Concheni transiit ad Toletanum, ad quam fuerat ante aliquot menses designatus (tom. IV, epist. 44); alter vero, Dilacus de Cocarrucias, Segoviensis antistes et princeps regni Castellae, die xxvi Septembris ad superos abiit. Qua occasione, etiam Quiroga non cessabat in defensionem Excalceatorum strenue, quan-

tum poterat, incumbere, quia is tamen solus ad illum laborem haud sufficere videbatur, rex vigilantissimus Philippus toti consilio suo rerum Carmelitarum curam commisit; Testatoque praecepit ut quaecunque attulisset vel accepisset praelatorum suorum mandata, congregatis consiliariis ostenderet, nec ea prius executioni mandaret quam fuissent rite legitimeque recognita et approbata. Obnixus ille huic praecepto fuit quanta potuit maxima sagacitate; ac multa constantia usque sub anni finem litem super ea re gessit cum licentiate Chucamero, actore causarum consilii regii.

769 Nunc ut ad alia veniamus quae S. Teresiae magis propria sunt, animadverterit sedulus lector litteras ejus ad regem, quas paulo ante videbamus, exaratas fuisse Abulae. Eo nempe se contulerat mense Julio, prout ex instrumento juridico die xxix illius mensis ab ipsa conscripto liquere affirmat P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 92, not. 5). Errat hic proculdubio Boucher, narrans hanc transmigrationem Sanctae injunctam fuisse a Philippo Segae, Ormaneti successore; siquidem is illo tempore adhuc in Belgio versabatur, prout supra demonstratum fuit. Credibilius ergo mihi videtur id quod conjicit P. Fredericus a S. Antonio (lib. II, cap. xxx), Sanctam cum venia sive P. Gratiani sive provincialis Carmelitarum Calceatorum, qui hic invitatus esse non poterat, iter illud suscepisse, ut primum suum monasterium S. Josephi Abulense ab episcopi jurisdictione eximendum et Ordini suo submitendum curaret; quemadmodum ipsa narrat ad finem ultimi capitis libri Foundationum, hisce verbis: Visum mihi est hoc loco referre quomodo moniales cenobii Abulensis (quod primum omnium fundatum fuit, cujusque fundatio alibi descripta est, non autem in hoc libro), quae in prima sua fundatione obedientiae Ordinarii subjectae fuerant, jam Ordinis se obedientiae subjecerint. Quo autem tempore id fundatum est, Abulae episcopum agebat Alvarus de Mendoza, qui modo Palentinae sedi praest, et quamdiu Abulae egit, mirifice moniales fovit et protexit. Cum autem ei obedientia praestaretur, intellexi a Domino id quidem tunc expedire. Et certe satis id postea apparuit; etenim in omnibus quas exinde ordo passus est difficultatibus, nec non in aliis plurimis rebus quae occurrerunt, egregiam semper in eo opem et benevolentiam expertae sumus: unde etiam nunquam passus est ut ab alio sacerdote domus visitaretur; atque adeo aliud isthoc in monasterio non liebat quam quod ego ab ipso postulabam.

770 Hac porro in obedientia septemdecim circiter annos (non enim exacte memini) mansimus: neque etiam, ut ea mutaretur, ipsa cupiebam. Verum postea, cum Abulensi episcopo Palentinus episcopatus daretur, et ego tum Toleti versarer, dixit mihi Dominus expedire et consentaneum esse ut moniales S. Josephi jam Ordini obedientiam redderent et hoc ipsa procurarem, ac nisi id fieret, fore ut monasterium hoc quamprimum de vigore et rigore suo remitteret. Ego vero, quod alias intellexissem consultum esse eam Ordinario loci praestari, aliquam in hisce verbis contradictionem includi rata, nesciebam quid agerem. Quare rem confessario meo, qui tum erat qui modo Oxomensem episcopum agit (Alphonsus Velasquez, de quo vide quae retuli num. 732) et vir apprimè doctus est, aperui. Nullam vero hic in eo subesse difficultatem aiebat; nimirum tunc temporis prius illud fieri oportuisse, nunc vero aliud expedire (et recte illum censuisse, jam multis in rebus ad oculum docuit eventus), ac credere se, monasterio illi longe salutarius et consultius fore quod aequale aliis monasteriis esset, quam

AUCTORE
V. D. M.
D

Abulae suum
S. Josephi mo-
nasterium.

E

F

quid hactenus
episcopo sub-
fuerat.

AUCTORE
V. D. M.

A
jurisdictioni
aut Ordinis
Sancta sub-
mittit.

quam si solum et exemptum. Unde Abulam me ire et hac de re agere jussit.

771 Inveni porro episcopum adeo diversa sentientem ut nullo modo hac inclinaturus videretur: at, cum ei damna nonnulla recenserem, quas, si secus fieret, monialibus possent evenire, et cum eas ipse singulari affectu prosequeretur, rem accurate secum cepit dispicere. Et, quoniam boni est ingenii, et Dominus a parte sua cooperabatur, alias insuper (et quidem praequantiores quam ego attuleram) rationes invenit: unde decrevit, quod ab eo postulabam, executioni mandare; ac, licet sacerdotes nonnulli id minime expedire objicerent, nihil tamen apud eum impetrare potuerunt. Requirebantur ad hoc monialium suffragia et consensus; quarum aliquibus id nimis quam difficile et grave videbatur: at, quoniam me unice diligebant, hinc rationibus quas apud eas depromebam, acquievere; praesertim quod episcopum cui Ordo tantum debebat, et erga quem ipsa singulariter afficiebar, jam viderent alio concessisse; neque me semper habiturum erant. Haec ratio permultum apud eas valuit. Itaque tanti momenti negotium tandem aliquando executioni mandatum et conclusum est. Etenim omnes reipsa viderunt quanto in ruinæ periculo domus hæc versata fuisset, nisi hoc ita factum esset. Benedictus sit Dominus in æternum, qui tanta cum providentia et affectu, quidquid ad bonum et salutem ancillarum suarum quoquo modo spectat, procurat. Amen.

B
Plurima, quæ
S. Teresiam
elegit prioris-
simam,

772 Dum Abula hæc ob causam apud suas Excalceatas agebat S. Mater, mense Octobri Isabella a Cruce suum prioratus triennium finiebat in monasterio Incarnationis. Instituta igitur de more ritumque Ordinis suffragatione, maxima ac sanissima pars monialium, cui Sanctæ nostræ memoria ob res ante paucos annos summa cum laude ac fructu spirituali gestas adhuc in benedictione erat, ipsam sibi legitime in priorissam elegit. Cui electioni cum ceteræ moniales acriter refragarentur, adeoque provincialem, qui tunc erat P. Joannes Gutierrez a Magdalena, tanquam judicem superiorem appellarent; ex tibi tragediam sanequam miserabilem, quam ipsa Sancta exeunte Octobri in epistola ad priorissam Hispalensem ita describebat: Ante quindecim dies jussu Tostati huc advenit provincialis Calceatorum ad faciendam electionem, magnas censuras et excommunicationis poenam proponens iis quæ suum mihi daturæ essent suffragium. Nihilominus, ac si nihil minarum iis intentum fuisset, me elegerunt moniales quinquaginta quinque. Quarum ut singula suum suffragium ferebat, eam excommunicabat et execrabatur provincialis chartasque pugnas laceratas ac percussas flammis tradebat. Jam decimaquinta dies est ex quo, tanquam excommunicatæ, ab audiendo Sacro et ab ingressu chori, etiam quando Officium divinum ibi non concinitur, penitus arcentur; imo ne sinuntur quidem confessariorum aut parentum frui alloquio. Quod autem mirere magis, postridie rescissæ illius electionis eas revocavit provincialis, ut iterarent suffragationem. Cui cum illæ respondissent non esse quod actam electionem denuo agerent, anathematis sententiam recantavit; vocatisque reliquis, quæ numero erant quatuor et quadraginta, aliam constituit priorissam (cui nomen Anna de Toledo), ac gestæ rei instrumentum ad Tostatam, a quo confirmaretur, destinavit.

C
moniales Abu-
lenate consilio
Incarnationis

773 Licet ab eo hæc in priorissam confirmata sit, priores illæ virgines, in sententia perstantes, proflitentur se ei obedire non velle nisi ut vicariæ. Affirmant viri litterati eas haudquaquam esse excommunicatas, sed Fratres illos læsi Concilii

(Tridentini) reos esse, qui priorissam constituerint non electam pluralitate suffragiorum. Interim illæ nuntiandum Tostato curarunt velle se ut ego ipsis præsim. Qui negavit se id toleraturum; nec aliud permittere voluit nisi ut me in cenobium Incarnationis recolligendi animi causa reciperem. Quid porro futurum sit, nescio. Cæterum, ut summam complectar, nullus est quem res illa non valde perculerit atque offenderit: equidem libentissime quidquid in me peccarunt, ignoscerem, modo me pace mea frui siverent. Nullatenus cupio in illa Babylonia versari, praesertim cum adeo tenui utar valetudine, quæ tenuior etiam fit quando in domo illa dego. Faciat Deus quidquid ad suum maxime obsequium conferre possit, ac me ab ipsis liberare dignetur (tom. III, epist. 76).

774 Et in epistola ad Theotonium de Braganza, data XVI Januarii 1578: Bonæ illæ, inquit, moniales Incarnationis in poenam suorum peccatorum me elegerant priorissam. Attonita est civitas universa de ærumnis quas passæ fuerunt ac patiuntur et nescio quamdiu porro sunt passuræ. P. Tostatus inaudito in ipsas rigore usus fuit. Dies amplius quinquaginta interdicta ipsis fuere Sacra: nunc vero adhuc vetantur quempiam colloqui causa videre. Vulgo dicebantur excommunicatæ; sed negabant theologi Abulenses ad unum omnes: quandoquidem excommunicatio in eas tantum cadebat quæ extraneam monialem elegissent, ego autem neque ut talis notata eram, nec vero, cum ea in domo professionem fecerim ac plures annos inibi vixerim, a monialibus pro tali habebam. Nempe, si modo voluissem, poteram eo redire, utpote quæ dotem ibi meam habeo nec ad separatam provinciam pertineo. Interim priorissam a minori monialium parte electam superiores suo in munere confirmarunt. Causa adhuc pendet in consilio regio, nec scio quem habitura sit exitum. Mihi vero peracerba accidit turba hujusmodi ac scandalum civitatis et inquietudo tot animarum: erant enim moniales excommunicatæ plus quinquaginta quatuor. Una hæc mihi consolatio fuit, quod nihil videlicet non fecissem quo eas a me eligenda absterrerem (tom. I, epist. 3).

D
misere a Car-
molitis Calce-
atis vexantur;

775 Hæc Sancta in binis quas dicebam litteris: ex aliis vero litteris patet eandem tum per se tum per alios serio hortatam fuisse amantissimas sui virgines ut Annam de Toledo, cui quasi vicariæ tantum obediebant, pro vera haberent ac revererentur priorissam: quod tamen non nisi post tres quatuorve menses videtur ab ipsis obtinuisse (tom. III, ep. 14). Simul quoque, uti praesertim videre est in epistola x Novembris Madritum missa ad Alphonsum de Aranda, sacerdotem Abulensem (tom. IV, epist. 51), varias tentabat vias plurimasque in auxilium vocabat intercessores, ad impetrandum, sive a Tostato, sive a provinciali, seu demum a Nuntio apostolico, solutionem anathematis in moniales Incarnationis contorti. Tandem, audita consilii sui sententia, rex ipse ad finem mensis Novembris Tostato per Nuntium Segam in mandatis dedit ut moniales illas censuris omnibus curaret absolendas. Ergo, ait Sancta, scribens x Decembris ad priorissam Hispalensem, Tostatus cæterique qui ei a consiliis sunt, priorem quemdam Toletanum (erat is P. Ferdinandus Maldonado) illuc destinarunt: qui eas absolvit tantis cum molestiis ut has singulatim enarrare longum foret, et magis quam antea oppressas ac desolatas reliquit; propterea quod non eam quam illi volunt, sed me sibi præesse optant. Accedit quod duo Excalceati, illic a commissario apostolico et defuncto Nuntio constituti, ablatis ipsis fuerunt et abducti tanquam facinorosi. Qui utinam

E
ac duo eorum
confessarii
Excalceati,

F

A ex istorum manibus quantocius liberentur! Mallem enim eos Maurorum in terris videre. Illa ipsa die qua capti sunt, his fustibus cæsi, et quam pessime fieri potuit, habiti fuisse dicuntur. Joannem a Cruce Maldonatus, prior Toletanus, secum ad Tostatum rapuit; dum interea P. Germanus, sanguinem, ut ferunt, ex ore excreans, Moralegiæ ad conventum S. Pauli trahebatur a priore Abulensi (*Valdemorio, jam aliunde nobis noto*); qui prior, ubi reversus est, dixit monialibus a sua parte stantibus proditorem illum egregias dedisse suorum criminum penas. Hic sane casus acerbior virginibus illis fuit, et etiamnum est, quam reliquæ, quantumvis magnæ, earum calamitates. Pro tua caritate velim eas Deo commendes, necnon sanctos illos viros, quibus cras erit octava captivitatis dies. Testantur moniales eos vere sanctos esse nec unquam visos quidpiam agere quod non esset apostolicis dignum hominibus (*tom. III, epist. 77, cui junge 78*).

uti Sancta ad regem, scribat,

B 776 Hæc vis innocentibus illata fuit nocte media inter III et IV Decembris; ac postera luce sequentes dedit S. Teresia ad regem Hispaniæ litteras: Jesus, Gratia Spiritus Sancti sit semper cum tua Majestate. Amen. Quoniam valde mihi persuasum est destinatum habuisse Dominum nostrum ut in afflictis Ordinis nostri rebus certum inveniremus in tua Majestate prasidium, non possum quin te de iisdem faciam certior. Quam quidem audaciam meam, per Domini nostri amorem obsecro, Majestas tua ne ægre ferat. Equidem credo Majestatem tuam minime latere quomodo moniales illæ Incarnationis me sibi adscribere studuerint; quod nempe putarent aliquid sibi a me allatum iri quo liberarentur ab hominibus obices magnos ponere solitis quietæ ac religiosæ vivendi rationi ad quam aspirant. His obicibus removendis olim ibi propinqua in domo collocavi Patrem Excalceatum, sua in Deum pietate ipsis utilissimum; cui adeo ob maximum animarum questum, quem ibi cum adjuncto sibi socio fecit, civitas admirabunda nomen sancti attribuit: et revera, mea quidem opinione, sanctus est et tota vita fuit. Cum autem utrumque socium Calceati, non sine injuria et scandalo civitatis, inde removissent, Nuntius nuper defunctus, plurimis civibus hinc fructuosam Excalceatorum operam, illinc noxas Calceatorum attestantibus, sub anathematis poena non solum præcepit ut expulsi Patres ambo revocarentur, verum etiam cavet ne quis Calceatus seu negotiorum seu Sacri faciendi seu Confessiones audiendi gratia ad Incarnationis accederet, proindeque ut Excalceatis tantum et clericis secularibus moniales uterentur. Hæc ratione bene domui illi fuit ad mortem usque Nuntii: quo e vivis sublato, redierunt Calceati sine ulla juris sui probatione; cum iisque inquietudo etiam rediit.

per amicum suum et injuriam

C 777 Ac nunc quidem Pater aliquis, ad absolvendas anathemate moniales illuc missus, tantas iis præter jus et fas molestias intulisse dicitur, ut ad penas quibus jam pridem subiacebant, quasque adhuc dum ferunt, novus dolorum cumulus accesserit. Inter hos dolores primum tenet locum confessoriorum Excalceatorum ablatio. Quos immittis ille, cellularum seris vi excussis, in ea monasterii sui parte in qua chartæ asservantur, violenter prebudit. Civitatem totam vehementer offendit hominis audacia; qui, cum prælatus non sit nec usurpatam a se potestatem legitimis probavit argumentis (commissario quippe apostolico isti subsunt), talia non dubitavit facere Abulæ, sub oculis, prope dixerim, tue Majestatis. Atque illi quidem jam dudum desiderabant manus in eos injicere: me vero cum utriusque miseret, tum etiam sanctissimi

illius Patris, cruciatibus pene exhausti, vitæ timeo.

778 Quapropter Majestatem tuam per Domini nostri amorem obsecro ut quantocius cum jubeas in libertatem restitui, prohibeasque ne Calceati isti tanta sævitia in miseros Excalceatos universos grassentur. Licet enim hi tacendo et patiando mereantur plurimum, attamen scandalum inde in populum derivatur. Jam idem ille prior, qui modo hic est, æstivo hujus anni tempore Toleti sine ulla causa manus injecit in bonum senem P. Antonium a Jesu, omnium Excalceatorum primum: et passim jactantur a Calceatis mandata Tostati quasi certum nobis exitium allatura. Sint Deo laudes. Interea si tua Majestas remedium malis nostris non afferat, quo tandem res nostræ casuræ sint, non video. Tu enim unum nobis in terra refugium es; quem utinam Dominus plurimos servet annos! Spero equidem fore ut hanc nobis gratiam faciat, præsertim ubi adeo destitutum se videt hominibus suæ gloriæ promovendæ studiosis. Omnes hæc Majestatis tuæ ancillæ mecum suas preces in hunc finem assidue intendunt. Scribebam in monasterio S. Josephi Abulæ die IV Decembris 1577, indigna Majestatis tuæ serva ac subdita, Teresia a Jesu (*tom. IV, epist. 1*). Attamen his litteris perficere Sancta non potuit ut S. Joannes a Cruce e sua captivitate liberaretur. Novem enim menses, ut ipsa alicubi testatur (*tom. IV, fragm. 44*), Dei famulus angustissimo carceri mancipatus fuit, ne mutata quidem semel tunica. Mitius actum fuisse videtur de P. Germano a S. Matthia, etsi mihi non satis constat quamdiu is fuerit Moralegiæ detentus. Moniales autem Incarnationis quam severe mense Martio insequenti adhuc haberentur, patet ex epistolis S. Matris eo mense datis ad P. Gratianum (*tom. III, epist. 14*) et ad Rochum de Huerta, præfectum custodiæ montium (*tom. III, epist. 50*), qui cum Joanne de Padilla apud consilium regium eo incumberebat ut levamentum afflictis illis monialibus, quas Martyribus Sancta æquiparabat, tandem afferret.

779 Non exiguae interim consolationi fuisse S. Matris crediderim datas die V Decembris litteras R. P. Seraphini Cavalli, Generalis Magistri Ordinis Prædicatorum, eo anno in Hispaniam appulsi et tunc temporis Toleti commorantis in conventu sui Ordinis, cui a S. Petro Martyre nomen. Nimirum hæc litteris ipsa ejusque moniales Toletanæ participes efficiebantur omnium Sacrificiorum, precum, prædicationum, exercitiorum spiritualium, vigiliarum, jejuniorum, abstinentiarum, macerationum, peregrinationum, studiorum cæterorumque bonorum operum ac meritorum inclytæ prolis S. Dominici toto terrarum orbe dispersæ, atque in ejus amicitiam ac fraternitatem, adeoque ad omnia illius Ordinis beneficia et suffragia tam in vita quam in morte admitterentur; addita insuper ex concessione Sedis apostolicæ indulgentia plenaria, semel in vita et semel in hora mortis lucranda. Quarum litterarum originale exemplar latinum in monasterio S. Josephi Toletano religiose servatum fuisse scribebat anno 1769 P. Antonius a S. Joachim in Anno Teresiano; ejusdemque versionem Hispanicam exhibet ad diem V Decembris.

780 Illa ipsa die præcipuus auctor calamitatum paulo ante a me descriptarum, P. Hieronymus Tostatus, qui, ut supra dixi (num. 768), jamdudum litem cum Chucamero de sua potestate gerebat, tandem decreto consilii regii causa cecidit, prout auctor Chronici asserit ex regia quam vocant provisione, servata in archivis sui Ordinis (lib. IV, cap. XXVIII). Quamvis autem in Chronico scribatur litem diremptam fuisse die V Novembris, eandemque diem assignent

AUCTORE
V. D. M.
iude tanquam
facinorosi
abducentur.
D

E

R. P. Seraphi-
mus Cavalli,
Generalis
Ord. Præd.,
dat S. Matris
amicitiam tes-
tatur.

F

P. Tostatus,
licet a consilio
regio repres-
sus.

AUCTORE
V. D. M.

A P. Fredericus u. S. Antonio et D. Boucher, *Chronicon* procul dubio secuti, tamen ipse *Chronici* contextus arguere videtur aliquod, scriptorisne an typothetae, sphalma, quo mensis November pro Decembri positus vel alia nescio qua ratione ordo rerum interversus fuerit. Secus enim qui praecedentibus (in quibus ipse *Chronici* auctor narravit S. Joannem a Cruce cum socio ab Incarnationis monasterio abreptum fuisse nocte inter III et IV Decembris) vel sibi ipsi cohaereat illa phrasis, non video: Dum Maldonatus, prior Toletanus, ea quae diximus mandata Abulæ exequabatur, litem suam vicarius generalis cum Chucamero, causarum actore, prosequens, post multas controversias, ad annum fere integrum protraxit, visa ac revisa causa, devictus tandem fuit ad diem V Novembris. Sed parvi quidem hae qualiscumque verborum dissidentia ad nostrum propositum refert. Videtur autem Tostatus, ubi per semet tam multa, quam pridem fecerat, jam agere non posset, aliquandiu Nuntio Segae, qui eo potissimum tempore Excalceatos torquere cepit, instigator et adiutor adhaesisse: quando nimirum, vult Segae commissarius, ut notatur in *Bibliotheca Carmelitana* (tom. I, col. 657), condidit decreta nonnulla pro rebus Carmelitarum Excalceatorum componendis, imo perturbandis.

Impedit tamen
ne Reformationem
Teresiana

B 781 De reliquo in hanc rem non parum luminis haurire est e litteris partim gratulatoriis, partim narratoriis (tom. I, ep. 3), quas XVI Januarii 1578 S. Teresia dedit ad Theotonium de Braganza, Ebo-rensibus infulis non ita pridem insignitum (nempe dominica tertia Octobris 1577, uti docet noster P. Antonius Franco in *Synopsi Annualium Soc. Jesu in Lusitania*), et quarum jam duo fragmenta nuper allegavi (num. 763 et 774). Nuntius, inquit, adventans multum Tostato favit; Gratiano vero prohibuit ne monasteria visitaret. Et hic quidem, licet commissarii apostolici munere nequaquam destitutus (siquidem nec suam Nuntius potestatem probatam fecerat, nec Gratiano diplomata ablata erant), ivit tamen illico Complutum, ac dein Pastranam, ubi quadam in specu patiens delituit: nec sua commissione ex eo tempore amplius usus est; sed ibi permansit tamquam omnino suspensus. Maximopere optat a visitationibus imposterum abstinere: idem et nos cupimus, propter ingentia quae inde in nos redundant mala, nisi Deus pro sua benignitate separatam nobis procuret provinciam, sine qua nescio quo tandem deveniemus. Ex itinere mihi scripsit P. Gratianus destinatum sibi animo esse ut Tostato, si forte visitabit, obediat; suavitque ut idem cunctae faciamus. Verum neque illuc ivit Tostatus, nec huc accessit; quia illum Deus, credo, prohibuerit. Attamen communis Patrum nostrorum opinio est, ipsum esse qui omnia faciat et visitationem suadeat: qua quidem re omnino profligamur; nec alia plane est causa omnium quae tibi exposui malorum.

per Hispaniam
disseminatur;

C 782 Aperto tibi scripsi pectore: primum quidem ut omnem prorsus, quamquam his legendis fortasse aliquantum fatigaberis, cognoscas rerum historiam, quandoquidem de tuo in hunc Ordinem nostrum amore mihi est persuasum; deinde etiam ut videas quam parum spei habere possis fore ut Eboram (ubi nimirum nunc archiepiscopus censuram monialium Teresianarum excitare cupiebat) in hoc temporis articulo veniamus: praesertim cum alia impedimenta etiam plura accedant, quae nunc exponam. Videlicet, cum nullam ego viam quae se obtulerit, intentatam relinquere queam, quominus bonum hoc nostrae Reformationis principium corruat (qua in re nullus virorum doctorum qui meos

Confessiones audierunt, mecum non sentit), valde infestos mihi habeo Patres illos Calceatos: qui propterea suis delationibus apud P. Generalem effecerunt ut post celebratum generale capitulum praeceptum ab eo exierit, quo omnes Excalceatae, et ego nominatim, prohibemur sub pena excommunicationis nostris exire domibus, mihiq; injunctum fuit ut domum quam vellem, ad habitandum eligerem; id vero non alium certe ob finem quam ad impediendum ne plures fiant monialium nostrarum foundationes. Luctuosum est tot virgines, quae nostra monasteria inclamant, propter eorundem paucitatem, dum numerum augere non licet, nobis aggregari non posse. Etsi autem defunctus Nuntius mihi mandavit ne ideo a fundandis domibus cessarem, atque ad eam ipsam rem diplomata habeo a visitatore apostolico mihi concessa, tamen fixum mihi ratumque est data facultate non uti, nisi vel P. N. Generalis vel Summus Pontifex secus ordinaverit. Quoniam enim nullo meo vitio laborem intermisi, Dei benignitate factum est ut jam fatigata quiescam. Quamquam, si de te bene mereri mihi liceret, non labor is esset, sed recreatio potius: tanto quippe tui videndi desiderio teneor, ut praclarissime de me agi existimarem, si istuc ire juberer.

D 783 Equidem, praeterquam quod de capitulo generali modo dicebam, scire te velim litteras patentes, quas a P. N. Generali acceperam, pro unis Castellae regnis valere; ut adeo pro Lusitania vestra indigeamus nova facultate, quam non dubito quin hoc tempore P. Generalis prorsus denegaturus sit. At facili negotio a Summo Pontifice obtineretur, praesertim si ei ostenderetur testificatio, quae cura P. Gratiani confecta fuit, super vita ac moribus nostrarum monialium ac fructu spirituali quem producant ubicumque degunt. Quam ego tamen testificationem numquam legi, quia timeo ne mei mel nimia cum laude faciat mentionem; sed viri graves affirmant nostras secundum eam testificationem posse canonizari. Mallem equidem ut de hac re, si fieri debeat ac possit, cum P. N. Generali conficeremus: tantum scilicet ut ratum haberet foundationes fieri in Hispania; namque, modo pareretur monasterium, sat monialium habemus quae illuc mitti queant, me domi manente. At interim, prohi dolor! tot animarum quaestus impeditur. Quod si aliqua tibi esset amicitia cum protectore Ordinis nostri, quem ferunt esse filium fratris Summi Pontificis, posset is rem apud P. N. Generalem expedire. Tu vero si id procuraveris, magnum utique Deo praestabis obsequium, magnam Ordini nostro gratiam.

E 784 Sed et alterum occurrit incommodum (nihil enim latere te volo), quod scilicet Tostatus in Lusitaniae regno jam ut vicarius generalis admissus est; cujus in manus nemo nostrum, nedum ego, impune inciderit. Omnem istic haud dubie movebit lapidem ut opus nostrum disturbet; sed in Castella, prout nunc quidem res se habet, non item. Postquam enim officio suo functus fuit, non exhibita potestatis suae probatione, ac speciatim in monasterio Incarnationis immodice saeviit, novo regis mandato (nam alterum praeterita aestate ei jam intimatum fuerat) jussus est litteras suas in supremum consilium afferre: quae litterae hactenus non sunt ei redditae, nec imposterum, credo, reddentur. Praeterea habemus visitorum apostolicorum litteras, secundum quas nostra monasteria visitari a nemine possunt qui non sit a P. Generali delegatus, et is quidem ex Excalceatorum numero. Quod quoniam in Lusitania idem non obtinet, cito

videtur in Lusitania

introducatur

A Istic actum erit de nostra perfectione. Tu interim videris num quid remedii his incommodis afferri possit; ac certus esto non defuturas moniales ad bene de te merendum paratas. *Hæc Sancta, scribens, ut dixi, ad Theotonium de Braganza: quo etiam hortante, anno 1577, qua ejus mensis die incertum, litteras dedit altissimam animi demissionem spirantes ad Ven. Dei Servum Ludovicum Granatensem (tom. I, epist. 14).*

785 Prius autem quam ulterius progrediamur in fatis Reformationis Teresianæ enarrandis, in aliarum quarundam rerum commemoratione paulisper sistamus oportet. Ac primum notandum hic superest, Sanctam, licet adversa valetudine utentem ac laboribus ærumnisque omnigenis afflictam, per quinque tamen menses anni 1577 operam navasse conscribendo Castello animæ, jussu Alphonsi Velasquez, ut affirmant Ribera (lib. IV, cap. III) et Yepes (lib. III, cap. XVIII), vel P. Hieronymi Gratiani, ut asserit auctor Chronici (lib. V, cap. XXXVII, num. 7), vel forte utriusque, ut ad conciliandum dictos scriptores conjicit Boucher (lib. VII ad finem). Loca ac tempora inceptæ finitæque scriptio ad caput et ad calcem libri sui ipsa accurate definit. Nempe in prologo sic habet: Hodierno die, festo SS. Trinitatis (i. e. II Julii) anno 1577, in hoc S. Josephi monasterio Ord. Carm. Toletano, ubi in præsentia ago, id quod jussa sum, adimplere incipio: in epiloquo autem: Tractatui huic scribendo finis impositus in monasterio S. Josephi Abulensi, anno salutis 1577, pridie festi S. Andrew, ad gloriam Dei, qui vivit et regnat in perpetuas æternitates. Amen. Plura de hoc libro dicentur in speciali de scriptis Teresianis paragrafo.

786 Eodem anno 1577, in pervigilio Nativitatis Domini, S. Teresiam respere ad Completorium euntem diabolus e scala præcipitem egit ac sinistrum ei confregit brachium, prout latius narrat Ribera (lib. IV, cap. IX), cui quoad facti circumstantias consentiunt Yepes (lib. III, cap. XII) et Ven. Anna a S. Bartholomæo (Vita sua cap. XI); dissentiunt vero quoad levem circumstantiam Auditores S. Rotæ in relatione de virtutibus S. Teresie, dum videlicet dicunt hoc accidisse Sanctæ e choro egredienti, ubi e contrario citati auctores expressis verbis eam perhibent in summitate scalar, ut jamjam chorum ingrederetur, stantem. Narravit porro ipsa P. Didaco de Yanguas Ord. Præd., se, cum ita dæmonis nequitia fractum sentiret brachium, ad Dominum clamasse: Deus bone, iste voluit me interficere; Dominum vero sibi respondisse: Sic iste quidem voluit, attamen ego eram tecum. Dein, exponens dolores quos pertulit, dum illi (ut narrat Ribera loc. cit.) locatum fuit et dislocatum brachium: Dubito, mi Pater, inquit, an adsit ullum corpus humanum hodie vivum quod tantum malum passum fuerit quantum istud meum. Constant hæc ex testimonio Yanguasii, quod ex Processu compulsorali Abulensi (fol. 20 a tergo) allegatur in MS. Summario de S. Teresie virtutibus (fol. 22 a tergo), olim ad ejus beatificationem adhibito et nuper Roma ad nos transmissum.

787 Hactenus de rebus anno 1577 gestis disserui. Anni autem insequentis initio P. Gaspar de Salazar, de quo S. Teresiam perhonorifice loquentem olim vidimus (num. 303), transitum e Societate Jesu ad Carmelitas Excalceatos meditabatur. Quo audito, ac rumore in super spatio Sanctam ejusdem cum Salazario consilii et revelationem utrique super hæc rem a Deo factam credi, indignatus P. Joannes Suarez, provincia Castellæ S. J. præpositus, per rectorem Abulensem, P. Gonzaleum de Ayala,

litteras ad S. Teresiam dedit, querimonias in ipsam abunde refertas. Ad quas S. Reformatrix in hunc modum respondit: Jesus. Gratia Spiritus Sancti sit semper tecum. Amen. Dedit mihi P. Rector tuam epistolam, quæ me non parum attonuit; quoniam scribis egisse me ut P. Gaspar de Salazar relinquat Societatem Jesu et Carmeli Ordinem ingrediatur, quod dicerem scilicet hanc esse Dei voluntatem cælitus revelatam. Quod ad primum attinet, testis est Deus, ac verum esse patebit, nunquam me istud optasse, nedum cum P. Gaspare de eo egisse. Et quando hunc rumorem cognovi, jam antequam recepissem de hac re litteras, adeo turbata ac dolore affecta fui ut morbus quo jam pridem laborabam, inde magis invaluerit: audiivi autem isthanc rem tam paucis abhinc diebus ut dubium mihi nullum sit quin tu diu ante de ea sis factus certior. Quantum ad revelationem quam dicis, quandoquidem de hoc Salazarii consilio nec scripseram quidquam nec noveram, multo minus de revelatione poteram scire. Etiam si vero hanc quam deliram tu vocas revelationem (hispanice: la desvelation que V. P. dice) habuissem, non sum equidem tam levi animo ut tali de causa tantam mutationem cupe-rem aut Patri isti suaderem. Nam, laudes Deo sint, probe docta fui a viris plurimis quid valoris ac ponderis rebus hujuscemodi sit adscribendum: nec sane crediderim multum eas apud P. Salazarium, virum cordatissimum, fuisse valituras, si non alia haberet in hoc negotio argumenta.

788 Quod dicis de examine a præpositis instituendo, optimum erit si fiat: adeoque tuæ erunt partes hanc rem discernere: namque omnino perspicuum est, ut puto, nihil ipsum te invito aut non præmonito esse facturum. Amicitiam quæ mihi cum P. Salazario intercedit, ejusque in me merita, ego nunquam negavero; quanquam pro certo habeam illum non tam ex amicitia mihi auxiliatum fuisse quam ex pietate in Salvatorem nostrum et Matrem ejus Beatissimam: quin etiam per duos, quoad recordor, annos a dandis mutuo inter nos litteris cessatum est. Ex eo vero quod mihi cum illo vetus est usus, intelligi potest me aliis temporibus multo magis auxilio ejus indiguisset, quando videlicet Ordo hic noster duos tantum numerabat Excalceatos; ut proinde tunc potius de hac mutatione procuranda cogitasset, quam nunc, ubi per Dei bonitatem plures, ni fallor, quam ducentos Excalceatos habemus, inter quos

789 Asseris etiam me litteras scripsisse quibus adornarem testes qui dicerent me transitioni isti ob stare: quod si mihi vel in mentem venerit, velim ut Deus me non scribat in libro vitæ. Ignosce mihi, quod ita exaggeranter, ut mihi quidem apparet, loquor: nimirum ut intelligas de vestra Societate quid sentiam; cujus ego res tam vere cordi habeo ut parata forem vitam pro iis profunderem, dummodo Dei obsequium nihil inde detrimenti caperet. Magna sunt arcana Dei: et quoniam, Deo teste, non aliam quam dixi partem in hoc negotio habui, ideo neque illorum quæ futura sunt, particeps esse volo. Quod si in me culpa conjiciatur, non hæc primum vice sine culpa patiar. Cæterum experientia didici, modo Deo satisfactum fuerit, cætera facile posse componi; nec unquam credam, ne ob causas gravioris quidem, nedum ob rem adeo levem, permissurum esse Dominum ut sua Societas Ordini Matris suæ, quem

AUCTORE
V. D. M.
D

E

negat se P.
Gaspar de
Salazar, ami-
co suo.

F

transitum e
Soc. Jesu ad
Ord. Carm.
cogitanti.

Conscribit
Sancta Ca-
strum uni-
mus.

Brachium illud,
a dæmone
præcipitatum,
transit.

Scripsit ad
procuratorem
Castellæ S. J.
præpositum
litteras

AUCTORE
V. D. M.

A ope ipsius Societatis reparavit renovavitque, aliquando inimica fiat. Si vero id permetteret, timeo ne quod ex una parte lucrum forte videretur, ex altera parte in damnis foret reponendum.

hortatricem
pauca aut
fave.

790 Sumus omnes magni illius Regis clientes. Dignetur ipse utriusque Ordinis prolem, tam quæ Filii nomen gerit quam quæ Matris, talem efficere ut tanquam strenui milites nihil aliud præ oculis habeamus quam Regis nostri vexillum, ad obsequendum sanctissimæ ejus voluntati. Hoc si nos Carmelitæ vere faciemus, fieri non poterit ut ab iis qui Jesu nomine insigniuntur, aliquando derelinquamur; quamvis non desint qui mihi id sæpius sunt minati. Servet te Deus multos annos incolumem: scio enim quæ tua sit semper in nos benignitas; ac plurimum, quantumvis misera, te Domino nostro commendo. Idem, precor, caritatis officium pauperi vetulæ præsta, in quam sex jam mensibus calamitatum et persecutionum imber defluxit, quarum non minima est hoc de quo nunc tecum ago negotium. De reliquo fidem tibi meam obligo fore ut neque per me nec per alios P. Salazarium ad deserendam Societatem adducam; prouti nego me id hactenus fecisse. Est hodie x Februarii.

B Indigna serva ac subdita tua, Teresia a Jesu (tom. I, epist. 20).

Alteras dat
litteras

791 Hisce S. Matris litteris placatus provincialis, rectori Abulensi in mandatis dedit ut suas excusationes de mala suspitione, e falsis hausta delationibus, ad eam deferret, eamque simul roga-
ret ut acceptas pridem provincialis litteras denuo legere ne gravaretur; qua nimirum lectione, sedatiori quam prius animo facta, plane esset perspectura litteras illas non adeo fuisse vehementes. Adjecit ad hæc gratissimam sibi et optimum factu futurum, si Sancta scribere dignaretur, tum ad Salazarium ipsum, tum ad superiores conventuum Carmelitanorum, ut illum ab egressu Societatis, hos ab illo in Carmeli Ordinem cooptando detererent. Fecit rector quod jussus fuerat, et sequens a S. Teresia responsum tulit: Jesus. Spiritus Sanctus sit tecum. Semel iterumque relecta P. Provincialis epistola, equidem in eadem sententia persisto: ipsum parum æque de me cogitasse, sibi que ea de me persuasisse quæ mihi ne in mentem quidem venerant. Unde ne mirere quod gravius commota fuerim. Attamen parvi interest: ni enim tam imperfecta forem, Patri isti, cui me omnino subjectam profiteor, in acceptis referre debueram quod me mortificare dignatus sit. Cui cum etiam P. Salazar sit subjectus, opinor melius fore, si ipse, pro suo prælati officio, cum reo ageret, quam si ego, ut postulas, ad homines non meos litteras darem, quas parvi facere merito possent. Illud certum, me aliud non scire, nec adeo a me intelligi asseverationem illam qua dicis Salazarium scripsisse. Excepto enim quod non dixerim nuntium e cælis venisse, quo id quod meditatur, facere prohibeatur, nihil non egi quo virum a proposito deducerem. Sed enim, uti tibi dixisse memini, non est quod rationem reddam omnium, ne ita homini qui mihi debet esse carissimus, plurimum damni afferam; præsertim cum ex ipsius verbis ad me perlatis omnino mihi persuasum sit, ut item tibi nuper dixi, illum inscio P. Provinciali rem istam haud facturum: quod si hoc ei nec dixit nec scripsit, ergo neque Societatem deseret. Si autem Provincialis possit eam exitu Societatis prohibere eique licentiam recusare, peccarem ego in virum adeo gravem et optimum Dei servum, si cum in omnibus nostris monasteriis (quæ tamen nescio an fidem mihi negarent) diffamarem. Magna enim

infamia est id facere velle quod sine Dei offensa fieri non possit.

792 Scripsi ad te verissime; ac meo quidem judicio omne id feci quod factum a generosa femina et Christiana oportuit. Deus scit me vera loqui. Quare, si plus facerem quam feci, in nobilitatem ac religionem forem injuria. Denique, quod tibi jam dixi, quando aliqua in re præstiti id quod præstandum putavi, Deus mihi animum dare solet ad perferendum cum suo auxilio quidquid mali inde in me redundaverit. Et hæc quidem in re si quid obtigerit tale, non erit quod querar defuisse prophetias, nec etiam quod doleam aliquid eorum quæ facere debui, esse a me prætermisum. Fieri et illud potest, te scilicet magis in culpa esse, qui eo me adduxisti, quam ego fuisset, si tibi non obedivissem. Quamquam, si negotium isthoc e tua sententia non esset actum, securissima equidem sum æque ream me habendam fuisse ac si egissem prorsus nihil; quod vero locuta fui, sat causæ esse ut prophetiæ impleri incipiant. At si me manent ærumnæ, veniant, per me licet. Quippe tantopere divinam Majestatem offendi, ut plura etiam mala meruerim quam hæc esse queant. Age vero, sit ita factum ut ego in hocce negotio partem aliquam habuerim; non video equidem quod in vestram Societatem commiserim scelus tam severe puniendum. Vestra enim causa nihil re tam parva contingitur; siquidem altioribus Societas nititur fundamentis. Mihi autem det Deus ut semper pro fundamento habeam nunquam ab ejus discedere voluntate; tibi que ad idem ob oculos habendum lucem continuo largiatur. Magna demum consolatio mihi foret, si huc veniret P. Provincialis: quippe cujus aspectu jam nimis dudum me Dominus carere voluit. Sum indigna famula ac filia tua, Teresia a Jesu (tom. II, ep. 16).

793 Lamatissimis hisce epistolis, quarum posterior ad finem Februarii aut initium Martii referenda videtur, Teresiam inter et P. Joannem Suarez, quem Ven. Ludovicus a Ponte (Vit. P. Balth. Alvarez, cap. XXVII) ab integritate, pietate, prudentia animorumque regendorum experientia multum commendat, reconciliatio effecta fuit. Dux alia prostant in impressis anno 1771 et anno 1793 voluminibus S. Matris epistolæ ad P. Gratianum directæ (tom. III, epist. 13 et tom. IV, epist. 25), in quibus de P. Gaspare Salazar sub nomine Carillo mentio fit: sed has contendit P. Montoya (Dissert. II, cap. IV, § 1, et cap. VI, § II) pro interpolatis habendas esse, æque ac aliam ad eundem P. Gratianum epistolam, scriptam die xxii Maji (tom. III, epist. 28), cujus duos primos numeros commentator Epistolarum ad negotium P. Salazarii refert; quamquam mihi non improbabile videatur Sanctam ibi longe alio in argumento versari. Sed satius est acrem controversiam, a P. Montoya motam, silentio præterire. Ante vero quam ad alia historie Teresianæ capita gressum faciamus, corrigamus oportet errorem in quem D. Boucher, de negotio P. Salazarii agens, incaute prolapsus fuit. Putavit meritissimus scriptor, nominum similitudine deceptus, collegio S. J. Abulensi tunc temporis præfuisse P. Egidium Gonzalez de Ayda, cujus vitam hac occasione summam in adjecta nota describit, citans S. Teresiæ epistolas, Bibliothecam Scriptorum Societatis Jesu, Historiam ejusdem Societatis et librum de illustribus Societatis viris, auctore P. Eusebio Nieremberg. At, si citatos a se fontes accuratius inspicisset, facile videre poterat laudatum P. Egidium, anno 1573 in Assistentem Hispaniæ electum, Romæ pro munere suo versatum fuisse quamdiu Societatis gubernacula tenuit P. Everardus Mercurianus, nempe ad annum usque 1580. Abulensis autem

de eodem ar-
gumentoad rectorem
collegii Abulensis S. J.

F

A. autem collegii rector anno 1578 erat is quem supra nominavi P. Gonzalvus de Avila, antea, teste P. Ludovico de Ponte (Vit. P. Balth. Alvarez, cap. xxx), ministri officio functus in collegio Salmanticensi: qui quam sit probe distinguendus a P. Egidio Gonzalez, manifestissime patet ex Historia Soc. Jesu, ubi ad annos 1588 et 1590 amborum nomina ac munera perspicue inter se discernuntur. Scilicet anno 1588 P. Egidius Castellanam provinciam, Toletanam P. Gonzalvus moderabatur (Part. v, lib. viii, num. 140); post biennium vero P. Gonzalvus provinciae Toletanae adhuc praeerat, visitatorem interim agente P. Egidio. Utrumque S. Teresia conscientiae arbitrum adhibuit. Etenim P. Egidium Gonzalez inter viros Societatis Jesu a se de animi rebus consultos annumerat in epistola ad P. Rodericum Alvarez, jam saepe a me allegata (tom. I, epist. 19); et ad P. Gonzalvum de Avila litteras dedit (ibid. epist. 21), e quibus liquido apparet hunc quoque directorem ejus spirituales fuisse et tam bene de ea existimasse ut eam etiam consuluerit de modo conjunctionis cum Deo servandae medias inter occupationes officio rectoris inhærentes: cui consultationi humilis Virgo obedienter et eloquenter, nec sine magna viri laude, respondit. Has litteras anno 1578 scriptas fuisse conjicio e lepida hac phrasi: Vellem ut tantam curam haberes de anima mea quantam de fonte illo vestro habes; quæ evidentem habet connexionem cum iis quæ Sancta de eodem fonte memorat in sua ad P. Gratianum epistola die xxii Maji data: Jam scripsi ad te, inquit, quam ardentem Patres Societatis qui in hoc oppido degunt, adventum P. Mariani desiderant, ut inspiciat quemdam ipsorum fontem . . . Hortare, quæso, virum ne id omittat neque oblivioni tradat (tom. III, epist. 18).

§ XLII. Philippi Segæ, Nuntii apostolici, adversus Carmelitas Excalceatos gesta. Alterum horum capitulum Almodovarense. Consolatoria S. Matris ad moniales Hispalenses, misere vexatas, epistola.

Ea autem tempestate Reformationi S. Teresiae videbantur omnes daemones, ut ipsa loquitur, ad P. Ambrosium Marianum iis in angustiis scribens xv Martii 1578, bellum intulisse; nec aliunde quam a Deo expectari levamen poterat, obediendo nimirum ac patiendo (tom. IV, epist. 36). P. Gratianus, sin minus ex obedientia, saltem ex reverentia erga novum Nuntium abstinere ab injuncto sibi per Ormanetum munere. Namque, uti Sancta postmodum (nescio an mense Augusto) exposuit in commentario quodam pro Gratiani defensione composito (tom. III, epist. 20), Segæ post suum in Hispaniam adventum Patri huic mandaverat ut litteras librasque quibus datae ei facultates et instituti ab eo processus continerentur, ad se afferret. Mens Gratiano erat omnes scriptiones illas Nuntio relinquere. Veruntamen, cum ab amicis moveretur fore ut hoc displiceret regi, quippe ejus imperio etiam subesset, de tota re admonitum iit archiepiscopum (Toletanum). Hic vero virum irridens,

musca timidior esse dixit; suavitque ut regi rationem redderet omnium. Opponentem autem Gratiano offendicula sibi a Nuntio inde timenda, respondit licitum esse cuivis ut suum superiorem adeat; hortatusque est ut regi se sisteret. Porro rex jussu in monasterium suum redire Gratiano spondit se de toto negotio cogniturum. Docti quidam viri, et ipse quem super hac re interrogavi præsentatus Romero, multis argumentis demonstraverunt, quandoquidem Nuntius exertam a se in eo negotio potestatem non legitime probasset, non debere Gratianum a munere sibi concedito cessare. Litteras enim a Summo Pontifice sibi datas nondum ostenderat Nuntius; imo ne nunc quidem ostendit, nisi forsitan hoc fecerit decem abhinc diebus, licet certissime scio eum regi nomine rogatum fuisse ut illas ostenderet. Nihilosecius novem amplius menses ita functione sua abstinuit Gratianus ut ne semel quidem nomen suum actis quibuscunque subscripserit, etsi noverat affirmasse ac jurasse Nuntium, nunquam a se vetitum fuisse ne Gratianus cœnobium visitaret. Plurimi sunt ejus rei testes; qui etiam asseverant eundem Nuntium, cum a Carmelita nescio quo rogaretur ut Gratiani potestatem irritam declararet, aperte confessum fuisse id sibi non esse integrum.

795 Hæc ibi Sancta de Gratiano, ad quem per id tempus, a Februario mense usque ad Augustum, nonnullas dedit more suo de variis negotiis epistolas (tom. II, epist. 24 et 25; tom. III, epist. 13-18; tom. IV, epist. 24). Marianus autem mense Martio Madriti morabatur, invigilans rebus Ordinis, ac procuranda in ea urbe fundationi (de qua jam aliquid attigimus num. 720) cum satis exigua spe intentus; abstinere contra mentem Nuntii, ut videtur, a cohabitatione Fratrum suorum Calceatorum. Quamobrem Sancta eum monendum duxit ne voto Nuntii hac in re obsisteret; ac simul consilium ei ejusque sociis dedit ut ante Dominicam Passionis, quo tempore spiritualibus negotiis magis vacare conveniret quam temporalibus, se Pastranam aut Complutum ad suos reciperent (tom. IV, epist. 36). Antonius a Jesu, venerabili canitie senex, quem æstate præterita Tostatus carceri mandari jusserat (tom. IV, epist. 1), initio hujus anni 1578 morbo laborabat (tom. III, ep. 13), quo tamen mense Aprili fecatus fuit (ibid. epist. 15). S. Joannes a Cruce adhuc in ergastulo suo delitescerebat. Itaque quatuor illi viri, qui secundum Teresiam suis quodammodo humeris ædificium Reformationis Carmelitanae sustentabant, facti erant quasi inutiles; dum contra Tostatus, iis prostratis, audentior ibat, repulsam ille quidem a consilio regio passus, sed Nuntii dein auctoritate suffultus. Quare a nemine fere magis quam a Tostato sibi suisque timuisse S. Fundatrix videtur; ac tanquam gravi onere se levatam sensit, quando ille Excalceatorum adversarius mense Maio ineunte in Lusitaniam, vel, ut alii volunt, in Italiam tandem profectus est (tom. II, epist. 24).

796 Sed hic Tostati discessus parum aut nihil profuit Carmelo Teresiano. Etenim in ejus ruinam ipse deinceps Segæ non sequiter incumbens, per litteras die xxii Julii publicatas (ut ex Vita Gratiani, auctore P. Christophoro Marquez, asserit P. Antonius a S. Josepho, tom. III, epist. 19, not. 3) Gratianum a visitatoris officio deposuit; ac provincialibus Carmeli Observantis præcepit ut Excalceatorum utriusque sexus conventus obirent, eos castigaturi, noceros superiores, non tamen e Calceatis, ubicunque opus esse judicarent, instituturi, ac maxime cauturi ne novæ ab Excalceatis fierent fundationes. Ubi de his litteris rescriptum est, ambigere ceperunt

AUCTORE
V. D. M.
b)

tandem, ubi
P. Tostatus
Hispaniam
excessit.

F

ipse per se in
Carmelitarum
Excalceatos
venit.

Nuntius apo-
stolicus, jam
studium infe-
stus.

AUCTORE
V. D. M.

A

Excalceatorum præcipui utrum oporteret necne obedientiam prestare missis a Nuntio visitoribus. Sancta quidem e virorum doctorum sententia iudicavit mandata Nuntii vim habere nullam, quia non ostenderat qua potestate ea edidisset: attamen initio non abnucebat quominus pacis ergo Excalceati se ad obediendum Segæ paratos exhiberent, modo ne cogerentur Calceatis subesse. Aiebat enim Nuntii imperium plane sibi videri tolerabile, imo hanc forsitan optimam fore viam qua ad optatam Excalceatorum a Calceatis sejunctionem tandem perveniretur: verum formidandum dicebat ne Tostatus, ad incepta rediens, hinc occasionem arriperet subvertendæ penitus Reformationis (tom. III, ep. 19 et 37). In hanc illa sententiam diebus VIII et IX Augusti scripsit ad sororem suam Joannam de Ahumada et ad P. Gratianum.

Ira quæ, ali-
quantisper
sustinetur.

B

797 *Per eosdem fere dies, si credere licet auctori Chronici (lib. IV, cap. XXX), Nuntius Segæ, qui hactenus pessime de PP. Antonio a Jesu, Gratiano ac Mariano senserat, et S. Teresiam non dubitaverat appellare forinam inquietam, multivagam, indocilem ac contumacem, malarum doctrinarum sub pietatis specie inventricem, infracti claustrum contra Tridentina decreta et præpositorum mandata ream, contemptricem denique præcepti apostolici (1 Tim. II, 42) quo mulieribus docere non permittitur; is, inquam, per id fere tempus a præjudicata hac opinione ad benigniorem de Excalceatis sententiam traductus fuerat opera P. Joannis Roca seu a Jesu, prioris Excalceatorum Mancera; qui cum Madritum ad Nuntium accessisset litigii ejusmodi quod cum Calceatis gerebat causa, et ejus jussu aliquamdiu apud Calceatos Madritenses quasi in carcere detentus fuisset, obtenta demum loquendi copia, defensorem S. Matris ejusque prolis tam libere et eloquenter egit, ut victus illius oratione Nuntius sponderet fore ut Excalceatos, in fidem suam ac tutelam receptos, nunquam Calceatorum subiceret imperio.*

rursus deest: ob
regnum quoddam
subitum.

C

798 *At non diu his promissis Segæ stetit: imo acrius quam antea in Institutum Teresianum insurrexit, quando ad diem IX Augusti, uti perhibet Chronicon (lib. IV, cap. XXVIII), e supremo Hispaniarum consilio edictum prodit regium, quo magistratibus universis significabatur irritum et nihili faciendum esse quicquid Nuntius de Ordinibus religiosis statuisset. Hujus edicti exemplar ad S. Matrem XIV Augusti transmisit amicus ejus Rochus de Huerta (tom. III, epist. 21). Mauritius autem de Pazos, qui Alvaro de Mendoza in episcopatu Abulensi et Didaco de Covarruvias in supremi consilii præfectura successerat, P. Gratianum in regiam urbem accersitum jussit denuo visitandis Ordinibus sui cœnobii operam navare. Suppliciter, inquit Sancta (tom. III, epist. 20), Gratianus ab eo petebat ne tale onus iterum sibi imponeret. Ille vero respondebat fixam hanc esse determinatamque Dei et regis voluntatem, cui resistere nemini integrum: addebat de sua ipsius præfectura, non admodum sibi gestu jucunda, deque aliis id genus. Ad quæ cum Gratianus peteret essetne igitur ad Nuntium eundem, velut præses ne iret, sed ad se potius confugeret, si qua re opus haberet. Itaque Gratianus amplissimas accepit a consilio regio litteras, quarum ope auxilium brachii secularis, ubicunque opus foret, invocare posset. Porro, addit Sancta, semper opinio fuit Nuntium, quoad ex ipso intelligi poterat, nullam habere in Ordines regulares potestatem: cum enim rex agere ferret quod tam festinanter, se inscio, adversus Gratianum egisset (scilicet novem mensibus ante, ut vidimus num. 794), nihil deinceps fecerat usque ad præsens tempus.*

Ex ea autem agendi ratione satis patet transmissum D ei fuisse magnum aliquod Summi Pontificis mandatum; licet id nec consilio regio nec cuiquam, quod scitur, ostenderit. Hoc mandato, quod Philippus II per litteras vel per suum in curia Romana oratorem verisimiliter expetiit, Gregorium XIII cavisse ferunt ne Segæ rebus Carmeliticis sese immisceret. Verum hujus asserti fides penes suos auctores esto. Nos Sanctam audire pergamus.

799 *Æstuabat, ait, dubitatione animus P. Gratiani. Nam si, neglecta regis voluntate, Nuntio pareret, pessum ibamus, destituti scilicet favore regis, qui hactenus nos sustentavit ac pro nobis apud Sanctam Sedem intercessit: præsertim cum insuper compertum nobis esset Nuntium procurasse ut visitaremur a Tostato illo, qui, ut erat Calceatus et a Generali cum vicarii potestate missus, certissime propositum sibi habebat omnes nostras domos convellere; quandoquidem a capitulo generali cautum erat ne plura quam duo vel tria cœnobîa nostris relinquerentur, neve Excalceatorum numerus imposterum augeretur, neu denique vestium esset ulla distinctio. Ac semper Gratianus ægerrime ille quidem, ac tantum ut nos sustentaret, onus visitandorum cœnobiorum in se suscepit: nunc vero etiam durum illi accidit quod acta visitationum suarum exhibere sit jussus; quia multa inibi continentur quæ sub secreto audivit: adeoque omnes offendet et multos infamabit, si ea Nuntio ostenderit, non habenti legitime probatam potestatem qua malis remedium afferre possit. Ex his verissime a me expositis, quibus et alia possent adjungi, quivis intelliget quam inique in illis Nuntii litteris de Gratiano actum sit. Nihil hic unquam egit nisi ex virorum bene doctorum sententia: quamvis enim ipse scientia non caret, tamen proprio judicio nunquam fudit. Quod vero Nuntius suas facultates approbationi regie subicere renuat, id novum et inauditum apud Hispanos dicit esse; quoniam, qui antea fuerunt Nuntii, semper id fecerunt.*

Fluctuans
animo P. Gra-
tiani.

E

800 *Ergo Sancta, de causa sua æquitate nullatenus dubitans, Gratiano adhuc timido stimulos addidit ad rem fortiter, depulso omni scrupulo, et simul etiam suaviter capessendam. Tua, inquit, sapientia ac prudentia in his adjunctis opus est, ut nil aliud metuere videamur nisi ne Deum offendamus. Quando vero Nuntium alloqueris, si tamen audire te voluerit, purga te illi de his rebus, significando videlicet te semper ad obediendum illi fore paratissimum, sed neminem fugere quam acriter Tostatus nostris hisce inceptis obsistat, de his autem inquiri facile posse; et si quid aliud tibi in mentem venerit. Ante omnia autem, quibuscumque potueris viis et quibuscumque illi voluerint conditionibus, cum Nuntio age de obtinenda nobis provincia: quippe omnis nostra salus atque adeo tota hæc Reformatio in ea est posita. Quare plurimi quoque interest ut de eadem hac re agas: cum rege, cum præside, cum archiepiscopo, denique, ut summam dicam, cum omnibus; ostendasque omnia scandala ac bella, præsertim in regno Castellano, hoc uno ex fonte oriri, quod nimirum sejunctionem provinciam hactenus non habemus (tom. III, epist. 21). Hæc Sancta XIV Augusti.*

postquam
alias placan-
di Nuntii viis

F

801 *At non facilem accessum ad Segam Gratianus habuit, uti patet e sequenti Teresie ad eum epistola, scripta XXIV Augusti (tom. II, epist. 26), qua anxie percontatur num tandem aliquando Nuntium conveniret: et qua simul, ut hoc etiam obiter notem, textum facit dolorem suum de morte Sebastiani, regis Lusitanorum, viginti ante diebus in prælio*

frustra quæsi-
vit.

A *prælio apud Afros interempti; narratque Generalem Rubicum ad Quiteriam, monialem cœnobii Incarnationis, litteras dedisse quæ præcipue ostenderent quam mala de Excalceatis nuntia Romam fuissent allata. Porro, dum per eos dies, ut ostendit P. Antonius a S. Josepho (tom. IV, epist. 23, not. 10), Carmelita Calceati, præsertim PP. Coria ac Suarez, Andalusii ambo, qui superiori mense cum multis de Gratiano querelis ad Segam venerant, operam ac pecuniam suam impenderent portandis mittendisque quaquaversum ad Excalceatos Nuntii litteris de quibus supra egi, Gratianus una cum Mariano, qui Madriti adhuc sedulus permanerat (tom. IV, epist. 75), ibique, ut Segam faceret satis, apud Calceatos habitaverat (tom. II, epist. 47), Pastranam videtur abuisse: ubi tunc quoque aderat P. Antonius a Jesu.*

802 *Vix autem tria hæc Excalceatorum capita unum in locum ita convenerant, cum ecce Pastranæ etiam adfuerunt cum Nuntii litteris Suarez et Coria, imperiosis vocibus obedientiam ab Excalceatis ibi degentibus exigentes. Advocat illico Gratianus in consilium gravissimos quosque cœnobii Patres. His vero in diversas sententias abeuntibus, in cellulam sese abdit cum Benedicto a B. Virgine, viro omnium opinione sancto: quo suadente, etsi loci magistratus, stipante civium caterva, jam ad vim ab Excalceatis depellendam cum regio adversus Nuntii litteras decreto (de quo num. 798) accurrisset, tamen vir mitis et Summi Pontificis, cujus personam Segagerebat, reverentia ductus, sperans præterea facile se ab rege excusatum iri, omnes Excalceatos suos in capitulum convenire jussit ad faciendam obsequii sui erga Nuntium significationem. Post hæc quidquid habebat litterarum ab Ormaneto acceptum et alia quæcumque sui officii instrumenta duobus quos paulo ante nominavi Patribus ultra in manus dedit.*

803 *Placavit aliquantisper Segam paratus ille Gratiani ac Pastranensium Excalceatorum ad obediendum animus; sed regi contra ita displicuit ut de solita ejus in Excalceatos benevolentia non parum hanc ob causam fuerit detractum. Cum autem Gratianus, comitibus Antonio ac Mariano, Madritum rediret, sui, ut arbitror, apud regium consilium purgandi causa, Nuntius, probabiliter timens ne rex, audito Gratiano ejusque sociis, quidquid Pastranæ nuper gestum erat, rescinderet, eosdem vix urbem ingressos ac nil tale suspicatos abduci jussit quasi captivos in cœnobium Calceatorum, ablata illis cum celebrandi audiendive Sacri, tum etiam litterarum scribendarum aut recipiendarum copia. Auctor Chronici (lib. IV, cap. XXVIII), quem in hac narratione secutus sum, insuper refert PP. Marianum et Antonium non ita diu post ad alia cœnobia, illum nempe ad Atochanum PP. Prædicatorem, hunc ad S. Bernardini PP. Ordinis Minorum Excalceatorum, Nuntii jussu fuisse traductos, Gratiano interim solo apud Carmelitas Calceatos manente.*

804 *Ad hanc autem epocham haud scio an referendum sit fragmentum epistolæ a S. Matre ad P. Gratianum scriptæ, quod ita sonat: Spiritus Sanctus sit tecum tibi que animus ac vires addat ad sustinendum hoc prælium. Vix enim hoc tempore quæquam est quem tanto furore a demone ac mundo impeti Deus sinat. Sit nomen Domini benedictum, quia voluit ut tot ac tanta simul tibi mercede virtutum præmia. Certo, nisi natura tam molles essemus, facile intelligentia consequeremur quantam habeamus gaudendi causam. Me reficit quod non amplius suspiceris te esse excommunicatum: ego quidem ne vel minimam de hac re du-*

bitationem unquam habui (tom. IV, fragm. 19). Dolendum est epistolam e qua hæc verba desumpta sunt, et quæ fors multum luminis nobis attulisset, non integram superesse: ac magis etiam dolendum quod destituimur litteris quas a se calamitoso hoc tempore ad regem ac Nuntium scriptas ipsa Sancta memorat (tom. III, epist. 7, et tom. IV, epist. 26 et 75).

805 *Utique calamitosum tempus illud Teresianæ Reformationi fuit. Habebant sibi Excalceati regem parum propitium, insensum Nuntium apostolicum, alienum ab sese animum Rubci Generalis: imminabant validi in omnem sæviendi occasionem adversarii; nec quidquam opis auxiliique in amicis jam erat. Turbata jacebant ac dissipata intestinis discordiis cœnobia, dum alii victas darent hostibus manus, alii gloriosissimum putarent extrema quæque pro institutis suis fortiter perpeti, nec ullus adesset qui divisas inter se mentes ad unam eandemque sententiam revocare sua auctoritate posset. En quid ipsa Teresia lamentabunda super his ad P. Paulum Hernandez S. J. die IV Octobris perscripserit: Jesus, Gratia Spiritus Sancti tecum sit, Pater mi. Ante hos octo dies Anna ab Angelis, priorissa Toletana, ad me perscripsit te Madriti versari. Quo nuntio magnum solamen accepi, quia mihi videris ab ipso Deo illuc adductus, ut levamen aliquod meis doloribus afferas. Tanta enim ac tam varia mala a mense Augusto anni proxime elapsi sum passa, ut mollementum ingens mihi foret, si te coram videre ac partem aliquam dolorum meorum (nam omnes enarrare non possem) in sinum tuum effundere mihi liceret. In præsentia vero ad cumulum miserie pervenimus, prouti te docebit qui has litteras ad te defert, vir fidissimus et pro suo in nos amore nostrarum quoque calamitatum particeps. Molestissimum diabolo accidit obsequium quod ab Excalceatis nostris, tam viris quam feminis, Deo præstatur ea perfectione de qua cogitare sine consolatione non possis. Ac inter Excalceatos quidem, qui novem jam habent cœnobia, plurimi sunt eximiis animi dotibus viri; qui, quoniam propriam sibi provinciam non habent, tantas a Calceatis molestias patiuntur ut singillatim describi nequeant.*

806 *Omnis nostra salus vel perniciēs secundum Deum in manibus Nuntii vertitur; qui, ob nostra sane peccata, tantam Calceatis nostram famam lacerantibus tribuit fidem ut quo res casuræ sint, non videam. Quod ad meipsam attinet, multivaga vocor et inquieta; quæ autem fundavi monasteria, sine licentia Papæ aut Generalis fundasse dicor: quo crimine quid pejus, quid Christiano indignius esse possit? Sed et alia multa dictu horrenda atque intolerabilia boni illi tam de me quam de P. Gratiano, qui eos visitavit, prob dolor! in vulgus spargunt. Equidem, vere hæc a me dici crede, affirmare non dubito P. Gratianum pro honestissimis suis moribus et eximia conscientie puritate inter maximos Dei servos quibuscum egi, merito esse annumerandum: quid multa? vestræ Societatis, ut facile scire potes, per omnem vitam suam fuit alumnus. Compluto repetenda est causa cur pessime de Patre illo sentire Nuntius cœperit; idque certas quasdam ob res, quæ si rite noscerentur, vel exigua vel plane nulla Gratiani culpa in iis deprehenderetur. Idem de me quoque dicendum: nisi forte tunc in Nuntium peccaverim, quando mandatis ejus mihi significatis summa voluntate obedi, vel quando litteras ad eum dedi maxima qua potui animi demissione.*

807 *Credo autem hæc omnia desuper in nos cadere, quod velit nimirum Deus ut patiamur. Atque adeo*

AUCTORE
V. D. M.
D

P. Paulo Hernandez S. J.

E

Sancta per litteras exponit.

F

ejusque patrocinium.

officiis demum
rescriptis et
subscriptis.

causa regi
Philippi co-
luntatem.

Mixtum ro-
tum quatuor
alium.

AUCTORE
V. D. M.

A adeo jam nemo est qui veritatem curet et bonum aliquod verbum pro me loquatur. Quibus ego quidem malis, ut dicam quod sentio, quod ad me attinet, letor potius quam commoveor aut conficior: sed mihi videntur, si ea crimina quae Patres illi in me conferunt, falsa esse constaret, fortasse nec illa quae de P. Gratiano dicuntur, fidem apud Nuntium habitura esse; quod sane permagni nostra interest. Quapropter mitto ad te exemplar patentium litterarum quas a R. P. Generali accepi, e quibus videas quam sit a veritate alienum quod Nuntius dicit, domus nostras absque licentia fuisse fundatas. Sed, ut video, omnes vires eo intendit diabolus ut hasce domus male perdat: quocirca in optatis mihi est ut quidam Dei servi earum patrocinium in se suscipiant. Eheu! Pater mi, nubilo tempore quam paucos reperire est amicos!

ad iniquam
de sua Excalce-
antis opinio-
nem

B 808 Audio te esse praesidi valde acceptum atque in ejus gratiam Madritum venisse. Cum autem non dubitem quin is omnia haec et plura etiam a Nuntio de nobis acceperit, operae pretium esset, si tu, qui testis es quodammodo ocularis, quippe cum animam meam habeas perspectam, errorem homini eriperes: quo pacto magnum a te obsequium Deo praestitum iri puto. Ostende, quaeso, quanti referat ut caepa haec nostra progressum habeant; praesertim quia te non latet quantum Sacro huic Ordini esset inclinata res. At dicunt novum Ordinem hunc esse, novella inventa. Legant igitur primam regulam, quam nos unam servamus sine mitigatione, sed eo rigore quo primitus a Summo Pontifice data fuit. Credant suismet oculis tantum, ut videant quomodo nos vivamus, quomodo item Calceati: his vero aures non praebant, qui nescio unde tam multa, quae nequaquam vera sunt, in nostrum exitium deprompserint.

Nuntio tri-
pudum,

C 809 Praeterea oro te atque obtestor ut Patrem illum qui Nuntio a confessionibus est, nomine meo alloquaris meisque verbis salutes, ac de tota veritate facias certiores; ut religionem videlicet Nuntio injiciat quominus in meam perniciem res pessimas, nullo praecedente examine, divulget. Quantumvis enim improba sum, non tamen usque adeo sum temeraria ut ea commiserim quae vulgo de me jactantur. Ex his tu ea dices quae dicenda judicaveris. Demum, si tibi videbitur, ostendere poteris qua auctoritate monasteria mea fundaverim. Quin imo praecceptum aliquando accepi, quo vetabar finem fundandi facere; et quando R. P. N. Generalem oravi ut me juberet labore illo desistere, respondit mihi ille optare sese ut tot fundarem monasteria quot habeo in capite capillos. Proin nil causae est cur tot Dei ancillae ob adversa testimonia male audiant. Quod quoniam a Societate vestra educationem, ut aiunt, et existentiam accepi, æquum mihi videtur ut per virum Societatis veritas pateat; quo Nuntius, vir gravissimus, quandoquidem ad reformandos Ordines in has regiones sibi incognitas venit, cognoscat tandem aliquando quos reformare debeat et quibus bene velle, ac mendacissimos homines pro delicti gravitate puniat. De reliquo, ut jam dixi, tu videris quid facto sit opus.

entre sibi de-
ponit.

810 Interim per Dei Domini nostri ac pretiosam Matris ejus amorem te precor, ut tuam istam benevolentiam, qua nos, ex quo nos cognovisti, semper ex prosecutus, arduoso hoc tempore desiderari ne patiare. Nostri sane operae pretium tibi egregie solvent, et debes hoc cum mea voluntati tum ipsi quoque veritati, quam his rationibus tuearis velim quas duxeris opportunissimas. De omnibus, quaeso, me facito certiores, praecipue de valetudine tua.

D Mea quidem infirmissima fuit; atque ita omnibus modis me Deus angustiavit: sed meos dolores parum dolerem, modo illos Dei famulos non viderem pati. Sit tecum servetque te Dominus. Tandem indica mihi num verum sit, quod audivi, te non ita brevi ex ista urbe excessurum. Est hodie dies S. Francisci. Indigna famula ac genuina filia tua, Teresia a Jesu, Carmelitana (tom. III, epist. 7).

811 Has igitur ad angustias redacti Carmelita Excalceati audax iniere consilium, hortante praesertim Gratiano, eligendi sibi proprium provincialem. In eam cogitationem jam aliquot ante mensibus venerant; sed tunc cessasse videntur auctoritati S. Teresiae, hanc rem e doctorum virorum sententia prorsus dissuadentis. Scripserat namque illa xv Aprilis ad P. Gratianum consultos a se fuisse magistrum Daza et doctorem Rueda: utrique autem videri talem electionem illicitam, nisi Generalis aut Pontificis Maximi consensus accesserit; nec aliud inde quam occasionem clamoribus Calceatorum datum iri: proindeque multo fore consultius si regis Philippi intercessionem a S. Sede postularetur venia novam provinciam erigendi (tom. I, epist. 22). Cumque ultimum hoc consilium Sanctae valde arsisisset, nullam ipsa ejus urgendi ac maturandi occasionem omiserat, ut ex epistolis ipsius bene multis liquet. Quin et commentarius praeat, ab ipsa per hos de quibus agimus menses conscriptus, de separatione inter utrumque Carmelum sub auctoritate et bona venia P. Rubei facienda; cujus commentarii illa erant praecipua capita: Monasteria Virginum cura provincialis potissimum esse commendanda: ac neminem quidem ad id muneris gerendum aptiorem esse P. Gratiano; at, quoniam hic Generali non placeret, Antonium a Jesu vel S. Joannem a Cruce vel alium quempiam, modo ne vel olim fuisset vel adhuc esset Calceatus, novae provinciae esse praeficiendum: porro curaturum provincialem ut consueti vectigalia quotannis ad Generalem mitterentur; quae imo duplicanda esse, si Gratianus provincialis fieret: demum non ita restringendam videri promonialibus claustris legem ut non possent illae interdum suis e caenobiis exire ad ponenda novarum foundationum initia (tom. IV, epist. 48).

Verum ipsi
Excalceati,
provincialem
sibi

812 Convenisse autem videtur Gratiano cum Teresia ut Excalceatorum aliqui ad assequendum optatissimam hanc turbam ac discordiarum solutionem Romam proficiscerentur; et S. Mater in eam sententiam adhuc die xxix Septembris ad Gratianum scripserat, duos ei proponens Patres quos ad iter Romanum et res apud S. Sedem et Generalem promovendas maxime putabat idoneos (tom. IV, epist. 27). Verum, uti modo dicere capi, pacifici illi conatus tumultuario tandem plurium Excalceatorum consilio fuere disturbati: quando scilicet desperabundus Gratianus, nonnullis cum ipso sentientibus, forsitan ne monita quidem Teresia, et certe ea invita, propriis viribus id tentare statuit quod aliena ope se jam consequi non posse arbitrabatur; ac P. Antonio a Jesu, qui anno 1576 in capitulo Almodovarensi electus fuerat primus diffinitor, in hunc finem suggessit ut capitulum eodem in loco celebrandum indiceret ad diem ix Octobris. Ut autem probabili aliquo nomine capituli convocationem coloraret, proferbat acta PP. Petri Hernandez et Francisci Vargas Ord. Praed., a S. Pio V olim (ut vidimus num. 496) ad visitandos Carmelitas Hispanos deputatorum; quibus actis permissum injunctumque Excalceatis esse contendeat, ut, absolutis visitationibus, ad creandum sibi provincialem capitulariter convenirent.

contra men-
tem S. Teresiae

F

813 De praetextu hujusce momento, quod prorsus nullum et S. Joannis
a Cruce

A nullum fuisse Montoya pronuntiat (dissert. II, cap. VI, § III), videant alii quid statui oporteat. Illud certum, S. Joannem a Cruce, qui, ut e suo carcere Tolitano paulo ante erat opo Desparæ liberatus, Almodovarum cum aliis venerat, opinioni Gratiani apertissime contradixisse iisdem fere rationibus quas S. Teresia jam mense Aprili, ut supra demonstravi, allegarat: quamvis Boucher autumat nimis delicatam in hac parte fuisse SS. Teresie Joannisque conscientiam. Quidquid sit, cursum tenuit capitulum, Electus in provincialem fuit P. Antonius a Jesu: destinati ad iter Romanum P. Petrus ab Angelis et Fr. Joannes a S. Jacobo; ac dicto P. Petro in regimine cœnobii Montis Calvarie successit S. Joannes a Cruce, qui jussus simul fuit moniales Veasenses nescio qua de causa invisere. His ita decretis, Madrito Almodovarum accessit P. Joannes a Jesu: qui primum quidem, ubi suam ac P. Nicolai Doria mentem, similem menti S. Joannis a Cruce, multis argumentis propalavit, surdis se canere sensit; attamen deinde perfecit ut congregatorum Patrum præcipui Nuntium supplices adirent, rerum a se gestarum reddituri rationem, approbationemque petaturi. Ita demum solutum capitulum, de quo ampliora legere est in Chronico (lib. IV, cap. XXXI).

B 814 Circa idem tempus nuntium in Hispaniam perlatum fuerat R. P. Joannem Baptistam Rubicum in nonas Septembris, anno ætatis suæ 71, generalatus 16, e viris excessisse. Quo Sancta nuntio se ita indoluisse testatur ut integrum diem lacrymando consumpserit: Nec enim, inquit, ad Gratianum XV Octobris scribens, sine dolore ea recordari poteram quæ immerens ille nostri causa fuerat passus; quem si advisissemus, in expedito fuissent omnia: det Dominus veniam homini isti qui obstitit quominus mihi tecum de modo placandi Generalis conveniret; quanquam tu quoque isthac in re parum mihi credidisti (tom. III, epist. 22). Significantissima hæc S. Teresie verba hic citanda duxi, in confirmationem disputationis a me § XXXVI institutæ. Ceterum epistola unde ea deprompsi, uti initio planissima est, sic finem versus in intricatissimum evadit sensum, ita ut Montoya contendat (loc. cit.) ex variis epistolarum S. Teresie fragmentis a viro existimationis P. Gratiani nimium studioso fuisse consutam; inutili tamen labore, siquidem Gratianus maximam partem rerum in capitulo Almodovarensi actarum sibi et ipse tribuit in panegyrico quodam de suis actionibus commentario. Satis igitur fuerit e prædicta epistola illud unum hic addidisse: nempe Sanctam, mortuo jam Rubico, optasse ut Excalcati Romam destinati itineri suo id temporis supersederent; quia metuebat videlicet ne vel in Hispania vel certe in Italia tanquam fugitivi a Calceatis comprehenderentur et carceri manciparentur, unde difficilior liberari potuissent quam e suo liberatus fuerat S. Joannes a Cruce: hic scilicet circa id tempus menstruum inclusionem in quadam cœnobii Pastranensis cellula subierat. Porro, ubi Excalcati, veluti conductum fuerat, in conspectum venire Nuntii, auribusque ejus capituli nomen et provincialis electio insonuit, nullus amplius fuit ejus indignationis modus. Rescudit is extemplo quicquid factum Almodovari fuerat: Gratianum ad cœnobium Carmelitarum Madritense, Mariannum ad Atachenie Dominicanorum, Antonium a Jesu ad S. Bernardini Franciscanorum Excalcatorum, Teresiam Tolitum tanquam in novam captivitatem iterum abire jussit; latiusque die XVI Octobris severissimis decretis, integram Reformationis Teresianæ destructionem serio et ex animo orsus est.

C 815 Qua primum die de his decretis facta fuit

Sancta certior, adeo præ doloris vehementia concecit animo ut a sumendis cibis penitus abstineret. Quo animadvertso, cum aliquantum noctis jam processisset, Ven. Anna a S. Bartholomæo agram hortata fuit descenderet in refectorium viribus paululum reficiendis, priusquam signum ad nocturnum Officium daretur. Dictis carissimæ filie S. Mater paruit; ac mensæ accumbens, teste Anna (Vitæ suæ cap. XV), Jesum Christum visibili specie sibi adstantem habuit, panem suisque manibus frangentem ejusque frustulum in dilectæ sponsæ os immittentem cum suavissimis hæc verbis: Manduca, filia; bene enim video quam multum patiaris: macte animo, quia aliter res fieri non potest. Hac visione incredibile dictu est quantam conceperit S. Mater fiduciam. Quare omnem cogitatum suum in Dominum jactans et levans oculos suos in montes supernos, unde certo sciebat auxilium sibi venturum, preces, jejunia corporisque macerationes tum ipsa sibi multiplicavit, tum etiam monialibus suis multiplicandas indicavit. Nec tamen ita spiritualia hæc adhibuit adjumenta ut temporalia sibi negligenda duceret: imo vero singulari cura non per se tantum, sed etiam per Ven. Annam a Jesu, priorissam Veasensem (ut in hujus Vita, lib. III, cap. XIII, annotat P. Angelus Manrique) favorem ac patrocinium magnatum sibi suisque conciliare et religiosos magni nominis adhibere deprecatores studuit; nec omisit ad regem ipsum ita scribere verbis quæ plus apud illum, testibus Ribera et Yepesio, efficerent quam potentium multorum intercessionibus.

816 Dicendum nunc est de vexationibus a Carmelitis Calceatis in Excalcatas Hispalenses ad finem anni 1578 majori quam olim sævitia exerceri ceptis, prouti num. 738 hujus Commentarii præmonui. Res ex narratione priorissæ, Mariæ a S. Josepho, paulo est altius repetenda. Postquam S. Mater Hispalim liquerat, sacerdos quidam indoctus fere quotidie a mane ad vesperam usque, sub prætextu Confessionis generalis, cum duabus alternatim monialibus in Sacro Tribunali colloquia instituebat. Quem cum prudens priorissa, cui id admodum displicebat, post trium quatuorve mensium spatium dimittere vellet, cepit ille optimæ virginis famam ita apud clerum populumque Hispalensem lacerare ut nemo unus demum esset sacerdos qui non ab ea diffideret, nedum ejus Confessiones excipere vellet. Quo cognito, S. Teresia, quæ jam prudem carissimam filiam hortata ad patientiam fuerat, in auxilium vocavit P. Petrum Hernandez Ord. Præd., sæpe jam a me laudatum: qui, re perpensa cum P. Nicolao Doria, Mariæ a S. Josepho auctor fuit ne sacerdote illo ad nudandas monialium Confessiones amplius uteretur. Verum provincialis Carmeli Andalusii, priorissæ et ipse insensus, malesanum confessarium denuo monialibus obtrudit.

817 Tum vero impudens obtrectator, adhibita opeduarum quas deceperat monialium, non tantum Mariam a S. Josepho aliasque cœnobii Hispalensis virgines, sed P. Gratianum quoque ac S. Teresiam horrendis criminibus apud Sacram capit Inquisitionem accusare. Hinc variae examinationes magno strepitu tumultuque institutæ, crescente in tantum mendaciorum enormitate, ut S. Teresia, his auditis, ridens diceret: Si mentiri volunt, mentiantur sane eo modo, quo fiet ut apud neminem fidem inveniant. Confessioque tandem a scribis instrumenta, in quo, ut castis auribus intolerabilia omittam, Virgo purissima Teresia parum honeste inducebatur, Matri Mariæ a S. Josepho non sine ingenti civitatis scandalo admittitur prioratus: ejusque in locum alia virgo admodum juvenis atque ei inimicissima subrogatur cum vicaria titulo. Inter quæ tantus fuit monialium pavor ut pallium omnes paratum haberent, si forte essent ad

AUCTORE
V. D. M.
Marientem
Teresiam
Christum, visibili specie apparuit, animat.

E

Monialibus suis Hispalensibus.

F

priorissam suam injusto officio privatam dolentibus.

AUCTORE
V. D. M.

A

S. Inquisitionis carcerem rapienda. Narrat hoc ipsa priorissa apud P. Emmanuelem a S. Thomae Aquinate (tom. III, pag. 217).

Sancta leon-
men affert et au-
tenti.

818 Quotopere S. Teresiam dilectarum filiarum miserum fuerit, primum est intelligere. Si enim erga omnes moniales suas maternum gerebat animum, at Hispalenses ita singulari quodam amore prosequeretur ut ceteris his, ipsa teste (tom. III, epist. 66), quasi subiuciderent. Itaque praesto eis fuit omni qua poterat opo, praecipue suis aliarumque monialium ad Deum precibus, et quoad licuit, etiam epistolis. Quoniam vero labente tempore omnes accipiendi scribendique litteras via miserandis illis virginibus erant per summam vim atque injuriam occlusae, refugit ad circum sibi amicissimum, P. Pantoja, priorem Carthusiani cenobii Hispalensis, cui a Caveis nomen est (vulgo de las Cuevas), eique monasterium suum affectuosissimis litteris, die XXXI Januarii scriptis, commendavit (tom. I, epist. 17), addens simul consolatoriam ad fideles suas moniales epistolam, quam optabat ut cunctae legerent, vel, si hoc fieri nequiret, legi saltem audirent. Non possum quin potissimum partem illius epistolae, qua generosos animi sui sensus, amorem erga filias impensissimum et altam in dextra

B

Omnipotentis fiduciam stupenda plane facundia sententiarumque ubertate Seraphica Mater pandit, oculis lectoris subijciam.

819 Est ea igitur talis: Jesus. Gratia Spiritus Sancti vobiscum sit, sorores et filiae meae. Scitote meum in vos amorem nunquam tantum fuisse quantus est in hocce temporis articulo; vos vero ipsas nunquam habuisse tam pulchram quam nunc habetis Domino serviendi occasionem: quandoquidem ingentem nunc vobis impertit gratiam, qua possitis crucem ejus paulisper experiri cum parte aliqua derelictionis quam ipse longe maximam in cruce passus fuit. O beatam diem qua istum in locum venistis, ubi tam fortunata vos manebant tempora! Habetis me admodum vobis invidam. Et re quidem vera, quando omnes istas mutationes cognovi, quae mihi plenissime narratae sunt, quando audiivi actum fuisse de vobis e monasterio depellendis aliaque id genus nuntia, adeo non dolui, ut imo potius summa laetitia apud animum meum gestierim; quia videbamini mihi, ne mari quidem transmissio, per Domini bonitatem assecutae esse aeternorum thesaurorum fodinam: qua spero in eodem Domino vos ita esse ditandas ut in nos quoque quae hic sumus, aliquid e vestris opibus sit redundaturum. Equidem Dei misericordia omnino confido nos ita adjutum iri ut nulla in re a vobis offendatur. Quod vero multo doloris sensu de his rebus afficiamini, id nolim vos adeo sollicitet: volet nimirum Deus ut inde probe intelligatis vos nimium vobismet tribuisse, quando tantopere eratis patiendi cupidae.

C

magnanimum
malorum tole-
rantiam

820 Agitedum, agite, filiae meae. Mementote Deum non passurum vos tentari supra id quod potestis, eumque vobiscum esse in tribulatione vestra. Quae cum certo ita sint, non est quod timeatis; verum in ejus misericordia sperandum, qua integram veritati suae erit locus, patebuntque machinae quaedam a demonio ad omnia susdeque vertenda hactenus occultatae, de quibus multo ego dolui magis quam de praesenti ista calamitate. Oratione, sorores meae, oratione opus est. Splendeat modo inter vos humilitas, splendeat obedientia; quam quidem virtutem erga vicariam ita exercebitis omnes, ac prae ceteris priorissa ab officio nuper deturbata, ut ab aliis in hac parte vos superari non sinatis. O tempus quo nullum aptius colligendo fructui votorum istorum quibus Deo servire

concupivistis! Animadvertite, amabo vos, Deum D frequenter experiri velle num opera nostra votis ac verbis respondeant. Date dignas manus filiis B. Virginis, fratribus, inquam, vestris, in magna isthac persecutione. Si enim invicem adjuveritis, bonus Jesus vos adjuvabit; qui licet in mari dormiat, at ingravescente tempestate ventos imperio coerces. Nostras ille preces exoptat; atque in tantum nos amat, ut nunquam non sit in omnem nostrae utilitatis procurandae occasionem intentus. Sit Nomini ejus benedictio in saecula. Amen. Amen. Amen.

821 In omnibus nostris domibus vos Deo commendant sorores vestrae: quare per ejus benignitatem spero fore ut brevi remedium cunctis vestris aerumnis alleratur. Curate itaque ut hilares sitis; ac considerate quam parum sit, re probe perpensa, quidquid patimur pro Deo tam bono et tanta pro nobis passo. Nondum enim eo pervenistis ut sanguinem ejus causa profuderitis. Inter sorores vestras, non in Algerio versamini. Quod si Sponsum vestrum sinatis agere, brevi eos ipsos qui nunc bellum nobis inferunt, mediis involutos fluctibus videbitis, veluti Pharaoni regi accidit: nos autem, populus Domini, libertati reddemur; nec erit quisquam nostrum quem praeteritorum fructus dolorum non ad novas aerumnas exoptandas incitabit. Vestras litteras accepi: doleo autem quod aliqua a vobis scripta igni injeceritis; poterant enim usuvenire. Quod litteras meas tradideritis, hoc quidem, ut docti hic viri censent, facere non erat necesse; sed parvi interest. Utinam omnes culpa fuissent in me unam collatae! quanquam dolores eorum qui nulla sua culpa passi fuerunt, sanequam ego ipsa dolui. Omnium vero acerbissimum mihi accidit in actis informationis, istae a P. Provinciali institutae, res nonnullas scriptas esse, quae quam falsae sint ego probe scio, quoniam praesens tunc eram. Per Domini nostri amorem bene videte num quae vestrum eas res per metum aliquem aut turbationem dixerit. Nam, modo nihil in Deum peccatum fuerit, totum hoc nihil est; sed de mendaciis, iisque in damnum alienum, merore confecta fui: quamvis fidem illa nullam apud me invenerunt; quia perspectum est omnibus qua puritate ac sanctitate nobiscum agat P. Gratianus, quantumque nos ad proficiendum et progrediendum in obsequio Domini juverit. Unde, etiamsi res exigui momenti forent, gravi tamen culpa tenetur qui eas illi imputaverit. Monete ex caritate sorores istas; et cum SS. Trinitate quiescite, ejus in tutela opto ut sitis. Amen (tom. I, epist. 51). Pauculas lineas quae adhuc sequuntur, cum minutulis tantum de rebus agant, supervacaneum foret hic adscribere.

et fiduciam in
Deo commen-
dat.

E

F

822 Jureni illi vicariae, de qua supra diximus, subrogato fuit nescio quando Isabella a S. Hieronymo, una e quinque illis quae primae ad fundationem Hispalensem cum S. Teresia venerant. Ad hanc simul et Mariam a S. Josepho, turbis jam sedari captis, aliam dedit S. Fundatrix epistolam (tom. III, epist. 79), cui ad calcem pro diei nota adscribitur: Est hodie dies Crucis; quo nomine diem in Maji, inventae S. Crucis sacrum, designari arbitror. Est haec epistola plena monitis, praecipue de cura adhibenda duabus monialibus Margaretae et Beatrixi, quae faces intestini belli fuerant et tunc aliquantum caperant recipiscere; adeoque perlonga est, novem paginis in 4^o comprehensa et numeris omnino 17 constans. Verum, ut animadvertit Montoya (Dissert. III, num. 172), suspectam facit eam epistolam altera epistola a Palafoxia edita, ejus majorem partem constituunt duo longe istius epistolae brevia fragmenta, nullo vocum discrimine (tom. I, epist. 58).

Garcias Alva-
rez, monaste-
rii Hispalensis
confessarius.

Praeterea

A Præterea commentator in suis annotationibus traducit Garciam Alvarez, monialium Hispalensium confessarium, ac si is fuisset primus auctor atrocis illius in Sanctam ejusque prolem calumnie. Calceatorum dein Carmelitarum machinationibus amplificatur: atque nullatenus dubitat quin Garcias fuerit confessarius ille quem Maria a S. Josepho tacito nomine ut calumniatorem perstringit.

non fuit auctor harum calumniarum.

823 Mihi contra longe aliud suadent cum alia S. Matris ad priorissam illam epistola, tum præcipue hæc ipsa de qua nunc disputamus. Mire enim in illis elucet Sanctæ erga Garciam, de se suisque tempore foundationis (vide num. 699) et deinceps optime meritum cognatasque aliquot inter moniales numerantem, grati animi affectus; ita ut vix non semper, quando ad priorissam scribebat, eum valere speciatim jussit. Ad hæc sæpius multa cum fiducia ad eum litteras dedit: voluit ut priorissa cum eo de sua oratione libere loqueretur; eique librum a se de Vita sua scriptum cupiit communicare (tom. II, epist. 88): testata semel et iterum fuit se de ejus veracitate nequaquam dubitare, ne in iis quidem rebus quæ spectabant ipsas ejus consanguineas (tom. I, epist. 59 et tom. III, epist. 66). Si quemdam aliquando ei misit commentarium P. Gratiani de confessariis (tom. III, epist. 69 et 73), hoc fecit pro directione ejus potius quam pro reprehensione; quamvis non diffiteor semel a Sancta improbatam fuisse Garcie opinionem, qua videtur nimis libere et sine delectu alios advocasse confessarios vel directores: Quare, ait ipsa, propositum mihi fuit ad eum scribere ab eoque petere ut, si quid habeat cum aliis communicandum, omittat magistros spiritus, et viros seligat apprime doctos; hi enim e multis me extricarunt difficultatibus (tom. II, epist. 84). Quin imo mense Octobri anni 1576, cum timor esset ne Garcias ab audiendis monialium Confessionibus cessaret, moleste hoc ferens Sancta, eum per litteras vel per priorissam rogavit ut in eo munere fungendo pergere ne gravaretur (tom. III, epist. 66).

quæ felicem dentem habent exitum.

824 Porro negotium hoc monialium Hispalensium, ad consilium regium delatum atque ibi diligenter excussum, strenuam utilemque imprimis operam navante P. Nicolao Doria (tom. I, ep. 60, et tom. II, epist. 28), cum prorsus exitum habuit quem S. Teresia suis litteris cum perfecta in Deo fiducia prænuntiavit. Probata nimirum P. Gratiani ac castarum illarum Dei ancillarum innocentia, quam jussu Nuntii scripto die XXVIII Junii juridico instrumento rite testatam fecit P. Angelus de Salazar, tunc Excalceatis (ut mox videbimus) cum vicarii generatis potestate prepositus, Mariæ a S. Josepho suus est prioratus, quem tamen recusare in animo habuerat (tom. I, epist. 60), cum honore restitutus (ibid. epist. 61, not. 1). Eundem exinde summa cum laude gerere perrexit per quinque circiter annos; donec scilicet anno 1584 propter miram prudentiam suam, uti docet auctor Chronici (lib. VI, cap. XLII), electa a P. Gratiano provinciali fuit, ut novi Ulyssiponensis monasterii foundationem curaret eique præset. Ubi dum degit, anno 1590 magna animi constantia manum adiutricem porrexit priorissæ Madritensi, Ven. Annæ a Jesu, quæ meruerat ab ipsa S. Teresia se dignior præfectura appellari et in Ordine haberi ut altera Teresia; quæque, uti fortitudine et prudentia sua ceptis claustris sui effecerat ut anno 1580 S. Sedes postulata sua pro separatione inter utrumque Carmelum, invito licet Carmelo Mitigato, concederet, sic iterum anno 1590, invito ipso Reformatorem capitulo, litteras obtinuit apostolicas ad restituendum pristinum Teresianum in Ordine regimen. Mansit autem Maria a S. Josepho in Lusitania ad annum

usque 1603; nec diu post in Corvensi cenobio eum magna sanctitatis opinione obiit, ut refert Didacus Ortiz de Zuñiga in Annalibus Hispalensibus (lib. XV, ad annum 1576).

AUCTORE
V. D. M.
D

§ XLIII. Lætior, mutata Nuntii apostolici mente, rerum Carmeli Teresiani facies. Sanctæ visio, et monita divinitus ei significata. Varia ejus itinera, ac duo miracula.

De speciali illa Hispalensis monasterii calamitate superiori paragrapho satis diximus. Quod vero ad procellas in universam S. Teresiæ Reformationem excitationes pertinet, hæc quoque intra primos menses anni 1579 mira Dei providentia dissipatæ fuerunt. Ludovicus Hurtado de Mendoza, comes de Tendilla, cum mense Februario vel Martio ad Nuntium Segam pro Carmelitis Excalceatis deprecator venisset, eumque officiosis primum verbis delinire frustra tentasset, ira tandem vehementius effervescens non solum contumeliosa in præsulē verba contorserat, verum etiam consilium regium impulerat ut novo decreto acta ejus omnia irrita declararet. Ivit Nuntius suam injuriam cum rege expostulatum. Cui Philippus, postquam recepit se curaturum ut comes Tendillanus culpam in S. Sedis administrum commissam debita excusatione dilueret: Equidem, ait, Calceatorum Carmelitarum in Excalceatos inimicitiam novi; eandemque pro suspecta habeo, eo quod in homines vitæ austere ac perfectæ deditos exercetur. Tu vero, quem audio Excalceatis handquaquam succurrere, virtuti tandem aliquando fave. Hæc responsio, magna oris vultusque dignitate ab rege prolata, Segam non modice pupugit, ac potissimum ei ad mutandam mentem fuit stimulus. Quo accedebat quod apprime sciret suam adversus Excalceatos severitatem episcopis plurimis summisque regni ministris valde displicere, atque ipsum Summum Pontificem, litteris archiepiscopi Toletani ac viva voce regi apud curiam Romanam oratoris de rebus Carmeliticis edoctum, satis benigne de Teresiana Reformatione cogitare.

Comes Tendillanus a Nuntio, quem offenderat.

E

826 Rex igitur Philippus, ut promisso staret, præsidi Castellæ (erat is, ut alibi jam dixi, Mauritius de Pazos, Abulensis episcopus) imperavit ut Ludovicum Hurtadium, læsi Nuntii apostolici reum, Madritum, unde excesserat, revocaret. Facturus imperata comes, litteras adventus sui prænuntias ad præsidem dedit, quibus causas suæ in Excalceatos Carmelitas benevolentie dilucide explicabat, sequæ de cætero paratum ostendebat ad justam Nuntio dandam satisfactionem. Hæc litteræ, cum regis mandato fuissent Segæ ob oculos positæ, animum ejus, si nondum ex integro mutarunt, saltem quam proxime ad mutationem disposuerunt. Atque ita comiti post paucos dies cum excusationibus venienti non modo benevolam sese exhibuit; sed etiam, auditis quas ille ad defensionem clientium suorum Excalceatorum modestè ac sedatè offerebat rationibus, gratissimum sibi fore testatus est, si graves aliquot viri, quibuscum de negotiis Carmelitarum rite conferre atque statuere posset, sibi a rege assignarentur. Voto huic Segæ qui factum fuerit satis, brevè a me narrabitur. Prius

sibi obtinet veniam et Carmelitis Excalceatis præstadium.

F

tamen

AUCTORE
V. D. M.

A

tamen ad S. Teresiam, verum inter Nuntium et comitem Tendillanum agitaturum adloque inuaciam, paupersis reueamus oportet.

S. Teresia,
fugit rei ad-
huc ignara,

827 Non est quod minutatim describam arumnas quibus praecipui PP. Excalceatorum, Gratianus, Marianus, Antonius a Jesu, etc. post infaustum illud capitulum Almodavarense fuerunt afflictati. Id unum in genere notasse sufficiat, nihil sermo opis aut spei in quinquam illorum fuisse repositum; atque adeo totam, ut ita loquar, Reformati Carmeli molem duarum virginum, multorum virorum animos gerentium, humeris sustentatam fuisse, S. Teresiae nimirum et Ven. Annae a Jesu, De Annae laboribus, insigni encomio a S. Teresia laudatis (tom. IV, fragm. 73 et 74), consuli potest P. Angelus Manrique in ejus Vita (lib. III, cap. XIII, XIV et XV). Quoad S. Teresiam, praeterquam quod jam supra variis locis memoravimus, audire juvat testem oculatum Ypesium: Patientissime, ait, expectabat S. Mater a manu Domini quidquid obtingeret; et quanquam cernebat malos successus successibus pejoribus excipi, tamen, quando jam negotia omnia in perditis ac desperatis habenda videbantur, fidenciam in Deo maximam cum certa spe collocabat. Accidit eo tempore, dum quadam die B. Matrem Toleti invisebam, praesente etiam P. Mariano, ut litteras ambo acciperent, quibus P. Hieronymus a Matre Dei annuntiabat omnino actum esse de negotiorum suorum successu. Hae litterae P. Mariano quidquid spei habebat reliquum abstulerunt; et sane, qui firmam illam Teresiae fidenciam non participasset, erat quod merito desperaret. Quid enim facerent quatuor aut quinque Fratres, et ii quidem pauperes, a paucis cogniti, a pluribus abjecti ac vexati, omni praesidio atque auctoritate destituti? Quid faceret Mater ipsa Fundatrix, extorris jam facta et maledictionibus conviciisque proscissa?

828 Nihilominus, dum cuncti eramus exanimati atque ab omni spe deturbati, unius animus Teresiae serenitate gaudebat et confidentia maxima. Ut horrida in tempestate, ventis mare volventibus, operloque atra caligine caelo, quando jam nautis ars deficit animique cadunt; si forte contingat ut quis, conscenso malo, portum eminus conspiciat, animos illico cum spe salutis ac tranquillitatis turba navalis resumit: sic sancta meus Teresia, supra omnes tempestates nimboque scandens et caelestibus illuminata splendoribus, cernere videbatur propinquum portum, finem dico periculosae tremendaeque illius procellae; ac mox nos hisce est verbis allocuta: « Patiamur arumnas oportet; sed non peribit hic » Ordo. » Namque, ut postea comperi, ei cogitanti num reipsa adversarii novam hanc Reformationem destructam vellent, Salvator noster responderat: « Ita quidem nonnulli cuperent; verum id minime » continget, sed longe secus. » Equidem ex illo tempore, quamvis Ordinem illum magnis in angustiis videbam, nunquam amplius amisi confidentiam, nec ei malum successum unquam timui, pro certo scilicet habens omnia deinceps ita casura esse uti Sancta praedixerat. Hae episcopus Turiasonensis (lib. II, cap. XXVIII).

829 Ut autem mirabilem illam serenitatem qua animus S. Teresiae tot inter arumnas ac labores fructus fuit, clarius refulcentem videas, et causam asserationis qua instantem malorum finem certissima praenuntiavit, explicatius cognoscas, offeram modo pulcherrimam epistolam ad P. Joannem a Jesu ab ipsa scriptam festo Incarnationis Dominicae seu Annuntiationis B. V. M. die, in haec verba: Jesus, Maria, Joseph sint in anima Patris mei Joannis a Jesu. Litterae mihi tum allatae sunt in hunc carce-

rem, ubi abundo gaudio in omnibus tribulationibus quas pro Deo meo ac Religione mea patior. Id unum doleo ac moleste fero, quod vos nimia de me sollicitudine laboretis: quam, queso, fili mi, sollicitudinem abjice, ac ceteros quoque, ut abjiciant, hortare. Vere enim ac si alter Paulus forem (licet a Pauli sanctitate longissime absim), dicere non vereor carceres, labores, persecutiones, tormenta, ignominiam atque approbria mihi propter Christum meum et Religionem meam lucra facta esse. Numquam tolerabiliores mihi acciderunt dolores quam hoc tempore. Consuevit nimirum Dominus afflictis atque incarceratis auxilio suo et gratia praesto esse. Grates infinitas Deo meo ago; et certe aequum est ut eas cuncti agamus, pro beneficiis quae mihi in hoc carcere impertit. Ecquid, fili ac Pater mi, dulcius, quid jucundius, quid suavius esse possit quam pro bono Deo nostro pati? Nonne Sancti tanquam suo in centro ac summo gaudio quiescebant, quando patiebantur pro Christo ac Deo suo? Haec secunda, haec certissima ad Deum via; quoniam crux gaudium ac laetitia nostra debet esse. Ergo, mi Pater, crucem quaeramus, crucem optemus, arumnas amplectamur: quae si nos aliquando deficerent, actum esset de Ordine Excalceato, actum de nobis.

830 Scribis ad me Nuntium non tantum vetuisse ne Excalceatorum coenobia imposterum fundentur, sed etiam rogatu P. Generalis decrevisse ut coenobia jam fundata destruantur; ad haec eundem Nuntium mihi esse infensissimum, meque ab eo vocari mulierem inquietam ac multivagam; mundum denique totum in armis stare adversus me ac filios meos, et hos in asperis montium senticetis et retractissimis in domibus latere, ne ab hostibus inveniantur et capiantur. Sane illud est quod fleo, quod sentio, quo conficior, quod pro peccatrice scilicet ac mala moniali tot persecutiones atque dolores filii mei sufferunt, ab omnibus derelicti illi quidem, at non a Deo tamen, quem certa sum nunquam nos derelicturum esse, nec deserturum eos qui tantopere illum amant.

831 Ut autem majorem cum ceteris Fratribus tuis laetitiam capias, rem magnae consolationis tibi dictura sum, sed ea lege ut ejus cognitio inter me et te et P. Marianum maneat: nolim enim ut ab aliis sciatur. Scito igitur, mi Pater, moniali cuidam (ipsam Teresiam intellige), in pervigilio Patris mei S. Josephi orationi intentae, apparuisse eundem Sanctum ac Beatam Virginem cum Filio suo. Orantibus autem Maria ac Josepho, dixit ei Salvator gestire quidem infernas potestates et multos in terra homines, qui putarent jam Ordinis nostri ruinam adesse; prius vero quam Nuntii decretum nobis exitiale prodisset, Ordinem hunc a Deo fuisse confirmatum: ac porro monuit ut regem, patris loco nobis in omni re futurum, nostri adirent. Idem dixerunt B. Virgo et S. Joseph, necnon alia multa quae chartae commendari non debent; speciatim vero me, Deo juvante, intra viginti dies ex hoc carcere exituram esse. Quapropter gaudeamus omnes; etenim jam nunc haec Excalceatorum Reformatio incrementum capiet. Tu interim mane in domo Mariae de Mendoza, donec te monuero; et P. Marianus harum epistolarum alteram ad regem ferat, alteram ad ducissam Pastranensem: cave autem domo ex eas, ne forte capiaris: brevi namque libertati redditos nos videbimus. Integra sum ac firma valetudine, laudes sint Deo: socia vero mea (Anna a S. Bartholomaeo) marcenti stomacho est. Utramque nostrum Deo commenda, et Missam gratiarum actionis in honorem Patris mei S. Josephi celebra; sed, donec te monebo, nullas ad me da litteras.

E

tunc vergari
videbatur.callica virgine
fit cortior.

F

de praecipuis
arumnis hae
Reformationis
sunt.quod in eorum
animis

A litteras. Deus te sanctum ac perfectum faciat Carmelitam Excalceatum. Scribebam feria quarta, die *xxv Martii* 1579. Cum P. Mariano consilium contuli, ut tu et P. Hieronymus a Matre Dei secreto agatis cum duce del Infantado. Teresia a Jesu (tom. I, epist. 27).

Excalceatus
P. Angelo de
Salazar regis-
tra communis
Vallidiae;

832 Eodem circiter tempore quo hanc epistolam Sancta exaravit, quatuor assistentes Nuntio apostolico, prout ipse optare se professus fuerat, a Philippo II fuerunt adjuncti: nimirum Ludovicus Manrique, qui regi a Sacris atque ab eleemosynis erat; P. Laurentius de Villavicencio, Ordinis S. Augustini monachus ac regius concionator; P. Ferdinandus del Castillo, concionator item regius ex Ordine S. Dominici, atque ex eodem Ordine P. Petrus Hernandez, praepositus provinciae Castellae, idem qui Carmelum Hispanicum olim ut vicarius apostolicus visitavit: omnes spectatae virtutis doctrinaeque eximia viri. Horum consilio Segae ingenue atque ex animo usus, post paucos dies, nempe kalendis Aprilis, litteras edidit, quibus Carmelitas utriusque sexus Excalceatos, a jurisdictione provincialium Mitigatorum exemptos, submittabat P. Angelo de Salazar tanquam prelato ac vicario generali, Mitigato quidem et ipsi, sed in Excalceatos, quorum sanctimoniam longo usu perspectam habebat, bene affecto. Is omnia Teresiana canobia in regnis Castellaniae sita non diu post visitator obiit; eratque etiam visitationes in Andalusia facturus, nisi adversa valetudine et multitudine laborum impeditus fuisset. Item S. Teresiae initio mensis Aprilis licentiam impertit Toletum Abulam redeundi; et mense Julio S. Joannem a Cruce Bithuniam destinavit, ad novum collegium Reformati Carmeli eo in oppido inchoandum. Multa demum alia beneficia Fratribus suis Excalceatis bonus Pater impertit, quae meum non est late describere; sed ea qui voluerit in Chronico legat (lib. IV, cap. XXXVII et seqq.). Porro in consultationibus Nuntium inter et quatuor quos dixi viros institutis paulatim longius processum est, ita ut die *xv Julii* commentarium, illorum nominibus subsignatum, ipse Nuntius regi obtulerit; quo stantiebantur tres qui sequuntur articuli: primo, Reformationem S. Teresiae omnino esse fovendam ac retinendam; secundo, Excalceatis non esse promiscue cum Calceatis habitandum; tertio, priores Excalceatorum non nisi ex ipsis Excalceatis deligi oportere; et praeterea rogabatur rex ut pro creatione novae Excalceatorum provinciae suam auctoritatem apud Summum Pontificem dignaretur interponere.

ex utroque Ro-
mano;

833 Tres vero quatuordecim menses antequam commentarius ille conscriberetur, spe novae provinciae iam affulgente, uti patet e litteris ad Gratianum scriptis die *xxi Aprilis* (tom. II, epist. 28), Sancta curas suas eo convertit ut vir idoneus e coetu Excalceatorum ad res ipsorum promovendas Romam mitteretur. Anno quidem superiore ex decreto capituli Almodovarensis jam eo profectus erat P. Petrus ab Angelis cum Fr. Joanne a S. Jacobo; sed non plus inde utilitatis Reformato Carmelo provenit quam ex intempestiva provincialis electione caeterisque congregatorum Almodovari Patrum consiliis, SS. Teresiae et Joanne a Cruce haudquaquam (ut supra demonstravi) probatis: ut merito dicere possis, quicunque decreta in illo capitulo fuerunt condita, ad unum omnia incassum cecidisse, et magis contulisse ad labefactendas quam ad solidandas res Carmelitarum Excalceatorum. Nempe dictus P. Petrus, simul ac Neapolim venit, per summam imprudentiam, non consulto itineris comite, recta adiit R. P. Joannem Baptistam Caffardum, Ordinis sui a morte Rubi vicarium generalem, tum forte ea in civitate

ob nescio quae negotia versantem; eique absque ulla cautione quidquid habebat in mandatis et omnem missionis suae rationem exposuit, perperam existimans hanc esse brevissimam rerum consiciendarum viam, quam si intrasset, non sibi jam fore opus laborioso ad Cardinales et Summum Pontificem recursu. Excepit virum Caffardus humanissime ille quidem; verum, ut consilia Excalceatorum, quibus suam auctoritatem imminutum iri videbat, uno ictu disturbaret, litteras chartasque omnes ex Hispania a duobus sociis allatas sibi in manus dari jussit.

834 Itaque nihil P. Petrus agere amplius in Italia poterat, donec novae sibi e patria litterae submitterentur. Quos dum exspectaret, hospitabatur interim cum socio suo apud Inicum Lopez Hurtado de Mendoza, marchionem de Mondejar, proregem Neapoleos, patrem Ludovici Hurtadii, comitis Tendillani, fautoris eximii Reformationis Teresianae. Lautissime utrumque Excalceatum apud se Inicus cum filio suo Bernardino habuit, deputata ad eis inserviendum magna famulorum caterva: quod quidem Fr. Joanni a S. Jacobo, remora hujus impatienti et vitae monasticae ex animo dedito, accidit molestissimum; dum e contrario P. Petrus ab Angelis, opulenta domus commoditatibus captus, paulatim deficere cepit ab amore religiosae austeritatis, cui ad illud tempus usque tam impense studuerat ut SS. Macarium et Hilarionem, teste auctore Chronici, aemulari videretur. Hoc pacto magna illa exspectatio quam de viri hujus in Italiam missione Excalceati habuerant, omnino evanuit.

835 Idem ille quidem postmodum Romam, uti constat e quadam S. Teresiae epistola (tom. I, ep. 48); sed et ibi oleum et operam videtur perdidisse. Reversus inde in Hispaniam, prorsus uti S. Joannes a Cruce praedixerat, Calceatis, a quibus olim recesserat, se iterum Granatae adjunxit, et pallium quod Excalceatus gestaverat, cuidam civitatis illius foeminae vendidit. Redemit hoc ipsum pallium Ven. Anna a Jesu, facta anno 1582 Granatensis priorissa; misitque qui hominem moneret ut sibi brevi morituro prospiceret. Quo is monito perculsus, sapius Annae colloquium expetivit. Sed illa, praenosceus ac metuens quod futurum erat, numquam ei aditum conveniendi voluit dare. Tandem miser, cum quadam die apertum monialium templum vidisset, eo ingressus et suam Teresiani Instituti desertionem amare lacrymatus, ab oratione surrexit utroque privatus oculo; et paucos post dies in Granatensi Calceatorum canobio obiit. Cujus mortis nuntium ubi ad Annam a Jesu perlatum est, dixit haec monialibus suis: Equidem, sorores, quis jam illud sciebam, numquam Patri isti volueram loqui; sed contra monueram ne huc veniret: attamen praestat in praesenti vita poenas dare, et sic poenam aeternam effugisse. Hosce casus P. Petri ab Angelis referunt P. Angelus Manrique in Vita Ven. Annae (lib. IV, cap. VIII) et auctor Chronici (lib. IV, cap. XXXII); a quibus scriptoribus etiam latius evolvuntur (Chron. lib. IV, cap. XXXIX et lib. V, cap. I; Vit. Ven. Annae, lib. III, cap. XIII) illa quae modo de sequenti itinere Romano paucis indigitabo.

836 Quoniam de PP. Gratiano, Mariano et Antonio a Jesu ad hoc iter deligendis cogitari eo tempore nondum poterat, secundum eos nemo S. Teresiae aptior vius fuit P. Joanne a Jesu seu Roca, priore Mancerano, viro religiosissimo et animi dotibus ad res bene agendas requisitis praedito. S. Matris in hoc delectu iudicium communi calculo approbaverunt praecipui quique Excalceatorum praeter unum P. Gratianum, qui haec in re nescio qua de causa oblique incessit. Datus P. Joanni socius,

AUCTORE
V. O. M.
1)

quo antea P.
Petrus ab An-
gelis,

E

sed male cum
successu, mis-
sus fuerat,

F

PP. Joannes
a Jesu et De-
jacobus a SS.
Trinitate pro-
fisciscuntur.

AUCTORE
V. D. M.

quem ipse optabat, P. Didacus a SS. Trinitate, Postranensis canobii prappositus. Pecuniam ad itineris expensas necessariam partim amici divites, partim monialium canobia contulerunt: qua in parte laudandi præ cæteris Ludovicus comes Tendillanus, qui quadringentos aureos obtulit una cum litteris quibus viatores patri suo proregi Neapolitano emixe commendaret, et Ven. Anna a Jesu, quæ aureos totidem e ejusdam novitiæ dote in usus itineris submit; nec sua laude caruerunt moniales Toletana, multum et ipsæ liberales, ac demum P. Nicolaus Doria, a quo eosdem in usus octo realium millia Hispani fuerunt deposita. Ad hæc plures litteræ commendatiæ, itinerantibus, cum per varia Italia loca, tum Romæ præcipue, usui futura, industria S. Teresiæ et Ven. Annæ ab rege regniq; proceribus nonnullis fuerunt obtentæ. Denique, ne Patres ab inimicis e vestium nominumq; indicio ut Excalceati agnoscerentur, vestitum assumpserunt sæcularem ac nomina aliena; id quod hisce in adjunctis licere judicaverant viri aliquot docti, ea super re accurate consulti. Indumenta igitur, enses cæterosque sæcularium virorum ornatus utrique suppeditavit Franciscus Bracamonte, vir nobilis Abulensis; a quo simul prætextum mutuati sunt ad principalem itineris sui finem dissimulandum: scilicet eis Franciscus in mandatis dedit ut suo nomine apud Romanam curiam agerent pro obtinenda licentia matrimonii cum Anna Bracamonte, sibi consanguinitate propinqua, ineundi. Omnibus sic optime prævisis ac præparatis, ex Illicitano portu (vulgo Alicante) solverunt mense Majo 1579. Extant de ipsorum professione duæ S. Matris epistolæ hoc fere tempore datæ: altera scilicet die ii Maji ad Rochum de Huerta (tom. III, epist. 52); altera incerto die, sed certe Patribus jam profectis, ad priorissam ac moniales Vallisoletanas, quas Sancta imbi excitabat ut aliquid pecuniæ in utilitates Ordinis expendenda conferrent (tom. I, epist. 48). De felicibus hujus itineris consequentiis alibi loquendum erit; ubi quoque chronologiam ab auctore Chronici, aliisque qui eum secuti sunt, admissam (nempe professionem PP. Joannis et Didaci in annum 1580 differunt) facilius ex ipsa factorum serie refutabo.

837 Hoc interim loco consignanda se offerunt quatuor monita calitus S. Reformatrici tradita die vi Junii 1579, et his ab ea conscripta: semel videlicet in additionibus ad Vitam suam autographam, capite ultimo; atque iterum ad calcem capitis xxvii libri Foundationum. En ipsius verba: Cum in Abulensi monasterio agerem pridie festi Pentecostes, intra eremitorium Nazareth reclusa, ac singularem quamdam gratiam quam illo jam ante viginti circiter annos die alias mihi Dominus præstiterat, animo volverem, magnus quidam spiritus impetus et fervor me occupare cepit, qui et mentem meam suspendit. In magna hac recollectione a Domino intellexi quod modo referam, ut scilicet ejus nomine Patribus Excalceatis significarem quatuor res observare ut procurarent, quas quamdiu observarent, tandiu fore ut ipsorum Religio semper in melius cresceret; si vero negligerent, scirent a suo illam fundamento desciscere et retrocedere. Prima erat, ut omnes superiores concordēs et conformes inter se essent. Secunda, ut, quamvis de facto multos habituri essent conventus, in singulis tamen paucissimi essent Fratres. Tertia, ut cum sæcularibus quam rarissime conversarentur, idque non nisi ad animarum ipsorum bonum ac salutem. Quarta, magis operibus docerent quam verbis. Contigit hoc anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono. Et quia hoc certissima est veritas, hinc meo id nomine

subsigno, Teresia a Jesu. Monita hæc ea qua par erat reverentia recepit deinceps Carmelus Excalceatus, et solemnī decreto statuit ea suis constitutionibus inserere; uti docet auctor Chronici (lib. IV, cap. XL), qui simul ostendit quanti ea essent momenti, non solum pro futuris temporibus, sed speciatim pro eo quo data sunt tempore. Palafoxius quoque eadem, cum monitis aliis a S. Matre vitæ suæ tempore datis, singillatim illustravit commentario, quod reperire est ad calcem tomī primī Epistolarum Teresianarum.

838 Rebus Reformationis suæ magis jam prospere se habentibus, viarum fundationumque labores, a quibus per quatuor annos fere quieverat, S. Teresia more consueto resumpsit. Primi itineris anno 1579 ab ea suscepti illa fuit occasio. Moniales Malagonenses, pertasa imperii Annæ a Matre Dei, quæ illis a biennio præerat, antiquam suam priorissam Briandam a S. Josepho, olim valetudinis causa (ut vidimus num. 754) Toletum translatam, omnibus votis reposcebant. Quapropter P. Angelus de Salazar, cum S. Teresiā judicans non abs re esse ut Brianda Malagonem rediret, ipsi Sanctæ prioratū ibidem gerendum demundavit, tum ut tumultuantes filias pia Mater placaret, tum etiam ut spiritum examinaret Ven. Dei Servæ Annæ a S. Augustino, quæ, facta ibidem professione ad diem iv Maji 1578, variis a cacodæmone vexabatur modis, prout refert Joseph Maria Salvatori, Aulæ consistorialis advocatus, in Vita ejusdem Annæ extracta e processibus pro illius beatificatione et canonizatione rite institutis, italice edita Romæ anno 1777 et gallice Lugduni anno 1832 (lib. I, cap. V).

839 De eo mandato a P. Salazar sibi imposito ea quid Sancta x Junii perscripserit ad P. Gratianum: Per adjunctas litteras cognoscēs quid statuatur de paupere vetula. Quoad ex indicis judicare licet (quamvis possit esse mera suspicio), Fratres illi mei non tam commoventur necessitate monasterii Malagonensis quam me procul a se abesse cupiunt. Atque hoc est quod mihi parumper accidit grave: nam de reliquo, quod nempe Malagonem ire jubeor, ne primum quidem animi motum sensi; licet molestum mihi sit officium prioratus, tum quia ad id non sum apta, tum quia timeo ne quid in Dei servitio delinquam. Precare Deum, quæso, ut in illo servitio semper integra permaneam: cæterum, utcumque res eeciderit, quo plus laborum, eo plus lucri. . . . Scripsi ad P. Vicarium rationes ob quas mihi videor a prioratu illo liberari debere; præsertim quia communibus Religionis nostræ exercitiis perinde ac cæteræ vacare nequeo; reliqua autem mihi non fore molesta; ituram me ad fines terræ, modo fuerit ex obedientia. Namque adeo a laboribus non abhorreo, ut imo credam, quo majores illi fuerint, eo magis me gavisuram esse, quod magno Deo, cui tantum debeo, in reclusa aliqua gratum facere poterō, idque tum maxime quando hoc fecero more obedientiæ gratia. . . . Ut aliquantisper delecteris, mitto ad te hosce versiculos, quos misere illæ moniales Incarnationis, apud quas luctuosissima est rerum facies, sui recreandarum causa composuerunt. Ingentem iis dolorem afferet mea profectio; sed sperant adhuc, neque egomet hac spe careo, res Malagonenses absque me compositum iri (tom. I, epist. 25).

840 In eundem sensum Sancta scripsit paucos post dies ad Mariam a S. Joanne Baptista, priorissam Vallisoletanam (tom. IV, epist. 65); cui simul annuntiavit se, priusquam Malagonem pergeret, Vallisoletæ Salmanticam ituram: propter novum scilicet mandatum quod ei P. Angelus de Salazar intinaverat die xviii Junii, festo Corporis Christi; prout

Postea, a P. Angelo de Salazar

Malagonem ire jussu.

F

prius ex ejusdem mandato Vallisoletam

S. Mater quatuor Dei monita suis si profect.

A prout liquet ex duabus epistolis, quarum alteram eodem hoc festo scripsit ad Annam ab Incarnatione, priorissam Salmanticensem (tom. II, epist. 78), alteram Dominica proxime sequenti ad priorissam Vallisoletanam modo nominatam (ibid., epist. 77). Causam vero huiusce itineris ac diem quoque profectionis suae indicavit die XXIV Junii priorissam Hispalensem sequentibus verbis: Cras abibo Vallisoletum ex decreto a P. N. Vicario generali ad me misso, quo jubeor sine mora eo proficisci. Dein Salmanticam me conferam, Vallisoleti quidem parum necessaria est mea praesentia; sed cum exposcerent Domina Maria et Ill. Episcopus (nempe Maria de Mendoza, Vallisoletanae domus fundatrix, et frater ejus Alvarus, antistes Palentinus, antea Abulensis). Salmanticenses autem nostrae auxilio opus habent, quia omnino morbosam incolunt domum, et is qui eam vendidit, multas quotidie lites ac molestias pene intolerabiles illis suscitavit. Quapropter precare Deum ut commodam aliquam domum modico pretio emere possimus (tom. I, epist. 60).

B 841 Probabile est Sanctam, XXV Junii Abula cum Ven. Anna a S. Bartholomaeo egressam, tres quatuorve dies, uti propositum habebat (tom. II, epist. 77), Methymnae Campi transexisse, Vallisoletum vero adeuntem die in Julii, uti ipsa quarto post die annuntiavit P. Gratiano (tom. III, epist. 23); ibique commorata est ad diem usque XXX ejusdem mensis. Praeter epistolam ad Gratianum modo citatam quinque aliae supersunt epistolae Vallisoleti a S. Matre mense Julio scriptae: nimirum duae ad eundem Gratianum XVIII et XXV Julii (tom. IV, epist. 74, et tom. III, epist. 24), una ad priorissam Hispalensem XXII Julii (tom. I, epist. 61), una ad archiepiscopum Eborensem eodem die (tom. IV, epist. 5) et una ad Laurentium de Cepeda, fratrem suum, postridie festi S. Annae (tom. I, epist. 34). De singulis pauca dicenda. Ut ordiar ab his quae P. Gratiano inscribuntur, in prima (quae data fuit, ut modo indicabam, die VII Julii) S. Mater illi dissuadere nititur, ne Romam ire ipse jam cogitet; hortaturque ut concordiam servet cum P. Nicolao Dorio, quem dicit esse virum prudentem et Dei servum, licet non ea qua Gratianus polleret comitate atque affabilitate sermonis.

C 842 In altera Gratianum de quodam defectu suaviter carpit hisce verbis: Volo indicare tibi tentationem quandam quam de Eliso (i. e. de ipso Gratiano) habui et etiamnum habeo. Videtur mihi interdum non satis curare ut quibuscunque in rebus omnem dicat veritatem. Licet autem agi videam de rebus parvi momenti, tamen cuperam ut hoc in parte multo esset accuratior. Per caritatem velim ut ei hoc meo nomine persuadeas: nam ubi incuria ista adest, ibi integra perfectio esse non potest. Vide qualibus ego rebus me immisceam, quasi nihil aliud mihi incumbere curarum. Tertia denique ad Gratianum epistola non continet quidem res magni momenti; verumtamen hic notare juvat eam viginti circiter abhinc annis, intercessu Ill. ac Rev. Domini Francisci Xaverii de Cienfuegos y Lucillos, episcopi Gaditani (nunc archiepiscopi Hispalensis et S. R. E. Cardinalis, arumnis propter justitiam magnanimiter tolerantis clarissimi; qui post nuperimum Hispalis obsidionem, cum esset ipse exul et inopi, admirabili caritatis in gregem suam exemplo, crucem pectoralem atque ornamenta ad penuriam indigentium subleandam venundari voluit), a monialibus Curiae. Exc. Hispalensibus dono missam fuisse ad ejusdem Ordinis moniales Parisienses, uti narratur in ephemeridibus gallicis l'Année de la Religion ad diem XI Februarii 1824.

843 Epistola ad Mariam a Josepho, priorissam Hispalensem, magnam partem gratulatoria est ob felicem cessationem turbarum in ipsam ejusque moniales (ut supra demonstratum est) excitatarum. En earum initium: Jesus, Gratia Spiritus Sancti sit tecum, filia mea. Et meritissimo quidem jure te filiam appellare meam possum; quia, etsi jam pridem te diligebam plurimum, at nunc multo magis te diligo atque ita admiror ut ardentissime cupiam te videre et amplecti. Laudes sint Deo, a quo omne bonum procedit, quod e pugna tam intricata te victricem eripuerit. Equidem istam victoriam tuae virtuti non adscribo, sed multis precibus per hasce domus pro te ad Deum fuis. Faxit Deus ut dignas ei gratias agamus de tam insigni beneficio nobis collato. Misit ad me P. Provincialis litteras sororum nostrarum, et P. Nicolaus item suas; e quibus didici te officium tuum resumpsisse: id quod maxime mihi consolationi fuit, quippe quod alias animabus istis pax nondum fuisset reddita. Patientiam habeo; et siquidem Domino te paratam ad patiendum exhibuisti, ferendis hisce laboribus, quos intelligo non esse exiguos, votum illi factum laeto animo exple. Si enim labores eos eligeremus tantum quos volumus, et ceteros missos faceremus, non imitaremur Sponsam nostram, cujus oratio in horto inter acerbissimos dolores illis terminabatur verbis: «Fiat voluntas tua.» Hanc voluntatem semper oportet exequamur, faciatque Deus de nobis quicquid voluerit. Praeterea eadem epistola continentur varia S. Matris monita, quorum praecipuum erat de delectu confessoriorum habendo.

844 Sequitur dicendum de epistola XXII Julii data ad Theotonium de Braganza, archiepiscopum Eborensem. Quam ut rite intelligamus, advertendum est, mortuo Sebastiano rege et brevi morituro successore ejus Henrico Cardinali, plures surrexisse emulos de adipiscendo Lusitaniae regno; inter quos non infimo ponenda est loco Catharina principissa, infantis Eduardi filia ac proin regis Emmanuelis neptis: hanc vero nuptam fuisse Joanni duci Bragantino, cui Theotonius satis arcta consanguinitate jungebatur, utpote natus eodem patre, sed non eadem matre, ac Theodosius praedicti Joannis parens; uti videre est in magno Morerii Dictionario (voce Portugal). Meorum non est partium ut de horum competitorum disceptationibus earumque sequelis disseram; verum praetermittere mihi non licet quae S. Teresia in his quas dixi litteris ad archiepiscopum Eborensem de illo argumento scripsit: Certiorem me facientem cura, si quae fuerint pacis nuntia; nam quae hic narrari audio, magno me dolore afficiunt, propterea quod, si pro meis peccatis negotium isthoc ad bellum excesserit, timeo ne ingens malum Lusitaniae, neque id sine Hispaniae detrimento, inferatur. Ferunt ducem Bragantinum belli concitorem esse: unde, cum res ad te aliqua ratione pertineat, angor meum pectus effodit; ne ceteras allegem morandi causas, quae utique sunt plurimae. Quoniam autem tua auctoritas plurimum apud ducem merito valere debet, per Dominum nostrum te obsecro ut ipsum inter et regem nostrum (qui, ut mihi dicitur, omnem eo confert operam, atque adeo causae suae equitatem maxime probatam facit) pacificationem incedam cures; proponasque oculis tuis ingentia damna quae secus, uti dixi, sunt oboritura. Haec tu quidem, ut cupio ac spero, pro Dei honore, nulla habita ceterarum rerum ratione, attente considerabis. Faxit Deus, quod cunctae ab ipso petimus, ut manum operi isti admoveas. Equidem edico tibi tanta me anxietate confici, ut si permissurus sit Deus ut eo malorum veniatur, mori prius

AUCTORE
V. D. M.
gratulatorias
ad priorissam
Hispalensem
D

E

de rebus
Lusitanicis ad
Eborensem
archiepiscopum

F

Ann. Anna a S.
Bartholomaeo
egressam

litteras
dat monialibus
Curiae. Exc.
Hispalensibus

AUCTORE
V. D. M.

A prius optem quam talem calamitatem videam. Oro Deum ut te multos annos cum sanctitate ad Ecclesiam suae utilitatem servet incolumem; tibi quoque gratiam largiatur qua negotium istud, quod tanti ad ejus obsequium momenti est, apte componere queas. Una hic vox est omnium, justitiam stare a parte regis nostri nec quidquam ab eo praetermissum fuisse quo jus suum faceret evidentissimum. Det Dominus lumen, quo veritas perspiciatur, ne belli subeatur alea cum multorum hominum interitu. Quid enim, hoc potissimum tempore quo tam pauci sunt vere Christiani, tristius possit accidere quam mutuae inter eos caedes?

Dein, secus
Anna inopi-
tata sanata,
Salmanticam

B 845 Tandem die XXVII Julii fratri suo Laurentio significavit Sancta P. Joannem a Jesu Romam jam advenisse; se vero profecturam esse Vallisoletum proxima feria quinta, quae erat dies ejusdem mensis XXX. Methymnae, inquit, morabor tres dies vel ad summum quatuor; Albæ, quæ civitas a Methymna bidui itinere abest, octo dies vel etiam minus diu: inde recta Salmanticam petam. Ergo, nisi forte remoram alicubi sit passa, Salmanticam advenisse debet versus festum Deiparae in caelum assumptæ. Antea autem quam Vallisoletum linqueret, Anna a S. Bartholomæo secum profecturæ sanitatem fuisse ad Deum precibus restituit; prout liquet tum e Ribera (lib. IV, cap. XI), tum e Processu compulsorali Abulensi in causa beatificationis et canonizationis S. Teresiae, ubi fol. 162 et seqq. leguntur jurata ipsius Annae de vita ejus ac miraculis testimonia. Hujus quidem Processus exemplar nullum habemus; sed quæ ex eo hic et alibi allegabo, reperiuntur in novo Summario additionali super virtutibus Ven. Annae modo nominatae, impresso typis Rev. Camerae apostolicæ. Sic igitur ibi ad litteram legitur, latinis quidem vocibus, sed constructione hispanica: Super 9 articulo dixit, quod, uti persona quæ illam associabat in ejus viaticis ista declarans, fuit multum affecta dolore medullarum; et dum Mater illi apponeret manum in facie benedicendo, cessabat dolor. Dum ista testis etiam esset in ejus societate et servitio in civitate Vallisoletana, quadam sero dum esset parata recedere versus civitatem Salmantinam, ista testis incidit in magnam febrim cum magnis vomitibus, ita quod fuerit coacta jacere in lecto: quod egre tulit S. Mater, et ista testis, judicans quod non valeret illi inservire et illam associare in illo viatico; et dum ista nocte esset in ejus cella S. Mater, venit visitare istam testem circa mediam noctem, et ipsi dixit: « Dormis, filia? » et ipsa testis respondit: « Dormiebam, Mater; » et replicavit Mater: « Surge, et videas quomodo te habeas; » et ipsa hoc fecit, et sensit se sanam et absque febre; et Mater letata fuit, et dixit: « Benedictus sit « D. Deus noster, cui supplicavi ut tibi concederet » sanitatem; » et de mane se posuerunt in itinere, et nullam postea sensit infirmitatem (Summ. addit. num. 8, § xv).

Idem Anna, con-
tra salutem
fructuandi
ignora, scrip-
turae huius

C 846 Alterum quoque miraculum, quod brevi post Salmanticam contigit, ex ejusdem Ven. Dei Servæ testimonio in citato Processu (ibid. § XVIII) sequentibus narratur verbum: Recordatur etiam ista testis, quod, cum quadam die Mater extaret in civitate Salmantina, ad quam venerat a civitate Vallisoletana in viatico de quo deposuit, et S. M. Teresia a Jesu esset in magna angustia, cum recepisset quamplures litteras quibus respondere debuera, dixit huic testi: « Si scires scribere, utique me adjuvares ad respon- » dendum istis litteris; » et ipsa illi dixit: « Det » mihi vestra Reverentia materiam, ex qua possim » discere; » tradidit ipsi quamdam litteram unius religionis optimi characteris et dixit ipsi ut inde

D addisceret; et ista testis illi replicavit quod melius sibi videbatur quod ex ejus characteris addisceret et quod ad ejus imitationem scriberet; et S. Mater manu sua scripsit duas litteras, quas sibi tradidit; et ad illarum imitationem ista testis de sero scripsit unam litteram missivam ad sorores S. Josephi Abulensis, et abinde citra scripsit: et adjuvabat Matrem ad rescribendum litteris quas Mater recipiebat, absque eo quod, prout deposuit, habuisset magistrum, nec ab aliqua persona didicisset scribere; et absque eo quod unquam quidquam tale didicisset; et absque eo quod novisset legere nisi aliquid impressum, et cum difficultate cognoscebat litteras manuscriptas: ex quo cognovit quod fuit opus divinum, ut adjuvaret Matrem in istis necessitatibus et angustiis, quas propter ejus amorem patiebatur cum tanto gaudio et hilaritate. Idem in causa S. Teresiae confirmant Maria a S. Hieronymo, priorissa monasterii S. Josephi Abulensis, et Teresia a Jesu junior, filia Laurentii de Cepeda. Postmodum in causa Ven. Annae a S. Bartholomæo ulterius de eo facto deposuerunt alii testes; inter quos tres Annae confessarii, serenissima Maria Medicea, Franciæ regina, et Maria a S. Spiritu, monialis Antverpiensis. Videsis num. 37 Summarii additionalis jam citati, necnon Responsiones ad Animadversiones antiquas et novas promotorum fidei in causa Ven. Annae, cap. VIII, § IX. Aliquot lineas ab ea conscriptas et ligno incisas habes in Gloria S. Teresiae posthuma, cap. de Miraculis. Sed, ut ibi dicitur, cum eas exaravit, hemiplexia languebat manus.

E 847 Salmantica porro die IV Octobris dedit S. Mater ad P. Gratianum litteras (tom. II, ep. 29), quarum partem supra (num. 526), ubi de fundatione Salmanticensi agebam, in latinum converti. Aliæ epistolæ ibidem eo tempore ab ipsa conscriptæ, quæ quidem (secundum testimonium Ven. Annae a S. Bartholomæo modo adductum) fuerunt plurimæ, exciderunt. Versata autem apud Salmanticenses suas videtur duos menses cum dimidio, sedulo interim allaborans negotiis ad emptionem domicilii pertinentibus accurandis; ex earumque numero Hieronymam a S. Spiritu in monasterii Malagonensis priorissam elegit: unde patet P. Angelum de Salazar justas rationes quibus Teresia, uti paulo antea (num. 839) vidimus, prioratum illum abs se deprecata fuerat, demum exaudivisse; licet alteram mandati sui partem, qua Sanctam jusserat Malagonense canobium, ob causas quas supra indicavi, invisere, non retractaverit.

Inde demum
ambo virginæ

F 848 Itaque Sancta, Hieronyma a S. Spiritu et Anna a S. Bartholomæo comitibus, Abulam primum rediit, verisimiliter versus initium Novembris. Dein, Abula aliquamdiu morata, iter Malagonense sibi a P. Salazario injunctum, licet pridie profectionis paralyti correpta, magno animo est ingressa. Quo in itinere, cum per tres dies imbre fuisset madida, non ante quintum diem Toletum attigit, uti ex testimonio Hieronymæ a S. Spiritu asserit P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 30, not. 3). Toletum ad diem XIX Novembris litteras dedit ad nobilem virginem Isabellam Osoria, inter Carmelitanas Excalceatas, exemplo sororis suæ Agnetis, quæ Toleti novicia erat, adscribi cupientem; quibus litteris ei suadebat ut ingressum aliquo tempore differret, ad cooperandum scilicet novæ fundationi Madriti, ut spes erat, brevi faciendæ (tom. IV, epist. 57): attamen addebat, si spes illa fundationis Madritensis irrita foret, locum Isabellæ paratum esse inter moniales Salmanticenses; quem tamen locum num. pia hæc virgo aliquando occupaverit, in dubium vocat P. Antonius a S. Josepho, qui profitetur se nomen illius in libris profes-
sionum

per Abulam et
Toletum

A sionum sive Salmanticae sive aliis in monasteriis reperire neguisse (ibid. not. 8).

Malagonem
profugeretur.

849 Relicto Toletis, tandem die XXV Novembris, S. Catharinae Virgini ac Martyri sacro, S. Reformationis, cum Hieronyma et Anna quas dixi, Malagonem advenit; ac tredecim post dies, in festo immaculatae Conceptionis B. V. Mariae, moniales suas in novam domum non sine multis laboribus praeparatam traduxit: uti patet ex epistola XXI Decembris data ad P. Nicolaum Doria (tom. IV, epist. 18), et latius a P. Ribera narratur (lib. II, cap. V). Ipso illo die translationis canobii, Ven. Anna a S. Augustino, cujus spiritum a se diligenter examinatum Sancta plane approbat, formosam vidit columbam circum caput ejus aliquandiu volitantem, uti narratur in Chronico (lib. XVI, cap. XXIV, num. 8). Dein S. Mater non tantum sedulam navavit operam observantiae religiosae, quae sub praefectura Annae a Matre Dei varias ob causas misere collapsa fuerat, in illud monasterium una cum nova priorissa reducenda, qui quidem labor felicissime illi cessit; sed praeterea innumeris fere negotiis obruta fuit, spectantibus sive ad Reformationem Carmeliticam generatim, sive ad monasteria particularia, sive ad fundationes quae eo tempore faciendae se offerebant Madriti, Eborae, Arenis et Villanova de la Xara.

Quae tres (et
motus transi-
gunt.

850 Omnia haec singillatim prosequi nimis longum foret: quare satis habeo ea hic summam indiguisse, remittens de cetero studiosum lectorem ad epistolas quas Sancta Malagone scripsit a III Decembris 1579 usque ad XII Februarii 1580 (tom. I, epist. 52, 62 et 63; tom. II, epist. 30, 31, 32, 33 et 95; tom. IV, epist. 18, 19, 28, 29 et 58). Quod pertinet ad fundationes, de quibus actum fuisse modo dicebam: Madritensis, quam Sancta valde exoptabat, dilata fuit ad quartum usque annum post ejus mortem; Ebo- rensi, quam multum, vivente Sancta, urserat archiepiscopus Theotonius (tom. I, epist. 62 et 64), initium tantummodo datum fuit post integrum saeculum, anno 1681; Arenensis, cui P. Angelus de Salazar et S. Teresia ineunte anno 1580 animum adjecerant, nunquam habuit locum; de Villanovana in sequenti paragrapho sermo erit. Porro causas ob quas fundatio Madritensis ita procrastinabatur, postea ex aliis Sanctae epistolis adducemus. Quid autem obstiterit quominus Arenis monasterium conderetur, assequi non potui. Sane eo jam perducta res erat, ut propediem faciendam ibi esse fundationem

G S. Teresia putaret, eique jam priorissam designasset Annum a S. Petro, insignem Abulensis canobii monialem, natione Flandram, cui in saeculo nomen fuerat Anna Wasteels, quaeque matrimonio olim fuerat juncta Matthiae de Guzman y Davila, nobili viro Abulensi, et ei genuerat duas filias, quarum altera nupsit Alphonso Sedeño, altera Teresianum Institutum amplexa fuit (vide tom. II, epist. 6, not. 3 et seqq.).

§ XLIV. Fundat Sancta decimum tertium monialium suarum canobium Villanova de la Xara. Inde Toletum se confert.

Quadragesima
note citata.

Fundationem Villanovanam, de qua nunc ex rerum ordine est dicendum, S. Mater capite XXVIII libri Fundationum ita describit: Sub initium hujus gra-

vioris tempestatis (quae, quia eam paucis perstrinxi, exigua vobis videbitur, quamvis permagna fuit et diu duravit), cum Toleti jam ab Hispalensi fundatione reversa anno MDLXXVI agerem, quidam oppidi Villanova de la Xara sacerdos mihi a magistratu loci illius litteras attulit, quibus ille petebat ut ad novem virgines, quae in S. Annae eremum jam abhinc annis aliquot simul sese receperant, et in domuncula quae ei vicina erat, commorabantur, in id admittendas, ad monasterium illic fundandum excurrerem. Tanta porro haec in recollectione et sanctitate vivebant ut universam oppidi permoverent multitudinem ad piis ipsarum desideriis quibus moniales esse volebant, satisfaciendum. Litteras quoque suas hac de causa ad me miserat loci illius parochus, Augustinus Ervias cognominatus, vir doctus juxta ac pius: pietas autem ejus in causa erat ut, quantum posset, opus hoc sanctum promoveret. Mihi vero ea res minime admittenda videbatur, idque ob hasce rationes: primo, quod tam multae essent; quare nimis quam difficile mihi fore videbatur ut quae jam certae vitae rationi assuetae erant, ad nostrum sese institutum accommodarent: secundo, quod nihil prope haberent quo sese sustentarent, et oppidum vix mille numeraret cives; adeo ut ad eleemosyna vivendum vix ratio affligeret, et, quamvis respublica illarum se necessitatibus prospecturam sponderet, minime ea durabilis ac perpetua futura promissio videretur: tertio, quod carerent domo: quarto, quod ab aliis monasteriis nostris oppidum distaret. Et, quamvis harum virginum pietas omnium sermone probaretur, tamen, quod illae mihi visae non essent, scire non poteram num talenta quae in hisce monasteriis requirimus, ipsae praeferrent. Unde constitui postulata prorsus negare.

AUCTORE
V. D. M.
D)

852 Ut tamen consulto procederem, confessario meo, qui tum erat doctor Velasquez, canonicus et cathedralicus Toletanus, vir doctus aequae ac pius, quique modo Oxomensis episcopus est, rem communicare volui: pro more namque habeo nihil umquam e proprio judicio, sed omnia ex hujusmodi virorum consilio agere. Is ergo ut litteras vidit remque ex ordine intellexit, suasit ut postulata prorsus non rejicerem, sed aliquam illis spem facerem: cum enim tot simul corda in unum, Deo movente, scopum collinearent, evidens id signum esse Deum in eo sibi complacere et id in suum obsequium dirigere velle. Illius ergo consilio acquievi, ut petita nec plane concederem nec negarem. Interim vero dum impensius haec per litteras, etiam per aliorum interventionem qui negotium conficerent, petuntur, in annum usque hujus saeculi octogesimum protracta res est, quod semper inconsultum incautumque mihi videretur eam concedere: at, cum responderem, nunquam plane rem negare poteram.

et I procrastina-
tama

853 Factum interea ut P. F. Antonius a Jesu in monasterio quod a B. Maria de Subsidio nomen habet et tribus ab Villanova leucis dissitum est, exilium suum perageret, et subinde illuc verbi divini praedicationis ergo excurreret; quin et ipse loci praepositus, qui et modo est, P. F. Gabriel ab Assumptione, vir apprimè prudens et insigniter sanctus, saepius ad idem oppidum veniebat: nam ambo doctori Ervias perfamiliares erant. Cum ergo sanctas hasce sorores subinde convenirent, ita erga illarum virtutes affici coepere, ut, cum a civibus tum a doctore impulsus, rem illam in se susceperint et per epistolas quam instantissime mihi commendare coeperint. Cumque ipsa in Malagonensi canobio (qui locus sex et viginti leucis, quin et amplius, a Villanova

E

hactenus

AUCTORE
V. D. M.

A Villanova distat) agerem, idem Prior ad me, hac de re coram acturus, excurrit, quid in ea fieri decernique posset edisserens; addebat ipsum doctorem Erviam monasterio jam fundato trecentorum aureorum redditum annuum, e beneficii sui pensione percipiendorum, assignaturum, dummodo ad hoc faciendum ei a Romana curia daretur facultas.

ob certas va-
riones,

854 Valde autem incertum nec post peractam foundationem satis stabile fore id mihi videbatur; quamvis ceteroquin cum paucis bonis quae virgines illae de suo habebant, id sufficeret. Quare plures et meo iudicio probabiles rationes allegavi, quibus P. Priori ostenderem hanc rem minime expedire; monuique ut eam ipse et P. Antonius a Jesu serio examinarent, ipsorum conscientiae eam me committere dictitans: putabam quippe eas quas iis allegebam rationes ad ipsam evertendam sufficere. Ut ergo inde digressus est, considerare mecum cœpi quantopere huc ipse propenderet, et fore ut P. Angelum de Salazar, quem nunc praelatum habemus, ad foundationem illam admittendam induceret: unde ad hunc litteras dare festinavi, quibus petebam ne facultatem concederet, et meas illi rationes exponerem; is vero (ut postea mihi rescripsit) nunquam eam dare voluerat, nisi in quantum ego consensissem.

foundationem
Villanovanam

855 Sesquimensis (nescio an etiam amplius) effluerat, cum mihi, cogitanti rem jam plane dissolutam et impeditam esse, redditae sunt a tabelario litterae senatus, quibus hic significabat simul et spondebat, nihil eorum quae quomodocumque necessaria erant, virginibus illis defuturum: ipse quoque doctor Erviam sese obligabat ad id quod ante jam dixi: accedebant et litterae duorum illorum Patrum, qui quam enixissime negotium urgebant. Maxima autem mei timoris causa erat quod tot simul sorores in Ordinem admittendae essent: existimabam namque fieri posse ut hae contra eas quae jam admissae erant et veteranae, factionem quandam inter se (uti fieri solet) excitarent; tum etiam, quod certi nihil ac stabile ad illarum sustentationem haberi viderem: quod enim nobis offerebatur, non erat huiusmodi ut ad admittendum jure me posset compellere; adeo ut me valde perplexam et ancipitem viderem. Verum postea comperi hunc damone auctore timorem in me excitatum fuisse: nam, licet satis ad hoc mihi animi a Domino daretur, tanta mea tunc erat pusillanimitas ac diffidentia ut nihil Deo fidere viderem. Sed ferventes sanctarum illarum animarum preces tandem praevaluerunt.

C

Sancta Dei
Jutta

856 Ergo die quadam, cum a Sacra Communionem surgerem, et hoc negotium Deo (uti saepe faciebam) serio commendarem (nam causa cur semper bene illis responderem, erat quod vererer ne quo modo aliquarum animarum profectum et bonum impedirem: etenim nihil magis semper desidero quam aliquam invenire et excogitare posse rationem ut Dominus laudetur, utque plures existant qui ei obsequium praestent), Majestas illius acriter me objurgavit, rogans quibusnam reliqua quae hactenus erecta erant domicilia, thesauris fundata essent, et mandans ut hanc domum admitterem, quippe quae partim suum in obsequium, partim in animarum salutem cederet. Verba autem Dei adeo sunt efficacia ut intellectus non solum ea intelligat, sed etiam ab iisdem ad veritatem capiendam illustretur, simul quoque voluntas ad res opere exequendas disponatur. Quod etiam hic mihi contigit: nam non solum volupe mihi fuit monasterium hoc tunc admittere, verum etiam graviter mihi de-

liquisse et noxam insignem contraxisse visa sum, quod tandiu rem distulissem et humanis rationibus plus aequo nixa essem, cum quae in sacra hac Religione Majestas ipsius hactenus fecit, adeo omnem humanam rationem et captum transcendisse viderim.

D

857 Ut ergo foundationem illam admittere plane jam constitui, necessarium cumprimis mihi videbatur ut cum iis quae ibi mansurae erant monialibus me illuc ipsa conferrem, idque ob plurimas quae mihi tunc occurrebant rationes, tametsi ipsa corporis constitutio iter hoc mihi tunc dissuaderet, quod aegra admodum Malagonem pervenissem, et aegritudo nondum me deseruisset. Sed tamen, quod e re divina id fore censerem, id superiori meo (P. Angelo de Salazar) indicavi, petens ut illud ipse mihi faciendum praescriberet quod expedire magis judicaret. Is ergo non modo fundandae domus potestatem fecit, verum etiam addito imperio (litteris nempe patentibus die XXVIII Januarii concessis, uti patet e tom. I, epist. 63) mandavit ut illius foundationi praesens interesset, et quas cupe-rem monachas mecum conducerem. Hoc certe non parum mentem meam afflictauit, quod hae habiturae essent inter illas quae ibi jam commorabantur. Re ergo cum Domino per preces communicata, duas e Toletana domo, quarum altera futura erat praefecta, item duas e Malagonensi, quarum altera futura erat vicaria, assumpsi. Quod vero res haec tam ferventer et frequenter esset per orationem ab illius Majestate petita, delectus hic optime cessit; quod ego certe permagni feci: etenim in foundationibus quae e solis nostris monialibus inchoantur, tanta non est difficultas, et omnia facili negotio accomodantur.

tandem ad-
mittit.

858 P. F. Antonius a Jesu et R. P. Prior Gabriel ab Assumptione nos accersitum venerant. Cumque respublica omnia nobis necessaria suppeditasset, sabbato ante quadragesimale jejunium, decima tertia Februarii die, anno MDLXXX Malagone discessimus. Ita porro recte valebam ut numquam aegrotasse viderer, utque ipsa obstupescerem, perpenderemque quanti referat propriam debilitatem et invaletudinem non morari, cum de divini cultus et gloriae augmento agi videmus, quaecumque demum in contrarium insurgat contradictio et oblocutio: potest namque ipse e debilibus facere robustos et ex aegris recte valentes; et quamvis hoc etiam minime faceret, nihil certe animae nostrae accidere utilius potest quam aliquid pati. Ad quid enim vitam et sanitatem habemus, nisi ut tanti Regis et Domini causa eam prodigamus, utque honorem illius intuentes et spectantes, nostri ipsorum obliviscamur? Hanc viam si insistatis, carissimae, mihi credite, numquam quid vobis male cedet. Equidem fatear oportet, meam mihi nequitiam et imbecillitatem saepe timoris et dubitationis occasionem fuisse: attamen non memini me, ex quo Excalceatarum habitum mihi Dominus dedit, quin etiam aliquot annis ante (quae illius est misericordia ac singularis gratia), ab id genus tentationibus superatam succubuisse, et quod ad illius obsequium maxime facere nossem, quantumcumque id arduum ac difficile foret, faciendum non suscepisse. Satis autem video quam id exiguum esset, quidquid a parte mea praestabam; at plura non cupit Deus quam determinatam illam voluntatem, ut reliquum ipse a parte sua praestet. Sit ipse in perpetuum benedictus. Amen.

E

Per Villano-
vanum iter

F

859 Per monasterium B. Virginis de Subsidio de quo jam supra egi, et quod leucis tribus a Villanova remotum est, transire nos oportebat, et illic aliquantisper haerere, usquedum adventus nostri oppidanos certiores fecissemus: ita namque conventum erat; me

in canonio
B. V. M. de
Subsidio

A me vero Patribus illis quibuscum ibamus, per omnia obedire par erat. Monasterium autem hoc intra silvarum est abdita, in solitudine satis devota: cui cum propiores fieremus, Fratres una cum Priore ordine incedentes nobis excipiendis obviam processere: et quod essent excalceati et tunicis suis grossioribus induti, omnibus nobis devotionis sensum, mihi vero quandam animi teneritudinem attulerunt, quod florida primorum Ordinis nostri Patrum tempora hac in imagine cernerem. Videbantur mihi florum candidorum et fragrantissimorum speciem referre; et certe tales eos in conspectu et iudicio Dei esse credo: etenim, nisi fallor, valde fideliter hoc in loco ei serviunt. In aedem porro sacram agminatim me conduxere, cantantes « Te Deum laudamus », idque vocibus modestis et mortificatis. Aditus porro illius subterraneus est, velut per cavernam, quæ speciem referebat ejus in qua Pater noster Elias delituerat. Ego certe tanto interiori gaudio delibuta eram, ut, ad simile quid sentiendum, etiam longius multo iter libenter suscepissem: quamquam satis alioquin dolerem quod jam tum mortua esset sancta illa mulier Catharina de Cardona, cujus opera monasterium hoc Deus fundavit; quia, tametsi summopere id cuperem, illam videre non merui.

B Ven. Catharina de Cardona, 860 Sequitur vita et elogium Ven. Catharinae de Cardona; quod, licet lectu dignissimum, tamen praetermittendum duxi, utpote ad hujus Commentarii mei argumentum non satis directe pertinens. Eo autem absoluto, ita Sancta pergit: Devotio quæ illi monasterio propter Catharinae memoriam defertur, valde singularis est: unde et huic loco et omnibus locis vicinis afflata videtur; praesertim ubi quis eremum et speluncam, in qua vixit, priusquam monasterium constituere decrevisset, considerat. Narratum mihi est adeo ei molestum fuisse quod tam multos ad se videndam homines confluere conspiceret, ut alium in locum sese conferre voluerit, ubi nemo de ipsa quidquam nosset. Unde eremitam a quo hunc in locum conducta erat, ad se evocavit, rogatura ut alio sese conduceret. Sed is jam defunctus erat. At Dominus Deus, qui decreverat ut hic B. Virginis conventus isthoc in loco erigeretur, id non permisit, nec ullam opportunitatem ad hoc ei dedit; quia (sicut dixi) egregie illi ibi serviri credo. Omnes enim religiosi optime ad hoc dispositi sunt; et aperte in illis videre est quantum ab hominum turba sequestrati et in solitudine vivere gaudeant, atque imprimis Prior, quem mediis et deliciis ad habitum hunc assumendum Dominus evocavit, et egregie id ei compensavit, dum illas ei in spirituales convertit. Magnam is illic nobis ostendit caritatem: quin et e templi sui suppellectile dedit nobis quæ ad id quod fundatum abibamus, adornandum requirebantur. Nam, quod sancta illa mulier apud plurimos magni nominis homines ita accepta esset, eorum templum satis erat sacris ornamentis instructum.

C 861 Quamdiu vero ipsa illic egi, miram in animo consolationem sensi, quamquam non sine magna confusione, quæ mihi etiamnum adhæret, quod viderem illam quæ isthoc in loco tam asperam vitam duxerat, æque fuisse mulierem atque ego sum, quin etiam multo delicatior fuisse, quod tam illustri esset sanguine edita, deinde non tantam peccatricem quanta ipsa sum (nam quoad hoc nulla inter nos ambas institui potest comparatio), quin etiam multo majores me a Domino gratias omnimodis recepisse; inter quas maxima sane illa est quod modo ob gravia peccata mea in inferno non ardeam. Solum quod habebam ad eam (si quomodo possem) imitandam desiderium me solabatur. Sed

parum id est: nam (ut video) omnis vita mea in solis desideriis mihi transiit, opera autem nulla facio. Dei misericordia, in qua semper fiduciam habui, per Sanctissimum Filium ejus Jesum Christum nec non B. Virginem Mariam, cujus habitum (quæ Domini bonitas est) gero, mihi propitia sit.

862 Cum autem quadam die in sancto illo templo a Communionem surgerem, magna quædam animi recollectio cum suspensione me occupavit, ita ut sensuum omnino expers essem. In illa ergo spectandam mihi se per visionem intellectualem sancta illa mulier dedit, veluti corpus quoddam gloriosum, aliquot Angelis comitata, mihiq; dixit ne me coeptus labor fatigaret, sed in hisce foundationibus semper progredere. Unde intelligebam (quamquam signanter id non exprimeret) ipsam me apud Deum juvare. Dixit mihi præterea et aliud quid, quod non est hoc loco scribendum. His ergo verbis valde animata fui et ingens laborum suscipiendorum concepi desiderium: speroque in Domini bonitate fore ut tam bono auxilio, uti sunt hæc illius orationes, aliquid efficiam. Videtis, carissimæ, quomodo omnes illius labores jam finem acceperint, at gloriam quam jam habet, nullum habere finem. Connitamur jam totis viribus, per amorem Domini vos obsecro, hanc sororem nostram imitari, nos ipsas mortificando et contemnendo, uti se ipsa contempsit; itaque iter nostrum perliciemus, cum omnia tam celeriter prætereant et tam cito finem accipiant.

863 Prima autem Quadragesimæ Dominica, pridie festi Cathedræ Sancti Petri, in festo videlicet S. Barbatiani, anno MDLXXX, Villanovam de la Xara devenimus. Ante autem quam civitatem ingrederetur, Sancta cum comitibus suis aliquanto temporis spatio requievit in domo suburbana honesti cujusdam viri, cui nomen Michael de Mondejar; tribusque ejus filiabus, de religiosa vita amplectenda nullatenus cogitantibus, imo ab ea potius abhorrentibus, prædixit fore ut vestem Carmelitanam in eo canobio quod fundatum veniebat, assumerent. Id illæ postmodum reipsa fecerunt, assumptis nominibus Isabella a Jesu, Francisca a S. Elia et Josepha ab Incarnatione: e quibus Josepha hanc ipsam prophetiam S. Fundatricis sub juramento enarravit in processibus pro canonizatione ejus institutis, uti legere est in Chronico (lib. v, cap. iii); ubi insuper refertur eadem illa die, cum jam per quinque menses siccitate fuisset laboratum, uberem salutareque pluviam decidisse, quam boni cives Villanovani S. Teresiae meritis, Teresia vero civium pietati adscripsit.

864 Eadem die, prosequitur ipsa, divinisimum Altaris Sacramentum in S. Annæ templo sub summum Sacrum collocatum fuit. Senatus totus cum aliquot aliis, nec non doctor Eryias, ad nos excipiendas obviam processit. Exscensionem vero fecimus in templo parochiali, quod satis ab æde S. Annæ dissitum erat. Tanta autem totius populi erat lætitia ut magna sim consolatione perfusa, videns qua Sacratissimæ Virginis Deiparæ Ordinem hilaritate et gaudio admitteret. Eminus festum campanarum sonum audiebamus. Cum vero templum jam ingressæ essemus, hymnum « Te Deum laudamus » canere cœpere, alternantibus inter se versus illius tum cantoribus musicis, tum ipso organo. Hoc decantato, Sanctissimum Altaris Sacramentum in ferculo quodam, et in alio B. Virginis effigies, ferebatur, additis crucibus et vexillis. Magna cum pompa supplicatio procedebat; in qua nos, palliis nostris albis amictæ ac vultum velis coopertæ, in medio juxta Sanctissimum Sacramentum gradiebamur, et prope nos Fratres nostri Excalceati, qui satis multi huc confluerant. Aderant quoque Franciscani

AUCTORE
V. D. M.
D

visione intellectualem
conspicit.

E

Villanovam
ubi pervenit.

F

solemni pompa
a civibus

Ven. Catharina
de Cardona,

quæ sanctissimam
illam viderat,

AUCTORE
V. D. M.

A

ciscani (nam illorum hoc in oppido monasterium est) nec non religiosus quidam ex Ordine S. Domini, qui casu illic versabatur: qui tametsi solus adesset, summopere tamen gavisa sum, illum habitum hic spectans. Quod autem via esset longior, et varia per eam erecta altaria, subsistebatur per intervalla, ac tum aliquod Ordinis nostri elogium recitabatur, quod certe non mediocrem in nobis devotionem excitabat, atque imprimis quod omnes magnum illum Deum, quem praesentem habebamus, dilaudarent et celebrarent, quodque illius intuitu tantus septem pauperculis Excalceatis, quæ hic aderamus, honos haberetur. Etsi vero hoc tunc considerarem, nihilominus magna introrsum confusione replebar, quod cogitarem me inter illas numerari et incedere, ipsosque omnes (si me pro meritis meis tractassent) adversum me insurgere debuisse.

in paratam
sibi monaste-
rium deducta.

B

865 Ideo autem hujus, quo Beatæ Virginis habitum afficere, honoris tam prolixam narrationem institui, ut Dominum laudatis, cumque rogetis ut hanc fundationem in suum honorem et laudem convertat. Etenim (ut fatear quod res est) majus tum sentire soleo gaudium, quando multa cum contradictione et laboribus fundatio quapiam peragitur, talemque vobis libentius describo et propono. Quamquam fatendum sit sorores illas quæ ibi commorabantur, sexennio prope toto, saltem plus quam quinque annis et medio, postquam scilicet in hocce Sanctæ Annæ monasterium ingressæ sunt, satis molestiarum subiisse, ut taceam extremam illarum paupertatem, nec non laborem quem in victu lucrando subibant (numquam enim elemosynam petere sustinere, idque ne cives putarent ideo illas ibi agere ut sibi respublica de victu prospiceret) et magnam quam usurpabant austeritatem, tum frequenter jejunando ac tenui cibo famem pellendo, tum dure cubando et anguste admodum habitando, quod in tam arcta clausura, quam semper coluere, nimis quam grave et pœnosum erat.

hæc virgines,

C

866 Maximam vero illis afflictionem et dolorem (prout mihi postea retulere) attulit intensissimum illud quo se habitu religioso vestitas videre cupiebant, desiderium et voluntas, utpote quod et noctu et interdiu gravissime ipsas affligebat, eo quod illum se diem numquam visuras esse arbitrarentur. Unde omnis ipsarum oratio, ut plurimum lacrymis condita, alio non tendebat quam ut hanc ipsis Deus gratiam faceret. Cumque aliquod subinde impedimentum obijci et rem prope negari viderent, summopere affligebantur, suamque propterea adaugebant austeritatem. Ex eo quod opere manuum sibi colligebant et quo victum parabant, aliquid subinde demebant, genium defraudantes, quo tabellariis ad me proficiscentibus debitam mercedem persolverent, nec non (quantum quidem paupertas ipsarum patiebatur) iis qui aliquod ipsis hac in re subsidium dare poterant, gratificarentur. Postquam vero eas tractavi earumque vitæ sanctitatem perspexi, satis videbam illarum orationes ac lacrymas in causa fuisse ut illas Ordo noster admitteret. Unde majorem thesaurum esse duxi tales in eo animas agere, quam si amplas possessiones et redditus haberent: speroque fore ut ea res maxime sit progressura.

que vel opta-
tam Carmeli-
ticam vestem

867 Ut ergo in domum illam ingressæ sumus, universæ ad ostium intus stabant, suam unaquæque indutæ vestem. Sic nempe erant vestitæ, uti dum primum illuc ingressæ sunt: numquam enim peculiarem habitum assumere voluere, hunc nostrum assidue fugiterque expectantes; tametsi quem gestabant, satis honestus et modestus esset, ut appareret illas parum de seipsis ac cultu corporis sollicitas esse. Ita scilicet tenuiter et inculte vestitæ

erant et omnes prope usque adeo deformatæ, satis ut pateret valde austeram eas vitam duxisse. Multis cum lacrymis, quas summum gestientis animi exprimebat gaudium, nos exceperunt; quas satis apparebat fictas non esse.

868 Vestem monasticam, spectante multo populo *accipiendam* et P. Antonio a Jesu pro concione dicente, piis illis virginibus Sancta induit die xxv Februarii. Singularis porro, ait, earum virtus elucet in vultus lætitia quam præferunt, nec non in humilitate et obedientia quam præpositæ et omnibus quæ ad hanc fundationem venere, præstant, quibus quomodocumque gratificari gestiunt. Id unum verebantur, ne, cum summam ipsarum inopiam et angustam habitationem vidissemus, inde mox re infecta discederemus. Nulla ipsarum superiorem inter eas egerat, sed unaquæque magna cum humilitate laborabat quantum poterat. Duæ ætate provectiores, cum necesse erat, externa et domestica negotia procurabant; aliæ vero cum nullo mortalium loquebantur aut loqui volebant. Clavem in janua numquam habuere, sed dumtaxat pessulum; nec quæque ad januam sese conferre audebat: sed quæ natu erat maxima, responsa dabat et accipiebat. Perexiguam vero capiebant somnum, ut victum labore lucrarentur et de statutis orandi horis nullam perderent: etenim sat multum temporis orationi impendebant; festos vero dies integros ei dedicabant.

869 P. Ludovici Granatensis et F. Petri de Alcantara librorum directionem in vitæ suæ et orationis ratione per omnia sequebantur. Ut plurimum Officium divinum recitabant, quamvis valde parum legere nossent (nam una dumtaxat illarum perite legit), idque ex Breviariis quæ inter se minime convenirent: nam sacerdotes nonnulli quædam in quibus juxta veterem usum Romanum legebatur (quod illis ipsi, utpote antiquatis, amplius non uterentur) Breviaria dederant; ex aliis vero legebant prout poterant. Quod autem legere vix scirent, hinc multas huic recitationi horas impendebant. In eo tamen loco Officium non recitabant unde eas alii foris audire potuissent. Deus, credo, bonam earum intentionem et laborem quem assumebant, in bonam partem admisit: nam verisimile est eas quam paucissima bene recitasse et pronuntiasse. Postquam vero P. Antonius a Jesu cum iis agere cepit, suasit ut aliud Officium non recitarent quam B. Virginis. Habebant suum domi furnum, in quo panem coquebant. Omnia autem ordinatim fiebant, tamquam si habuissent, quæ singula ipsis imperasset, superiorem.

870 Ego hæc videns, non potui Dominum non laudare; et, quo magis cum iis conversabar et agebam, eo magis illuc me venisse gaudebam. Equidem propter multos quos subire me oportuisset labores, nollem (ut mihi videtur) huc ad animas hasce consolandas venire neglexisse. Quæ vero e comitibus meis illic mansere, postea mihi retulerunt aliquam se primis diebus contradictionem sensisse, sed, cum ipsas paulatim magis magisque nossent, virtutemque ipsarum perspicere, summopere se gavisas fuisse quod inter illas habitare sibi contigisset; unde magnopere erga ipsas afficiebantur. Multum sane potest sanctitas et virtus. Certe comites meæ erant hujusmodi ut, quamvis multum in hac cohabitatione difficultatis et laboris invenissent, ipsum tamen cum Dei gratia et auxilio haud difficulter et generose exsuperassent. Quæcumque autem soror hoc in se desiderium non sentiet, illa se veram Excalceatam esse non existimet; cum non tam recreationes quam ut aliquam patiendi materiam habeamus, desiderare debeamus, quo Sponsum nostrum quapiam in re imitemur.

inter suas mo-
niales admittit.

AUCTORE
V. D. M.
D

A imitemur. Utinam Majestas illius gratiam ad hoc nobis concedere dignetur.

Inde vero Toletum ad rem-
fuit

871 Hanc Villanovanæ foundationis narrationem Sancta brevi post chartæ mandavit, uti liquet e quadam ejus epistola, mense Aprili vel Majo ad priorissam Hispalensem data (tom. II, epist. 96). Quoniam autem, ut ad eandem priorissam kalendis Februarii scripserat (tom. I, epist. 63), Villanova ex mandato P. Angeli Salazarii munere tantum poterat ad festum usque S. Josephi, postridie illius festi, nihil morata brachii sui dolorem, qui rotæ lapsu (de quo Ribera lib. III, cap. IV) biduo ante increverat, inde Toletum sese recepit cum Ven. Anna a S. Bartholomæo et Beatrice a Jesu, consanguinea sua. Quo in discessu, plorantibus novi monasterii incolis, Dei nomine prædixit nihil eis unquam defuturum, dummodo religiose viverent. Hæc promissio quam mirabiliter, elapso vix anno, impleri exuperit, ac sequentibus quoque temporibus passim fuerit impleta, non necesse habeo dicere; quandoquidem idem argumentum late evolvitur in relatione Auditorum Rotæ de S. Teresie miraculis, quam suo loco legendam exhibebo.

cum Anna a
S. Bartholo-
mæo

872 Adventus S. Matris in monasterium suum Toletanum incidit in diem XXVI Martii, id est pridie Dominicæ Palmariæ; ut constat ex nota quam Beatrix a Jesu, jubente Teresia, adjecit epistolæ jam citatæ ad priorissam Hispalensem (tom. II, epist. 96), et in qua ipsa affirmat se (uti modo dixi) comitem itineris S. Fundatricis fuisse: id quod nullus e vitæ Teresianæ scriptoribus animadvertit. Namque horum antesignanus Ribera moniales a Sancta Villanovam ductas ita enumerat: E Toletana domo Annam a Matre Dei præpositam futuram, et e Malagonensi Elviram a S. Angelo vicariam ejus selegit; hisque adjunxit Annam a S. Augustino et Constantiam a Cruce: tum quoque comes ejus extitit Anna a S. Bartholomæo. Yepes unam tantum nominat Mariam a Martyribus, quam dicit primam fuisse priorissam Villanovanam (lib. II, cap. XXX), et per qua Ribera erronee scripserat Annam a Matre Dei. Ribera errorem participant P. Chrysostomus Henriquez, isdem fere ac ille verbis usus (Vit. Annæ a S. Barthol. lib. II, cap. XXII), et Ven. P. Joannes a Jesu Maria: Eduxit Toletum, inquit, Annam a Matre Dei, ut præesset, Malagone postmodum Elviram a S. Angelo, Annam quoque a S. Bartholomæo sociam individuan, etc., nec aliis præterea socias indicans (lib. III, cap. IX), Auctor Chronici, quem sequitur P. Fredericus a S. Antonio,asserit Malagone, fuisse ad Dei lumen implorandum precibus, delectas fuisse Annam a S. Augustino et Elviram a S. Angelo, ac dein Toleti Mariam a Martyribus cum Constantia a Cruce; adeoque Sanctam cum quatuor hinc virginibus et Anna a S. Bartholomæo Villanovam tetendisse.

et Beatrice a
Jesu

873 Denum Boucher sex quidem S. Matri assignat viæ comites, sed ratione improbabili prorsus. Quatuor nimirum monialibus ad foundationem Villanovanam deputatis ipse e Malagonensi monasterio quintam adjungit, cujus nomen sibi ignotum esse proficitur: verum de Beatrice a Jesu hoc loco ne cogitavit quidem. Arbitror auctorem hunc, passim diligentissimum, in errorem hic inductum fuisse a Matre Mauseou; qui in sua Epistolarum Teresianarum versione non solum notam Beatricis a Jesu, cujus supra memini, omnino omisit, sed etiam verba S. Teresie ad priorissam Hispalensem multo expressit hoc modo: J'ai laissé pour prieure la Mère Marie des Martyrs; c'est une excellente fille de ce monastère de Tolède; elle me paraît aussi propre pour ce pays-là, que vous, ma chère Mère, pour l'Andalousie. Je lui ai donné pour sous-prieure la Mère Elvire de Saint-Auge, du couvent de Malagon, et deux autres

religieuses de la même maison, toutes trois fort vertueuses et d'un grand exemple. Sane e verbis illis: deux autres religieuses de la même maison, proutum est, ut concludas tres moniales e monasterio Malagonensi Villanovanæ foundationi inchoandæ fuisse destinatas; quibus si addideris e Toletano monasterio duas, numerum quinarium confeceris. At longe aliter hispanica verba sonant: Llevé de aquí por priora a una hija de Beatriz de la Fuente: harto buena parece, tan pintada para aquella gente, como V. R. para el Andalucía. Santangel, la de Malagon, es supriora allí en Villanueva; hacelo muy bien, y otras dos con ellas harto buenas. Quorum hæc est significatio: Hinc (i. e. Toletum) in priorissam assumpsi filiam Beatricis de la Fuente (Mariam a Martyribus): videtur valde bona, et genti illi nata perinde ac tu Andalusie. Malagonensis nostra a S. Angelo subpriorissa Villanovæ est; optime res suas agit, et aliæ duæ cum iis valde bonæ. Nemo non videt quam infidelis sit gallica versio, et quam erronea proinde sit laudati scriptoris sententia. Itaque, ut paucis hanc disputationem claudam, sex moniales Sanctam Malagone proficiscentem fuerant comitatæ: e quibus quatuor Villanovæ permanserunt; reliquæ duæ, Anna a S. Bartholomæo et Beatrix a Jesu, uti jam ostendi, ierunt cum ea Toletum.

E

§ XLV. Abit Sancta Abulam, Segoviam, Methymnam Campestem et Vallisole-tum. Litteræ apostolicæ pro Carmelitarum Excalceatorum a Calceatis separatione in Hispaniam afferuntur.

Quinto die postquam S. Teresia Toletum pervenit, nempe feria quinta in Cena Domini, acerbissima paralyti ac cordis dolore, cui per mensem integrum febris aliæque affectus valetudinis incommoda accesserunt, ita correpta fuit ut se jam morti proximam crederet. Nec tamen propterea a laborando et scribendo abstinuit; verum, uti patet e superscriptis ejus litteris ad fratrem suum Laurentium (tom. III, epist. 35, et tom. IV, epist. 39), ad P. Gratianum (tom. II, epist. 36, 37 et 38), ad Mariam a S. Josepho, priorissam Hispalensem (tom. II, epist. 96), et ad Mariam Henriquez, ducissam Albanam (tom. I, epist. 9), multis negotiis vacavit solita sedulitate, eo præcipue studium, irritum tamen conatu, intendens ut Gasparis de Quiroga, archiepiscopi Toletani et ab anno 1578 S. R. E. Cardinalis, consensum impetraret ad faciendam Madriti foundationem. Inter epistolas autem quas modo allegabam, venustissima est illa quam die vii Maji dedit ad ducissam Albanam, partim ut eam solaretur de absentia mariti Ferdinandi, partim ut ei commendaret res novi collegii Societatis Jesu Pampilonæ in regno Navarrie non sine nonnullorum strepitu, ut loquitur Sacchippus (Hist. Soc. Jesu, part. IV, lib. VII, num. 199), anno superiore inchoati. Magna hæc de collegio illo periclitante sollicitudo indicium est grati Teresie animi ergo Patres Societatis Jesu, a quibus ipsa tam multis in foundationibus adjuncta fuerat; tota vero epistola spirat mutuum Sanctam inter et ducissam ducemque

Scribit Sancta
Toletum ad
ducissam ducis
Albanæ, tunc
captivæ

F

AUCTORE
V. D. M.

A Albanum amicitur et caritatis affectum. Porro Ferdinandus, dux Alhanus, tunc temporis captivus in arce Ucalana detinebatur matrimonii causa quod filius ejus Fredericus, invitis rege reginaque Hispaniae, inierat cum agnata sua Maria de Toledo, filia Garciae, marchionis de Villafranca; de quo matrimonio etiam Sancta loquitur in quadam ad ducissam epistola (tom. III, epist. 3). Quod autem ab homine militari vix expectes, levabat summus bellator captivitates suae tardum lectione Vita S. Teresiae ab ipsa conscripta; ejus exemplar penes se habebat, manu P. Bartholomaei de Medina Ord. Prail. (de quo num. 592 locutus fui) exaratum: et tanti S. Fundatricem aestimabat ut invisenti se P. Gratiano dicere non dubitaverit, nihil esse quod magis haberet in votis quam frui Matris Teresiae conspectu, etiamsi ad eam videndam plurimarum leucarum iter sibi foret suscipiendum. Sancta vicissim erga ducem voluntas manifesto deprehenditur ex amicis querelis quas ducissa aliquando apud P. Gratianum habuit, quasi majori eir suus quam ipsa apud S. Matrem valeret gratia (vide tom. II, epist. 33, num. 5 et 6, et not. 12 et seqq.).

Methymnae
Campi mun-
tium accipit

B 875 Sed ut historiae filum resumamus, valetudinis interim ac negotiorum causa Sancta Toleti consistere debuit aliquanto diutius quam sibi initio proposuerat; nec ante incuntem Junium, die, ut videtur, vi illius mensis (tom. II, epist. 38), inde profecta est, cum mandatum jam haberet P. Salazarii, quo jubebatur Vallisoletum se conferre. Ac primum Toletum Segoviam adegit xiii Junii (tom. IV, epist. 40); ubi mensem non omnino integrum videtur substitisse: in quod tempus incidit mors fratris ejus, Laurentii de Cepeda (tom. I, epist. 64), de qua alibi latius egimus (num. 41 et 42). Segoviam Abulam itit, ad providendum Teresiae et Francisco, fratris sui defuncti liberis, cognoscendumque de ejus testamento; deinde Methymnam Campestrum, comitibus Francisco, quem modo nominabam, et P. Gratiano, uti ostendunt litterae vi Augusti datae ad priorissam Hispalensem (tom. III, epist. 80): quibus litteris insuper continetur jucundissimum hoc nuntium: Ante quinque dies P. Hieronymus Gratianus, qui huc mecum venit et valde utilem in hisce negotiis mihi tulit opem, epistolam Roma accepit a P. Joanne a Jesu; qua hic nuntiat litteras apostolicas de rebus nostris traditas jam fuisse oratori regis nostri, atque ab eo in Hispaniam destinatas per eundem cursorem qui epistolam ipsius P. Joannis attulit: unde pro certo habemus eas jam esse penes regem. Ex earum summario, quod epistolae suae P. Joannes adscripsit, apparet eas esse copiosissimas. Quapropter aequum est ut Deo, qui tanto beneficio nos dignatus est, laudes gratesque persolvamus.

duos Excal-
ceatorum au-
rum deputa-
tos.

C 876 Nimirum, ut breviter indicemus quo pacto haec litterae apostolicae obtenta fuerint, PP. Joannes a Jesu et Didacus a SS. Trinitate, postquam medium versus anni 1579, prouti ex epistola S. Teresiae ad fratrem suum Laurentium, quam suo loco citavi (num. 845), manifestum est (ac proinde non anno 1580, uti contendit auctor Chronici, quem sequuntur P. Fredericus a S. Antonio, P. Emmanuel a S. Thoma Aquinate et P. Joannes a S. Ludovico; quippe quia tempus missarum a rege ad Summum Pontificem, ad quosdam Cardinales et ad oratorem suum Ludovicum de Requesens litterarum commendatariorum male confundunt cum tempore adventus duorum Patrum deputatorum), post, inquam, quam praedicti duo Patres Excalceati in Italiam apulerunt, magna is cautela opus fuit ne pro Carmelitis Excalceatis agnoscerentur; praesertim quia P. Hieronymus Tostado, acerrimus eorum adver-
nam

rius, tunc Romae aderat, et quiu capitulum generale D Ordinis Carmeli ad eligendum defuncti P. Ruhei successorem eadem in urbe erat celebrandum ad festa Pentecostes anni 1580. Quare, retentis vestibis saecularibus, donec Romam advenissent consultationum a Nuntio Segae institutarum acta et regis Philippi litterae (quarum missio, impedito rebus Lusitanicis rege, usque ad annum 1580 fuit tardata), de negotio separationis nondum publice, sed clanculo tantum cum fide quibusdam ac suae Reformationi devotis viris, agere ceperunt.

877 Ita per annum fere protracta res: donec tandem Gregorius XIII, cognita Philippi II voluntate perspectaque e missis ad se documentis utilitate Teresiani operis, rei examen commisit Cardinalibus super visitatione apostolica et consultatione episcoporum ac regularium reformatione deputatis. Inter hos Cardinalis Montaltus, qui postea fuit Sixtus Papa V, pro Carmelitis Excalceatis tam egregie peroravit ut omnium collegarum suorum animos ad sententiam petitioni eorum consentaneam inclinavit. Verum, cum Summus Pontifex mandasset ut causa Excalceatorum etiam capitulo generali Ordinis proponeretur, et ea unanimi capitularium assensu commissa fuisset novo Generali R. P. Joanni Baptistae Caffardo, intercessit P. Caffardus apud Cardinalem Boncompagnum, Ordinis sui protectorem, non omnino rejiciens ille quidem Fratrum suorum Excalceatorum postulata, quae fulciri videbat a rege Hispaniae, a Cardinali Quiroga, a plurimis Hispaniae proceribus, a Nuntio apostolico ac gravissimis ex utroque clero viris, sed mediam quamdam speciem viam proponens ineundam, ita scilicet ut, omissa provinciae scissione, alternis trienniis Excalceatus aliquis, alternis vero Calceatus in provincialem eligeretur. Placebat haec conditio Cardinali protectori, nec eidem ipsemet Gregorius XIII repugnabat; ac res Teresiana eo majori versabantur in discrimine quod Roma per eos dies exarserat Hispanus orator, et qui interim oratoris vice fungebatur Bricenus manum non audebat operoso negotio adhibere. Ergo re infecta parabant in patriam renavigare duo Excalceatorum deputati, nisi, suadente Andrea Spinola, cubiculi pontificii clerico, cui valedictum venerant, confugissent ad Alexandrum Cardinalem Sfortiam, virum multum apud Romanum Pontificem gratiae atque auctoritatis. Hic, rei cura libenter in se suscepta, mentem Gregorii ad alia consilia convertit.

E 878 Denique, questione in purpuratorum Patrum senatu (quem consistorium dicimus) agitata, causam Excalceatorum eloquenter tuentibus Cardinalibus Maffeo ac Montalto, prodierunt ad diem xxii Junii sub annulo Piscatoris litterae apostolicae; quarum illa erant praecipua capita: Fratres ac moniales primitivam Ordinis Carmeli regulam et quaedam ultra ad carnis mortificationem et populi edificationem instituta observantes, penitus et omnino in perpetuum a provinciis Fratrum et monialium regulam ab Eugenio IV mitigatam observantium sejungi, separari ac dismembrari; Discalceatorum domos, monasteria ac loca quaecumque in unam erigi provinciam, ac gubernari debere per provincialem in capitulo dictae provinciae ex eisdem Discalceatis eligendum; hanc tamen provinciam, sicut alias provincias Ordinis, sub obedientia et superioritate Prioris Generalis remanere; qui per seipsum tantum vel per virum idoneum ex ipsis Discalceatis, et juxta eorum primitivam regulam et instituta regularia, eos visitare, reformare, corrigere et punire possit, sed non extra eorum domus transferre aut ad alias provincias mittere; provinciali Discalceatorum ple-
nam

victis nonnul-
lis difficultati-
bus.

E

F

litteras apo-
stolicas suae
Reformationi
obtinuisse.

A nam esse et liberam facultatem ut, postquam electus fuerit, officium suum absque ulla confirmatione (quam tamen a Priore totius Ordinis Generali mox petere teneatur) exerceat; Discalceatos utriusque sexus omnibus et singulis gaudere privilegiis, gratiis, etc., quibus gaudent Mitigati, modo ne sint decretis Concilii Tridentini, Constitutionibus apostolicis, regulæ primitivæ et Instituto suo aut ipsis hinc litteris contraria; nullum e Discalceatis ad suum Fratrum Mitigatorum vel aliorum Ordinem, præterquam Carthusianorum, sine apostasiæ nota transire posse absque Sedis apostolicæ licentia; denique P. Angelo de Salazar et Priori Generali et provincialibus et commissariis aliisque Mitigatorum prælati, ministris et officialibus sub pœna excommunicationis inhiberi ne Discalceatos super præmissis quovis modo molestare, perturbare, vexare, inquietare audeant vel præsumant; et si cui ex Mitigatis sit concessa facultas visitandi, gubernandi punitive Discalceatos, hanc facultatem cassari, revocari et annullari.

hæcque jam
sunt ad regem
transmissæ;

B 879 Has litteras Brice^{us}, oratoris vices Romæ (ut jam dixi) agens, xxvii Junii in Hispaniam misit; et xv Augusti exemplar earundem in manus regis Philippi pervenit, qui tum Badajocii se ad ingrediendum Lusitaniam parabat. Licet autem per eas ipsas litteras mandaretur omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prælati ac quibuscunque in dignitate ecclesiastica constituti, ac nominatim archiepiscopis Toletano et Hispalensi, episcopo Palentino et auditori generali causarum curiæ cameræ apostolicæ, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios, dictas litteras et in eis contenta quæcumque, ubi et quando opus foret aut quoties pro parte Discalceatorum desuper forent requisiti, solemniter publicantes illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, facerent eos auctoritate Sanctæ Sedis præmissis omnibus et singulis pacifice frui et gaudere; tamen, præsertim quia jam obierat Christophorus de Rojas, Hispalensis archiepiscopus, consuevit rex rogandum esse Summum Pontificem ut executionem apostolici Diplomatis committeret P. Petro Hernandez e S. Dominici familia, qui res Carmeliticæ longa usu habebat optime perspectas. Annuit petitioni Gregorius XIII; sed quominus Hernandezius eo munere fungeretur, mox jam viro imminens impedivit. Tertium igitur iaculo Octobri Romam Philippina scripsit; ac tandem, accepto die xx Novembris Romano responso, id muneris commissum fuit alteri ex Ordine Prædicatorum viro, P. Joanni de las Cuevas, Talaverensi priori. Indicta ab eo in Dominicam quartam Quadragesimæ anni sequentis Compluti celebranda comitia; in quibus, significato secundum juris formulam actu separationis, die iv Martii P. Hieronymus Gratianus primus Carmelitarum Escalceatorum provincialis renunciatus est. Adi Chronicon (lib. v, cap. 1, ii, viii, ix et x) et Bullarium Carmelitanum Monsignani (tom. II, pag. 208 et seqq.), vel magnum Bullarium Romanum (tom. II, pag. 470 et seqq. edit. Luxemb.).

item P. Balthasar
Alvarez observat;

880 Sanctam nostram interea Methynnæ Campi reliquimus; ubi insigni miraculo Annam a SS. Trinitate gravi erysipelate et febris laborantem solo manus tactu vestigio temporis sanitati restituit, uti legere est apud Riberum (lib. iv, cap. xi) et in relatione de S. Teresiæ miraculis facta ab S. Rotæ Auditoribus. Eodem in oppido certior facta est P. Balthasarem Alvarez S. J. die xxv Julii Belmontis in Nova Castella mortalem cum immortalis voto commutasse, uti docet in P. Balthasari Vita

P. Ludovicus de Ponte, cujus verba hic adscribere jurat: Sanctissima Mater Teresia a Jesu, ait, Methynnæ Campi, ubi degebat, Balthasaris obitum accepit: duasque plus horas a lacrymis sibi temperare non potuit, solatium aliis frustra illi ferentibus; rogantibusque, cur, tam procul habens ab animi sensu mortalia, hoc unum ipsi accideret tam acerbum: « Sumi, inquit, in luctu, quod jacturam » Ecclesiæ Dei ab excessu tanti ejus famuli præsentem ac futuram intelligo. » Atque in his, duas plus horas, animo a sensibus alienato conticuit: quid actum interea secum sit, non dixit. Novimus tamen memorata sæpius ab illa fuisse quæ undecimo capite divinitus patefacta ipsi meminimus, de sanctimoniam nempe gradu quo Balthasar eminebat in terris, deque ingenti gloria ad quam idem destinabatur in cælo. Et ipse quidem ex ancilla Christi quadam egregia, sanctissimæ huic Virgini cum primis addicta, et Societatis nostræ percupida, cujus mihi et virtus et veritas explorata certissimo est, illud accepi, mœrenti sibi admodum inclytam hanc sanctissimamque Parentem videntem obtulisse sese, multis post annis quam mortalitati decesserat, eamque, ipsius ægritudinis demulcendæ causa, inter alia permulta, hæc ipsa verba ad ipsius solatium opportuna elocutam esse: « Et ego sum filia Societatis, et ex ea confessario » usa sum; et nunc profiteor in cælo illum et » colo. » Affirmatum id ab ea de Balthasare Alvarez, dubitandum nihil est: quamquam enim aliis usa prius fuit, diutissime tamen omnium confitentem hic audiit; ac suam illi opem operamque diligentissime contulit, donec ea demum sublimia sua illa cæpta perfecit; et quem confessarium et institutorem habere suam ipsa in gloriam referebat. Cumque in cælo nunc illum profiteatur et colat, argumento est gradum sedemque ab eo ibi ita præstantem obtineri, velut agens in terris ipsa jam viderat. Hactenus laudatus auctor (cap. lxx, § 1).

881 Jam quod Boucher arbitratus fuit, Sanctam circa medium Septembrem Abulam rediisse, ibique, licet aliquando sive Segoviam sive Salmanticam excurrisset, adhuc fuisse die x Octobris, dein inter hanc diem et xxv Octobris Vallisoletum tandem esse profectam; hæc, inquam, meritissimi scriptoris conjectura mihi nequaquam probatur. Primum enim quod dicit de reditu Abulam, non aliud, quod sciam, habet fundamentum nisi quod Epistolarum Teresianarum commentator gratuito asserit epistolam quam Sancta xvii Septembris dedit ad Agnetem Nieto (tom. III, epist. 56) scriptam fuisse Abulæ. Alterum quod sequitur de factis a Sancta Segoviam et Salmanticam excursionibus, non video quomodo probari possit; sed credo non bene a D. Boucher intellectam fuisse phrasin qua prædictus commentator memorat Sanctam, postquam anno 1579 Vallisoletum excesserat (ut dixi num. 845 et seqq.), adiisse Salmanticam, Methynnæ, Segoviam et Malagonem (tom. III, ep. 25, not. 1): id quod reapse illam fecisse, quamvis non eo ordine quo hæc loca a commentatore enumerantur, constat ex iis quæ supra retuli. Demum ratio ob quam D. Boucher existimavit Sanctam x Octobris adhuc fuisse Abulæ, desumitur ex epistola ejus ad Sanctum Davila, marchionis de Velada filium, qui postea ecclesiæ Carthagenensi, Giennensi, Seguntinæ et Placentinæ successive antistes præfuit. Nimirum hinc quidem epistolæ apud Palafoxium adscribitur: Abulæ x Octobris 1580 (tom. I, epist. 6); sed probe notandum est eam a Palafoxio nec integrè nec accuratè editam fuisse, uti patet ex altero exemplari quod inter fragmenta epistolarum Teresianarum collocavit P. Antonius a S. Josepho (tom. IV,

AUCTORE
V. D. M.
D

E

Inde non Abulam, ut quidam scriptores asserunt,

F

AUCTORE
V. D. M.

(*tom. IV, fragm. 2*) quodque haud scio an multo melius inter epistolas integras collocasset. Etenim ipse P. Antonius affirmat autographam servari hanc epistolam apud moniales sui Ordinis Ocanienses, eamque ita concludi: Det tibi Dominus eam sanctitatem quam tibi ab eo exposco. Amen. Est hodie dies IX Octobris. Indigna serva ac filia tua, Teresia a Jesu. Precor ut Domino Frederico et Dominae meae Mariae (*intelligit ducissam Albanam ac filium ejus*), ad quos scribere mihi per capitis dolores non licet, salutem dicas meo nomine, et mihi per Dei amorem ignoscas. *Superscriptio autem est*: Al muy Ilustre Señor Don Sancho de Avila, mi Señor. En Alva: de Avila.

sed Vallisoletum petit;

882 Quidquid de reliquo dicat P. Antonius ut aliquo modo probabile faciat duas hic haberi distinctas epistolas, mihi persuasum est unam esse atque eandem; quippe cum utrobique eadem phrasae ac sententiae, licet non eodem ordine, recurrunt. Quae cum ita sint, quandoquidem Abula (*ut fert superscriptio modo allegata*) exarata fuit, non dubito quin referenda sit ad annum 1581; quo anno totum mensem Octobrem Abula certo transegit Sancta, ut postea videbimus. Proin, mea quidem opinione, *Methymna Campestris S. Mater, comite defuncti fratris sui filia Francisco, se recta contulit Vallisoletum, tum ut quasdam scripturas (de relictis a fratre suo bonis, ut videtur) ibi conficiendas curaret (tom. III, ep. 80), tum praesertim ut pareret mandato P. Angeli de Salazar, de quo ipsa loquitur initio capitis XXIX libri Fundationum hisce verbis*: Mihi a Villanovana fundacione jam reversae superior injunxit ut Vallisoletum irem; ita petente Reverendissimo D. Alvaro Mendozio episcopo Palentino, qui primum monasterium S. Josephi Abula erectum admisit, et semper ei favit, quin et in omnibus quae ad Ordinem hunc spectant, numquam non favet; cui, cum Abulensi episcopatu relicto ad Palentinum transisset, Dominus desiderium iniecit ut aliud Sacri hujus Ordinis monasterium illic erigi procuraret.

sola diem a gravi morbo

883 Vallisoletum cum venissem, tam atrox me invasit aegritudo ut ex ea cuncti me demorituram putarent. Adeo autem ab eo proposito aliena mansi, et adeo mihi visa sum hoc in negotio non posse quidquam praestare, ut, quamvis Vallisoletani nostri conventus priorissa (quae hanc fundacionem quam libentissime vidisset) importune id et perstudiose a me peteret, nullatenus tamen id mihi persuadere possem, aut quomodo huic initium darem, nescirem. Etenim monasterium hoc sine redditibus et in paupertate fundandum erat; dicebatur porro mihi nullatenus ipsum ibi posse sustentari, quod oppidum satis tenue esset. Jam pene annus effluxerat ex quo de hujus et simul de Burgensis fundacione tractare coeperam. Initio sane tantam in eo difficultatem non inveniebam; tunc vero permulta mihi in contrarium occurrebant, cum tamen alia de causa Vallisoletum non venissem.

paulatim convalescit,

884 Nescio autem an horum causa esset gravior illa infirmitas et debilitas quae mihi e morbo remanserat, an vero diabolus, qui bonum quod postea ibi factum est, impedire volebat. Certe miror et miseror (de quo etiam saepe apud Dominum conqueror) quod miscellae animae tantum ex corporis invaletudine et morbis adherescat, ita ut ipsa leges hujus observare debere videatur; adeo scilicet eam necessitates suas et alia plurima subire cogit. Quod mihi una e maximis vitae hujus miseriis et laboribus esse videtur, praesertim quando non adest simul generosus et heroicus animus, qui ipsum subjiciat et expugnet. Etenim quod corpus male valeat et maximis doloribus et cruciatibus afflicetur (tametsi

id alioquin laboriosum et grave sit) parvi admodum D facio, dummodo anima experfecta sit ac vegeta; ipsa namque Deum tunc laudat, et universa a manu ejus provenire considerat: at, dum una ex parte patitur et ex alia non operatur, terribile quid est et intolerabile; praesertim si talis anima sit quae intensissima sese desideria aliquando habuisse comperit, numquam vel interioris vel exterioris recreationis capiendae, sed sese totam, quanta est, magni Dei sui obsequio impendendi. Nullum quippe aliud tunc hic remedium subest quam patientia et propriam agnoscere miseriam, divinaeque sese voluntati permittere, ut de se is faciat et statuat quodcumque et quomodocumque voluerit.

885 Ita quidem tunc ipsa constituta eram, tametsi paulatim jam convalescere et meliuscule habere inciperem: sed tanta mea erat imbecillitas, ut et fiduciam, quam mihi, dum aliqua harum fundacionum inchoanda est, Deus Opt. Max. dare solebat, perdidissem. Omnia quippe mihi impossibilia videbantur. Unde si tunc in aliquem qui me animando corroborasset, incidissem, is sane quam maxime mihi profuisset; sed hominum alii magis timere me faciebant, alii (esto aliquam mihi subinde spem facerent) meam tamen auferre et expugnare pusillanimitatem non poterant. E morbo illo se recuperare Sancta jam coeperat die IV Octobris; ut liquet ex epistola quam suo nomine scribendam ea die curavit ad P. Gratianum (*tom. III, epist. 25*): unde novum mihi exurgit argumentum adversus sententiam D. Boucher, aliis jam rationibus (*num. 881*) refutatam. Accedit praeterea ad has rationes quod Sancta in eadem epistola mentionem facit de Maria a S. Josepho, sorore P. Gratiani, idque iis verbis quae manifesto indicent utramque eodem tecto tunc temporis fuisse usam. Jam vero e multis aliis litteris (*v. g. e tom. III, epist. 16, 23 et 24, et tom. IV, epist. 74*) liquido apparet sororem Gratiani in Vallisoletano degisse monasterio. Epistola autem haec nomine quidem Teresiae, ut modo dicebam, sed aliena manu conscripta fuit: quod et obtinet de epistolis XX Novembris ad P. Gratianum, et XXV Octobris ac XXVIII Decembris ad priorissam Hispalensem destinatis (*tom. III, epist. 26 et 81, tom. II, epist. 98*), amanuensem scilicet agente Ven. Anna a S. Bartholomaeo.

plures tum marci Ven. Anna a S. Bartholomaeo

886 Propria vero manu Sancta scripsit VII Octobris ad priorissam et moniales S. Josephi Abulenses (*tom. II, epist. 74*), XXI Novembris ad priorissam Hispalensem (*tom. II, epist. 97*), mense Decembri ad Laurentium de Cepeda juniorem, in Indiis Occidentalibus versantem (*tom. II, epist. 55*), item ad Mariam a Jesu, fundatricem ac monialem canobii Feasensis (*tom. IV, epist. 67*). Praecipuum plerarumque harum epistolarum argumentum est mors Laurentii Cepedi ejusdemque mortis sequelae, de quibus tertio hujus Commentarii paragrapho, quantum satis erat, egimus. Secundum Ludovicum Lataste, episcopum Bethlehensem, qui Epistolas S. Teresiae a Matre Anna a S. Josepho (*seculari nomine Maupeou*) gallice versas publici juris fecit, poni hic quoque deberet epistolium quo Sancta Petro de Castro, canonico Abulensi (qui postea fuit Segoviensis episcopus), gratias agit de concione in templo sui monasterii S. Josephi habita infra octavam omnium Sanctorum (*tom. II, epist. 5*); cujus concionis ipsa meminit in litteris XXVI Octobris 1581 ad P. Gratianum datis (*ibid, epist. 42*). Verum, cum Sancta propriis auribus Castrum audivisse videatur, potius crediderim anno 1578 illum sacram orationem ab eo dictam fuisse.

tum, sua scribit epistolas,

F

A

§ XLVI. Sancta Palentiam proficiscitur, ubi decimum quartum Excalceatarum suarum monasterium erigit.

A. P. Hieronymus Ripalda,

Ad Palentinam modo foundationem nos conferamus; de qua S. Mater Yeasum ad Mariam a Jesu scribens: Dixerit tibi, ait, Mater priorissa, injunctum mihi esse ut ad foundationem quamdam me conferam quam per plures annos fui a me deprecata. Quoniam vero hanc tam perseveranter apud me urserunt, praelato nostro approbante, proficiscor cum multa spe promovendi divini obsequii (tom. IV, epist. 67). Ad hanc spem quomodo ex longa hesitatione, de qua eam loquentem audivimus, pervenerit, e Foundationum capite XXIX audiamus. Contigit forte, inquit, ut quidam Societatis Jesu sacerdos Vallisoletum veniret, Pater ac Magister Ripalda, quem satis diu confessarium habui, vir doctrina aequae ac pietate in Deum eximia. Huic ipsa animae meae statum aperui, eumque me in Dei locum accipere velle dixi; declararet proinde mihi quid sibi videretur. Is ergo multum me exstimulare et animare cepit, hanc inertiam meam senio adscribi debere dictitans. Verum sat ipsa videbam eum non recte in eo censuisse: etenim hoc tempore adhuc senior sum, eam tamen jam minime sentio. Non dubito quin et ipse satis id nosset; sed hoc dixerit ut me reprehenderet atque objurgaret, eo quod hunc angorem et tedium a Deo provenire minime crederet.

ut jam pridem a P. Balthasare Alvarez,

S88 Haec Palentina fundatio una cum Burgensi simul tum tractabatur; et tam ad hanc quam ad illam nihil penitus habebam: sed non erat hoc anxietatis meae causa, quia etiam cum minori et tenuiori subsidio foundationes auspiciari soleo. Nullatenus ergo cepto ut desisterem, P. Ripalda edixit: idem quoque paulo ante Toleti mihi dixerat P. Balthasar Alvarez, Societatis ejusdem provincialis. Tum quidem recte valebam; unde satis hoc mihi esse debuisset ad sententiam meam figendam: attamen, quamvis permagni id mea interesset, plane rem decernere non potui, eo quod vel diabolus vel (sicuti dixi) infirmitas me vinctam quodammodo teneret. Sed exinde melius multo valui. Vallisoletana priorissa, quantum poterat, me juvabat et in oneris partem veniebat; summopere namque Palentinam foundationem perfici desiderabat: at, quoniam adeo me videbat tepidam, hinc etiam timidius agebat. Aliunde ergo verus calor veniat necesse est, cum nec homines nec ipsi servi Dei quidquam efficere possint: unde satis videre erit, saepe non esse me quae facio, cum nihil omnino faciam, sed illum qui ad omnia potens est.

ut dedit a Deo quoque ipso animata;

S89 Cum ergo die quadam a Sacra Communionem surgerem, ita fluctuans et dubitans et ab omni foundatione auspicianda prorsus aliena, Dominum rogarum ut lumen mihi daret ad voluntatem ejus in omnibus faciendam: neque enim tepor meus erat hujusmodi ut hocce mihi desiderium vel in minimo unquam defecit. Dominus ergo per modum increpantis mihi dixit: « Quid times? Quando umquam » tibi defui? Idem qui haecenus fui, sum modo: duas » haece foundationes perficere ne negligas. » Quam, » magne Deus, verba tua ab humanis verbis discrepant! Ita quippe animata mansi, ut ne totus etiam

mundus contradicens ab hoc me proposito revocare potuisset: quare statim ea de re tractare coepi, et Dominus mihi ad eam media suppeditare. Duas ergo moniales assumpsi, ad aedes ex illarum dote coemendas; et quamvis mihi ab omnibus diceretur non posse nos Palentiam ex eleemosynis vivere, perinde id erat ac si mihi plane nil diceretur: etenim, si redditus stabiles in foundatione monasterii admitterem, jam tum videbam nulla id ratione tunc quidem posse fundari; cum autem jam Deus ipsum fundari juberet, certa eram fore ut Majestas ejus provideret.

AUCTORE
V. D. M.

D

S90 Circiter idem tempus P. Hieronymus Gratianus, qui S. Matris rogatu Palentiam se contulerat ad res oblatae foundationis, a qua etiam ipse abhorrebat, prope inspiciendas, inde rediit animo plane mutato. Quippe vir quidam nobilis domum a se conductam sponte obtulerat, quam moniales, donec propriis potirentur aedibus, incolere possent; et magnam ei spem boni successus inspiraverat pius Suerus de Vega, Syracusarum olim sub patre suo Joanne, Siciliae prorege, praefectus, et collegii Societatis Jesu Syracusani fundator, uti videre est apud P. Orlandinum in Historia Societatis (part. 1, lib. XIV, num. 41) et apud praedecessorem nostrum Pinium in Commentario praevio ad Vitam S. Ignatii de Loyola (tom. VII Julii, pag. 742). Palentiam igitur, inquit Sancta, esto nondum penitus confirmata essem valetudine, proficisci statui, etsi tempus admodum rigidum esset: nam in SS. Innocentium festo Vallisoletum, eo quo dixi anno, discessi, quia vir quidam nobilis illius loci domum quam ipse ab anni sequentis initio ad usque festum S. Joannis conduxerat, nobis cesserat, quod is alio habitatum se contulisset. Unde ad quemdam civitatis illius canonicum (esto eum non nossem, sed quidam de amicis ejus mihi dixerat illum Dei famulum esse) litteras dedi: simul etiam firmiter mihi impressi illum insignem nobis operam praestiturum; quemadmodum in aliis usque modo perfectis foundationibus videre fuit, quod in unaquaque harum aliquem Deus submittat qui nos adjuvet: videt namque Majestas ejus quam ipsa parum per me praestare valeam. Eum ergo per litteras rogavi ut, quam fieri posset secretissime, domum illam mihi curaret evacuare (ab alio enim incolebatur), at non diceret ad quem illa usum pararetur. Nam quamvis aliqui de primoribus suam erga nos propensionem ostendissent et ipse quoque episcopus satis per se propenderet, longe tamen censebam esse satius rem celari et ignorari.

Palentiam S. Teresia proficiscitur.

E

E

F

S91 Adeo porro exacte canonicus Reynosius (ita nempe vocabatur is ad quem scripseram) cuncta praestitit, ut non solum domum evacuare curaverit, verum etiam lectos et alias multas commoditates satis abundanter nobis preparavit. Et certe iis opus habebamus; erat namque intensum frigus, et dies hesternus satis nobis molestus fuerat, idque ob spissam adeo nebulam, ut invicem vix videremus: sed, ut verum fatear, parum quietis habuimus, quoadusque preparassemus locum in quo postridie Sacrum dicendum esset, priusquam nesciret quispiam nos illic adesse; namque experientia comperitum est ita in foundationibus fieri imprimis expedire. Si enim hominum judicia et sententias inquirere incipiamus, diabolus illico omnia turbabit; ac licet is nihil omnino possit evincere, saltem nos inquietat. Sic ergo factum est: statim namque postridie mane (cum pene disceret) Missam ibi celebravit sacerdos quidam qui nos comitatus erat, Porras cognomento, insignis Dei famulus, nec non alius sacerdos, Vallisoletanarum monialium fautor et amicus, Augustinus de Victoria nominatus, qui mihi pecuniam ad domum instruendam mutuo dederat, et

ibi domum a Reynosio canonico paravit.

AUCTORE
V. D. M.

A per viam laute nos habuerat. Eramus universum, me annuerata, quinque moniales, et una laica (Ven. Anna a S. Bartholomaeo), quae jam a multo tempore me est comitata, insignis Dei famula, et adeo discreta ut plus me juvare possit quam aliae eorum frequentantes. Tota illa nocte parum dormivimus, tametsi (sicut dictum est) via pridiana satis difficilis et molesta fuisset ob continuam pluviam quae ceciderat. Gavisa porro sum quod eo monasterium die fundaretur, quo de rege Davide, erga quem ipsa mire afficior, Officium divinum recitaretur.

monemus episcopo
pr

B 892 Hoc ipso ergo mane Ill. D. Episcopo rem jussi significari, qui necdum sciebat nos Palentiam advenisse. Unde quamprimum magna cum charitate, quam numquam non erga nos ostendit, ad nos excurrit, omnem quo opus haberemus panem sese subministraturum pollicitus, suoque aëconomio mandavit ut de multis rebus necessariis nobis provide- ret. Tantum porro Ordo hic ei debet, ut quisquis hasce fundationes legerit, eum tam vivum quam mortuum Domino per preces commendare teneatur; quod e caritate eum rogo et obsecro. Tanta vero populi totius fuit voluptas et lætitia, eaque ita universalis, ut talem alibi non viderim: etenim nullus omnino fuit cui hæc res displiceret. Ad quod multum juvit quod constaret ipsum episcopum ita velle: est enim is popularibus et omnibus suis admodum carus et acceptus; quin et omnis populus tam bonæ et generosæ est indolis ut talem alibi vidisse non meminerim: unde quotidie magis et magis hoc me in oppidum monasterium illud invexisse gaudeo.

populosus Pal-
lentini vulum-
aut.

C 893 Non minori cum laude de civitate Palentina S. Mater loquitur in suis litteris (tom. II, epist. 40, 45, 53 et 99; tom. IV, epist. 15). Præ cæteris autem, teste Yepesio, eluxit Sueri de Vega, qui propter suam in pauperes caritatem vulgo pater pauperum dicebatur, et uxoris ejus Elviræ Manrique, filiae comitis Osornensis, in S. Teresiam ejusque prolem benevolentia: quam deinde semper continuatam fuisse affirmat, tanquam ipse expertus, auctor Chronici, addens quoque Joannem de Vega, eorundem piorum conjugum filium, aliquo post tempore in Ordinem Carmeli ingressum, omnigenis inibi claruisse virtutibus. Idem scriptor refert (quod a S. Teresia, Ribera et Yepesio omittitur) prælorem Palentinum initio novam fundationem assensu suo comprobare noluisse; cum vero P. Gratianus ad eum venisset, petitionem Teresiae nomine iteraturus, quasi invitum respon- disse: I, Pater, fiat quod me rogas: habet enim Mater Teresia in sinu suo edictum nescio quod divini consilii, quo cogimur quicquid ea vult, etsi non volentes, facere.

conductibus
primam fore
occupat.

894 Quoniam autem, pergit S. Fundatrix, domus in qua morabamur, nostra non erat, hinc statim de alia emenda tractare cepimus: nam tametsi hæc ipsa vendibilis esset, quia tamen valde importuno sita erat loco, displicebat. Videbamur autem per subsidium pecuniarium, quod e monialibus quæ illic ad- mitti debebant, habebam, audacter et cum funda- mento ea de re agere posse; quod tametsi esset exiguum, eo tamen in loco satis erat magnum: quamquam, si nobis bonos illos amicos Deus non submisisset, omnia nihil juvassent. Nam bonus ille canonicus Reynosius alium canonicum, amicum suum, cognomento Salinas, magnæ charitatis et ingenii virum, huc induxit: qui junctim et communi studio rem hanc non secus cordi habuere ac si propria fuisset, imo vero, ut puto, plus quam propriam; atque adeo semper ex animo conventus hujus com- modis studuere.

895 Est hoc in oppido adicula quædam B. Vir- gini sacra, religione et pio cultu admodum celebris, adinstar eremitorii concinnata, cui nomen B. Virgo de Platea; quæ tum a vicinorum oppidorum incolis, tum a Palentinis civibus mira devotione colitur, ut plurimi undique ad eam confluant. Visum episcopo et omnibus civibus, nos, si circa illam ædem habita- remus, opportune habitaturas. Non habebat quidem ipsa domum, sed duæ contiguae si emerentur, in no- strum usum templo illo accedente, satis futuræ vide- bantur. Illius conferendi jus penes capitulum et quoddam in ipso erectum sodalitium erat: unde de eo impetrando serio agi cœptum est. Capitulum qui- dem statim assensit, sed cum sodalibus illis satis magnæ fuere difficultates; at tandem ipsi etiam ces- serunt, quia, sicuti dixi, oppidi illius incolæ valde ad pietatem propendent, et magis quam usquam ullos vidi. Ut autem domuum illarum domini nos in eas propendere viderunt, pluris æquo eas facere cœpe- runt; nec immerito. Ego vero illas inspicere volui: at eæ adeo mihi displicuerunt ut eas habere nollem, nec non iis qui nobiscum illuc ibant.

donce dans
quâ B. V. M.,
de Platea

D

E 896 Postea autem liquido apparuit diabolus hic multa in adversum a parte sua molitum esse; quod male eum haberet nos illuc venisse et sedem fixisse. Duobus vero canonicis qui rem omnem curabant, videbantur domus illæ satis procul ab ecclesia colle- giata distare (uti etiam revera distant): ea tamen in oppidi parte sita sunt, quæ præ aliis populosior est. Tandem constituimus, quod domus illæ nobis non quadrarent, aliam conquirere. Quamobrem duo illi canonici tanto rem hanc studio et diligentia procura- re et efficere cœperunt, ut esset id mihi non me- diocri Dominum laudandi occasio, nihil prorsus ut omitterent quod huc aliquo modo facere posse vide- retur. Placuit illis inter cæteras quædam, quæ ad quemdam cui Tamayo nomen, pertinebat: habebat hæc loca nonnulla satis bene concinnata et instructa, quæ nobis non male quadrassent: vicina adhæc erat ædibus viri cujusdam primarii Sueri de Vega nomi- nati, qui qua potest nobis favet, cui, uti et aliis ejusdem vicî hominibus, pergratum fuisset si illuc habitatum venissemus. Domus illa satis quidem ca- pax non erat, sed una cum ipsa alia nobis offereba- tur; verum nec hæc ambæ simul commodam nobis dare habitationem potuissent. Quod ergo tam multa mihi de illa referrentur, quam maxime volui rem tandem aliquando confici: at canonici illi nihil, ante- quam eam ipsa inspexissem, facere voluere.

contiguas da-
mos.

E

F 897 Ego, quod pergrave mihi esset in publicum prodire, illorumque prudentiæ satis confiderem, in animum inducere non poteram ut eo me con- ferrem. Sed tandem inducta eo me contuli, eam inspectura, uti et illas B. Virginis de Platea; quam- quam intentionem non haberem illas emendi, sed ut prioris illius dominus videret alias etiam domos suppetere, neque necessario nos ipsius domum emere debere. Hæc autem (uti dixi) adeo mihi displi- cuere, ut et iis quæ mecum ibant, ut etiam modo miremur quomodo illæ nobis tunc ita incommodæ videri potuerint. Quapropter alteram domum in- spectum ivimus, destinatum animo habentes illam et non aliam coemere. Et quamvis sat multas in illa difficultates inveniremus, quibus etiam valde difficulter occurrî posset, eas tamen dissimula- vimus. Nam ut templum in ea construî posset (et quidem satis incommodum et difforme), omnia loca quæ in ea ad habitandum commoda erant, necesse erat auferri. Miram profecto quid est fixo jam antea animo ad rem aliquam ineuadam accedere: vero equidem parum mihi ipsi fidere soleo; sed tunc non ego sola præjudicio abrepta eram. Eumvero inspectum

F
quibus tamen
aliam quam-
dam domum

A inspectum eam domum ivimus cum certa intentione non aliam emendi quam hanc, et quod venditor poposcerat pretium, esto enorme erat, ei solvendi, et hanc mentem nostram ei, quod jam urbe abesset, quamvis non procul distaret, perscribendi.

aliquando

898 Ut rerum hactenus a Sancta narratarum chronologiam quoad fieri potest determinemus, epistolas ejus paulisper adire oportet. Die IV Januarii, ad P. Joannem a Jesu scribens, firum determinatumque habebat sedem monialium suarum figere prope ecclesiam B. V. de Platea; atque a canonicis obtinuerat facultatem cancellos ad monasterii usum in ea ecclesia construendi (tom. II, epist. 45). Dein de domo Tamayi emenda cogitari ceptum est circa medium Februarium, uti liquet ex epistola die XVII illius mensis ad P. Gratianum data (tom. III, epist. 27): duravit autem negotiatio per reliquam Februarii partem et aliquot mensis proxime sequentis dies; iterumque de ea ad P. Gratianum Sancta scripsit die XXVII Februarii (tom. II, epist. 39), necnon IV Martii ad Annam Henriquez, e familia marchionum de Alcañices, quæ imaginem grandem ac pulchram, puto S. Josephi, novæ foundationi Palentinæ dono dederat (tom. IV, epist. 15). Superest quoque S. Matris epistolium ad Hieronymum Reynosium, quod scriptum videtur postridie illius diei qua utramque domum, comite probabiliter Reynosio, iterat inspectum (tom. III, epist. 39). Denique Parasceves die, quæ erat XXIV Martii, P. Gratianum certiore fecit se jam ab erronea sententia resipuisse, et rursus adjecisse animum ad domus B. Virginis adici contiguas (tom. II, epist. 40): cujus mutationis causam ipsa docebit in sequentibus.

periculosa.

899 Impertinens, ait, certe cuiquam videatur tanto tempore me in domus emptione occupatam fuisse: sed iudicium suspendat, usquedum videat quem diabolus finem et intentionem habuerit, ne scilicet illas adiculæ B. Virginis contiguas domos emeremus: quod quotiescumque mecum recogito et recorder, non possum non timere. Cum ergo (uti jam dixi) omnes ita in alteram illam domum propenderent ut aliam quam hanc emere nollent, postridie, cum Sacro interesset, agitare magna cum perplexitate animo capî consultatione priores illas emere negligerem: hinc tanta me occupavit inquietudo ut pene toto tempore Sacri me quiescere non permiserit. Inter hæc ad Sacrosanctum Eucharistia Sacramentum accedo, et ecce in ejusdem sumptione hæc verba: «Hæc tibi quadrat,» audivi, quorum ea fuit vis et energia, ut plane me fecerint animum a priore illa quam mente designaram, avocare, et in priores illas ades propendere.

Dei jam.

900 Cum verò durum mihi videri inciperet, rem usque eo productam, quamque ii qui nobis tam impigre et sollicite opitulabantur, tam impense desiderabant, dissolvere repente et velut abrumper, respondit mihi Dominus: «Ignorant illi quam multis illo in loco delictis offender: quibus per vestram illic habitationem via præcludetur.» Cogitatio tum mihi incidit num aliqua hoc illusio foret: quamquam de contrario certa eram; nam ex iis quos in me operabatur motibus liquido satis perspiciebam hunc esse spiritum Dei. Hic vero statim mihi dixit: «Ego sum.» His auditis, valde serenata mansi, et quæ me ante occuparat turbatio, prorsus evanuit. At nesciebam quomodo quod jam factum erat, infectum redderem, et quomodo quascumque de illis ædibus apud sorores meas jam toties sinistre locuta eram (earum incommoditatem tam diversimode et varie exaggerando,

et dicendo ob nullam rem mundi me velle ut eo transivissimus, antequam illas inspexissemus) revocarem. Quamquam de hoc usque adeo non laborabam, quia jam tum videbam illas ratum habituras quidquid ipsa hoc in genere facerem; sed verebar ne illi qui secundæ domus emptionem maxime desiderabant, me levem existimarent, quod tam cito opinionem meam mutarem: quam ego rem ut turpissimam et intolerabilem detestor. Verum omnes illæ cogitationes ne vel minimum me emovere et impedire potuerunt quominus in ædes illas B. Virginis propenderem. Neque jam recordabar eas non esse commodas et bonas. Nam si moniales vel unum peccatum veniale impedire possent, reliqua omnia incommoda domus mihi nullius esse momenti videbantur; et, prout mihi quidem apparet, unaquæque illarum, si scivisset quod ego sciebam, ejusdem haud dubie mecum intentionis fuisset.

901 Hæc ergo rei dissolvendæ ratione usa sum. Reynosio canonico tum temporis confessario utebar (erat hic unus e duobus illis qui me adjuvabant), quamquam hujusmodi res ad spiritum spectantes nondum ei communicaram, quod nulladum occasio, ob quam id necesse foret, sese obtulisset; et quoniam hisce in foundationibus semper facere soleo quod confessarius mihi faciendum consulit, quo majore cum securitate et certitudine in illis procedam, hinc id ei sub sigillo arctissimæ taciturnitatis aperire constitui: quamvis non satis me propensam sentiebam ad omittendum id quod jam cœlitus intellexeram, quin simul magnam in meipsa propterea repugnantiam et molestiam sensissem. Si tamen id jussa fuisset omittere, certe omissem: fiduciam namque habebam in Domino, fore scilicet ut Majestas ejus (quod alias non semel vidi) confessorio, quamquam alterius sit opinionis, persuaderet ut is faceret id quod ipse fieri vellet.

902 Primum ergo ei dixi Dominum sæpius hac ratione me instruere et docere solere, et hactenus multa satis argumenta et indicia me vidisse e quibus hunc ejus esse spiritum nossem; simulque ei aperiēbam id quod contigerat: addebam vero paratam me facere quidquid faciendum ei videretur, esto id mihi quam gravissimum foret. Ipse vero, quod prudens, sanctus et qualibet in re boni sit consilii (tametsi juvenis), licet aliquam hinc obloquii occasionem hominibus dandam videret, non tamen omittendum censuit quod ipsa a Domino audieram. Dixi ergo consultum fore, si nuntium interea expectaremus: quod consilium ipsi etiam placuit. Etenim fidebam in Domino fore ut ipse provideret; uti etiam factum est: cum enim domino domus tantum obtulissemus quantum volebat et petierat, rursus trecentos ultra conditum a nobis aureos petiit: quod certe quedam stultitiæ species videbatur; quoniam pluris æquo illam nobis vendiderat. Hinc ergo ad oculum patuit Deum sese huic negotio immiscuisse. Possessori namque commodum quam maxime erat sic eam vendidisse, cumque jam conventum esset, sine ullo fundamento et ratione, plus quam stipulati essemus, poposcit. Hæc ratione difficultati illi quam dixeramus fore ut cum ipso numquam possemus expedire, occursum ex parte est, sed non plane: certum namque erat nos ob trecentos aureos non omissuras esse emere domum, quæ monasterio constituendo percommoda esse videbatur.

903 Confessorio ergo dixi opinionis et iudicii mei nullam ut rationem haberet, si modo id ipse faciendum iudicaret; sed socio et collegæ suo aperte significaret me ejus jam sententiæ factam esse ut ædes B. Virginis caro vilive pretio quoquo modo coemerentur.

AUCTORE
V. D. M.
D.

ac Reynosii

E

super ea v.
consulti

F

et Salinasii
item canonicis

AUCTORE
V. D. M.

A coemerentur. Vivacissimo hic et acerrimo est ingenio, adeo ut, quamvis eorum quæ facta erant, nihil ei dictum sit, repentinam tamen hanc mutationem videns, non dubitem quin illius causam fuerit subodoratus. Unde factum ut ulterius me quoad hoc non compellat aut urserit. Postea vero ad oculum omnes vidimus quam magnam in alia illa domo emenda errorem admissemus: nam jam non possumus non satis admirari, videntes quot partibus hæc illi præstent et meliores sint; ut interim taceam (quod sane præcipuum est) neminem non videre quantum eo in loco Domino ejusque gloriosissimæ Matri serviatur, et quam multæ peccandi occasiones hac ratione præscindantur: plures quippe nocturnæ illic excubiæ agebantur, in quibus (quod locus desertus et velut eremitorium esset) multa poterant committi quæ diabolus ægre ferret auferri et impediri; nos vero gaudebamus, quod dilectæ Dominae et Patronæ nostræ in aliquo servire possemus. Et certe valde male factum erat quod tam diu id distulerimus; nam ad aliud quid non oportebat nos respicere.

et in monasterio

B 904 Liquido ergo patet in multis nos rebus a diabolo fuisse exæccatas: nam in his domibus multæ sunt commoditates quæ alibi vix reperiantur; deinde populo universo, qui hoc unice cupiebat, hac ratione gaudii materiam dedimus: iis quoque qui cupiebant ut aliam coemeremus, postea valde placuit quod ad has commigrassemus. Benedictus sit ille in æternum qui in hac re lumen mihi dedit, quale semper mihi dat, quoties aliquid bene facio: nam quotidie magis et magis obstupesco exiguum meam, quam in rebus omnibus habeo, habilitatem et peritiam. Nolite autem putare hoc me ex humilitate dicere, cum hoc ipsum quotidie magis magisque perspiciam: quippe Majestas divina velle videtur ut tum ego tum omnes alii aperte cognoscamus et videamus ipsum solum esse qui opera hæc præstat, et, quemadmodum olim cæco per lutum visum restituit, sic mulierem tam cæcam atque ipsa sum, talem efficit ut cæca amplius non sit. Nam multa, ut verum fatear, in hac re erant quæ (sicuti dixi) magnam cæcitatem includebant; quare, quotiescumque rei hujus recordor, vellem sane Dominum propter illam de novo laudare: at, ut video, ne ad hoc quidem apta sum; ut nesciam quomodo me ipse toleret. Benedicta sit misericordia ejus in æternum.

C Amen.

atque in illis,

905 Ergo duo illi viri pii, B. Virginis clientes, in ædibus illis comparandis festinarunt; et (ut mihi videtur) satis eæ villi pretio coemptæ sunt. Multum sane iis laborandum fuit: vult namque Deus ut in singulis hisce foundationibus ii qui nos adjuvant, aliquam merendi materiam habeant; ego vero nihil omnino præsto, uti jam alias sæpe dixi, et vellem numquam non dicere possem; quia vere sic est. Etenim illi et in domo adornanda, et in pecunia etiam mutuo danda (ego enim ea carebam), et in fidejubendo pro illa, insignem operam præstiterunt. Nam aliis in locis, priusquam fidejussorem inveniam (et quidem pro minori summa), satis mihi laborandum et sudandum est; nec immerito: quia, nisi venditores Domino confiderent, a me ne obolum quidem expectarent. At hanc mihi Majestas ejus hæcenus gratiam præstitit, ut quicumque pro me fidejusserunt, nihil amiserint, sed ad usque ultimum quadrantem summam pro qua sponderant, recoeperint; quod ego in maximis gratiis habeo.

cum illis

906 Cum vero venditoribus domorum duo illi fidejussores minime sufficerent, episcopi vicarium, nomine Prudentium (nescio tamen num recte recorder: sed jam ita mihi dicitur: nam, quia cum vulgo

provisorem vocabamus, proprium ejus nomen ignorabam), cui ob suam in nos caritatem multum debuius et modo debemus, ambo adierunt. Hic autem cum forte iis obviam veniret ac seiscitaretur quonam abirent, responderunt illi se ad ipsum venire, ut fidejussionem sua manu signaret. Subrisit ille, et ait: « Itane me pro tanta summa fidejubere » vultis? » et mox, ne mula quidem sua descendens, sponsonem signavit. Sane exulceratis hæc temporibus id quam maxime ponderandum est et plurimi faciendum.

907 Vellem equidem caritatem quæ Palentiam tam universaliter quam particulariter viget, pluribus verbis dilaudare, et nullam ejus laudem omittere: nam, ut verum fatear, hæc primitivæ Ecclesiæ tempora redolere, aut saltem hodierna die et modo non multum in usu esse videbatur; nam cum nos viderent redditibus carere, seque insuper nos alere debere, non modo nos nostraque tuebantur, sed etiam singularem a Deo gratiam sibi in hoc fieri censebant. Et sane, si res prout oportet consideretur, verum dicebant: nam, esto aliud hinc bonum profectum non esset quam quod jam unum amplius in civitate templum extat, in quo Sanctissimum Altaris Sacramentum reponatur, ea sane res ut magna habenda esset. Sit ipse in æternum benedictus. Amen. Jam enim satis apparet obsequium ei aliquod ex hujus monasterii hocce in loco constitutione præstitum esse; nam ibidem res quædam incongruæ nec sal honestæ committebantur, quæ modo sublatae sunt. Quippe cum plurimi illic excubiæ agerent, et locus per se desertus et solitarius esset, non omnes devotionis et pietatis intuitu se illuc conferebant: cui malo jam paulatim occurritur. Ipsa quoque Beatissimæ Virginis imago satis indecore et incommode sita erat: sed ei Alvarus Mendozius loci episcopus sacellum quoddam ære suo construi curavit; paulatim quoque alia in gloriosæ hujus Virginis ejusque Filii honorem et gloriam ordinantur. Sit ipse in sæculum sæculi laudatus. Amen.

et in monasterium

E

908 Ut ergo jam domus aptata et concinnata est, solemnī pompa ad eam transire moniales idem antistes jussit; idque intra octavam festi Ven. Sacramenti factum est. Quia etiam ipse, ea dumtaxat de causa, Vallisoletto Palentiam revertit: universum quoque capitulum et religiosæ familiæ et omnes prope oppidi cives, læta vocum perstrepenste harmonia, convenere (aderant quoque PP. Nicolaus Doria et Joannes a Jesu, uti liquet e tom. IV, ep. 30). Nos vero e domo in qua agebamus, palliis nostris albis indutæ et faciem velo opertæ, in modum supplicantium ad vicinam quamdam adiculæ B. Virginis paræciam (cui a S. Lazaro nomen) deductæ sumus. Prædicta quoque imago nobis obviam allata est, et Ven. Eucharistia, hoc e templo assumpta, insigni cum ordine et pompa in templum nostrum illata. Magnus tum in omnibus excitatus est pietatis sensus. Plures vero aderant moniales, nimirum quæ ad Soriensem foundationem simul inchoandam illuc venerant; omnes vero candelas ardentes manibus gestabant. Credo equidem Dominum die illo valde laudatum fuisse. Dei ipse ut ab omnibus creaturis semper laudetur et benedicatur. Amen. Hactenus Sancta. Addit auctor Chronici, in solemnī illa supplicatione novam priorissimam, Isabellam a Jesu, post reliquas moniales incessisse mediam inter civitatis prætorum et Suerum de Vega. Dein narrat qua ratione decimo post anno, ob nimiam hominum frequentiam, sæpe ad mediam usque noctem ecclesiam B. V. de Platea visitantium, in aliud domicilium moniales commigrarint (lib. V, cap. VII).

convertit.

F

A

§ XLVII. Capitulum Carmelitarum Excalceatorum Complutense. Eorum a Calceatis separatio. S. Teresiae de hac separatione gaudium.

P. Joannes de las Cuevas
Ord. Præd.

Eodem libri sui capite quo fundatio Palentina describitur, Sancta paucis verbis refert qui separatio inter utriusque Carmeli alumnos, litteris apostolicis xxii Junii 1580 decreta, anno 1581 rite effecta fuerit. Palentiae, inquit, cum agerem, visum Domino ut Excalceatorum et Calceatorum Carmelitarum fieret separatio, et suum singuli provincialem haberent; quod nos ad nostram quietem et tranquillitatem quam maxime cupiebamus. Quocirca amplissimum ad hoc Breve apostolicum, Philippo rege nostro Catholico id petente, Roma nobis allatum est, ejusque Majestas (uti jam ante coeperat) egregie nos hac in re juvit. Itaque R. P. F. Joanne de las Cuevas Ordinis S. Dominici, qui tum Talavrensem priorem agebat, et quem Romanus Pontifex ex regis nostri commendatione nominatim designarat, viro sanctitate et prudentia, qualis hanc ad rem necessaria erat, eximia, jubente, Compluti capitulum celebratum est. Sumptus vero omnes de suo praestitit rex, ejusque jussu universa academia Patribus nostris est opitulata. Celebratum porro capitulum est in Excalceatorum collegio quod a S. Cyrillo cognomen habet, et quidem admodum pacifice et magno animorum consensu et concordia. Electus autem est in provincialem P. M. F. Hieronymus Gratianus a Matre Dei.

pro monasterio
ad eam cura regis
imposita.

910 Quoniam autem illi Patres alio in loco enarrabunt ea quae tunc peracta sunt, non erat cur ego de iis scriberem. Verbulo tamen ea hic attingi, quod, me in hac fundatione occupata, Dominus rem hanc ad gloriam et honorem gloriosae Matris suae, quae est Ordinis nostri domina ac specialis nostra patrona et protectrix, tantopere facientem perfecit. Ego vero tantum tunc in animo meo gaudium sensi ut majus hac in vita habere nequeam. Jam enim amplius quinque supra viginti anni effluerant, quibus plurimas molestias, persecutiones et afflictiones subieram, quas longum hic esset referre, et vero solus Dominus eas nosse potest. Quale autem ex eo quod rem hanc perfectam viderem, senserim in animo gaudium, quantumque haberem desiderium ut omnes propterea Dominum mortales laudarent, et nos divinae ejus Majestati sanctum hunc regem nostrum Philippum, cujus opera et intentione eam Deus ad tam felicem exitum conduxerat (tanta namque diabolus versutia negotium hoc concusserat, ut, nisi rex manum ei adhibuisset, ipsum collapsurum penitus fuisset), commendaremus, nosse et intelligere nemo potest, nisi qui labores a nobis toleratos noverit.

Carmelitus
Excalceatorum
Complutensis
Ordinis.

911 Haec aliquanto latius evolamus oportet. P. Joannes de las Cuevas kalendis Februarii ad omnia Carmelitarum Excalceatorum canobia litteras misit encyclicas, quibus ad capitulum Compluti die in Martii inchoandum omnes Priores ceterosque qui eo veniendi jus haberent, convocabat. Imperavit praeterea, tum ut in universis tam virorum quam virginum domibus assidue funderentur preces ad obtinendum a Deo felicem capituli successum, tum quoque

ut e singulis conventibus Complutum mitteretur quidquid notatu dignum de constitutionibus in mentem cuipiam venisset. Dein Complutum ipse se contulit, ut cum PP. Gratiano, Mariano, Roca et Doria, donec tempus celebrandi capituli advenisset, de rebus in eo tractandis ac statuendis colloqueretur. Interim minime otiosa fuit S. Teresia, uti abunde demonstrant quaternae quae supersunt litterae per eos dies ad P. Gratianum scriptae, quibus et alias ad PP. Marianum, Rocam et Doriam datas accessisse affirmat auctor Chronici (lib. v, cap. ix). Attamen haec in editis Epistolarum Teresianarum tomis nusquam comparent; sicut nec epistola satis momentosa, quam ipsa Sancta dicit se ad P. Commissarium scripsisse et suae ad Gratianum epistolae non obsignatam inclusisse (tom. III, epist. 28).

AUCTORE
V. D. M.

D

912 Juvat videre quid haeec suis epistolis S. Reformatrix praestiterit. Ac primum quidem conata fuit P. Gratiano suadere ut, si nova provincia ei regenda committeretur, socium sibi assumeret P. Nicolaum Doriam potius quam P. Bartholomaeum a Jesu: plurimum enim intererat ut PP. Gratianus et Doria, initio praesertim, conjunctissimis agerent animis; et P. Bartholomaeus (erat hic Gratiano, cui visitatoris munere fungenti a secretis fuerat, percarus) invidios jam nonnullorum oculos in se converterat: unde timendum ne, si hic socius foret provincialis, detrimenti aliquid Reformatus Ordo caperet (tom. III, epist. 27). Dein Sancta cum suas tum etiam monialium suarum de constitutionibus animadversiones opportuno tempore Complutum apportandas curavit. Censebat autem quoad monialium regulas optimum factu esse ut de iis Gratianus privatim cum P. Commissario conferret, consultis tantum PP. Nicolao Doria et Joanne Roca seu a Jesu, sed non aliis. Nostrae enim res (monialium scilicet) Fratribus, inquit, communicari non debent: neque eas unquam ipsis communicavit P. Petrus Hernandez; qui quidquid in Acta retulit, id omne inter illum et me deliberatum fuit, nec quidpiam ille faciebat me inscia. Cupiebat insuper Sancta ut constitutiones typis manderentur; ne scilicet imposterum priorissae, uti alicubi acciderat, eas transcribendo mutare pro libitu possent (tom. III, epist. 28).

Sancta interim de constitutionibus,

E

913 Descendens vero ad particularia quaedam capata, nonnulla circa victum, vestitum et monasteriorum reditus vel mutanda vel statuenda suggerebat, praesertim ad praecavendos scrupulos; monebatque superiores ut satis ciborum praeberent religiosis, et munditiam in lectis ac mensis valde cordi haberent. Item de Officio divino agebat, in quo persolvendo non putabat ab usitato eatenus more discedendum. Pro monialium recto regimine censebat cavendum ne confessarii perpetuo forent vicarii, neve canobia monialium prioribus subessent: utraque enim re auctoritatem priorissarum labefactatum iri, ac locum dari multis aliis incommodis. Idem sentiebat de nimio monialium intra unius domus claustra numero. Tum urgebat etiam ut accuratissima de veli usu conficerentur regulae: v. g. ne unquam cum confessariis aut cujuscunque Ordinis religiosis, nedum Carmelitis Excalceatis, moniales colloquerentur aliter quam facie cooperta; atque ut idem statueretur de aliis generatim colloquiis, nisi ob consanguinitatem valde propinquam, personarum dignitatem aliasve graves rationes exceptio faciendae videretur.

victu, vestitu,
reditibus, cano-
bia sacro, mo-
nialium regimine,

F

914 Demum, quoad claustrum leges, commendabat Gratiano ut videret num per decreta apostolica monialibus liceat ingredi ecclesiam aut ad ostium monasterii accedere: quod quidem ipsa in universum judicabat vitandum, exceptis tantum novis foundationibus, ubi necessitas id aliquando exigere posset; atque hinc

claustrum regu-
lis

AUCTORE
V. D. M.

A laudabat priorissas Toletanam ac Segoviensem, quae aditum e monasterio in ecclesiam ocludendum curaverant. Dum haec scribebat obedientissima Ecclesia filia, nondum bene noverat decretum a Gregorio XIII die XXX Decembris 1572 editum, quo declaratur nullis monialibus, etiam tertiariis, licere habere ostium per quod ex monasterio introiri possit in ipsarum monialium ecclesiam exteriorem, in quam saecularibus ad Missas et divina Officia sua patere solet accessus; sed omnino muro obstruendum: neque itidem licere monialibus, etiam tertiariis, egredi e janua monasterii etiam ad claudendum ulteriorem januam, qua patere solet aditus saecularibus venientibus vel ad rotam vel ad crates seu loca colloquio destinata, quae vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam januam clausuræ; quæ loca, cum saltem pro causis prædictis patere soleant saecularibus, extra clausuram censi debent, etiam pro tempore quo clausa sunt (Bull. Rom., tom. II, pag. 396, edit. Luxemb.). Verum postmodum melius edocta, mense Octobris scribens ad priorissam Hispanensem, claustrum leges ita prorsus desinivit, quemadmodum ea fuerant a Summo Pontifice præscriptæ (tom. II, epist. 100).

B istaque ordi-
nandis ad P.
Gratianum
scribit.

B 915 Hæc de præcipuis S. Fundatricis animadversionibus, in quibus omnibus sapientia ejus mirum in modum elucet, dicta satis sunt: quas qui penitus inspicere cupierit, adeat ipsas epistolas (tom. I, epist. 26; tom. II, epist. 39; tom. III, epist. 27 et 28). Cæterarum monialium animadversiones, quarum recognitio fuerat Sanctæ concedita, ad nostras manus non pervenerunt. Attamen e citatis epistolis apparet plerasque S. Matri non fuisse ex omni parte probatas, multaque proinde emendatione indiguissæ, exceptis tantum illis Isabellæ a S. Dominico, priorissæ Segoviensis, quas sine ulla exceptione laudavit atque integras P. Gratiano misit. Quod vero acerbissimum accidere Sanctæ debuit; omnium pessimæ erant animadversiones ac postulata primi sui monasterii S. Josephi Abulensis. Sunt ea talia, scribebat ipsa, ut, si admitterentur, nihil abesset quin ibi ad normam monasterii Incarnationis viveretur. Exterreor videndo quid cacodæmon faciat; ac fere tota hujus rei culpa in confessario residet, viro bono illo quidem, at nimis proclivi ad concedendum omnibus carniæ usum; quem ut obtinerent, petitionem suo libello inseruerunt. Vide qualis ea sit vita! Equidem mærore conficior, dum video quantum domus illa de recto deflexerit et quam difficulter, licet optimis referta monialibus, ad pristinum revocanda sit statum. Quin etiam a P. Provinciali Angelo postulaverunt ut inter ipsas quædam, quæ tenui sunt valetudine, aliquid ciborum in cellis suis servare possint; idque tali ratione postulaverunt ut non mirer bonum Patrem ipsis concessisse. Ecquam vero licentiam hujusmodi petitrice fuisse putas? Ita nimirum sensim sine sensu tota labat disciplina. Quapropter necesse est ut ordinationes quibus prohibebitur, prout petii, ne prelati cuiquam cuiusvis rei possessionem permittant, cum quodam verborum pondere conscribantur, ita ut nulla monialis, quantumlibet infirma, ab iis eximi queat; sed curet valetudinarii præfecta noctu apud egrotas relinquere quidquid iis fuerit necesse: multa enim et magna caritate apud nos suppeditari solet quantum valetudo monialium requirit. Hæc Sancta.

Compluti rite
celebratur.

C 916 Post hæc aliasque, uti dixi, preparationes, initium capitulo datum die III Martii. Præsidebat P. Joannes de las Cuevas, commissarius apostolicus: intererant omnium cenobiorum Carmeli Reformati præsules cum suis quisque socio, cæterique omnes qui in collegio Complutensi tunc debebant Carmelites

D Excalceati; atque tanquam testes Patribus assidebant quinque viri dignitate spectabiles: nimirum Ludovicus Hurtado de Mendoza, quem antea passim comitem Tendillanum appellavi, quique nuper morte parentis sui Inici marchionatum Mondejarensem fuerat adeptus; Henricus de Mendoza, eques S. Jacobi, Ludovici Hurtadii frater; Antonius de Torres, ecclesiæ collegialis Complutensis abbas; P. Michael Sevo, commendator Ordinis B. V. Mariae de Mercede; et P. Hieronymus de Almonacid, ex Ordine Prædicatorum, magnum Complutensis academici lumen. Coram his omnibus eadem illa die commissarius apostolicus actum separationis ritu legitimo promulgavit: cui ipse dein et quos modo nominabam testes nomina sua subscripserunt. Sequenti die, præside iterum Cuevasio, post invocatum solemni Sacrificio Spiritum Sanctum, soli ii Patres convenerunt quibus jus eligendi provincialem competeat. Secretarius designatus P. Ambrosius Marianus; diffinitores PP. Nicolaus a Jesu Maria seu Doria, Antonius a Jesu, S. Joannes a Cruce et Gabriel ab Assumptione; provincialis denique P. Hieronymus Gratianus.

917 Die v Martii, quæ erat dies Dominica, solemnibus instituta supplicatio ad SS. Justum et Pastorem ecclesiam; cui marchio de Mondejar, academia, magistratus cæterique primarii civitatis viri interfuerunt, atque obvium processit abbas cum capitulo canonicorum. Ibi P. Gratianus pro concione dixit, et P. Antonius a Jesu ritu festivo Sanctissimum obtulit Missæ Sacrificium. Tempore vero pomeridiano, cantatis in æde cenobii Carmelitani primis vespers S. Cyrilli Hierosolymitani, ejus festivitas in diem sequentem recurrebat, theses de sacra theologia magno cum plausu coram insigni virorum doctorum corona defendit P. Joannes a Matre Dei. Feria dehinc secunda, hortante P. Commissario, statutum fuit ut perpetuis temporibus una quotidie Missa, preces item continuæ et una per singulas hebdomadas corporis flagellatio pro rege Hispaniæ ejusque familia in universis conventibus Carmelitarum utriusque sexus Excalceatorum Deo offerretur.

918 Exinde ad diem usque XIII ejusdem mensis impensa fuit opera ordinandis constitutionibus, et quatuor præterea dies aliis negotiis expediendis insumpti. Quo etiam tempore P. Joannes de las Cuevas pro suo commissarii munere binas ad R. P. Joannem Baptistam Caffardum, Ord. Carm. Generalem, dedit epistolas: alteram qua eum de gestis in capitulo rebus faceret certiores; alteram qua novi provincialis confirmationem ab eo peteret. Tandem neque illud hoc loco tacitus prætereire possum, quod refert P. Angelus Manrique (Vit. Annæ a Jesu, lib. III, cap. XV), S. Teresiæ flagitatu deputatos Veasum fuisse PP. Joannem a Jesu et Didacum a SS. Trinitate, qui Excalceatorum Compluti congregatorum nomine solemnes gratias persolverent Ven. Annæ a Jesu, idque intra monasterii claustra. Quippe S. Mater optimum itineris Romani successum industriæ potissimum Annæ suæ adscribebat; ita ut subinde audita fuerit cum diceret: Anna, Anna, tu opera tibi habes, ego nomen tantum; item: Me quidem fundatricem vocant, sed Annæ a Jesu rerum nostrarum laus est attribuenda (ibid., cap. XIV).

919 Atque hæc de illo separationis capitulo, quod prolixius in Chronico describitur (lib. V, cap. IX et X), summatim a me indicata sufficiant: de ejus exitu lætabunda Sancta: Jam vero, ait, omnes in pace sumus, tam Calceati quam Excalceati. Nemo nobis in Domino nostro serviendo impedimento est. Quapropter, fratres et sorores meæ, cum vestras orationes ipse exaudierit, illius Majestati servire contendite. Videant presentes, qui rei hujus sunt testes

accidente sa-
era ac littera-
ria pompa.

E

capitulum quo
separantur

F

Excalceati
utriusque
sexus Carme-
litæ a Calce-
tis.

A testes oculati, quæ nobis contulerit beneficia, et a quibus laboribus et inquietudinibus nos liberarit : eos vero qui post venturi sunt (cum omnia jam complanata et composita inveniant) ex amore Domini obsecro ut nihil quod ad perfectionem ullatenus faciat, interciderere patiantur; ne quando propter eos dicatur de nobis quod de Ordinibus nonnullis dicitur, nempe sola eorum principia laudabilia esse. Nos modo incipimus : ipsi vero dent operam ut semper de bono in melius proficiant. Considerent diabolus rebus minimis et minutissimis foramen et aperturam facere qua deinde maximæ se insinuent; et ne unquam dicant : « Nihil hoc est, » extrema hæc sunt. » Nam omnia, carissimæ, magnum quid sunt, si impedimento sint ne ulterius procedatur. Per Domini amorem vos rogo, recordemini quam cito omnia prætereant, qualemque nobis Dominus gratiam fecerit ad hunc nos Ordinem vocando, quantaque eum maneat poena qui aliquam relaxationem invehere incipiet. Sed vestros in stirpem et propaginem e qua descendimus (Sanctorum, inquam, illorum Prophetarum) oculos semper conjicite. Quam multos in cælo habemus Sanctos qui habitum hunc gestarunt! Et sancta quadam præsumptione confidamus fore nos aliquando per Dei gratiam et auxilium tales quales ipsi sunt modo.

B Certamen modico durabit tempore, carissimæ; finis autem æternus est. Relinquamus ergo illa quæ in seipsis nihil sunt; ea vero sectemur quæ ad finem illum nos conducant, quo magis eum diligamus eique serviamus qui in perpetuas æternitates victurus est. Amen. Amen. Deo gratias. *Similiter suum ac monialium suarum gaudium pandit in epistola ad P. Gratianum scripta diebus XXIII et XXIV Martii (tom. II, epist. 40), quam post quatuor dies secuta fuit epistola ad Antonium Gaitan, nihil continens quod nobis usui esse possit (tom. III, epist. 46). Denique ad finem Maji, verisimiliter die XXIX, quæ erat feria secunda (tom. IV, epist. 30), Soriam profecta fuit ad novum illic constituendum cœnobium; cum jam die IV Maji initium datum fuisset Vallisoleti novo cœnobio virorum, ut narrat Chronicon (lib. V, cap. XII), et die 1 Junii proxime sequenti inchoandum esset collegium Salmanticense, ut idem Chronicon refert (ibid., cap. XVII). Igitur Soriam nos cum Sancta conferamus.*

§ XLVIII. Decimo quinto virginum suarum cœnobio Sancta initium dat Sorie; unde Abulam profecta, a monialibus primi cœnobii a se fundati in priorissam eligitur.

Palentie cum versarer, inquit Sancta capite xxx, in ea quam dixi fundatione perficienda, episcopi Oxomensis litteræ mihi reddite sunt. Nomen huic doctor Velasquez, cum quo, dum in primaria ecclesia Toleti canonicus et cathedralicus erat, aliquos timores in meipsa sentiens, communicare de animæ meæ negotiis procuravi, quod cum virum doctum et eximium Dei famulum esse nossem; adeoque eum importunis precibus rogavi ut animæ meæ regimen susciperet mihiq; confitenti operam daret. Is autem, quamvis variis negotiis distineretur, cum

id cum ex amore Dei rogassem, meamque ipse necessitatem considerasset, tam libenter id præstitit ut obstupuerim : unde toto eo tempore quo Toleti hæsi (quod certe satis fuit diuturnum) eo confessorio usa sum et de animæ rebus cum ipso contuli, idque omni quo poteram candore et simplicitate, prout semper facere mihi moris est. Tantum porro is mihi profuit, ut statim ac cum illo contuli, timores me relinquere incesperint. Alia (ut verum fatear) præterea mihi fuit cum illo agendi causa, quam hoc loco non expedit commemorare. At de facto maximam mihi utilitatem attulit : nam Sacræ Scripturæ testimoniis securam me reddebat; quæ certe ratio mihi maxime expedit, cum nimirum certa sum eos qui mihi illa depromunt, ex se etiam doctos esse et multa nosse, uti de illo viro certa eram, accedente præsertim vita ejus bona.

921 Litteras porro has mihi scripsit Soria, ubi tum quidem ipse versabatur : in iis autem scribebat mulierem quamdam nobilem, cujus ipse illic Confessiones excipiebat, secum de quodam monialibus nostris cœnobio fundando locutam esse, sibi que hoc non incongruum videri; ei vero dixisse se rem mecum haud difficulter transacturum : quamobrem illuc me ad fundationem inchoandam conferrem, nec, secus sentiendo, sese apud illam confunderem : itaque, si id conveniens et congruum censerem, certior se per litteras redderem; ac tum se me evocaturum. Equidem maximopere gavisum sum : nam (ut omittam fundationem illam expedire mihi visam) summopere desiderabam nonnulla negotia ad animam meam spectantia cum eo communicare eumque coram videre; quia, ob ingentem quem mihi attulerat fructum, insignem erga eum amorem conceperam.

922 Huic autem fundatrici nomen erat Beatrix de Beaumont y Navarra (quod a Navarræ regibus genus ducat), D. Francisci de Beaumont genere et natalibus illustrissimi filia. Aliquot illa annis nupta, nullos conceperat liberos; cæterum fortunis et opibus abundabat. Jam vero a multis annis secum statuerat quoddam monialium monasterium condere. Itaque super hoc negotio cum episcopo Velasquezio tractavit; qui ei hujus Ordinis B. Virginis Excalceatarum mentionem fecit : quod illa audiens, adeo huc propendit ut quam citissime hanc rem executioni per eum mandari voluerit. Est vero mulier cumprimis blanda, suavis moribus, generosa austeritatis sectatrix, denique insignis Dei famula. Habebat hæc Sorie domum bonam, bene materia-

tam et satis commode sitam. Hanc se nobis daturam spopondit, una cum omnibus quæ ad monasterii fundationem erant necessaria. Addidit præterea quingentos aureos annuos, ad nummum vigesimum computatos.

923 Episcopus vero templum se daturum promisit, valde bonum et omni ex parte concameratum, ad paræciam quamdam vicinam pertinens, quod, addito quodam ambulacro et vestibulo, satis utile nobis esse poterat. Non incommodè autem id facere potuit, quod templo vix esset de redditibus prospectum, et aliæ satis multæ in vicinia sedes sacræ sint : unde ipsam paræciam alteri adnexuit. Hæc omnia suis ipse in litteris mihi significavit, quas ego mox cum P. Provinciali, qui Palentie tum aderat, communicavi : cui, ut et omnibus amicis nostris, placuit ut illi per certum ac proprium tabellarium rescriberem ut me venirent accersitum : nam Palentina fundatio jam tum confecta erat. Ego vero summo propterea affecta sum gaudio, idque ob eam quam dixi causam. Incepi ergo seligere et evocare moniales, quas illuc mecum assumptura eram, quæ universim

AUCTORE
V. D. M.
D

S. Teresiam
Soriam invi-
tat.

E

a Beatrice
Beaumontia
domum.

F

a se vero tem-
plum dandum
spendens.

Alphonse
Velasquez,
Oxomensis
episcopus.

AUCTORE
V. D. M.

A universim fuere septem (illa namque matrona potius plures habere volebat quam pauciores), et praeter has una laica nec non socia mea et ego. Venit porro quidam nuntius inde missus summa cum festinatione, ad nos accersendas, et quidem valde opportune; quia scripseram velle me duos Excalceatos Patres mecum adducere.

Sancta egit
cum P. Nico-
lao Doria

924 Sumpsi ergo mecum P. F. Nicolaum a Jesu Maria, magnae discretionis virum, Genua oriundum. Habitum religiosum is induit annum agens plusquam quadragesimum, uti mihi quidem videtur: saltem in praesens tot annos habet, nec diu est ex quo eum assumpsit; verum brevissimo tempore tantum in virtutibus fecit progressum, satis ut appareat eum a Domino electum esse ut in hisce persecutionibus et exagitationibus Ordinem propugnaret. Quippe mirum in modum tunc temporis eum juvit: reliquorum namque qui eum tueri poterant, alii erant in exilium acti, alii in carcerem coniecti; illum vero, quod munere nullo funderetur, quia non ita diu (uti dictum est) in Ordine fuerat, non usque adeo curabant. Ideo vero id Deus permisit, ut talis mihi auxiliator superesset. Tanta vero discretionis est, ut, cum Madriti in Calceatorum conventu ageret, tam prudenter sese gesserit ut aliorum negotiorum tractandorum causa hi eum illuc venisse arbitrarentur, nec de nostris eum rebus agere intelligere possent. Unde eum minime vexarunt, sed quietum esse siverunt. Saepius invicem litteras scribebamus (eram enim tunc ipsa in conventu Abulensi); et de iis quae opus erat, invicem certiores reddebamus: hoc namque permagnae ei consolationi erat. Hinc liquido patebit quanta tunc in necessitate Ordo noster versaretur; siquidem mei (virorum bonorum, uti dicitur, defectu) tanta haberetur ratio. Toto illo tempore illius perfectionem et discretionem perspexi: unde de numero illorum est quos ex hoc Ordine in Domino plurimum diligo et plurimi facio. Ipse ergo et socius ejus Frater laicus nos comitati sunt.

et pluribus
vitis comitibus

925 Fratri laico, secundum auctorem Chronici (lib. v, cap. xx), nomen erat *Elisaeus a Matre Dei*: nomina monialium quae Sanctam comitabantur, videtur apud Riberam. Ceteri comites ejus erant hi: *Franciscus de Cetina*, sacerdos, a *Beatrice de Beaumont* cum vehiculo submissus; necnon alter sacerdos, nomine *Chacon*, et quidam administrator, deputati ambo ab episcopo Oxomensi; demum *Petrus de Ribera*, praebendarius Palentinae ecclesiae, ab *Alvaro Mendozio*, praesule Palentino, Sanctae proficiscenti adjunctus. Satis ergo, inquit illa, exiguum in via hac laborem et molestiam sum passa: quem enim episcopus ad nos evocandas submisserat, satis laute commodeque nos habuit, et qua poterat, ubique de bonis nobis diversoriis prospicere procurabat. Cum enim Oxomensem diocesim intrassemus, populus, pro suo erga episcopum affectu, ubi audivit nos ejus invitatu eo venire, optime nos excepit. Tempus quoque satis serenum erat et dietae viarum non adeo longae; unde parum in hacce via laboris, sed gaudii multum sensimus. Audiens enim quam bene passim omnes de episcopi sui sanctitate loquerentur, valde intra me latabar. In Burgum vero feria quarta pridie octavae Venerabilis Sacramenti devenimus: feria vero quinta, qua ipsa agebatur octava, Sacram Communionem ibi sumpsimus; ibidemque prandimus, quod ea vespere Soriā pervenire non possemus. Noctem in templo quodam transeimus, quod aliud tunc diversorium non suppeteret; nec vero male nobis illic cessit. Postridie, cum Sacrificium Missae ibidem audissemus, hora circiter quinta vespertina Soriā devenimus.

926 Ex hac S. Teresiae narratione omnino perspicuum mihi videtur ipsum cum sociis suis advenisse Soriā ii Junii, postridie nimirum octavae Corporis Christi. A versione enim Martinezii, qui voces hispanicas otro dia per latinam postridie expressit, nequaquam est recedendum: sicut recessit D. Boucher, dum hanc phrasin: Otro dia oimos alli Misa y llegamos a Soria como a las cinco de la tarde, ita gallice reddidit: Un autre jour nous entendîmes encore la messe, et nous arrivâmes à Sorie sur les cinq heures du soir; cum tamen ipse paulo ante pro otro dia dixerat le lendemain: ut nihil dicam de voce encore, quam hispanico alli (i. e. ibi) substituit. Sed hominum virum ad hanc vim verbis Teresianis inferendam duplex adegit ratio. Altera est error geographicus, quo sub Burgi nomine intelligendum ipse duxit urbem Burgos, veteris Castellae caput, sede episcopali ab antiquissimis Ecclesiae temporibus, archiepiscopali vero ab anno 1574 insignitam; dum interim Sancta agit de Burgo Oxomae, quod vulgari Hispanorum idiomate el Burgo de Osma appellatur et quod ipsum oppidum Oxomam, a Mauris pene in solitudinem redactum, magnitudine multum superat, ut adeo ibi persaepe commorari consueverint episcopi Oxomenses, prouti inter ceteros docet Baudrand in Lexico geographico Philippi Ferrarii a se aucto et emendato. Altera ratio ob quam D. Boucher hallucinatur, est ipsius S. Teresiae sphalma, de quo nunc dicam.

ut Burgum
Oxomae, epis-
copum ibi in-
vicem, B

927 Nempe, ut ipsam modo narrantem audivimus, Soriā ingressa fuit die ii Junii. Pergit vero ita: Sanctus episcopus, prospiciens e quadam domus suae fenestra, dum illae transiremus, nos sua est benedictione dignatus: quo me facto non mediocriter recreavit; nam benedictio a praelato et sancto viro proficiscens permagni facienda est. Matrona autem illa, fundatrix nostra, ad domus suae januam adventum nostrum praestolabatur, qui erat locus in quo monasterium constituendum erat. Quo autem in illam ingrederemur modo, vix ulla apparebat ratio: nam ingens hominum aderat turba. Neque vero novum hoc erat: nam quocumque imus, tanta semper adest multitudo (quod mundus novitatum sit cupidus et curiosus) ut, nisi velis faciem tegeremus, maximo suffunderemur rubore; sed, cum velis tectae sumus, tolerabile utcumque id est. Paraverat illa capax atrium, ipsumque bene adornarat, in quo Sacrum dicendum erat: nam templo quod nobis episcopus daturus erat, quoddam addi debebat ambulatorium. Unde etiam postera die, qua festum S. P. N. Elisaei recolatur, Sacrum ibi celebratum est. Omnia quibus opus habebamus, femina illa quam abundantissime suppeditabat, nobisque eum locum inhabitandum reliquit; in quo tandiu recollecte egimus, usquedum ambulatorium illud pararetur, quod ante festum Transfigurationis Domini perfectum non fuit.

atque inde So-
riam direch-
tur

928 Hac Sancta, sibi ipsi, ut patet, non satis constans: unde omnes biographi ejus, excepto uno P. Frederico a S. Antonio, concluderunt eam Soriā advenisse die xiii Junii; quae erat feria tertia quarta post octavam Pentecostes hebdomadae, non feria sexta, ut asserit auctor Chronici (lib. v, cap. xx, num. 3): etenim anno 1581, littera dominicali A et Paschate incidente in diem xxvi Martii, dies xi Junii fuit Dominica quarta post Pentecosten. Certissimum autem est diem xiv Junii a multis retro saeculis cum apud Graecos tum apud Latinos cultui S. Elisaei fuisse addictam, uti docet Baronius in annotationibus ad Martyrologium Romanum ac Papebrachius noster pluribus ostendit in suo de S. Propheta Commentario (tom. II Junii, pag. 784 et 785): neque

ubi monasterii
provisionem

A neque ullus Ordinis Carmeli Generalis, id quod forte suspicari quis posset, diem in Junii recitando S. Elisaei Officio assignasse scitur. In libro a me inspecto, inquit P. Fredericus (lib. II, cap. XXXIX in nota), impresso Venetiis anno 1544 cum titulo Ordinalis, in quo quam accuratissime omnia Officia in Ordine nostro celebranda eorumque caeremoniae minutatim indigantur, dies XIV Junii ritu duplici S. Elisaei adscribitur; eandemque diem constanter perhibent omnia Kalendaria et Breviaria citata a P. Daniele a Virgine Maria in Speculo Carmelitano.

die XI Junii
1581. m. 69.

929 Quamobrem, ait sapiens auctor, asserere licet Sanctam nostram hic per quemdam errorem lapsam fuisse: neque ipsa meae huic propositioni quasi parum reverenti refragabitur; quandoquidem multis librorum suorum locis profitetur fieri posse ut in annorum dierumque indicatione erraverit. Unde patet quam ridiculi sint audentiores critici nonnulli, qui, dum in Sanctorum historiis impingunt in circumstantiam aliquam dubiam, acuta falce quidquid est factorum rescant, deridentque historicum tanquam nugivendum. Nonne verum est intelligi non posse qui anno 1581 dies XIV Junii in sabbatum octavae Corporis Christi proximum incidisset? Ergo cant isti, si velint stultis annumerari, ac negent, si possint, eodem illo anno monasterium Soriae a S. Teresia fuisse erectum. Huic ego sententiae P. Frederici subscribendum, atque a ceteris S. Matris biographis, qui rem non tam accurate examinarunt, merito recedendum mihi judicavi. Si enim alterutro loco Sancta erravit, equidem cum P. Frederico credo pronius fuisse ut in notando S. Elisaei festo, quam in notandis hebdomadae feriis et octava Corporis Christi die, memoria laboretur. Et fieri interim quoque potuit ut die III Junii, quae in Kalendaris Romano et Carmelitano vacat, dicta fuerit votiva S. Elisaei Missa.

die vero VI Augusti

930 Ad narrationem porro S. Teresiae quasdam auctor Chronici adjungit circumstantias nescio unde haustas; quae ostendunt hinc Sanctae erga benefactores et amicos blandissimam comitatem, illinc magnam ejus apud Sorienses et praecipue apud Oxomensem episcopum estimationem: verum has, utpote minutiores, absque historiae dispendio arbitror posse a me prius iterari. Ergo Sanctae verba exscribere pergo: Illa igitur die (nimirum festo Transfigurationis Domini) primum Missae Sacrificium in templo illo nostro (ab episcopo concessa) celebratum est, magna cum solemnitate et hominum confluxu: quidam Societatis Jesu sacerdos concionem habuit; quod episcopus in Burgum concessisset (mense Julio ad celebrandum Synodum, prout Sancta scribit tom. III, epist. 30): nullum enim diem aut horam elabi sinit quo non laboret et operetur, tametsi non bona utens valetudine et unius oculi usu tum destitutus. Certe magnum mihi dolorem attulit, quod qui Domini nostri obsequio ita totum sese impendebat, in hisce circumstantiis visum amisisset. Haec scilicet sunt Dei judicia; qui haud dubie ideo hoc faciebat ut majorem famulo suo merendi materiam daret (quia non segnius aut minus ideo laborabat quam ante) utque videret num voluntas illius cum sua voluntate conformis esset. Unde dicebat mihi non magis sese propterea affligi quam si illa cuiquam e vicinis suis aegritudo obligasset, nec sibi videri grave futurum, si et alterius lumen oculi Dominus eriperet: tunc quippe se dicebat in eremum quandam concessurum, ut ibi minore cum opere et obligatione Deo serviret. Hanc enim semper illius fuit propensio, antequam ad episcopatum assumeretur, uti subinde mihi referebat. Imo prope modum jam statuerat simul omnia deserere et intra solitudinem quandam sese abdere.

931 Ego vero id pati minime poteram, quod mihi Ecclesiae Dei perutilis futurus videretur; unde cum ego statum illi optabam quem modo habet: tametsi, quo die episcopale munus ei delatum est (nam statim id ipse mihi significari jussit), magnam intra me turbationem et inquietudinem sensi, quod gravissimum ei onus impositum viderem; nec me componere aut quietare poteram: quamobrem in chorum abiit, cum Domino commendatura. Ibi me Majestas illius statim serenavit, ipsum servitio suo perutilem fore asserens; quod ita esse satis jam apparet. Quamvis ita ut dixi ex oculo laboret et alios praeterea graves morbos habeat (ut taceam labores ejus ordinarios), quater per hebdomadam jejunat aliasque austeritates subit: cibus illius simplex est, ac nullas habet delicias. Suam diocesim visitat pedes; quod famuli ejus et comites vix ferunt, deque ea re mecum subinde conquesti sunt. Illos porro oportet pios esse et virtutibus insistere, aut illius familiam deserere. Magni momenti negotia per provisores suos ut peragantur, vix sustinet; imo credo eum ne ulla quidem ipsis committere, sed ipsemet ea facere et exequi vult.

932 Biennio primo tam gravibus ibidem falsarum delationum exagitatus est persecutionibus, ut non possem non obstupescere; quia in justitia administranda mire integer et sincerus est. Illae vero jam paulatim cessabant, et, quamvis delatores ad aulam et ad eos per quos ei malum machinari se et nocere posse sperabant, se contulerint, quia tamen jam virtus et bonum quod per totam diocesim facit, innotuere, hinc nihil omnino possunt: ipse autem tanta cum animi tranquillitate omnes eas pertulit ut adversarios suos confusione repleverit, benefaciendo illis quos sibi malum machinari nosset. Quantumvis multa ei negotia curanda sint, semper tamen aliquod tempus illis suffragari satagit, quo orationi incumbat. Videor absorberi et extra metam ferri, dum aliqua de sancto eo viro bona refero. Et certe adhuc valde pauca dixi; sed ut sciatur quisnam foundationis Soriensis conventus, a SS. Trinitate cognominati, primus auctor exstiterit, utque quae in eo aliquando vivent moniales consolationem sentiant, inanem operam non sumpsit: ea vero quae modo ibi agunt, id plane norunt. Quamvis autem ipse redditum annuum non dederit, dedit tamen templum; et ipse fuit qui (uti relatum est) matronam illam ad hoc opus faciendum induxit: denique, sicuti dixi, vir est excellentis pietatis, virtutis et austeritatis.

933 Hactenus Sancta de fundatione Soriensi: cui perficienda dum operam dabat, simul conata rursus fuit ut a Cardinali Quiroga, archiepiscopo Toletano, facultatem impetraret fundandi in urbe Madrito cenobii, uti liquet ex epistola in hunc finem ad ipsum directa die XVI Junii (tom. IV, epist. 2), item ex altera XXX Junii data ad licentiatum Dionysium Ruiz de la Peña, Cardinalis confessorium (tom. III, epist. 42); atque ad eam rem intercessionem usa est Alphonsi Velasquez, episcopi Oxomensis, mense Septembri Toletum forte profecturi, prout ipsa ad P. Gratianum scripsit die XIV Julii (tom. III, epist. 30). Agitur quoque in iis quas modo citabam epistolis, necnon in alia ad Dionysium de la Peña die VII Julii data (tom. II, epist. 59), de nobili vidua Helena de Quiroga, archiprasulis consanguinea, quae jam ab anno 1567 inter Carmelitanas Excalceatas cooptari cupierat. Hanc Sancta illo tempore nondum judicabat recipiendam, partim ne Cardinalem offenderet, partim quia plures habebat Helena liberos, quos matre sua orbari non expediebat. Nihilominus ante hujus anni finem Helena Teresiana

AUCTORE
V. D. M.
concessa illi a
pio episcopo
B

ecclesia uti
incipit.
E

F

Hac fundatio-
ne

AUCTORE
V. D. M.

A resiana fuit adjuncta familiar, ut alibi jam annotavi (num. 562) et ipsa Sancta Cardinali per epistolam indicavit xxx Octobris (tom. III, epist. 2). Quam epistolam die xiv Julii scriptam ad P. Gratianum, notare juvat, id quod epistolarum commentator nescivit, iam adhuc saeculo superiori autographam asseratam fuisse in archivis collegii S. J. Complutensis; quemadmodum intelligo e superstitibus manuscriptis doctissimi P. Andrew Burriel, quae nobis perhumaniter communicare dignatus est D. Petrus de la Serna y Santander, Caroli de la Serna bon. mem., bibliothecarii olim civitatis Bruxellensis, filius. Ignoro quid post Societatis nostrae cladem de his archivis actum fuerit, quae plurimas epistolas SS. Ignatii de Loyola et Francisci Xaverii aliorumque virorum sanctitate ac doctrina illustrium continebant.

etiam abul-

934 Porro vix pauci dies a festo Dominicae Transfigurationis effluxerant, cum Sanctae nostrae excedendum Soria fuit ut Abulam prospectum iret canobio suo S. Josephi. Itaque die xvi Augusti cum Petro de Ribera, quem supra nominavi (num. 925), et Ven. Anna a S. Bartholomaeo, iter Abulense arripuit, simul Segovienses suos ex itinere visitatura.

B Antequam proficisceretur, Soriensi priorissa, Catharina a Christo, commentarium tradidit sua manu exaratum de rebus in nova fundatione Soriensi ordinandis (tom. II, epist. 75); ex quo palam fit quantum S. Matri curae esset exactissima regularum de clausura monastica observatio. Neque enim dubitat eam ob rem ad minutissima quaque descendere; et vult ut in ipso privato Beatricis Beaumontiae locutorio, cujus clavis a priorissa servanda erat, cortina cancellis appendeat, quam retrahere non liceat, nisi quando loquendum fuerit cum Beatrice ipsa aut cum consanguinea ejus Eleonora de Ayanz, et interdum, sed rarius, cum Eleira de Tapia, recens nupta Francisco Carolo de Beaumont, proximo consanguineo Beatricis. Narrat auctor Chronici hunc cirum S. Teresiae fuisse valde infensum ob pecuniam a Beatrice, cujus ipse erat haeres, novo monasterio impensam; quinquennio vero post ei aegrotanti apparuisse Sanctam atque dixisse: Multum quidem dubitavisti de mea sanctitate; sed vide quemadmodum dicat Evangelium, e fructibus nosci arborem, fructusque a me parvos considera: ac cum quidem Francisco in mentem venisse quasdam predicationes sibi olim a Sancta factas; eumque in alium plane virum mutatum, vitam piissime exegisse Azevali, et opem S. Fundatricis frequenter fuisse expertum; atque haec omnia ab ipso deinde in informationibus pro Sanctae canonizatione jurato testimonio confirmata fuisse. Eleonora autem de Ayanz, rescisso per legitimam auctoritatem matrimonio quod cum Joanne de Beaumont, altero Beatricis consanguineo, contraxerat, hoc ipso anno 1581 Institutum Teresianum sub nomine Eleonora a Misericordia amplexa est. Idem fecit post duos annos Beatrix de Beaumont, in Pampelonense canobium, cujus fundationem opibus suis promoverat, ingressa sub nomine Beatricis a Christo. Tres habemus S. Teresiae ad Eleonoram a Misericordia epistolas (tom. I, epist. 44; tom. II, epist. 107; tom. IV, epist. 70).

per Burgum
Oxoniensem

935 Audiendus modo Yepesius, illa ingenue de scripto narrans: Quando Sancta Soriae versabatur, perlunctus prioratu meo Zamorensi omissus fui a praetatis meis Rivostiam; et Oxonia transiens audiavi ab episcopo, qui jam Soriam redierat mihi que erat amicissimus, S. Matrem Soriensi fundationi incumbere ac brevi inde venturam esse Oxomiam: e quo annuntio magnam cepi letitiam et voluptatem.

D Advenit illa eodem die ad horam octavam vespertinam: ego obviam ei ad januam egressus, descendentem e curru salutavi. Cui roganti quis essem (quippe ut habebat faciem velo operatam, utque dies jam advesperascebat, me illa non agnoverat) postquam responderam me esse Fr. Didacum de Yepes, vocem cohibuit: unde timere coepi ne forte mei esset oblita neu mea illi praesentia gravis accideret. Deinde vero ubi solus cum sola fui, rogavi quid sibi vellet silentium quo me meum nomen proflitem exceperat ac dolorem simul et admirationem mihi incusserat. Respondit illa: «Pau-» lulum turbata fui, quia duae res mihi ob oculos » versabantur: vel te ab Ordinis tui praepositis » punitum esse, vel Deum voluisse laborum in » illa fundatione tolerantium praemium mihi tri- » buere, te huc adducendo. » Equidem recreatus hac Sanctae erga me voluntate, fassus sum verum esse id quod priore loco dixerat; sed alteram rem certe Deum non voluisse. Tum dixit mihi quanto tempore poenitentia mea duratura esset; ac dissimulanter me reprehendit, praedicens fore ut, absoluta poenitentia, me mei puderet: satis enim liquere quam parum ad patiendum paratus essem, qui tam parva tanti facerem. Atque ita prorsus evenit E uti ipsa dixit sociae suae Annae a S. Bartholomaeo, tamquam ei significans tempus quo mihi meus labor esset duraturus. Haec Yepesius (lib. II, cap. xxxii); qui praeterea narrat in quadam relatione, citata a P. Antonio a S. Josepho (tom. III, epist. 82, not. 7), se his ea occasione Sacratissimum Jesu Christi Corpus S. Matri porrexisse, ac tum maxime expertum fuisse duo illa quae in Vita ejus (lib. II, cap. xxxviii, et lib. III, cap. xx) referunt: nempe suavissimum passim fuisse ejus halitum, et quoties ad Eucharisticam Mensam accederet, vultum ejus mutari consuesse e pallido in formosissimum et quasi perlucidum.

936 Ex haecenus dictis concludere pro chronologia probabiliter licet, S. Teresiam, die xvi Augusti Soriam egressam, attigisse sive Oxomiam sive Burgum Oxoniensem ad sequentis diei vespere, ibidem transigisse diem xviii Augusti, et postridie mane, sumpta SS. Eucharistia, inde profectam fuisse Segoviam, quo pervenit die xxiii. Ipsa autem de suo illo itinere ita scribit: Cum jam Soriae ad templum aliud concessissemus, et quae ad clausuram necessaria erant, disposuissemus, necesse me fuit ad Abulensem conventum proficisci: quare quamprimum inde per intensos aestivos calores digressa sum: adhuc iter quod conficiendum erat, curribus admodum erat importunum. Profectus vero mecum est praebendarius quidam Palentinus, Ribera nomine; qui in ambulacro nostro concinnando, nec non in omnibus rebus aliis, impigram mihi operam navavit magnamque laborem subiit; quia P. F. Nicolaus a Jesu Maria, confectis jam fundationis litteris, alio, ubi opera illius quam maxime necessaria erat, concesserat. Inde vero tantum ei Deus nobis beneficiendi desiderium iniecit ut is inter nostri Ordinis fautores possit accenseri, ut una cum ipsis cum illius Majestati commendemus. Nolebam autem ut alius quis mecum veniret quam ipse et socia mea: nam adeo providus est ut mihi sufficeret; et quo minor per viam est strepitus, eo melius id esse comperio.

937 Incommodis quae hic sustinui, satis luebam quae in veniendo habueram commoda: nam quamvis adolescens qui viarum se duces obtulerat, viam usque Segoviam nosset, regiam tamen viam ignorabat. Hinc saepe in ea nos loca conducebat ut excusationem nos facere oporteret, et vehiculum velut in humeros ob ingruentia praegrandiaque praecipitia

qui molestissimum itinere

A praecepta sustollere. Si quos via indices assumebamus, ulterius nos non conducebant quam quousque ipsam nossent; si autem via vel paulo difficilior occurreret, illico nos deserebant, a suis se negotiis domum revocari dictitantes. Ante vero quam ad diversorium perveniremus (quod quando fieret, nesciebamus), vehementem solis aestum passi eramus, quin etiam saepe in praesentissimo periculo versati, ne currus ipse, eversis rotis, prolaberetur. Ego sollicita et anxiosa imprimis eram ob illum qui nos comitabatur: nam, tametsi jam ante dixissent nos bona via incedere, necesse tamen nos erat viam emensam remetiri, et eo unde veneramus, reverti. At ipse adeo in virtute erat radicans ut nunquam illum stomachantem vidisse me meminerim; quae certo iniquitas mihi eum admirandi et Dominum laudandi occasio fuit. Quippe ubi solida et radicata est virtus, ibi occasiones peccandi vix quidquam possunt. Ego vero Dominum laudabam, quod nos o difficili hac via educere dignatus esset.

pervenit.

938 Prædie ergo natalis S. Bartholomæi Apostoli Segoviani ad S. Josephi appulimus; ubi moniales nostrae in metu et anxietate versabantur, quod tandiu in via moraremur: quod enim via perdifficilis esset, satis diu in ea haesimus. Illae vero benigne et perhumaniter nos excepere: nam nunquam mihi Dominus laborem aliquem ac pressuram immittit, quin eum statim consolatione rependat. Octiduo eoque amplius hic quievi. Haec autem fundatio adeo sine ullo prorsus labore peracta est, ut is quem jam retuli, nihili faciendus sit; quia revera nullius est momenti. Equidem valde contenta inde redii, quod oppidum id mihi videretur huiusmodi, ut, quæ Dei misericordia est, sperem fore ut magnum nomini ejus inde sequatur obsequium quod conventus ille ibi sit erectus; uti jam reipsa id satis apparet. Sit ille in æternum benedictus et glorificatus. Amen.

Abulam.

939 Dehinc Sancta die iv Septembris pervenit in vicum Villacastin, unde litteras dedit ad priorissam Hispalensem (tom. III, epist. 82), sequenti die Abulam usque itineratura; ubi ipsam præstolabatur P. Nicolaus Doria, paratus ad iter Romanum pro confirmandis Ordinis sui negotiis ex regis Philippi voluntate suscipiendum. Ipsa hac rerum serie, quin alia argumenta adducere oporteat, satis refutatur auctor Chronici, asserens Sanctam hoc iter per Palentium fecisse, proindeque ad annum 1581 perperam referens quæ referenda erant ad annum 1582, ut suo loco patebit. Quin imo idem scriptor, quem sequitur P. Fredericus, adventum S. Matris in suum Abulense monasterium distulit ad finem usque Septembris, propter epistolam quam autumat Vallisole Soriam a Sancta missam fuisse xviii Septembris 1581. Loquitur, ni fallor, de epistola 42 tomi primi, quam ad idem probandum allegat P. Fredericus (lib. II, cap. XI); et quæ divi notam habet xv, non xviii, Septembris. Verum hanc anno 1581 scriptam haudquaquam fuisse vel inde ostenditur, quod in ea agitur de professione cujusdam monialis in aliud tempus differenda ob nimiam ejus adolescentiam: atqui quarto mense post monasterii fundationem de professione agi nondum poterat, siquidem Concilium Tridentinum (sess. XXV, cap. XV) vult ante professionem integrum tirocinii annum exactum. Præterea ipsa Sancta in epistola quas dedit ix Septembris ad Hieronymum Reynoso (tom. IV, epist. 49) et xiii Septembris ad Dionysium de la Peña (tom. II, epist. 60) expressis verbis affirmat se Soria relictam jam Abulæ versari.

pervenit in
S. Josephi
monasterium.

940 Abulam autem quando pervenit, carissimam matrem S. Josephi domum reperit misere afflictam.

Neque enim tantum moniales, confessorii sui culpa, de pristino pietatis ac religiosæ observantiæ fercore multum remiserant, uti jam alibi dictum fuit et nunc iterum apparet e S. Matris ad P. Gratianum epistola, data xxvi Octobris (tom. II, epist. 42); verum etiam, quoad res temporales, carebant fere elemosynis atque obruebantur ære alieno. Has illæ ob causas, fame cogente, ut lepide non diu post scribebat Sancta ad priorissam Hispalensem (tom. II, epist. 100), consilium capesserunt eligendæ in priorissam Teresiæ; id quod facile, Maria a Christo prioratum sponte abdicante, Sancta vero senii ac valetudinis prætextu nequicquam reluctante, a provinciali Gratiano impetraverunt die x Septembris (tom. III, epist. 82; not. 6) magna rerum suarum temporalium simul et spiritualium emolumento, uti in Bibera legere est (lib. III, cap. v).

AUCTORE
V. D. M.
D

941 Nimis longum foret epistolas hoc tempore addi. Abulæ a S. Teresia conscriptas singulatim evolvere. Satis ergo sit aliqua ex iis, quomodo jam facere capi, delibasse, ac de cætero ordinem earum chronologicum, quo juvetur qui eas legere cupiat, breviter indicasse. Qui quidem ordo est talis: mensis Octobris die ix ad Hieronymum Reynoso (tom. IV, epist. 49), die xiii ad Dionysium Ruiz de la Peña (tom. II, epist. 60); mensis Octobris die ix vel x ad Sanctam Davila (tom. I, epist. 6, et tom. IV, fragm. 2, sicut indicavi num. 881), die xxvi ad P. Gratianum (tom. II, epist. 42), die xxx ad Gasparem de Quiroga Cardinalem (tom. III, epist. 2); mensis Novembris die viii ad Mariam a S. Josepho (tom. II, epist. 100), die xiii ad Martinum de Salinas (tom. II, epist. 58), die xv ad Joannem de Ovalle (tom. II, epist. 54), die xix ad Petrum de Castro (tom. IV, epist. 8), incerto die ad eundem (tom. II, epist. 6), item incerto die ad ducissam Albanam (tom. IV, epist. 10), die xxviii ad Mariam a S. Josepho (tom. II, epist. 101), die xxix ad P. Gratianum (tom. III, epist. 31); mensis Decembris initio ad eundem (tom. III, epist. 32), die iv iterum ad eundem (tom. IV, fragm. 9), die xv ad Laurentium de Cepeda, defuncti Laurentii filium (tom. IV, epist. 43), die xxix ad moniales Sorienses (tom. I, epist. 43). Huic forsitan serui accenseri quoque debet epistola data die xxii Octobris ad Guyomaram Pardo y Talavera (tom. II, epist. 69; tom. III, epist. 5); sed cum certam anni notam præ se non ferat, id plane affirmare non ausim.

F

§ XLIX. Carmelitarum Excalceatorum in Lusitaniam ingressus. Fundatio decimi sexti virginum Teresianarum monasterii, Granatæ a Ven. Anna a Jesu effecta.

Sub annum 1582, quem nunc ingrediemur, P. Ambrosius Marianus Carmelo Reformato viam paravit in Lusitaniam atque etiam in transmarinam Lusitanicam ditiones; ita ut inchoatum Elyssipone fuerit die xix Februarii canobium Carmelitarum Excalceatorum, et quinque ex iis die xx Martii in Guineam navigare coeperint; sed hi in mari perierunt (Chron. lib. v, cap. xxiv). Sanctæ interim nostræ quatuor minimum fundationes fuerant oblate, videlicet

Vide, Annæ a
Jesu.

AUCTORE
V. D. M.

licet in pago Rodryci, ac Ordunio, Granata et Burgis: e quibus duas priores, ut xiii Julii scripsit ad Hieronymum Reynoso (tom. III, epist. 40), recusandas judicavit; duae vero posteriores incunte anno 1582 fuerunt inchoatae, Burgensis ab ipsa S. Teresia, Granatensis a Ven. Anna a Jesu, Teresia nomine ac loco. De hac, quia alteram tempore praecessit, prius mihi dicendum est; in quo ducem sequar ipsam Annam, quae hanc foundationem descripsit. Etenim S. Teresia, scribere jussa historiam foundationum suarum, aestimavit eo mandato non comprehendere Granatensem, tum quia nondum plane absoluta erat, tum quia haec non a se praesente (licet praevio suo consilio deditaque opera) fiebat: qua etiam de causa referendis abstinuit monasteriorum virorum foundationibus, nisi duorum primorum, quorum ipsa fuerat pars magna. At, cum Sancta civis jam excesserat, P. Gratianus defectum illum historiae, cum ex reliquis virginum foundationibus una haec desideraretur, suppleturus, praecepit Anna a Jesu ut condita a se domus historiam texeret: quod excellens haec virgo tam probe styloque pene Teresiano executi est ut scriptum ejus reliquis foundationibus annecti soleat appendicis loco. Nec tamen id ego huc Commentario inseram, non tam quia e Teresiae calamo non fuit quam quia Anna praecipua Granatae actrix fuit, non Teresia. Priorem tamen narrationis illius adferam partem, qua dicitur quomodo Sancta Granatensi foundationi proluserit. Quod autem porro referendum a me est, quomodo scilicet domui jam captae Teresia consuluerit, suppeditabit mihi castigatoria epistola quam Sancta ad Annam misit xxx Maji 1582, id est quinto ab hujus in Granatensem civitatem adventu labente jam mense.

Granatensem
conventum

943 Mandat mihi Vestra Reverentia, inquit Anna, narrationem suam ordiens et Gratianum alloquens, ut domus hujus Granatensis foundationem describam; at, quia tam debili et imbecilli sum capite, tam exiguum habeo memoriam ut nesciam num gestorum bene sim recordatura: dicam tamen ea quae memoriae occurrent. Mense nuper Octobri anni MDLXXXV quartus agebatur annus ex quo P. Didacus a SS. Trinitate (qui vivat in pace) cum V. Reverentiae loco viceprovincialem ageret, Veasensem conventum visitatum venit; in quo jam a trimestri aut quadrimestri praeposita munere defuncta erat, et satis male valebam. Cumque hoc in statu me P. Visitor vidisset, serio et studiose nobiscum agere cepit ut Granatam ad foundationem inchoandam excurreremus, quod multi viri graves et illustres ac locupletes matronae illam ab eo instantissime peterent, notabilesque in illam eleemosynas sponderent. Nihil autem aliud (ut mihi quidem videbatur) erat quod illum ad credendum hos nobis in aliquo opitulaturos impelleret, quam bona illius fides et sinceritas. Unde ei dixi haec non nisi per modum assentationis et jactationis ab iis dici; proinde eorum quae sponderent, nihil omnino futurum; imo nec loci archiepiscopum (erat is Joannes Mendez, infulus Granatensibus ornatus anno 1576) facultatem daturum ut monasterium aliquod censum non habens fundaretur, praesertim quod illic tot essent moniales quae se vix sustentare eleemosynis possent, tum quod Granata esset destructa, tum quod magna rei annonariae quotannis esset inopia. Ille, quamvis verum me dicere videret, tamen quod summo opere conventum quendam desideraret illic erigi, iterum in spe rei optime successurum confirmari cepit, dicens licentiatum Lagunam, audientiae Granatensis assessorem, suam ad ipsi imprimis favendum operam addixisse, uti et P. Salazarium, Societatis Jesu sacerdotem, tametsi occulte,

asserentes facili negotio hanc se ab archiepiscopo facultatem impetraturos. D

944 Ego vero omnia haec velut incerta duxi, uti revera erant; tametsi, quod Pater ille adeo huc propenderet, Deo rem quam affectuosissime commendarem, moniales reliquas etiam rogans illum orarent ut nobis lumen dare dignaretur, quo dispiceremus num eam fieri expediret. Majestas certe illius nobis lumen satis clarum dedit, ut ejus adminiculo liquido videremus nullam nobis aut commoditatem aut favorem humanum tunc quidem sperandum; sed, quemadmodum reliqua hactenus monasteria in sola de divina ejus providentia fiducia fundata erant, ita et hoc ipsum fundandum: Dominum namque singularem ejus curam in se sumpturum, magnumque ei in illo obsequium praestitum iri. Hoc porro mihi significatum est, cum a Sacra Communionem surgerem; jamque tres elapsae hebdomadae erant ex quo P. Visitor hinc discesserat, omnimodis procurans ut haec res ad exitum conduceretur. Ego, tametsi ea adeo dubia esset, tot etiam rationes eam dissuaderent, eam tamen tandem exequi decrevi, idque eo ipso temporis puncto quo a Communionem surgebam; et sorori Beatrici a S. Michaeli, quae erat ostiaria et mecum ad Communionem accesserat, id significavi, dicens: « Certissime credas Deum velle ut isthoc Granatense monasterium » fundetur: quocirca Patrem Joannem a Cruce ad » me advoca, ut ei tamquam confessario meo dicam » quidnam mihi Majestas illius significarit. » Cum ergo P. Joanni a Cruce, qui meus erat confessarius, hoc aperuissem, suasit is ut Patri Visitori id indicarem, ut hic quamprimum ad Rev. Vestram scriberet, quo bona illius cum venia et consensu res fieret. Hoc eodem ergo die id constitutum est: simul etiam quidquid huc erat necessarium, procuratum, magno sane omnium Patrum et conventus totius gaudio, cognito foundationem hanc jam executioni mandandam.

945 Scripsimus proinde ad Rev. Vestram et ad Sanctam Matrem nostram Teresiam a Jesu, quatuor ab ea moniales e Castella postulant, quae hanc foundationem ordirentur, nec non ut ipsa eam auspicaretur; quod certi essemus eam omnimodis faciendam. Dedimus ergo operam ut P. F. Joannes a Cruce cum alio quodam religioso illuc abiret, et omnia ad moniales conducendas necessaria secum sumeret. Quapropter is Veaso Abulam ad S. Matrem nostram Teresiam a Jesu contendit; atque inde nuntium ad Rev. Vestram, quae tum Salmanticae agebat, destinarunt. Quae ut litteras illorum conspexit, illico postulata concessit, S. Matri nostrae tamen liberam earum quas mittendas dicebamus, monialium electionem permittens. Assignavit autem illa duas e domo Abulensi, Matrem videlicet Mariam a Christo, quae quinquennio illic praeposita munere functa erat, nec non sororem Antoniam a Spiritu Sancto, quae de quatuor primis quae Excalceatarum habitum in S. Josephi Abulae induerunt, una fuerat; e Toletana vero, sororem Beatricem a Jesu, quae item e veteranis monialibus erat et S. Matris nostrae cognata. Ipsa vero S. Mater huc venire non potuit, quod ad Burgensem foundationem, quae eo ipso tempore instituebatur, inchoandam proficisci eam oportebat: et jam a multo tempore mihi scripserat se ad Granatensem foundationem non profecturam; quod crederet Deum velle ut ego illam inchoarem. Mihi vero prorsus impossibile videbatur ullam sine ipsa foundationem perficere: quocirca grave mihi accidit quod die festo Conceptionis Deiparae moniales sine ipsa Veasum appellerent. Legi autem litteras ejus quae haec mihi afferebant;

soror a S. Teresia
assistuntur

F

A bant; in quibus affirmabat se quidem velle, ad mihi gratum faciendum, ut huc posset excurrere, sed magnum Deum nostrum aliud quid sibi præcepisse; se nihilominus certam esse Granatæ omnia quam felicissime perfectum iri, Majestatemque illius singulari quodam modo mihi auxiliaturam, quod etiam statim ad oculum videri incepit.

Sommatum
refertur Granatensis
fundatio.

946 Deinde pergit Anna narrando quomodo XXI Januarii 1582 Granatam pervenerit in comitatu monialium suarum ac S. Joannis a Cruce et P. Petri ab Angelis; qua ratione moniales septem prope menses hospitata fuerint in domo Annæ de Peñalosa et Ludovici de Mercado, nolente primum archiepiscopo in suam civitatem novum admittere monasterium; cur e ducentis quoque habitum Ordinis postulabant, dumtaxat una recepta fuerit, donec, alieno non amplius arcata in domicilio, conductitiam occuparint domum, quam dein commutarunt cum multo meliore quam a duce de Sesa emerunt e pecuniariis subsidiis Ordini attributis a monialibus recens professis. Atque hæc licet compendio dicta juvabunt ad melius intelligenda ea quæ mox expositurus sum secundum epistolam (tom. I, epist. 65) quam Sancta XXX Maji misit ad Annam monialesque ejus, in mutuatitia adhuc domo cohabitantes cum secularibus.

Castigatorie
S. Matris ad
Annam lile-
re

B 947 De epistola hæc nec P. Angelus Manrique in Vita Ven. Dei Servæ, nec auctor Chronicæ, ubi fundationem Granatensem enarrat, ullam fecere mentionem. Omissa hæc itidem fuit anno 1660 in editione Parisiensi versionis gallicæ primi voluminis Epistolarum S. Teresiæ, factæ a Francisco Pellicot; ejus quidem omissionis culpa, ut docet monitum editioni Bruxellensi ejusdem versionis anno 1661, et Antverpiensi anno 1686, a typographo præmissum, neque in Iraductorem nec in typographum Parisiensem conficienda est, sed in moniales quibus Pellicotius sua scripta commiserat, quæque ex iis hanc epistolam cum aliis quibusdam epistolarum locis, humani aliquid passæ, expunxerant: quod ubi palam fieri cæpit, eadem epistola quibusdam exemplaribus prædictæ editionis Parisiensis, sed valde paucis, fuit quasi postliminii jure ad caleem adjuncta. Postmodum vero Mater Maupeou, dum jussu superiorum secundo Epistolarum Teresianarum volumini in gallicam linguam vertendo operam dedit, hujus quoque epistolæ adornavit versionem, sed ita ut nomina Ven. Annæ a Jesu et civitatum Granatæ ac Veasi, quæ in hispanico textu comparent, studiose omitteret, cum in titulo, tum in decursu epistolæ: quamobrem editor versionis illius margini hæc nomina adscripsit. Hinc facile deduces rationem cur inter epistolas S. Teresiæ gallica lingua anno 1748 editas celebris hæc epistola non priori volumini, sed posteriori inserta fuerit: quia scilicet, cum eam Mater Maupeou epistolis posterioris voluminis addidisset, superfluum merito judicavit Chappede Ligny eam cæteris prioris voluminis epistolis de novo accensere; prout ipse in suo proœmio lectorem monet. Nuper R. D. Migne in nova editione gallica Operum S. Teresiæ locum eidem assignavit inter epistolas primi voluminis ultimum sive LXV, quamquam rectius ex ordine chronologico eam loco LXI posuisset; sed parvi id quidem interest.

expenduntur;

948 Jam vero omissionum, quas modo recensebam, causa potissima videtur fuisse timor ne fama Ven. Annæ a Jesu, de Carmelo Reformato optime merita, quæ plura per Hispaniam, Galliam, Belgium monasteria fundaverat, cujus etiam causa beatificationis fuit apud Sacram Rituum Congregationem introducta, detrimenti aliquid pateretur. Quippe S. Mater Teresia in epistola de qua loquor dilectam sibi filiam Annam quarundam culparum ream faciebat, quas oblas de Montis in Vita hujus Ven. Servæ Dei, excusa

Parisiis anno 1788, ad quatuor reducit capita: 1^o quod nimis multas moniales secum duxisset, adeoque hospiti suo Ludovico de Mercado molestiam faceret; 2^o quod e Veasensi monasterio eas elegisset socias a quibus se plurimum diligi sciret; 3^o quod neglexisset de rebus a se gestis certiores facere P. Gratianum et S. Teresiam; 4^o quod, postquam a monialibus electa fuisset in priorissam, agro ferret sibi a P. Gratiano, non priorissæ, sed tantum præsidis titulum tribui. Quamquam, ut e non levibus argumentis conjicere fas est, S. Teresia non acerbis adeo verbis eam excepisset, si de ejus agendi modo ac de rebus Granatensibus fuisset accuratius edocta: neque enim filia tantum in culpa fuit quantum Mater credidit.

AUCTORE
V. D. M.
D

949 Imprimis verum quidem est multas simul moniales Granatam abivisse: miserat namque S. Mater e cœnobio Abulensi duas, e Toletano unam, curaveratque insuper per litteras (tom. II, epist. 101) ut duas priorissæ Hispalensis mitteret; his vero tres Veasenses Ven. Anna adjunxerat, ita ut essent universim moniales novem. Sed esto de hoc numero nec S. Teresiam nec P. Gratianum monuisset, monuerat certe (ut in narratione ejus legitur) P. Didacum a SS. Trinitate, Gratiani in provincialatu vicarium; quin imo expresse ad eum scripserat decem moniales esse venturas: neque is nec S. Joannes a Cruce in hac re videntur ab Anna dissensisse. Quod autem septem mensium spatio moniales in domo aliena habitarint non sine piorum hospitem incommodo, hoc Anna prævidere non potuerat, dum acciebat a vicario, qui scribebat domum a se fuisse conductam. Omnes hæc rerum circumstantias aliasque multas, quæ ex dicta narratione erui possunt, si S. Teresia probe scivisset, facile, credo, excusasset Annam suam. Utrum vero hæc Dei Serva in diligendis e Veasensi monasterio sociabus affectum nimis humanum fuerit secuta, prorsus dubium S. Teresia relinquit; neque enim affirmanter, ut credidisse videtur Montisius, sed conjectatorie tantum hoc ei exprobat, addens se nescire quænam e Veasensibus Granatam sint profectæ: videantque illi qui hoc crimen nimium urgent, ne ejus quoque reum faciant S. Joannem a Cruce; quo inconsulto Annam quidquam egisse, non facile mihi persuasero.

et Anna magna ex parte

950 At scribere saltem ad S. Teresiam et P. Gratianum debuit. Imo vero, nisi probabilem ob rationem hanc scriptionem omiserit: v. g. quia non satis ei constaret ubinam S. Teresia et P. Gratianus degerent, quando illa ad fundationem Burgensem ineunte anno abierat, hic vero ad visitanda cœnobium tam varias in partes excurrerebat ut ipsa Sancta passim nesciret qua via litteræ ad eum perventuræ essent. Et fieri quoque potuit ut Anna reipsa scripserit, quin ejus litteras acceperint Teresia et Gratianus. Ad hunc saltem eam dedisse litteras, deduci aliquatenus, mea quidem opinione, potest e monialium Granatensium de Gratiano querelis propter præsidis titulum electæ a se priorissæ datum. Nisi enim putassent provincialem de electione priorissæ jam factum esse certiores, qui potuissent adeo ei hac de causa succensere? Neque tamen ita mente capta erant ut putarent res longe dissitas aliter quam per litteras aut nuntia posse Gratiano innotescere. Denique hæc ipsa monialium querelæ, quod quartum est crimen Ven. Annæ objectum, nimis fuerint illæ quidem, per me licet: verumtamen jure fundatæ erant; et ideo fortassis bonæ illæ virgines jus suum paulo acrius turbantur quod recordarentur luctuosas tragedias circa hujusmodi rem olim actas: videlicet Abulæ in Incarnationis cœnobio, ubi S. Teresia, legitime in priorissam electa, munere suo fuerat a provinciali prohibita (vide § XLI); item Hispalis, ubi Mariæ a

excusatur.

F

AUCTORE
V. D. M.

A *S. Josepho exiunte anno 1578 per vim ademptus fuerat prioratus (§ XIII). Quod dum dico, nolim tamen, praecipue quod spectat ad quartum hoc caput, moniales Granatenses omni prorsus culpa liberare, sicut facere videtur Palafoxius; sed illud unum contendo, commissas ab iis culpas, ac praesertim ab Anna a Jesu, fuisse perquam exiguas. De reliquo omnino assentior Montisio, dum ita loquitur: Nullum dubium est quin Anna a Jesu, pro ea qua eminebat religiosa sanctimonia, responsionem carissimae suae Matri fecerit plenam affectibus humilitatis, subjectionis ac contritionis; quae si pervenisset ad nos, summam nobis edificationem fuisset. Haec quidem de laudata S. Teresia epistola praevia a me dicta satis sunt.*

*En littera
partim per
compendium,*

951 Vellem sane totam modo hic inserere eam epistolam, quae simul monumentum est Teresianae eloquentiae et specimen sanctae severitatis qua Mater amantissima filias suas, quando ei videbantur a regula ac spiritu citae Carmeliticae deflexisse, castigare atque ad rectum perfectionis tramitem revocare norat. At, brevitate ergo, notabiliores tantum ejus partes citabo, caetera summam. Scilicet exordio Sancta perstringit Annae monialiumque suarum oscitantiam in litteris dandis cum ad se tum ad provincialem; carpit lasam, ut existimabat, ab Anna obedientiam in plurium quam fas erat monialium e Veasensi conventu abductione; ridet vanos illarum de amittendo archiepiscopi patrocinio timores et nimias de rerum penuria querimonias, quas acute redarguit exemplo sororum Hispalensium, non ita gemebundas se praebentium, quamvis durissima, Martyrum instar, ferant dispendia. Ubi, inquit, bona adest valetudo nec esca deest, ibi profecto non est quod ob domum paulo arctiorem morti proximas vos clamitetis; et cum tam potentes habeatis fautores, nescio de qua re conqueramini: non enim debebant omnia vobis ridere. Porro non sinit ut in monialibus quae nimiae sunt, Hispalenses Hispalim revertantur, vult vero ut Veasenses Veasum repetant. Et ita quidem id volo, ait, ut, nisi timerem ne vobis dem ansam iterum offendendi Deum per inobedientiam, magnum ad te mitterem praeceptum: nam pro omnibus Excalceatarum rebus vice fungor P. N. Provincialis. Hac igitur auctoritate edico ac mando, ut, quam primum proficiscendi erit facultas, Veasum redeant quotquot inde Granatam ierunt moniales, excepta Matre Anna a Jesu; idque etiamsi jam ad propriam domum transmigraveritis: nisi forte sufficiens adsit reditus, quo e praesenti necessitate queatis emergere. Nullam enim ob causam utile est ut fundatio cum tot monialibus incipiat: imo multae rationes contrarium suadent.

*partim per
fragmenta
exhibetur,*

C 952 Equidem (sic pergit Sancta) per hosce dies rem Deo Domino nostro commendavi (nolebam enim tam cito ad vestras litteras respondere), et judico hoc meum imperium omnino ad Dei gloriam spectare; et tanto quidem magis quanto vobis accidet acerbius. Nimirum a spiritu Excalceatarum mearum prorsus abhorret quaevis animi in creaturas, adeoque in ipsam priorissam propensio: qua si quae laborent, numquam proficient in rebus spiritualibus. Liberas Deus vult esse sponas suas et sibi soli devinctas; neque velim ut domus ista imitetur Veasensem. Numquam e memoria mea dilabatur quaedam epistola quam illinc accepi, quando tuo ibi prioratu abivisti. Inde scilicet factiones, inde aliae plurimae nascuntur turbae, eo graviores quod principia non advertere solemus. Quare nunc temporis, per caritatem oro vos, nolite a me dissentire: postea, si videbitur, quando meliori loco res vestrae erunt et moniales istae habebunt animum magis a

creaturis divulsum, redire ad vos poterunt. Ignoro plane quenam illae sint quae tecum abierunt; nam de iis et me et P. Provincialem diligenter celastis, nec putabam te tam multas abducturam: suspicor autem eas fuisse quae tibi sunt optime affectae. O verum obedientiae spiritum! Num fas est naturali amoris indulgere erga aliquam, quod ipsa locum Dei teneat? Per hunc ego te spiritum oro atque obtestor ut perpendas animas a te educari quae fiant sponsae Crucifixi; quas proin ita crucifigere debeas ut propria careant voluntate, nec afficiantur erga res nihili. Videte, queso, vos Ordinis nostri initia ponere in novo regno (scil. Granatensi, non ita pridem Mauris erepto); adeoque oportere ut tu caeteraeque omnes non muliercularum animos, sed virorum fortium geratis.

953 Quid autem refert, Mater mea, sive P. Provincialis te praesidem appellet, sive priorissam, sive Annam a Jesu? Bene intelligitur, nisi tu caeteris praesses, te non magis nominandam fuisse quam alias quae aequae ac tu priorissae fuerunt. Tam parum de rebus vestris Patrem illum docuistis ut mirari non debeatis quod ignoret utrum electionem feceritis necne. Sane pudore me affecistis, quando vidi Excalceatas meas ad tales ineptias abire, nec de iis cogitare tantum, sed loqui etiam: qua in parte praereliquis eminet Mater Maria a Christo. Utique vel dolor vester ad insaniam vos adegit, vel infernalium semina nostro huic Ordini injicit diabolus. Interim praedicta Mater tuam extollit animi magnitudinem; quasi vero haec cum submissione consistere non posset. Det Deus monialibus meis Excalceatis humilitatem, obedientiam ac subjectionem: sine his enim virtutibus alia ista facinora omnia non sunt aliud quam magnarum principia imperfectionum. Modo mihi venit in mentem, quod olim ad me scripsistis, uni vestrum, quam Veaso adduxistis, consanguineos esse Granatae, a quibus adjutae fuistis. Quae res si ita se habet, conscientiae Matris priorissae committo ut hanc Granatae retineat, si videbitur; at caeteras non item. Magnas proculdubio difficultates in hocce initio offendetis: quas cave timueris. Opus tam grande effici absque iis non poterit; et ingens manet premium. Faxit Deus ne imperfectiones a me committi solitae castigationem magis quam premium mereantur: hoc quippe numquam non timeo. Scripsi ad priorissam Veasensem ut ad sumptus itineris aliquid conferat, siquidem tam parum commoditatis jam adest. Dixi ei me libentissime, si Abula tam prope a Granata abesset, meas revocaturam moniales: quod etiam postea, labente tempore, fieri cum Dei ope poterit. Itaque spondere iis potes, fore ut, quando fundatio facta erit et novas receperitis moniales, ad pristinas suas domus remittantur illae quae non amplius erunt istae necessariae. Porro, cum nuperrime ad te, ad Matres istas et ad P. Joannem a Cruce prolixo de rebus quae hic aguntur perscripsi, non censui nunc aliam epistolam mihi ad omnes dandam esse praeter hanc unam. Utinam ne et hoc agre ferant, sicut agre tulerunt quod P. Provincialis te praesidem appellavit! At ita usus habet: antequam hic, veniente Patre nostro, electionem institueramus, non vocabamus priorissam eam quae praeerat, sed praesidem. Caeterum haec eodem recidunt.

*v. g. ubi
Anna accitit
tuam dicitur
tuam dignita-
tem,*

954 Quoties scripsi, oblita fui id quod sequitur. Scilicet nuntiatum mihi fuit moniales Veasenses, etiam post capitulum separationis, claustris suis egredi ad componendam ecclesiam. Quod quomodo fiat, non intelligo, dum nec ipsi provinciali id permittere integrum est: Summus enim Pontifex motu proprio claustrum leges severissimis anathe-

*item ubi de
disciplina
claustrum,*

matis

A malis penis sancivit; ne de nostra constitutione loquar, qua districtè eadem praescribuntur. Initio quidem leges illae aliquam nobis attulere molestiam; nunc autem multum gaudii. Neque licet nobis exire ad claudendum ostium, quo itur in plateam: quod cum sorores nostrae Abulenses optime sciant, miror quod caeteras non monuerint. Tu per caritatem cura ut hae leges observentur: Deus mittet qui ecclesiam vestram componant, eritque unde omnia fiant quae fieri oportebit. Quando autem recogito quam molestae sitis vestris hospitibus, non possum non valde commoveri. Alias jam scripsi ut de domo vobis prospiciatis, quantumvis mala et inepta fuerit; ubi, licet incommode, saltem non tam anguste habitetis: quod si etiam anguste, malo ut vos aliquid patiamini quam ut patiantur insignes isti benefactores. Scribo modo ad Dominam Annam (*de Peñalosa*), et verba invenire apta vellem quibus ei de collatis in nos beneficiis dignas agam gratias: verum, quod caput est, sua ei merces apud Dominum non deerit. *Ad extremum Sancta sua claudit monita jubendo ut haec epistola, quae Annæ destinata erat, legatur etiam a subpriorissa duabusque sociabus ejus et a S. Joanne a Cruce.*

B

§ L. Sancta, decimum septimum monialium suarum cœnobium fundatura, Burgos se confert; ubi non exigua offendit obstacula.

Archiepiscopus
Burgensis

C Gradum facimus ad Burgensem eamque postremam S. Teresiae foundationem, prolixè ab ipsa enarratam capite libri *Foundationum* ultimo. Eam igitur loquentem audi, quarundam prolatarum occasione hujus foundationis in Societatem Jesu cavillationum refutatione ad eum dilata locum in quo sermo erit de perenni S. Teresiae erga Societatem Jesu amore. Jam sexennium, ait, et amplius effluerat, ex quo quidam e Societate Jesu viri cum primis religiosi, senio, litteris et spiritu commendabiles, mihi dixere non mediocriter ad Domini gloriam et obsequium futurum, si quoddam Sacri hujus Ordinis cœnobium in civitate Burgensi erigeretur. Aliquot ad hoc quoque depromebant rationes, quae me ad id ipsum desiderandum non parum impellebant. Verum, quod et Ordo ipse diversimode exagitatus et ego aliis foundationibus distenta essem, commodam rei hujus perficiendae occasionem non habueram. Itaque cum anno MDLXXX Vallisoleti agerem, forte illac archiepiscopus Burgensis (*Christophorus Vela*), tunc recenter ad hunc archiepiscopatum electus (antea namque Canariensis episcopus fuerat) et eo se conferens, pertransiit. Unde Alvarum Mendozium Palentinum praesulem (quem jam saepius dixi plurimum huic Ordini favere: ipse namque primus fuit qui cœnobium S. Josephi Abulae admiserat, dum illic episcopus erat; quin etiam magna exinde semper nullo non loco nobis beneficia contulit, negotiaque Ordinis hujus non secus curavit quam propria, atque ea imprimis quae particulatim eum rogo ut curet) oravi ut ab hoc ad Burgis conventum constituendum facultatem mihi deponeret. Qui id se quam libentissime facturum respondit: quod enim singulare Domino in hisce monasteriis obsequium praestari arbitretur, hinc illi maximè est voluptati, si quando aliquod alicubi erigitur.

956 Noluì autem archiepiscopus novus Vallisoletum intrare, sed in S. Hieronymi conventu extra civitatem est diversatus: quo eum loco Palentinus praesul quam humanissime invisit, cum eoque prandit, et quoddam ei cingulum dedit, aut nescio quam caeremoniam circa eum exercuit, quam episcopali manu fieri oportebat (*de impositione sacri Pallii, quod Romani Pontifices ad archiepiscopos mittere solent, Sancta loquitur*). Hic ergo facultatem ab illo monasterii in urbe Burgensi fundandi petiit: quam ipse quam libentissime elargiturum se spopondit, quoniam etiam cum in Canaria ageret, desiderarat et petierat ut ibidem aliquod Ordinis hujus cœnobium fundaretur; quod probe sibi constaret quantopere in illis Domino serviretur. Quippe ex urbe erat oriundus in qua unum eorum fundatum erat: praeterea eram ego ei familiariter nota. Quamobrem me episcopus securam esse jussit, utque de facultate impetranda neutiquam dubitarem, edixit; eo quod archiepiscopo id quam gratissimum fuisset. Et quia Concilio Tridentino non jubetur ut facultas hujusmodi scripto tradatur, sed satis sit Ordinarium in his assensum praebere, hinc facultas ea ut data concessaque poterat haberi.

AUCTORE
V. D. M.
rogante Palentino
episcopo,
D

E
S. Teresiae

957 Jam supra in Palentinae foundationis narratione dixi quam illo tempore magnam in meipsa sentirem a fundando repugnantiam, quod quam pessime valuisssem, ut omnes me demorituram crederent, ac ne tum quidem plane confirmata essem valetudine; tametsi me haec ipsa adeo dejicere et pusillanimum reddere non soleant, cum quae agenda sunt, ad Dei honorem et cultum tendere video: unde quanam tantae pusillanimitatis et ignaviae, quantam tunc habebam, causa fuerit, nequaquam intelligo. Si dixerò inde ortam quod parva mihi ad illam foundationem peragendam suppeterent subsidia, aliis certe in foundationibus habueram minora. Quocirca, cum illius vidi eventum et quae inde secuta sunt, a diabolo eam profectam fuisse mihi persuadeo. Plerumque enim haec contigisse video, ut, quoties in aliqua foundatione mihi subeundus est labor, Dominus, miseriam meam cognoscens, mihi tum verbis tum operibus animum semper addat.

958 Aliquoties mihi in mentem venit, Dominum, sicut in quibusdam foundationibus quae difficultate carebant, nihil mihi significare consuevit, ita in hac, cum sciret quidnam nobis patiendum esset, jam inde a principio animum mihi dare coepisse. Sit ipse pro omnibus laudatus. Nimirum, uti jam retuli in foundatione Palentina, de qua faciendae eodem tempore agebatur, per modum reprehensionis mihi dixit: « Quid times? Quando unquam tibi defui? Idem » qui haecenus fui, sum modo: duas hasce foundationes perficere ne negligas. » Quoniam ibi narratum est quis mihi post illa verba animus manserit, necesse me non est hic idem denuo referre. Mox namque ab omni me socordia liberatam sensi: unde liquido patet invaletudinem et senilem aetatem meam illius causam non fuisse. Quocirca tam de una quam de altera (uti ante declaratum est) tractare coepi. Magis autem expedire videbatur ut Palentinam prius auspicarer, tum quod id oppidum esset vicinum, tum quod tempus satis brumale, tum quod Burgensis civitas frigidiori esset sub climate, maxime vero ut bono Palentino episcopo gratificaremur. Unde etiam prius ea perfecta est, sicuti jam supra narratum fuit. Sed quoniam, cum ibidem agerem, Soriensis foundationis occasio sese inexpectato obtulit, visum mihi (quod omnia hic parata et confecta essent) satius futurum prius illuc proficisci, atque inde demum Burgos me conferre.

Soriensis
foundationis
intentione

F

959 Visum autem Palentino episcopo (prout quidem

significat gratum
sibi fore

AUCTORE
V. D. M.

A

quidem cum ipsa rogabam) expedire ut rei huius et omnium quæ gerebantur, archiepiscopum certiorrem facerem. Adhuc ipse, dum ego Sorianam profecta eram, canonicum quemdam, Joannem Alphonsum nomine, hac sola de causa ad archiepiscopum misit. Hic vero multa cum amoris testificatione ad me scripsit se adventum meum desiderare; et, postquam cum canonico illo egisset, episcopo Palentino, cuius prudentiæ rem committebat, per litteras respondit se quidquid faceret, ideo facere quod Burgenses nosset; necesse enim esse ut eorum cum consensu fundatio fieret: itaque mentem suam esse ut ego me illuc conferrem, et rem hanc primo cum civitatis magistratu transigeremus; at hunc tamen, si forte facultatem nobis denegaret, impedire non posse quominus eam ipse archiepiscopus deinde concederet. Addebat se interfuisse foundationi monasterii nostri Abulensis, ac memoria tenere quantæ ibi turbæ et contradictiones fuissent excitatæ: has vero se Burgis antevenire velle; ac proin non expedire ut monasterium erigeretur nisi aut cum reditu aut cum assensu civitatis: se autem propterea hoc dicere quod ego ad reditum admittendum non omnino propenderem.

B

in ipsa Burgis
conuoluntatem exi-
git.

960 Palentius ergo præsul rem plane confectam existimabat, nec immerito; quandoquidem archiepiscopus suaserat ut Burgos venirem. Quare, misso nuntio, significavit ut illuc proficisceremur. Ego vero aliquem animi defectum in archiepiscopo percipere mihi videbar; adeoque ad eum rescripsi me quidem gratias ei agere de beneficio mihi præstito, sed peius mihi videri ac maiorem archiepiscopo invidiam creatum iri, si invita civitate monasterium fundarem, quam si id faceremus nihil magistratui indicando. Videor mihi jam tum præsagiisse quam parum subsidii nobis ab ipso sperandum esset, si qua forte contradictio in fundatione procuranda sese mihi obijceret. Quin etiam negotium hoc difficile fore arbitrabar e varietate opinionum quæ huiusmodi in rebus occurrere solet. Quapropter et ad episcopum Palentinum epistolam dedi, ei supplicans ut, cum exigua ætatis pars reliqua esset nec me infirmitates meæ in regione adeo brumali commorari sinerent, fundatio hæc pro eo tempore omitteretur. Suspicionem equidem meam de archiepiscopo ei non aperui, tum quia suapte sponte jam ægre ferebat difficultates ab illo allegari post tot benevolentiam significationes, tum ne inter eos, amici cum sint, discordiam sererem. Soria igitur Abulam discessi, nequaquam interea in animo habens tam cito Burgos adire; ac meus quidem in Abulense S. Josephi cœnobium adventus quasdam ob causas erat pernecessarius.

C

Catharina de
Tolosa, vidua.

961 Habitabat autem tunc Burgis sancta quædam vidua, Catharina de Tolosa nuncupata, e Cantabria oriunda; cuius si virtutes, poenitentiam, orationem, liberales eleemosynas, caritatem, præclarum ingenium ac fortitudinem animi prædicare vellem, longam contexere narrationis seriem possem. Duas hæc in Vallisoletano Ordinis nostri cœnobio, a Conceptione Deiparæ Matris vocato, filias (idque, ni fallor, jam a quadriennio) collocarat: postea et alias duas Palentino dedicavit, expectans usque dum hoc constitueretur; quas, priusquam inde recederem, illuc deduxit. Quæ quatuor adeo bene profecere (utpote a tali matre institutæ et educatæ) ut Angelos sanctitate referre videantur. Amplas satis illis dabat dotes, et omnia necessaria quam abundantissime: ipsa namque rebus abundat, et quidquid facit, quam cumulatissime facit; et potest quidem, cum opulenta sit ac locuples.

962 Palentia ergo cum ageret, tam certo nobis

sperabamus facultatem ab archiepiscopo dandam, ut nullatenus de ea dubitandum videretur. Eam itaque rogavi domum mihi pretio conducibilem conquireret, ut in ea adire possessionem possemus, in qua et reticulatos cancellos et orbem versatilem adaptaret, meisque rationibus pretium horum adscriberet: nam volebam ut vel minimum de suo impenderet, sed ut mihi tantum mutaret. Tam ardentem porro hanc ipsa fundationem perfectam videre cupiebat, ut permolestum illi fuerit quod tunc ea confecta non fuerit. Unde, me Abulam (uti dixi) profecta, et nihil minus quam de fundatione hac conficienda cogitante, ipsa minime cessavit; nam, cum a sola facultatis magistratus impetratione negotium totum dependere illi videretur, eam (nihil omnino mihi indicando) procurare cœpit. Habebat namque duas vicinas magnæ auctoritatis fœminas, et permagnas Dei ancillas, matrem scilicet ac filiam, quæ hoc monasterium illic videre cumprimis desiderabant.

opera duarum
vicinarum

D

963 Matri nomen erat Maria Manrique, quæ filium habebat senatorem, Alphonsum a S. Dominico Manrique cognominatum: filia vero Catharina vocabatur. Ambæ instantem ab ipso petierunt ut rem hanc in senatu proponeret. Is ergo Catharinam de Tolosa convenit, petens ecquo nos dicere posset fundamento niti: neque enim facultatem a senatu datum iri, nisi aliquod subsidium haberemus. Ipsa se spondit domum ære suo (si aliunde nobis non suppeteret) comparaturam ac de victu prospecturam, uti et fecit; adeoque supplicem libellum suo signatum nomine senatui obtulit. D. Alphonsus rem adeo scite proposuit et conduxit, ut ab universis senatoribus facultatem hanc, et quidem in scriptis, obtinuerit, quam et archiepiscopo videntem dedit. Cum vero de hoc illa negotio agere cœpisset, per litteras mihi id significavit. Ego illam nugari et me ridere existimabam: scio namque quam ægre monasteria nullis dotata censibus admittantur; quod vero nescirem, ac ne cogitarem quidem, ipsam se facturam spondidisse id quod postea fecit, longe alia ad hoc mihi opus esse auctoritate videbatur.

a senatu civi-
tatis

E

964 Cum ergo intra octavam S. Martini hoc negotium Domino per orationem commendarem, animo reputare cœpi quidnam ipsa, si a magistratu jam ea facultas daretur, facerem: etenim parum tutum et expediens mihi videbatur, corpore adeo præ morbis attrito, cui frigus quam maxime officit (erat namque id tunc satis vehemens), Burgos me abire; nam temerarium erat tam longum me iter suscipere, cum nonnisi nuperrime ab altero valde difficili (quale me, dum Soria redirem, habuisse dixi) rediissem. Timebam quoque ne Pater provincialis id mihi non permetteret. Putabam proinde Palentinam præpositam non incommode eo posse mitti, quod, rebus omnibus jam dispositis et difficultatibus superatis, non multum negotii immineret. Dum autem hoc mecum volvo, et ab itinere suscipiendo animum prorsus avoco, hæc mihi Dominus verba dixit, e quibus jam tunc facultatem datam fuisse liquido perspexi: « Noli frigora hæc curare: ego namque verus sum calor. Omni die » bolus ope connititur ut hanc fundationem dis- » turbet: tu vero contra a parte mea connitere » ut ad exitum ea perducatur; et ne negligas ipsa » te illuc conferre: nam magnum inde commodum » proveniet. »

pro S. Funda-
trici,

F

965 Mox ergo opinionem et sententiam mutavi: nam, tametsi corpus in his quæ laboriosa sunt et difficilia, subinde repugnet, non tamen mihi aufert propositum pro magno illo Deo patiendi: unde ei

cui Deus inter-
num addit,

dixi

A dixi hosce debilitatis meae sensus non curaret, quominus ea quae sibi viderentur, mihi imperaret; sua namque ope et auxilio succurrente, me eadem praestitutam. Nimirum tum multa deciderat nix, et intensum erat frigus; et, quod maxime me segnem reddebat, infirma eram valetudine: hanc enim si bonam habuissem, reliqua omnia nihil esse mihi visa fuissent. Invaletudo porro hac in foundatione ut plurimum me exercuit: frigus vero fuit tam exiguum (quantum saltem ipsa sensi) ut aequo intensum Toleti sensisse mihi videar. E quo colligere est, Dominum ea quae mihi dixerat, reipsa compluisse fidemque liberasse.

Domitium impetret foundationem

966 Post paucos dies licentia magistratus ad me transmissa fuit cum epistolis Catharinae de Tolosa ejusque amicae Catharinae Manrique, quae me urgebant ut festinarem, quia timebant ne quod interveniret impedimentum. Etenim Patres Minimi eo tempore illuc cœnobium erectum venerant, et Carmelitæ Calceati jam dudum apud magistratum institerant ut foundationem sibi facere liceret, nec diu post advenerunt monachi S. Basilii. Magno sane impedimento si nobis esse poterant, eratque res consideratione digna quod tam multi simul eodem tempore ad monasteria ibi excitanda concurreremus; nec deerat Dei ob eminentem hujus civitatis caritatem dilaudandi locus: nam etsi oppidum hoc prosperitate qua solebat, non gauderet, multumque a pristino splendore decidisset, eos tamen omnes quam libentissime admisit. Semper quidem civitatis illius caritatem deprædicari audivi; sed non putabam eam tam intensam et eximiam esse. Hi quidem illis, alii aliis religiosis favebant et patrocinebantur. Sed archiepiscopus, omnia quae suboriri poterant incommoda perspicens, tam multa inibi monasteria fundari vetabat, ratus hac ratione Ordinibus eleemosyna viventibus aliquam injuriam fieri, eo quod hi se vix sustentare possent. Et forsani ipsimet eum propterea adierant, aut diabolus hanc technam invenerat, qua impediret ingens illud bonum quod Deus oppido in quod multa monasteria inducit, adferre solet; utpote qui plura aequè bene sustentare potest ac pauciora.

in sua domo inchoanda.

967 Hæc igitur fuit causa cur sanctæ illæ mulieres adeo me festinare vellent; ac, prout quidem voluntas mea erat, libenter statim me in viam dedissem, nisi quædam me negotia remanere coegissent. Cogitabam namque meam obligationem, ad videndum ne tam bona a parte mea elaboretur occasio, majorem multo esse quam illarum quas tam serio et impigre in hanc rem incumbere videbam. E verbis autem quæ a Domino intellexeram, magnam colligebam nobis instare contradictionem: at intelligere nequibam a quo aut undenam ea esset proventura. Etenim Catharina de Tolosa jam tum mihi scripserat domum in qua ipsa commorabatur, certo destinatum esse in qua adeunda esset possessio; adhuc magistratum et archiepiscopum facultatem apertissime concessisse. Quamobrem intelligere non poteram a quo hæc enascitura esset contradictio, quam a cacodæmonibus excitatum iri non dubitabam, quia ea quæ audieram verba a Domino venerant.

Sancta cum P. Gratiana

968 Majorem porro Dominus superioribus lucem communicare solet: nam cum Patri Provinciali scripasissem ut me (prout cœlitus jussa eram) illuc abire sineret, facile quidem mihi assensum præbuit et facultatem eundi dedit; at simul me rogavit num ab archiepiscopo licentiam scripto accepissem. Respondi Burgis mihi scriptum esse rem cum ipso communicatam fuisse, et, cum petita a magistratu facultas data jam esset, ipsum eam comprobasse

neque refragatum esse; proinde, tam ex hoc quam e verbis quæ isthoc in casu erat prolocutus, videri nos ea de re certos esse posse. Cæterum P. Provincialis una nobiscum ad hanc foundationem proficisci volebat: partim, credo, quod tum impedimentis et negotiis vacaret; nam paulo ante per Adventum conciones habuerat: partim quod Soriense monasterium eum visitare oportebat; nam ex quo id fundatum erat, nondum illud viderat, neque vero procul a via sua necesse eum erat deflectere: partim denique ut valetudini meæ per itinera et vias prospiceret, quod et tempus esset frigidum et immitte, et ego tam vetula et infirma; quippe vitam meam aliquanti adhuc referre existimabant.

AUCTORE
V. D. M.
D

969 Præter P. Gratianum comites Sanctæ adierant P. Petrus a Purificatione, Ven. Anna a S. Bartholomæo, Thomasina a S. Joanne Baptista, ex Albano monasterio accita, necnon e monasterio Abulensi soror laica, nomine Maria a S. Joanne Baptista, et novitia Teresia a Jesu, filia fratris S. Teresiae nuper defuncti. His comitibus, Sancta, die 11 Januarii Abula profecta, Methymnam Campi pervenit die 14; ibique Albertam a S. Joanne Baptista, priorissam, gravi morbo laterisque dolore decumbentem, voce ac tactu ad sanitatem revocavit, ut refertur in Relatione Auditorum Rotæ de ejus miraculis. Methymna excessit die 19 Januarii, uti pridie scripserat ad Dionysium de la Peña (tom. II, epist. 61); ubi advertendus levis error Ribera, asserentis eam tres dies Methymnæ constitisse. Vallisoleti, quo dein pervenit, quatrimum exegit; indeque, Palentiam abiens, socias secum duxit duas: Catharinam ab Assumptione, filiam Catharinae de Tolosa, et Catharinam a Jesu, quam auctor Chronici hic (lib. v, cap. XXV, num. 4) erronee vocat Isabellam a Jesu, sed postmodum se ipsum corrigit (cap. XXVI, num. 5); id quod Boucher non animadvertit. Enumeratis hactenus virginibus si addas Agnetem a Cruce, quam S. Fundatrix sibi Palentiae adscivit, numerus conficitur octonarius; quem numerum ipsa, scribens die XVI Januarii e suo Palentino monasterio ad benefactricem suam Catharinam de Tolosa, expresse designavit his verbis: Quinque sunt numero quæ Burgis remanebunt, et præter has duæ mihi comites; ita ut, si me connumeres, octo omnino veniamus (tom. II, epist. 72), atque iisdem pene verbis mox etiam eum in sua narratione designavit. Proin Ribera hic iterum errasse dicendus est, qui novem numeravit virgines, cæteris nimirum superaddens alteram Catharinam a Jesu, sororem laicam. Probabile est P. Gratianum sibi quoque Vallisoleti alterum adjunxisse socium; quandoquidem Ribera et Yepes diserte affirmant duos cum eo Excalceatos ad Burgensem foundationem ivisse, et Sancta etiam mox plurali numero de Gratiani sociis loquitur. Penes autem Chronici auctorem esto fides facti sequentis, de quo apud vetustiores S. Teresiae biographos nihil reperio: scilicet civem quemdam Vallisoletanum domum eum quingentorum aureorum reditu obtulisse, ubi teneræ ætatis puellæ a Carmelitanis monialibus erudirentur; sed Sanctam huic rei assentire noluisse, propterea quod sciret abbatem Vallisoletanum velle ut domus illa Ordinario loci subderetur.

atque pluribus comitibus

E

F

970 Hæc supplementi loco a me interseri oportuit. Cæteras itineris circumstantias docebit te Ribera, ac partim quoque ipsa Teresia, quæ ita suam prosequitur narrationem: Et certe quadam divinæ Providentiæ ordinatione factum est ut me Pater Provincialis comitaretur: nam viæ erant tales (utpote tot aquis oppletæ) ut et ipsum et socios ejus necesse fuerit explorare ubinam curribus incedendum esset, et ad vehicula cœnosis locis subinde edu-

particulosa

AUCTORE
V. D. M.

A cenda adjuvare, maxime in via media inter Palentiam et Burgos; adeo ut summo nos periculo tunc exposuerimus, quod per id tempus in viam nos dedimus. Verum quidem est dixisse mihi Dominum: « Ire potestis: nolite metuere; ego namque vobiscum ero et vos adjuvabo »; sed P. Provinciali tunc temporis id non significaram: id tamen mihi in maximis periculis et difficultatibus, in quæ subinde incidebamus, permagnæ consolationi erat; praesertim in loco cui a Pontonibus nomen est, haud procul Burgis, in quo aqua usque eo increverat (et quidem ad satis magnum spatium) ut nec pontes apparerent, nec qua incedendum esset dignosceremus, sed tam hinc quam illinc aqua profundissima undequaque late restagnaret. Magna temeritas est illac transire, ac praesertim curru: si enim cum vel modicum in latus vergere contingat, jamjam ab aquarum voragine abripiendus videtur; atque ita quidam e comitatus nostri curribus in praesentissimo mersionis fuit periculo. Unde ductorem quemdam e proximo diversorio, vadorum et locorum tractus hujus peritum, accepimus: nam certe ipsa admodum periculosa sunt.

difficillime itinere

B 971 Quam autem diversoria incommoda fuerint, dici nequit: quod enim viæ essent praepeditæ, hinc integras dietas conficere non poteramus; quia carrucæ nostræ ut plurimum cæno infixæ hærebant: unde etiam equos et jumenta e nonnullis dissolvere oportebat, quo aliæ e cœnensis illis præcipitiis educi possent. Magnis certe cum difficultatibus Patres nostri qui nos comitabantur, ibi sunt conflictati: habebamus namque aurigas adolescentes et satis improvidos. Porro ipsa Patris Provincialis praesentia permagno nobis solatio et alleviamento erat, quod is omnem in partem sedulus excubaret, adhuc adeo suavis ingenii sit ut nulla difficultate terreri aut de solita mentis constantia dimoveri posse videatur: unde quod summum et difficillimum erat, adeo ipse reddebat facile ut nihil esse videretur. Quamquam et circa Pontones non potuerit non timere: quis enim non timeat, ubi se in aquarum gurgitem, nullo viarum apparente indicio, nullo ad manum navigio, ferri videt? Quin et ipsa, quantumvis me Dominus securam esse jussisset, timui: quidni ergo sodales meæ et comites?

injunctum

C 972 Universim eramus octo: duæ mecum erant rediturae; quinquæ Burgis remansuræ, quatuor scilicet chorales et una laica. Nondum, credo, dixi quomodo P. Provincialis vocetur. Est F. Hieronymus Gratianus a Matre Dei, de quo jam alias mentionem feci. Ego vero e faucibus gravissime laborabam, quod me malum in via, cum Vallisoletum peterem, occupavit: accedebat ad id febris, quæ me minime deserebat: cibum autem quam difficillime et summo cum dolore trajiciebam. Hoc erat in causa ut quæ in via subeunda erant incommoda non adeo sentirem. Hoc porro malum usque modo, ad finem, inquam, mensis Junii, duravit, et esto non tam intensum (et quidem multis partibus), nihilominus sat multum mihi doloris et cruciatus affert. Omnes porro satis bene affectæ et animatæ erant: etenim post pericula exhausta et superata jucundum erat de iisdem loqui. Magnum sane quid est ex obedientia pati, illis praesertim quibus eadem adeo frequens et consueta est, uti hisce monialibus nostris.

adhibetur
Burgis.

973 Post hæc viarum incommoda, per plurima aquarum pericula, quæ, antequam eo veniremus, subeunda erant, Burgos tandem appulimus. Vult autem P. Provincialis ut prius sanctam Crucifixi effigiem visitatam abiremus, quo nostrorum ei negotiorum successum commendaremus, utque interea

advesperasceret, quod satis tempestive ad urbem D appulissemus. Feria sexta, postridie Conversionis S. Pauli, die xxvi Januarii, urbem inveci sumus. Deceveram vero, statim atque venissem, fundationem inchoare, eaque de causa multas litteras canonici Salinas (cujus in Palentina fundatione mentio facta est, cuique hæc Burgensis non minore labore constat) mecum tuleram, nec non aliorum virorum gravium et auctoritate valentium, ad consanguineos et amicos quos illic habebant, ut hi nostro negotio sese propitios præberent et faverent: uti etiam fecere: nam statim, postera die, omnes me visitatum venerunt; et civitatis rectores nobis significarunt adeo sese promissorum suorum non poenitere ut potius de meo adventu summopere gauderent: viderem proinde ac dicerem quam mihi ipsos in re putarem obsequium posse præstare.

974 Visa porro (si quis enim metus nobis fuerat, a parte magistratus semper fuerat) tanta eorum in nos propensione ac benevolentia, rem ut plane confectam ducebamus. Mens nobis erat, priusquam adventus noster innotuisset (quando scilicet propter densissimam pluviam nemo adhuc ad ædes bonæ Catharinae accesserat), archiepiscopum de eo certiorum facere, ut primum Sacrum mox dici posset (prout plerisque in locis facere soleo): sed hic id fieri non potuit. Nocte illa satis jucunde et suaviter requievimus, quod nos sancta illa mulier laute exciperet; esto eæ mihi deliciæ magno labore steterint. Ingens enim et luculentus focus ad nos exsiccandas structus, etsi in camino, usque eo mihi nocuit, ut caput sequenti die attollere non possem: unde me necesse erat eos qui me visitatum veniebant, in lecto jacentem, ad fenestram ferreo reticulo cancellatam veloque obtento tectam alloqui: quod certe mihi cumprimis pœnosum fuit, quod dies is esset quo rebus expediendis necessario vacare me oportebat.

ubi a magistratu bene excipitur.

975 Postridie ergo summo mane P. Provincialis archiepiscopum adiit, benedictionem illius petiturus: nam aliud nihil hac in re faciendum nobis putabamus. Quem adeo mutatum et stomachantem reperit, quod diceret me sine facultate illuc venisse, ut numquam aut ipse mihi mandasse ut illuc venirem aut nihilidum hac de re hactenus actum fuisse videretur. Ita P. Provinciale est allocutus ut valde mihi sese indignari ostenderet: ac licet tandem concederet mandasse se ut illuc venirem, ita tamen id sese aiebat intellexisse, ut ego sola rem tractatura venirem: quod vero tot simul moniales adducerem, perquam molestum illi accidit. Dixit ei P. Provincialis rem cum magistratu (uti fieri ipse volebat) jam confectam esse, ac proinde nihil aliud faciendum restare quam ut fundationem inchoaremus; Palentinum vero episcopum (dum videlicet illum rogarem num bene factum censeret, si archiepiscopo inscio et certiore non reddito urbem intrarem) nostram agendi rationem approbasse, quod archiepiscopus se fundationem desiderare diceret. Sed omnia hæc parum apud eum proficiebant. Sic ergo res transacta est. Certe factum id ideo quod monasterium Deus fundari omnimodis vellet (uti et ipsemet postea confessus est): nam si cum prius adventus nostri certiorum fecissemus, aperte edixisset ut non veniremus. Tandem ergo sic P. Provinciale a se dimisit, ut ante se negaret potestatem facturum quam domum propriam et redditus certos haberemus; alioquin posse nos re infecta reverti: quasi vero viæ jam essent expeditæ et tempus commodum.

sed ab archiepiscopo non item.

E

hic nempe, ve-
rum conciliat.

A 976 Quam, o Deus meus, certum est, ei qui tibi aliquod obsequium praeat, citissime magno aliquo labore mercedem a te persolvi! Quae autem merces haberi potest pretiosior ab iis qui ex animo te diligunt, si illius valorem intelligere initio nobis datum fuisset! Tunc vero lucrum illud habere ipsae volebamus, quoniam omne negotium nostrum per id corruiere videbatur. Dicebat enim archiepiscopus redditum quem habere, et domum quam emere debebamus, ex dotibus quas moniales ingredientibus daturae erant, comparari non debere. Et cum remedium tunc temporis menti non occurreret, nullum reapse remedium a nobis inventum iri putabatur. At non ita videbatur mihi: semper enim certa eram ac sperabam omnia haec nobis in melius cessura, et nonnisi diaboli technas et molimina esse ad rem hanc penitus disturbendam; Deum vero tandem opus suum feliciter ad exitum conducturum. Caeterum Pater Provincialis, his auditis, alacer et laetus inde rediit: tunc enim nullatenus est turbatus. Deus quippe id ita fieri volebat, ne ipse me objurgaret, quod datam facultatem scripto (prout quidem is faciendum suaserat) committi non jussissem.

B ne celebrandi
quidem

977 Quidam ex amicis ad quos canonicus Salinas (uti dixi) litteras commendatitias dederat, venerat me invisum; isque et consanguinei ejus suadebant ut ab archiepiscopo facultatem peteremus, ut nobis in domo in qua agebamus Sacrum posset celebrari, ne per plateas, quae admodum tunc lutulentae erant, incederemus: indecens enim videbatur et inconveniens nos Excalceatas ita foras prodire. Domus haec commodum satis ad hoc locum habebat, utpote qui Patribus Societatis Jesu, cum primum Burgos venerunt, et quidem octo annorum spatio, vicem templi praebuerat. Itaque non inconueniens futurum nobis videbatur, si ibidem loci possessionem caperemus, usquedum domum aliam haberemus. Numquam vero impetrari ab archiepiscopo potuit ut ibi nos Sacrum audire sineret, tametsi duo canonici id ipsum quam instantissime ab eo efflagitarent (*aliqui multi cum ipsis tum e clero tum e laicis, teste auctore Chronici, qui nominatim designat Mariam Manrique, egregiam matronam, matrem P. Angeli Manrique Ord. Cist., biographi Ven. Annae a Jesu*).

C in Catharina
domo Sacri.

978 Aliud vero non concessit, quam ut, postquam censum stabilem jam haberemus, illic foundationem auspicaremur, donec domum propriam haberemus; quin etiam datis fidejussoribus nos sibi promittere voluit talem nos empturas, indeque emigraturas. Haec vero quamprimum invenimus: etenim consanguinei et amici canonici Salinas ad hoc sese obtulere, Catharina vero de Tolosa redditus se daturam spopondit, ut sic foundationi initium daretur. Inter haec, dum disquiritur quomodo aut unde census constituendus esset, tres et amplius hebdomadae effluerant. Nos interea Sacrum non audiebamus nisi solum festis diebus, ac tum quidem summo mane. Ego vero febricitabam, et satis male valebam: sed Catharina de Tolosa ita nobis abunde de omnibus providebat, ut quam jucundissime agerem; et mense integro tam copiose tantaeque animi alacritate nos in quadam aedium suarum parte a ceteris sequestrata aluit, ac si singularum mater esset. *Conferri hic possunt litterae quas S. Teresia die vi Februarii dedit ad priorissam Hispanensem, et quarum latorem Petrum de Tolosa, Catharinae filium, eidem priorissae cum multa matris ejus laude commendat (tom. II, epist. 102).*

modum funda-
tionis audit
auspicander.

979 Interea temporis, peregit, Pater Provincialis cum suis comitibus diversabatur apud quemdam ex

amicis suis, quorum eodem in collegio olim litteris operam dederat: erat hic doctor Manso, theologiae ibidem in primaria aede canonicus. Grave vero ei et permolestum erat quod tanto tempore illic se morari oporteret, et nesciret quo se a nobis modo posset subducere. Fidejussoribus demum productis, et redditu constituto, archiepiscopus provisorii rem in manus tradi jussit, pollicitus fore ut quamprimum expediretur. Diabolus certe huic se negotio immiscere videbatur: nam postquam illud mature examinatum esset, ut nullam jam superesse difficultatem existimarem, et jam prope mensis effluxisset ex quo archiepiscopus consenserat ut eo quo dictum est modo res perageretur, misit mihi provisor schedam, in qua scribebat non ante potestatem fundandi nobis datum iri quam proprias aedes haberemus: nolle namque archiepiscopum ut in domo in qua agebamus, foundationem inchoarem, quod ea esset humida, et platea in qua sita erat, admodum tumultuosa et inquieta. Adhaec nescio quos scrupulos et difficultates nobis movebat circa redditus certitudinem, et alia nonnulla, tamquam si tunc primum res inciperet; et nisi ita faceremus, non esse quod amplius instarem: denique domum archiepiscopo placere debere.

AUCTORE
V. D. M.
D

980 Magna sane fuit Patris Provincialis, cum hoc vidit, atque adeo omnium, animi aegritudo: certum namque est ad situm aliquem monasterio condendo accommodum coemendum multo opus esse tempore. Permolestum quoque ei erat videre quod ad Sacrum audiendum nos oporteret foras prodire: nam, quamvis templum non ita procul distaret, et ipsae quodam in sacello secreto, nemine nos conspiciente, id audiremus, ei tamen et nobis longe id erat molestissimum. Unde is id aegre ferens, jam tunc (ut credo) decrevit ut irrita re, unde veneramus, rediremus. Ego vero ei minime assentiri poteram, cum praesertim in memoriam reducerem id quod mihi Dominus ante dixerat, ut scilicet ex ejus parte rem auspicarer. Adeo certo eam conficiendam sperabam, ut vix aliquam hac e tergiversatione molestiam sentirem. Solum me affligebat quod P. Provinciale mœstum cernerem, ac dolebam imprimis quod is nobiscum venisset, utpote quae nesciebam quantum deinde nobis amici ipsius (uti postea referam) essent auxiliaturi. Me ergo in hac afflictione constituta, comitibus quoque meis adhuc magis afflictis (quamquam illarum afflictione non tangerer, sed sola P. Provincialis), Dominus mihi, extra orationis tempus, haec verba dixit: «Firmo perge animo, Teresia.» Hoc ego animata monito, majore jam generositate P. Provinciale cohortor (et certe Majestas illius hanc ei haud dubie etiam suggessit) ut inde ad sua negotia digrediretur, nosque Burgis relinqueret, quod jam quadragésimales feriae imminerent, quibus illum alibi conciones habere necessario oportebat.

E facere vult po-
testatem.

F

981 Ipse ergo et amici quidam operam dederunt ut nobis aliquot cubacula in nosocomio a Conceptione denominato, in quo et Venerabilis asservabatur Eucharistia et quotidie Sacrum peragebatur, attribuerentur. Hoc quidem ei aliquod attulit gaudium et solatium; at non ita nobis: etenim vidua quaedam, quae commodissimum ibi cubiculum conduxerat (etsi nonnisi post semestre huc esset commigratura), non modo illud cedere aut mutuo dare nobis noluit, verum etiam grave ei erat quod quaedam cubacula in solario, tecto rimoso vicina, et e quorum uno ad ejus cubiculum aditus patebat, nobis essent attributa. Unde, cum satis ei non esset illud forinsecus occludere clavenque penes se asservare, etiam clavos trabales introrsum jussit in-

Quare in no-
socomium
aliquid

figi.

AUCTORE
V. D. M.

A figi, idque usui ineptum reddidit. Adhuc sodales loci putabant nos nosocomium nobis arrogare et usurpare velle (quæ certe suspicio nimis quam a nobis erat aliena): volebat videlicet nobis Deus majoris meriti materiam dare. Unde coram notario tam P. Provinciale quam me spondere jubent, nos inde, quodcumque nobis dicerent, statim egressuros. Hoc mihi porro omnium videbatur difficillimum: timebam namque ne illa vidua, quæ et opulenta erat et consanguineos plurimos habebat, cum id illi in mentem veniret, nos inde subito juberet excedere. At Pater Provincialis (utpote prudentior et circumspectior) voluit nos facere quicquid hi fieri juberent, ut illuc quamprimum transire possemus.

transire mo-
niales cogun-
tur.

B 982 Alia loca nobis non dabant quam unum cubiculum cum quadam culina. Sed qui nosocomii hujus curam habebat, Ferdinandus de Matanza, insignis Dei servus, alia insuper duo cubicula nobis attribuit, in quibus externos ad colloquium admitteremus; in quo permagnam is nobis caritatem fecit, qualem et erga omnes exhibere solet, ut qui pauperum causa nihil non præstat. Quin et Franciscus de Cuevas, qui supremus cursorum magister hic est et nosocomii hujus curam peculiarem habebat, benevolam nobis se exhibuit, et quibuscumque in rebus potuit, semper nostrum se tutorem et patronum præstitit. *Transitum Sancta in id nosocomium fecit, sicut max ipsa docebit, die XXIII Februarii, postquam, ut ex ante relatis liquet, quatuor hebdomadas apud Catharinam de Tolosa exegerat: unde recte concludit P. Antonius a S. Josepho epistolam quam e nosocomio dedit ad Martinum Alphonsum de Salinas (tom. III, epist. 41) scribi non potuisse kalendis Februarii; ac proin in hispanico ejus textu pro primero de Febrero legendum est postrero de Febrero, vel, si mavis, primero de Marzo. Confirmat id ipsum epistola jam citata ad priorissam Hispalensem, ex qua colligitur Sanctam VI Februarii nondum e domo suæ hospitæ exisse.*

ubi pater Catha-
rinæ

C 983 Benefactorum, porro ait, in hisce principiis ideo mentionem facio, ut quæ jam vivunt moniales, et quæ post futurae sunt, eorum suis in precibus (ut par est) memores sint, eosque Deo commendent: fundatoribus enim hoc quam maxime debetur. Quamvis vero mea intentio initio non fuerit ut Catharina de Tolosa fundatrix domus hujus esset, quinimo ne quidem id cogitaverim, id tamen bona ejus vita apud Dominum promeruit, qui hoc modo rem omnem disposuit et ordinavit ut hic ei titulus merito denegari non possit. Nam, ut omittam quod domum emerit et de suo solverit (ni enim hoc fecisset, remedium ad hoc nullum suppetebat), dici sane non potest quanto omnes archiepiscopi tergiversationes et remoræ ei labore steterint. Maxima namque ei erat afflictio et crux vel tantum cogitare rem hanc collapsuram esse et exitum non habituram; numquam vero a nobis benefaciendo cessabat. Licet autem nosocomium hoc satis ab ædibus illius esset remotum, nihilominus magna quadam cum benevolentia et affectu pene quotidie nos visitabat, omniaque quibus opus habebamus, submittebat; tametsi malevoli eam identidem carperent et sugillarent, adeo ut, nisi haberet animum et generositatem quam habet, cavilli illi satis fuissent ad eam a copta benevolentia revocandam. Ego vero, quantum ipsa pateretur, nec non afflictionem ejus videns, summo pere intra memetipsam affligebar: licet enim eam ut plurimum me celaret, nonnumquam tamen dissimulare non poterat, ac præsertim cum cavilli conscientiam tangerent: habet enim eam cumprimis bonam et timoratam, ut, quantumvis magnam indignandi occasionem nonnulli ei darent, numquam

tamen eam vel verbum quod Deum offenderet, proloquentem audiverim.

D

984 Dicebant ergo illam recte ad infernum tendere; nam quomodo id facere posset quod faciebat, cum liberos haberet? Ipsa vero quicquid faciebat, non nisi arbitrio et consilio virorum doctorum faciebat: ego namque (esto ipsa forte secus censuisset) ob nullam omnino mundi hujus rem quippiam eam facere permissem quod facere nefas fuisset, tametsi propterea etiam mille monasteriorum omitteretur fundatio, nedum unius. Sed quia id quod tractabatur, occulto et secreto fiebat, hinc non miror, si plura homines suspicarentur quam revera erant. Ipsa vero semper insigni cum circumspectione et prudentia (qua pollet maxima) omnibus respondebat, omniaque æquanimiter sustinebat; satis ut appareret quamdam a Deo illi industriam dari ad his satisfaciendum et ad illos tolerandos, simul et virilem animum suggeri ad omnia æqua mente perferenda. Quanto servi Dei sunt ad res illustres et præclaras exequendas animosiores illis qui illustri quidem stirpe sunt editi, sed Deo non famulantur! Quamquam nec Catharinæ de Tolosa stirpis nobilitas et claritas deest: est namque valde honesto genere edita.

liberalitate
sustentantur.

985 Ut vero ad coeptam materiam redeam, P. Provincialis, cum nos jam conduxisset in locum in quo et audire possemus Sacrum et claustrum aliquo modo servare, Vallisoletum (quo in oppido eum concionari oportebat) ire decrevit, esto non sine anxietate, quod nihil in archiepiscopo videret e quo nobis illum facultatem concessurum sperare posset. Et, quamvis ipsa ei spem facerem, hanc tamen in animum inducere mihi que credere non poterat. Et certe magnas ad ita sentiendum habebat causas ac rationes, quas hoc loco non expedit referre. Si vero ipse exiguam habebat spem, amici certe adhuc minorem habebant, eamque adhuc magis dejiciebant. Ipse ut discessit, magna ex parte meam anxietatem imminutam sensi: nam (uti jam supra commemoravi) maxima quam sentiebam pressura erat quod eum afflictum viderem. Abiens is nobis in mandatis dedit ut domum propriam habere procuraremus; quod certe nimis quam difficile erat: hactenus quippe nulladum sese obtulerat quam emere possemus. Amici nostri maximopere de nobis solliciti et anxii fuere (ac potissimum duo illi amici Patris Provincialis); simul etiam inter se decrevere non prius archiepiscopo verbum de rebus nostris facere quam domum haberemus. Is vero semper se dictitabat majore foundationem hanc studio cupere quam alium quempiam in civitate. Equidem id credo (est namque tam pius et bonus, ut nihil nisi verum loqueretur); ex operibus tamen ejus id non satis apparebat: ea namque a nobis exigebat quæ (prout quidem nostræ erant facultates) penitus impossibilia videbantur. At hæc diaboli erat machina et versutia, ut res hæc disturbaretur. Sed quam, o Domine, ad oculum patet esse te potentem! Nam ex eo ipso quod is ad eam evertendam procudebat, tu rationem ad illam melius et commodius exequendam eliciisti. Esto in æternum benedictus.

usque dum do-
mum propri-
am acquirant.

F

§ LI. Remotis non ita facile obstaculis, demum foundationem suam Burgensem Sancta perficit.

D De foundatione Burgensi, cujus difficultia initia superiori

Tandem uti-
quanda Bar-
piz.

periori paragrapho legimus, videndum restat qui tandem ibi Sancta propriam sit nata domum et omnimodam archiepiscopi gratiam atque benevolentiam sibi conciliarit. Jam inde, ait, a vigilia S. Matthiae, qua in nosocomium ingressae sumus (ita veteres editiones ac versiones, et recte quidem: editio autem hispanica anni 1778 pro vispera de San Matias habet vispera de Santa Maria, quo nomine intelligi videtur pervigilium Purificationis Deiparae; sed hoc cum precedenti S. Matris narratione non coherere patet ex iis quae dixi num. 982), ad usque vigiliam S. Josephi domos varias inspeximus: sed in omnibus quae offerebantur, tot notabantur incommoda ut nullam ex oblatis emere consultum esset. Proposuerant mihi inter alias aedes quasdam viri nobilis, quae jam a multo tempore venales fuerant; et, quamvis tot ibi Ordines domum quererent, Deo tamen providente factum ut nullis horum arriderent. Jam vero id illi omnes non parum mirantur; quin imo eorum nonnullos eas tunc non coemisse valde deinde poenituit. Duo de iis aliquando mecum egerant: sed tam multi vicissim earum mihi incommoda narrabant ut omnem erga ipsas affectum (tamquam erga rem mihi minime expedientem), imo et memoriam jam exuissim.

juvante licen-
tiate Aguiario,

987 Cum ergo die quadam cum licentiate Aguiario, qui unus e Patris nostri amicis erat, quique magna cum sollicitudine domum nobis urbe tota conquirebat, agerem, isque mihi diceret multas quidem se vidisse, at nullam in universa civitate commodam reperisse, atque adeo impossibile penitus mihi videretur (prout quidem ex aliis intelligebam) ullam tunc invenire, subito mihi illarum aedium in mentem venit, a quibus dixi nos jam animum avocasse. Cogitavi ergo mecum eas, quamvis ita essent incommodae ac jactabant, praesenti tamen necessitati posse sufficere: etenim postea, si displicerent, facili negotio aliis revendi posse. Licentiate Aguiario rem hanc aperui, eumque rogavi ut meo nomine eas inspicere dignaretur. Forma illarum exterior ei non displicebat, esto eas non inspexisset: quare eas, quamvis tempus ventosissimum et immitte esset, quamprimum inspicere voluit. Earum inquilinus, quod eas vendi minime cupiebat, nulli inspiciendas dare volebat: at illarum situs et quantum quidem exterius colligere poterat, mire ei ardebant: unde de iis emendis agere decrevimus. Vir nobilis cujus eae erant, tum in civitate non aderat; sed sacerdoti cuidam, viro cumprimis pio, earum dividendarum curam dederat: huic vero Dominus voluntatem et propensionem injecit ad eas nobis vendendas et candide admodum ac sincere nobiscum agendum. Convenimus ut eas ipsa inspectum abirem: ita vero statim mihi placere, ut, tametsi duplum ejus quo venales esse audieram, pretium emptor postulasset, ipsum non illibenter persolvissim, atque etiam tum vili eas mihi cessisse pretio credidissim: nam idem jam ante biennium domino earum oblatum pretium erat; eo tamen eas vendere noluerat.

domini mona-
sterii septem

988 Postero ergo die sacerdos et licentiatas convenere. Hic cum audisset quodnam sacerdos pro iis pretium exigeret, voluisset id quamprimum obtulissim et inter nos convenissim. Hanc ego rem cum amicis quibusdam communicassem, dixerunt me, si tantum solverem, quingentos aureos ultra condignum pro iis soluturam. Cum hoc licentiate significassem, contra censebat is nos etiam infra condignum daturus, esto quidquid peterent daremus. Eiusdem opinionis eram et ego: nec adeo diu quoad hoc deliberassem, quod frustra esse ea deliberatio mihi videretur: verum quia de com-

muni Ordinis totius aere pretium id erat numerandum, hinc religioni mihi ducebam quidquid peterent offerre. Haec autem conventio et consultatio in ipsa S. Josephi vigilia ante Sacrum contigit: quare ut a Sacro partes rursus convenirent, ac tum rem concluderemus, edixi. Licentiatas autem vir boni iudicii est et sagax: unde perspiciebat et augurabatur, si res in plebem divulgari inciperet, fore ut vel eas multo carius vel prorsus non emeremus. Itaque sacerdotem spondere jussit sese post Sacrum illuc rediturum: nam in omnibus navum se et sedulum imprimis praebebat.

989 Interim nos Deo negotium per preces commendavimus; qui mihi tunc dixit: « Quid? Ob pecunias moraris? » quibus verbis significavit domum illam nobis quadrare. Rogarant moniales S. Josephum quam instantissime, ut in festivitate illius domum habere possent: cumque non cogitarent tam cito illam inveniendam, tamen votis ipsarum est satisfactum. Quod enim omnes me identidem urgerent, et suaderent ut tandem de emptionis pretio convenirem, tandem persuaserunt ut conventum sit. Licentiatas autem janua egrediens, in tabellionem, qui Deo dirigente et ordinante illac tum forte transibat, incidit: cum quo intrans, mihi dixit expedire negotio huic tandem finem imponi; convocatisque testibus, et atrii janua oclusa, ne quis rem resciret (unum namque hoc metuebat), stipulatio, omni quae ad eam necessaria erat, adhibita solemnitate et robore, idque in vigilia (uti dixi) gloriosi S. Josephi, per summam boni hujus fautoris diligentiam et prudentiam, inita confectaque est.

990 Nemo vero crediderat fore ut tam vili illa pretio venundaretur: unde cum primum ea res in vulgus innotuit, multi accessere aliunde emptores, dictitantes sacerdotem illum qui venditioni praefuerat, domum quodammodo incendisse, et stipulationem illam ut fallacem et subdolan revocandam: etenim manifestum in ea commissum esse errorem: unde non parum calumniarum sacerdos ille excepit. Dominos vero illius, qui erant (uti dixi) vir quidam illustris ejusque uxor, quamprimum certiores hujus rei fecimus: qui, audito domum suam jam in monasterium esse conversam, tanto perfusi sunt gaudio ut pacta atque conventa rata firmaque esse jusserint; quamquam jam ea dissolvere non possent. Postridie ergo venditionis confectae sunt tabulae, et tertia pretii pars (uti sacerdos stipulatus erat) mox persoluta: nam in nonnullis conventionis articulis omnino non ex aequo justoque nobiscum agebatur: sed interpretationem illam sustinimus dissimulantes.

991 Absurdum forte et ineptum cuipiam videatur tam diu me narrationi emptionis domus hujus immorari; at certe, quicumque rem hanc penitus considerarunt, illam sine miraculo confectam non fuisse censuere, partim quoad pretii quo empta est vilitatem, partim quod omnes religiosi qui illam inspexerant, adeo caecutierint, ut illam, quasi sibi minime convenientem, emere neglexerint, tamquam si Burgis non fuissent: unde mirabantur quotquot eam inspiciebant, quomodo hi ita caecutissent; adeoque eos reprehendebant atque inconsiderantiae coarguebant. Quin et duo monasteria monialium (quorum unum jam nuperrime illuc constitutum erat, aliud vero rure, ubi cenobium ipsarum concrematum erat, in urbem se contulerat) nec non alia quondam persona dives, quae monasterium quoddam fundare decreverat, et domum hanc inspectam ut incongruam neglexerat, posteaquam ea a nobis coempta est, quam maxime dolere quod a se

AUCTORE
V. D. M.
D)

in S. Josephi
pervigilio

E

Sancta comit.

F

Dei in hac re
providentiam

AUCTORE
V. D. M.

A

empta non esset. Is autem per civitatem spargebatur rumor, clare ut videremus, quam merito bonus licentius Agnarius procurarit ut res quam occultissime perageretur, talemque ipse a parte sua diligentiam adhibuerit; vero ut dicere possimus, ipsum unum, secundum Deum, nobis domum dedisse.

valde notum
fama

992 Magnum sane ad omnia momentum adfert bonum et solers ingenium: quod quia ipse tam praeclarum et eximium habet, et simul tam bonam ei voluntatem Deus indidit, hinc ejus adminiculo rem hanc confecit. Mense et amplius in nobis auxiliando, et designando quae restaurari oportebat, et quidem sat parvo impendio, naviter incubuit. Liquido autem apparebat Dominum domus hujus foundationem sibi soli reservasse; nam in ea omnia pene parata et disposita reperiebantur. Ut verum fatear, statim atque illam et omnem ejus instaurationem vidi (tamquam si ad nostrum usum constructa esset), merum mihi somnium videbatur universa tam celeriter confecta cernere. Unde eas quas ante passae eramus adversitates et difficultates Dominus, ad tam deliciosum nos locum conducendo, abunde compensavit. Etenim hortus, late patens prospectus et aqua ejus merus paradisi deliciarum videntur. Sit ipse in aeternum benedictus. Amen.

B

Archiepiscopo-
pum vero

993 Archiepiscopus statim rem hanc rescivit: unde non parum gavisus est quod tam commodas aedes nactae essemus; cujus rei causam contradictionem suam ex parte esse credebat, et non sine ratione. Ego ei scripsi magno me affectam gaudio fuisse eo quod haec illi placuissent; festinaturam quoque ut eae quamprimum habitationi adaptarentur, ut sic mihi facultatem faceret. Ergo quamprimum, ut illuc emigrarem, operam dedi. Dictum namque mihi a nonnemine tandem illos velle nos in uosocomio agere, usquedum litterae nescio quae confectae essent. Quamvis autem inquilinus illarum nondum emigrasset (nam etiam in illo inde excedere compellendo aliquam nos difficultatem subire oportuit), in quamdam tamen illarum partem nos recepimus. Intellexi porro archiepiscopum propterea non mediocriter succensuisse. Unde ipsa eum, prout potui, placare studui: nam quod bonus sit, esto irascatur subinde, statim placeatur. Indignatus quoque est, cognito nos illuc reticulatos cancellos et orbitam induxisse, quod in hoc morem ejus voluntati gerere non videremur. Cui rescripsi illa ut plurimum in adibus monialium recollectioni studentium adhiberi solere; at quod ad monasterii formam spectaret, nondum nos ausas fuisse vel crucem domui praeligere, ne monasterium ea esse videretur. Et erat hoc verum. Quantumlibet autem magnum is affectum et benevolentiam nobis declararet, tamen ab eo impetrari non potuit ut facultatem nobis concederet.

C

adhuc tergi-
strantibus

994 Venit autem domum inspecturus, quae ei mirifice placuit, plurimumque benevolentiae nobis ostendit; non tamen eam quam volebamus potestatem faciebat, esto illius concedenda majorem jam spem daret. At quod litterae quaedam et instrumenta cum Catharina de Tolosa conficienda essent, non parum timebamus ne ipse illam negaret. At doctor Mansius (est is alius ille amicus quem P. Provinciale Burgis habuisse dixi) illi perfamiliaris erat; hinc commodam explorabat opportunitatem ad hoc ei in mentem reducendam et facultatem impetrandam; etenim huic permolestum erat res nostras isthoc in statu videre. Nam ne quidem in domo quam ceteramus (tametsi ipsa sacellum privatum haberet, in quo domini illius Sacrum audierant) potestatem facere voluit ut Sacrum nobis celebra-

retur: unde diebus festis et Dominicis necesse nos erat foras prodire, ad ipsum quodam in templo audiendum (commodum autem accidebat quod hoc satis vicinum esset); atque ita inde ab eo tempore quo in domum hanc migravimus, usquedum illa in monasterii formam erigeretur, prope mensis effluxit. Omnes viri docti aiebant causam illam sufficientem esse ad facultatem dandam; et ipse archiepiscopus, qui valde doctus est, idem etiam videbat: adeo ut aliud cur ea differretur, in causa esse non videretur quam quod Dominus nos aliquid pati volebat. Ego quidem id satis aequanimiter ferebam; sed erat quaedam monialis, quae, quoties se in plateis videbat, ex formidine et angore tremiscebat. Eodem illo die XVIII Martii, quo facta fuit haec emptio, S. Mater de ea certiore per litteras fecit P. Ambrosium Marianum; et simul etiam, ut ex eisdem litteris patet, scripsit ad ducissam Albanam, cupiens ducis ducissaeque interventu impetrare a Nuntio apostolico, quam archiepiscopus Burgensis adhuc denegabat, Missa in privato sacello audienda facultatem (tom. IV, epist. 37).

995 Adhuc, inquit, in litteris et instrumentis conficiendis non parum difficultatis et laboris subimus: modo enim ei satis erat quod fidejussores offerremus, modo volebat praesente pecunia venditori satisfieri; quin et aliis multis in rebus importunus et molestus nobis extitit. Verum in hoc non tam archiepiscopus ipse quam provisor qui omne hoc negotium nobis facessivit, culpandus est; quem si tunc temporis Deus non immutasset, numquam rem, credo, ad exitum conducere potuissemus. Porro quam multa Catharinam de Tolosa hic pati oportuerit, dici non potest: omnia vero ipsa tam patienter pertulit ut me in admirationem raperet. In rebus autem necessariis nobis procurandis numquam defatigabatur; omnem namque quam in domo instruenda opus habebamus, suppellectilem quam libentissime subministravit, uti lectos et alia plurima; utpote quae domum satis habebat instructam; imo nihil eorum quibus opus habebamus (esto id ipsa domi suae non haberet) nobis defuturum videbatur. Alii qui monasteria nostra fundarunt, plures quidem quam ipsa facultates et possessiones eis dederunt; at qui plures nostra causa subierit labores, nullus est: quippe decuplo plus omnibus laboravit; imo, si liberos non habuisset, dedisset quidquid habere potuisset. Adeo vero longior haec mora ipsam conficiebat, et rei finem videre tam ardentem cupiebat, ut quidquid illius gratia faciebat, perexiguum illi videretur.

et moras ne-
citem

E

996 Ego vero, cum longam hanc tergiversationem viderem, ad Palentinum antistitem scripsi, eum rogans ut denuo ad archiepiscopum litteras scribere dignaretur, utpote qui non parum adversus eum commotus erat: nam quidquid in nos ille admitteret, hic velut sibi factum interpretabatur. Quod vero maxime mirabamur, id erat quod archiepiscopus nullam se nobis aliqua in re injuriam facere crederet. Rogavi ergo eum ut rursus archiepiscopum per litteras moneret, ut, quoniam jam de domo nobis prospectum erat, et quidquid is vellet, faciebamur, rem ad exitum aliquando conducere. Palentinus ergo talem pro eo epistolam apertam mihi misit, ut, si illi haec tradita fuisset, res nostras summo periculo exposuissemus, imo perdidissemus. Quocirca doctor Mansius, quo tum confessorio utebar et consultore, eam illi tradi noluit: nam, quamvis benevolentiam et amicitiam per omnia spiraret, quaedam tamen hinc inde interim proferebat, quae, prout quidem archiepiscopi natura erat, satis ad illum abalienandum erant; ut qui jam

Palentinus
episcopus, a
Sancta roga-
tus.

F

A qui jam tum, ob nonnulla quae ei nuntiari jusserat, ab eo alienior nonnihil erat, cum tamen antea summi inter se fuissent amici.

ad concessum
gratitudinem
permoveret

997 Mihi vero significavit, quemadmodum per Salvatoris nostri mortem, qui prius ad invicem inimici erant, facti sunt amici, ita vice versa me eos qui prius amici erant, inimicos inter se reddidisse. Ad quod ei respondi hinc eum videre posse quidnam ipsa essem : quamquam, quantum possum colligere, omni qua poteram ratione elaboraram et curaram ne hi ab invicem abalienarentur. Quare iterum Palentinum quam potui optimis rationibus rogavi ut alias ei litteras perofficiosas et benevolentia plenas mittere non gravaretur, ei ob oculos ponens quantum per hanc rem honori divino accederet incrementum. Fecit is quae ab eo postulabam; quod certe permultum fuit. Ubi vidit de honore divino agi, et hac sese re mihi gratificari (utpote qui tam continuo semper mihi est gratificatus), id se facturum recepit; mihi quoque rescripsit, quidquid hactenus in Ordinis gratiam praestitisset, sibi grave adeo non fuisse atque has ad archiepiscopum litteras mittere. Tandem ergo illae venero; quae, accedente quoque diligentia doctoris Mansii, archiepiscopum perpulerunt ut facultatem optatam nobis concesserit, et per bonum Ferdinandum de Matanza (qui summo cum animi sui gaudio eam attulit) nobis eam denuntiari jusserit.

quo oblecto;

998 Rerum gestarum seriem melius enucleare possumus ex epistola qua S. Mater die Parasceves, qui erat XIII Aprilis, gratias egit praesuli Palentino de missis ad archiepiscopum Burgensem litteris (tom. II, epist. 3). Nempe archiepiscopus, litteris illis mirum in modum delectatus, sponte coeperat, nemine rogante, manum dare conficiendo quamprimum foundationis negotio; jamque in prima urbis parœcia quaestionem jusserat institui num cui novum monasterium praedictum fore videretur : ad quam cum responsum fuisset foundationem illam adeo nemini displicere ut potius esset omnibus optatissima, voluerat illam, si fieri potuisset, ante solemniissimum Resurrectionis Dominicæ festum ad exitum deducere. Verum ipsae functiones sacrae laborumque moles, quibus clerus per eos dies distinebatur, quominus id fieret, obstaculo fuerunt, ac magis etiam propositum quod habebat archiepiscopus propriis manibus eadem monasterium Deo dicandi ac primum in ea Sacrificium Eucharisticum offerendi. Itaque dies ad id constituta fuit feria tertia Paschatis, ut Sancta quidem, dum eam scribebat epistolam, arbitrabatur : attamen eam sua fefellerit opinio, sive quia ab initio fuerat erronea, sive quia archiepiscopus mentem interea mutaverat. Hic enim neque primum apud moniales sacrificium venit, et optatam eis largiri facultatem, teste Ribera aliisque scriptoribus, distulit usque ad feriam Paschatis quartam, qui erat dies XVIII Aprilis.

testimoni concessio
datur

999 Illo autem die, ait Sancta, erant moniales magis desolatae quam fuerant hactenus, et bona Catharina de Tolosa ita mœrore contrita ut eam consolari nemo posset; ut eo ipso tempore quo nos jam recreare et gaudio perfundere Dominus volebat, magis nos affligere voluisse videatur. Quin et ego (quæ semper hactenus bene speraveram) superiore nocte aliquomodo coeperam diffidere. Sit nomen Domini benedictum et superexaltatum in sæcula. Doctore Mansio archiepiscopus potestatem fecit postridie Sacrum apud nos celebrandi et Sanctissimum Christi Corpus illic collocandi. Ipse ergo primam Deo Hostiam obtulit, et Pater Prior monasterii S. Pauli Ordinis Dominicanorum (cui Ordini, uti et Societati Jesu, permultum semper debui)

Sacrum summum celebravit, idque cum magna symphonicorum et citharædorum sua sponte venientium solemnitate.

AUCTORE
V. D. M.
D

cum magna
amicorum
omnium,

1000 Omnes amici et fautores nostri maxime perire gaudebant, et universi prope cives nobis congratulabantur, utpote qui nobis quam maxime compatiiebantur, quod tam male nos haberi cernebant; et quidquid archiepiscopus in nos committebat, tam illis indignum et grave videbatur, ut subinde magis sentirem quod de ipso dici audiebam quam quod ab ipso patiebar. Tanta autem erat tum bonæ Catharinæ de Tolosa tum omnium monialium lætitia, ut mihi ea devotionem excitaret, Dominoque dicerem : « Quid, quæso, spectant hæ ancillæ » tuæ aliud quam tibi servire et se propter te reclusas videre, unde numquam possint egredi? » Vix credat quisquam, nisi qui reipsa experitur, quantum in hisce foundationibus tum percipiatur gaudium, cum ita nos reclusas videmus ut nullus sæcularium ad nos ingredi queat. Nam quantumvis illi nobis propinqui sunt et cari, tantum tamen afferre nobis solatium et voluptatem non possunt, quantum percipimus dum solas et reclusas nos esse videmus. Perinde hic nobiscum agi videtur ac cum piscibus sagena e fluvio eductis, vivere prorsus non valentibus, nisi denuo in aquam conijciantur. Nam animæ in profluentibus Sponsi sui aquis vivere assuetæ, dum ex iis eductæ rerum mundi hujus retia conspiciuntur, vere vivere nequeunt, quoadusque sese denuo in easdem conjectas videant.

E

1001 Hoc autem in omnibus hisce sororibus semper video, idque per experientiam scio, moniales illas quæ quoddam ad foras egrediendum, ut inter sæculares versentur, et cum illis sæpius agendum, desiderium et pruritum sentiunt, nondum aquam illam vivam de qua cum Samaritana muliere Dominus locutus est, invenisse, ac Sponsum vultum suum ab illis abscondisse, et merito quidem, cum et illis volupe non sit cum illo tractare et conversari. Vereor autem ne duplici ex causa id contingat : nimirum aut quod statum hunc pure propter ipsum solum non assumpserint, aut quod, postquam illum jam assumpserunt, non agnoscant quantam ipsis Dominus gratiam, illas sibi seligendo, et, ne viro cuiquam, qui sæpe illis vitam (atque utinam non et animam) eripiat, subijciantur, liberando, præstiterit. Anne, o Sponse mi, vere homo et Deus, gratia hæc parvi facienda est? Laudemus ergo eum, carissimæ, quod nobis hanc fecerit; nec in tam magno Rege et Domino, qui nobis propter exiguos quosdam labores, tot quoque deliciis perfusos, quique cras finem accipient, regnum quod finem nescit, præparavit, dilaudando umquam defatigemur. Sit ipse in perpetuum benedictus. Amen.

maxima vero
monialium
lætitia;

F

1002 Aliquot post foundationem peractam diebus, Patri Provinciali et mihi visus est census annuus quem Catharina de Tolosa domui huic assignarat, incommodis quibusdam, e quibus et nobis lites suboriri et illi molestiæ exhiberi possent, obnoxius esse. Maluimus proinde Deo fidere quam occasionem retinere e qua ei quapiam in re enasci posset molestia. Quare, tum ob has tum ob alias rationes, omnes in capitulo congregatæ, annuente P. Provinciali, ea quam nobis Catharina dederat possessione coram tabellione publico haud gravate cessimus, omnesque ejusdem tabulas ei reddidimus. Factum hoc quam poterat secretissime, ne id resciceret archiepiscopus, qui id velut injuriam sibi factam fuisset interpretatus; esto ea omnis in monasterium hoc redundet : quando enim scitur aliquod monasterium in paupertate et sine censu fundatum esse, non est quod timeamus; nam passim eleemo-

quibus, etsi
censu stabili
careant,

AUCTORE
V. D. M.

A

synae submittuntur: verum quando censum habere stabilem vulgo creditur, subesse certe periculum aliquod videtur ne ei subinde ad victum necessaria desint. Et ita quidem modo Burgis res se habet: sed post Catharinae mortem aliter erit.

quid reman-
neret post
mortem

1003 Occursum nempe futurae necessitati per duas ejusdem filias, quae hoc ipso anno in Palentino conventu professionem erant emissurae: cum enim hae, jam vota editurae, Palentiae legitimae suae portioni renuntiassent, eamque matri addixissent, jussit haec ut eam renuntiationem irritam declararent, et in Burgense monasterium jus suum transferrent [de qua re Sancta utrique novitiae gratias scripto egit, tom. IV, epist. 69]. Haec, uti et dos quam alia ejusdem filia, quae hoc loco habitum monasticum induere voluit, attulit, utpote cui mater legitimae tum paternae tum maternae liberam dispositionem reliquit, censui quem prius ipsa nobis assignarat, aequivalere. Hoc dumtaxat incommodi est, quod hisce dotibus in praesentia frui non liceat: at semper mihi persuasi nihil illis umquam defuturum. Etenim Dominus, qui efficit ut aliis monasteriis quae in paupertate fundata sunt, eleemosynae attribuantur, aut corda hominum excitabit ut liberaliter huic benefaciant, aut alia media suggeret quibus se moniales sustineant et alantur.

B

defuturum af-
firmat Sancta.

1004 Sed quoniam nullum hactenus (uti quidem scio) hoc modo fundatum erat, hinc subinde Dominum rogabam, ut, quoniam hoc ipsum erigi voluisset, etiam monialibus de rebus necessariis et alimonia provideret: unde etiam hinc discedere non prius voluissim quam aliquam monialem habitum assumentem vidissem. Cumque quadam vice haec de re cogitarem, dixit mihi Dominus: « Quid dubitas? Jam omnia confecta et absoluta sunt. Bene potes abire. » Quibus verbis mihi significavit nihil necessariorum illis defuturum: unde ita sollicitudinem omnem deposui, tantamque fiduciam concepi, ac si valde opimum eis censum relinquerem. Itaque quamprimum de meo discessu agere cepi, quod jam tum frustra moras hic trahere mihi videretur, et aliud nihil agere quam in domo hac recreari et voluptatem capere (utpote quae mihi cumprimis placebat), et aliis in locis (esto majore cum labore) magis utilis esse possem. Porro archiepiscopus et episcopus Palentinus ex eo tempore egregie inter se amicitiam coluerunt. Etenim archiepiscopus statim singulari quodam modo erga nos affici coepit, sacramque Religionis habitum filiae Catharinae de Tolosa, nec non alii moniali quae hoc monasterium ingressa est, contulit (circa medium mensis Maji, ut videre est in epistola Sanctae ad Petrum Manso, tom. IV, epist. 9). Et hactenus semper fuere aliqui qui benigne nos, et quidem satis laute, habuere. Nec credo Dominum permissurum ut sponsae suae cum inopia conflictentur, si modo ipsae, sicuti debent, ei serviant. Det proinde Majestas illius, propter magnam suam misericordiam et bonitatem, illis ad hoc gratiam. Amen. Ita, quae ex libro *Fundationum S. Teresiae nobis erant exscribenda, finem tandem habent: nam reliquam capituli ultimi partem jam alibi legimus (num. 769, 770 et 771).*

C

Noverunt aut
regnum

1005 Absoluta demum feliciter post longas multasque difficultates fundatione illa Burgensi, ibidem S. Mater permansit ad finem usque Julii, sperans interim fore ut brevis sibi liceret Madriti conobium suis filiabus excitare, prout ostendunt epistolae ejus ad Petrum de Casa de Monte XIV Maji (tom. II, epist. 64), ad Dionysium de la Pena IV Junii (tom. II, epist. 62), ad Eleonoram a Misericordia VII Julii (tom. II, epist. 107). Praeter has epistolas, et alias quae data opportunitate fuerunt a me recen-

sita, Burgis adhuc scripsit XVIII Aprilis ad Fredericum Alvarez de Toledo, quartum ducem Albanum (t. II, epist. 7), eodem mense ad P. Nicolaum Doria (ibid. epist. 18), XX Maji ad Hieronymum Reynoso (tom. IV, epist. 50), VI et XIV Julii ad Mariam a S. Josepho, priorissam Hispalensem (tom. II, ep. 103 et 104); nec dubium quin longe plures varias in partes miserit epistolas. Caterum quid in ea civitate egerit, vel potius quid ibi passa sit, partim enarrat Ven. Anna a S. Bartholomaeo capite XII Commentarii de vita sua, jussu moderatorum suorum compositi. Cujus capituli, quoniam nativa qua conscriptum est simplicitate mirè se commendat, potissimam partem hic latine vertam.

fundatione
affligitur.

1006 Si vellem, inquit, omnes aerumnas atque molestias a S. Matre nostra per totum illud tempus quo ei comes itinerum adfui, toleratas singillatim referre, quandonam tandem scribendi mihi finis afforet, nescio. Quidquid enim in libris ejus legere est, etiam quod spectat ad fundationem Burgensem, quam omnium fecit ultimam non sine magnis difficultatibus, quasi omnino est nihil. Nihil quoque est quod interdum ipsa scribit de magna inopia ac paupertate qua in itineribus premebamur, deficientibus saepenumero rebus ad victum necessariis. Recordor aliquando, cum S. Mater gravi laboraret deliquio, nihil aliud ad eam sustentandum mihi fuisse in promptu praeter panis frustulum in frigidam intinctum. Namque ut extra civitatem prope flumen habitabamus, ab omni nos incolarum commercio dividerant aquae, in tantum scilicet exuberantes ut domum nostram non solum invaderent, sed ejus quoque parietes, quippe cum esset vetusta, undae cujusque impetus concuteret. Erat autem S. Matris cella adeo misera ut per tecti hiatus stellas quis aspicere potuisset, rimasque parietes agerent. Ad haec a frigoribus, quibus obnoxium est regionis illius caelum, plurimum patiebatur.

E

1007 Jam primam contignationem tenebant undae: quo in discrimine Sanctissimam Eucharistiam in supremam domus partem deferri curavimus; et metus singulis momentis erat ne mergeremur. Ita ab hora sexta matutina ad mediam usque noctem recitandis litanis institimus, sine quiete aut cibo; nam omnia nostra fluctus voraverant. Inter haec, cum recentissima esset illa fundatio, S. Mater valde angebatur; eo magis quod Dominus ita eam destituerat ut nesciret utrum praestaret illic persistere, an vero, quod alii religiosi jam fecerant, alio aufugere. Nostra autem trepidatio tanta fuit ut de Matre nostra cibisque ei afferendis ne cogitarem quidem. Quamobrem, cum valde sero jam esset, me advocans: « Vide, inquit, filia, num paululum panis superest; ac buccellam mihi, quaeso, porrige: vires enim me deficiunt. »

sub qua Ven.
Anna a S.
Bartholomaeo

F

1008 Haec ego audiens verba, videbar mihi dolore disrupti. Itaque novitiam e robustioribus advocavimus; quae cingulo tenus in aquam se inferens, panem inde extraxit, quo S. Matrem, caeteris escis destitutam, tantisper refecimus. Et omnes fame interibamus, nisi quidam civitatis viri (Angelos Dei esse putabamus, nec unde aut qua venissent, sciebamus) ad nos transnataissent; qui, portis disruptis, viam aquis, qua effluere possent, fecerunt. Postea vero quam effluerant, tanta remansit in domo lapidum copia ut iis impleta fuerint plaustra minimum octo. Natabat porro S. Matris nostrae cubiculum, vento, ut modo dicebam, pluviaeque et nocturno frigori patens: quare e duabus lodicibus quas in meo lecto habebam, alteram cubanti imposui, alteram circum lectum suspendi; ita tamen ut ipsa id non animadverteret: non enim me siviisset sic facere.

erga S. Ma-
trem, tunc
egrotam.

A ecre. Quae ut obdormiscere cœperat, ego juxta illam assidens quiescebam. Quando autem me advocabat, simulabam me meo e lecto surgere; ita ut aliquando mihi illa diceret: « Quomodo tam cito ades, filia? »

immo: mixt
alioct.

1009 Interdum quoque, illa dormiente, vestes ejus ac linteamina lotum ibam; quod quidem solatio mihi ac jucunditati erat, scienti quantopere ægrotae meae mundities ac nitor curae essent: unde multas noctes egi insonnes, sed, propter ejus amorem atque obsequium, libentissime. Quin etiam ipsa die qua ex hac vita erat decessura, quando eam jam vox defererat, nitidum ei velum nitidasque manicarum oras indui: qua munditie delectata oculosque in me conjiciens, dulco mihi arrisit, quasi in grati animi significationem. Ita nimirum semper omnibusque in rebus hoc munditiae concinnitatisque studium, quoad vixit, prae se tulit. Sed ut redeam ad ea quae cœperam dicere, equidem eo tempore tam bene corpore et animo valebam ac si totis dormissem noctibus et cibis laute fuisset usa. Scilicet id Dominus ita ordinavit ad S. Matris nostrae solatium: quae si vidisset curas quas ei impendebam, mihi nocere, incredibili inde dolore affecta fuisset. Adeoque hanc aliasque gratias mihi miseræ peccatrici Dominus præstitit propter famulam suam et amicam carissimam Teresiam, cui ego servire non eram digna. *Hactenus Ven. Anna a S. Bartholomæo, nonnulla deinde referens notatu digna de rebus a S. Teresia per ultimos vitae menses gestis, quas nunc ex ordine describere aggredior.*

§ LII. Ultima S. Teresiae itinera, extrema ejus ægro- tatio ac felicissimus ad cœ- lum transitus.

Burgensi citi-
tate relicta.

P rofecta Burgis fuit Sancta cum Anna a S. Bartholomæo et Teresia a Jesu, fratris sui filia, exeunte mense Julio; ac Palentiam mox pervenit, ubi die 11 Augusti litteras suo nomine scribendas curavit, quibus propria manu aliquot adjecit lineas, ad Thomasinam a S. Joanne Baptista, priorissam Burgensem (tom. IV, epist. 71). Ex his inter cætera accipimus, P. Nicolaum Doria, qui mense Mayo, ut *Chronicon refert* (lib. v, cap. xxvii, num. 6), ex Hispania in Italiam navigarat, Genuæ apud R. P. Casfardum, Ordinis Carmeli Generalem, tam bene rem egisse ut ab eo creatus fuerit procurator totius provinciae Excalceatorum et Excalceatarum. Rursum ad priorissam Burgensem litteras misit Sancta die 19 Augusti, in quarum fine nuntiat se ex voluntate P. Gratiani, cupientis ut Albam et Salmanticam iret, Albani verisimiliter eo anno profecturam (tom. II, epist. 105). Triduo vero ante, festo Transfigurationis Domini die, scripserat ad Teresiam Laiz, Albani cœnobii fundatricem, de rebus quibusdam illius cœnobii quas emendatas oportebat (tom. III, epist. 55). Demum adhuc die 21 Augusti epistolam Palentiam exaravit ad consanguineum suum Sancium Davila, de quo num. 28 et 881 dictum fuit (tom. I, epist. 7).

Palentia.

1011 Ex his litteris patet errasse auctorem Chronici, dum Burgensem S. Teresiae commorationem protraxit usque ad 1 Septembris, in errorem involutus epistola nescio qua ad priorissam Hispalensem (lib. v, cap. xxvi, num. 5, et cap. xxviii, num. 1). Quo autem die Palentiam S. Mater liquerit, non constat; sed eam 21 Augusti jam degisse Vallisoleti, ostendit epistola illo die data ad Annam ab Angelis,

priorissam Toletanam; cui epistola in impressis voluminibus altera annectitur, scripta initio Septembris (tom. IV, epist. 66). Duas alias habemus epistolas a Vallisoletano cœnobio hoc tempore missas: alteram die xxvii Augusti ad priorissam Burgensem (tom. II, epist. 106), alteram 1 Septembris ad P. Gratianum (tom. II, ep. 43), et hujus quidem posterioris unum folium, quod hodie pie asservant moniales Carmelitanae Bruzcellenses, non modo inspicere oculis meis, legere ac venerari mihi contigit, sed et, me pro Carmelitissis supplicante, id pro vera Sacra Reliquia agnitum est, confectaque de ejus authenticâ legitimâ tabula. De hac epistola, qua Gratianum S. Mater ob nonnullos defectus perstringit et quam video non valde accurate editam, plura dicturus alibi, unum hic de ea annotabo: nempe agi in illa de lite quam circa Laurentii Cepedii testamentum movere Sancta intendebat Beatrix de Castilla, socrus Francisci Cepedii, filii Laurentii, uti olim retuli (num. 43).

AUCTORE
V. D. M.
D

1012 Audienda hic iterum Ven. Anna a S. Bartholomæo: Vallisoleti, ait Vitæ suæ capite xiv, nova S. Matri accessit molestia propter testamentum quo frater ejus mandarat ut opes suæ omnes, si forte liberi sui improles morerentur, Abulensi monasterio nostro cederent. Contendebant autem amici ejus testamentum illud nullius esse valoris, ac proin S. Matri verba dare conabantur; licet ea minime esset facilis ad accipiendum quidquam quod non certo sciret Deo deberi. Cum autem ipsorum voluntati ac proposito negaret se concessuram, e causidicis unus eo processit inurbanitatis atque audaciæ ut recta accurrens ad cœnobium contumeliosis eam verbis alloqui non dubitaverit: non esse eam talem qualis appareret, multosque inter sæculares esse qui plura darent virtutum exempla quam ipsa. Ad quæ illa: « Rependat tibi Deus, inquit, hanc quam » mihi præstas gratiam; nec plura respondit. Cœnobii vero priorissa, victa adversariorum sollicitationibus, ad eorum partes transierat; nec Sancta, etsi plurimum ab illa diligebatur, eum quem debuit amorem ac reverentiam hisce in adjunctis exhibuit: edixitque adeo nobis ut suo e cœnobio abiremus. Quod ubi facere cœperamus, prope ostium veste me apprehendens: « Abite, ait, nec amplius huc revertamini. » Acerbissime S. Matris animum hæc verba pupugerunt, utpote prolata ab una filiarum suarum; a qua scilicet existimabat majorem sibi quam a sæcularibus deberi reverentiam, et se tamen sæcularibus ab ea postponi videbat.

Vallisoleta

E

1013 Igitur inde se recepit Methymnam Campi, qua Abulam, ubi prioratum gerebat, est iter. Eodem vespere quo illuc pervenit, priorissam monuit de re quadam non valde mala, sed tamen corrigenda. Quam monitionem cum priorissa non aequo animo tulisset, ægre vicissim S. Mater tulit quod filias suas videret, opera inferni hostis, ab ea quam antea præstare consueverant, obedientia excidisse. Quare in aliud cubiculum se ipsa abdidit, in aliud priorissa. Adeo autem mutatio illa mentium et insolentia S. Matrem nostram afflictavit ut vespere illo nihil comederit ac tota nocte permanserit insonnis. Dum hosce dolores S. Teresie e candida comitis ejus Annæ narratione describo, advertat velim lector me textu hispanico destitutum adhibere versionem ejus flandricam Antwerpiae iterato impressam anno 1733; id quod ideo præsertim moneo quia in versione gallica, Bruzellis anno 1708 edita, omittitur quidquid spectat ad injuriam S. Teresie a priorissâ Vallisoletana ac Methymnensi factam.

F
et Methymna
Campestris

1014 Vallisoleti autem, dum abitum jam meditaretur, die xv Septembris litteras exaravit ad Catharinam a Christo, priorissam Soricensem, mittend-

Albam, extre-
ma morbo cor-
rupta,

AUCTORE
V. D. M.

A das; quibus dein paucula aliquot verba Methymnae Campi subjunxit (tom. I, epist. 42). Mens illi tum erat quantocius Abulam se conferre, ut ibi monasterii sui rebus pro suo priorissae munere prospiceret, atque ut Teresia, fratris sui filia, quam comitem itineris habuerat, sacrum conferret velamen. Verum Methymnae Campi, quo videtur advenisse die XVI Septembris, obvium habuit P. Antonium a Jesu, vices absentis P. Gratiani tunc temporis agentem: quo jubente ac ducente, non Abulam, quo intenderat, sed Albam cum comitibus suis vecta fuit, ut nimirum faceret satis valida petitioni Mariae Henriquez, ducissae Albanae, quae magno ejus videndae alloquendaeque tenebatur desiderio. Postridie, ait Ven. Anna a S. Bartholomaeo, quam Methymnam perveneramus, sine cibo inde profectae sumus, propositum habentes manducandi inter viam. Tentabatur jam tunc S. Mater eo morbo quo brevi post absupta fuit; et cum totam illam diem iter fecissemus, nihil omnino cibi viribus ejus reficiendis invenire potueram. Cum vero sub noctem in pauperem devenissemus viculum, ne ibi quidem rerum edulium quidquam nobis suppetebat praeter aridas ficus aliquot. Cum igitur S. Mater, languens ac febris aestuans, mihi dixisset: « Num quid habes, filia? Aliquid, quaeso, » mihi da; vires enim mihi deficiunt », quatuor reales dedi ad emendum duo ova pretio quantumvis magno. Videns vero nec pecunia emi quidquam illic posse et nummos mihi integros reddi, non potui sine lacrymis in semimortuum Sanctae vultum oculos intendere: neque apta mihi suppetunt verba quibus illum quem tunc persensi dolorem describebam; cor enim meum tristitia ac mœrore dirumpi mihi videbatur.

Sancta de-
nit

B 1015 Ergo in fletus me projiciebam, quod tanta me in inopia constitutam cernebam, ut nihil haberem quo Matri carissimae ante oculos meos morienti levamen aliquod opemque afferre possem. At illa, angelicam in omnibus prae se ferens patientiam: « Tempera, inquit, filia, lacrymis: » Domini enim voluntate haec res accidit. » Quo magis nimirum appropinquabat tempus ubi ex hoc mundo erat migratura, eo magis omnibus illam modis Dominus probabat: et illa quidem sanctissime, ut semper fecerat, cuncta patiebatur; mihi vero (quippe animo meo non perinde atque illa moderari noveram) longe id accidebat acerbius. Quare oportuit ut ipsa me solaretur, juberetque animo esse aequiori; quod una ficu, quam comederat, sibi jam satis esse datum diceret. Postridie (nempe XX Septembris, hora sexta vespertina) Albam attigit; sed tanta cum jactatione atque alteratione valetudinis ut de vita ejus medici desperarent. Quod mihi fuit auditu molestissimum; praesertim dum cogitabam nos Albam esse, et me ei fore superstitem. Praeterquam enim quod altera alteram diligebamus, summæ mihi erat consolationi Christum Dominum nostrum in corde ejus una praesentem videre; cui videlicet anima ejus perinde erat conjuncta ac si apud illum fuisset in caelo: unde eam in me excitabat reverentiam quam Domino, ubi adest, homines prestare debent.

Aliaque inter
brachia Annae
a S. Bartho-
lomaeo.

C 1016 His narratis, res quasdam Ven. Dei Serva refert ad anteriora pertinentes tempora; quae ego, cum ea suis locis olim annotaverim, hic repetere non debeo, omissurus similiter, ne actionem agam, quae de ultimis quindecim vitae diebus et gloriosa morte S. Teresiae tam copiose quam eleganter scripsit Riberus. Pergit igitur Anna, post brevem quam dixi digressionem: Albam per quinque extremos S. Matris dies mortua videbar potius quam vivens. Biduo vero antequam moreretur, cum forte sola ipsi ad-

D essem: « Filia, inquit, venit jam abitus mei hora. » Quibus verbis cor meum quasi cultro percussum fuit. Nec jam pedem amplius ab ejus cubiculo movens, rogabam sorores ut quidquid opus foret ad me afferrent; idque ipsi deinde porrigebam: solamen enim ex meo capiebat consortio. Demum quae die ex hoc mundo migravit, loquelam mihi a summo mane dolor abstulerat: quare sub vespere P. Antonius a Jesu, e numero primorum Excalceatorum, qui moribundae aderat, mihi injunxit ut comestum secederem. Me comedente, irrequieta S. Mater huc illuc circumspiciebat. A qua cum petisset P. Antonius num forte me vellet, signis id aliquibus affirmavit; itaque revocata fui. Ubi advertit me regressam esse, dulces renidens ac multo cum amoris affectu manibus me suis apprehendens, in mea brachia caput reclinavit: quod ego ita sustinui atque amplexa fui donec expiravit. Interea ego magis mori videbar quam ipsa. Adeo namque Sponsi sui caritate flagrabat ut horam illam qua, solutis corporis vinculis, eo in perpetuum frui posset, unice concupisceret. Ad extremum Dominus, cujus infinita clementia est, cernens exiguum meam in hac cruce ferenda tolerantiam, conspiciendum se mihi obtulit cum ingenti Majestate et comitatu Sancto-
E rum ad extremam lecti spondam adstantium, a quibus beata illa anima in caelos deducenda erat. Sub qua visione, quae quidem eo duravit spatio quo Symbolum apostolicum recitare posses, dolor ille meus in magnam est animi tranquillitatem versus; et veniam interim a Domino petens, dixi: « Etiam si, » Domine, Majestati tuae placeret ut consortio Ma-
tris Teresiae adhuc aliquamdiu fruerer, nunc ta-
men, postquam ejus gloriam conspexi, te rogare
» malim ut ne uno quidem momento amplius eam in
» terra relinquant. » Sic anima illa beata discessit et columbae instar ad Dei sui fruitionem avolavit.

1017 Quas hactenus e Ven. Anna exscripsi mortis S. Teresiae circumstantias, easdem fere omnes insignis haec Dei famula jurejurando affirmavit anno 1596, ut colligitur ex processu compulsorali Abulensi (de quo vide quid monuerim num. 845). Accedit in processu remissorali Abulensi Teresia a Jesu junior, quae obitui Sanctae amicae suae testis item oculata interfuit; et testimonium Ven. Annae a S. Bartholomaeo non solum confirmavit, verum etiam sequentia addidit: ex splendore scilicet ac luce, quae totam cellam oppletam in spiritu vidit, tantam claritatem in faciem Ven. Annae fuisse percussam, ut ceterae moniales, insciae quid ageretur, attentius eam aspicerent quam S. Matrem; quod quidem ipsas postmodum narrasse admirabundas: ubi vero Sancta exspirasset, evanuisse visionem; Annamque ad se rediisse gratias Deo agendo. Ceteris equidem apparitionibus, signis atque portentis, quae S. Teresiae mortem vel comitata sunt vel proxime secuta, e quibus aliqua etiam in Breviario Romano memorantur, hic referendis supersedeo; quandoquidem praecipua quaeque apud Riberam et in Actis canonizationis legere est. Quod vero in eodem Breviario dicitur Sancta intolerabili divini amoris incendio potius quam vi morbi, Albam cum decumberet, ... purissimam animam Deo reddidisse, id Yepesii, viri prudentissimi, testimonio confirmare juvat.

qua Christum
Caelitibus ad-
stantes videt.

F 1018 Causam atque occasionem mortis ejus, inquit ille, medici referebant in magnam fatigationem laboresque itineris, quibus accedebat superveniens ei sanguinis fluxus, unde vires ei vitaeque defecerint. Quamvis negari nequeat haec adjuncta ad filum vitae ejus abruptum aliquid contulisse, tamen gladius qui mortem ei dedit, fuit impetus amoris divini adeo validus ac fortis ut non ad animam

purissimam
animam

A animae et spiritus tantum, sed ad corporis quoque et animae divisionem pertigerit. Namque toto illo spatio quatuordecim, uti diximus, horarum, quo absorpta atque in ecstasin rapta perstitit, ita ardere coeperat ac flagrare rerum quas videbat amore, et gaudio spel jam certo affulgentis, ut sui jam non potens, phœnici similis, in beato illo igne, in quo semper vixerat, animam exhalarit. Id quod ipsa postridie (imo ipsa nocte, ut habetur in processibus canonizationis) sui obitus revelavit Matri Catharinæ a Jesu, magna sanctitate ac perfectione virgini, quæ tum Veasensi cœnobio a se fundato præerat: hæc gravissimo decumbens morbo, cum ei obitum S. Matris, ne dolorem dolori adderent, moniales celavissent, illum nihilominus obitum scivit; dixitque P. Hieronymo a Matre Dei, Excalceatorum provinciali, Sanctam sibi magna cum gloria apparuisse, dicentem se Deo jam frui, ac magno amoris Dei impetu quem in morte sensisset, animam a corpore fuisse divulsam. . . . Idem S. Mater significavit gravi Ordinis sui prælato: magnos scilicet impetus illos causam fuisse suæ mortis; quippe tantam fuisse eorum vehementiam ut naturæ vires plane superaverint.

B 1019 Nec vero magnopere mirandum est impetum hujusmodi tam fortem esse ut animam a corpore separare valeat, siquidem de seipsa meminit Sancta quomodo aliquando solo auditu cantunculæ, qua canebatur quam amarum sit sine Dei visione vivere, impetu simili tam violenter efferbuerit, ut, ni cantus ille, Deo providente, mox desiisset, anima sua non potuisset amplius corpore contineri. Quin idipsum ante prædixerat, quando in Vita sua, agens de magnis istis motibus ac Dei desideriis, ita loquitur (cap. xx): «Credo, si, ut hæcenus fecit, dolor hic semper » procedat et increseat, Dominum pro sua bonitate » facturum aliquando ut hic simul cum vita finem » accipiat. » Et alibi loquens de se ipsa (in Concept. amoris, cap. vii): «Novi quamdam, ait, quæ, cum in » eo orationis genere versaretur et suavem quem- » dam cantum audiret, asseruerit, nisi cantus iste » desiisset, visum sibi fore ut anima e corpore exi- » ret: quare divinam Majestatem effecisse ut cantus » ille finem acciperet; se enim in hac suspensione » constitutam mori quidem potuisse, sed non po- » tuisse dicere canenti ut cessaret. » Atque hanc veram fuisse mortis ejus causam apparet e tranquillitate qua ita moriens fruebatur, ut virgines illæ quæ sæpenumero eam in oratione extra se raptam viderant, non aliud tunc putarent nisi raptum ejusmodi ei contigisse. Tandem vero ingenti illa amoris vehementia atque impetu anima ejus tam fortiter concitata fuit ut non solum abstraheretur a sensibus corporis, sed et ab ipso corpore: adeoque ex intenso ardore, quo in amplexus et conjunctionem celestis ac divini Sponsi sui ruebat, magnus sanguinis fluxus et hinc mors ipsa processit. Commendatur hic Yepesii locus in Relatione Auditorum Rotæ de virtutibus S. Teresiae, ubi et ipsi referunt revelationem qua Sancta aperuit se ultimo eo maximoque amoris impetu, quem morti proxima sensit, potius mortuam quam ex vi morbi. Ad hæc, præter Breviarium Romanum, quod jam allegavi, Yepesio adscriptus insuper fuit Christi in terris Vicarius Gregorius XV in Bulla canonizationis: Quin etiam, inquiens, post mortem eundem moniali per visum manifestavit se non vi morbi, sed ex intolerabili divini amoris incendio vita excessisse. Demum S. Franciscus Salesius in suo Tractatu de amore Dei hæc habet: Beata Virgo Teresia revelavit se impetu amoris tam violento mortuam esse, ut, natura cum impetum

C ferre non valente, anima ad sui amoris objectum ab-

repta fuerit (l. xii, c. ii). Et S. Alphonsus de Ligorio, in sua erga S. Teresiam novendiali Devotione (consider. ix) pariter dicit eam in dulci amoris incendio et præ amoris violentia exspirasse. Tandem ad citata ab Yepesio e S. Teresia loca unum addam ex ejus libro de Via perfectionis, ubi sic inquit: Potest crescere adeo amor et desiderium Dei ut subjectum naturale ferre illud nequeat; et aliqui ita sunt mortui (cap. xix, num. 9).

1020 Enimvero non uni Teresiae tale mortis genus contigisse fert Historia. Sic v. g. in Breviario Romano idem de S. Gertrude abbatisa ad diem xv Novembris legimus: Flagrantissimo Dei amore potius quam morbo languescens, anno Domini MCCXCH vita decessit. Sic sæculo xv anonymus quidam Carthusianus (ut ex archivis conventus Carthusianorum Gandensium refert Arnoldus Raissius, in suo ad Natales Sanctorum Belgii J. Molani Auctario ad diem i Martii, utque ante ipsum retulerat Dorlandus, Chron. Carth. lib. v, cap. xxviii, absque loci et temporis nota), quodam tempore post meridiem reversus e refectorio, dum solitæ contemplationis æstuarer ardoribus, tam flagrans eum divini amoris ignis apprehendit, ut hunc lutei vasculi haud ferret infirmitas; sed anima, sitiens Deum vivum, in cælum, visibili eam comitante gloria, evolarit. Sic in ipsis Sanctorum Actis quorum continuationi insudamus, mihi e Prosperi Lambertini, postea Benedicti XIV, indicatione (de Beatif. et Canoniz. lib. iii, cap. xxxviii, num. 25) occurrit ad diem xii Maji B. Imelda Lambertina; quæ, annum vixdum undecimum ætatis agens, sumpta sacra Hostia de calo delapsa, clausis suaviter oculis, quasi somno indulgens, spiritum Christo Sponso suo reddidit, qui mortali corpore conclusus tantas delicias ferre diutius non posset (tom. III Maji, pag. 184). Allegare pro eodem argumento hic juvat Bossuetium, Meldensem episcopum, qui in Oratione panegyrica in laudem S. Teresiae habita egregie ostendit Seraphicam Virginem, vere caritatis victimam, jamdudum amoris vi moriendo ad Sponsum suum abire debuisse, nisi Deus effecisset ut patiendo vitam praterheret. Ut enim ipsa scripsit ultimo Vita suæ capite, adeoque vigesimo circiter ante obitum suum anno, solebat identidem tota voluntatis vi ad Deum evibrare inflammata hæc desideria: Domine, aut mori aut pati! Neque aliud te mihi rogo. Et addit auditum horologii pulsum sibi solamen offerre, eo quod, hac elapsa vitæ suæ hora, cogitaret se tantillum Deo videndo propiorem.

F 1021 Enucleandum restat et alterum Breviarii assertum, S. Teresiam obiisse prænuntiato suæ mortis die. Qua in re, ne qua oboriatur confusio, bene notari velim diæ prænotationem omnino distinguendam esse a prænotatione anni. Scilicet diem qua moritura erat, non ita diu prænovit S. Mater; quandoquidem viginti ante diebus significarat priorissæ Sorienti velle se ad breve tempus Abulæ sistere, indeque Salmanticam petere, spem una multam ostendens fore ut Madritum quoque cœnobii fundandi ergo ire posset (tom. I, epist. 42), Salmantica vero Albanam transire statuerat (tom. II, epist. 43), præmonueratque jam mense Augusto moniales suas Albanas futuram se forsitan apud ipsas tempore hiemis (tom. II, epist. 105). Utique hæc Sancta non scripsisset, si jam tum scivisset se festo S. Francisci Assisiatis die morituram. Riberæ igitur ac Yepesio adharendum videtur, qui ex communi fama asseruerunt S. Matrem certo de mortis suæ die prædoctam fuisse triduo ante, quando totam prope noctem orando transegit, ut idem auctores et alii post eos maxime accurati referunt.

AUCTORE
V. D. M.
D

quam divini
amoris incen-
dio suaviter
exhalat.

E

F

prædicta tri-
duo ante mor-
tis suæ diem.

AUCTORE
V. D. M.
cum a pluri-
bus jam an-
nus.

A 1022 Verum ad annum quod spectat, hunc Sancta praeceperat jam a longo tempore. Etenim anno 1574, cum esset Methymnae Campi (hanc civitatem designat P. Fredericus, lib. V, cap. 1; et Sancta ibi reapse fuit anno 1574, ut vidimus num. 593) rogareturque a consanguinea sua Agnete a Jesu, priorissa, quantum haberet aetatis, respondit alta voce se natam esse annos quinquaginta novem; ac voce dein submissiore, quasi secum ipsa loquens, subdixit: Quot restant ad sexaginta octo? Audivit haec verba, quippe prope adstans, Isabella a Jesu, tunc cum S. Matre Segoviam profectura; eademque anno 1592 in processu informativo Salmanticensi (uti docent duo Summaria MSS., alterum de universa vita S. Teresiae, alterum de ejus prophetiae dono, jam alias a me citata) fideliter, prout audierat, retulit: quae etiam occasione duo facta quae sequuntur patefecit. Nimirum paulo plus tribus annis antequam Deus illam ad se vocaret (id est, ut vidimus num. 845, anno 1579), S. Teresia Salmanticae cum quodam medico agens de suis infirmitatibus, dum is quaedam illi praeberet remedia: Quorsum, ait, tanta cura ei impendatur quae tres tantum aut quatuor annos adhuc debeat vivere? Postea, quando e quodam canobio suo ultima vice exivit, diserte praedixit monialibus se illas non amplius visuram in terris et fecit illis exhortationem cum magno animi affectu. Hoc quidem, si verbis Summariorum inhæreamus, Salmanticae quoque acculisse dicendum est. Yepes vero, de Salmantica non loquens, ultimum illud vale Segoviae dictum perhibet: quod equidem verius esse existimo; praesertim quia, ut modo videbamus, Sancta paulo ante mortem suam adhuc habebat propositum ut Salmanticam iret. Et in processus canonizationis irreperere potuisse nomen hujusmodi equivocationem (qua tamen rei substantia non laeditur), e serie vitae ipsius testis facile ostensu est.

ut certa doceret
testimonium.

C 1023 Fidelicet Isabella de Ximena, ad quam adhuc saecularem, eo tempore quod Salmanticensem inter et Segoviensem foundationem effluxit, S. Mater litteras scripsit (tom. I, epist. 40), nata erat Segoviae; Salmanticae vero Teresiano Instituto nomen dedit ac solennia professionis vota emisit. Dehinc anno 1574 S. Reformatricem (ut diximus num. 591) comitata fuit in patriam civitatem Segoviam, ut novae illuc foundationis cum tribus aliis monialibus initia poneret. Unde redux, Salmanticae iterum versabatur anno 1579, ut patefacit quaedam Sanctae epistola ad priorissam Salmanticensem (tom. II, epist. 78). Anno autem 1580 exeunte, Palentinam adiit foundationem, ceteris ut monialibus in ea praesset (uti vidimus num. 908). Quoniam vero S. Mater Junio jam mense Toletum profecta fuit ut Vallisoletum iret, cum episcopo Palentino de dicta fundatione locutura, quo in itinere (ut demonstratum fuit num. 875 et seqq.) Segoviae, Abulae et Methymnae Campi satis diu haerere debuit, non improbabilis est conjectura Isabellam a Jesu, ad novam foundationem destinatam, Segoviae cum S. Matre affuisse; sive quod ibi jam pridem iterum ageret, sive quod eam Sancta hac occasione vel paulo antea Salmantica accersivisset: utrumque enim fieri potuit. Demum, quo tempore P. Ribera vitam S. Teresiae edidit (edidit autem anno 1590), Isabella, ut ipse testatur lib. III, cap. 1, priorissam agebat Salmanticae; ubi etiam anno 1592 de Sanctae Teresiae virtutibus ac miraculis testimonium edidit. His explicatis, quis non videat, id quod paulo ante dicebam, in hoc testimonio facile Salmanticum loco Segoviae vel dici vel scribi potuisse? Ceterum, utiat res se habet, sive levis hic error Summario insit seu me mea conjectura fallat, certe constat S. Teresiae praedictam.

1024 Praeterea, teste Yepesio, S. Mater annum obitus sui, a Domino sibi revelatum ante octo vel etiam plures annos, notis quibusdam breviario quo utebatur inscripserat; eumque manifestarat P. Ambrosio Mariano. Nescio an meritissimus scriptor loquatur de scheda quadam in breviario illo inventa, quam post Sanctae mortem in manus P. Gratiani venisse, atque ab eo, utpote arcani conscio, facile explicatam fuisse, asserit P. Antonius a S. Josepho, qui quidem hoc constare affirmat e testimonio Mariae a S. Josepho, sororis P. Gratiani (quam cave confundas cum altera insigni moniali ejusdem nominis, de qua sapissime egimus, et speciatim § XLII), asseverans insuper, e notis quas a P. Alphonso a Matre Dei ad auctorem Chronici transmissas et in archivis Ordinis asservatas fuisse dicit, P. Riberam et P. Ludovicum de Leon hujus schedulae interpretationem frustra attentasse (tom. IV, epist. seu script. 76, not. 2). Eam anno 1768 ex originali exemplari, quod tunc Methymnae Campi apud moniales Teresianas extabat, in lucem edidit auctor Anni Teresiani ad diem XVII Novembris. Idem fecit, sed interpunctis paulo aliter vocibus, adjectisque sententiis de spirituali martyrio repertis itidem in illo breviario, P. Antonius a S. Josepho (l. c.). Ego obscura implexeque hujus schedulae verba non offeram, nedum interpretabor. Non offeram, ne, infirmum exhibendo ejusmodi argumentum, solidioribus modo exhibitis noceam magis quam prosim. Nedum interpretabor, quandoquidem sensus ejus fugit ipsosmet Riberam et Ludovicum de Leon. Ad haec, quod non parum enervat auctoritatem ejus, plura verba sunt alia in Anno Teresiano, alia tomo IV Epistolarum. Accedit, XVII Novembris, ut scheda habet, non esse octavam S. Martini, sed XVIII. Atque haec de illa scheda meminisse sat est.

1025 Addendum est ex Ribera (lib. IV, cap. III) S. Matrem P. Mariano, ducissae Albanae aliisque praedixisse mortis suae locum. Habemus de hac re ex processu remissoriali Salmanticensi testimonium Marianae ab Incarnatione, Catharinae a S. Angelo, Constantiae ab Angelis et Catharinae a S. Joanne Baptista, monialium Albanarum; quae P. Marianum ante crates chori sui inferioris audierant haec dicentem: Cogitatisne, Matres meae, huc adventuram Matrem Teresiam a Jesu? Ipsa enim quadam occasione mihi dixit revelatum sibi a Deo ante octo annos fuisse fore ut in oppido Alba moriatur. Accedit ad has Anna a S. Stephano, attestans idem sibi fuisse narratum a P. Antonio a Jesu. Videtur et adungi debere Petrus de Tablares, archidiaconus Abulensis, de quo Summarium MS. de prophetiae dono S. Teresiae sequentia perhibet: Idem audivit dici a magistro Daza presbytero (erat iste confessarius B. Teresiae) quod antequam S. Mater decederet ex hac vita, sibi dixit quod moritura erat Abulae, et quod ibi specialiter: ut in remiss. Abulen. fol. 104 a 100. Etenim mihi dubium non est quin hic pro Abulae legendum sit Albæ: siquidem statim sub his verbis, quasi ad ea confirmanda, allegantur monialium Albanarum, quas modo nominavi, testimoniationes; et satis primum erat ut scriba, sub oculis habens processum Abulensem, calami lapsum hujusmodi committeret.

1026 Porro, si mihi hoc loco enarranda forent omnes felicissimi obitus S. Teresiae circumstantiae, non exiguo opus foret spatio. Verum id praei eregit Ribera ac fuse idem quoque argumentum tractant Acta canonizationis. Quare, cum haec infralegi possint, iis hic allegandis supersedeo. Pro epiphonemate ad hanc quam breviter descripsi S. Virginis mortem, unum addam e P. Antonio a S. Josepho (tom. IV, epist. 8, not. 9), nempe tali ejus fine satisfactum esse voto

annum quo-
que mortis,
D

E

imo et locum
praesignasset.

F

Votum, hunc-
que de S. Teresiae
morte.

A. eodem P. Dominici Banez, qui aliquando dixerat optare se ut excellentem tanta sanctitate Virginem eo in statu vita defunctam sciret, quo scilicet tanti virtutum meritorumque thesauri in tuto positi essent, neque amplius dives ea anima, ceu pretiosissimae navis onusta mercibus, naufragii praedonumve periculis foret exposita.

§ LIII. Corporis S. Teresiae forma, ejusque effigies. Exequiae ac sepultura.

Ribera (l. IV, c. 1) et Yepes (l. II, c. XXXIX, ac l. III, c. XXVIII, § 1) notant quae fuerit corporis S. Teresiae forma, quae oris facies; ne quid dicam de posterioribus ejus biographis, qui e binis illis primis hauserunt quod ea de re, solis variatis verbis, scripsere. Cum Ribera infra legi queat, tantum quod Yepes habet, referam, cujus concinna hic est styli elegantia, quam non imminuit usurpata a me latina versio Nicolai Antonii (Biblioth. Hisp. nova, art. S. Teresia de Jesu). Justa, inquit Yepes, fuit corporis statura, pulchraque oris specie, cui nec provector astas multum, uti solet, inviderat; rotunda facie ac succo plena, eaque albo ac purpureo colore locis suis commodum distincta, quam quidem fundentis ad Deum preces venustissimus quidam rubor suaviorem ac splendidiorem reddebat; nigro capillo et crispo, decora et lata fronte, nigris etiam oculis laeta quadam gravitate sub crassiore supercilio micantibus; breviori naso, ejus et solidior apex aliquantulum se demiserat osculum versus, quod quidem os breve, vultusque ad amussim exactum. Tres autem circa illud naevi sinistrum faciei latus non ineleganter dispunxerant, aliud ad nasi mediam radicem, qua maxillae committitur, aliud infra ipsum nasum, qua os protuberat, postremum vero ipsi ori subjectum. Denique sic omnibus semper gratus ac jucundus Teresiae conspectus fuisse dicitur, ut, interlucentibus quandoque, aciemque ipsam oculorum et frontem veluti imbuentibus peregrinae cujusdam lucis radiis, amorem pariter ac venerationem sui conspicientibus ingeneraret.

1028 Memoratur quoque Ribera (loco qua supra) ejus jam senescentis effigiem jussu provincialis Gratiani a Fr. Joanne de Misericordia depictam, sed rudem, si artem species, penicillo. Hoc ego ductus indicio, amicos Hispanos in Castellae provincia degentes percontatus sum an et ubi primigenia haec tabula existeret, usque supplicavi ut, sicubi esset, accuratum ejus exemplum mihi permitterent. Responsum tulit plura esse loca quae possessionem ejus tabulae sibi arrogent; ceterum oris speciem lineasque in diversis his picturis vix discrepare. Ergo D. Robustianus Booda rogatus est ut probatam eam graphice imitaretur et exprimeret tabulam quae, non ita pridem ex Abulensi Excalceatorum conventu abducta, in aula nunc pendet academiae ejusdem civitatis, et quae (ut scribit idem D. Booda), nomen gestans Fr. Joannis de Misericordia, fertur esse primitiva. Atque haec est S. Teresiae effigies quam ari incisam a latere hic conspicias, et quae minime abluere videtur ab ea forma qua Ribera Yepesque Teresiam describunt.

1029 Interim, etiam Yepes dicat provectoriorem aetatem non multum formae S. Matris invidisse, opera prebium tamen est observare P. Gratianum (ut scribit Ribera) Fr. Joanni de Misericordia mandatum ut eam pingeret, tum dedisse eum provincialis jam erat:

ergo post annum 1574, cum a visitatore apostolico primum declaratus est provincialis (anno namque 1581, quo P. Gratianus ad id munus iterum promotus fuit suffraganeus congregati Carmeli Excalceati, Fr. Joannes de Misericordia ad Calceatos transierat). Atqui jam anno 1574 ipsa Sancta scribebat se adeo senuisse ut qui eam aspicerent, mirarentur esse ita mutata (tom. III, epist. 60, num. 3). Porro sequentibus annis multo adhuc majorem oris ejus immutationem fuisse oportet. Ut enim scribit P. Antonius a S. Josepho: Gravi aegritudine correpta fuerat, eo nempe catarrho qui eo tempore (anno 1580) per cunctas eas regiones est grassatus. Ex quo, ut annotavit P. Gratianus, ita mutata debilitataque S. Mater fuit ut ejus facies declivem proderet aetatem, quam eatenus junior vultus, annos fallens, texerat; tametsi continuis obnoxia fuisset aegritudinibus (tom. III, epist. 24, not. 10). Et revera multae hae gravesque fuerunt. Quod ut pateat, non opus sane est recurrere ad octennem nescio quam infirmitatem quam J. B. Campadelli ex suo extudit cerebro (vide num. 101); sed, ne loquar de diutinis illis doloribus quos primis a suo in monasterium ingressu annis passa est, quotidianus ei erat vomitus, stomacho cibos non ferente; continuus in auribus sonabat strepitus; bis fractum brachium; frequens venae incisio; primum remissior (tom. II, epist. 72, num. 1), postea gravior paralyseos accessus (tom. II, epist. 96, num. 1): adeo ut mirum non sit eam se in suis epistolis crebro nominare vetulam seniculamque (v. g. tom. I, epist. 20, num. 8: pobre vieja, pauperem anum; item tom. I, epist. 25, num. 3: pobre vejezuela, pauperulam seniculam), et ut anno 1579 scriberet se stupendo modo consensisse (tom. I, epist. 58, num. 3: Se espantaria quan vieja estoy).

1030 P. Joannes Interian de Ayala in suo opere, Madridi typis excuso anno 1730, sub titulo: Pictor Christianus eruditus, de S. Teresiae forma et facie haec habet: Seraphica illa Mater, honor semper Hispaniae, immo Ecclesiae totius singulare ornamentum, Diva Teresia a Jesu, quam nullae prorsus laudes aequant, ut in ore versatur omnium, ita illius imagines omnium cernuntur oculis, omnium tenentur manibus; sed rarae sunt quae illam vel mediocriter exprimant: atque hoc est quod queritur illius Vitae scriptor, omnium meo judicio longe gravissimus atque eruditissimus (Ribera nempe). Is enim (l. IV, c. 1), postquam illam, quantum certe fieri potuit oratione aut scripto, vivis, ut sic loquamur, expressit coloribus, depingens corporis vultusque illius venustatem proportionemque usque ad ipsas minutias, haec subdidit, de hispano idiomate ad latinum conversa: « Expressa est, inquit, una tantum illius imago illa vivente atque superstita; atque hoc quia illi praecepit illius superior seu provincialis, qui tum temporis erat P. F. Hieronymus Gracianus, ut scilicet se permitteret et sineret depingi: expressitque imaginem illius Ordinis, nempe Carmelitani Discalceatorum, laicus quidam Dei servus, cui nomen erat Fr. Joannes de la Misericordia. Atque quod ad hoc attinet, optime fecerat Pater Gracianus: sed non item in eo quod non quaesierit excellentiorem pictorum Hispaniae, qui talem tantamque feminae felicius expressisset atque fidelius. » Pingitur autem, idque frequenter, venusta prorsus facie ac decora; neque id immerito: talis enim suapte natura fuit, ut notat et minutius describit laudatus illius Vitae scriptor loco superius allegato. Sed praeter id, cum Deus in ejus purissimam illabebatur animam, in extasimque rapiebat, eo quandoque impetu, ut corpusculum etiam a terra sublime, per-

AUCTORE
V. D. M.

E

citaturque locos Ayala de modo eam representandi.

F

Describitur
fuerunt filius
S. Teresiae a
Ribera et Yepes.

Depingitur
quando exhi-
bita fuit ejus
effigies.

picta fuit.

AUCTORE
V. D. M.

A

inde ac si terrenae molis esset expertus, ferret in aerem, de quo ipsa, proprio experimento edocta, saepius loquitur, tunc supra modum humanum ac morem venusta atque emicans videbatur. Quare, etsi senior nonnihil obierit (totos enim septem supra sexaginta annos, insuper sex etiam menses et dies in saeculo vixit, aut, ut ipsa melius loquitur, exulavit), optime faciet pius atque eruditus pictor, si eandem semper venustam expresserit atque decorem (lib. viii, cap. ii, num. 6 et 7).

appingitur
quasi colum-
bam

B

1031 *Exscribam et hic reliqua quae idem auctor adjungit de divino qui sub forma columbae appingi solet Spiritu, quamquam appicta hic columba non sit, quippe cum tabulam secutus sum vivente adhuc Sancta confectam. Sed quae modo ex Ayala citatur sum, applicari possunt ad alteram tabulam qua S. Mater cum insignibus doctoris theologiae representatur, et in qua columbam, Spiritus Sancti emblemata, sibi additam habet. Itaque laudatum scriptorem sic pergentem audi: Appingitur tandem Divinus Spiritus auri ejus, aut supra caput, sub specie candidae columbae. Quo non id intelligi datur quod illius scriptis, quamquam unctione quadam divina refertis et plane celestibus, certitudinem atque auctoritatem divinarum Scripturarum velimus adscribere. Non id intenditur: sed neque ipsa, ut erat modestiae atque humilitatis studiosa sectatrix, sibi pateretur attribui, quae saepe saepius, cum de divinis rebus sublimiter disserit, veretur se nil aliud quam ineptias ingerere; immo quae super Cantica Cantorum sublimissimam ac pene divinam scriptionem igni tradere, nil ambigens aut haesitans, decrevit, quod ita jussisset pius fortasse, sed plane ineptus atque inscius confessarius: quam quidem jacturam agre ferunt factam viri pietate ac doctrina celebrari, ut constat ex saepe laudato Vitae ejus scriptore P. Francisco de Ribera. Sed tamen si hujusmodi ratione pingendi denotari quisquam intelligat scriptorum illius celsa quaedam dignitas aut sublimitas, quae saepe legentis mentem in sublime extollat, mirisque modis afficiat moveatque, ac fere supra humanum captum assurgat, nil corruptus aut ignarus iudex statuet. Sin minus, quid est, obsecro, quod, cum Paulus Apostolus feminam vetet in Ecclesia docere, ipsa postmodum Ecclesia uni Teresiae (quod de alia nusquam prorsus legitur) magisterium attribuat atque doctrinam, eamque celestem appellans illis verbis: « Ita celestis ejus » doctrinae pabulo nutriamur, etc. »*

C

quae et appingi
solet.

1032 Verum habet praeterea haec pingendi ratio, ut scilicet supra Teresiae caput Spiritus Sanctus depingatur sub columbae purissimae specie, non vanum, sed firmissimum fundamentum: quod ut plenius cognoscatur, non aliis placet verbis quam ipsius Seraphicae Matris exponere; quae verba ita latine sonant: « Dum haec mecum ipsa » reputarem, en supra meum caput columbam » supervolitantem conspicio, non parum his quas » passim cernimus dissimilem; neque enim plumis » vestiebatur, sed veluti squammulis aut conchulis » majorem in modum splendentibus. Erat insuper » columbis usitatis major; ac mihi quidem videbatur memet sonitum quem alis edebat, percipere: perseveravitque involitans spatio quo recitari posset Angelica Salutatio. Sed jam animus » ita erat absorptus, ut vix illam amplius videre » potuerit. Sedatus itaque spiritus est tam bono » hospite, etc. » Huc usque Seraphica Mater: ut satis ex his pateat quam bono jure ejus imagini Spiritus Sanctus sub columbae specie soleat atque possit appingi (ibid. num. 8 et 9).

1033 *Post haec mihi jam immorari fas non est*

referendis expendendisque pluribus S. Teresiae post mortem apparitionibus, quae, praeter eas quae infra in Actis canonizationis et in Ribera habentur, hic et illic narrantur. Sic, exempli causa, P. Angelus Maurique in Vita Ven. Annae a Jesu prolixè exhibet qui Sancta eidem Annae apparuerit, ex ipsius Annae in Teresiana beatificationis causa testimonio; ex quo sat mihi sit pulchra quibus Anna testimonium suum claudit, haec exscribere verbo: Ut nuntium advenit sanctam Matrem nostram ad Deum abuisse, simul mihi in mentem venit esse ipsam quae mihi apparuisset: et, cum praedolore lineam illam quae nuntium illud ferebat, perlegere nequirem, haec mihi occurrit cogitatio: « Sicut S. Petri » morte non interiit Ecclesia, ita etiam nunc Ordo » noster non concidet, sed crescet potius, siquidem » Sancta e caelo melius nos adjuvare poterit; » prout modo facit. » Inde per longum temporis spatium in recollectione mentis perstiti; atque adeo recreata et refoecillata fui, ut omnes sorores meas verbis meis plurimum fuerim consolata (lib. iv, cap. iv).

1034 *Redeo jam ad historicam relationem. Postridie mortis, antequam dilucesceret, insonuit per omnia templa multiplicis aeris campani concentus, et una omnis populi, quin et parvulorum, vox audiebatur, Sanctam ad Superos emigrasse. Accurrit ad monasterii ecclesiam capitulum canonicorum cum reliquo clero Albano et Patribus Ordinis Minorum, ad celebrandas solemni Officio Teresiae exequias. Intererant iisdem nonnulli ducum Albanorum consanguinei, quos inter marchio de Cerralco, cum aliis nobilibus: totam demum ecclesiam conferta hominum multitudo impleverat; qui certatim ad sacrum corpus accedebant, vestimenta ac pedes religiosissime osculaturi. Erat autem corpus hoc visu pulcherrimum, tactu blandissimum, suavissimo insuper odore fragrans, prout latius evoluitur a Ribera; apud quem etiam legere poteris quo loco illud primo conditum fuerit, et quomodo Teresia Laiz, caenobii Albani fundatrix (de qua vide § XXIX), juvantibus (ut ait Yepes, lib. ii, cap. XXXIX) cunctis monialibus, ingenti lapidum, laterum ac calcis acervo loculum Sanctae obruerit, quo pretiosissimus hic thesaurus minus facile inde posset auferri. Notari ad haec velim, nihil fere de S. Teresiae exequiis, cum a Ribera, tum etiam a me narrari quod non fulciatur plurium testium jurisjurandi religione obstrictorum declarationibus, quae penes nos extant in MS. Summario, olim Romae ad beatificationem adhibito. E quo, praeter jam relata, etiam innotescit Albam e propinqua civitate Salmantica, vulgato ibi S. Teresiae obitu, advenisse episcopum Giennensem, ducem de Huescar, ac multos alios viros nobili et equestri genere conspicuos; nec non Ordinum religiosorum sodales; atque ipso exequiarum die plurima Sanctae vestimenta divisa fuisse et inter varias personas tam religiosas quam saeculares distributa. Speciatim fassa est Maria a S. Francisco se propriis manibus dedisse sandalum unum, fasciam et mediam veli partem cum parva quadam manica et aliis multis vestium partibus, ac certissime sibi emstare de publice notis miraculis quae per has S. Matris Reliquias Omnipotens operari est dignatus; id quod alii quoque plures testes confirmarunt. Lancam induculam, quam Sancta agrotans gestaverat, nacta fuit, teste Yepesio (lib. ii, cap. XXXIX), Maria de Fonseca, monialis Franciscana, quae funebribus solemnis intererat; eamque illico misit ad Bernardinam de Toledo y Henriquez, ducissae Albanae senioris sororem, tum gravissimo morbo oppressam: quae, postquam reverenter vestem osculata fuisset sequi illa*

Omissis multi-
tis visionibus
morti Sanctae
subsecutis.
Dnarratur ex-
hibitis multi-
plex
E

F

A illa induisset, vehementi mox sudore diffuens, pristinam valetudinem recuperavit.

1035

Quæ hactenus commemoravi, nocte dieque obitum S. Teresie proximo insecutis contigerunt. Deinceps vero sacra illius exuvie, quamvis Albæ remanserunt, nunquam non fuerunt plurimum magna pietatis sensu illuc undique adventantium veneratione frequentatæ. Inter hos, ut in Summario jam sæpius allegato accipimus, numerandus est Alphonsus Manrique, Burgensis archiepiscopus, qui in juridicis informationibus ipse testatus fuit se Albam adivisse visitandi ergo sepulchri Teresiani, et ante illud preces recitasse ea reverentia quæ Sanctorum lipsanis ex mente S. Ecclesie exhiberi a fidelibus solet. Idem jurejurando de seipso affirmavit Alphonsus Henriquez de Toledo, episcopus S. doniensis, addens se ad S. Matris sepulchrum transmississe lampadem argenteam cum tanta olei copia quanta per annum integrum opus foret, sed jam se cogitasse de mittenda alia lampade majore et oleo in perpetuum eidem assignando. Plures lampades ac cotiva donaria eidem sepulchro appensa se conspexisse rite etiam testati sunt, non tantum omnes cænobii Albani moniales, sed multi quoque ex utroque clero et nobilitate viri graves, inter quos speciatim nominandi Antonius Alvarez de Toledo y Beaumont, quintus Albæ dux, et Joannes Hurtado de Mendoza, sextus dux del Infantado; atque hic quidem, cum aliquandiu post Sanctæ obitum Albam accessisset, usas sibi duxit palatium ducum Albanorum amicitia causa adire, nisi prius congruo religionis officio erga S. Matris exuvias, et quidem per sat longum temporis spatium, jungeretur. Atque hæc initia fuerunt insignis venerationis qua Seraphicam illam Virginem, jam inter Calites receptam, omnium ordinum homines fuisse prosecuti, et quam ipsa demum irrefragabili judicio Sancta Catholica Ecclesia comprobavit, prouti in sequentibus paragraphis referemus.

§ LIV. De statu corporis S. Teresie a morte ejus usque ad annum 1591.

C
P. Gratianus
corpus S. Teresie
anno
1583 invenit.

F luebat mensis a S. Teresie obitu nonus, cum P. Gratianus provincialis Albam advenit, ac pro monialium precibus sacro ejus corpori exhumando operam navavit, prout narrat Ribera (lib. v, cap. i), cui adstipulantur Acta canonizationis et Yepesius (lib. ii, cap. xl). Hic vero insuper memorat, ubi post quadriduani laborem, cæmentis eruendis impensum, tandem die iv Julii 1583 loculus Sanctæ putrefactus, corpus vero incorruptum, tractabile et odoriferum apparuit, Gratianum omnesque qui aderant, venerabundos se in genua projecisse; ac, dum toti erant in corporis integritate ac fragrantia admirandis, tertium ab iis prodigium, aliis non inferius, minime fuisse animalverum. Oleum scilicet tam abundanter e sacris membris defluebat ut adherens terra ac vestimenta eo imbuerentur: illi vero præ animi gaudio tam cæci erant ut æstimarent huic esse quendam ipsius terræ humorem. At brevi post ab erronea opinione fuerunt revocati, videndo quomodo terra, vestimenta et quicquid corpori adhererat, maximè ex se stillarent oleum, illudque etiam communicarent quibuscumque incolucris obtegerentur. Quod quidem per multos duravisse annos, testatur facit idem Yepes hisce verbis: Hodiedum, post-

quam anni fere viginti quatuor elapsi sunt a S. Matris funere, visitur in monasterio Casaragustano Carmelitarum Excalceatarum cingulus quocum sepulta fuit; e quo ab eo tempore ad præsentem usque diem cernitur oleum guttatim scaturiens. Hunc cingulum ego ipsemet vidi, eundemque viderunt plurimi alii homines; nec sane pauca per eum miracula Deus operatus fuit.

1037 Gratianus autem, abscissa lava S. Teresie manu, corpus ejus, novis vestibus indutum linteoque involutum, arca inclusit, et pristino loco, non tamen ita profunde, humavit, omnibus circumcirca ita dispositis ut nemo sepulchrum attigisse videretur. Quippe jam tum verebatur ne per duces Albanos, si hæc mirabilia rescirent, impediretur quominus S. Matris exuvias, uti propositum habebat, Abulam transvehendas curaret. Decisam vero manum sinistram, ait Yepes, secum Gratianus tulit Abulam, eamque arcule bene clausæ et obseratæ insertam tradidit monialibus Abulensibus, iis significans hanc esse rem magni momenti, quæ ad se pertineret; sed omnino cavebat ne intelligerent quid reapse esset. Erat nimirum ei consilium vel sanctæ manus Abulensibus relinquendæ, ut eam solatii ergo in suo monasterio servarent, vel illius secum asportandæ: prius, si corpus Albæ remaneret; posterius, si Abulam, ut ipse cupiebat, transferretur. Quocirca, ne animi earum sollicitarentur, noluit eis detegere depositum pignus. Accepere moniales arculam, eamque in chori angulo collocarunt. Cum autem quadam die Mater Anna a S. Petro, id temporis priorissa (subpriorissam eam vocat Gratianus in instrumento mox citando), nunc vero vita functa, chorum ingrederetur, vidit hunc locum resplendentem quam maxime, ac S. Matrem Teresiam visibili specie apparentem; quæ, arculam cui manus includebatur, indigitans: « Hujus, inquit, arcule ratio » habeatur, quoniam corporis mei manus illi » inest. » Scripsit exin sæpius priorissa ad provincialem, sciscitans num manus S. Matris illic esset; at hic qua poterat dissimulatione utebatur, ne res innotesceret: nec diu post, per hoc cænobium transiens, manum callide auferre satagit, monialibus, ne nimium contristarentur, suggerens se quid aliud ex arcula desumere. Etenim cunctæ, licet nihil ex eo audivissent, rem tamen pro certa habebant; et panni omnes serici quibus involuta erat manus, oleo maxime odore perfusi erant.

AUCTORE
V. D. M.
D

et sinistram
ejus manum
prius Abulam

E

F
ur postmodum
Ulyssiponem
defert.

1038 Ulyssiponem dehinc provincialis detulit sacram manum, eamque dedit Excalceatis hujus civitatis monialibus. Mansit ea ibidem ad præsentem usque diem, ac plurima per eam miracula patravit Dominus. Ipso tempore quo in monasterium illud illata fuit, cæteris monialibus balantem ex ea odorem persentiscentibus, sola Agnes a Matre Dei, quæ nullum per totam vitam suam odorem perceperat, dolens se non perinde ac reliquas sanctarum harum Reliquiarum fragrantia frui posse, atque in genua procumbens, sacram manum naribus admovit, magnæque cum fide dixit: « Utique non ante » hinc surgam quam olfactu percepero id quod so- » rores meæ odorantur, ut ipsa cum iis Dominum » laudem. » Continuo vividissimo vultus rubore perfunditur, cæpitque ipsa lacrymari, affirmans sibi per nares ascendere vaporem calidum, quo sibi odoratus aperiri videretur. Ac revera contigit hoc quod cogitabat; quandoquidem non tantum sanctam manum odorata est, verum etiam ex eo tempore olfactu reque perfecto ac cætera sorores semper gavisæ fuit. Hæc episcopus Turiasonensis (lib. ii, cap. xl); quibus addam authenticum instrumentum a P. Gratiano confectum, quod P. Melchior a S. Anna

AUCTORE
V. D. M.

A S. Anna in Chronico provincie Lusitanie Ord. Carm. Exe. ex hispanico in lusitanicum vertit. Praenotari equidem velim P. Gratianum memoria lapsum videri, quando mihi scripsit se anno 1584 S. Teresiae corpus exhumasse, aut mendosum factum esse id quod tantum manuscriptum habemus instrumentum; ni velis errasse ad unum omnes primarios Sanctae biographos, qui id factum ad annum 1583 referunt.

probat quae aut
identica in-
strumentum
testatur.

1039 En Gratiani verba : Jesus, Maria. Ego Fr. Hieronymus Gratianus a Matre Dei, prior monasterii S. Philippi ac vicarius provincialis Ordinis B. M. de Monte Carmelo Carmelitarum Excalceatorum regni hujus Lusitanici, per praesentes litteras notifico et veritatis testimonium do omnibus has visuris, me anno millesimo quingentesimo octogesimo quarto (lege 1583), cum essem provincialis in eodem Ordine Carmelitarum Excalceatorum, ac visitarem cenobium Annuntiationis B. V. Mariae monialium Excalceatarum oppidi Albae, ubi erat corpus S. Matris Teresiae a Jesu, fuisse rogatum atque appellatum ab ejusdem cenobii monialibus, ut aperirem sepulchrum S. Matris ad bene componendum ejus corpus; quoniam illud collocaverant in cavo parietis qui est in choro inferiori, coopertum magna calcis copia, timebantque ne ea cremaretur. Quocirca cum socio meo Fr. Christophoro a S. Alberto ingressus in chorum inferiorem, relexi cum eo Sanctum Corpus, ex quo oriebatur fragrantia et odor suavissimus; et reperimus illud integrum et odoriferum elatisque ac plenis pectoribus, non secus ac si viveret, et sanguine recenti aspersum, itidem ac si illa modo exspirasset, quamquam jam duos annos (lege novem fere menses) sepultum jacuerat: licet vero vultum ac manus, quae discooperta remanserant, calx aliquantum denigrasset, caeterum formosissimus erat color. Ac tum quidem ego decidi a dicto corpore manum sinistram, eamque mecum abstuli in pyxide chartacea; atque ex ea manabat species quaedam olei, qua imbuebantur chartae pannique quibus involvebatur. Postea illam collocavi in arcu-
cula, una cum clavi sepulchri, in quo corpus melius compositum reliqueram; et dedi arculam, clavi obseratam, monialibus Abulensis cenobii asservandam, eo consilio ut haec, si corpus penes ipsas non fieret, manu potirentur, sin autem corpus deferretur Abulam, huc ipse redirem eam ablaturus. Nescientibus autem monialibus quid arcula illa caperet, accidit ut Mater Anna a S. Petro, subpriorissa dicti monasterii, cum nocte quadam chorum ingressa esset, Deo se commendatura, eandem Matrem Teresiam a Jesu multo splendore circumdatam in choro visibiliter conspexerit; quae, manum arculam versus extendens: « Quod ibi extat, in- » quit, magnopere mihi cordi est: est enim mea » ipsius manus », atque extemplo videri desiit. Exinde aliquoties etiam contigit ut Mater priorissa, Maria a S. Hieronymo, scyphum a se exhibendum tenens, et S. Matris, quasi praesentis, benedictionem petens, manum quamdam sibi benedictionem impertientem visibiliter cerneret; nec non ut aliquot moniales, tentationibus turbatae aut afflictae doloribus, ad dictam arculam accederent, redirentque sanae et quietae. Postmodum, cum anno MDLXXXV (probat latus mox exponetur) capitulum nostri Ordinis in oppido Pastrana celebraretur, statutum fuit ut corpus Alba transveheretur Abulam. Igitur Abulam me contuli, et petii arculam, ut auferrem clavem eidem inclusam; simulque manum extraxi, quam inveni odoriferam et oleo madeficientem serica sua involucria. Inde eam in Lusitaniam deportavi, atque in Ulyssiponensi nostro Carmelitarum Excalceatarum cenobio, cui a

S. Alberto nomen est, deposui: digitus vero auricularis, qui ei deest, desectus fuit, ut ad Patrem nostrum provincialem, Fr. Nicolaum a Jesu Maria, mitteretur. Atque per hanc manum aliquot prodigia operatus est Dominus in S. Alberti monasterio. In quorum fidem dedi has litteras, manu mea subscriptas et sigillo officii nostri obsignatas, in hoc S. Philippi cenobio Carmelitarum Excalceatorum Ulyssiponensium, die xii mensis Martii anni MDLXXXVII. Fr. Hieronymus Gratianus a Matre Dei, vicarius provincialis.

1040 Refert porro Ven. Anna a S. Bartholomaeo (Vita sua cap. xvi) toti fere Reformato Carmelo in cotis fuisse ut sacrum Teresiae corpus Abulam deferretur: quod ut tandem fieret, opportuna anno 1585 oblata occasio est, quando P. Nicolaus Doria, qui mense Majo illius anni, ante suum ex Italia reditum, a congregatis Ulyssipone Excalceatis in provincialem fuerat electus, hos iterum in diem xvii Octobris ad capitulum Pastranae celebrandum convocavit. Eo in capitulo, postquam suam Excalceati provinciam in quatuor districtus seu vicariatus disperissent, quorum singuli unius diffinitoris curae concederentur, ita ut Castella Vetusta P. Gregorio Nazianzeno, Castella Nova P. Joanni Baptistae, Andalusia S. Joanni a Cruce, Lusitania (quae unum tantum virorum et unum monialium cenobium adhuc habebat) P. Gratiano cederet, in caetum suum admiserunt Joannem Carillo, thesaurarium ecclesiae Abulensis (qui postea, teste Yepesio, fuit Toletanus canonicus), cui Alvarus de Mendoza, olim Abulensis, tum vero Palentinus episcopus, scripto in mandatis dederat ut corpus Seraphicae Matris Abulensibus peteret; additque Vita Teresiana synopsis anno 1610 Bruzellis excusa (de qua vide num. 10) civitatem quoque Abulensem expostulationem suam petitioni episcopi adiunxisse. Explicuit itaque Carillus magnum Palentini episcopi adversus S. Teresiam amorem, insignia ejusdem in Carmelum Reformatum merita, ardens studium quo sacrum pignus sibi exposcerent Abulenses; atque ut majorem orationi suae vim adderet, protulit scriptam pactionem episcopum inter et P. Gratianum olim initam, qua hic Ordinis sui nomine sese adstrinxerat ad S. Matris corpus Abulensibus restituendum, si ipsa extra Abulam obiret, illudque condendum ad latus Evangelii in majori monialium sacello, quod episcopus extruendum curarat, et ubi ad Epistolae latus sui ipse sepulchri locum designaverat. Haec fere ex Yepesio (lib. ii, cap. xi) et Chronico (lib. vii, cap. i).

1041 Ex alio autem ejusdem Chronici loco (lib. v, cap. xxx) patet P. Gratianum suam quoque de corpore S. Teresiae, quod incorruptum se reperisse testabatur, Abulam transvehendo sententiam congregatis Patribus declarasse: indulgendum nimirum esse piorum benefactorum votis; contractui fidem habendam; Albanae civitatis jura cedere juribus Abulae, quae S. Matris patria esset et Reformati Carmeli incunabulum; hanc esse sede episcopali insigniorem frequentioreque incolis, ac proinde magis illic Sanctam honoratum iri; ipsam praeterea in via fuisse ut Abulam iret, quando Burgis egressa Albam advenit, adeoque Albae hospitem tantum, Abula vero incolam reputandam esse, ubi priorissa partes ageret; quod si duces Albani hanc translationem invite ferrent, spem esse fore ut acquiescant, postquam tot ac tanta audierint rationum momenta. Gratiani itaque et Carilli argumentatione permoti Patres, optatum decretum edidit: duobusque praetatis, ut dicitur in synopsi anno 1610 Bruzellis impressa, curam demandavit transferendi Abulam corporis.

Anno 1583
sacrum corpus

E

F

Abulam trans-
vehit:

A corporis, relicto brachio in civitate Alba. Nomen alterius tantum ex hisce praelatis, nempe P. Gregorii Nazianzeni, enuntiat Ribera; verum Yepes, auctor Chronici, P. Fredericus aliique socium ei adiungunt P. Gratianum: quod hic notare volui, quoniam Acta canonizationis hanc translationem ab ipso provinciali factam asserunt; cuius erroris causa est, vel quod munus vicarii provincialis, quo PP. Gregorius et Gratianus insigniti erant, cum provincialis munere confusum fuit, vel quod aestimatus sit P. Gratianus etiam illo tempore toti Excalceatorum provinciae praefuisse. Quomodo autem translatio illa peracta fuerit, Ribera satis luculenter exponit: addit autem Yepesius duos sacerdotes, qui sacrum onus comitarentur, a Palentino episcopo fuisse deputatos, nimirum Joannem Carillum, jam antea huic negotio promovendo adhibitum, ac Julianum de Avila, S. Matris confessorium et in multis foundationibus socium; adhuc Ven. Anna a S. Bartholomaeo (Vita suae cap. XVI) testatur sacras exuvias tanto honore tantaque laetitia Abula susceptas fuisse, ut praereorum ac luminum multitudine totum canobium videretur splendidissimum firmamentum.

1042 Kalendis Januarii anni proxime sequentis nova instituta fuit corporis visitatio, quam lato explanatam videre est apud Riberam et in Actis canonizationis, gravissimorum testium multitudine nixis. Quoniam vero illic obiter tantum de Yepesii testimonio agitur, juverit non tantum lectorem remittere ad locum Vitae ejus Teresianae (lib. II, cap. XLII) in quo haec visitatio iisdem fere verbis ac apud Riberam describitur, verum etiam latina facere quae idem ille praesul alio operis sui loco (lib. IV, cap. II) a se tum conspecta fuisse prodit: Quando vidi hoc sanctum corpus anno MDLXXXV (imo die 1 Januarii 1586, ut altero loco jam citato bene statuerat ipse Yepesius), erat illud, sicuti etiamnum est, sua vestitum carne, eaque tam tractabili ut admoto digito cedat et resurgat. Carnis color palmulae pomum refert; sed aliquibus in locis est albior. Vultus omnium maxime obscurus est; quia, cum velum ei inciderit ac feretrum fractum fuerit, terra ei et aqua fuere infusae: unde color ejus deterior est quam aliarum partium. Est tamen vultus ille integer, ut ne in summo quidem naso, licet hic concussus fuerit, vestigium corruptionis inveniatur. Oculi sicci sunt, humoribus scilicet eorum consumptis; caeterum integri. Verrucis faciei adhuc dum adherent pili. Os ita clausum habet ut aperiri nequeat; omnesque servat caesariei capillos, quin vel unus desit. Mamillae ejus plenae sunt et candidae: quippe, cum manus haberet iisdem impositas, haec impediunt quominus calcaria aqua eas macularet. Venter tam integer est quam cum expiravit. Maxime autem succosa et oleosa est ea corporis pars unde decisum est brachium, quandoquidem ex ea plus olei quam aliunde scatet. Brachium dexterum, quod corpori adhaeret, integrum sanumque perstat; manus perbene efformata atque in modum benedictis composita. Pedes belli sunt et optime figurati. Totum denique corpus, carnis vestitum ac plenum, tam rectum est, ut, si quis digitum scapulae apponat, pedibus insistat non secus ac si non componeretur pluribus membris; illudque vestiunt et spoliant moniales perinde ac si vivum foret. Quod autem imprimis admirabile est, quaecumque pars a corpore decisa fuerit, eandem atque ipsum corpus incorruptionem, odorem ac colorem servat, scatetque ex ea idem oleum; prout videre est non tantum in brachio apud moniales Albanas reposito et in manu sinistra apud moniales Glyssiponenses, sed et in quavis particula carnis,

quantulacumque sit: quae quantumvis ad pectus inter magnos caloris aestus deferatur, non magis corrumpitur quam si chalybea esset, nec ullam amittit e dotibus quibus sanctum corpus gaudet. Huc Yepesii verba si lector conferat cum testimoniis medicorum et aliorum oculatorum testium quae in Actis canonizationis quam latissime referuntur, ea per omnia concordare reperiet. Idem dixerim de his quae habet Ribera, sive cum ait se anno 1586 vidisse S. Matris exuvias atque adeo pedes fuisse exosculatum (lib. V, cap. I), sive cum exponit quo in statu sanctum corpus a se fuerit repertum, quando illud die XXV Martii 1588 per otium visitavit (lib. V, cap. II).

1043 Verum, quoties Ribera corpus illud vidit, Alba id contigit; quandoquidem pretiosum hoc pignus ne integrum quidem annum Abula asservatum, sed ante finem mensis Augusti anni 1586 Albam relatum fuit: ut adeo perbreve extiterit spatium quo Palentinus, olim Abulensis, episcopus nactus fuit felicem sortem quam summopere in votis habuerat, nimirum ut sepulchrum Abulae obtineret Teresiano sepulchro proximum; quem in finem curaverat corpus suum Vallisoletto, ubi anno 1586 e vita decessit, Abulam transferendum. Memorat Antonius Ponz in suo Itinere Hispanico (tom. XII, epist. X) in templi Carmelitarum Excalceatarum Abulensium praecipuo sacello extare ad latus Epistolae monumentum sepulchrale praefari illius ac S. Teresiae amantissimi praesulis, egregiam nempe genuflectentis marmoream statuam, supra quam haec legitur inscriptio: Alvarus de Mendoza, Dei gratia quondam episcopus Abulensis, deinde Palentinus, comesque Perniae, hujus capellae fundator, necnon ejusdem monasterii totiusque Ordinis benemerentissimus protector. Obiit XIX Aprilis MDLXXXVI. Praeterea etiam adverti hic per transennam potest solemne illud ab Yepesio aliisque institutionum corporis examen non tantum publicam erga S. Teresiam venerationem auxisse, sed et occasionem fuisse publicandorum S. Matris librorum, ac fundandi etiam in urbe Madrito duplex Ordinis canobium. Nimirum Cardinalis Quiroga, archiepiscopus Toletanus, qui tam longas moras traxerat in danda copia erigendi domum Madrito, simul ut legit Yepesii de visitato S. Teresiae corpore Philippo II porrectam narrationem, ultro et non rogatus permisit virorum virginumque Carmeli Reformati conventus ibi fundari. Ad illum autem monialium auspiciandum Ven. Anna a Jesu Granata excita fuit; quae, ut primum Madritum appulit, colligere cepit S. Teresiae scripta, deprecataque est Cardinalem, qui supremam S. Inquisitionis praefecturam gerebat, ut sibi concederetur Vita ejus codex, qui a mense Majo anni 1575 penes Sacrum illud Tribunal erat: atque petitioni ejus factum satis. Vide reliqua alibi, ubi de libris S. Teresiae.

1044 Die igitur XXIII Augusti 1586 corpus S. Matris Albam relatum est, quod ita juberet Summus Pontifex Sixtus V; atque huic solemnitati interfuit praedictus Sanctae biographus noster Ribera: qui cum quaecumque huc faciunt, operose prosequatur, non est quod ipse diu huic translationi inhaream; proindeque satis fuerit unam hic circumstantiam, a Ribera praetermissam, ex Yepesio (lib. II, cap. XLII) retulisse. Nimirum, cum duo Patres quibus faciendo translationis cura a P. Doria provinciali injuncta fuerat, summa cautela et quam poterat secretissime thesaurum sibi commissum deveharent, atque adeo nocturno incederent tempore, ipsum tamen sacrum pignus semet prodebat in via; ita ut in transitu per locum cui vulgare nomen la Boveda,

AUCTORE
V. D. M.
D

ac prope illud
sepelitur Pa-
lentinus epi-
scopus

E

F

Sed ablatum
sibi pignus
brevis post re-
cuperant

sibi ante se-
quenti et re-
latus ejus
transiit

B

AUCTORI
V. D. M.

A juxta oppidum Peñaranda, suavissima fragrantia sua agricolae noctu e suis horreis exiecerit, easque impulerit ad cursu sequendos sancti corporis bajulos, ut noscerent causam tam inusitati ac prodigiosi odoris. Hujus rei eadem Yepesius adducit comitem de Peñaranda, qui juratum de ea edidit testimonium. P. Fredericus insuper refert quendam cenobii Mancerrani religiosum, cum illuc noctu S. Matris corpus ex itinere allatum fuisset, ejus intercessione e quartana febris in perfectam sanitatem fuisse restitutum (lib. V, cap. VI). Quae autem ex eo tempore ad annum usque 1589 gesta sunt, a Ribera declarantur; neque adeo his quae Albam inter et Abulam de corpore in perpetuum asservando suscitata fuit, ab eodem biographo omittitur, licet liber suus prelo jam premeretur quando die x Julii 1589 per Breve Sixti V ea his dirempta fuit.

moniales Al-
banæ.

1045 Manifeste idem scriptor innuit non satis reverenter sacrum illud corpus his temporibus habitum fuisse, aut, si major, reverentiam in piam quamdam cupiditatem abivisse. Et re quidem vera ad hæc circiter tempora referenda sunt quæ alter e Chronici continuatoribus (lib. XXI, cap. XXXII, num. 7) declarat. Etenim hic, postquam statuit B Beatricem a Jesu, sororis S. Teresiae filiam (de qua egimus num. 51), anno 1584, ætatis suæ 24, Carmeliticam vestem Albæ induisse et solitum ibi tirocinii annum explese, perhibet his annis sæpius oblatam fuisse occasionem sacri corporis relegendi, jam quod arca mutanda et situs conditio melior facienda esset, jam quod corpus Abulam esset transvehendum, seu quod ita sollicita et inquieta esset monialium religio ut quotidie cadaveris vestes mutare vellent, quæ scaturiente oleo maderant; ac tum Beatricem pro sua cum S. Teresia consanguinitate satagisse ut sibi aliquot felicissimæ illius carnis reliquæ concederentur: donec tandem superiores huic pia carnificina finem imposuerunt. Ac tantum erat Beatricis studium, ut, quando priorissa cum aliis duabus monialibus noctu cadaveris sindonem mutabat, illamque corporis fragrantia evigilaret, continuo accesserit, novum sibi lpsanum efflagitatura. Cum igitur lector naverit hujusmodi tironum voluntati fuisse satisfactum, non stupebit sane, quando inferius audiet quam mutilum sit sacrum pignus. Postquam vero itas et religiosæ vitæ usus Beatricem melius efformarissent atque etiam priorissæ muneri effecissent parem, monasteriis Ocaniensi, Toletano et Madritensi, in quibus prædictum egit munus, hæc sancti corporis pretiosa frustra reliquit. Aliorsum jam advocatur.

§ LV. Prosecutio de statu corporis S. Matris ab anno 1591 usque ad ejus beatificationem anno 1614.

Incorruptum
S. Teresiae
corpus existit
anno 1591 ab
episcopo Sal-
manticensi.

I In Actis canonizationis (articulo de miraculis post mortem) alteram corporis S. Teresiae visitationem referunt S. Rotæ auditores (nisi potius mendum sit typotheta) ad annum 1592. Verum, cum hæc eadem sit cujus reminiscendum erit ubi de primis processibus ad Sanctæ beatificationem ab episcopo Salmanticensi confectis agitur, tam ex Yepesii et auctoris Chronici fide anno 1591 annectimus. Porro hæc visitatio a prædicto Salmanticensi antistite cum medicis et notario publico peracta atque authentico testimonio confirmata est, prout ex Actis canonizationis col-

ligitur. Alia adhuc contigit corporis visitatio anno 1594; de qua Yepesius, auctor Chronici, P. Fredericus a S. Antonio aliique S. Matris biographi, excepto Boucher, qui tum in Vita ipsius S. Teresiae tum in annotatis ad Vitam B. Mariæ ab Incarnatione de ea meminit, nullam mentionem fecerunt. De hac quædam in Actis canonizationis occurrunt; sed aliunde multo latiora documenta mihi suppetunt: nempe ex Vita Ven. Annæ a Jesu, conscripta a P. Angelo Manrique, et jam pluries antea a me allegata.

1047 Insignis hujus Vitæ auctor, postquam retulit dictam Ven. Dei Sercam anno 1594, comitibus PP. Joanne a Jesu Maria et Didaco a S. Josepho, Madrito Abulam venisse, indeque cum iisdem Patribus ac Ven. Annæ a S. Bartholomæo Salmanticam profectam esse, ita deinde suam narrationem proseguitur: Licentiam obtinuerat Ven. Mater per Albam transeundi sanctumque gloriosæ Virginis S. Teresiae corpus venerandi, cum mandato recludendi ferream arcam in qua idem corpus servabatur, illudque transferendi in aliam divitem, quam ducissa Albana ei fabrefaciendam curarat, quamque P. M. F. Didacus de Yanguas, tunc ducissæ et olim S. Matris confessorius, inscriptionibus et versibus exornaverat. Itaque duodecim fere annis post S. Virginis mortem corpus e feretro extractum est, et repertum tam integrum, tam floridum tamque tractabile, ut in animum induxerint illud pedibus sistere; id quod reipsa factum fuit, non sine magno solatio, cum monialium Albanarum, tum duorum Patrum et utriusque hospita. Dum vero illud inspiceret Anna a Jesu, alteram e scapulis vidit inflammata et quasi sanguine vivo ac mox erupturo oppletam. Petiit ergo linteolum, idque totum sanguine humectavit: petiit alterum, et idem rursus obtigit; ac forte tertium quoque ita imbutum fuisset, nisi Ven. Mater, in tanti prodigii contemplationem defixa, caput suum in ipsas S. Teresiae scapulas reclinasset. . . . Et autem meis verbis pondus addam, ipsa Ven. Matris cui id contigit, huc afferam verba, tum ex responsione ejus ad octavam quæstionem qua juridice de S. Teresia interrogabatur, tum ex epistola quam Madritum dedit ad dilectam suam filiam Mariam ab Incarnatione (quam ecce cum Beatis jam adscripta Mariæ ab Incarnatione confuderis).

item anno
1594 detegitur
a Ven. Annæ a
Jesu.

1048 Nempe in juridica declaratione ita loquitur Ven. Anna: « Abhinc anno, cum venirem ad » hanc Salmanticensem domum, et Alba trans- » irem, ubi est S. Matris corpus, ita illud asser- » vabant prælati nostri ut jam a multo tempore » ejus inspicendi facultatem nemini facerent: » mihi vero permiserunt ut arcam ferream in qua » jacebat, aperiendam curarem. Ipso tempore quo » hæc reserabatur, mecum aderant omnes cenobii » moniales et Patres qui me deduxerant. Intuemur » corpus cum magna reverentia, quam plurimum » excitant integritas et odor illius, nec non color » vividus ac mollities carnis, quippe quæ perinde » tractari queunt ac si vivum corpus esset. Cæpi » ego manum ei admoveere oculosque accurate in » illud intendere, et animadverti circa scapulas » partem adeo coloratam ut sanguis vivus illic » adesse videretur: quam cum linteo attigissem, » hoc confestim sanguine tinctum fuit. Dixi id » Patribus, alterum linteum petens; quod ad- » motum, similiter sanguinem hausit. Ac tum » quidem ego parti illi corporis, unde sanguis » scaturiebat, incubui, cogitans de tanto hoc pro- » digio, etc. »

quam sangui-
nem ex eo
fluentem

F

1049 In epistola vero ad Mariam ab Incarnatione: tione:

duobus libris
colligit.

A tione: « Magno, inquit, fruebar gaudio, filia mea,
» dum intuebar ac venerabar corpus S. Matris
» nostræ, quod erectum tenebamus; ubi vero sca-
» pulas inspexi, valde eas inflammatas esse ani-
» malverti, ita ut sanguinem effusuræ viderentur:
» quare petii ut statim mihi darent linteum, quod
» cum scapulis admovissem, cruentatum inde re-
» traxi, etc. » Atque ut testata faciat quæ sibi in
» illo raptu contigerunt, ita pergit: « Quæ interior
» sensi, verba et alloquia erant quæ ad me fecit
» S. Mater, et quæ tam tenera et amore plena erant
» ut id significare non possim. Inter alia dixit
» suum se mihi dare sanguinem in grati animi
» testimonium de impensis a me curis et de fer-
» venti studio quo inter res gerendas arseram.
» Nihil amplius dicere queo, filia mea; sed hæc ad
» tuum solatium sufficiunt. » Cum hæc anno 1631
» conscriberet Manriqueus (lib. v, cap. vii), hanc epi-
» stolam adhuc servabat ipsa Maria ab Incarnatione,
» tunc in Consaburensi agens monasterio, prout idem
» Ven. Annæ biographus testatur; qui deinde sequen-
» tia insuper verba e præcitata Ven. Virginis juridica
» declaratione adducit: Dum his aliisque rebus (ita
» modeste illa loquitur de suo mentis excessu) occu-
» parer, oblita sum mihi expostulare linteum quæ ad-
» hibita fuerant. Ea Madritum secum asportarunt
» religiosi, et alterum ex iis ostenderunt Fr. Didaco
» de Yepes, confessorio regis, qui ea sibi petiit, ut
» posset regi ea exhibere cum relatione omnium quæ
» acta fuerant. Hinc factum est ut mandatum de
» prosequendis informationibus ad canonizationem
» datum fuerit, quæ jam quinquennio ante auctori-
» tate apostolica fuerant inchoatæ. Lector dicta con-
» ferat velim cum iis quæ auditores S. Rotæ referunt,
» ubi agunt de incorruptione corporis S. Teresæ.

Sepulchrum
Sanctæ anno
1698 sublimius
collocatur.

B 1050 Porro, licet Yepes testis coævus sit atque
» integerrimæ fidei scriptor, cum tamen narratio au-
» ctoris Chronici multo sit planior neque minoris pon-
» deris, et per omnia cum ipsis Yepesii assertis consonet,
» malo ex eo haurire quæ anno 1598 iterum circa
» S. Matris sepulchrum gesta sunt; atque idem nos
» docebit quid etiam actum sit anno 1604. Hæc itaque
» ex Chronico (lib. v, cap. xxxi) latina facio: Anno
» MDXCVIII (in Chronico impressus est annus 1588,
» quem errorem jam correxerunt P. Fredericus, D. Bou-
» cher, etc.), dum P. Elias a S. Martino Generalis
» Præpositus erat, et P. Thomas a Jesu, insignis
» S. Matris filius, Castellæ Veteris provinciam regebat,
» Ordinis moderatores, judicantes magnitudinem me-
» ritorum S. Virginis et erga illam Hispanorum reli-
» gionem expostulare ut cultus magis externus quam
» qui eatenus usitatus fuerat, sancto corpori adhibe-
» retur, quæstionem agitarunt de sublimiori sepulchro
» ei erigendo. Quam in rem elegerunt spatium sacelli
» majoris quod ad Evangelii latum assurgit, viginti
» duos pedes latitudine, altitudine vero triginta duos
» excedens, et in quo moniales duplicem antea habe-
» bant chorum, superiorem et inferiorem; atque eum
» locum hac disposuere ratione. Lapide albo præcel-
» lentis grani, alabastrum simulante et multa elabo-
» rato industria, extruxerunt fabricam quam ecclesiæ
» frontem diceret; cui assurgunt duæ ad utrumque
» latus columnæ, a se invicem ne quatuor quidem
» pedes remotæ: sed præcipue columnæ ad choro-
» rum claustra latius quam octo pedes inter se distant.
» Super quatuor columnis et epistyliis corinthiacis
» surgit corona, quam superat secundum fabricæ
» membrum, decem pedes latum, si annumerentur
» columnæ, et quatuordecim altum, si ad fastigium
» frontis usque mensura agitur: utrumque vero latus
» vario condecoratum est ornato. Moniales contigua-
» tionem inferiorem sibi in chorum elegerunt, supe-

riorem cedentes arce in qua sanctissimum corpus
» asservatur. Ornarunt hunc locum velis ex dilissima
» argentea tela, quam ducissa Albana D. Mencia de
» Mendoza donavit. In media hac ædícula, cui sacelli
» fere forma est, locata est lipsanoteca, puniceo
» panno serico et villosa vestita, et clavis cælatu-
» risque deauratis, dono Mariæ de Toledo y Henrí-
» quez, olim ducissæ itidem Albanæ, decorata. Coo-
» perta est arca umbella ex attalico textili, quod,
» jubente rege Philippo II, mittendum curavit hujus
» filia D. Isabella Clara Eugenia, archiducis Alberti
» conjux et Flandriæ comitissa (imo totius Belgii gu-
» bernatrix). Sic adimpleta est revelatio quæ Sanctæ
» facta fuerat in divino illo paroxysmo quem habuit
» antequam monialis fieret, et in quo, ut jam alibi
» diximus, vidit corpus suum supponendum esse
» panno pretioso.

1051 Interius in arca incisi sunt tabulis deau-
» ratis aliquot versiculi, a P. M. F. Didaco de Yanguas
» Ord. Præd., viro doctissimo ac S. Virginis confes-
» sario, compositi in hæc verba:

« Arca Domini in qua erat manna, et virga, quæ
» fronduerat, et tabulæ testamenti. Hebr. ix. »

« En esta arca de la Ley

» Se encierra por cosa rara
» Las tablas, maná y la vara,
» Con que Christo nuestro Rey
» Hace á su Virgen mas clara:
» Las tablas de su obediencia,
» El maná de su oracion,
» La vara de perfeccion,
» Con vara de penitencia
» Y carne sin corrupcion. »

» Non extinguetur in nocte lucerna ejus. Prov. xxxi. »

« Aquí yace recogida

» La muger dichosa y fuerte,
» Que en la noche de la muerte
» Quedó con mas luz y vida
» Y con mas felice suerte.
» El alma pura y sincera,
» Llena de lumbre de gloria;
» Y para eterna memoria,
» La carne sana y entera:
» Dó está, muerte, tu victoria?

1052 Qui versus sic latine ad verbum sonant:

» In hac arca Legis
» Includuntur, ut res rara,
» Tabulæ, manna et virga,
» Quibus Christus Rex noster
» Suam Virginem clarissimam efficit:
» Tabulæ obedienciæ ejus,
» Manna orationis ejus,
» Virga perfectionis,
» Cum virga pœnitentiæ
» Et carne absque corruptione.
» Hic jacet inclusa
» Mulier beata et fortis,
» Quæ in nocte mortis
» Prædita fuit maxima luce et vita
» Et felicissima sorte.
» Anima pura et sincera,
» Plena splendore gloriæ;
» Et ad æternam memoriam,
» Caro sana atque integra:
» Ubi est, mors, victoria tua? »

1053 Quis porro locus his carminibus assignatus
» fuerit, ex diplomate authentico, alibi allegando, pa-
» tescet. Jam pergo cum auctore Chronici: Ab inte-
» riore cœnobii parte obseratum erat hoc sacellum,
» ad quod per exiguam tantum portam aditus erat ad
» curandum ornatum et nitorem. Ex parte ecclesiæ
» collocatum erat ferreum claustrum affabre factum

AUCTORE
V. D. M.
D

ac versibus
hispanis,

E

quorum versi-
onem latinam
hic adjicimus,

F

atque inter-
ptione latina
et hispanica
insignitur:

AUCTORE
V. D. M.

A et deauratum; et a regione totius fabricae appensa argentea lampas, quae magnitudine sua et elegantia liberalitatem D. Antonii ducis Albani, qui eam dono dederat, testabatur. In intervallis duarum columnarum insculptae lapidi erant duae inscriptiones, altera latina, hispanica altera, quae notum faciunt quis illuc asservetur thesaurus et quibus de causis tota fabrica constituta fuerit. Ita nimirum latina sonat: « Rigidis Carmeli Patrum restitutis » regulis, plurimis virorum feminarumque erectis » claustris, multis veram virtutem docentibus libris » editis, futuri praescia, signis clara, caeleste sidus » ad sidera advolavit Beata Virgo Teresia iv nonas » Octobris CIOXXXII. Manet sub marmore, non » cinis, sed madidum corpus, incorruptum, pro- » prio suavissimo odore ostentum gloriæ. » Cujus in vulgare idioma interpretatio hæc est: « Resti- » tuida a su aspereza la regla de los Padres del » Carmelo, fundados muchos conventos de Frayles » y Monjas, escritos muchos libros, que enseñan la » perfeccion de la virtud, profetizadas cosas futu- » ras, y resplandecido en milagros, como celestial » estrella voló a las estrellas la Beata Virgen Teresa » a iv del mes de Octubre del año MDLXXXII. » B Ha quedado en su sepultura, no su ceniza, sino » su cuerpo fresco y sin corrupcion, con propio » olor suavísimo por señal de su gloria. »

Idem anno
1604 clavis
ferramentis-
que occluditur.

1054 Sub hæc tempora multis, tantum prodigium inspicere cupientibus, pluries satis fuisse factum videtur, donec anno 1603 improvida huic curiositati cautum fuerit, sicut refert jam allegatus Chronici auctor; cuius stylum eo libentius iterum mutuo quod rei modo enarranda oculatus ipse fuerit testis. Anno MDGIII, inquit, R. P. F. Franciscus a Matre Dei, tertius Generalis, commonefactus graves quosdam et pios viros largius interpretari excommunicationes quas Sixtus Papa V, ut sanctum corpus semper integrum remaneret, litteris apostolicis hac de re specialiter datis enuntiaverat, adeoque moniales urgentibus eorum petitionibus adigi ad carnis frustra iis concedenda, P. Thomæ a Jesu, diffinitori generali et canonizationis S. Matris procuratori, in mandatis dedit ut arcam ita clavis ligeret ut nemo eam nisi rumpendo aperire posset. Ergo P. Thomas Salmanticam accessit, ubi ego tunc temporis regendo nostro collegio eram prepositus; et postquam sibi validos ex ferro circulos laminasque ac clavos comparasset, me secum Albam deduxit. C. Ubi, monitis D. Antonio duce Albano ejusque uxore D. Mencia de Mendoza, necnon D. Antonio de Toledo, dynasta de la Horcajada, consanguinitate iis proximo, cenobium ingressi, cum omnibus monialibus in chorum perreximus; atque arcam, e sacello seu loculamento extractam scamnoque impositam, P. Thomas aperuit. Cum autem, genibus provoluti, sacro corpori quanta par erat decencia ac veneratione sindonem e subtilissima tela confectam detraxissemus, olfacere mox non sine gaudio cepimus caelestem fragrantiam e carne et sindone oleo imbuta exorientem. Aliquamdiu hoc prodigio contemplando divinisque misericordiis dilaudandis occupati fuimus. Pétiere dein nobiles illi viri aliquas virginem carnis reliquias, quas negare non licuit. Atque etiam monialibus particulas P. Thomæ impartiebatur, sibi que assumebat non modica frustra; dum ego non audebam tanta mihi arrogare, sed uno contentus eram carnis segmento quod magnitudine fere manus volam aequabat. Pater vero ille, pro sua devotione magis quam pro debita Sanctæ reverentia, dolentibus nobis omnibus, costam evulsit. Post hæc arca validissimis clavis occlusa fuit, totiusque rei memoria scripto com-

mendata sub nostram omnium presentium fidem, D atque id instrumentum missum ad P. Generalem. Quam hisce verbis auctor Chronici describit sancti corporis visitationem, non dubito quin eadem sit quam Acta canonizationis exhibent anno 1604, et sic elapsis viginti duobus annis a felici transitu Servæ Dei, in præsentia ducis et ducissæ Albæ et ducis del Infantado et aliorum equitum et virorum religiosorum factam fuisse; ac proinde, ut narratio Chronici cum Relatione auditorum S. Rotæ quoad annorum designationem componatur, recte sentire mihi videtur D. Boucher, dum ait mandatum P. Generalis anno quidem 1603 P. Thomæ a Jesu fuisse impositum, sed executioni ab eo mandatum anno sequenti.

§ LVI. Beatificatio promota atque obtenta.

U no hactenus tenore prosecutus sum quidquid ad statum corporis S. Virginis spectat usque ad tempus quo beatificationis honores consecuta est. Interea luculenta prodigia quæ Deus, patrocinante Teresia, operatus fuerat, impulerant Ferdinandum de Toledo, filium Ferdinandi, tertii ducis Albani, priorem Ordinis S. Joannis in Castella et Legione, ut promovendæ ejus canonizationi summam 14,000 aureorum horumque redditus per suum destinaret testamentum, prout liquet e testimoniis juratis Antonii Alvarez de Toledo y Beaumont, quinti ducis Albani, ejusque uxoris Mencia de Mendoza, qui id notorium ac publicum esse declararunt, nec non duarum monialium quæ suis oculis testamentum illud viderant; quæ quatuor testimonia ex processu Toletano adducuntur in Summario nostro MS. jam sæpius allegato: idem testamentum Ludovicus Ariz se inspexisse profitetur in opere suo de Magnitudine civitatis Abulensis (part. I, pag. 50), ubi tamen in designando nummorum numero memoria lapsus videtur, dum scribit 16,000 aureos. Tota quoque Teresiana religiosa familia, summis votis et adhibitis potentium virorum patrocinis, Matri suæ sollicitabat altaris honores, dictitante Anna a Jesu exoptare se ut modica quæ conferre ad id poterat symbola, multiplicarentur in decies centena millia. Interea crescebat indies fama sanctitatis et miraculorum, ac pari passu erga S. Matrem ejusque sacras exuvias hominum pietas et veneratio: monasteria quoque quæ condiderat, late virtutis spargebant odorem: uberes et ejus scripta quotidie fructus pariebant. Qua de causa episcopus Salmanticensis Albam, in suæ diæcesis oppidum, se transtulit anno 1591, et incorrupti corporis, virtutum ac miraculorum S. Matris tum Albæ tum Salmanticæ testimonia, gravissimorum virorum auctoritate fulta, collegit. Brevi autem post, nempe anno 1595, rogatu Philippi II, apostolicus Nuntius Camillus Cajetanus, per omnem Hispaniam, ubi vel degisset illa vel nota esset, informationem fieri jussit; quod quidem munus non nisi virorum gravissimorum solertia credidit.

Prima informatio conficitur ab Ordinario loci, E.

1056 Hoc commisit Madriti doctore Marmol Zapata; Vallisoleti, doctore Sobrino, theologiae cathedralis primario, Vallisoletanae ecclesiæ canonico et Sacri Officii consultori; Cesaraugustæ, doctore Gabrieli Sora, ejus ecclesiæ canonico et Sacrae item Inquisitionis consultori; Abulæ, doctore Petro Tablares, archidiacono Abulensi; Toleti, doctore Armunia, regie capellæ capellano; Palentia, doctore Castillo, ejus ecclesiæ canonico; Salmantica, magistro Curiel, cathedralis

et dein a sedem illius, a Nuntio delegatis.

A cathedratico vespertino; Hispani, doctori Joanni Hurtado, ejus ecclesiae canonico; Valentia, doctori Alphonso de Abalos, archiepiscopatus visitatori; Segovia, doctori Ludovico Cabeza de Villegas, canonico cathedralis; Methymnae Campi, doctori Bernardo Velez, ejus ecclesiae canonico; Hueti, licentiatu Roderico de Castillo y Arcas, archipresbyteratus vicario; Petrahita, Petro Rengifo, archipresbytero; Villanova de la Xara, licentiatu Petro de Vilches; Malagone, licentiatu Ferdinando Gonzalez, Ordinis S. Joannis; Cueva, doctori Alphonso de Alcocer.

quarum infor-
mationes Ro-
mam mittun-
tur, faventi
regi.

1057 Sedem hac informationes missae fuerunt Romam anno 1597 ad Clementem VIII, usque Philippus II et imperatrix Maria, Caroli V filia, litteras addidere, quibus Teresiae canonizationem enixe postularunt. Insuper Philippus duci de Sesa, suo apud S. Sedem legato, rem illam serio promovendam commendavit, data ad eum sequenti epistola: Doctor Marmol Romam petit, ut quaedam negotia archiepiscopi Toletani expediat, et secum fert factas super vita M. Teresiae a Jesu informationes, in quibus res reperiuntur sanctissimae: adhuc institutrix ipsa est et reformatrix Ordinis quae tanta perfectione floret. Quamobrem magnopere tibi injungo ut causam canonizationis ejus valde strenue amplectaris, eamque promoveas apud eos ad quos pertinet, quo meliore poteris modo. Quidcunque hac in re praestiteris, gratissimum mihi erit; ac certiore me fac de progressu quem haec causa fecerit. Madriti, XXI Martii 1597. Ego Rex.

additisque a
congregatione
venerabilium
commendati-
onibus, quae hic

1058 Eodem fortuito tempore Madritum con-
cernant omnium ecclesiarum Castellae et Legionis de-
putati, ut quasdam diocesium suarum res pertra-
ctarent. Commune suum et ipsi postulatum missis
informationibus addiderunt, quod fuit hic transcri-
bere, quia compositae admodum et eloquenter Teresiae
laudes in eo praedicantur: Congregatio ex universis
ecclesiis metropolitanis et cathedralibus regnorum
Castellae et Legionis, Madriti cum Sedis apostolicae
beneplacito convocata et collecta, sempiternam fe-
licitatem Sanctissimo ac Beatissimo Patri et Do-
mino nostro, Domino Clementi Octavo, Pontifici
Maximo. Ea est Beatitudinis tuae eximia religio et
summa pietas, Sanctissime ac Beatissime Pater, ut
quae ad Ecclesiae Dei ornamentum pertinent, grato
recipias animo et amplectaris. Christus autem Do-
minus, a quo bona cuncta derivantur, domui suae
Teresiam de Jesu his iniquis temporibus caelitus
concessit, ut solidam ac pulcherrimam ejus sancti-
tatem novo decoraret splendore. Haec in causa est
ut ad Beatitudinem tuam quam accurate scribere-
mus: quod a sacra voluntate tua et ab officio nostro
alienum minime judicavimus. Teresia illa est, Bea-
tissime Pater, quae nobili genere nata, terrena
despiciens, admirandae supra humanam conditio-
nem puritatis et coelestis perfectionis vitam, nostra
memoria, egit in Hispania: cujus mirificam et nu-
meris omnibus absolutam virtutem, certissimis ex-
perimentis comprobata, miraculis indubitatis, qui
hujusmodi faciem accendit, ut mundum illustraret,
voluit esse consignatam. Ad tantum divinae con-
templationis culmen pervenit, ut purissima mens,
nubes, sidera, ipsos Angelos transcendens, de fontibus
Salvatoris aquam largiter hauriret. Quam pul-
chra veniens a Libano reverteretur, et qui mellis ac
lactis rivi ex lingua ejus fluere et virtutes morta-
libus instillarent, coelestis doctrinae libri testantur;
in quibus non verborum lenociniis, neque stylo
elaborato, sed gravi, puro ac proprio, quae contem-
plata fuerat, scripta nobis reliquit. Mira sunt quae
fecit et dixit; utpote quam Christus elegit, quae
fortes milites piasque copias adversus hostium in-

gruentes procellas Ecclesiae subministraret. Quam
omni disciplina et bellandi invicta duritie veteres
illos sacros milites qui orbem subegerunt, aequaret.
Suo enim exemplo ac divinarum rerum fide, plures
virgines et viros commovit, ut, ad altissimum per-
fectionis fastigium assequendum, arctissimam diffi-
cillimamque vitae rationem alacriter ac fortiter
expeterent: quam, Christo adjuvante, qui jugum
suum semper suave efficit, factis exhibent; multaque
inhabitant monasteria, quae immenso labore et in-
credibili patientia illa construxit. Postquam autem
Dominus illam ad caelestem gloriam, ad quam sem-
per aspiraverat, evocavit, ejus corpus, uti accepi-
mus, incorruptum persistit; et super omnia aromata
divinum odorem, haud similem terrenis, spirat, ac
multa edit miracula.

AUCTORE
V. D. M.
D

1059 Itaque in dubium revocari non posse
videtur, Sanctissime Pater, Teresiam jam cum
Christo regnare ac beato sempiternoque aëro in
caelo frui, atque eximia beneficia a Deo hominibus
ejus intercessione praestari, ut memores et grati ad
eam properemus venerandam. Quamobrem Vir-
ginis memoriam templis altaribusque consecrare,
votis nuncupare, diebus festis celebrare ipsius se-
ctatores majorem in modum exoptant, quos sibi
a Deo praeposita meminisse, et conversationis exitum
intuentes, fidem oportet imitari. Neque nos
minori desiderio tenemur. Existimamus namque,
Sanctissime Pater, domesticum exemplar ad mores
nostros formandos ac divinum amorem excitan-
dum maxime profuturum. Beatitudinem tuam igitur
vehementer etiam atque etiam rogamus et ob-
secramus ut Teresiam in Sanctarum Virginum
numerum adscribas. Quod ut solemniter more con-
stet, quam primum, ne manifesta temporis injuria
obscura fiant, praelatis delegare gravissimis di-
gnare. Interim vero dum haec rite peraguntur,
maximo studio a Beatitudine tua petimus atque
contendimus ut sectatoribus Virginis anniversa-
rium diem, quo in caelum migravit, agere con-
cedas in solatium. Digni enim sunt qui a te rebus
omnibus ornentur, cum plurimum adjumenti Ec-
clesiae Dei afferant, et non sine magna Christiani
nominis gloria extremos Indos, Hispania et Italia
peragrata, penetraverint. Ita tuo summo beneficio
magnus cumulus accesserit. Quae quidem omnia
pro tua divina auctoritate et prudentia multo faci-
lius ipse judicabis, cum causa potius justa apud
te valere debeat quam nostra gratia. Illud vero
nobis est persuasum, quoscunque maximos ho-
nores Teresiae decreveris, hos Deo gratissimos et
magnae Ecclesiae ac Beatitudinis tuae laudi futuros.
Vale, Sanctissime Pater. Christus, qui est corona
Sanctorum omnium, te, ut eorum nobis salutaria
exempla proponas imitanda, quam diutissime servet
incolumem. Madriti apud monasterium Sanctis-
sime Trinitatis congregationi nostrae destinatum,
sub trium nostrorum chirographis, septimo Idus
Maji, anno a Nativitate Dominica 1597. Sancti-
tatis Vestrae humillimi Servi. Doctor Gabriel Suarez
de Toledo, archid. Madritensis et canonicus. D. An-
tonius Pimentel, cantor Hispalensis. Doctor Jose-
phus Alderete, canonicus Cordubensis. Joannes
Alphonsus de Cardova, abbas de Alabanza, secre-
tarius (Hist. Congr. S. Eliae, tom. I, lib. II, c. XII).

exhibentur,
litteris.

E

F

1060 Dum receptas informationes totamque rem
Clemens VIII considerate pro rei gravitate expen-
dit, tot undique ex Hispania preces id apud S. Se-
dem negotium urgent, ut Chronicum (lib. XIV, cap. 1)
diserte dicat omnes Hispaniarum ecclesias, prin-
cipes, regna, episcopos, academias et civitates ad
sacrum Servae Dei Teresiae honorem impetrandum

Multae porro
aliae supplices
litterae Ponti-
fici porrigun-
tur.

AUCTORE
V. D. M.

A conspirasse. Præterea supplices litteras quas academia Complutensis anno 1601 et concilium provinciale Tarraconense ac congregatio ecclesiarum Castellæ et Legionis anno 1602 Clementi VIII porrexerunt; quamquam eas, si per spatium liceret, ob summas quas continent Teresiæ laudes hic integras transcribere perciperem. Ast, cum prolixiores sint, legique possint in Chronico, unas duntaxat eas afferam quas suprema in Hispaniæ academia Salmanticensis misit, et quas ideo potissimum seligo quod cum S. Matris encomiis præclara simul continet encomia inclyti ab ea reformati Ordinis.

in quibus remanent
resistantur
alio

B 1061. Sic hæc litteræ sonant: Beatissime Pater. Cum ad reipublicæ Christianæ salutem divino munere, his corruptissimis sæculi nostri moribus, orbis terræ gubernationi præpositus fueris, et in eam curam et cogitationem dies noctesque toto pectore incumbas ut commissus tibi a Christo Domino grex in viam redeat et ad sanitatem reducatur, nihil Beatitudini tuæ gratius fore existimamus quam ut multæ sese offerant occasiones quibus vitæ sanctitas eorum qui in celestem cœtum recepti perenni gaudio perfruuntur, mortalibus innotescat. Nullis enim præceptis aut institutis facilius et certius homines ad vitæ rectitudinem excitantur quam heroicarum virtutum ad imitandum propositis exemplis. Quæ cum ita sint, Sanctitati tuæ jucundissimum hæc tua Salmanticensis academia futurum existimavit, si, quæ de hoc genere ipsa assequeretur, litteris ad te missis consignaret, et præcipue quæ de sanctissima femina Teresia a Jesu, quæ jam Hispaniam totam atque adeo universam Europam sanctitatis suæ fama complevit, cognovisset: de qua ea dicemus, non solum quæ auribus percepimus, sed etiam quæ oculis ipsis quotidie videmus, et fere manibus nostris contrectamus. Nam, dum hæc lectissima femina vixit, ea per annos multos excellentissimarum et clarissimarum virtutum ostendit signa, ut singularis ejus præstantia latere potuerit nemini, cum etiam fuerit miraculis non minus confirmata. Quæ, postquam excessit e vivis, plura et majora sunt consecuta, quæ in dies ad Dei Omnipotentis gloriam augentur et cumulantur. Castum ejus et inviolatum corpus integrum et incorruptum conspicitur, ex cujus artubus quidam suavissimi odoris hodieque liquor stillat.

quæ firmi utriusque
domini. Non
sanctitatis

C 1062. Hæc religiosorum virorum et feminarum Ordinem instituit, quem sanctissimis legibus et institutis ita firmavit ut in eo illos ad omnem perfectionem erudiri et informari experiamur; qui numero sacrarum adium, religiosorum utriusque sexus frequentia, Christiani populi studio et gratia, paucis Ordinibus inferior est: adeo ut vero maximo simile esse videatur tantum tam brevi temporis spatio incrementum a divina voluntate mirabiliter esse profectum, non sufficiente rei tantæ humana imbecillitate. Hinc factum est, Beatissime Pater, ut Hispania universa propensissima sit in hunc Ordinem, et voluntate summaque pietate et observantia clarissimam Teresiam colat et veneretur, ardentque cupiditate incredibili ut a Sanctitate tua in Divorum numerum referatur. Eodem animo academia hæc tua eo est quod videat horum religiosorum virorum et etiam feminarum exemplo juventutem Hispanam multum ad omnem virtutem adjuvari. Cupitque ut ea mulier, cujus rara fortitudine tot tantaque bona assecuta Hispania est, a Sanctitate tua illustrata, ab universa Christiana republica colatur et celebretur. Quod dignissimum tuis sanctissimis curis existimamus, et speramus

D fore ut hoc a te, quæ tua benignitas est, facile impetremus. Deus Opt. Max. Sanctitatem tuam per multos annos summo Catholicæ Ecclesiæ bono conservare velit incolumem. Salmantica, iv non. Februarii anni 1602. Humilissimi servi Sanctitatis tuæ, qui sacros tuos pedes supplices osculamur. D. Franciscus Avila y Guzman, rector. Doctor Didacus Enriquez. Fr. Augustinus Autolinez. Joannes Alphonsus de Curiel. Balthasar de Cespedes. Salmanticensis academice jussu, Bartholomæus Sanchez, notarius secretarius.

1063. Nequeo his litteris non adjuungere alias æque præclaras quas Beatus Joannes de Ribera, patriarcha Antiochenus et archiepiscopus Valentinus, eidem Pontifici Clementi VIII scripsit. Reperiuntur illæ in Anno Teresiano ad diem xxii Junii. Doleo eas & latino hispanice ibi esse conversas, et proin rursus a me ex hispano latine faciendas; ita ut non earum verba, sed tantum sensum exprimere valeam. Sic autem de S. Virginis virtutibus profatur idoneus ille earum testis: Sanctissime Pater. Quamquam omnes ad pedes vestros se proolvere ac bene se exceptum iri sperare possint, nobis tamen nunc ingeminatur ea spes, Sanctorum apud vos causam acturis: quippe crebra certaqué argumenta suppetivisti quibus constet magnam esse Sanctitati vestræ propensionem ad favendum iis qui amplectuntur et sequuntur virtutem; quod Sancti certe præstiterunt. Neque vestra ea mens provenit duntaxat ex vehementi illo virtutis amore quem foves cum totius Ecclesiæ, cujus gubernium feliciter tenes, utilitatis augmento; verum etiam ex eo mens illa vestra procedit quod potestatem, auctoritatem et claves quas a Domino nostro Jesu Christo ut ejus in terra vicibus fungens accepisti, adhibeas ad extollendam et magis magisque amplificandam Sanctorum gloriam et splendorem: ita ut jure merito possis ac debeas vocari minister Sanctorum, quo etiam nomine S. Apostolus Paulus ipsum Christum appellat. At meum scopum jam explicem. Beatissime Pater, vita quam egit religiosissima et pientissima Teresia a Jesu, longe lateque per omnes Hispaniarum provincias resplendet: ac novi vestram id Beatitudinem non fugere, cum illud vobis testatum factum sit ex una parte certis luculentisque instrumentis quæ plures vobis exhibuerunt, et ex altera parte duobus libris quos par virorum, sapientia æque ac pietate insignium, in lucem vulgaverunt, et ita publice asseveraverunt id quod nobis jam prius plane perspectum erat. Accedit nos omnes, qui Teresiæ superviximus, auritos oculatosque testes esse excellentissimæ prudentiæ (ut de cæteris ejus virtutibus taceam) quæ præstantissima illa mulier emicuit et splenduit in suarum monialium gubernio. Atque sagacissimæ hujus feminae Institutum, profundis actis radicibus, hodieque firmum ac stabile perseverat. Iis igitur de causis ego, qui inter Hispanos episcopos ætate superior sum, licet meritis inferior, promovere istud negotium pro modulo meo velim, imprimis ob veterem cum amorem et affectum quo illam Christi famulam, dum in vivis agebat, prosecutus sum, et dein ob magnum meum desiderium quo feror ad videndam faciem illam lumenque super candelabrum manibus Beatitudinis vestræ positum, quo latius luculentiusque splendeat. Certum namque est fore ut id negotium redundaturum sit ad majorem omnipotentis Dei laudem et gloriam. Accedit quoque ex nova hac canonizatione et fastis Sanctorum adscriptione unius præcipue & sequiore sexu multis additum iri calcar ad eam æmulandam sequendamque in heroicarum virtutum tramite.

iam B. Joannes de Ribera obit

Neque

A Neque dubium est quin Teresia, a vestra Sanctitate adornata et speciosissimo tali insigni magnificoque nomine cohonestata, fidenter apud Deum pro te sit deprecatura, petendo grateque efflagitando ut tibi vitam largiatur productissimam ad communem omnium utilitatem: quod Deus Omnipotens et Maximus votis nostris concedat! Valentiae, xx Junii 1602, Sanctissime Pater, Vestrae Beatitudinis sanctissimos pedes exosculor, humilis servus, Joannes Antiochenus et Valentinus.

Ergo ad infor-
mationem in
specie progre-
di jubet Pon-
tificis qui.

1064 Multiplicibus justisque motus precibus ac rationibus, et causa a S. Congregatione Rituum examinata, biennio post, id est anno 1604, rescripsit in Hispaniam Pontifex, mandavitque Laurentio Otaduy, episcopo Abulensi, et Ludovico de Cordova, episcopo Salmanticensi, ut de fama sanctitatis et miraculorum Teresiae in genere informationes instituerent. Hi, cum diligenter mandatum pontificium peregerunt, confectas informationes Romam quantocius perferendas curarunt. Porro processibus his jussu Pontificis a Cardinalibus S. Congregationi Rituum praefectis mature discussis, sub initium anni 1607, Paulo V tum sedem Petri occupante, unanimiter ab eodem firmata fuere quae in praedictis informationibus continebantur, iudicataque ea esse hujusmodi ut ad ulteriora procedi posset. Jussit itaque Paulus V ut de sanctitate et miraculis inquisitio fieret in specie, et id munus commissum fuit Cardinali de Rojas, archiepiscopo Toletano, atque episcopis Abulensi et Salmanticensi. Processus per hos in Hispania confecti Romam missi sunt.

instante aum-
per Ordine ad
beatificatio-
nem impet-
randum.

1065 Mense Majo 1608, in secundo capitulo generali Romae celebrato, P. Joannes a Jesu Maria, procurator totius congregationis Italicae electus fuerat. Eo tempore tota Reformatio nostra, ait P. Isidorus a S. Josepho (cap. XVII *Vita quam Florentinae editioni anni 1771 operum P. Joannis praefixit*), conjunctis animis viribusque gravissimum negotium urgebat apud Deum et homines, ut nimirum ab ore Vicarii Christi Beata pronuntiaretur Teresia. Nam Matris praekonio filiorum vita stabiliebatur, fervor accendebatur, ut illa via velocius ac levius tenderent ad caelum, qua Fundatricem suam ad Sponsam praevolasse ab apostolico veritatis oraculo didicissent. In hanc ergo rem procurator noster totus incubuit, tum officii debito, tum pro tenerrimo dilectissimam erga Matrem affectu; ut paucis post mensibus elaboratum habuerit sanctissimae vitae compendium, quod elegantibus typis commissum ad annum MDCIX Summo Pontifici Paulo V dedicavit, obtulit: promeruitque sermonis gratia et claritate, gestorum magnitudine et sanctitate, ut a Sanctissimo perlegeretur, et virtutum tantae Virginis splendore raperetur, Christo cor Vicarii sui argente ad supremos honores sponsae decernendos. Mox enim jussit S. Congregationem Rituum ulterius procedere, in qua xxiv mensis Octobris ejusdem anni ad examen testium super puritate ac sanctitate vitae ac miraculis S. Teresiae Romae peragendum deputatus est Eminentissimus Dominus Cardinalis Pamphilius, Sanctissimi D. Papae Vicarius, et decima Maji MDCX, ac deinceps usque ad finem mensis Maji, ad nostri procuratoris instantiam producti sunt et examinati Illust. ac Reverendiss. D. Fr. Didacus Alvarez Ordinis Praedicatorum, archiepiscopus Trancensis, R. P. Bartholomaeus Perez Societatis Jesu, Hispaniarum assistens, R. P. Dominus Petrus de Sayes de Torres, canonicus regularis Ordinis S. Augustini, Illust. ac Reverendus D. Augustinus Gudellus presbyter, sacrae theologiae doctor, hi duo Romae in desperata infirmitate ad invocationem S. Teresiae miraculose

sanati, Rev. Mater Felix a Matre Dei, praefecta monasterii S. Joseph de Urbe, aliaeque moniales, de Reliquiae S. Teresiae fragrantia, ibidem supra naturae ordinem percepta, et sanatione scrofularum ad ejusdem contactum in sorore Tecla, nepte Cardinalis Baronii. Auditae sunt praeterea depositiones trium e nostris Patribus, P. Fr. Thomae a Jesu, P. Fr. Dominici a Jesu Maria, P. Fr. Josephi a Sancto Gabriele. Certe testium horum perspecta fides et debita reverentia, rerum quas deposuerunt gravitas et magnitudo, non solo meritorum cumulo processum impinguarunt, sed etiam stimulos addiderunt iis qui causae praerant: siquidem in diligentiae remunerationem sperare poterant praesentaneum gratissimae Virginis auxilium, quod in urbe Roma jam percresebat.

1066 Instare interim etiam non cessarunt quotquot in Hispania auctoritate et dignitate valebant, quibus non pauci sese adjunxere exteri. Exhibet Chronicum (lib. XIV, cap. I et II) datas ad Paulum V litteras supplices anno 1607 a Margarita Hispaniarum regina, anno 1608 a Sigismundo rege Poloniae, anno 1610 a Philippo III, anno 1611 a proceribus regnorum Castellae et Legionis, item ab illis Arragoniae, neenon Cantabriae, ut et litteras Belgii archiducum Alberti et Isabellae. Insuper modo huic § postulata ex Hispania missa a rege, ab episcopis et ab academia; gratum puto lectori fore nunc Belgicam pro S. Teresia supplicationem offendere. En qui nobile primumque illud par, qui Belgarum deliciae fuerunt et fons multiplicium perennantium etiam hodie honorum, expetant a Supremo Antistite hoc novum religionis incrementum: Beatissime Pater. Tenero devotoque venerationis et cultus obsequio ferimur erga M. Teresiam a Jesu, Fundatricem Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, ob singularem sanctae vitae ejus integritatem, certaque virtutum ejus argumenta, unde fit ut per totam Hispaniam ipsa pro meritis celebratissima sit. Quare vehementer optamus ut quantocius in Sanctorum numerum referatur. Idipsum postulare videntur multa magnaue miracula quae Deus per B. Teresiae merita operatus est: et cum haec tam illustria sint et palam testificata, fore confidimus ut V. Sanctitas suffragio iudicioque suo infallibili ea comprobet. Sicut haec nostra vota, pro affectu quo dictam Teresiam prosequimur, ardentia sunt, ita et vehemens nostra est efflagitatio ut V. Sanctitas canonizationem ejus non amplius differat, neque sinat ut quae in caelo triumphat choris inserta Sanctorum, in terra cultu fraudetur qui debitus est ejus meritis. Hoc in majorem Dei gloriam redundabit, in laudem V. Sanctitatis, in Ecclesiae Catholicae decus et in eximium nostrum solatium. Servet Deus Optimus Maximus Sanctitatem Vestram incolumem ad Christiani orbis bonum. Datum Bruxellis iii Augusti 1611. Sanctitatis Vestrae obsequentissimi filii Albertus, Isabella.

AUCTORE
V. D. M.
D

recipit multas
alias supplices
litteras; qua-
les, ecce habes
e Belgia.

E

F

1067 Post congesta tot testimonia, lucidaque tot Romam missa causa instrumenta, non latebat sane Summum Ecclesiae Antistitem eximia Servae Dei sanctitas. At, pro Romanae Curiae more, beatam eam pronuntiare non videbatur, donec consuetae omnes examinationes et discussiones a S. Congregatione Rituum Rotaque ordine peractae essent. Quibus autem gradibus res peracta sit, lucido exponit Benedictus XIV, in opere suo de Beatificatione et Canonizatione (lib. I, cap. XXV, num. 7 et seqq.), hoc modo: In archivo conventus S. Annae de Urbe PP. Carmelitarum Discalceatorum nationis Hispanicae Acta integra extant beatificationis et canonizationis S. Teresiae in duos tomos distributa, quorum

Gradus pro-
cessuum exhibetur.

AUCTORE
V. D. M.

A quorum primus, pertinet ad beatificationem, subscriptus fuit a Joanne Paulo Mucantio, magistro sacrarum caeremoniarum et secretario Congregationis Sacrorum Rituum. In hoc primo tomo continetur commissio Clementis VIII, Sacrae Congregationi inscripta, ut inquirat in virtutes in genere; habetur commissio Summi Pontificis Pauli V, ut inquirat in specie; completisque processibus remissorialibus, extat decretum Sacrae Congregationis, demandans Cardinali Lancellotto ut processus exhibitos videret et examinaret. Causae postulatorem informationes tum facti tum juris una cum ditissimo documentorum Summario exhibuerunt Cardinali Lancellotto, qui prius retulit punctum validitatis processuum, deinde alterum punctum super virtutibus: transmissio autem ad unumquemque Cardinalem Sacrae Congregationis eo documentorum Summario, quod fuerat Cardinali Lancellotto exhibitum, ad ejus relationem Sacra Congregatio respondit, satis, sufficienter et abundanter constare de virtutibus, puritate, integritate vitae et sanctitate Servae Dei Teresiae: tum, delegatis Cardinalibus a Monte et Lancellotto, ut Summo Pontifici referrent ea quae acta fuerant in hac causa, cum Cardinalis Lancellottus subinde retulisset Summum Pontificem respondisse se velle ut omnes similes causas tractarentur et discenterentur prius in Rota, postea iterum examinarentur in Congregatione Sacrorum Rituum, et ut reliqua omnia quae ad miracula pertinebant in causa Servae Dei Teresiae, examinarentur in auditorio Rotae, Sacra Congregatio delegit Franciscum Sacratum, Joannem Baptistam Cocci-num et Alphonsum Manzanedum, Rotae auditores, ut citra examen articulorum jam discussorum et resolutorum in Congregatione de validitate processuum et de sanctitate vitae, viderent et diligenter examinarent processus, atque referrent quid in eis circa miracula invenirent. Auditores Rotae mandatis paruerunt; editaque Relatione super miraculis, eademque transmissa ad Cardinalem Lancellottum et alios Cardinales Sacrae Congregationis, Summus Pontifex Paulus V jussit ut etiam suum iudicium proferrent super validitate processuum et super virtutibus: prolato autem favorabili iudicio ab iisdem super eodem argumento, et super eo quod tuto procedi posset ad canonizationem, Cardinalis Lancellottus, ordinem proseguendo ejusdem Relationis, quae (uti dictum est) unicuique Cardinali tradita fuerat, miracula exposuit et luculenter narravit; sicque ad ejus relationem Sacra Congregatio censuit constare de virtutibus et de miraculis, et posse ad canonizationem procedi, atque interim concedi posse Officium et Missam pro nonnullis determinatis locis. Tum denique Papa annuit petitis, et litteras apostolicas in forma Brevis expedivit super limitata concessione Officii et Missae, in qua beatificatio consistit.

et simul hanc
affectionem
Brevis.

1068 Breve illud ex Bullario Carmelitano Monsignani ecce habes: Paulus Papa V ad perpetuam rei memoriam. Regis aeternae gloriae, qui fideles servos suos corona vitae coronat, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex injuncto nobis pastoralis officii debito, Christi fidelium ac praesertim catholicorum regum et principum nec non religiosarum personarum votis, quae peculiarem erga eundem Christi servos honorem et venerationem respiciunt, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, prout conspiciamus salubriter in Domino expedire. Sane dilectorum filiorum omnium religiosorum totius Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Beatae Mariae de Monte Carmeli nomine nobis nuper expositum

fuit quod bonae memoriae Teresia de Jesu, dicti Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Fundatrix, tam multis et eximiiis virtutum et gratiarum ac miraculorum donis a Domino illustrata fuit, ut magna idcirco erga ejus nomen et memoriam Christi fidelium devotio vigeat: quapropter, non solum universus Ordo praedictus, sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum rex Catholicus, ac omnium fere Hispaniarum regnorum archiepiscopi, episcopi, principes, necnon communitates, universitates et homines, nobis iteratis precibus humiliter supplicari fecerunt, ut, donec canonizationis honor ab apostolica Sede dictae Teresiae habeatur, quod ob ejus excellentia merita aliquando, divina inspirante gratia, futurum sperant, Sacrosanctum Missae Sacrificium et Officium ab omnibus et singulis dicti Ordinis utriusque sexus religiosis personis de dicta Teresia tanquam de una beata Virgine, et alias ut infra, agi et recitari respective posset. Quare nos, re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus praefectos, quibus eam examinandam mandavimus, mature discussa, de eorundem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut deinceps in futurum singulis annis in die depositionis dictae B. Teresiae, videlicet die quinta mensis Octobris, in omnibus monasteriis et ecclesiis dicti Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum ab omnibus ejusdem Ordinis religiosis utriusque sexus Officium et Missa de Beata Teresia praedicta, tanquam de una Virgine, necnon in oppido Albae Salmantinae diocesis in monasterio et ecclesia in qua corpus dictae Beatae Teresiae asservari asseritur, ab omnibus presbyteris tam saecularibus quam regularibus cujuscumque Ordinis in dicta die quinta Octobris tantum Missa in honorem ejusdem B. Teresiae pro eorum devotione juxta regulas Breviarii et Missalis Romani recitari et celebrari respective possit et valeat, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo concedimus et indulgemus. Non obstantibus, etc. Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xxiv Aprilis 1614, pontificatus nostri anno nono.

1069 Refert P. Fredericus (lib. v, cap. xv) marchionem de Villena, Hispani regis apud S. Sedem legatum, adeo fuisse letatum de felici hoc legationis suae tempore obtento successu, ut, annuente rege, scuto suo gentilitio adscriptum voluerit notum B. Teresiae lemma: Misericordias Domini in aeternum cantabo. Incolae oppidi Albae, qui felici sorte possidebant Beatae corpus, ac civitas Salmantica, in ejus diocesi sita Alba est, praeter ceteris dedere suae devotionis specimina. Die vii Octobris anni illius 1614 cleri Albani praefectus cum suo clero, oppidique gubernator cum suo magistratu, B. Teresiam elegerunt in protectricem, seseque obligarunt ad celebrandam anniversariam ejus diem, ut festum de praecepto: ac suum votum confirmarunt emisso juramento coram D. Ludovico Fernandez de Cordova, episcopo Salmanticensi, qui Albam venerat ut Beatae sepulchrum veneraretur. Reversusque hic Salmanticam, duobus interjectis diebus, confirmavit in ecclesia Ordinis, quae S. Eliae sacra est, electionem qua nobilis ea civitas B. Matrem assumpserat in perpetuam suam patronam. Neque Albae dumtaxat et Salmanticae, sed totam passim per Hispaniam Teresiae beatificatio, ut ait Chronicum (lib. xiv, cap. iii, num. 6), tanto plausu jubiloque excepta est, ut nulla unquam festivitas celebrata fuerit majori. Si profanas species solemnitates, in praecipuis urbibus usurpati fuere equestres ludi hastis canisive, habitae (progenio Iberorum, qui haec spectacula in deliciis habent) taurorum

D

E

F

Magno id decretum excipitur
jubilo, in
Hispania
praesertim.

A taurorum pugnae, visaque ardere nocturnis festis civitates prae luminarium tedarumque copia. Quod si sacras species pompae, ecclesiae, academiae, familiae religiosae multipliciter exaggeraverunt festivitatem altarium ornatu, musica, processionibus, decantatis in Beata laudem carminibus, habitisque orationibus panegyricis. Quia imo Madritum, Salmantica, Corduba, Barcino pluresque aliae civitates typis ediderunt libros ubi festae et caeremoniae describuntur; ac P. Josephus a S. Maria, Ordinis Generalis Praepositus, dedicavit Summo Pontifici Paulo V volumen non exiguae molis, in quo collegerat actas in multis oppidis solemnitates, miracula ea occasione a Beata patrata, selectosque a claris oratoribus in iis festis pronuntiatos panegyricos.

ut et Bruxellae
piae actus et
et epistolae.

B 1070 Etiam extra Hispaniam quam plurimis locis festissime celebrata fuit ejus beatificatio. Eminentur praesertim Bruxellae, ubi v. Octobris 1614 in novo Carmelitarum templo ab Ill. Matthia Hocio, archiepiscopo Mechliniensi, primum litatum est, perfecta tum primum, ut templi, ita et monasterii fabrica, cujus initia attribui debent piae potissimum industriae comitis de Anover, aulae archiducalis praefecti, qui triennio ante, opiparis instructis dapibus, inductoque apposite de praestantia Teresiani Instituti sermone, e convivis 22.000 florenorum Brabantiorum una vice elicerat: sicut legitur in archivo Carmelitarum Excalceatarum Bruxellensium. Vide quoque Sanderi Chorographiam Sacram Brabantiae (tom. II, pag. 343) et praecipue Hist. Gen. Fratrum Disc. Congr. S. Eliae (tom. II, lib. III, cap. XXXVI), ubi fuse enarratur et primum adium lapidem viii Septembris 1611 solemniter positum a serenissimis Belgii principibus Alberto et Isabella, caeremoniarum pompam ducente Emin. Cardinale Guidone Bentivoglio, et, ipsa beatificationis celebrata solemnitate, v. Octobris 1614, oblatum primo Sacrificium ab Ill. Hocio, et parum solemnitate eadem die serenissimorum archiducum praesentia cohonestatam apud Carmeli Bruxellensis sanctimoniales, quae illos, utpote caenobii sui fundatores, jure merito sibi praevicerant, et pios hos principes suprema octavae die egressos cum aulicis suis ad religionem eodem, ubi Sacram Liturgiam ea die celebravit Ill. Franciscus Buisseret, episcopus Namurcensis, in paramento quod numeris omnibus absolutum et auro argentoque contextum iidem archiduces ecclesiae dederant, et colatissimam Eleonoram Borboniam (quae Condai principis conjux erat, ut soror Auriaci) elargitam fuisse paramentum non minus dives, confectum ex cyclade phrygia elaborata opere, qua ipsa olim exornata Galliarum regem Ludovicum XIII ad sacrae regenerationis baptismates undas portaverat. Ast hodie, eheu, quae nuperorum fuit temporum iniquitas, inclitum id caenobium, regale opus, conversum est in carceres, et crimen est ubi virtus fuit.

§ LVII. Promota item canonizatio, ac tandem impetrata.

Etiamque pariter
et ad canonizandum.

Concessum a S. Sede beatificatione, non expleta fuere fidelium vota, sed majus eos desiderium cepit impetrandi decreti canonizationis. Neque sine causa id se consecuturos sperabant. Nam missae olim Romae informationes, quibus obtentum erat beatificationis Breve, adeo erant favorabiles, ut Chronici auctor (lib. XIV, cap. 1, num. 2) non dubitet affirmare Romanam tribunalia a pluribus saeculis non fuisse ex-

perta id genus informationes pleniores aut spectabiles. Deus interim famulae suae apud se merita et gloriam crebris miraculis magis magisque mortalibus declarare non cessabat. Inter alia quae ejus jam Beatis adscriptae intercessione contigerunt, duo memorantur mortui ad vitam revocati: et simul cum miraculis gliscebat indies etiam extra Hispaniam sanctitatis ejus fama. Ergo Paulus V, ut aequis tot rationibus iteratisque multorum precibus faceret satis, causam commisit S. Congregationi Rituum. Deputavit haec ad novos qui instaurandi erant processus Emin. Cardinalem de Rojas archiepiscopum Toletanum, et episcopos Abulensem et Salmanticensem. Confectos ab his processus, et approbatos a tribus palatii apostolici causarum auditoribus (Francisco Sacro archiepiscopo Damasceno, J. B. Coccino decano, et Alphonso Manzanedo de Quiñones, qui postea patriarcha fuit Hierosolymitanus), voluit prudentissimus Paulus V ut ipsa denuo S. Congregatio Rituum examinaret. Interim morte abrepto XXVIII Februarii 1621 optimo huic Pontifici datum non fuit id negotium ad optatum finem perducere.

E 1072 Prius tamen quam vivere cessarat, multum faverat ampliando B. Teresiae cultui. Anno 1617 concesserat facultatem Ecclesiae Hispanicae recitandi Beatae Officium; hacque concessione animatae tot in Hispania civitates eam sequenti anno elegerant in protectricem et advocatam, ut Aegidius Gonzalez Davila in primo tomo sua Theatri Ecclesiastici (qui tomus Salmanticae prodit anno 1618) haec scribat: Paulus V jussit de ea (Officium et Missam) recitari per regna Castellae Veteris et Novae, per regnum Legionense, Lusitaniae, Gallaciae et Algarviae, ... eamque in Patronam habet pars major Hispaniae civitatum. Parimode in regno Mexicano omnes episcopi, praecunte archiepiscopo Joanne Perez de la Serna, una cum magistratu, alteram a S. Josepho patriam suam patronam B. Teresiam in adibus suis cathedralibus ac in civitatibus proclamant leto adeo cum plausu, ut dixisses Teresiam inter Mexicanos natam et denatam. Religiosi quoque cujuslibet Instituti tanto affectu in solemnitate partem sumebant, ut B. Teresia Mater videretur fuisse et Fundatrix cujusque eorum familiae. Eodem tempore Carmelus Mitigatus rogavit Summum Pontificem ut et sibi copia fieret recitandi Officium celebrandique Missam in Beata honorem, quae, ut Pontifici dicebant, in eorum Ordine professionem emisit regularem, devotionis spiritum hausit, atque usque ad extremum vitae spiritum sub illius Prioris Generalis obedientia perseveravit. Vide Indultum id eis concessum XII Septembris 1623, in Bullario Monsignani (tom. II, pag. 382).

Beata multis
in locis in
protectricem
assumpta,
E

F 1073 Certa fuerat spes fore ut Paulus V, ni morte fuisset praereptus, B. Teresiam fastis Sanctorum solemniter adscripsisset. Suam enim de sanctitate ejus mentem haud obscure pluries significarat: v. g. cum, sacro Teresiae pede Romam apportato, percontantibus religiosi num Sanctitati suae placeret ut ad palatium suum ea Reliquiae deferrentur, respondit se potius, ut eas veneraretur, ad eorum iturum monasterium: quo revera, ipso Corporis Christi festo sub vespere, octodecim stipatus Cardinalibus totaque Romana curia, se recepit; ingressusque oratorium novitatus, et in genua prostratus, manibus sumpsit incorruptum eum atque suaveolentem pedem, huncque tenera cum devotione osculatus; dixit carnem illam spirare sanctitatem, ac multa in Teresiae laudem profatus est. Idipsum quoque egit, cum non exiguae B. Matris destinatae et Reliquiae ex Hispania adveniant. Ut enim haec a generali ordinis procuratore ei tradita fuerant, illas in capella sua

promissus ad
ut Paulo V.

AUCTORE
V. D. M.

A

S. Mariae Majoris inter S. Agnetis et S. Emerentianae Reliquias deposuit: solitusque cum esset XXIX Maji, anniversaria coronationis suae die, pretiosum quoddam camelum Deiparae offerre, eo anno illas B. Teresiae Reliquias obtulit. Die dein XXVII Junii novum omen speratae canonizationis acceptum est, quando, capellam pontificiam ibi, collegio Cardinalium cinctus, celebrans, praefatas B. Teresiae Reliquias locavit in ipso in qui celebrabat altari.

At tantum a
Gregorio XV
causa absolvi-
tur.

1074 At manebat successorem ejus Gregorium XV gloria eam Sanctorum fastis inserendi. Assiduus precibus cum id sollicitarent imperator Ferdinandus II, reges Hispaniae, Galliae et Poloniae, archiduces Belgii et dux Bavariae, multique alii principes et primores Hispaniae, mandavit Pontifex S. Congregationi Rituum ut quantocius absolveretur quod antecessor suus illi praeceperat. Ex quo sacrum id tribunal commissas sibi partes tam prompte explevit, ut, causa debito rigore examinata, praedicti Sacrorum Rituum Cardinales die XXIV Januarii 1622 per Cardinalem de Monte Capo retulerint B. Matrem merito in Sanctorum numerum referri posse. Dein kalendis Februarii consistorialis aulae advocatus J. B. Mellini, coram sua Sanctitate in consistorio publico perorans, et Teresiam dignissimam demonstrans cui insignium maximo heroum ecclesiastici conferrentur honores, ei supplicavit ut Christianum orbem peroptato solemniori canonizationis decreto solaretur. Paulo autem post, nempe die ejusdem mensis XXIII, in consistorio semipublico omnes Cardinales, patriarchae, archiepiscopi, episcopi et praelati vota sua declararunt, et B. Teresiae canonizationem, nemine discrepante, efflagitarunt. Tandem piis horum votis annuens Gregorius XV, ad majorem Dei gloriam, ad totius Carmeli solatium, meritorumque Dei famulae exaltationem, insigni solemnitate et summo omnium plausu Teresiam Sanctam esse definivit ac Sanctorum Virginum catalogo annuerandam decrevit anno 1622 die XII Martii, S. Gregorio Pontifici sacra; qua item S. Isidorum Agricola, S. Ignatium Societatis Jesu Fundatorem, S. Franciscum Xaverium ejus socium, et S. Philip-pum Nerium Fundatorem Congregationis Oratorii, Sanctis adscripsit: inaudito eatenus exemplo canonizatorum tot simul Sanctorum, et nonnullis nequicquam reluctantibus, modo obijciendo novitatem rei, modo absolutam paratamque prius causam B. Isidori, modo debiliores quam ut multiplicatae huic solemnitati sufficerent annosi Pontificis vires. Sed perstitit in proposito Pontifex, atque eodem quo decretum canonizationis pronuntiavit solemnitateque celebravit die, canonizationis S. Teresiae Bullam expedivit; dum cetera quatuor reliquorum Sanctorum nondum paratae Bullae in sequentem annum fuerunt dilatae.

Laviter et
fuisse locutus
esse Bailletus

1075 Ex his quae hactenus dixi, judicet modo lector jurene an injuria Bailletus, ad xv Octobris in fine Vitae S. Teresiae, innuat paucos tantum processus et solummodo ad speciem fuisse praemissos canonizationi ejus. In haec, e gallico in latinum idioma conversa, suas adversus Romanos Pontifices similitudines prodit iste: Paulus Papa V, post aliquot processus, confectos formas servandi ergo, Teresiam, acta beatificationis ad annum 1614 perfecto, Beatam declaravit; et Gregorius Papa XV eandem solemniter canonizavit anno 1622. Haec in Vitae Sanctorum editione anni 1739. In anteriore vero editioe liberrime adhuc locutus fuerit oportet, cum in epistola ad scriptores Memorialium Trivoltianorum (ad annum 1723, pag. 2199) incusatur quod scripserit Pontifices blande et remisso se gessisse erga S. Teresiam, cujus canonizationis pro-

cessibus incrant defectus. Rectius hic Villefortius in Sanctae Vita sic ait: Publica ad canonizationem S. Teresiae instrumenta summa accuratione confecta fuerunt.

1076 Et quoniam non inutile videtur aliquot hujus diligentiae annotare signa, libet paucis universos concludere processus quos paucos fuisse innuit Bailletus, dicitque ad speciem tantum factos. Imprimis ex informationibus facti constat in processibus examinatos fuisse testes super quingentis miraculis et amplius: unde quisque suspicari potest quantus fuerit numerus testium de miraculis interrogatorum. Ex indice testium qui in manuscripto Summario nostro nominantur, liquet plures certe quam quodringentos testes super ejus vita, sanctitate et fama auditos. Insuper processus facti fuere plurimi: primum ab episcopo Salmanticensi; dein auctoritate Nuntii apostolici; postea auctoritate apostolica in genere tantum de fama sanctitatis, de devotione populi et de miraculis, per episcopos Abulensem et Salmanticensem: quibus Romae in Sacra Congregatione Rituum discussis, alii de moribus, miraculis etc. in specie fabricandi mandati sunt archiepiscopo Toletano, et, quasi subdelegatis suis, praetactis episcopis seu eorum vicariis generalibus; ex his unus archiepiscopus Toletanus per suos delegatos inquisitionem instituit (ut taceam vicos, quorum numerus me latet) in viginti et uno oppidis aut civitatibus. Eadem auctoritate facti dein sunt ab eisdem antistitibus tres processus compulsoriales alii, quos evolvere longum foret. Neque est quod denuo declarem quoties ea omnia a Sacra Congregatione Rituum et a Rotae auditoribus examinata et revisa fuerint. Atque haec solum spectant acta beatificationi praevia. Mitto dicere quae dein canonizationi praecesserint. Sufficit notasse cunctos de virtutibus et miraculis processus (contra ac jam usus habet) ante canonizationem fuisse revisos et dijudicatos. Igitur adversus Bailletum conficitur atque patet causam beatificationis et canonizationis S. Teresiae triginta et amplius annos, per omnium tribunalium gradus, in Hispania primum et dein Romae, lentissimo et prudentissimo examine, ac praevio semper juramento, pertransiisse.

1077 Atque hoc adhuc magis patebit ex egregia prorsus, quam mox in medium proferemus, synopsi processuum beatificationis et canonizationis. Neque solum inde constabit de accuratissima quae in ullo possit humano tribunali institui examinatione; sed et simul ea ratione declarabitur quam sublimem Sancta illa Virgo scanderit sanctitatis gradum, ac quam copiosa in ea fuerint gratiae gratis datae. Scilicet proximo ante canonizationem S. Matris anno, nempe 1621, Barcinone, cura P. Bernardi a Jesu Maria, qui prior erat conventus urbis illius, prodit libellus quidam sub titulo: B. V. Teresiae vitae, virtutum ac miraculorum Relationes SS. D. N. Paulo Papae V per Sacrae Rotae auditores deputatos factae ad solemnem canonizationem. A canonizatione dein, anno 1625, idem opusculum recusum est Lutetiae Parisiorum, cum nonnullis additamentis, ut et anno 1628 Viennae in Austria, mutata hoc modo inscriptione: Acta authentica canonizationis S. Virginis et Matris Teresiae a Jesu Fundatricis Reformationis Ordinis B. V. M. de Monte Carmelo. Ejus quoque textum, sed aliquantisper decurtatum, inseruit P. Daniel a Virgine Maria suo Speculo Carmelitano (tom. II, pag. 684 et seqq.). Continet id opusculum 1° duas relationes, alteram de miraculis, alteram de virtutibus; 2° orationem J. B. Mellini, de qua supra meminimus; 3° responsionem Joannis Ciampoli, secretarii apostolici domestici, jussu Gregorii XV; 4° vota plurimum Cardinalium et praesulum, in

Synopsis actuum,
mox exhibendorum,
proponitur.

F

A in consistorio semipublico xxiii Februarii 1622 a Sanctissimo Domino canonizationem B. Teresiae efflagitantium; 5^o brevem relationem ceremoniarum quae habitae fuerunt in solemnitate canonizationis ejus xii Martii 1622; 6^o canonizationis decretum a Gregorio XV ea die pronuntiatum; ac 7^o Bullam canonizationis, quae eodem die publicata fuit.

ut tamulatur :

1078 Binae autem contentae ibi primo loco Relationes tam praestantes sunt ut Actorum editor haec libello suo praescribere non dubitaverit : Prior ex his Relatio nimis (id est valde) erudita est, quippe quae variis Sacrae Paginae locis (et iis quidem rite adductis) illustratur, pluribus juris decretis ornatur, fulciturque gravium auctorum dictis, non modo jurisprudentum atque historiographorum, verum etiam et artis medendi principum, puta Hippocratis, Galeni, Avicennae, dum de aegritudinibus agitur miraculose curatis, quae alias naturalibus non subessent remediis. At secunda Relatio, quae magis accedit ad theologicas quaestiones, styli Divi Thomae adeo est amulatix, ut, lecta ea, ipsummet Angelicum Doctorem te auscultasse dicas. Aiunt proinde rerum curiae peritiores et apostolici asseclae, quod, una tantummodo Relatione excepta, quae est Seraphici Bonaventurae, nulla alia excellentior adhuc visa sit hac quae de Seraphica nostra Teresia agit. Recte quoque notat idem editor compendiolum illud, quod coalevit e multis millibus foliorum, quibus processus canonizationis constant, magni esse faciendum ob gravitatem materiae, ob auctoritatem loquentium et ob dignitatem audientis; siquidem quoad primum, aut, Sanctorum canonizatio pertinet ad res fidei, quae inter graviora quaque gravissima est; et quoad secundum, loquela est judicum Romanae Rotae, per multorum testimonium depositiones juridice exceptas vera colligentium; ac denique quoad tertium, ipsummet supremum Ecclesiae caput est, definitionem praecipue super hoc daturum. Neque unus fuit earum Relationum auctor, sed tres : nempe archiepiscopus Damascenus Franciscus Sacratius, J. B. Coccinus et Alphonsus Manzanedo de Quinones, qui S. Rotae auditores erant, et in mandatis habuerant has Relationes conscribere.

dictumque est
Relatio de no-
varum praes-
dat.

1079 Mirum autem forte videbitur, hic, contra consuetum morem Relationem de miraculis praecedere Relationi de virtutibus. Sed interversi ordinis ratio indicata jam ex parte fuit in eo loco quem supra (num. 1067) citavi e Benedicto XIV; adhucque magis illa ratio patebit ex loci istius complemento, quod modo exhibeo, et quod sic sonat : Haec habentur, pergit Benedictus, in primo tomo Actorum (manuscriptorum nempe, existentium in conventu S. Annae de Urbe). Nunc vero transiendo ad secundum, qui componi cepit a praedicto Paulo Mucantio, sed perfectus et subscriptus fuit a Petro Ciamaricono, ejus successore in officio secretarii, in eo continetur : primo, quod, prolato ab auditoribus Rotae iudicio super validitate processuum et super virtutibus, edita tamen Relatione tantummodo super miraculis, Summus Pontifex jussit ut Relationem ederent, prout etiam edita fuit, super validitate processuum et super virtutibus; secundo, quod, praevio consilio Sacrae Congregationis, Paulus Papa V annuit petitis pro extensione Officii et Missae ad alios locos in prima concessione non comprehensos; tertio, quod, supervenientibus novis petitionibus pro canonizatione, delatoque summo Pontificatu ad Gregorium XV, per obitum Pauli V, et subrogato Cardinali Muto in locum Cardinalis Lancellotti, causae pontificis interim defuncti, demandatum fuit eidem Cardinali Muto ut diligenter processus examinaret, ut in una congregatione ageretur de vali-

ditate processuum, in altera de sanctitate vitae, et in tertia de miraculis : prout sane factum fuit, exhibita unicuique Cardinali informatione juridica super unoquoque ex dictis argumentis, de quo in praedictis congregationibus tractabatur; quibus quidem favorabiliter resolutis, tandem ad canonizationem devenit. Addit dein doctissimus Pontifex memorabilem hanc annotationem : Itaque ex lucusque dictis (ni fallimur) ad evidentiam colligitur olim in transitu a beatificatione ad canonizationem examinata iterum fuisse ea omnia quae fuerant discussa et approbata ante beatificationem; id autem in more hodie non esse positum, sed in transitu a beatificatione ad canonizationem ea tantum examinari miracula quae post beatificationem supervenerunt. Prius autem quam impressam illam Actorum authenticorum synopsis lectori exhibeam, non abs re erit praemittere indicem praecipuorum testimonium qui in informationibus beatificationi praeviis auditi fuerunt. Hunc indicem mihi suppeditat Summarium nostrum MS. de S. Teresiae vita et virtutibus : aliquot tamen alios eidem inseram testes, qui mihi innotescunt ex altero MS. Summario, ad canonizationem S. Matris anno 1615 in S. Rota adhibito, in quo speciatim agitur de ejus dono prophetiae et gratia discretionis spirituum.

AUCTORE
V. D. M.
D

1080 Testes Abulenses, ex processu remissoriali :

II. D. Ludovicus Pacheco de Espinosa, nobilis et rector civitatis Abulensis, et dominus oppidi S. Bartholomaei de Corneja, annorum 60 et ultra.

III. D. Didacus de Bracamonte y Avila, canonicus ecclesiae Abulensis, annorum 60.

IV. D. Aegidius Gonzalez de Villalva, nobilis et rector civitatis Abulensis, annorum 61.

V. Didacus de Mexia, incola civitatis Abulensis, alcadii de Alcasar, annorum 45.

VI. Doctor Petrus de Tablares, archidiaconus ecclesiae Abulensis, annorum 60.

VII. R. P. Antonius Romero Ord. S. Benedicti, prior conventus B. Mariae del Antigua civitatis Abulensis, annorum 47.

X. D. Gabriel Pacheco, nobilis et rector civitatis Abulensis, annorum 32.

XI. D. Capitaneus Franciscus de Valderavano, nobilis civitatis Abulensis, annorum 67.

XVI. D. Licentiatu Joannes Ferdinandus Porcel, nobilis oppidi de Osuna, alcadii major civitatis Abulensis, annorum 50.

XIX. R. P. Alphonsus de Velasco Ord. S. Bernardi, annorum 64.

XX. D. Petronilla de Guzman, nobilis Abulensis, annorum 66.

XXIV. R. P. Joannes de Herrera Societatis Jesu, annorum 43.

XXVII. Laurentia de Velasco, incola Abulensis, annorum 44.

XXXI. D. Isabella de Vivero Ord. S. Bernardi, annorum 45.

XXXIX. D. Teresia de Flechilla Ord. S. Bernardi, annorum 64.

XLI. D. Francisca Coronel Ord. S. Clarae, annorum 45.

XLII. D. Mencia Roberto Carm. Calc., priorissa conventus Incarnationis, annorum 60.

XLIII. D. Maria Coronel Carm. Calc., ann. 50.

XLIV. D. Antonia de Guzman Carm. Calc., annorum 56.

XLVI. D. Agnes Quesada Carm. Calc., ann. 90.

XLVII. D. Catharina de Velasco Carm. Calc., annorum 60.

XLVIII. D. Anna Maria a Jesu Carm. Calc., annorum 72.

Allegantur ex
processibus
remissoriali-
bus testes pra-
cipui, Abula,

E

F

AUCTORE
V. D. M.

A XLIX. M. Isabella a S. Dominico Carm. Exc., annorum 73.

LI. M. Isabella a S. Joanne Baptista Carm. Exc., annorum 58.

LIV. M. Anna ab Angelis Carm. Exc., annorum 46.

LV. M. Petronilla a S. Joanne Baptista Carm. Exc., annorum 70.

LX. M. Teresia a Jesu Carm. Exc., annorum 44.

LXV. R. D. Laurentius Oladuy y Avendaño, episcopus Abulensis.

Salmanticæ,
Albae.1081 *Testes Salmanticenses et Albani, ex processu remissoriali Salmanticensi* :I. R. P. Didacus de Guevara Ord. S. Augustini, visitator provinciae Castellae, annorum 43, *examinatus Salmanticæ*.IV. R. P. Augustinus Antolínez Ord. S. Augustini, magister in sacra theologia universitatis Salmanticensis, cathedralicus primae cathedrae, annorum 52, *examinatus ibidem*.VI. R. P. Dionysius Jubero Carm. Calc., magister in sacra theologia universitatis Salmanticensis, cathedralicus jubilatus, provincialis sui Ordinis, annorum 51, *examinatus ibidem*.B XII. M. Helena a S. Sacramento Ord. S. Augustini Exc., subpriorissa, annorum 50, *examinata ibidem*.XIX. Doctor Alphonsus de Contreras Ribadeneira, presbyter civitatis Salmanticensis, commissarius S. Officii Inquisitionis, annorum 67, *examinatus ibidem*.XXV. Magister Balthasar de Cespedes, cathedralicus primae latinitatis et graecarum litterarum universitatis Salmanticensis, annorum 59, *examinatus ibidem*.XXVIII. R. P. Blasius Ponçe de Leon Ord. S. Augustini, magister in sacra theologia in universitate Salmanticensi et cathedralicus in cathedra substit. primae sacrae theologiae, annorum 39, *examinatus ibidem*.XXXV. R. P. Gregorius de Lescano Ord. S. Bernardi, abbas collegii S. Vincentii, annorum 44, *examinatus ibidem*.XXXVII. R. P. Bartholomæus Sanchez Carm. Calc., magister in sacra theologia, decanus universitatis Salmanticensis, cathedralicus jubilatus, provincialis sui Ordinis, annorum 67, *examinatus ibidem*.C XXXVIII. M. Beatrix a SS. Sacramento Carm. Exc., priorissa conventus Salmanticensis, annorum 42, *examinata ibidem*.XL. M. Agnes a Jesu Carm. Exc., annorum 57, *examinata Albae*.XLI. M. Mariana ab Incarnatione Carm. Exc., annorum 56, *examinata ibidem anno 1592 et iterum postea*.XLII. M. Isabella a Jesu Carm. Exc., annorum plusquam 40, *examinata ibidem*.XLIII. M. Catharina a S. Angelo Carm. Exc., annorum 60, *examinata ibidem*.XLIV. M. Anna a S. Hieronymo Carm. Exc., annorum 50, *examinata ibidem*.XLVII. M. Maria a S. Francisco Carm. Exc., annorum 63, *examinata ibidem*.XLVIII. M. Constantia ab Angelis Carm. Exc., annorum 47, *examinata ibidem*.XLIX. M. Catharina a S. Joanne Baptista Carm. Exc., annorum plusquam 60, *examinata ibidem*.L. M. Anna a S. Stephano Carm. Exc., annorum 40, *examinata ibidem*.LI. M. Isabella a S. Josepho Carm. Exc., annorum 50, *examinata ibidem*.LVII. D. Marcus Gonzalez, scriba publicus, annorum 55, *examinatus ibidem*.LXIV. D. Franciscus de Medina Vasco, gubernator oppidi Albae, annorum 70, *examinatus ibidem*.LXXXIV. R. P. Simon de Feria Ord. S. Hieronymi, annorum 70, *examinatus Salmanticæ*.XGVII. D. Isabella Benavides Bacan, incolæ Salmanticensis, annorum 33, *examinata ibidem*.C. M. Isabella a Jesu Carm. Exc., annorum 71, *examinata ibidem*.CH. M. Joanna a Jesu Carm. Exc., annorum 60, *examinata ibidem*.CVII. M. Beatrix ab Incarnatione Carm. Exc., annorum 45, *examinata ibidem*.CVIII. R. P. Petrus de Cornejo Carm. Calc., magister in sacra theologia universitatis Salmanticensis, et cathedralicus theologiae, annorum 44, *examinatus ibidem*.CXXI. R. P. Blasius a S. Alberto Carm. Exc., annorum 58, *examinatus ibidem*.1082 *Testes Madritenses, ex prima parte processus remissorialis Toletani* :Madriti alius-
que

I. R. P. Bartholomæus Perez de Nuevos Societatis Jesu, praepositus provinciae Castellae, annorum 61.

E

VII. D. Joannes de Idiaquez, miles habitus S. Jacobi et commendator major Legionensis, de consilio status suae Majestatis et praeses consilii regii Ordinum, annorum 60.

IX. D. Joannes Fernandez de Velasco, praefectus rei bellicae (vulgo condestable) regni Castellae, praeses consilii regii Italiae, annorum 53.

XI. D. Antonius Alvarez de Toledo y Beaumont, dux de Alba et Huescar, praefectus rei bellicae regni Navarrae, comes de Lerin et marchio de Coria, annorum 30.

XII. D. Mencia de Mendoza, ducissa de Alba, annorum 30.

XIII. D. Joannes Hurtado de Mendoza de Luna y la Vega, dux del Infantado, annorum 25 et ultra.

XIV. D. Anna de Mendoza de Luna y la Vega, ducissa del Infantado, annorum 25.

XVI. R. D. Petrus Manso, patriarcha Indiarum, praeses consilii regii, annorum 47.

XVII. Magdalena a S. Hieronymo, a cubiculis serenissimae Infantis, annorum 60.

XVIII. R. P. Franciscus del Barrio Carm. Calc., praedicator, et magister novitiorum, annorum 39.

XXIII. R. P. Ludovicus Ruiz Caballero Carm. Calc., prior conventus Madritensis et procurator generalis in curia Hispaniarum, confessarius S. Matris, annorum 64.

F

XXVII. D. Thomas Gracian Dantisco, secretarius linguarum suae Majestatis, annorum 50.

XXXVIII. R. P. Ludovicus de Valdivia Societatis Jesu, annorum 46.

XL. R. D. Alphonsus Henriquez de Toledo, episcopus Sidoniae, annorum 54.

XLIV. D. Maria de Corella y Mendoza, comitissa de la Puebla, annorum 48.

XLV. D. Mencia de la Cerda, marchionissa del Valle, annorum 25 et ultra.

XLVI. D. Didacus de Castro, clericus minoris Ordinis, naturalis Montis Fonti de Lemos, annorum 26.

XLVIII. D. Franciscus Gomez de Sandoval, dux de Lerma, praefectus cubicali regii (vulgo sumiller de corps) et a stabulo majori suae Majestatis, annorum 58.

Testes Toletani, ex eadem prima parte :

IV. M. Teresia a Conceptione Carm. Exc., annorum 61.

XIII.

A XIII. R. P. Alphonsus Pelaez Carm. Calc., annorum 42.

Testes Consaburenses, ex eadem prima parte :

I. M. Maria a S. Josepho Carm. Exc., annorum 48.

II. M. Maria ab Incarnatione Carm. Exc., annorum 48.

III. M. Francisca a SS. Plagis Carm. Exc., annorum 48.

Testes Malagonenses, ex eadem prima parte :

II. M. Isabella ab Ascensione Carm. Exc., subpriorissa, annorum 38.

III. M. Maria a Virginibus Carm. Exc., annorum 60.

Testis Calceatensis, ex secunda parte ejusdem processus :

I. R. D. Petrus Manso de Zuñiga, episcopus Calagurritanus et Calceatensis, confessarius S. Matris, annorum 68.

Testis Casaraugustana, ex eadem secunda parte :

I. M. Catharina a Conceptione Carm. Exc., annorum 80, examinata anno 1595.

Testis Turiasonensis, ex eadem secunda parte :

B I. R. D. Didacus de Yepes, episcopus Turiasonensis, confessarius S. Matris, annorum 70 et ultra, examinatus anno 1595 et iterum postea.

Testes Segovienses, ex eadem secunda parte :

I. R. D. Petrus de Castro, episcopus Segoviensis, confessarius S. Matris, annorum 60, examinatus anno 1596 et iterum postea.

XX. M. Agnes a Jesu Carm. Exc., priorissa conventus Segoviensis, annorum 50.

1083 *Testes Burgenses, ex eadem secunda parte :*

II. R. P. Joannes de Miranda Ord. S. Augustini, prædicator et lector theologiæ civitatis Burgensis, annorum 48.

III. D. Petrus de Heredia, abbas S. Quirici, dignitas ecclesiæ Burgensis, annorum 63.

VI. D. Andreas de Melgosa, signifer major civitatis Burgensis, annorum 58.

VIII. R. P. Franciscus de Astudillo Ord. Carthus., prior domus de Miraflores.

IX. R. P. Antonius de Molina Ord. Carthus., theologus prior dictæ domus, annorum 52.

XIII. R. P. Joannes de Medina Ord. Præd., prior conventus S. Pauli Burgensis, visitator apostolicus provinciarum Quitensis in Indiis, annorum 60.

C XVIII. Doctor Joannes Oliva, canonicus ecclesiæ Burgensis, presbyter et medicus, annorum 60.

XXXVI. R. D. Alphonsus Manrique, archiepiscopus Burgensis.

XXXVII. R. P. Melchior Rodriguez Ord. B. V. M. de Mercede, olim commendator et diffinitor sui Ordinis, annorum 52.

Testis Valerensis, ex tertia parte ejusdem processus :

IV. M. Agnes a Cruce Carm. Exc., annorum 51.

Testis Complutensis, ex eadem tertia parte :

VI. M. Josephina ab Incarnatione Carm. Exc.

Testes Vallisoletani, ex eadem tertia parte :

II. Doctor Franciscus Mendez de la Puebla, de consilio suæ Majestatis, ejusque auditor in regia curia Vallisoleti, annorum 49.

VII. M. Francisca a Jesu Carm. Exc., annorum 48.

IX. M. Maria a S. Joanne Baptista Carm. Exc., annorum 52.

XII. D. Antonius de Químones, comes de Luna, annorum 39.

XVII. D. Maria de Toledo, ducissa Albana senior, annorum 54, etiam examinata Pedrahita anno 1595.

XXII. M. Stephanina ab Apostolis Carm. Exc., annorum 58.

Maria a S. Joanne Bapt. jam fuerat examinata anno 1595; quo etiam anno in testes adhibiti fuerunt :

I. R. P. Angelus de Salazar Carm. Calc., confessarius S. Matris, annorum 70.

II. Doctor Didacus de Polanco, medicus, annorum 50.

Testis Malacitana, ex quarta parte ejusdem processus :

V. M. Catharina a Jesu Carm. Exc., annorum 64.

Huic proxime in nostro MS. subnectitur

R. D. Joannes de Orozco y Covarruyas de Leiva, episcopus Gaditanus, de consilio suæ Majestatis, qui scripta ad Generalem Carmelitarum epistola testimonium dedit de spiritu prophetiæ quo prædita fuit S. Mater (ut vidimus num. 606).

Testes Granatenses, ex eadem quarta parte :

III. Doctor Balthasar de Lorenzana, de consilio suæ Majestatis, præses regiæ cancellariæ Granatensis, annorum 59.

IV. D. Gaspar de Vallejo, licentiat, de consilio suæ Majestatis, auditor in regia audientia Granatensi, annorum 50.

VI. M. Beatrix a S. Michaeli Carm. Exc., priorissa conventus Granatensis, annorum 62.

VII. M. Anna ab Incarnatione Carm. Exc., annorum 55.

XXI. D. Bartholomæus Manrique del Prado, licentiat, de consilio suæ Majestatis et auditor in regia audientia Granatensi, annorum 50.

Testes Methymnenses, ex eadem quarta parte :

VII. M. Agnes a Jesu Carm. Exc., annorum 40.

XI. M. Joanna a Jesu Carm. Exc., annorum 46.

XVIII. M. Anna a SS. Sacramento Carm. Exc., annorum 55.

XXI. M. Maria a S. Francisco Carm. Exc., annorum 64, examinata anno 1595 et iterum postea.

1084 *Testes Pedrahitenses et Abulenses, ex processu compulsorio Abulensi :*

I. R. P. Didacus de Yanguas Ord. Præd., confessarius S. Matris, annorum 56, examinatus Pedrahita anno 1595.

II. D. Maria de Toledo, ducissa Albana senior, annorum 40, examinata ibidem anno 1595, et iterum postea Vallisoleti, prout supra annotatum est.

V. M. Anna a S. Bartholomæo Carm. Exc., socia S. Matris, annorum 44, examinata Abula anno 1596.

VI. M. Beatrix a Jesu Carm. Exc., annorum 49, examinata ibidem anno 1596.

IX. M. Teresia a Jesu Carm. Exc., examinata ibidem anno 1595, et iterum postea.

X. R. P. Julianus de Avila, presbyter, confessarius S. Matris, examinatus ibidem anno 1596, et iterum anno 1604 qua quintus testis.

XII. D. Quiteria Davila Carm. Calc., socia S. Matris, annorum 56, examinata ibidem anno 1595.

Testes Salmanticenses et Albani, ex processu compulsorio Salmanticensi :

I. R. P. Dominicus Bañez Ord. Præd., magister in sacra theologia et cathedraticus jubilatus cathedræ primæ in universitate Salmanticensi, confessarius S. Matris, annorum 64, examinatus Salmantica anno 1595.

II. R. P. Franciscus Ribera Societatis Jesu, annorum 56, examinatus ibidem anno 1595.

III. R. P. Henricus Henriquez Societatis Jesu, confessarius S. Matris, annorum 55, examinatus ibidem anno 1595.

IV. M. Anna ab Incarnatione Carm. Exc., annorum 56, examinata ibidem.

AUCTORE
V. D. M.
D

E

F

item testes
nonnulli e
processibus
compulsio-
riatibus.

pluribus in
locis exami-
nati.

AUCTORE
V. D. M.A V. M. Isabella a Jesu Carm. Exc., annorum 48, *examinata ibidem anno 1592.*VII. M. Maria a Sanctis Carm. Exc., annorum 41, *examinata ibidem.*X. M. Joanna a Jesu Carm. Exc., *examinata ibidem.*XIV. M. Mariana a Jesu Carm. Exc., annorum 22, *examinata Albæ anno 1592.*XVIII. M. Joanna a Spiritu Sancto Carm. Exc., annorum 50, *examinata ibidem anno 1592.*XXII. M. Isabella a Cruce Carm. Exc., annorum 49, *examinata ibidem anno 1592.*XXVII. D. Francisca de Fonseca Ord. S. Francisci, annorum 50, *examinata ibidem anno 1592.*XXX. D. Antonius de Zamora, presbyter, capellanus monasterii Carm. Exc. Albæ, *examinatus ibidem anno 1592.**Testes Madritenses et Toletanus, ex processu compulsoriali Toletano :*I. M. Hieronyma a Spiritu Sancto Carm. Exc., *examinata Madriti anno 1595.*IV. R. P. Ferdinandus de Medina Carm. Calc., prior conventus Toletani, annorum 52, *examinatus anno 1596.*B X. R. P. Egidius Gonzalez de Avila Societatis Jesu, confessarius S. Matris, annorum 63, *examinatus Madriti anno 1595.*XIII. R. P. Joannes de Aguilar Societatis Jesu, confessarius S. Matris, annorum 55, *examinatus Madriti anno 1595.**Testis Ulyssiponensis, ex eodem processu :*

I. M. Maria a S. Josepho Carm. Exc., ann. 47.

*Testis Malagunensis, ex eodem processu :*VII. D. Gaspar de Villanueva, licentiatus, parochus oppidi Malagonis, confessarius S. Matris, annorum 48, *examinatus anno 1596.*

« canonizatio » num. 1, quæst. 2, vers. « Inquiritur D » etiam »; Bellamera in cap. « Venerabilis », num. 2, vers. « Quarto nota », de testibus; Archidiaconus in dicto cap. 1, num. 5, et in cap. « Nec mirum », num. 6, 26, quæst. 5; Troilus Malvet. in tract. de Canonizat., Sancti dub. 3, num. 1 et sequen., et num. 73, vers. « Sed dato »; et Castell. in eodem tract. quæst. 4 principali, et quæst. 5, vers. « Quinto necessaria esse »; Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi, parte 3, considerat. 50; Pavin. in Relatione super canonizatione B. Bonaventuræ, parte 1, art. 8 et 9, et sæpius in canonizationibus aliorum Sanctorum. Ita tengerunt auditores Rotæ, qui processus et acta illarum examinarunt et Sanctissimo retulerunt.

1086 Sed quia tam de vita, virtutibus et eximia sanctitate Servæ Dei Virginis Matris Teresiæ de Jesu, et de fide adhibenda processibus et actis super illa fabricatis, fuit jam per Illustrissimos et Reverendissimos Cardinales Sacræ Congregationis Rituum discussum et resolutum affirmative (prout de excellentia vitæ tantæ et tam sanctæ Virginis decuit), quin et Sanctitati Vestræ relatum, et tantummodo reliquum fuerat ad miracula devenire et de illis et illorum probationibus discutere, et hoc solummodo a Sanctitate Vestra nobis fuerit in mandatis datum et commissum, ideo eidem præcepto obediendo de hac ultima parte, et sic de miraculis per intercessionem istius Servæ Dei per ipsum operatis et mundo nuntiatis egimus et discussimus, qua diligentia potuimus; et quæ circa prædicta miracula, tam in genere quam in specie, tam in vita quam in illius felicissimo transitu et post illum, in diversis temporibus et occasionibus, ea brevitate qua potuimus, recollecta Sanctitati V. referenda hic adjunximus.

1087 Et quamvis non sit dubium quin pro canonizatione non sit opus probari miracula in vita canonizandi facta, sed sufficiat constare de factis post illius mortem (prout hanc sententiam tenet et docet D. Thom. 2. 2. quæst. 178, art. 2, in corpore articuli vers. « Secundo autem modo », et Pavin. ubi supra, parte 2 et 3, et Cassaneus ubi supra, parte 3, considerat. 49, in principio, et ita fuit firmatum in canonizatione Sancti Raymundi, parte 2, art. 7, vers. « Non licet », ubi adducuntur verba Diplomatis felicitis recordationis Innocentii III circa canonizationem Sancti Homoboni Cremonensis hoc idem comprobantia; prout eandem sententiam amplectitur Relatio in canonizatione Sancti Hyacinthi Poloni, pag. 34, vers. « Præmissis addimus », et pag. sequenti), nihilominus, cum omnipotens Deus elegisset istam suam Servam Teresiam de Jesu ad fundandam Reformationem Sacrosanctæ Religionis Fratrum et monialium Discalceatorum Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, ex qua tot uberrimi fructus Ecclesiæ Catholicæ et omnibus fidelibus per totum orbem erant proventuri (ut ex postfacto evidens et notoria experientia docuit illam futuram Fundatricem et quasi Patriarcham tantæ ac tam perfectæ et sublimis Religionis), sicut dignatus fuit tot virtutibus heroicis et excellentibus tantoque spiritu dotare, ardentissimoque ipsius Dei amore ipsius pectus et cor inflammare, ita et sua miseratione decrevit etiam viventem condecorare et miraculis illustrare, et orbi illius sanctitatem manifestare. Unde conveniens duximus a miraculis factis in vita istius Servæ Dei incipere. Attamen, ut debitus ordo servetur, et ab universalibus incipiamus, et sic melius possit ad specialia deveniri, ante omnia operæ pretium erit demonstrare in genere probari sufficienter omnipotentem Deum miracula plura operatum

S. Teresiam

E

tam in vita quam in morte

F

PER AA.
NOTE.

ACTA AUTHENTICA

CANONIZATIONIS

S. TERESIÆ.

c § LVIII. Auditorum Rotæ facta Paulo V PP. Relatio prima : de miraculis in genere : de tribus miraculis in vita Servæ Dei Teresiæ, deque aliis in ejus obitu.

Miracula
plurima

Beatissime Pater. Certi juris est ad canonizationem Sanctorum claris et perspicuis probationibus ante omnia constare debere de vita, virtutibus et sanctitate canonizandi, et de miraculis intercessione illius a Deo operatis, juxta ritum S. R. E. et Sacrorum Canonum sanctiones : ut probat text. (et ibi doctores) in cap. 1 de Reliquiis et Venerat. Sanct.; et Glossa communiter approbata, in verbo « Sedis » Apostolicæ, in cap. 1, eodem titulo in sexto; Hostiensis in dicto cap. 1, num. 5, vers. « Oportet » etiam », et ibi Joannes Andreas num. 4; idem Hostien. in Summa in titulo de Reliquiis et veneratione Sancti, num. 3, vers. « Item querendum est » de miraculis »; Sylvester in Summa verbo « Ca-

A operatum fuisse intercessione suae Servae Teresiae; et postea ad illorum aliqua particulariter et in specie devenire, et istam Relationem in quatuor praecipuos articulos dividere. Primus de miraculis in genere, secundus de miraculis in vita, tertius de obitu Servae Dei Teresiae et miraculis in illo, quartus de miraculis post mortem.

B 1088 Articulus primus. Posset in hoc loco non abs re praesupponi quid sit miraculum, et quatuor illius requisita, et duos gradus miraculorum juxta sententiam canonistarum, tres vero juxta sensum theologorum assignare; et an illorum operatio debeat esse instantanea, an vero ex intervallo causata miraculo aliquid detrahat, et quomodo miracula probentur per indirectam probationem, cum directe et per vera principia et causas probari non valeant. Nihilominus, tum brevitati consulendo, tum etiam quia praedicta omnia particulari studio et lato sermone tam apud Divum Thomam quam apud Hostiensem, Archidiaconum et alios supra relatos discutuntur, et in diversis Relationibus canonizationum Sanctorum particulariter per auditores Rotae fuerunt notata (prout in Relatione Sancti Francisci de Paula per Jacobum Simonetum ejusdem Rotae auditorem facta, et in illa Sancti Raymundi articulo quarto de natura miraculorum et qualitate illorum, et in alia Sanctae Franciscae, parte 3, art. 1 de miraculis in genere), unde, his ex consulto omissis, dicimus sufficienter probatum, per Servae Dei Teresiae de Jesu intercessionem, tam in illius vita quam in morte et post mortem, omnipotentem Deum quam plurima miracula operatum fuisse ubique terrarum, quodque plures et fere omnes testes, infra in ista Relatione miraculorum referendi, clare et verbis expressis deponunt, et non pauci illorum affirmantes etiam de publica voce et fama; quibus accedunt scriptores qui usque nunc illius vitam in scriptis redegerunt; prout sunt Reverendissimus Dominus Didacus de Yepes Ordinis Sancti Hieronymi, Catholicae Majestatis Philippi II confessarius, et postea episcopus Tirasonensis, in libro de Vita istius Servae Dei, in prologo lib. 4, fol. 2 et 3; Pater Doctor Franciscus Ribera Societatis Jesu, qui librum ejusdem Vitae typis mandavit, lib. 5, cap. 8, fol. 333; Pater Magister Ludovicus de Leon Ordinis Sancti Augustini, cathedralis Sacrae Scripturae in universitate Salmantina, in quadam epistola dedicatoria pro initio librorum ab ipsa Serva Dei conscriptorum, circa medium; Thomas Bosius, in libro de signis Ecclesiae Dei, tom. 1, lib. 12, cap. 23, fol. 569; Pater Frater Joannes a Jesu Maria Religionis Carmelitarum Discalceatorum, tunc procurator generalis, nunc vero Praepositus Generalis Congregationis Italiae, in libro quem de eadem vita edidit, lib. 5, cap. 4 de miraculis.

C 1089 Quae comprobantur ex diversis et pluribus litteris Sanctitati Vestrae et felici recordationis Clementi Papae VIII non semel directis, instantis et suppliciter efflagitantibus adscriptionem istius Servae Dei in numerum Sanctorum: prout sunt litterae regis Catholici Philippi III et reginae illius uxoris; item et litterae archiepiscopi Tarraconensis et episcoporum illi suffraganeorum, in Concilio Tarraconensi expeditae; quibus accedunt litterae archiepiscopi Burgensis et archiepiscopi Valentini et archiepiscopi Mexicani, et episcoporum Abulensis, Salmantini, Conchensis, Palentini, Vallisoletani et Tirasonensis, praeter aliorum quamplurium antistitem totius fere Hispaniae, quae propter brevitatem omittuntur; insuper et litterae congregationis ecclesiarum metropolitanarum et cathedralium re-

gnorum Castellae et Legionis; quin et litterae insignium universitatum Salmantinae et Complutensis; necnon litterae regni Castellae et Legionensis; et litterae regni Arragoniae; tum et litterae regni Portugalliae; item et litterae dominationis Cantabris provinciae; et aliae excellentissimi ducis de Lerma et aliorum procerum, necnon quam plurium ecclesiarum, capitulorum et civitatum ipsiusmet Hispaniarum regni, Qui fere omnes testantur de miraculis intercessione istius Servae Dei per ipsum tam in vita quam in morte operatis, et de illorum fama, ultra virtutem et sanctitatem ipsius Matris Teresiae. Quemadmodum enim, quamdiu illa vixit, Dei gloriam virili ausu, virili corde propagavit, sic ipse Deus clementissimus eam in orbe toto miraculis honorari et illustrari, scriptis gravissimorum virorum et sermonibus laudari, principum et regum votis et supplicationibus apud Sanctitatem Vestram commendari misericorditer dignatus est.

D 1090 Articulus secundus. Primum miraculum in vita. Evenit quod, cum anno 1580 Serva Dei Virgo Teresia de Jesu se contulisset ad locum de Villanova de la Xara Conchensis diocesis, pro fundando ibi conventu Sanctae Annae, cujus fundationem novem devotae mulieres pauperes, ibi relectae viventes, summo desiderio expectabant, et cum mense Februario dicti anni Villanovam jam venisset, dictae fundationi et illis optatum finem imposuit, insimul cum aliis sex monialibus professis, selectis et adductis ad hunc effectum ex aliis monasteriis ejusdem Religionis; et eadem Serva Dei ibi illas novem devotas mulieres habitu Religionis induit et cum ipsis demorata fuit per aliquot dies. Adveniente vero tempore sui discessus, et videns moniales dicti monasterii afflictas, eo quod remanerent in oppido paupere et in monasterio omnino indotato et nihil prorsus in redditibus habenti unde tot moniales et servae et ministri necessarii ali possent, ipsas sic consolata fuit, promittens illis in nomine Domini nostri Dei omnipotentis, quod si religiose vixissent, nihil eis unquam defuturum. Quam promissionem iterum post annum elapsam ratificavit, in occasione qua praedictae moniales ipsam per litteras certiores fecerunt quod advenerat tempus quod illae novem novitiae professionem emittere debebant; attamen dubitabant quid agendum, stante dicti monasterii summa paupertate. Quibus Serva Dei, cum esset Palentiae, attendens fundationi conventus illius civitatis, rescripsit: quod dictis novitiis professio daretur, et quod in nomine Sanctissimae Trinitatis, in cujus Dominica illam epistolam scribebat, promittebat ipsis nihil sibi de necessariis defuturum, si religiosam vitam egissent. Qua littera per moniales recepta et lecta, maxima fiducia in Deo, ex intercessione Servae Dei Teresiae, illarum in Christo Matris, professionem dictis novitiis dedere; ipsaeque illam alacriter emisunt.

E 1091 Cujus promissionis implementum per tempora continua experientia docuit; cum nunquam ex postfacto dictis monialibus quicquam necessarium defuerit: quin etiam, ultra illarum competentia alimenta et subventionem in omnibus necessariis, et eleemosynas quas frequenter pauperibus erogarunt, ecclesiam sumptuosam fabricarunt, et acquisiverunt in redditibus annuis ducatos quadringentos. Quae semper omnia retulerunt miserationi divinae et verbo et promissioni istius Servae Dei et Matris illarum. De quo dicti verbi et promissionis implemento in genere, et prout supra specificatur, deponunt quinque testes moniales ejusdem

PER AA.
ROTA.

Inter miracula Sanctae civitatis emittuntur.

F

1^a In monasterio Villanova.

clarissime

certissime
constat

PER AA.
ROTÆ

A ejusdem monasterii: nempe Elvira de Sancto Angelo super quadagesimo sexto, fol. 1257; Constantia de Cruce super quadagesimo sexto articulo, fol. 1284; Lucia de Sancta Anna super octuagesimo octavo articulo, f. 1272; Catharina de S. Angelo super octuagesimo octavo articulo, fol. 1275; et Anna de S. Augustino super octogesimo octavo, fol. 1186: omnes in tertia parte processus remissorialis Toleti, affirmantes sic vidisse prædicta fieri per spatium triginta annorum, et tres ex istis præsentibus fuisse dictæ promissioni Matris Teresiæ.

gravis anno-
rum tempore

1092 Attamen in particulari probatur, quod in primo anno et in limine dictæ foundationis, et post primam promissionem Virginis et Matris Teresiæ dictis monialibus factam, evenit in illo oppido de Villanova quædam notabilis et summa sterilitas, ita ut nec præce nec pretio frumentum reperiretur, nec moniales habebant pecunias unde illud emerent, nec habitantes in illo loco poterant illis ullatenus succurrere, prout nec succurrerunt, nec alias elemosynas per sex menses, quibus ista sterilitas duravit, habuerunt; sed de tempore sterilitatis et penuriæ frumenti, nempe Februarii, quo illa incepit, habebant in quadam capsâ octo vel novem mensuras farinæ (hispanice fanegas), quæ nullatenus pro unico mense illis sufficiebant, cum opus illis esset quolibet mense decem mensuris pro alendis tredecim vel quatuordecim monialibus et duabus servis, quæ extra claustra illis ministrabant, et duobus Fratribus, qui illis fere per totum illud sterilitatis tempus astiterunt. Quo tempore toto prædictis monialibus et ministris congrua, solita et competens portio panis quolibet die fuit impartita, et pauperibus itidem panis elemosyna larga manu ministrata; pro quibus supplendis erant necessariae ad minus pro dictis sex mensibus sexaginta mensuræ tritici ex supra explicatis.

farina multi-
plicatio,

1093 Nihilominus omnipotens Deus, qui trans mare Galileæ ex quinque panibus hordeaceis et duobus piscibus satiavit quasi quinque millia virorum, et ex fragmentis quæ superaverunt, impleti fuere duodecim cophini (Joannis cap. 6), et iterum in solitudine septem panibus et paucis pisciculis saturavit quasi quatuor millia hominum, superatis de fragmentis septem sportis (Marc. 8), idem misericors Deus et mirabilis in Sanctis suis non permisit istas devotas moniales in tanta sterilitate illam experiri, nec aliquo modo defraudari verbo sibi dato et promisso in nomine ejusdem Deitatis per ipsarum Matrem Virginem Teresiam de Jesu; et ita, in ejusdem verbi et fidei adstrictæ Servæ Dei vim et integrum complementum, misericorditer operatus est, ut illæ octo vel novem mensuræ farinæ ita in prædicta capsâ multiplicarentur, ut ex illis solis tota istius monasterii supradicta familia sufficienter aleretur, et pauperibus frequenter ad monasterium accedentibus elemosyna panis large distribueretur per totos dictos sex menses: ita ut, quando farina a dicta capsâ extrahebatur, non deficere, sed multiplicari videretur. Quod omnes moniales pro manifesto miraculo habuerunt, et plures pro illo gratias Deo reddiderunt, et usque in hodiernum diem illa vocatur capsâ miraculi.

quæ plurimum
monialium

1094 Hoc factum probatur per supradictas quinque moniales ejusdem monasterii de visu; et inter ipsas est Anna de Sancto Augustino, quæ tunc temporis habebat curam providendi monasterio, quin et erat clavigera illius; quæ affirmat cum aliis nullas alias elemosynas per dictum temporis spatium monasterium habuisse. Et omnes concludunt optime supradictum factum cum circumstantiis in eo narratis. Nec istis testibus, tanquam

monialibus ejusdem Religionis, quicquam de fide subtrahitur; quin ex pluribus censentur idonei, ex regula generali: quod testes de universitate pro illa admittuntur testimonium dicere, quando de illorum singulari commodo non agitur. Baldus in cap. « Insuper », num. 3, et ibi Felinus num. 1, vers. « Est enim regula », de testibus; idem Bald. in cap. « Cum nuntius », eodem titulo, in 1 notabili, et ibi Butrio num. 3, et de communi pluribus relatis, tradit Conradus in praxi § 2 de testibus, rubr. « Personas testium aggrediendo », num. 55. Quæ regula magis procedit in religiosis, tam monachis quam monialibus: Glossa in Authentica de monachis, in § « Cogitandum », et Glos. in l. idonei ff. de testibus; Baldus in cap. « Tertio loco », num. 4 in verbo « Fratres » de probationibus; Decius cons. 62, in princ. « Afflictis », decisione 400, num. 2, vers. « Et ideo monachus »; Franc. Curtius de testibus, concl. 4 post num. 15; et loquens de monialibus, tradit Mandel. cons. 50, num. 25.

1095 Concurrit etiam maxima religio et sanctitas vitæ et perfectio istarum monialium, ex quo multo magis præsumuntur veritatem dixisse medio juramento, et sic facilius ad testificandum pro sua Religione admittuntur, ex notatis in dicto cap. « Insuper », et ibi Felin. num. 1; Butrio, notabili 1; Dec. num. 20, et idem Dec. in dicto cap. « Tertio loco », num. 10, ubi de communi, prout de illa testatur Viv. comm. opin. concl. 954, incipiente: « Testes de col- » legio », vers. « Interpretatur quoque ». Uterius quia, cum istæ moniales deponant de gestis intra claustra monasterii, et quæ per alios ab extra probari non valent, illarum depositiones admittuntur, ad textum in cap. « Veniens » (il secondo) de testibus, et ibi Baldus, num. 9, et doctores notant communiter, et lex. in cap. « Super prudentia », ibi « Qui eadem negotia tractaverunt », ubi Glossa magna in verbo « Tractaverunt », 14, quæst. 2; Abbas dicto cap. « Insuper », num. 2; Decius num. 14 et 25; Glossa in dicto c. « Tertio loco », in verbo « Jurati », vers. « Et merito »; ubi etiam Abb. num. 5; et Felinus num. 3 ad medium; et Imola ante num. primum; et Butrio num. 1; Baldus num. 7; Bartolus in l. « In tantum », § « Universitati », num. 1 de rerum divisione; Menochius de Arbitrariis, lib. 2, casu 106, num. 1; et sic tenuerunt auditores Rotæ in canonizatione Sanctæ Franciscæ, parte 1, art. 7, vers. « Nec referre ».

curaci

E

1096 Nec minus depositiones dictarum monialium impugnari valent ex eo quod sine licentia superioris fuerint examinatae, contra dispositionem textus in cap. « Quamquam » 14, quæst. 2. Contrarium enim, et quod tales depositiones teneant, affirmant Abbas in cap. « Cum nuntius », num. 4; et ibi Felinus num. 3, vers. « Si tamen testificarentur », de Testibus; idem Abb. cap. 1, de juramento calumniæ; Specul. in titulo de testibus § 1, num. 23 et 26. Quod fuerunt seculi auditores Rotæ in dicta canonizatione Sanctæ Franciscæ, dicto articulo 7, vers. « Sed nec propterea »; ubi fuit consideratum (prout in casu nostro considerari valet) esse valde verisimile dictam licentiam adfuisse, tum propter numerum monialium examinarum ad instantiam superiorum, qui pro hac canonizatione instant, tum quia agitur de canonizatione Matris et Fundatricis suæ Religionis; ex quibus scientia et licentia superiorum satis induci potest. Unde cum Abbate tenent Corn. cons. 135, num. 33, lib. 1; Guido Pap. decis. 517; Sylvanus cons. 16, num. 6 et 7. Aretinus in dicto cap. « Cum » nuntius », num. 11, tenet quod opinio Abbatis in prædicta communiter servatur. Minus obstat sus-
picio

F
legitimèque
testimonia
probatur.

A spicio affectionis ad istam causam: illa enim purgatur per iuramentum testis: Baldus in dicto cap. « Cum nuntius, » in prin. vers. « Sed isti »; Felinus in dicto cap. « Insuper », num. 1, vers. « Et » si dicatur », de probationibus. Ex quibus nobis visum fuit satis probari et illud esse in se miraculum maximum, operatum per intercessionem Servae Dei Teresiae de Jesu, et in vim promissionis per ipsam factae suis monialibus in nomine Domini nostri, quod nihil eis esset defuturum si religiose viverent.

quatenus Rotae
auditoribus

1097 Ad quem autem gradum et ordinem sit referendum huiusmodi multiplicationis farinae miraculum, visum fuit quod (sequendo Divum Thomam, parte 1, quæst. 92, art. 3, in responsione ad primum, a quo non dissentit Banez ibi, dubio 2, concl. 4, et illi expresse assentitur Valentia in suis Commentariis, tom. 1, disputatione 7, quæst. 1, puncto 2, objectione 5), quod nempe huiusmodi multiplicatio fiat (secundum probabiliorum sententiam) per creationem novae materiae, quæ forma farinae informata, et præexistenti farinae addita, illam multiplicat, referendum erit ad primum gradum, ad quem refert Divus Thomas (qui tres gradus miraculorum assignat et declarat in dicta parte 1, quæst. 105, art. 8 in corpore, versiculo « Uno modo »), actus quoad ipsius facti substantiam excedentes facultatem totius naturae creatæ, qualis est in sui facti substantia actus istius farinae multiplicatæ, ex supra adductis. Nec obstat quod ex aliorum sententia (quam refert Banez ubi supra) ista multiplicatio farinae non fiat a Deo per creationem novae materiae, sed per additionem alterius materiae jam creatæ ejusdem speciei; ita ut illam separare ab alio corpore sit necesse, et huic farinae adungere, cum alterius corporis, a quo subtrahitur, corruptione. Quibus sufficiat respondere contrariam sententiam esse probabiliorum, teste Divo Thoma ubi supra, et aliis relatis ipsum sequentibus.

miracula primi
ordinis
assumerent,

1098 Minus facit Bartolus in tractatu Testimoniorum, verbo « Qualitas », num. 56, ubi circa tres gradus miraculorum assentitur theologis, et in secundo exemplo, circa tertium gradum, dicit in his verbis, videlicet: « Cum non consueto processu » naturæ panis multiplicatur: potest enim homo » naturaliter facere panem; sed non illo ordine. » Hactenus Bartol. Quo exemplo et ratione assignata denotatur clare Bartolum non attigisse supradictam distinctionem theologorum inter creationem et additionem novae materiae, nec considerasse sententiam probabiliorum Divi Thomæ, nec animadvertisse (ut ipse dicit) hominem posse facere panem, attamen ex materia jam creatæ et superexistenti, non tamen posse multiplicare unammet quantitatem absque additione novae materiae jam præexistentis; de qua additione facta ab homine in casu nostro non constat, sed de contrario. Ultra quod nec consideravit istam additionem a Deo, non ab homine, esse faciendam, ut esset miraculum tertii gradus. Unde dicendum est, juxta Divum Thomam, istam multiplicationem factam fuisse a Deo per creationem novae materiae; et sic, ex supradictis, istud opus quoad facti substantiam excedere vires totius naturae creatæ, et sic pertinere ad primum gradum, et in hoc puncto magis Divo Thomæ quam Bartolo esse deferendum.

quatenus ex
Benedicto XIV
secundum tan-
tum sit ardi-
tior,

1099 Præterea hic non est animalversio Benedicti XIV; qui, de miraculosa rerum multiplicatione et in alias res conversione agens (De Beatif. et Canoniz. lib. IV, part. 1, cap. XXIII, num. 5), in S. Thomæ sententiam etiam ipse inquisivit,

eamque longe aliam esse demonstrat quam hic a S. Rotæ auditoribus perhibetur. Scilicet loco ab ipsis citato S. Doctor expendit formationem Evæ ex costa Adam; statuitque hanc rei majoris et minori formationem non rarefactione (qua materia eadem majores accipit dimensiones), sed additione factam esse, atque idem dicendum esse de panibus a Salvatore in deserto multiplicatis: cum vero additio fieri possit sive per creationem novae materiae, sive per conversionem materiae jam existentis, quæ addatur materiae multiplicandæ, censet probabilius admittendam esse conversionem quam novae materiae creationem; eo quod, ut ipse alibi ait (in 2 Sent. dist. XVIII, quæst. I, art. 1), omnia simul creata, ad minus in materia, Sancti communiter tradant. Hanc esse genuinam S. Thomæ doctrinam, adducto etiam alio Summae ejus theologiae loco (part. II, quæst. XLIV, art. IV, ad 4), Benedictus XIV diserte evincit, et suam argumentationem hisce verbis concludit: « Mirum... quod Rotæ auditores, qui, magnitudinem miraculi multiplicationis extollentes, nihil statuere voluerunt quoad modum, relicta unaquaque sententia in sua probabilitate, uti videri potest in Relatione causæ S. Franciscæ Romanæ... et in Relatione causæ S. Thomæ de Villanova... in sequentibus. Deinde Relationibus adhæserint sententiæ quæ in multiplicatione exposcit novae materiae creationem, uti videri potest in Relatione causæ S. Teresiae... sub obtentu potissimum quod sententia creationis novae materiae sit sententia D. Thomæ: quod utrum subsistat, unusquisque ex supra expositis nullo negotio colligere poterit. Notandum ad hæc est, id quod doctissimus Pontifex prætermisit, erroneam hanc auditorum Rotæ aliorumque theologorum opinionem ex depravata lectione verborum Angelici Doctoris, quæ in vulgatas passim Summae editiones irrepsit, ortum habuisse. Ita quippe inibi contexta sunt verba: Unde, cum non appareat rarefactio in talibus multiplicationibus, necesse est ponere additionem materiae, vel per creationem, quod probabilius est, vel per conversionem; sed dicit ad hunc locum Sylvestri: Sciendum est hanc... germanam esse lectionem: « Necesse est ponere additionem materiae, vel per creationem, vel (quod probabilius est) per conversionem », ut ex sequentibus intelligi potest, ubi sententiam suam confirmat B. Thomas ex S. Augustino, dicente quod « hoc » modo Christus ex quinque panibus satiavit » quinque millia hominum, quomodo ex paucis » granis producit multitudinem segetum: quod » (inquit) fit per conversionem materiae. » Eandem lectionem exhibet codex vetustissimus manuscriptus metropolitane ecclesiae Cameracensis, requiritque doctrina ipsius B. Thomæ, etc. Cum igitur tota ea argumentatio qua Rotæ auditores relatum S. Teresiae miraculum ad primi gradus miracula reducere contendunt, fundamento careat, amplectenda est potius Benedicti XIV sententia, dicentis multiplicationem ejusmodi probabiliter miraculis secundi generis (id est iis quæ excedunt vires naturæ, non quantum ad id quod fit, sed quantum ad id in quo fit) adscribendam esse (loc. cit. num. 12).

PER AA.
ROTE.

D

E

F

1100 Secundum miraculum in vita. Anna a Trinitate, monialis in conventu Metinæ del Campo Vallisoletanæ diocesis, a pluribus annis, et antequam ingrederetur monasterium, patiebatur infirmitatem erysipelatis in facie, insimul cum febris, et fere quolibet anno huiusmodi accidens illi eveniebat semel aut bis; et tandem in ultima occasione illam ita oppressit ut febris esset nimia, et erysipelas maxima in naribus, quæ erant valde tumidae et grossæ, ita ut medici, timentes ne in illis cancer generaretur,

2. Egrotæ
monialis per
lactum sana-
tio.

PER AA.
ROTÆ

A

generaretur, vellent dictæ sorori fontes seu rotaria facere. Et adhibitis multis et diversis remediis, nihil tamen proficientibus, accessit ad illam infirmam Serva Dei Teresia, et imponens illi manum in facie, dixit: « Ne timeas, filia; spero quod Deus » tibi sanitatem restituet. » Quibus tactu et verbis statim infirmitas cessavit, et patiens remansit sana ab erysipellate et tumefactione ac febris, et taliter quod nunquam amplius, dum vixit, hac infirmitate fuerit affecta, quamvis postea vixerit per viginti annos.

quam quatuor
testes cito as-
seruerunt.

1101 Quod factum probant quatuor moniales ejusdem monasterii: nempe tertius, quintus et octavus super octogesimo quarto articulo, et undecimus super centesimo decimo quarto, in 4 parte remissorialis Toleti. Quæ omnes interfuerunt prædictis, et tres primi testes declarant, quod, cum doctor Polanco, medicus dicti monasterii, venisset ad visitandum dictam sororem Annam infirmam, et illam reperisset sanam, interrogavit quomodo se res habuisset; et illi facto narrato, ipse affirmavit fuisse miraculum, et aliter fieri non potuisse. Quod nobis probari et miraculum esse visum fuit, stante gravitate infirmitatis assidua, et a tot annis, et illius ingravescentia, cum gravi febris, et attento maximo narium tumore et medicorum timore de cancro ibi generando, et quod erysipelas et tumefactio narium et febris insimul et in continenti cessarunt, accedente solummodo tactu Servæ Dei, et quod nunquam in futurum dicta infirmitas, prius assidua, illam molestaverit. Unde non solum cessavit infirmitas et accidens grave tunc temporis imminens; verum etiam et causa illius, quæ operabatur illam assiduitatem et continuationem annuam.

et quæ inter
terti ordinis
miracula

1102 Quæ circumstantia recuperatæ salutis in instanti maxime concernit miraculum, juxta illud Matthæi cap. 8, de leproso per Christum Dominum mundato, ibi: « Et confestim mundata est » lepra ejus; et Actuum Apostolorum cap. 9, ibi: « Et continuo surrexit »; et pluribus aliis locis Sacræ Paginæ, relatis per Archidiaconum in cap. « Nec mirum » 26, quæst. 5, num. 8, et per Jacob. Castell. de Canonizatione, quæstione 6, principali vers. « Quæro an sit necesse », et per Troilum eodem tractatu, dub. 3, num. 24 et 26, et sapius notarunt auditores Rotæ in diversis canonizationibus. Ponderavimus etiam modum operandi hujusmodi miraculum, nempe per contactum manus Servæ Dei super infirma, ad instar plurimorum miraculorum quæ operatus est ipse Dominus noster Jesus Christus per se ipsum et manus suorum Apostolorum, prout legitur Marci quinto, ibi: « Et » tenens manum puellæ, ait illi: Puella, tibi dico » surge; et confestim surrexit », et Matth. cap. 8, supra citato, de leproso quem Jesus extendens manum tetigit, et confestim sanatus est, et Luc. 22: « Et cum tetigisset auriculam ejus » (scilicet servi principis sacerdotum), « sanavit eum »; et cap. 4: « Omnes qui habebant infirmos variis languoribus, » ducebant illos ad eum. At ille singulis manus » imponens, curabat eos: » Apostolis etiam, quando misit ad prædicandum, modum quo languores in signum Evangelicæ veritatis curare debebant, designavit, dicens: « Super ægros manus imponent, » et bene habebunt », Marci ultimo. Et Actuum Apostolorum cap. 5 dicitur: « Per manus autem » Apostolorum fiebant signa et prodigia multa in » plebe »; et cap. 3, ubi dicitur de Beato Petro: « Et apprehensa manu ejus dextera, allevavit eum, » et protinus consolidatæ sunt bases ejus et plantæ. » Et hunc modum operandi miracula fuisse Humanita-

tati Sanctissimi Domini nostri communicatum, docet Divus Chrysostomus Homilia 5 in Marcum, et S. Cyrillus lib. 2 in Joannem cap. 4, ubi, de filio viduæ Naim loquens, ait quod « illum tetigit » Christus, dicens: Adolescens, tibi dico, surge », et concludit his verbis: « Non ergo verbo solo (ut » diximus) semper, verum etiam tactu mortuos » suscitavit; ut ostenderet suum quoque corpus » vivificare posse: quod in solo tactu suo corrupta » redintegrantur. » Et super illud Lucæ 4: « Singulis manus imponens », inquit idem Sanctus Cyrillus: « Quamvis, ut Deus, potuisset omnes » verbo pellere morbos, tangit tamen eos, ostendens propriam carnem efficacem esse ad præstanda remedia. »

1103 Sanctis etiam aliquibus hoc donum fuisse communicatum docet Divus Gregorius secundo Dialogorum, cap. 30; et, ut docet S. Thomas quæst. 3, de malo, art. 3, et 2. 2, quæst. 83, art. 1, ille modus dicitur excellentior operandi miracula, quia ad illa potestative seu tanquam instrumentum physicum concurrat. Cum ergo Deus per contactum manus suæ Servæ Virginis Teresiæ miraculum hoc perfecerit, ostenditur illi suam virtutem communicasse; ita ut ipsa illi per veram et realem actionem contactus, tanquam instrumentum physicum, cooperaretur: unde, quamvis istud factum, quasi excedens vires naturæ, quoad modum sit referendum (prout censuimus) ad tertium gradum ex enumeratis, juxta Divum Thomam, dicta parte 1, quæst. 105, art. 8 in corpore, vers. « Tertio modo »; tamen, cum intra illum adsint diversi gradus, putavimus istud ex supradictis mereri excellentiorem gradum contentorum in tertio.

insigniora
refertur;

1104 Tertium miraculum in vita. Mater Alberta Baptista, priorissa ejusdem monasterii Metinæ del Campo, jacebat in lecto, magno dolore in uno latere correpta, et cum maxima febris, et sic patiens infirmitatem pleuritidis, ita ut in adventu Servæ Dei Teresiæ ad dictum conventum non potuerit surgere et illi obviam ire. Et cum Ancilla Dei non videret dictam priorissam cum aliis monialibus, interrogavit de illa, et audivit qualiter ægrotabat, et illico ivit ad illam videndam, et ingressa cellam ubi priorissa jacebat, dixit illi: « Jesu! filia, et tu ægro- » tas in meo adventu? Surge, quia es sana, et me- » cum descende ad cenam ». Et simul, istis verbis prolatis, tetigit manu latus dolore affectum; et in continenti priorissa obedivit Matri Teresiæ, et surrexit e lecto sana absque ullo dolore et febris, ac si nunquam talem infirmitatem habuisset, et interfuit cenæ cum dicta Matre Teresia, et attendit aliis ministeriis sui officii. Et cum die sequenti venisset medicus doctor Polanco, et reperisset sanam, audivissetque dictum modum recuperatæ salutis, dixit esse miraculum; prout et illud omnes moniales judicarunt, gratias Deo agendo.

3^a Sanatio
priorissæ Me-
thinensis.

1105 Quod factum comprobant illæmet quatuor testes moniales in præcedenti miraculo adductæ, et super eisdem articulis ibi specificatis: et nos judicavimus probari, et pro miraculo esse habendum, attenta gravitate infirmitatis prædicti doloris cum febris, et quod, illa permanente, per contactum Servæ Dei fuerit in continenti dicta priorissa liberata a prædicto dolore et febris, et obediendo Matri Teresiæ surrexit sana, et ambulaverit, et potuerit attendere incumbentibus ipsius officio; ponderatis eisdem in præcedenti proximo miraculo adnotatis circa gravitatem infirmitatis, et instantaneam salutis recuperationem, et modum tactus manus Servæ Dei. Hoc tamen addito, quod non solum in isto miraculo intervenerit manus contactus Ancillæ Dei,

tactu ac voce
affecta;

Dei,

A Dei, sed verba imperativa : « Surge, filia, quia » sana es » : quæ statim obedivit, et sana ac libera a febre et dolore surrexit, et ministravit Matri et sororibus.

et pariter ad
tertium ordi-
nem spectans.

1106 Modus quidem non parum similis modo quo Christus et Apostoli miracula operabantur; sicut de socru Petri dicitur in Evangelio Luc. 4, et in Actibus Apostolorum cap. 9, ibi : « Et ait illi » Petrus : Sancte te Dominus Jesus Christus : surge » et sterne tibi. Et statim surrexit »; et apud Matth. cap. 8, de leproso dicente : « Domine, si » vis, potes me mundare. Cui Jesus dixit : Volo, » mundare » (imperative), « et confestim mundata » est lepra ejus »; et Lucæ cap. 8, de cæco, cui dixit Dominus : « Respice; et confestim vidit. » Joannis cap. 4 et Lucæ cap. 7, de filio viduæ Naim in præcedenti miraculo relato, cui dixit Christus (quando illum tetigit) : « Adolescens, tibi » dico : surge. Et resedit qui erat mortuus, et cœpit » loqui. » Et in resurrectione Lazari dixit Christus : « Lazare, veni foras : et statim prodiit qui » fuerat mortuus. » Joannis 11. Ex quibus et hoc miraculum censuimus mereri excellentiorem gradum inter miracula tertii generis, ex notatis in præcedenti proximo miraculo.

Sanctissimus
Seraphicus
Matri

B 1107 Articulus tertius. Acturi de mirabilibus quæ Deus Dominus noster in obitu suæ Servæ Teresiæ et in signum ejus sanctitatis dignatus fuit ostendere, operæ pretium esse duximus circa illius obitum et modum transeundi de hoc mundo ad æterna gaudia aliquid attingere; ut constet Ancillam Dei usque in finem perseverasse, non immemorem verbi Domini dicentis : « Qui perseveraverit usque » in finem, salvus erit. » Evenit itaque quod, cum Serva Dei Teresia Metinam venisset, et inde Abulam (cui monasterio præerat) ire parasset, de mandato superiorum, et tanquam obedientiæ cultrix, quamvis morbo graviter affecta et valde adversa valetudine laborans, Abulam pervenit circa finem mensis Septembris anni 1582. Ubi infirmitate jam ingravescente, pridie festi Sancti Francisci Sacram Eucharistiam postulavit, post Confessionem factam Patri F. Antonio a Jesu, provinciali (scu potius vices absentis P. Gratiani provincialis agenti) ac ipsius Servæ Dei tunc temporis prælato. Et interim, dum expectatissimum Viaticum afferebatur, suas moniales allocuta est, illis commendando observantiam regulæ, Ordinis constitutionum, obedientiamque debitam superioribus, et petendo ab illis ne ipsius indignæ monialis culpas pensarent, sed potius illi ignoscerent. Ubi vero Eucharistiam in cellam inferri cognovit, quamvis velut paralytica jaceret, confestim se sine ullius adminiculo erexit, et summa cum veneratione et reverentia illud divinum Viaticum suscepit, et in illius præsentia amore languens dicebat : « O Domine, Sponse mi! Accessit tandem » tempus optatum : æquum est ut te videam. Tempus est, mi Domine, ut ex hac vita migrem : » fiat, obsecro, juxta placitum tuum. Evenit de- » mum hora qua hoc exilio eripiar, et te fruor, » quem tam vehementer ardentique expetivi. » Et semper gratias particulari affectu agebat Deo, quod eam in Ecclesiæ filiam adoptasset. Unde morti appropinquans sæpe repetebat verba hæc : « Sum » certe, Domine, Ecclesiæ filia. » In oreque habebat frequenter illos Prophetæ versus : « Ne projicias » me a facie tua : et Spiritum Sanctum tuum ne » auferas a me. Cor contritum et humilitatum » Deus non despicias. » Et tandem petiit Sacramentum extremæ Unctionis, illudque eadem reverentia et respondens precibus suscepit; et dum lini- retur, easdem gratias Deo agebat quod illam in

Ecclesiæ filiam admisisset. Quibus peractis, non desistebat sæpius prædictos versus David proferre.

PER AA.
ROTÆ.

D
ex hac vita
decessit

1108 Tandem sequenti die, quarto scilicet Octobris, hora septima matutina in latum incubuit, eo modo quo imago Sanctæ Mariæ Magdalene exprimi consuevit; et Christi effigiem manu tenens nec usque ad obitum deponens, vultu flagranti, orans, cum maxima quiete, et immota, quasi in ecstasi raptam permansit usque ad horam nonam noctis, in qua animam Deo reddidit, eadem die quarta Octobris ejusdem anni 1582, ætatis suæ sexagesimo octavo. De quibus deponunt testes quadragesimus primus et quadragesimus quartus super 94 in processu remissoriali Salmantino, et vigesimus primus super eodem articulo 94 in quarta parte remissorialis Toletani, et quadragesimus tertius super 6 interrogatorio in dicto processu remissoriali Salmantino; et decimus tertius, decimus quartus, decimus octavus, trigesimus, in processu remissoriali Salmantino; et quadragesimus septimus, quadragesimus octavus, quadragesimus nonus super 6 articulo in processu remissoriali Salmantino. Et ultra testes supradictos, ita reperitur scriptum apud supradictos scriptores vitæ istius Servæ Dei : nempe apud Reverendissimum Episcopum Tirasonensem, lib. 2, cap. 39 et 40; et apud Patrem Doctorem Franciscum Ribera Societatis Jesu, lib. 3, cap. 16; et apud P. F. Joannem a Jesu Maria, ejusdem Religionis Generalem, lib. 3, cap. 15 et cap. 16.

E

1109 In isto felicissimo transitu cælum et terra exultarunt et suæ lætitiæ varia signa dederunt : aliquæ enim moniales spectatissimæ vitæ et sanctitatis, ejusdem Religionis et conventus Albæ, nocte qua Serva Dei ad cælum migravit, et aliis noctibus proximis et obitum illius præcedentibus, viderunt diversa cælestia lumina supra templi tectum et in choro et in cella ejusdem Ancillæ Dei, ipsumque cæleste lumen transiens per illius fenestram; et quædam religiosa maximæ virtutis et sanctitatis, ipsiusque Virginis Teresiæ familiaris socia, antequam Virgo animam efflaret, vidit Christum Dominum magno splendore præfulgentem, et multis Angelis comitatum, prope lectum suæ Ancillæ assistentem. Alia vero monialis, non minori sanctitate conspicua, puncto obitus Ancillæ Dei, audivit strepitum ingentem plurimorum, et vidit illos candidis vestibus amictos ingredienti cellam Virginis, et lectum ambientes; et statim ipsa ad cælum migravit. Et omnes crediderunt istos fuisse illos decem mille Martyres, erga quos Virgo Teresia maximam devotionem gerebat, et quorum festum religiosissime celebrabat, et qui ei polliciti fuerant hora sui obitus se accessuros, et eam in cælestem aulam comituros. Alia vero monialis, ipso mortis momento, vidit quasi columbam albam ex ore Virginis prodeuntem. Alia vero lucem crystallo similem juxta cellæ fenestram intuita est.

collectibus
signis

F

1110 Eadem nocte qua ad cælum migravit Virgo Teresia, apparuit gloriosa diversis personis, præsertim Matri Catharinæ de Jesu, fundatrici et priorissæ conventus ejusdem Ordinis oppidi de Veas, in provincia Bætica, religiosæ spectabilis sanctitatis, quæ hoc confestim retulit provinciali istius Ordinis, priusquam de illius obitu aut infirmitate aliquid accepisset. Facies Virginis remansit pulcherrima, candida, et cute tensa, cum jam illam senectus contraxisset, membra omnia flexibilia et tractabilia. Et quidam odor mirificus aliis odoramentis absimilis, non modo ex corpore, sed ex vestibus et panniculis quibus ægra utebatur, exivit tam vehemens ut fenestras cellæ in qua dictum corpus jacebat, aperire oportuerit. De quo tamen

protigiusque

infra

PER AA.
ROTÆ.

A infra particulariter agatur. Et tunc accessit ad illam quædam religiosa, capitis et oculorum infirmitate valde laborans, et imponens sibi manus Virginis super caput et oculos, statim convaluit. Et alia religiosa, quæ antea quatuor per menses olfactum amiserat, audiens ab aliis suavissimum odorem quem sentiebant efflare corpus Virginis, accessit devote ad illam, et dum pedes deoscularetur, sensum læta recuperavit, et eundem olfecit odorem.

minimo dubit

1111 De quibus omnibus testificantur plures moniales ejusdem Religionis et conventus, et illæ quibus dictæ visiones et apparitiones evenerunt: et inter alias potissime quadragesimus testis, et quadragesimus primus, et quadragesimus tertius, et quadragesimus octavus, et quadragesimus nonus, ac quinquagesimus, in processu remissoriali Salmantino, super articulo 95: et decimus testis Vallisolei; et vigesimus primus Metinæ; et vigesimus et quadragesimus nonus Abulæ; et nonagesimus secundus, centesimus decimus quartus, centesimus vigesimus primus Salmanticæ super 95 articulo. Quarum aliquæ contestantur super factis de quibus deponunt, aliquæ vero sunt singulares; attamen visum fuit non ex eo minorem fidem illis esse adhibendam: tum quia non desunt graves doctores tenentes miracula probari per testes singulares; ut Jacobus Simonetus, Rotæ auditor, in Relatione super canonizatione Sancti Francisci de Paula circa finem, § « Videndum est », et quam pluribus ornat, et refert eandem tenuisse Franciscum de Pavino in Relationibus Sanctorum Bonaventuræ et Leopoldi de Austria. A qua sententia non omnino fuit recessum in Relatione canonizationis Sancti Raymundi, articulo 8, vers. « Nos tamen », neque in Relatione canonizationis Sanctæ Francisce, articulo 7, octavo miraculo, vers. « Et » quamquam in superioribus: quin ibi illud miraculum unica teste fuit probatum; et difficultas in prædictis canonizationibus fuit sublata, et resolutum quod quoties ex miraculi natura illud non potest nisi unico teste probari (ut sunt revelationes et apparitiones, et similia), tunc illo unico teste probatur, dummodo persona sit alias fide digna. Et hic est noster casus; cum prædictæ moniales, quæ testificantur de dictis apparitionibus et visionibus, quælibet deponat de apparitione et visione sibi occursa, et quæ de sui natura per alios probari non valeant.

a Deo decorata.

1112 Unde ex supradictis dicendum videtur de prædictis adesse sufficientem probationem; potissime cum de istarum testium monialium veracitate viris prudentibus non possit aliqua suspicio suboriri, ut late ex supra in primo miraculo adductis. Quibus accedunt supradicti scriptores in locis proxime citatis, qui hæc eadem sic scripta reliquere. Nihilominus, cum haberemus plura alia miracula per plures testes comprobata, judicavimus supradicta per singulares testes confirmata, tanquam mirabilia et notatu digna, et maxime ad sanctitatis istius Servæ Dei manifestationem conducentia, hic recensere, et ad alia miracula in ejusdem Virginis transitu et post illum per Deum omnipotentem operata, et plurium testium numero probata, transire.

inter quæ arboris siccæ in floridam immutatio.

1113 Terra etiam in obitu istius Ancillæ Dei exultavit, et præ exultatione, et in honorem Virginis et Servæ Dei, prodigiosum signum mundo dedit. Evenit enim ut in quodam campo respondente ad cellam Virginis Teresiæ, et in qua sui obitus nocte ipsa mortua existerat, reperiretur quædam arbor parva et sicca, quæ nunquam flores nec

frondes nec fructus dederat, circumdata acervo D lapidum, calcis, terræ et laterum fabricæ quæ in illo conventu fiebat; et summo mane visa fuit cooperta, plena et referta floribus albis. Quod cum plures moniales vidissent, pro miraculo habuerunt, cum neque illa arbor antea nec postea unquam flores nec fructum dedisset; prout de visu attestantur testes quadragesimus primus, quadragesimus tertius, quadragesimus quintus super 95 articulo (omnes moniales ejusdem conventus Albæ), et quadragesimus secundus et quinquagesimus, de auditu a religiosis quæ interfuerant morti Sanctæ Matris, super 94 articulo, in processu remissoriali Salmantino.

1114 Quod reputavimus miraculum evidens in honorem tantæ Virginis ab omnipotente Deo operatum, inspectis circumstantiis, quod arbor erat sicca, et nunquam antea nec postea flores nec fructum nec frondes reddiderat, et quod evenit quinta Octobris, et tempore quo juxta ordinem naturæ arbores floribus non solent fulciri, quia illo tempore etiam frondes amittunt, præcipue in illis partibus jam tunc frigori valde subjectis; item quod in instanti prædicta arbor floruit. Ex quibus istud miraculum referendum ad secundum gradum censuimus; cum istud factum excedat facultates naturæ, non quantum ad id quod fit, nempe arborem floribus vestiri (quod et natura facit), sed quantum ad id in quo fit, nempe in arbore sicca, quæ nec antea nec postea flores, frondes nec fructus dedit, et tempore autumnali: prout natura potest præbere vitam, sed non mortuo, et visum, sed non cæco. Divus Thomas, dicta parte I, quæst. 105, art. 8, in corpore, vers. « Secundo aliquid ». Et non est novum, Deum similibus florum miraculis comas suorum servorum ornasse et honorasse. In Hispania enim, in urbe Arcitana, et die Martyrii Sancti Torquati, discipuli Sancti Jacobi Apostoli, florebat oliva, ut tradit Ado in Martyrologio die 15 Maji. Et Cordubæ juxta sepulchrum Sanctorum Martyrum Aciseli et Victoriz, quintodecimo kalendas Decembris (quo die Martyrium passi sunt), ob commendationem eorum pretiosæ mortis, rosæ divinitus ortæ colligebantur: Usuardus, Ado et Equilinus episcopus, in suis Martyrologiis. Sic Christus Dominus hanc Virginem ut sponsam, velut corona e floribus miraculose natis contexta, decorare voluit, et lætitiæ signum hominibus exhibere dignatus fuit.

ut secundi gradus miraculum notari mereatur.

E

F

§ LIX. Continuatio Relationis primæ: de duodecim miraculis post S. Teresiæ mortem.

Articulus quartus. Primum miraculum post mortem. Non solum illico post felicem obitum Ancillæ Dei Virginis Teresiæ odorem mirificum et vehementem et a cæteris absimilem corpus illius efflavit (ut in articulo 3 de miraculis in ejus morte operatis dictum reliquimus), sed idem corpus, postquam sepultura fuit traditum, post plura diversaque temporum curricula, semper fuit repertum incorruptum et integrum et eundem conservans odorem, quem et ipsius sepulchrum insimul participavit; nec non idem corpus liquorem quemdam pretiosum et odorificum continuo de se dedit. Unde in hoc corpore potius tria miracula quam unum

Notabilius post mortem Sanctæ Teresiæ.

A unum reperiuntur, incorruptionis, odoris et liquoris. Et, ut de his clarius et facilius appareat, distinctione procedendum duximus, et in primis de incorruptione agendum, et pro illa concludenda incipiendum esse a sepultura huic corpori data, et de modo illud sepeliendi.

t^o Incorruptio
corporis ejus,

1116 Circa quod firmatur, quod, postquam Serva Dei animam efflavit, corpus illius, indutum suis vestibus et habitu, fuit sepulturae traditum integrum, absque ulla interiorum extractione, et absque alicujus preservativi seu odoris applicatione, et quod sic appositum fuit in quadam lignea capsula. Sed quia fundatrix conventus Albæ, in quo Mater Teresia ex hac vita migraverat, formidabat ne istud inestimabile pignus a sepultura extraheretur et surriperetur et ad conventum Abulæ portaretur (prout postea eventus docuit), curavit ut sepultura profundissima foderetur inter duas crates chori ecclesiae, in qua supradicta capsula, ipso corpore incluso, fuit immissa, et supra illam terram, calcem, lapides et aquam in magna quantitate moniales projecerunt; et validissimis lapidibus per quemdam lapicidam sepultura fuit impleta, non minus ac si fundamentum fortissimum pro magno edificio sustinendo construere voluissent. Quod factum probant testes sequentes, omnes de visu: Marcus Gonzalez, scriba et incola Albæ, quinquagesimus septimus testis super 97 articulo, in processu remissoriali Salmantini, fol. 744 a tergo; Agnes de Jesu, Carmelita Discalceata conventus Albæ, quadragesimus testis super sexto, fol. 488, et super 97 articulo ejusdem processus, fol. 502; Catharina de Sancto Angelo, monialis ejusdem conventus, quadragesimus tertius testis super 6, fol. 566, et super 97 ejusdem processus, fol. 570 a tergo; Anna de Sancto Hieronymo, ejusdem conventus monialis, quadragesimus quartus testis super 97 articulo ejusdem processus, fol. 588; Constantia de Angelis in eodem monasterio monialis, quadragesimus octavus testis super sexto articulo ejusdem processus, fol. 650. Quibus accedunt alii octo testes moniales ejusdem monasterii idemmet de visu deponentes: nempe 41, 42, 45, 46, 49, 50, 51, 52, super articulis 97, 98, 99 ejusdem processus.

quæ annis
1583,

C 1117 Prædictum corpus in dicta sepultura sic inclusum remansit per novem menses continuos; et quia tantus odor ex dicto sepulchro prodibat, moniales, cum interventu provincialis ejusdem Ordinis, decreverunt dictum corpus exhumare, et videre quidnam tantus odor significaret, prout factum fuit non parvo labore: et capsula et vestes Servæ Dei corruptæ fuerunt inventæ; corpus autem illius incorruptum, integrum, flexibile, agile et tractabile, et dicto odorifero liquore suffultum et mirifico odore plenum, ita ac si hesternæ die terræ mandatum fuisset. Et tunc, alio habitu et vestibus indutum, in alia capsula et in eodem sepulchro, non tamen ita profundo, fuit collocatum, abscissa sibi per provincialem levia manu, pro illa in monasterio ejusdem Religionis Ulisiponæ pro reliquia suæ Matris conservanda. Quod probatur ex depositionibus tredecim testium monialium ejusdem conventus supra proxime relatarum, et super eisdem articulis et processu ibi notatis.

1585,

1118 Deinde transactis tribus annis postquam Serva Dei ad cælum migravit, provincialis istius Ordinis pervenit ad dictum conventum Albæ, et videre voluit corpus Matris Teresiæ, sicque illud exhumari fecit in præsentia priorissæ et aliquarum monialium (prout factum fuit); et illico priorissæ patentes litteras suorum superiorum intimavit, quibus præcipiebatur sub censuris ne transportatio-

nem istius celestis pignoris ullatenus impedirent: et sic, brachio manus abscissæ etiam amputato et in dicto conventu relicto, corpus transportari ad conventum Abulensem provincialis fecit (*quæ hic de provinciali dicuntur, corrige ex num. 1041 hujus Commentarii*). Et quia tunc temporis communitas monialium reperiebatur in choro recitando Horas matutinas, cum omnes quemdam magnum et suavem odorem sensissent, ex hoc solo signo cognoverunt extrahi corpus suæ Matris et Servæ Dei Teresiæ, et derelicto choro, abierunt ad sepulchrum: attamen corpus jam erat extra claustra; et tunc in dicta secunda exhumatione idem corpus fuit repertum eodem modo integrum et incorruptum et tractabile, et cum eodem odore et liquore, ut in prima inventum fuerat. Super quibus deponunt de visu tres moniales ejusdem monasterii: nempe quadragesimus testis, quadragesimus tertius et quadragesimus septimus super eisdem articulis 6 et 97 ejusdem processus remissorialis Salmantini.

1119 Transportato prædicto corpore Servæ Dei ad conventum civitatis Abulæ, fuit ibi ostensum in præsentia episcopi Abulensis, et de illius ordine et mandato, et præsentibus episcopo Tirasonensi, tunc regis Catholici confessario, et Paulo Laguna, et Don Francisco de Contreras, a consilio ejusdem regis, et duobus medicis et aliis testibus et notario publico; fuitque recognitum per legitimos testes, qui Matrem Teresiam vivam cognoverant, esse ipsius illudmet corpus; et tunc fuit etiam repertum plenum carne, et cum eadem incorruptione et integritate, flexibilitate, odore et liquore, et cum quadam agilitate et levitate, ut nullatenus esset ponderis unius infantis duorum annorum: quin et caro erat ita tractabilis, quod digito percussa concava redderetur, et digito amoto, caro surgeret et elevaretur. De quibus deponunt de visu: primus testis episcopus Tirasonensis in secunda parte remissorialis Toleti, fol. 736; Don Franciscus de Contreras, regius consiliarius, quinquagesimus tertius testis super 97 articulo in prima parte ejusdem processus Toleti, fol. 197; Paulus Laguna, præses regii consilii Indiarum, decimus sextus testis super 9 articulo in processu compulsoriali Toleti, fol. 99 a tergo; Ludovicus Vasquez, medicus civitatis Abulensis, undecimus testis in processu compulsoriali Abulensi super 70 articulo, fol. 221. Qui de prædictis testatur quod dictum corpus non fuerat apertum nec unctum balsamo; quia tetigit ejus ventrem plenum cum suis intestinis, et cum tanta carne in illis partibus, prout in vita exstare poterat: et declarat super incorruptione, odore et liquore; et quod via naturali, nisi miraculose, illud esse non poterat; et quod pro majori confirmatione prædictorum, diversis vicibus et horis, sine præventionem monialium, ingressus fuit monasterium pro visitandis infirmis, et petiit et obtinuit sibi ostendi dictum corpus, et præcipue quando maximus calor vigeat, et semper illud vidit eodem modo quo a principio, et erat valde leve, et judicavit illud pondus carnis sanctificatæ. Et quamvis alius medicus una cum eo in præsentia dictorum episcoporum et aliorum in prædicti corporis visione concurrebat, tamen, quia tempore examinis testium obierat iste medicus, Ludovicus Vasquez ibidem testatur dictum medicum defunctum idem tunc declarasse circa dictam incorruptionem, odorem et liquorem, et quod non potuisset evenire via naturali, sed miraculosa. Et de eadem relatione, per dictum medicum defunctum tunc facta, deponit etiam supradictus Don Franciscus de Contreras, ubi supra.

PER AA
ROTE

D

1586,

E

F

PER AA.
ROY. 6.
1591.

1120 Postquam vero intra novem menses, de mandato felicis recordationis Sixti Papæ V, fuit prædictum corpus istius Servæ Dei restitutum conventui Albæ, ex post facto diversis vicibus et temporibus idem corpus fuit visum, et repertum cum eadem incorruptione, odore et liquore, et aliis qualitatibus superius relatis; et in particulari anno 1592, et sic decem post annos ab illius obitu (*vel potius anno 1591, ut diximus num. 1046*), præsentem episcopo Salmantino cum medicis et notario, in eodem conventu Albæ fuit discoopertum corpus, et visum ac repertum incorruptum, cum omnibus qualitatibus prædictis; prout deponunt de visu doctor Franciscus Ramirez, medicus dicti oppidi Albæ, vigesimus octavus testis super 6 articulo, deponens super prædictis, et quod videtur sibi dictam incorruptionem et conservationem dicti corporis integri per tantum tempus esse opus divinum et miraculosum; cum interiora, quæ sunt facillima ad corruptionem, a dicto corpore nunquam fuerint extracta, ut in processu compulsoriali Salmantino, fol. 399. Licentiatum Martinum Arias, medicum ejusdem oppidi Albæ, vigesimus nonus testis super 6 articulo, contestatur cum præcedente teste medico circa omnia, et quod corpus totam suam carnem retinebat, consumpta tantummodo superflua humiditate. Quæ omnia et dictam incorruptionem habet pro miraculo et opere supernaturali, et quod naturaliter non potuerit evenire, præcipue in muliere plena carnibus, prout erat Mater Teresia: mulieres enim hujusmodi abundant humiditate apta corruptioni: in eodem processu compulsoriali Salmantino, fol. 400 a tergo. Quibus accedit fides Joannis Casquer, notarii apostolici, qui prædictis præsens fuit, et corpus Servæ Dei integrum et incorruptum cum bono odore et liquore vidit; prout in eodem processu, fol. 410 a tergo.

1121 Exinde anno 1594, et sic duodecim annis transactis ab obitu Servæ Dei, in præsentia Fratris Joannis a Jesu Maria, diffinitoris ejusdem Ordinis, et alterius Fratris, illius socii, et Annæ de Jesu, monialis dictæ Religionis, quæ ferebatur ad alium conventum, et præsentibus monialibus conventus Albæ, fuit iterum discoopertum idem corpus, visum et repertum integrum, incorruptum, et cum eodem odore et liquore; et cum prædicta Anna de Jesu illud attente inspiceret, vidit partem humeri tanto colore affectam, ut dixerit ibi apparere esse sanguinem vivum, et linteo illam partem tetigit, illudque remansit sanguine tinctum, prout et aliud quod illico eidem parti apposuerunt, non obstante quod pellis corporis esset sana et absque aliquo signo vel vulnere. Quod probant dicta Anna de Jesu, monialis ejusdem Religionis, primus testis super 9 articulo processus compulsorialis Salmantini, fol. 433; et dictus F. Joannes a Jesu Maria diffinitor, quartus testis in processu compulsoriali Toleti, fol. 54 a tergo; Agnes de Jesu, monialis ejusdem conventus, quadragesimus testis super 100 articulo in eodem processu remissoriali Salmantino, fol. 504 a tergo; Catharina de Sancto Angelo, etiam monialis dicti monasterii, quadragesimus tertius testis super 100 articulo in eodem processu Salmantino, fol. 572: omnes prædicti testes deponentes de visu. Et F. Didacus de Guevara, Ordinis Sancti Augustini, primus testis super articulo 100, idem deponit de auditu a Matre Anna de Jesu, in eodem processu Salmantino; prout idem, de auditu a dicto Patre Joanne de Jesu Maria diffinitore, testatur supradictus episcopus Tirasonensis, in processu remissoriali Toleti.

1122 Postmodum autem anno 1604, et sic cla-

psis viginti duobus annis a felici transitu Servæ Dei, D in præsentia ducis et ducissæ Albæ et ducis del Infantado et aliorum equitum et virorum religiosorum, fuit dictum corpus discoopertum et visum per supradictos, et repertum cum eadem incorruptione, odore et liquore. De quo testantur idem dux Albæ Don Antonius Alvarez de Toledo, undecimus testis super 97 articulo in processu remissoriali Toleti, prima parte, fol. 100; D. Mencia de Mendoza, ducissa Albæ, duodecimus testis super dicto articulo 97 et in eodem processu, fol. 112; Don Joannes Hurtado de Mendoza, dux del Infantado, tertius decimus testis super eodem 97 articulo in eodem processu, fol. 114, qui cum prædictum corpus Virginis Teresiæ alia vice post viginti annos ab ejus obitu integrum et incorruptum, ex eoque magnam odoris fragrantiam et liquorem in abundantia profluentem vidisset, affirmat quod, si tunc temporis non esset Christianus, solum hoc vidisse fuisset causa ad illum convertendum. Quibus accedit Alphonsus Sanchez, scriba publicus de numero oppidi Albæ, qui prædictis cum supranominatis testibus præsens adfuit, et vidit insimul cum ipsis dictum corpus integrum sine aliqua corruptione, et cum odore et liquore, de quibus E fidem fecit in processu compulsoriali Salmantino, fol. 466 a tergo.

1123 Et denique ultra occasiones prædictas et tempora in quibus dictum corpus fuit discoopertum et recognitum, sese diversis temporibus diversæ occasiones obtulerunt, quibus diversæ ac plures personæ diversorum statuum magna cum devotione et admiratione similiter prædictum corpus viderunt integrum et incorruptum et cum odore et liquore. Prout fuerunt doctor Christophorus de Medrano, medicus et cathedraticus in universitate Salmantina, vigesimus tertius testis deponens de visu super dicto articulo 97, et quod particulari cura et diligentia vidit et palpavit dictum corpus integrum, molle et tractabile, habens uterum et ventrem, ubera ac mammas pectoris (partes quæ citius corrumpuntur et consumuntur in corporibus mortuis) tam integra et plena ac si Serva Dei viva esset, quod judicavit pro manifesto miraculo, prout etiam pro tali habuit levitatem et parvum pondus ipsius corporis, quod ipse sic vidit et manibus palpavit, ut in processu remissoriali Salmantino, fol. 350; doctor Joannes Garaña, medicus civitatis Salmantine, octavus testis, fol. 274; F Don Rodericus de Paz, gubernator civitatis Salmantine, trigesimus sextus testis, fol. 424; licentiatum Gonzalez de Benavente, septuagesimus quartus testis, fol. 842 a tergo; Antonius Bravus, presbyter Albæ, octuagesimus primus testis, fol. 887 a tergo; F. Antonius de Calahorra, Ordinis Sancti Hieronymi, octuagesimus quintus testis, fol. 924; Joannes de Almanza, presbyter de Alba, octuagesimus sextus testis, fol. 928 a tergo; Didacus Gonzalez, presbyter Albæ, nonagesimus secundus testis, fol. 966 a tergo; Don Joannes de Solis, presbyter Salmantinus, sacræ theologiæ doctor, nonagesimus nonus testis, fol. 1018; magister F. Augustinus Antolinez, Ordinis Sancti Augustini, cathedraticus primarius theologiæ in universitate Salmantina, quartus testis, fol. 254 a tergo; Don Joannes Brochero de Texeda, miles de Alcantara, centesimus decimus quartus testis, fol. 1183 a tergo. Omnes testes sunt de visu super dicto articulo 97 in processu remissoriali Salmantino. Ultra quos ad-sunt alii sexdecim testes de visu prædictæ incorruptionis, ultra alios plurimos de auditu publico et notorio deponentes.

aliisque temporibus;

F

etiam in par-
tibus corpore
separatis,

- 1124 Quibus accedit quod praedicta incorruptio, odor et liquor non solum reperiuntur in corpore
A Servae Dei, sed etiam in illius brachio, corde, manu et aliis fragmentis carnis et Reliquiis ejusdem Virginis a corpore segregatis, quod probant testes sequentes: Marcus Gonzalez, scriba Albæ, testis quinquagesimus septimus super 97 articulo in processu remissoriali Salmantino, fol. 744 a tergo; Don Alphonsus Mexia de Tovar, nunc episcopus Mondonæ, vigesimus testis super eodem articulo in prima parte remissorialis Toleti, fol. 132 a tergo; episcopus Tirasonensis, primus testis in secunda parte ejusdem processus remissorialis Toleti, fol. 738 a tergo; Catharina de Sancto Angelo, monialis conventus Albæ, quadragesimus tertius testis, supra jam citata; Maria de Sancto Francisco, ejusdem conventus Albæ, quadragesimus septimus testis super 6 articulo ejusdem processus remissorialis Salmantini, fol. 622; licentiatu Joannes de Medina, quinquagesimus nonus testis super 99 articulo, eodem processu remissoriali Salmantino, fol. 765 a tergo; Maria ab Assumptione, ejusdem conventus Albæ, quinquagesimus secundus testis super 98 articulo, fol. 710; Maria de Sancto Josepho, ejusdem Ordinis, et priorissa quæ fuit conventus Ulisiponæ, super 13 in processu compulsoriali Toleti, fol. 171; Paulus Gonzalez, presbyter Albæ, octuagesimus secundus super 99 articulo, in eodem processu remissoriali Salmantino, fol. 589 a tergo. Quibus accedunt et alii quadraginta quinque testes de visu et certa scientia super 99 articulo deponentes.

manifesto de-
prehensa fuit,

- 1125 Item apparet quod, cum per quindecim annos post obitum Servae Dei quædam nobilis matrona Madriti haberet quoddam fragmentum carnis Servae Dei, et illud vellet inter ipsius sorores dividere, petiit a quodam nobili ecclesiastico quod illud scinderet et divideret; prout fecit, et in prima illius scissione pars cecidit super chartam albam, et insimul gutta sanguinis vivi, qui ex dicta carne abscissa exivit. Et cum prius ille ecclesiasticus dubitaret an dicta caro esset Matris Teresiae, viso eventu et sanguinis effusione, genuflexus perterritusque illam carnem veneratus fuit et esse carnem Servae Dei Teresiae de Jesu credidit et confessus fuit. Quod probant D. Isabella Sanchez Cuello, vidua D. Francisci de Herrera, vigesimus primus testis de visu super 97 articulo parte 1 remissorialis Toleti, fol. 137, et D. Maria Sanchez Cuello, vigesimus secundus testis etiam de visu super eodem 97 ejusdem processus, fol. 138.

ac benevolentum

- 1126 Ex quibus judicavimus incorruptionem corporis Servae Dei Teresiae sufficienter probari et miraculo maximo referendam esse. Movebamur autem quia corpus humanum post mortem de sui natura est putrefactioni subjectum, quod provenit ex infirmitate naturæ illius, quæ non potest amplius corpus continere in unum: D. Tho. in 3 parte, quæst. 15, art. 3 in corpore: et ita statim post mortem incipit resolvi et ad putredinem disponitur; quia exhalante calido naturali supervenit calor extraneus, qui putredinem causat. Idem D. Tho. dicto art. 3, arg. 2, et in responsione ad illud dicit quod etiam corpus Christi, quantum ad conditionem naturæ passibilis, putrefactibile fuit; licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum. Adest alia ratio corruptionis corporis humani, adducta ab eodem D. Tho. in Opusculo 2, cap. 152 in principio, nempe, quod corpus humanum ex contrariis est compositum: omne enim hujusmodi naturaliter est corruptibile. Tum etiam quia corruptio et putrefactio provenit homini,

ultra infirmitatem naturæ illius (ut dictum est), etiam in penam peccati primi parentis: sicut enim mors fuit pœna illius peccati, ita et etiam incineratio. Dictum enim fuit primo homini: « Pulvis es, » et in pulverem reverteris: Genes. 3, et refert D. Tho. in dicto art. 3, in principio. Unde sicut homo non potest evadere mortem, ita nec putrefactionem nec corruptionem, nisi sit aliquid prohibens, ut notat D. Tho. super 3 Sententiarum, dist. 21, quæst. 1, art. 2, ad 4. Quæ naturalis corruptio et putrefactio, corpori Virginis Teresiae naturaliter conveniens, facilius in illo corpore verificari poterat, cum fuerit sepultum integrum cum intestinis, quæ sunt de facili corruptione et eadem facilitate cæteras partes corrumpunt, maxime in corpore carniæ pleno de sui natura, prout erat corpus Servae Dei, et sic magis participans de humiditate aptiori ad corruptionem, quam adjuvabant terra, lapides et aqua immixta supra corpus sepultum. Quibus stantibus, naturaliter istud corpus erat putrefactibile et corrumpendum.

1127 Unde, cum ex probationibus supra relatis appareat non putrefactum, sed potius incorruptum fuisse repertum et conservatum, dicendum est aliquid prohibens adfuisse, nempe voluntatem divinam, quæ istud corpus, quod sibi vivens gratum famulatum præstitit, incorruptum manere voluit: ut D. Tho. dicto art. 3 in responsione ad secundum dicit in corpore Christi adfuisse illius virtutem divinam, quæ illud a putrefactione præservavit. Quod factum, cum sit ultra vires omnis naturæ creatæ, illasque excedens, necessario tribuendum est miraculo: D. Tho. 2. 2, quæst. 178, art. 1, ad 3, et in 1 parte quæst. 110, art. 4 in corpore, et in Opusculo 2, cap. 136; Glossa verbo « Sedis » Apostolicæ, in dicto cap. primo de Reliquiis et veneratione Sanctorum, et ibi doctores; Archidiaconus in dicto capite « Nec mirum », num. 6 et sequentibus, 26, quæst. 5, et ibi Bellamera. Quin etiam judicavimus istud miraculum tanquam excedens vires totius naturæ creatæ, non quantum ad id quod fit, sed quantum ad id in quo fit (potest enim natura dare conservationem et incorruptionem, sed non homini mortuo) referendum esse ad secundum gradum: juxta D. Tho. dicta parte 1, quæst. 105, art. 8, in corpore, vers. « Secundo » aliquid ».

secundi ordi-
nis miracu-
lum

1128 Et quod talis incorruptio sit sanctitatis signum et pro maximo miraculo habenda, satis apparet ex pluribus corporum Servorum Dei exemplis, quibus impartitus fuit hanc gratiam. Rodolphus abbas Sancti Trudonis scriptum reliquit se anno 1122 adfuisse una cum multis aliis, cum corpus Sancti Gereonis post annos 800 integrum et incorruptum est repertum. Alanus Copus testatur ætate sua perstitisse cadaver Cuthberti Lindisfar-nensis nihil omnino mutilatum vel labefactum post annos 800 ab illius obitu. Surius tom. 5, duodecimo Septembris, refert corpus Sancti Antonini Episcopi et Martyris post annos ab ejus morte 200 non solum incorruptum, sed plane vividum cunctis apparuisse, sicque illud vidisse qui illius Vitam scripsit. Corpus Sancti Hilarionis Abbatis (ut scribit Sanctus Hieronymus) post fere decem menses ab ejus obitu integrum et incorruptum, quasi adhuc viveret, fuit inventum, tantisque fragrans odoribus ut delibutum unguentis odoriferis putaretur. Et satis est quod scriptis mandavit Gregorius presbyter Cæsariensis, commune fuisse episcopis Catholicis qui in Synodo Nicæna interfuerunt, ut eorum corpora per multa annorum curricula perstiterint illies. Præmium quidem dignum servi Dei,

sanctitatisque
indulcium esse
promuntiat;

F

PER AA.
ROTE.

A Dei, ut corpus, quod vivens immortalis et aeterno Deo servivit, immortalitati et aeternitati, mortuum, integrum et illaesus conservetur.

2° Suavissimus corporis odor.

1129 Secundum miraculum post mortem. Odorem autem mirificum et suavissimum concomitantem corpus incorruptum Servae Dei, illiusque brachium, manum et cor (quamvis jam a corpore separata), quin etiam alias Reliquias ejusdem Virginis, satis probari nobis visum fuit ex testibus supra relatis, de incorruptione deponentibus. Et (quod magnae considerationis est) quod non solum hujusmodi odorem ipsius corpus et panniculi quibus aegra utebatur, a puncto sui felicissimi obitus efflarunt (taliter quod ipsa nocte qua ad caelum migravit, ex nimia fragrantia et odoris vehementia, opus fuerit, prout factum fuit, fenestram et portas cellae Virginis aperire, sicque per totum conventum fuerit sparsus odor iste), verum etiam et sepulchrum in quo fuit sepulta, quamvis in magna profunditate, participavit istum odorem, cujus tanta erat vehementia, ut dictum sepulchrum adeo profundum, et tanta terra, calce, aqua et tot lapidibus obtusum, penetrarit, ita ut occasionem tribuerit primae exhumationi Virginis et Ancillae Dei, prout supra notavimus. Quod etiam probant de visu moniales ejusdem conventus Albæ, quæ adfuerunt morti Servae Dei: et particulariter Catharina de Sancto Angelo, quadragesimus tertius testis super 6 articulo, fol. 567, et super 95 articulo, fol. 556 a tergo, in processu remissoriali Salmantino; Maria de Sancto Francisco, quadragesimus septimus testis super dicto sexto articulo in dicto processu Salmantino, fol. 623; alia Maria de Sancto Francisco, super nonagesimo quinto articulo secundus testis in processu remissoriali Toleti, 4 parte, fol. 1972; Catharina Baptista, quadragesimus nonus testis super nonagesimo quinto articulo in dicto processu Salmantino, fol. 627.

qui ut miraculum ab incorruptione distinctum.

1130 Quem odorem, licet illum consideremus in abstracto a miraculosa corporis incorruptione, etiam per se miraculo insigni adscribendum fore censuimus; cum naturaliter ex defunctorum cadaveribus corruptioni et putrefactioni naturaliter subjectis (ut supra probavimus) non odorem, sed foetorem potius oriri videamus. Unde semper isti suaves odores procedentes ex corporibus mortuis Sanctorum fuerunt ad miracula relati; quia (ut Sanctus Gregorius in Homilia 38 refert) ipsa corporis fragrantia et odor suavitatis ostendit in illo corpore Auctorem suavitatis existere, et isti odores sunt signa sanctitatis et insigne argumentum Divinitatis infinitae. Odor enim spiritualis ex interna partium animae contentione virtutumque debita connexione promanat, et internam pulchritudinem magnopere commendat. Et, prout ait D. Tho. 3. p., q. 83, art. 5, ad 2, bonus odor pertinet ad representandum effectum gratiae; quia, sicut bono odore Christus plenus fuit (secundum illud Genes. 27: « Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni »), etiam a Christo derivatur ad suos fideles et amicos, juxta illud ad Corinth. 2: « Odorem notitiae suae sparsit per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo. » Unde et Sancta Mater Ecclesia quasi exultans praegaudia de gloria filiorum suorum canit: « Sancti tui, Domine, floreant sicut lilium, et sicut odor balsami erunt ante te. » Quod etiam plurimum Sanctorum exemplis comprobari valet.

et quidem primi ordinis, haberi potest.

1131 Nicephorus Calixtus, lib. 15, cap. 14, testatur e sacrario in quo reconditum fuerat corpus Sanctae Euphemiae Martyris et Virginis celeberrimae, afflatos odores inmensos erupisse, qui vim naturae atque artis humanae longe superarunt. Ex cadavere

Sancti Othmari mirificus et ignotus odor accedentes prope jucundissimo sensu perfundebat, ut scribit abbas Walafridus. Idem contigit cadaveri Alberti episcopi Rothomagensis, Landoalti Maximi Regiensis, Edoardi Anglorum regis, aliorumque plurimorum, ut ait Surius tom. 6. Ex corpore Sancti Alberti Carmelitarum Ordinis, antequam humo traderetur, odor mirificus prodiiit, ut legitur in Officio ejusdem Sancti, die 7 Augusti. De quo etiam meminit Surius tom. 3, eadem die 7 Augusti, in Vita ipsius Sancti. Quod miraculum ita insigne et vires totius naturae creatae excedens quantum ad substantiam facti (ut apparet ex supradictis) putavimus referendum esse ad primum gradum: juxta notata per D. Tho. dicta parte 1, q. 105, art. 8 in corpore, vers. « Uno modo. »

1132 Tertium miraculum post mortem. Non minus probari credidimus liquorem odoriferum, ex brachio, corpore et aliis Reliquiis Servae Dei adinstar olei emanantem, per eosdem testes de incorruptione deponentes. Et itidem judicavimus hujusmodi mirificum liquorem miraculo referendum esse; cum ex se pateat quantum praeter ordinem omnis naturae creatae hoc eveniat, quantum illius vires excedat et alienum sit a corporibus mortuis, quæ putrefiunt et incinerantur: et humiditate consumpta et carne omnino corrupta et incinerata, ossa arida et sicca remanent; ex quibus naturaliter nullus humor nec liquor generari nec prodire valet. Quod cum totum contrarium in corpore et Reliquiis istius Servae Dei appareat, et istum liquorem conservatum, quin et continuo emanantem, necessario est fatendum esse opus supernaturale, et in facti substantia omnes naturae creatae vires excedere, et sic miraculum primi ordinis esse: ex D. Thom. ubi supra, dicto articulo 8, vers. « Uno modo. »

3° Liquor e corpore emanans.

1133 Nec est novum, Dominum nostrum in corporibus servorum suorum hoc miraculum saepius operatum esse: prout legitur apud Marcum Antonium Marsilium Columnam, de Vita et gestis Beati Matthaei, quod e corpore istius S. Apostoli (quod est Salerni) humor hujusmodi emanare solet. Ambrosius Leo, libr. 2 de situ Nolæ, in scriptis reliquit e corpore S. Felicis Nolani eundem humorem emanare, et Reverendissimus Cardinalis Baronius, in Martyrologio, die 13 Aprilis, inquit quod Novariae ex sacris ossibus Sanctorum Martyrum Laurentii presbyteri et puerorum, quos ipse susceperat educandos, medicus liquor emanare consueverit; idem Baronius, ubi supra, die nona Maji, de Sancto Nicolao episcopo Myrensi, dicit quod ex illius corpore, ut e perenni charismatum fonte, stillat liquor salubris, et idem testatur Emmanuel imperator, Novel. de Feriis, ubi etiam meminit similiter aquae illius quæ defluit e corpore Sancti Andreae, quod Amalphi asservatur. Idem Baronius, loco praecitato, die 26 Septembris, refert quod Chalcedone ex Reliquiis Sanctae Euphemiae Virginis et Martyris unguentum medicum jugiter manabat. Ex cadavere Margaritae Ravennatis (ut Hieronymus Rubens scribit) sudor quidam suavissimus effluxit. Ex cadavere Glyceriae Martyris unguentum manasse, quod pelvi subjecta excipiebatur, refert Nicephorus, lib. 18, c. 32. Cromar. lib. 9, orat. 1. de aedific. just., scribit quod ex cadavere Hedwigis Polonicae, jam diu defunctae, liquor purus et clarus instar olei suavissimo mirabilique odore profluxit. Similiterque ex cadavere Solomeae, quæ regis Boleslai soror fuit.

item miraculis primi ordinis accensendus.

1134 Quartum miraculum post mortem. Puer vocatus Franciscus, ætatis quatuor annorum, filius cujusdam pauperis mulieris, vicinæ conventui Incarnationis Carmelitarum Calceatarum civitatis Abulensis,

4° Repentius pueri distorti reformatio.

A Abulensis, a nativitate erat sic corpore contractus, contortus et inhabilis, ut videretur natus ad similitudinem unius litterae S, ut nec pedibus subsistere valeret, nec humi jacens se movere; quamvis ex dicta contractione corporis nullo dolore afficeretur. Unde quædam religiosa dicti conventus, D. Mencia Roberto, pietate et charitate mota, petiit a matre pueri ut illum quotidie ad suam cellam portaret pro charitate illi impendenda; prout mater faciebat, et nocte illum domum suam reportabat: et sic dicta monialis, compassione plena, et cogitans quod illa infirmitas contractionis corporis istius pueri, cum esset a nativitate, videbatur incurabilis, decrevit cum dicto puero per novem dies cellam Servæ Dei Teresiae, in illo monasterio existentem et in magna veneratione habitam, visitare: prout fecit, a Virgine Matre Teresia petendo quod dignaretur obtinere a Domino nostro sanitatem pro illo puero. Unde evenit ut ultimo die novenae puer repente fuerit sanatus et liber a dicta contractione remanserit, ita ut propriis pedibus ambularet, publicando illum Matrem Teresiam de Jesu sanasse. Quæ verba optime proferebat, quamvis nulla alia integre proferre valeret, sed balbutienter, et tanquam tener puer. Quem eventum moniales pro miraculo habuerunt, et Deo gratias pro illo egerunt.

legimus as-
serta testimo-
niis;

B 1135 Factum supradictum probant sex testes, moniales ejusdem monasterii: nempe 42, 43, 44, 45, 47 et 48, omnes super 114 articulo, in processu remissoriali Abulensi, deponentes de visu; et inter testes istas est dicta Donna Mencia Roberto. Quibus, quamvis essent moniales ejusdem Religionis, censuimus integram fidem adhibendam esse, ex adductis in primo miraculo de operatis in vita: quanto magis, cum revera non sint moniales Discalceatæ, sed regulam mitigatam Calceatarum profluentes in conventu illo, ex quo Serva Dei Teresia de Jesu ad fundandam novam Reformationem fuit egressa; et sic istud factum probari non dubitavimus.

atque in se-
cundo miracu-
lorum gradu
ponenda:

1136 Et nos absque dubio putavimus prædictum factum pro miraculo esse judicandum; cum in illo concurrant circumstantiæ sæpius supra in aliis miraculis, quin et in aliis canonizationibus, consideratæ et ponderatæ: nempe gravitas infirmitatis, oratio præcedens et sanitas in instanti recuperata. Et ponderavimus in hoc miraculo particulariter hunc puerum ita contortum et contractum natum fuisse, unde nullum dolorem patiebatur; nec istam imperfectionem et contractionem, sic a nativitate provenientem, posse remediis naturalibus curari, teste Hippocrate, 3 de articulis, § « Oportet autem et incurabilia cognoscere », num. 68, et Galeno, 3 Prognostic. 26; et sic illius curationem omnino excedere facultates totius naturæ creatæ, et per consequens secundo ordini miraculorum adscribendum censuimus (juxta D. Tho. ubi supra, parte 1, quæst. 105, art. 8 in corpore, vers. « Secundo aliquid ») non quantum ad id quod fit, sed quantum ad id in quo fit. Unde, licet natura possit dare rectitudinem et aptam membrorum compositionem homini, non tamen contorto et contracto a nativitate. Et satis simile videtur illud Actuum Apostolorum, cap. 3, de claudio qui ex utero matris bajulabatur et portabatur quotidie ad portam speciosam templi, cui eleemosynam petenti Petrus dixit: « In nomine Jesu Christi Nazareni, surge et ambula. » Et aliud simile de Sancto Abundio refert D. Gregorius lib. 3 Dialogorum, cap. 25.

De Manibus
liberatio et tri-
plex curatio,

1137 Quintum miraculum post mortem. Soror Anna de Sancto Michaeli, monialis ejusdem Religionis in conventu de Malagon, per duos annos

passa fuit gravem infirmitatem trium cancrorum in pectore, quorum unus erat major aliis, et ex illis maximis doloribus cruciabatur: quin et illi causarunt in collo et brachiis quamdam retractionem, ut brachiis uti non posset nec illa super caput levare; eratque impedita, ut vacare non valeret ministerio sui officii et servitio monasterii. Et cum valde afflictum animum haberet, quæsit et invenit Reliquiam, nempe modicum carnis Matris Teresiae. Et eadem nocte ipsa fecit orationem genuflexa Deo Domino nostro, petendo a dicta Serva Dei Teresia ut intercederet pro illius salute impetranda, et non permitteret quod illa infirmitas progrediretur ulterius, cum ob illius prolixitatem ipsa evasisset inutilis, et non posset satisfacere ministerio ad quod habitum assumpserat, et esset magno sumptui monasterio habere religiosam cum infirmitate adeo diuturna et molesta. Et apposuit dictam Reliquiam super pectus, et ivit ad lectum et dormivit (cum per plures alias noctes præ dolore dormire non valuisset), et mane surrexit sana omnino, non solum ex dictis cancris, qui e pectore evanuerant, sed etiam ex alio morbo cordis, quem usque tunc temporis patiebatur; nec amplius dictas infirmitates sensit. Et illico, cum primum se sanam et liberam a dictis infirmitatibus cognovit, hilaris ivit ad cellam priorissæ, et narravit illi prædictum eventum, et omnes pro miraculo illud habuerunt.

PER AA.
ROTE.

D

1138 Supradictum factum probatur per quinque testes, moniales ejusdem monasterii, de visu: nempe primus testis Catharina de Trinitate, priorissa ejusdem conventus, super nonagesimo septimo articulo, prima parte remissorialis Toleti, fol. 485; Isabella ab Ascensione, subpriorissa, secundus testis super eodem, fol. 493; Maria de Virginibus, tertius testis super eodem, fol. 505 a tergo; ipsamet infirma, soror Anna, decimus testis super eodem, fol. 525; Brianda de Sancto Joseph, infirmaria, undecimus testis super eodem, fol. 529: omnes deponentes de visu, et tam priorissa quam tertius testis deponunt de virtute et religione prædictæ Annæ et de ejus veracitate.

rite item pro-
bata;

1139 Et nos supradictum factum probari ei miraculum esse judicavimus, attenta infirmitatis gravitate, quæ de sui natura est incurabilis, teste Hippocrate, 6 libro Aphorismorum, aphorismo trigesimo octavo, dicente: « Cancros occultos (id est magnos) habentes melius est non curare; eum rati enim cito pereunt. » Paul. libro quarto, cap. vigesimo sexto, dicit: « Hoc malum propter succi crassitiam non consanescit. » Galenus secundo de Crisibus, duodecimo secundo, prognost. quadagesimo sexto, secundo ad Glauconem, cap. 10. Avicenna in tertio quarti, tractat. 2, c. 16. Accedit et præcedens oratio et instantanea salutis recuperatio. Ex quibus putavimus hoc factum totius naturæ creatæ vires excedere, non tamen quoad facti substantiam, sed quoad subjectum in quo evenit: nam, quamvis natura possit corpori infirmo sanitatem restituere, non tamen infirmo ægritudine incurabili laboranti; prout potest dare lumen, sed non cæco, et dare vitam, non tamen mortuo. Et sic secundo gradui adscribendum esse censuimus, cum Sancto Thoma, dicta parte prima, q. 105, art. 8 in corpore, vers. « Secundo aliquid ».

pariterque ad
secundum
gradum perti-
nens;

F

1140 Sextum miraculum post mortem. Cum Annæ Gonzalez, incolæ oppidi Albæ, ex quadam infirmitate remansisset manus sinistra inhabilis, propter contractionem nervorum et digitorum, ita ut illam aperire non valeret, nec minus illa aliquo modo uti nec digitos extendere, et sic per annum stetisset, medicinisque adhibitis et non proficienti-

De Manibus
contractis re-
integratio.

PER AA.
ROTE.

A bus, monitu Mariæ Rodriguez, ipsius vicinæ, se commendavit Servæ Dei Teresiæ de Jesu, et una cum dicta Mariâ Rodriguez accessit ad monasterium Incarnationis Discalceatarum dicti oppidi Albæ (ubi corpus, et brachium ab ipso divisum, istius Ancillæ Dei servatur), ibique illæ orationem fecerunt, et a quodam sacerdote capellano ejusdem monasterii petierunt quatenus deferre voluisset aliquam Reliquiam Servæ Dei Teresiæ ad prædictam Annam infirmam; prout prædictus sacerdos fecit, et brachio Matris Teresiæ manum contractam Annæ tetigit, quæ statim manum aperuit, et remansit libera et sana a dicta infirmitate, prout per sex annos, quibus supervixit, permansit cum dicta sanitate, exercendo dictam manum et illa bene utendo tanquam sanâ. Et actis Deo grâtiis, redierunt domum hilares et exultantes de salute dictæ Annæ, misericordia Dei ac meritis et intercessione Virginis Teresiæ, per medium contactus suæ Reliquiæ sibi restituta.

juridice relata
a testibus de
visu

B 1141 De quo deponunt tres testes, 94, 95 et 119 super articulo centesimo quartodecimo processus remissorialis Salmantini. Quorum primus est ipsa Maria Rodriguez, vidua ætatis quadraginta annorum, quæ comitata fuit Annam ad dictum monasterium, et interfuit præsens omnibus supradictis. Secundus vero Franciscus Vasquez, privignus ejusdem Annæ, ætatis viginti duorum annorum, qui deponit de dicta infirmitate et de diuturnitate per annum, dicitque medicinas illi non profuisse, et vidisse ipsam Annam cum Maria Rodriguez egredi e domo cum manu sic contracta, quando se contulerant ad dictum monasterium, ut Missam audirent et se commendarent Matri Teresiæ de Jesu, et quod postea, intra duas horas, ipse testis vidit eandem Annam revertentem a monasterio, cum manu omnino libera et sana, ita ut illam aperiret et clauderet et moveret, ac si nullum malum habuisset, et quod deinceps in futurum cum illa bene laboravit. Et ipsa ac Maria Rodriguez ipsi retulerunt qualiter per contactum brachii Servæ Dei extemplo sanitatem recuperaverat, quam semper, dum vixit, habuit. Et hujus testis depositionem censuimus contestari cum præcedenti: nam, quamvis non interfuisset in ecclesia tempore recuperatæ salutis et operati miraculi, satis esse nobis visum fuit quod circa infirmitatem et tempus quo duravit, esset contestis cum primo. Et dum vidit dictam Annam cum manu sic contracta euntem ad monasterium cum Maria Rodriguez, ad effectum audiendi Missam et commendandi se Servæ Dei Teresiæ, et postea, post spatium duarum horarum, vidit Annam redeuntem a monasterio cum eadem manu sua et omnino libera a dicta infirmitate, videtur satis probari dictum miraculum; cum tam brevi tempore infirmitas adeo gravis, et quæ duraverat per annum, non poterat mediis naturalibus curari.

et auditu,

C 1142 Quibus accedit tertius testis, vicinus ejusdem Annæ, hoc idem factum referens de auditu, die sequenti quo evenit, ab eadem Anna, quam vidit suis manibus bene laborare, et antea eam viderat dicta infirmitate oppressam et ad laborandum inhabilem, et interrogavit eam quomodo res se haberet: quæ illi narravit factum supradictum miraculosum. Et omnes isti tres testes deponunt hoc factum habuisse habitumque fuisse pro miraculo operato ab omnipotente Deo meritis et intercessione suæ Servæ Teresiæ de Jesu. Et concludunt de supradictis fuisse et esse publicam vocem et famam in illo oppido Albæ. Ex qua fama publica javari dictam probationem, non fuit dubitatum.

1143 Ex quibus nos etiam censuimus istud factum probari et miraculum esse, ejusdem meritis et intercessione Servæ Dei per ipsam operatum, considerata qualitate, gravitate et diuturnitate infirmitatis, et oratione præcedenti (quæ regulariter miracula præcedere assuevit, juxta Divum Thomam, 2. 2. quæst. 178, art. 1, ad primum argumentum), et etiam recuperatione salutis integræ in instanti assecuta per contactum brachii istius Virginis Matris Teresiæ de Jesu, prout de instantanea sanitate et per contactum supra in aliis miraculis plene annotavimus; et tandem quod amplius infirmitas hæc illi non rediit, quamvis vixisset postea per sex annos. Putavimusque istud ad tertium gradum miraculorum referendum esse.

et tertio ordinis
miraculum
dicenda;

D

1144 Septimum miraculum post mortem. Puer D. Antonius de Villarroel, ætatis quinque annorum, filius D. Didaci de Villarroel, equitis Sancti Jacobi, et D. Mariæ Alvarez de Luna illius uxoris, incolarum Medinæ del Campo, incidit in infirmitatem periculosam, lethargus dictam, cum gravi febre, quæ illum sensibus privabat; et nullatenus a somno excitari poterat, quantumcumque illum chordulis in brachiis et cruribus constrinxissent: minus autem ad se redibat, nec proficiebant illi ulla medicamenta ex pluribus applicatis per multos dies, quibus infirmitas duravit. Unde a medicis jam derelictus et ab aliis pro fere mortuo et sine spe vitæ habitus erat; quin et omnia signa illum quasi mortuum indicabant. Et tunc dicta D. Maria, mater illius et devota Virginis Teresiæ, misit ad conventum monialium Discalceatarum Carmelitarum ejusdem oppidi, ut aliquam Reliquiam dictæ Matris Teresiæ transmitterent; et illi transmiserunt quoddam linteum album habens aliquas maculas olei seu liquoris qui emanat e corpore Virginis Teresiæ. Et supplicavit dictam Matrem Teresiam pro salute et remedio sui filii, cum maxima fiducia illam consequendi, et apposuit dictum linteum super caput infirmi; et statim, aut infra unum quadrantem horæ, rediit dictus puer in se, tam hilaris et sanus ac si non fuisset passus aliquam infirmitatem, et vocavit matrem et fratres, et non fuit opus aliis medicinis nec remediis, quia etiam febris simul cessavit, et nunquam amplius reincident in dictam infirmitatem: et omnes qui hoc viderunt et sciverunt, judicarunt fuisse miraculum, et mater habuit istum filium quasi resuscitatum a dicta Virgine Matre Teresia, unde illum vocavit et vocat filium Matris Teresiæ; et die sequenti doctor Mercado et doctor Polanco, medici qui curabant dictum puerum, accesserunt ad illum, et audientes successum sunt admirati, et illum publicarunt pro certo et claro miraculo; et licentiam petierunt, dicentes quod jam ibi non habebant quid facerent.

7. Excitatio
pueri lethar-
gici et febrici-
tanti.

E

1145 Factum istud probatur per eandem D. Mariam, matrem dicti pueri, tertium testem in 4 parte remissorialis Toleti, fol. 1762 et 1810, et Joannem Baptistam Polo super prædictis et articulo 110, fol. 1913, deponentes de visu. Quibus accedunt vigesimus primus et tertius testis, moniales ejusdem Religionis, super dicto articulo 110 deponentes de auditu, et omnes de publica voce et fama. Et alii tres testes, nempe primus, secundus et tertius, super 4 et 5 articulis in eodem processu declarant dictam Donnam Mariam Alvarez esse bonæ vitæ et morum et famæ et nobilitatis, et talem cujus depositionibus potest et debet adhiberi integra fides in judicio et extra; quæ qualificatio testis per alios testes sic deponentes satis illius dictum adjuvat.

de qua certat
matris ac mon-
achi testificatio.

F

1146 Ex quibus nobis visum fuit istud factum probari et miraculo adscribendum per intercessio-

et quæ declaratur miraculum tertii ordinis.

nem

A nem Virginis Matris Teresiae et contactum illius Reliquiae. Concurrunt enim conjecturae alias consideratae, de gravitate et periculo infirmitatis lethargiae, et de extremo vitae ad quod patientem reduxit, ita ut a medicis pro derelicto haberetur, et a cæteris pro quasi mortuo, cum amissione sensuum et loquelæ et aliis signis lethalibus. Item et præcessit oratio matris pueri Virgini Teresiae facta. Et tandem accedente contactu Reliquiae prædictæ, successit instantanea curatio et sanitas, ita ut nec unquam amplius dicta infirmitas isti puero redierit. Censuimus istud miraculum ad tertium genus esse referendum.

*S. Sanatio ta-
cordolis, apo-
stematæ*

B 1147 Octavum miraculum post mortem. Franciscus Perez, rector ecclesiæ Sancti Petri Turris de Lobaton, diocesis Vallisoletanae, ex quadam infirmitate remansit cum quodam apostemate et duritie super os pectoris, et cum uno brachio ita contracto et debilitato ut illud minime movere potuerit per quinque menses nec Missam celebrare. Hac ex causa confugit ad medicos et chirurgum, qui illi plura et diversa medicamenta applicarunt, quibus nihil melioratus fuit; immo in pejus tendere videbatur, et apostema semper durum et rebelle ostendebatur, nec ullatenus mollificabatur. Ex quibus omnibus ingentes dolores patiebatur, et in lecto jacere astringebatur, absque eo quod nec ibi absque adiutorio moveri valeret. Unde monitu cujusdam religiosi Carmelitæ Discalceati, qui illi dixit quod haberet magnam fidem erga Servam Dei Teresiam de Jesu, et imponeret pro sanitate recuperanda super partibus offensis quamdam Reliquiam dictæ Virginis Teresiae, quam illi dedit, nempe epistolam scriptam et subscriptam manu et nomine ejusdem Ancillæ Dei, quam infirmus magna cum devotione accepit, et super pectus et dictam duritiem apposuit; et intra dimidiam horam somnum cepit lere usque mane, quamvis per alias noctes præteritas nullatenus somnum sumere potuisset. Et quando a dicto somno evigilavit, dicta durities, cui apposita fuerat Reliquia, ei non dolebat; brachium autem sic contractum, quod Reliquia non tangebatur, illum dolore afficiebat; et expertus fuit quod in parte dolore affecta cui Reliquia imponebatur, dolor cessabat, et redibat ad partem ubi Reliquia non erat, et sic vicissim dolor, prout Reliquia, mutabatur et cessabat in parte appositæ Reliquiae. Et quatuor vel sex diebus postquam cepit apponere dictam Reliquiam, dictum apostema et durities ostendit signum puris et materiae, quod non potuerunt operari medicamenta maturativa per medicos et chirurgos antea applicata. Et sic dictum apostema per chirurgum fuit apertum, cum magna effusione puris.

*et brachii con-
tractione labo-
rantis,*

C 1148 Ex quo infirmus ita gratus remansit erga Virginem Matrem Teresiam, ut decreverit ire Albam pro visitando illius corpore; et relictis medicamentis quæ pro brachii curatione ei præparabantur, et tempore ad id apto iter arripuit, et Albam petiit. Et quamprimum illuc pervenit, quadam die sero ad conventum monialium (ubi dictum corpus servatur) se contulit, et a Matre Priorissa petiit et obtinuit sibi ostendi brachium Virginis Teresiae. Quod fuit appositum super unum altare ecclesiæ, et illud veneratus fuit tam ipse quam Christophorus de Torres presbyter, qui dictum Franciscum in hoc itinere associavit. Et ambo fecerunt ante dictum brachium orationem, et ante sepulchrum corporis Servæ Dei, et inde se in hospitium receperunt. Et cum essent in lecto, priusquam dies lucesceret, dictus Franciscus vocavit alta voce dictum Christophorum, dicendo quod surgeret, quia movebat brachium quod habebat contractum, eodem modo quo aliud brachium

sanum. Et Christophorus respondit quod erat imaginatio vel debebat somnare. Et cum mane assurgerent, dixit Franciscus: « Christophore, inspicito » quod est verum quod ista nocte tibi dicebam. » Et coram ipso movebat, ducebat et elevabat brachium prius contractum, sicut aliud. Et abierunt ad dictum monasterium, et Franciscus ibi celebravit Missam, quam per quinque menses celebrare non potuerat; et finita novena, gratias reddendo Deo et ejus Servæ Teresiae, reversi sunt domum suam, patiundo in itinere maximam pluviam et ventum, quæ nihil offecerunt Francisco, quamvis antea a quocumque aere offenderetur. Et nunquam amplius (quamvis vixerit per aliquot annos) aliquem ex dictis doloribus sensit; quin obiit ex alia et diversa infirmitate pleuritidis.

PER AA.
ROTÆ.

D

E 1149 Istius facti veritas probatur per sex testes: quorum unus est idem Christophorus de Torres presbyter, rector parochialis Sancti Petri Turris de Lobaton et commissarius Sanctæ Inquisitionis, qui omnibus prædictis interfuit, et tanquam testis ocularis et de visu deponit, et est decimus octavus super articulo 114 in 3 p. remissorialis Toleti, fol. 1536. Alius est doctor Polo medicus, cathedraticus medicinæ in universitate Vallisoletana, testis decimus quartus super eodem articulo 114 ejusdem processus, fol. 1517: qui istum infirmum curavit, et de illius infirmitatibus deponit, et qualiter plura remedia applicata non profecerunt; et quod per litteras et relationem ejusdem Francisci habuit notitiam de supradicta instantanea sanitate, ipsi per intercessionem dictæ Virginis Teresiae restituta, prout in facto dicitur; et quod illud habuit et habet pro evidenti miraculo, et quod non erat possibile mediis naturalibus dictum effectum consequi. Et relatione facta ab eodem doctore Polo, de dictis infirmitatibus et illarum statu, doctori Vega, medico famoso Vallisoletano, ipse etiam deposuit fuisse notorium miraculum, et est vigesimus quintus testis super art. 116 ejusdem processus. Cum quo concurrat doctor de Sancta Cruce, sacerdos cathedraticus in eadem universitate, testis vigesimus quartus super eodem art. 114 ejusdem processus. Quibus accedunt alii duo testes: Donna Antonia Perez, testis decimus nonus, neptis ejusdem Francisci Perez, et existens in domo illius, fol. 1540, et Magdalena del Castello, vigesimus testis habitans etiam in eadem domo, super eodem 114 articulo, fol. 1542, deponentes itidem de eisdem infirmitatibus et remediis pluribus applicatis et non proficientibus, et de prædicta instantanea salute sic miraculose recuperata, et quod Franciscus ivit Albam visitare corpus Matris Teresiae, et rediit in domum suam intra paucos dies incolumis et omnino sanus, prout perseveravit usque ad mortem, et illis narravit modum prædictum suæ recuperatæ salutis. Et fere omnes prædicti deponunt de publica voce et fama.

*quæ, a gravissi-
mis affirmata
viris,*

E

F

F 1150 Ex quibus simul junctis reputavimus hoc factum probari et adscribendum esse miraculo tertii generis, operato per Dominum nostrum meritis et intercessione suæ Servæ Teresiae de Jesu. Constat enim de infirmitatum gravitate et diuturnitate, et de rebellionem illarum, et quod plura remedia per medicum et chirurgum expertos fuerunt applicata, et nihilo deservierunt; quin malum in dies augebatur. Item et constat de præcedente oratione et tactu Reliquiae istius Virginis ad pectus et apostema, et qualiter dolor recedebat accedente Reliquia; et quod illa dictum apostema maturavit, et ex eo effluxit pus in magna quantitate, quod nunquam potuerunt operari remedia naturalia adhibita. Constat de accessu infirmi ad visitandum corpus istius Virginis, et de devotione

*tertiæ partiter
ordinis mira-
culum reputa-
tur;*

PER AA.
ROTE.

A devotione et oratione illi facta; et qualiter sequenti nocte in instanti fuit sanatus a brachio contracto, ita ut illico illud moveret et duceret quo volebat, ac si nunquam aliquod malum in illo passus fuisset; et ita integre sanitatem recuperavit ut postea nunquam amplius aliqui ex dictis doloribus redierint.

9^a Cassatio do-
lorum viri no-
bilis Abulensis.

1151 Nonum miraculum post mortem. Don Gabriel Pacheco de Espinosa in civitate Abulensi habens nubeculam in oculo, intentavit a quodam chirurgo curari; et dum pro illius curatione magister acum in oculum immitteret et per dimidiam horam intra oculum retineret, in præsentia trium medicorum, qui, videntes quantum damnum oculis patiebatur in dicta curatione, jusserunt acum extrahi; prout factum fuit; et patiens remansit magno dolore in illa parte affectus. Ex quo non solum dolor oculi crevit, sed etiam ex ista causa correptus fuit gravissimis doloribus a pede usque ad verticem capitis, ita ut loquelam amitteret, et opus fuerit quod domestici illum tenerent, ne pugnis caput laceraret. Et isto medio tempore per medicos quam plura remedia et medicamenta illi fuerunt adhibita, et nihilominus dolores non minuebantur, quin potius videbantur augeri. Unde ipse Don Gabriel devotione erga Ancillam Dei Teresiam motus, et illi valde devote se commendans, petiit sibi aliquam ejus Reliquiam portari; quæ ab ejus patre Ludovico ex monasterio monialium Discalceatarum allata fuit. Soror quippe Teresia, monialis et neptis Ancillæ Dei Teresiæ, partem tunicæ illi dedit, et cum illa domum reversus pater filio infirmo prædictam Reliquiam dedit, et celebrata Missa a Patre Herrera Societatis Jesu, ejus confessario, in privato oratorio domestico, et sumpta Sacra Eucharistia (vigentibus doloribus et infirmum valde cruciantibus), idemmet confessarius dicto Don Gabrieli super caput et oculum dictam Reliquiam imposuit; et statim infirmus dixit dolores omnino cessasse, et taliter ut remanserit ex illo puncto liber a dictis doloribus et sanus, et exinde amplius dolores non senserit.

ab ipso ejus-
que patre, con-
fessario ac me-
dico contesta-
ta.

1152 Probant istud factum idemmet Don Gabriel, decimus testis super art. 114 in processu remissoriali Abulensi, fol. 117, Ludovicus ipsius pater, secundus testis, fol. 78, Pater Joannes de Herrera Societatis Jesu, vigesimus quartus testis super eodem articulo, fol. 188, omnes de visu. Quibus accedit Joannes Baptista de Alcozer, medicus regius, testis decimus quintus super eodem articulo, contestans cum patre et filio super infirmitate et doloribus, et remediis applicatis et non proficientibus, et de auditu ab eodem infirmo, de applicatione dictæ Reliquiæ et de mirabili curatione et instantanea cessatione dolorum. Qui tanquam medicus et philosophus declarat dictam infirmitatem et dolores non potuisse tam brevi temporis spatio curari; quia, cum esset infirmitas causata cum fluxu et concursu humorum, et quasi habitualis, naturaliter debebat curari paulatim, et erant corrigenda accidentia longo tempore; et cum fuisset subito infirmus liberatus a dictis doloribus, concludit esse casum miraculosum et excedentem causas naturales. Et quod pro tali miraculo fuerit habitum, ceteri testes concordant.

et similiter ut
testium mira-
culorum genus
referenda;

1153 Nos quoque absque difficultate censuimus prædictum eventum probari et miraculo tertii generis adscribendum esse, operato meritis et intercessionem Servæ Dei Teresiæ et impositione prædictæ ejus Reliquiæ, inspectis gravitate infirmitatis et dolorum per tot dies graviter patientem affligentium, et remediis tot applicatis et non proficientibus, et præcedenti commendatione per infirmum

Servæ Dei devote facta, et appositione Reliquiæ capiti illius, et instantanea subsecuta liberatione a doloribus, et sanitate recuperata, et quod amplius non redierit. Quæ omnia inducunt miraculum, ex late superius circa alia miracula adductis.

1154 Decimum miraculum post mortem. Don Joannes de Leiva et Hermosilla anno 1609 capiti magno gutturis morbo vexari, ita ut suffocaretur; et a tribus medicis curabatur; et applicata illi fuere plura remedia phlebotomiæ, ventosarum et unctio-num et aliorum medicamentorum; nihil tamen proderant. Immo illis non obstantibus, ita a morbo premebatur ut non posset cibum ad stomachum mittere, nisi aliquid valde liquidum, et cum magna difficultate et labore; ita ut duo medici matri infirmi dixerint, quod, si aperiretur morbus gutturis, descenderet ad cor, et infirmus moreretur. Unde ipse cum celeritate confessus fuit sua peccata. Et videns mater illum ita in extremis laborare, et remedia humana non prodesse, misit ad monasterium monialium Carmelitarum Discalceatarum istius civitatis Vallisoletanæ (ubi habebat unam filiam religiosam), petendo ab illis ut suum filium Deo et Matri Teresiæ multum commendarent; quia in magno periculo esset constitutus. Et moniales sic facere obtulerunt, et Matri Reliquiam quamdam, nempe sudarium Servæ Dei Teresiæ, miserunt, ut illud super infirmum apponeret; prout appositum fuit super gutture illius, ubi erat morbi vis, dicente matre infirmo: « Fili, habeto magnam fidem, et » commenda te multum Sanctæ Matri. » Filius dormivit, et fere hora secunda post mediam noctem expergefactus, et stans in lecto, dixit matri: « Jam » sum sanus, quia Sancta Mater Teresia de Jesu » mihi apparuit cum alia religiosa, et suis manibus » guttur meum strinxit, et confestim convalui et » bene habui. » Mater aliquantulum incredula, et timens ne illa actio incorporandi se in lecto esset occasio quod plus morbi descenderet ad cor, et filius moreretur, ipsum monebat quod verteretur ore inferius, quod attenderet quod animam exhalabat. Ipse autem semper insistebat quod erat sanus, prout veritas demonstravit; quia ex tunc omnino salutem recuperavit, et comedit et bibit; nec amplius medicinæ fuerunt necessariæ. Et illa die vel sequenti surrexit e lecto, et nunquam amplius nec illa nec alia infirmitate fuit affectus. Et medici informati de isto successu mirabantur videre adeo sanitati restitutum dictum infirmum.

10^a Alterius
viri nobilis
sanatio.

E

F

1155 Probatum supradictum factum per eundem Don Joannem, testem decimum quintum super 114 articulo in 3 parte processu remissorialis Toleti, fol. 1523; et per Donnam Isabellam de Paredes, matrem ejusdem Don Joannis, contestem vigesimum tertium, fol. 1556, super qualitate infirmitatis, gravitate et periculo illius, et super remediis variis et medicinis adhibitis et non proficientibus, et super ultimo vitæ statu ad quem infirmus pervenit, et super recommendatione prædictis monialibus et Matri Teresiæ facta, et appositione dictæ Reliquiæ infirmo, et operatione instantaneæ salutis subsecutæ, et quod illud pro evidenti miraculo habuerunt, et talis fuit publica vox et fama. Quibus idem D. Joannes addit, sibi, apposita dicta Reliquia, Famulam Dei Teresiam de Jesu in somnis apparuisse, cum alia religiosa in suo conspectu prostrata, quasi ab ipsa exposcente sanitatem pro dicto infirmo; et dictam Dei Famulam suis manibus illi guttur strinxisse, et illico a somno experrectum, se sanum et incolumem reperisse. Quibus accedunt alii duo testes, secundus et septimus, super tertio et quarto articulis ejusdem

ex ipsius ma-
trisque ejus
declaratione
noto.

A dem processus, deponentes de nobilitate, virtute et veracitate et aliis animi dotibus dictorum duorum testium, matris et filii, et quod merentur fidem illorum dictis adhiberi.

tertius item generis;

1156 Ex quibus nos etiam putavimus istud factum probari et miraculum fuisse meritis et intercessionem istius Virginis et Ancillae Dei operatum, et tertio generi miraculorum adscribi mereri. Movebamur autem ex gravitate infirmitatis et imminenti periculo mortis ad quod infirmus pervenit, et quod nec medici nec medicinae plures quidquam profuerant, et quod praecessit recommendatio Famulae Dei facta et appositio illius Reliquiae in gutturo patientis; et subsequuta fuit illius a morbo omnimoda liberatio et instantanea sanitas recuperata. Et non parum urgere videbatur apparitio Virginis Teresiae in somnis isti infirmo facta, cum accessione manus Virginis ad guttur infirmi. De qua apparitione quamvis solus infirmus deponat, et mater de auditu ab ipso, stante qualitate istius equitis nobilis et admodum virtutibus ornati, visum nobis fuit dictam apparitionem probari; cum sit casus qui per alium probari non valet, et ex illis qui testibus singularibus probantur, ut supra comprobavimus circa mirabilia quae in obitu Famulae Dei occurrerunt.

11^a Novitiae graviter aegrotantis

1157 Undecimum miraculum post mortem. Novitia monasterii Discalceatarum Carmelitarum in oppido Metinae del Campo, tunc vocata Joanna a Spiritu Sancto, aetatis quatuordecim annorum, incidit in febrim continuam, quae illi duravit per annum cum dimidio, cui accesserunt aliae infirmitates, nempe morbus arthriticus cum contractione nervorum, et quaedam sciatica, et quoddam impedimentum omnium nervorum, ita ut nec in lecto moveri valeret nec propriis manibus manducare, nisi cum auxilio aliarum monialium, et cum vehementibus malis cordis et exanimatione et doloribus capitis. Et illi quam plurima remedia fuerunt ministrata, et ultra quadraginta vices fuit purgata, et totidem phlebotomiae datae a duobus medicis et uno chirurgo, qui illam curabant; et tandem dixerunt dictam Joannam non recuperaturam sanitatem, nisi rediret ad suum aerem naturalem. Et cum in die Circumcisionis peteret adduci ad chorum pro audienda Missa et assumenda Sacra Eucharistia (prout in brachiis monialium fuit adducta), accepta Sacra Communione, non potuit Missam audire: quin, dum illa duravit, exanimis remansit, et eam aliae religiosae portarunt ad cellam, non ausae illam exuere, sed sic indutam vestibis super quodam parvo anacinterio posuerunt. Et medici venientes dixerunt quod in motione praedicta et portando illam sic ad chorum constituerant ipsam in periculo amittendi vitam.

repentina curatio,

1158 Et saepius per illam petita quadam Reliquia Ancillae Dei Virginis Teresiae, existendo in hoc statu, infirmaria Reliquiam illi portavit, quam cum maxima devotione recepit. Et erat quoddam fragmentum unius fasciae, factae ex quodam mantello dictae Matris Teresiae, et illud super collum imposuit. Et cepit magnopere tremere interius et exterius, et doloribus angustiari; unde voluit Reliquiam a se amovere: attamen quaedam religiosa ibi stans dixit illi: « Habeas fidem; et quiesce. Quid enim scis de » Dei operibus, quosnam limites habeant? » Quod evenit hora tertia post meridiem. Et infirma cepit quiescere, et dolores minui; ita ut hora quarta proxima sequenti nullum haberet dolorem, et videretur nullum malum passa fuisse. Et surrexit absque adiutorio alterius; et supra pedes stetit cum maxima agilitate. Et tam ipsa quam monialis

quae ipsam comitabatur, invicem se amplectentes praeter laetitia, exultatione et devotione flebant; ita ut aliae religiosae timerent aliquid pejus infirmae accidisse, et ad rumorem venerunt. Et ipsa infirma exiliens descendit per quamdam scalam habentem viginti quatuor gradus, nemine illi opitulante, et ecurrit pro benedictione habenda a Matre Priorissa: quae illam videns, perterrita interrogavit quid illud esset; et illa fleudo respondit: « Sunt misericordiae Dei, per nostram Sanctam Matrem operatae. » Et aliquae moniales illam videntes stupebant, et credebant visionem videre. Et omnes illam adduxerunt ad chorum pro gratiis Deo agendis. In quorum actionem hymnum « Te Deum laudamus » cantarunt. Quo audito per quemdam capellanum et confessarium illarum monialium et alias personas, credentes dictam Joannam obisse, et pro illa moniales aliquod Officium facere, accurrerunt. Et audito miraculoso eventu, sunt admiratione repleti, et illam videre voluerunt; sicuti sanam et ambulare celeriter viderunt.

PER AA.
ROTE.

jurato ipsius ac plurium monialium

1159 De cujus facti et miraculosi eventus veritate deponunt ipsamet Joanna de Spiritu Sancto, nunc monialis Madriti, Ordinis Sancti Bernardi, et vocata (prout in saeculo) Donna Joanna de Torres, aetatis 41 annorum, et vigesimus octavus testis in prima parte remissorialis Toleti, super 116; et cum ipsa concurrunt de visu tertius, quintus, undecimus et vigesimus primus testis, moniales Carmelitae Discalceatae monasterii Metinae, in 4 parte ejusdem remissorialis Toleti, examinatae Metinae del Campo, super articulo 112: inter quas adest Maria de Sancto Francisco, tunc temporis infirmaria, et Joanna de Jesu, socia dictae infirmariae. Et ultra praedicta, ipsamet infirma testatur quod triduo ante dictum eventum, cum per plures vices petisset dictam Reliquiam, et infirmaria omnino oblita fuisset, hora nona noctis dolores illam maxime vexarunt; et sic existens, et desiderans quod aliqua infirmaria accederet ad cellam, vidit introire tres religiosas, habuitque illas pro infirmariis; et tanquam obtusa a morbo, non dixit aliud nisi: « Sorores, vertant me, quia me sentio valde infirmam. » Ex quibus duae accesserunt ad ipsam, et fecerunt munus infirmariae, et illam verterunt; et tunc vidit quod erant tres. Et ex illis cognovit esse unam Matrem Teresiam de Jesu: quae habens crucem in manibus, illam ei admovit ad faciem, et dixit: « Esto » bono animo, quod cito tui cessabunt labores », et illico evanuerunt. Et sensit quamdam fragrantiam, quam solent habere Reliquiae praedictae Matris Teresiae, et per istud triduum fuit maxime dicto morbo et doloribus oppressa.

E

F

1160 Et iterum eadem nocte post recuperationem salutis (existens, nescit an dormiens vel vigilans) iterum vidit dictam Matrem Teresiam de Jesu illo modo quo illam antea viderat, attamen solam. Et accessit ad dictam Joannam, et accipiendo ejus manu brachium sinistrum, ei dixit: « Ego te teneo » pro filia, et in omnibus occasionibus te adjuvabo: » enitere, et Deo veraciter famulare. » Et Joanna Servam Dei interrogavit an esset professionem emissura in Religione. Et Virgo Mater Teresia illi respondit: « In hac cogitatione voluntas Dei in » omnibus adimplebitur. » Et tunc Joanna excitata fuit a somno, et denuo cepit sentire eandem fragrantiam Reliquiarum praedictae Matris Teresiae de Jesu, et remansit confusa, et hoc communicavit cum priorissa et subpriorissa, quae erat ipsius magistra: quae illi responderunt quod poterat esse segura, fuisse Dei misericordiam et veritatem, quod ei apparuerit Sancta Mater, quodque taceret usque

testimonio confirmata,

PER AA.
ROUE.

A in tempus opportunum; prout tacuit usque in diem istius suae depositionis.

cui genuine
miraculi notae
intra demon-
strantur;

1161 Quem miraculosum eventum a nobis fuit iudicatum probari et notabili miraculo adscribendum esse. Ad quod facile inducere valent circumstantiae: nempe gravitas et complicatio infirmitatum, et illarum diuturnitas, maxime in subjecto tenero et debili istius puellae quatuordecim annorum, et tot medicinae et remedia applicata absque ullo profectu, et devotio et petitio Reliquiae Servae Dei toties per infirmam, et Reliquiae appositio (quae denotant illius devotionem, fiduciam et spem), et tandem instantanea et repentina salutis recuperatio, absque eo quod infirmitas amplius rediret. Nec aliquid ab hoc miraculo detrudere nobis visum fuit, quod, apposita Reliquia ad collum patientis, dolores creverint et maximam anxietatem illi causaverint: ut notat Archidiaconus in dicto cap. «Nec mirum», num. 9, 26, q. 5; quem refert et sequitur Jacob. Castell. tractatu de Canoniz., qu. 6 in principio, vers. «Quaero an sit contra». Et patet Marci 9, ibi: «Et exclamans, et multum discerpens eum, exiit ab eo, et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: Quia mortuus est»; quidquid velit Troil. dicto tract., dub. 3, n. 54.

12. Valetudo
maribunda
moniali

B 1162 Duodecimum miraculum post mortem. Soror Magdalena a Matre Dei, monialis monasterii Sancti Josephi Abulensis, hujusmet Religionis, cum sana ingrederetur Religionem, anno emissae professionis cepit diversis infirmitatibus vexari, prout per duos annos cum dimidio illis vexata fuit; et in particulari cepit sentire quemdam dolorem in uno oculo quasi ramum carbunculi: cujus occasione illi saepius e venis sanguinem extraxerunt. Quibus accessit quaedam gravis infirmitas stomachi, quae brevi tempore parturivit in parte superiori stomachi quoddam apostema durum et majus uno latere, et insimul correpta fuit magno dolore cerebri et cordis, junctis multis tremoribus et clamoribus, quae augebantur prout apostema crescebat. Et cum medicinae illi non proficerent, et medici timerent mortem infirmae, dum apostema pervenisset ad cor, cui valde appropinquabat, decreverunt illi fontem seu rotarium facere. Facto tamen eo, multo magis creverunt dolor cordis et alia accidentia; ita ut quilibet tumor quem habebat, erat illi causa tremorum et clamorum, et remanebat veluti mortua. Quibus accesserunt magna animi deliquia, quin et morbus comitialis valde asper cum gravibus cordis palpitationibus: et deliquia animi illi durabant per tres vel quatuor vel quinque horas, et se ipsam percutiebat, tremens et clamans. Unde deventum fuit ad Sacrum Viaticum illi ministrandum et Sacramentum Extremae Unctionis. Post quorum susceptionem supervenit illi ingens phrenesis. Et quando dicto nimio dolore cordis corripiebatur, opus erat ut quatuor vel plures moniales illi assisterent et illam tenerent, ne se laceraret et dilaniaret. Et pervenit ad statum quo nec manducare aliquid nec bibere nec quidem guttam aquae deglutire poterat. Medici tandem decreverunt illam lacte muliebri nutrire. Et licet fuerit factum, non tamen quidquam proficiebat. Unde medici nesciebant jam quid facerent, nec praeter mortem quid expectarent.

sobito restituta;

C 1163 In quo statu ipsa petiit portari ad quoddam eremitorium existens in horto illius conventus, quod Virgo Teresia de Jesu aedificari fecerat, et ibi depingi imaginem Domini nostri Jesu Christi ad columnam, et quod ibi apponeretur quaedam Reliquia, nempe quoddam lintecolum sanguine tinctum dictae Virginis; prout factum fuit, et infirma portata in brachiis religiosarum ad dictum eremitorium

D hora prima post meridiem. Et cum ad illius portam accessisset, fixis oculis in dictam Reliquiam, cum magna fide recuperandae salutis per merita et intercessionem dictae Virginis Teresiae, sensit magnum levamen et robur, ita ut petierit a religiosis quae illam portabant, quod dimitterent; prout fecerunt. Et tunc ipsa sine alterius adjutorio, cum magna celeritate, ac si non habuisset aliquod malum, ivit ad pedes dictae imaginis Christi. Et eo ipso quod ad illam pervenit, remansit sana et cum integra salute; et astitit genibus flexis litanis, quas pro illa aliae sorores recitabant coram dicta sancta imagine, cum commemoratione Matris Teresiae et gratiarum actione quas sorores faciebant. Et tunc surrexit, et statim porrexerunt illi cibum et potum; et comedit ac bibit, prout si non habuisset aliquam infirmitatem. Et inde hora secunda post meridiem intervenit choro ad Vesperas cum aliis religiosis, et sequenti nocte Matutinis; et ex tunc secuta est chorum et communitatem, et post paucos dies omnem rigorem regulae et poenitentiae Ordinis. Et quamvis apostema praedictum remansit, nihilominus ex tunc illam non affligebat. Et confidens in eadem misericordia divina, et meritis et intercessionem Matris Teresiae, quod erat sananda etiam ista infirmitate, prout ab aliis, petiit ut supra stomachum applicarent sibi Reliquiam Matris Teresiae; prout ipsi applicata fuit per manus sororis Agnetis de Jesu: et illico cepit sentire maximum levamen in apostemate, ita ut dixerit sororibus quod absque dubio apostema erat resolutum; prout omnino intra paucos dies resolutum fuit, absque eo quod aliqua reliqua nec signum dicti apostematis remanserit, ac si illud nunquam habuisset.

1164 Istud factum comprobatur, ex depositione ejusdem sororis Magdalene a Matre Dei, quae est testis quinquagesimus tertius, fol. 428; Agnetis de Jesu, quinquagesimus secundus, fol. 425; Annae ab Angelis, quinquagesimus quartus, fol. 447; Petronillae Baptistae, quinquagesimus quintus, fol. 463 a tergo; Teresiae de Jesu, sexagesimus testis, super 81 articulo, fol. 506, omnes moniales ejusdem monasterii; et Ludovici Amatoris, medici, qui istam infirmam curabat, super art. 114, fol. 137: omnes in processu remissoriali Abulensi. Qui omnes dictum factum comprobarunt et miraculosum iudicaverunt; maxime dictus medicus, qui affirmat mediis aut medicinis naturalibus nec artificialibus non potuisse ita repente sanari, nisi miraculose. Quibus adstipulantur Joannes Baptista, eques militiae Sancti Jacobi, gubernator dictae civitatis Abulensis, primus testis; et Michael Gonzalez Vaquero, clericus et capellanus ejusdem conventus, decimus tertius testis; et Joannes Fernandez Porcel, primus locumtenens Abulensis, decimus sextus testis: omnes super dicto articulo 114, in eodem processu remissoriali Abulensi, deponentes de auditu et de publica voce et fama in illa civitate. Prout etiam de auditu deponit Franciscus de Mena, trigesimus sextus testis, presbyter et capellanus ejusdem conventus, super eodem articulo 114; qui adjungit quod eodem die quo dictum factum miraculosum evenit, sero, testis vidit dictam sororem Magdalenam bonam et sanam: unde colligit sanitatem illi miraculose restitutam fuisse.

prout ipsa
cum aliis tes-
tatum fecit,

F 1165 Ex quibus nos etiam iudicavimus praedictum factum probari et miraculum esse meritis et intercessionem Virginis Matris Teresiae a Domino nostro operatum, et tertio ordini adscribendum esse. Ad quod nos induxerunt circumstantiae supradictae: nempe gravitas, complicatio et diversitas infirmitatum, et tanta temporis diuturnitas, ac extremum

quod tertio or-
dinis miracu-
lum fuit.

A tremum vitae ad quod patientem adduxerunt; item et oratio praecedens, et Reliquiae appositio, et sanitas in continenti recuperata. Quae omnia pro miraculo concludendo, satis in superioribus miraculis probatum relinquimus sufficere. Nec de dicto miraculo aliquid subtrahere visum fuit quod curatio apostematis omnino non evenerit in continenti: tum quia respectu aliarum infirmitatum gravissimarum curatio fuit instantanea; et respectu illarum miraculum est evidens. Quoad vero dictum apostema, etiam videtur in instanti sanata; cum, licet ipsum remanserit, nihilominus non affligeret patientem. Ex quo elicitur malitiam illius cessasse; attamen tumor et durities licet per paucos dies duraverint, non ex hoc aliquid de miraculo diminuitur; prout in vulnere curato miraculose, quamvis cicatrix remanserit per aliquod tempus: ex traditis per Archidiaconum dicto cap. « Nec mirum », num. 8, 26, q. 5; et ibi Bellamera, num. 7, et in cap. 1 de Reliquiis et venerat. Sanctorum; ubi et Collect. num. 7; Jacob. Castell. ubi supra, q. 6 principali, vers. « Quæro an sit necesse » per totum; et firmatum fuit in aliis canonizationibus Sanctorum.

1166 Ex quibus omnibus, supposita validitate processuum et sanctitate vitae jam per Illustrissimos et Reverendissimos Cardinales Sacrae Congregationis Rituum firmatis, concludendum judicavimus causam istam esse in tali statu ut juxta Sanctae Romanae Ecclesiae ritum et Sacrorum Canonum dispositionem (si Sanctitati Vestrae placuerit) possit procedi, non solum ad concedendam facultatem de ista Serva Dei Teresia de Jesu, tanquam de una Virgine Beata, in toto Ordine Discalceatorum Carmelitarum ac in Hispaniarum regnis Officium recitandi Missarumque solemniam celebrandi, verum etiam ad illius solemnem canonizationem et adscriptionem in numerum Sanctorum, in forma Ecclesiae consueta.

1167 Post hanc de miraculis S. Teresiae Relationem, priusquam Breve beatificationis ejus ederetur, iidem S. Rotae auditores breviter de validitate processuum ac de virtutibus a Serva Dei in gradu heroico exercitis suam sententiam aperuere in hunc modum: Beatissime Pater. Postquam de mandato Sanctitatis Vestrae et de illius speciali commissione discussimus circa miracula a Deo Domino nostro per intercessionem illius Servae Dei Teresiae de Jesu, novae Reformationis Discalceatorum Carmelitarum Fundatricis, operata, et plura insignia, quae tam in vita quam in illius felicissimo obitu et post mortem facta invenimus, et pro miraculis approbanda censuimus, sicque Sanctitati Vestrae retulimus: a qua ex post facto cum in mandatis habuerimus quod etiam processus super ejusdem Ancillae Dei vita, virtutibus, sanctitate et miraculis compilatos examinarem, in quorum implementum, domi in praesentia Illustrissimi Cardinalis Lancelothi semel et iterum congregati, serio et ea maturitate ac diligentia qua potuimus, dictos processus tam remissoriales quam compulsoriales, in vim praecedentium opportunarum litterarum a Sacra Rituum Congregatione, virtute Brevis Sanctitatis Vestrae, emanatarum, coram Salmantino et Abulensi episcopis respective, et coram Illustrissimo Cardinali archiepiscopo Toletano et diversis iudicibus ab eo delegatis, formatos examinavimus, illosque servatis servandis fabricatos esse in forma probanti judicavimus, et testes in illis contentos esse legitime examinatos, cum omnibus necessariis citationibus, juramentis aliisque de jure requisitis, et inter illos plures gravissimos viros tam genere quam dignitate ac perspicua sanctitate invenimus, quorum etiam dicta ponderavimus.

1168 Ex quibus dilucide censuimus constare etiam de virtutibus et de excellenti sanctitate istius Servae Dei. Ita ut ex praedictorum inspectione, juncta supradicta miraculorum Relatione, duxerimus proculdubio resolvendum (prout in eadem Relatione judicavimus) causam istam esse in tali statu ut juxta S. R. E. ritum et Sacrorum Canonum dispositionem (si Sanctitati Vestrae placuerit) possit procedi, non solum ad concedendam facultatem Officium recitandi et Missarum solemniam celebrandi de ista Serva Dei Teresia, tanquam de una Virgine, in toto praedicto Ordine Discalceatorum Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo et in Hispaniarum regnis, verum etiam ad illius solemnem canonizationem, in forma Ecclesiae consueta. In quorum fidem hujusmodi Relationem manibus propriis subscripsimus. Romae, 11 Januarii, anno Domini MDCXIV. F. Sacratius, archiepiscopus. J. B. Coccinus. A. Manzanedo.

§ LX. Auditorum Rotæ facta Paulo PP. V Relatio altera: de processibus informativis, remissorialibus et compulsorialibus, deque vita B. Teresiae et sanctitate ejus in genere.

Beatissime Pater. In Relatione per nos Sanctitati Vestrae facta circa miracula a Deo Optimo Maximo operata per intercessionem et merita Beatæ Virginis Teresiae a Jesu, monialis ac Fundatricis novae Reformationis Ordinis Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, resolvimus, supposita processuum validitate et sanctitate vitae ejusdem Beatæ Virginis, jam per Sacram Rituum Congregationem firmatis, causam in eo statu reperiri ut juxta S. R. E. et Sacrorum Canonum dispositionem (si S. V. placuerit) procedi possit, non solum ad beatificationem istius sanctae Virginis, sed etiam ad illius solemnem canonizationem et in numerum Sanctorum adscriptionem. Posteaquam de mandato Sanctitatis V. et una cum Illustrissimo ac Reverendissimo D. Cardinali Lancelotho, diligenter vidimus et examinavimus processus praedictos, et non solum illos juridice fabricatos et omnes testes legitime examinatos reperimus, verum etiam ex illis optime constare de virtutibus heroicis, excellentia fidei ac vitae sanctitate praedictae Beatæ Teresiae declaravimus; sicque in primo voto superius relato persistendum censuimus.

1170 Quibus peractis, de ordine S. V. iterum in eadem Sacra Rituum Congregatione praedictis omnibus ab Illustrissimis et Reverendissimis DD. Cardinalibus praefectis revisis et approbatis, et S. V. per eosdem Relatione facta, placuit eidem S. V. per suas litteras in forma Brevis licentiam et facultatem concedere ut deinceps in futurum singulis annis, in die depositionis istius Beatæ Virginis, in omnibus monasteriis et ecclesiis praedicti Ordinis Discalceatorum Officium et Missa de Beata Teresia praedicta, tanquam de una Virgine, ab omnibus ejusdem Ordinis religiosis utriusque sexus recitari et celebrari respective posset; nec non in monasterio et ecclesia oppidi Albæ Salmantinae diocesis (in qua corpus hujus Beatæ Virginis integrum et incorruptum

PER AA.
ROTÆ.
tum etiam ob
virtutes suas
eximias.
D

E

Post Relatio-
nem de mira-
culis.

F

Beatæ jam
adscripta Te-
resia.

Concluditur
Teresiam
Beatam, imo et
Sanctam, ad-
scribi posse.
B

tum ob hæc
miracula.

PER AA.
ROTE.

A

ptum honorifice asservatur et colitur) posset etiam Missa de eadem Beata ut supra ab omnibus sacerdotibus secularibus seu regularibus celebrari, ut latius in supradictis litteris continetur; quarum dispositio quoad omnia suum fuit sortita effectum in omnibus fere regnis et provinciis in quibus fides Catholica viget, maximo cum gaudio ac incredibili et universali lætitia omnium fidelium, quin et cum ejusdem lætitiæ inenarrabilibus demonstrationibus, hymnis videlicet et canticis, solemnis processionibus aliisque lætitiæ signis, prout infra suo loco dicemus.

jussu Summi
Pontificis

B

1171 Cum vero pro parte regis Catholici Philippi III et totius Ordinis prædicti Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo postmodum fuisset facta instantia S. V. pro istius B. Virginis Teresiæ solemnī canonizatione, placuit eidem Sanctitati V. per suam specialem commissionem nobis committere et mandare quatenus in ista causa ad illius examen necessarium pro integrali ejus complemento procederemus, ut latius in litteris commissionis continetur. Quamvis ex supradictis appareat jam resolutum ac firmatum fuisse per eandem Sacram Rituum Congregationem, et per nos constare, etiam ad effectum solemnīs canonizationis, de juridica processuum fabricatione et de legitimo testium examine, nec non de excellentia fidei et heroicis virtutibus ac vitæ sanctitate istius Beatæ Virginis Teresiæ, quin etiam de miraculis multis ac magnis in vita et in morte et postea ejusdem meritis et intercessione a Deo operatis; nihilominus, quia de prædictis tantummodo fuit Relatio completa per nos, juxta commissionem S. V. tunc nobis directam, circa miracula tantum, non vero circa validitatem et legalitatem processuum et sanctitatem vitæ istius B. Virginis, et in similibus canonizationis causis de omnibus prædictis Relatio extendi soleat, ideo ad hunc finem, ut integra Relatio concernens istam canonizationis causam fiat, et insimul cum Relatione prædicta miraculorum per nos facta jungatur, ad illam sic extendendam devenimus; cujus occasione præfatos processus et examen testium circa virtutes et sanctitatem vitæ Beatæ Teresiæ de novo et qua potuimus diligentia, multis habitis congregationibus, iterum examinavimus; et quæ ex isto examine adnotanda judicavimus, S. V. referenda duximus.

confecta etiam
fuit de virtuti-
bus Relatio.

C

1172 Quæ quidem Relatio duabus partibus constabit. In quarum prima de processuum fabricatione et testium examine agitur; et tres articulos continebit: in primo enim de primis processibus informativis a Reverendissimis Nuntio Hispaniarum et Episcopo Salmantino respective factis, et de aliis super inquisitione generali auctoritate apostolica in partibus fabricatis, erit agendum; in secundo vero articulo de processibus remissorialibus, super inquisitione speciali in partibus etiam auctoritate apostolica compilatis, tractabitur; in tertio denique articulo de processibus compulsorialibus erit sermo. Secunda autem pars continebit concernentia sanctitatem vitæ Beatæ Virginis Teresiæ, illiusque miras virtutes, gratias et dona, quæ, dum in humanis ageret, ab omnipotenti Deo sua divina miseratione obtinere meruit. . . . Miracula autem, quæ denique pro tertia parte venirent in ordine cum præmissis connectenda, ne illa iterum repetamus, ad late exposita et firmata in præfata alia Relatione Sanctitati Vestræ super illis particulariter facta nos remittentes, illam quoad omnes suas partes confirmamus.

1173 Prima pars: Articulus primus. Post felicem obitum in Domino Beatæ Virginis Teresiæ sub 4

Octobris 1582, undique fama illius sanctitatis et miraculorum ejusdem meritis et intercessione ab omnipotenti Deo operatorum, tam in diversis Hispaniarum partibus quam in quamplurimis aliis Christianæ reipublicæ regionibus, adeo celebris sparsim resonare et divulgari cœpit, ut, excrecente indies magis magisque devotione et veneratione illius nominis et Reliquiarum, etiam apud gravissimos viros, Reverendissimi Præsules, patriarcha Camillus Cajetanus, in regnis Hispaniarum Nuntius, per se et per sexdecim alios iudices in dignitate ecclesiastica constitutos, ab eo delegatos, et episcopus Salmantinus (in cujus diœcesi, nempe in monasterio Albæ, corpus istius B. Virginis integrum et incorruptum reperiebatur colebaturque) ex officio, et ad perpetuam rei memoriam nec non sempiternam Dei gloriam et honorem Beatæ Virginis Teresiæ, primo loco processus formare cœperint super ejusdem Virginis sanctitate et miraculorum operatione.

tum ex inati-
tutis a Nuntio
et Salmanti-
censi episcopo
D

1174 Quibus ad curiam transmissis, ad instantiam R. P. Generalis præfati Ordinis Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, et ad supplicationem tam regis Catholici Philippi II quam Philippi regis Catholici III et Margaritæ reginæ uxoris ejus, plurimorum atque gravissimorum præsulum, procerum, ecclesiarum, universitatum, regnorum et civitatum illarum Hispaniarum partium pro canonizatione istius Beatæ Virginis coram felicis recordationis Clemente Papa VIII instantium, idem Pontifex, per suum in forma speciali Breve, causam istam Illustrissimis et Reverendissimis DD. Cardinalibus Sacræ Rituum Congregationis præfectis commisit; prout latius in ipso Breve, in processu compulsoriali Abulensi, fol. 226: cujus vigore, eadem Sacra Congregatio per litteras commisit Reverendissimis Episcopis Abulensi et Salmantino respective, ut supra præmissa fama sanctitatis, devotione populi ac miraculis diligenter in genere formarent inquisitionem; prout factum fuit, et processus Romam ad eandem Sacram Congregationem transmissi: illisque de ordine S. V. mature discussis, sub die 16 Januarii 1607, bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio referente, unanimiter per eosdem Illustrissimos Cardinales ejusdem Congregationis fuit resolutum et firmatum omnia in prædictis inquisitionibus contenta talia esse ut ad ulteriora in ista canonizationis causa juste et rationabiliter procedi posset; ut habetur in Breve S. V. in prædicto processu compulsoriali Abulensi, fol. 4 et 5.

processibus
informativis.

E

1175 In quo etiam apparet, quod, præviis interrim instantiis S. V. a prædicto rege Catholico Philippo III et ab universis Hispaniarum regnis, nec non pro parte Religionis præfate Discalceatorum, S. V. eidem Sacræ Congregationi Rituum commisit ac injunxit quod ad ulteriora in ista causa procederetur. Et in vim istius Brevis eadem Sacra Congregatio expedit litteras remissoriales, una cum rotulo articulorum formiter in curia per eandem Sacram Congregationem admissorum, et interrogatoriis per advocatum fiscalem fidei datis super speciali inquisitione de prædictis faciendâ. Illasque direxit tribus iudicibus respective in partibus: nempe Illustrissimo Cardinali de Rojas, archiepiscopo Toletano, cum facultate subdelegandi in quos iudices sibi bene visum fuisset; et Reverendissimis Episcopis Abulensi et Salmantino, seu illorum vicariis generalibus. Et a quolibet dictorum trium iudicum, in vim prædictarum litterarum apostolicarum, processus remissoriales et compulsoriales iudice, et servatis servandis, fuerunt fabricati; prout ex sequentibus apparebit.

F

tum remissio-
rialibus tri-
bus.

quorum unus
archiepiscopus
Toletanus

1176 Articulus secundus. § 1. In primis eidem Illustrissimo ac Reverendissimo Cardinali de Rojas, archiepiscopo Toletano, præfate litteræ remissoriales cum dicto rotulo articulorum et interrogatoriis advocati fiscalis fuerunt præsentatæ per procuratorem legitimum R. P. F. Ildephonsi a Jesu Maria, Generalis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum. Qui D. Cardinalis, accepta jurisdictione apostolica sibi commissa, cum testes viverent examinandi diversis in locis, tam intra eandem Toletanam dioccesim quam extra illam, diversas personas in dignitate ecclesiastica constitutas pro examine testium in iudices subdelegavit: nempe Reverendissimum Episcopum de Ciapa pro oppido Madriti et pro toto archiepiscopatu Toletano. Deputavitque in notarium principalem hujus causæ Franciscum Ortiz de Salcedo, notarium apostolicum, et in nuntium cursorem Joannem Scaron; a quibus juramentum de fideliter exercendo recepit. Posteaque ob impedimenta ejusdem episcopi de Ciapa, loco illius idem D. Cardinalis subdelegavit doctorem Don Joannem de Almaraz, archidiaconum de Villaviciosa in ecclesia Ovetensi, cum facultate deputandi notarios et nuntios, etc., et cum ordine expresso remittendi omnes processus a se fabricatos in quolibet loco prædictæ diocesis Toletanæ ad præfatum D. Episcopum de Ciapa et dictum Franciscum Ortiz de Salcedo notarium, Madriti commorantes et ab eodem D. Cardinali primo loco deputatos.

per viros graves
a se deputatos

1177 Per quos duos iudices, videlicet episcopum de Ciapa et doctorem Joannem de Almaraz, respective fuerunt examinati quamplures testes in septem oppidis: nempe Toleti, Madriti, Ocaña, Yepes, Consuegra, Malagon, Daymiel. Cæterosque alios iudices subdelegavit idem Ill. D. Cardinalis de Rojas, cum eisdem facultatibus et ordine supradictis: nempe D. Gabrielem Suarez de Toledo, archidiaconum et canonicum ecclesiæ Toletanæ, et D. Alvarum de Quiroga, canonicum etiam ejusdem ecclesiæ, et quemlibet eorum in solidum, pro examinandis testibus in oppido de Cuerva ejusdem Toletanæ diocesis, qui præfatus D. Alvarus de Quiroga hanc informationem fecit: Reverendissimum P. F. Petrum de Villanova, priorem monasterii S. Hieronymi, pro oppido de Talavera Toletanæ diocesis, et pro oppido de Arenas Abulen. diocesis; et D. Martinum Manso, archidiaconum de Bilbao in ecclesia Calceatensi ac vicarium generalem ejusdem diocesis, pro civitate Calceatensi; et pro civitate Casaraugustana D. Christophorum Blancas, cantorem ecclesiæ Casaraugustanæ; et pro civitate et episcopatu Tirasonen. D. Petrum de Gottor, cantorem et canonicum ecclesiæ Tirasonen. et vicarium generalem ejusdem episcopatus; et pro civitate Segovien. D. Ludovicum Cabeza de Villegas, canonicum pœnitentiarii ecclesiæ cathedralis ejusdem civitatis; et pro civitate Burgensi D. Garciam Portocarrero, vicarium generalem archiepiscopatus Burgensis; et pro oppido Compluti R. P. Philippum de Tarsis, abbatem monasterii S. Bernardi Ordinis Cisterciensis; et pro civitate et episcopatu Conchensi D. Fernandum de Granada et Venegas, cantorem ecclesiæ Conchensis; et pro civitate Vallisoleti D. Franciscum Sobrino, canonicum magistralem ecclesiæ cathedralis Vallisoletanæ; item pro civitate Malacitana D. Didacum de Trejo, archidiaconum in ecclesia Malacitana; et pro civitate Granatensi doctorem Montoya et D. Petrum de Molina, canonicos Granatenses, et quemlibet illorum in solidum; et quamvis ambo insimul jurisdictionem acceptaverint, ac deputaverint notarium et cursorem, et ab eis receperint juramentum

solitum, nihilominus dictus doctor Petrus de Molina tantum prosecutus fuit informationem; pro oppido vero Metinæ del Campo P. Balthasarem de Leon, priorem conventus S. Dominici ejusdem oppidi.

1178 Qui omnes sic subdelegati iudices a dicto Illustrissimo Cardinali Toletano, requisiti per legitimos procuratores Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, cum litteris subdelegationis, quibus insertæ erant litteræ remissoriales Sacræ Rituum Congregationis, quilibet ipsorum jurisdictionem acceptavit, et notarium et nuntium deputavit, et ab ipsis juramentum solitum de fideliter exercendo recepit; locum, dies et horas pro testibus examinandis designavit; et testibus citatis ad se subjiendum examini, et a quolibet ipsorum juramento de veritate dicenda formiter recepto, processit ad dictorum testium examen, quemlibet illorum in primis juxta tenorem interrogatoriorum advocati fiscalis interrogando, et illis satisfactis, juxta tenorem articulorum rotuli illos examinando: et tandem tam per testem qui scribere sciebat, quam per iudicem et notarium, quælibet dictorum testium depositio fuit subscripta. Et omnibus testibus in unaquaque prædictarum civitatum et oppidorum sic examinatis, eorum descriptiones una cum actis clausæ et sigillatæ in suis propriis originalibus fuerunt transmissæ ad eundem episcopum de Ciapa et Franciscum Ortiz de Salcedo notarium, ad effectum conjungendi et in unum compilandi omnes præfatos processus, juxta ordinem præscriptum in litteris subdelegationis præfatorum iudicum directis.

1179 Qui episcopus de Ciapa, transportatis ad eundem et Franciscum Ortiz de Salcedo notarium præfatum omnibus supradictis processibus remissorialibus, ab eisque receptis et adjunctis ac continuatis una cum illo ab ipso episcopo in oppido Madriti fabricato, et instante legitimo procuratore dictæ Religionis, processit coram dicto Francisco Ortiz notario ad dictorum processuum in unum sic copulorum transumptionem illorumque auscultationem et collationem, quin etiam ad illorum clausuram et remissionem ad Sacram Rituum Congregationem, et ad hunc effectum ad nominationem fidelis delatoris, receptoque ab ipso juramento solito; prout fideliter transportatos fuisse ipse eventus docuit. Siquidem processus præfatus, cujus titulus est: « Remissoriales Toletani », sic clausus ac sigillatus, in urbemque transmissus, et coram Sacra Rituum Congregatione præsentatus, de ejusdemque ordine apertus, a fidei et legitimo interprete, nempe Joanne Hieronymo Ravasa, bene et fideliter de hispano in latinum sermonem translatus apparet. Ex quo autem processu sic interpretato copias authenticas per notarium hujus causæ a nobis deputatum, videlicet Joannem Baptistam Martelum, unum ex Sacræ Rotæ notariis, pro majori commoditate transumi fecimus; quarum una cuilibet nostrum fuit tradita, quatuor continens partes seu volumina, nempe primam, secundam, tertiam et quartam partem processus remissorialis Toletani. Omnes vero quatuor prædictæ partes 1985 foliis complectuntur. Quæ prænotanda judicavimus pro clariori intelligentia eorum quæ circa processum istum, partes et folia ejus passim in præsentî Relatione repetita invenientur.

1180 § II. Prædictæ litteræ remissoriales Sacræ Congregationis directæ Reverendissimis Episcopis Salmantino et Abulensi respective illorumque vicariis, cum clausula « et cuilibet », fuerunt per legitimos procuratores dictæ Religionis Discalcea-

PER AA.
ROTE

rite conficiendum

et Romam
destinandum
curaverat.

F

alteros vero
miserant epi-
scopi Salmantiniensis et
Abulensis.

PER AA.
ROTE.

A torum prædictis episcopis, unicuique in sua diœcesi residenti, præsentatæ, insimul cum rotulo et interrogatoriis advocati fiscalis : et acceptata per ipsos jurisdictione, unusquisque deputavit notarium et cursorem, præstito juramento de fideliter exercendo, designatique fuerunt dies et horæ promuneri ipsis injuncto adimplendo. Et Reverendissimus Episcopus Salmantinus, tam in civitate Salmantica quam in oppido Albæ ejusdem diœcesis, quo se transtulit per se ipsum, commissionem sibi directam executioni mandavit. Episcopus vero Abulensis impeditus illam suam commissionem ad vicarium generalem ejusdem episcopatus remisit; qui etiam testes examinavit. Et uterque episcopus in executione dictarum litterarum servavit eundem ordinem expressum et servatum in examine testium coram iudicibus subdelegatis ab Illustrissimo Cardinali Toletano, prout dictum est supra § proxime præcedenti, et in collationando et claudendo dictos processus, et delatori fidei illos tradendo, et etiam in recipiendo ab ipso juramentum de illos ad urbem fideliter transportando; prout adimpletum fuit. Constat etiam de præfatorum processuum coram Sacra Rituum Congregatione præsentatione, nec non de eorum apertione et per legitimos interpretes de hispana in latinam linguam translatione. Qui autem processus remissorialis Salmantinus inscriptus duas continet partes, primam et secundam; ille vero remissorialis Abulensis unico volumine complectitur. Quorum copię etiam authenticæ nobis fuerunt traditæ, prout dictum est de processibus remissorialibus Toletanis.

tum denique a
tribus compul-
sorialibus.

B 1181 Articulus tertius. Tres alii processus compulsores auctoritate apostolica fuerunt etiam fabricati in partibus. Primus Toleti, per Illustrissimum Cardinalem de Rojas iudicesque ab ipso subdelegatos; secundus vero Salmantica, per Reverendissimum Episcopum illius diœcesis; tertius vero Abulæ, per Reverendissimum illius ecclesiæ Præsulem et ejus vicarium generalem; et omnes visi nobis fuerunt sufficienter compulsati ac juridice fabricati. Iudices enim prædicti habuerunt jurisdictionem sibi concessam per litteras Sacræ Rituum Congregationis, vigore Brevis S. V., cum facultate expressa Illustrissimo Cardinali Toleti concessa subdelegandi quos sibi placuisset ad hunc effectum; prout fecit. Quin et vicario generali Abulensi litteræ commissionis insimul cum episcopo et eorum cuilibet fuerunt directæ. Unde de jurisdictione dictorum iudicum non potest dubitari. Qui postquam per procuratorem legitimum Religionis Discalceatorum Carmelitarum fuerunt cum prædictis litteris requisiti, jurisdictionem acceperunt; notarios et cursores deputarunt, ab ipsisque juramentum de fideliter exercendo receperunt; locum, dies et horas designarunt pro actibus faciendis et testibus examinandis. Archivistæ et aliæ personæ privatae, penes quos scripturæ compulsandæ reperiiebantur, citati, prædictas scripturas penes se existentes exhibuerunt; et illarum et archivorum facta per testes legitime examinatos recognitione, prædictas scripturas compulsari iudices decreverunt; et compulsatas auscultari, sigillari, claudi et tradi nuntio fidei cum solito juramento, ad effectum transmissionis illarum ad urbem: prout cum effectu adimpletum reperitur. Et constat similiter circa illos prædictos processus compulsores eadem observata esse in curia ac in aliis processibus remissorialibus; prout dictum est supra, art. 2.

Teresia, a tē-
neris annis
placata.

C 1182 Secunda pars. Articulus primus. Nata fuit Beata Virgo Teresia in Hispania, in civitate Abulæ, anno Domini 1515, Martii 28, ex nobilibus paren-

tibus, Alphonso de Cepeda et Domna Beatrice de Ahumada, Christianis et legitimis conjugibus; et juxta ritum S. R. E. baptizata, pieque a parentibus educata: ita ut ex ipsa puerili ætate facile conjectari potuerit qualis esset sanctitas futura istius Beatæ Virginis. Cum enim circiter septimum annum ageret, incredibili mentis maturitate cepit æternam gloriam et pœnam meditari ac mirari; adeo ut sæpius hæc verba repeteret: « In æternum, in » æternum, in æternum. » Quo Dei sensu invalescente, non solum orationi et solitudinis amori fuit intenta, sed (quod in ætate tenella omnino rarum et mirabile est) cum historias Martyrum legeret, in Martyrii desiderium ita exarsit, ut ex pacto cum Roderico puero, ejus fratre germano, a paternis ædibus et de civitate egressa, Africam (*confer num. 66 hujus Commentarii*), ut a Saracenis pro Christo jugularetur, petitura, per pontem urbi proximum alacriter iter inchoavit. Quod prosequi statim prohibita a patruo quodam suo fortasse obvio, domum moestissima rediit. Cæterum redire cœcta, quod Martyrii successu obtinere non potuit, nullis piis actionibus piisque lacrymis et eleemosynis, quas in suo statu et ætate tenera largiri poterat, supplere curavit.

D 1183 Cum vero annum duodecimum impleret, matre orbata, humiliter et enixe deprecata est Beatissimam Virginem et Matrem unigeniti Filii Dei, quod illi loco matris esse dignaretur; quod feliciter obtinuisse creditur. Hoc ipso tempore orationis primitias delibare cepit, ejus futura erat insignis magistra. Hæc ipsa puerili ætate, cum vidisset in tabula pictam Samaritanam sic Christum rogantem: « Domine, da mihi hanc aquam », illius aquæ cœlestis desiderio flagravat, eamque sæpe a Christo Domino efflagitavit, et, ut ab effectibus apparet, copiose obtinuit. De quibus omnibus ut supra deponunt quam plures testes: præsertim sextus testis, fol. 96; et undecimus, fol. 120; et quadragesimus tertius, fol. 225; et quadragesimus nonus, fol. 332: omnes in processu remissoriali Abulensi super articulis 2 et 3; et testis quadragesimus septimus in remissoriali Salmantino, fol. 625.

E 1184 Ex quibus actibus et exercitiis piis Beatæ Teresiæ in sua puerili ætate, facile dignoscitur Dominum nostrum Jesum Christum Ancillam suam, quam ad sublimem sanctitatis gradum promovere decreverat, in pueritia ipsa prævenisse; ut ex his quæ meditabatur et agebat tenera, futuræ sanctitatis excellentia præsagiri valeret. Quod familiare est divinæ Sapientiæ, ut eos quos ad eximiam sanctitatem provehere statuit, ab ineunte ætate peculiari gratia præveniat, et futuram pietatem ab ipsa inchoatione præmonstret. Quod non solum in S. Joannis Baptistæ recessu in eremum, S. Alberti in monasterium Drepanense, sed in aliorum quoque Sanctorum primæva ætate perspicitur. Unde etiam in illa ætate Beatæ Teresiæ considerata, posset apte de illa dici quod de Sancta Virgine Agnete canit Ecclesiæ: « Infantia computabatur in annis; sed » erat senectus mentis immensa » (*in ejus Officio ad diem XXI Januarii, Noct. 1, resp. 1*).

F 1185 Cum autem vigesimum annum his piis exercitiis tradita attingeret, et spiritus sitim in sæculo explere non posset, monasticam vitam aggredi constituit. Et cum ob intensum amorem quo eam pater suus prosequabatur, diffideret ab ipso licentiam obtinere posse, decrevit etiam inscio patre se conferre in eadem civitate ad monasterium monialium Incarnationis Ordinis Mitigati Beatæ Mariæ de Monte Carmelo: prout fecit, ibique habitum ejusdem Religionis

atque orationi

se devotenda,

Deoque deinde
in religioso
statu.

A Religionis induit; et maxima cum laude observantiae et pietatis, post annum expletum, solemnem professionem emisit. Et indies exercens se in virtutibus omnibus, mirifice in illis profecit. Gravissimamque vexata morbis per aliquot annos, in patientia incredibili laudabiliter se exercuit. Et cum inter alia per decem et octo annos molestissimam spiritus ariditatem invictè pertulisset, quadam die coram vulnerati Christi imagine prostrata, tam fideliter oravit ut ex eo tempore miram in se ipsa mutationem et robur ceperit experiri; ita ut postea, orationi et altissimae contemplationi dedita, revelationibus et visionibus divinis familiarique Dei conversatione illustrata, felicissimos progressus in virtute fecerit. Cum autem ipsa dubitaret de suo spiritu, qualisnam esset, illum humiliter cum multis viris pietate ac doctrina clarissimis communicavit; quorum accuratissimo examini, ne deciperetur, se subiecit: a quibus omnibus spiritus quo ducebatur fuit unanimiter approbatus.

præsertim
vero in restau-
randa primi-
genia Carmeli
regula.

B 1186 Cum ergo Beata Teresia divino lumine ac robore in spiritualibus exercitiis aucta mirifice fuisset, et euperet austeriorem vitae modum, ut Deo acceptior fieret, cepit de primitiva Carmelitarum regula cogitare. Quod ita Christo Domino fuit acceptum, ut die quadam post sumptionem Sanctissimae Eucharistiae ei præceperit ut operi cogitato serio incumberet: quod ipsa constanter executioni mandavit; et imprimis in eadem Abulae civitate monasterium monialium Discalceatarum titulo Sancti Josephi erexit, non obstante turbulentissima commotione, eadem de causa in illa urbe (Deo permitte ad maiorem operis perfectionem) excitata. In quo quidem monasterio eadem Beata Teresia cum aliquot virginibus prædictam regulam primitivam professæ fuit; regulæque ipsi, ad perfectionem ejus observantiam, auctoritate apostolica, et in vim litterarum felicis recordationis Pii IV datarum decima septima Julii 1562 (lege 1565), statuta alia cælesti prudentia et pietate plena adjunxit.

egregia famu-
larum.

C 1187 Excitata autem ab omnipotente Deo in Beata ista Virgine quodam summo desiderio circa propagationem hujus Reformationis, illamque summis precibus ipsa a Deo postulante, post quinquennium ab erectione prædicti primi monasterii venit Abulam R. P. F. Baptista Rubeus de Ravenna, Carmelitarum Ordinis Generalis, qui Beatæ Teresiae amplissimam facultatem ad nova monasteria tam monialium quam Fratrum Discalceatorum erigenda concessit. Cujus vigore ex tunc Hispaniam pene totam Teresia Virgo virili animo peragravit, et septemdecim monasteria monialium erexit ac gubernavit: Fratrum vero quindecim fundata reliquit, ac mira prudentia direxit. Meritoque eam tam Fratres quam moniales Fundatricem et spiritualement Matrem totius hujus novæ Reformationis Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo appellant, et tanquam talem venerantur.

ad summam
personarum
sanctitatem
probatum.

1188 Quanta vero incommoda passa fuerit, quantosque labores et contradictiones in istis itineribus pro fundandis monasteriis sustulerit, quot mirabilia, Deo favente, præstiterit, late describitur per gravissimos viros, qui historiam vitæ hujus Sanctæ Virginis accurate scripserunt. Quæ omnia etsi grandia et mirabilia, maxime in una Virgine paupere et maximis morbis gravata, ita ut quot monasteria fundavit, tot miracula patrasse videatur, nihilominus majora sunt quæ in excellentissimæ planeque divinæ sapientiæ ac heroicarum illius virtutum actionibus divinisque donis eminent: quæ consulo hic omittuntur, cum de illis sigillatim in discursu istius Relationis sit agendum.

1189 Articulus secundus. § 1. Sex argumentis thema istius secundi articuli probari demonstrabimus, quæ dumtaxat proponemus, vitandæ prolixitatis gratia.

Primum argumentum. Recte dicitur: « Vox populi, vox Dei »; quod præsertim verum est in voce populi Christiani Sanctos venerantis, qui nullo humano affectu vel cupiditate boni alicujus temporalis, sed solo pietatis et divini honoris desiderio ductus, sanctitatem perseveranter acclamat. Constat autem Beatam Teresiam in universa Ecclesia, ab Europa usque ad Orientales et Occidentales Indos, jam pridem, et in vita et post mortem, ut Sanctam communi et perseveranti acclamatione celebrari; ut probant centum et septuaginta testes examinati super art. 115 et 116 rotuli: inter quos viri gravissimi, unus videlicet patriarcha, alius archiepiscopus, quinque vero episcopi, et alii in dignitate ecclesiastica constituti.

1190 Ex quibus primus testis Reverendissimus Episcopus Segoviensis, D. Petrus de Castro, confessorius istius Virginis, super eodem articulo 116 in processu remissoriali Toletano, fol. 807, dicit quod fuit habita pro Sancta, non quomodocumque, sed in gradu multum sublimi et superiore, nedum inter gentem gravem, sed etiam popularem: et isto nomine Sancta ab omnibus fuit vocata. Et Reverendissimus Episcopus Abulen. D. Laurentius de Otaduy, sexagesimus quintus testis in remissoriali Abulensi, fol. 534, super art. 116 ait quod habet et tenet dictam S. Matrem pro Sancta, cum sanctitate valde eximia et extraordinaria, et tamquam a tali a multis annis petit intercessionem ad Deum Dominum nostrum quotidie. Item inter proceres excellentissimus dux de Lerma et excellentissimus comestabilis Castellæ, et excellentissimi dux et ducissa Albæ, dux et ducissa del Infantado, comites de Lemos, de Luna, de Salinas, de Peñaranda, et alii equites et nobiles, regique consilii præsidentes et consiliarii, et alii quamplurimi: qui eam ubique terrarum Christianæ reipublicæ cum generali veneratione et acclamatione Sanctam vocant, et vocari ab omnibus affirmant in suis depositionibus; et quod illius carnem, vestes, litteras ab ea scriptas, aliaque similia quæ istam Virginem Sanctam tetigerunt, pro Reliquiis Sanctæ venerantes et in magna æstimatione conservantes, universaliter illius intercessionibus apud Deum se ipsos commendant. Ex hac igitur universali ac perseveranti acclamatione populi Christiani, credendum esse videtur hanc esse vocem Dei, qua Beatæ Teresiae sanctitatem probat.

PER AA.
ROTÆ.
1^o E publica
populi voce et
fama,
D

quam testes
omni excepti-
one majores
asserunt.

12

F

1191 Secundum argumentum desumitur ex tot gravissimis vitæ et doctrinæ integritate clarissimis viris, qui Beatæ Teresiae sanctitatem ipsiusque spiritum explorarunt. Constat enim quod inter alios fuerunt triginta octo, a quibus fere omnibus, post factam cum eis Confessionem, diversis in locis et temporibus, spiritus Beatæ Teresiae divinus fuit judicatus. Nam cum Dei favores et beneficia in ea multiplicarentur, et Serva Dei magis formidaret ne a dæmone deciperetur, humiliter prædictos viros, qui in Hispania doctrina et sanctitate florebant, consuluit. Inter quos, brevitatis causa, tantum aliquos annumerabimus. Et in primis R. P. F. Petrum de Alcantara Ordinis S. Francisci, qui sanctitate vitæ, austeritateque incredibili et oratione sublimi nostra ætate in Hispania floruit, sicque Fratrum Minorum reformationem labore et industria sua mirifice promovit. Qui eo usque Beatam Virginem Teresiam coluit, ut duo multum mirabilia de illa dicere soleret: unum nempe, Teresiae animum procul dubio esse unum ex his qui in

2^o Ex testimo-
niis S. Petri
de Alcantara.

PER AA.
ROTÆ.

A in universo terrarum orbe eximia sanctitate splenderent; alterum vero notatu dignius, quod, exceptis Catholice fidei assertionibus, nihil sibi certius quam quod Teresie spiritus esset divinus. Cujus quidem mirabilis censendi modus merito fuit ponderatus a gravissimis historicis illum referentibus, videlicet a R. F. D. Didaco de Yepes, episcopo Tirasonensi, et a R. P. Francisco Ribera Societatis Jesu, in libris de vita et virtutibus Beatæ Teresie editis.

S. Fructuosi
Burgar. Ven.
Joannis de
Avila.

1192 Item P. Franciscum Borgia, Societatis Jesu Generalem, et prius ducem Gandiæ, genere clarissimum, tantoque magis rarum exemplum mundi contemptus, orationis et contemplationis magnum magistrum, viteque sanctitate conspicuum: qui non modo spiritum Beatæ Teresie absque ulla exceptione probavit; verum adeo illam veneratus fuit ut frequenti litterarum officio devotissime salutaverit. R. P. M. Joannem de Avila, virum vere apostolicum, et hac tempestate per totum orbem vite sanctitate, discretionis spirituum, doctrinæ gravitate celebrem: qui epistola quadam eruditionis divinæ plena spiritum Beatæ Teresie probat; quam refert præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, ubi crebro verba hujusmodi repetit, nempe: « Nihil non tutum invenio: verba a Deo inspirata mihi videntur », et hujusmodi alia.

Bañezii, Medinæ.

B 1193 P. M. F. Dominicum Banez Ordinis Prædicatorum, apud omnes notissimum ob scripta gravissima, Salmanticensis cathedræ primariæ theologiæ prælectorem: qui Beatam Virginem Teresiam (cujus confessarius fuerat, ipsiusque spiritum per annos circiter viginti quatuor accuratissime exploraverat) tanti fecit ut, cum in ejus funere concionem ad populum haberet, palam inter alia dixerit se existimare Beatam Virginem Teresiam Beatæ Catharinæ Senensi sanctitate æqualem esse, Catharinæ vero ipsi divina suorum librorum doctrina antecellere; ut probat vigesimus secundus testis super art. 74 in remissoriali Salmantino, fol. 345, et affirmat præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis in sua historia, § 2 prologi: qua quidem laude vix ulla major ab homine gravissimo proferri potuit. P. M. F. Bartholomæum de Medina ejusdem Ordinis Prædicatorum, Salmanticensis item academici celeberrimum primariæ theologiæ prælectorem et S. Thomæ doctissimum commentatorem: qui, cognito spiritu diligentissimeque explorato Beatæ Teresie, ejusque scriptis perlustratis, ab eaque Confessione generali audita, et miratus est et acerrimus defensor ipsius evasit, dicereque solebat, experimento convictus, nullam omnino aliam in orbe terrarum Teresie parem vite sanctitate reperiri; ut probant trigesimus sextus testis super art. 17 in remissoriali Abulensi, fol. 226, et Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, ubi supra.

Ribera et
Yepesi.

C 1194 Patrem supradictum doctorem Franciscum Ribera e Societate Jesu, virum doctissimum et inter Sacræ Scripturæ nostra ætate interpretes insignem: qui (ut ipse in sua depositione affirmat), facto prius diligentissimo examine spiritus Beatæ Teresie, dum viveret, et post ejus felicissimum obitum accuratissima adhibita diligentia, ejus vitam heroicis virtutibus refertam contexit ac in lucem edidit: in qua illius spiritum plane divinum et summis laudibus extollit et efficacissimis argumentis demonstrat. Nec omittendus (inter alios amplissimos antistites, qui, facto periculo, Beatam Teresiam summopere laudant ejusque spiritum approbant) prædictus R. F. D. Didacus de Yepes, episcopus Tirasonensis, vir pietate atque doctrina illustris, ac pro tali a Philippo II rege Catholico in

suum confessarium electus: qui etiam per annos D multos Confessiones Beatæ Teresie audivit; cujus spiritu explorato, tam in sua depositione sub juramento facta quam in libro prædicto de vita et miraculis Beatæ Teresie, illam ejusque spiritum divinum non minus docte quam pie et fideliter laudavit et approbavit. Cum igitur sanctitas Beatæ Teresie a supradictis aliisque pluribus sapientissimis et gravissimis viris explorata, valde laudata et approbata fuerit, necesse videtur firmandum hujusmodi sanctitatem fuisse veram et solidam.

1195 Tertium argumentum deprehenditur ex eo quod divina providentia Ecclesiæ universalis Patres et Magistros, hoc est Apostolos, eximia sanctitate adeo provexit, ut juxta Sanctum Thomam in Epist. ad Eph. c. 1, lectio. 3, temerarium sit Sanctos alios Apostolis æquare; ita, proportionem servata, monasticorum Ordinum Patres sive Fundatores insigni vite sanctitate exornat, quæ filiorum ipsorum perfectionem excedat. Quod multis exemplis, puta SS. Basilii, Benedicti, Augustini, Bernardi, Domini, Francisci, Alberti et aliorum monasticæ disciplinæ Institutorem vel Reformatorem, notatur. Sic quippe perfici debent qui ad alios perficiendos electi sunt. Cum ergo Beata Teresia a Deo Domino nostro electa fuerit ut Religionem istam ad perfectionem vite laudatissimam reformaret, ejusdemque Religionis novam Reformationem, Discalceatorum nuncupatam, introduceret, in qua multi utriusque sexus spectatæ sanctitatis claruerunt et clarescunt (ut omnibus est notum, et probant inter alios quam plurimos primus testis episcopus Calagurritanus in remissoriali Toletano, fol. 641, et trigesimus sextus testis archiepiscopus Burgensis, fol. 1056), ad divinam profecto providentiam pertinuisse dicendum videtur, ut Virginem Teresiam tali sanctitatis excellentia insigniret qua perfectorum filiorum digna Parens et Magistra esse valeret.

3^a Ex ipsarum
Reformatione.

1196 Quartum argumentum elicitur ex quatuor libris spiritualibus et plane divinis, quorum aliquos confessariorum suorum jussu, aliquos etiam particulari Christi revelatione, Beata Teresia conscriptos reliquit, qui præ manibus habentur. Primus scilicet de Vita ejusdem Beatæ, suo confessario P. F. Garcia de Toledo Ordinis S. Dominici directus; qui nihil est aliud quam ab ineunte sua ætate usque ad Abulensis primi monasterii institutionem quidam vite discursus, affectionibus divinis, quas patiebatur, refertus. Secundus Iter perfectionis inscribitur; quem præcipiente præfato P. F. Dominico Banez, suo confessario, scripsit. Tertius vulgo inscriptus Castellum interius sive Mansiones; quem ex mandato doctoris Velasquez, sui confessarii, episcopi postea Oxomensis et denique archiepiscopi Compostellani, Toleti incepit et Abulæ absolvit. Quartus de suorum monasteriorum Foundationibus; quem jussu sui confessarii P. Hieronymi Ripaldæ e Societate Jesu composuit. Quibus perlectis, clarissimi omnium Ordinum theologi Beatæ Teresie sapientiam admirantur, et facilem mysticarum passionum explanationem adeo obstupescunt, ut rarum genus sapientiæ eis videatur, quod de mystica theologia Patres obscure ac sparsim tradiderunt, a Virgine aliqua in methodum tam perspicue atque concinne fuisse redactum; meritoque illam quasi spiritualis doctrinæ Magistram Ecclesiæ a Deo datam prædicant, convicti scilicet experientia divinæ lucis et piorum affectuum quos ex illius libris hauriunt: ut probant octuaginta quinque testes super articulis 54 et 56, omnes fere gravissimi et doctissimi viri: qui testantur communiter doctrinam horum librorum non esse hominis, nec minus mulieris

4^a Ex libris ab
eâ.

F

A. eis litterarum ignaræ, sed Dei, et ut aliqui subdunt, non acquisitam, sed infusam et a Spiritu Sancto dictatam, maximæque utilitatis fuisse et esse, mirrosque effectus ex eorum lectione in Ecclesia Dei consecutos et indies consequi.

*cum singulari
Dei auxilio
conscriptis;*

1197 Inter quos testes, brevitatis causa, sufficiant tres supra nominati gravissimi præsules: nempe Reverendissimi Episcopi Tirasonensis, Calagurritanus et Segoviensis, super articulis prædictis deponentes. Et quod ipsa Beata Teresia sua propria manu, et non aliena industria seu alicujus alterius humano studio, istos libros scripserit, probant testis quadragesimus nonus in remissoriali Abulensi, fol. 354, et quadragesimus septimus in secunda parte remissorialis Salmantini, fol. 629 a tergo, et septimus testis in 4 p. Toleti, fol. 1689, addens quod, quando scribebat librum de Mansionibus, vidit illius vultum cum quadam luce valde clara, et quod ex eo exhibant splendor, uti radii deaurati, per spatium unius horæ. Et vigesimus primus testis in eadem 4 p. dicit quod scribebat cum magna velocitate, non sistendo in aliquo; et quod quadam vice vidit illam scribere cum vultu inflammatisimo et formosissimo. Sunt et alii plures testes, addentes

B. aliqui scripta originalia horum librorum in magna æstimatione ac veneratione fuisse et esse apud regiam bibliothecam Sancti Laurentii del Escorial, ibique Philippum II, regem Catholicum, devotione et pietate erga istam Beatam Virginem ductum, et illos libros, una cum originalibus quibusdam S. Augustini repositos, tanquam Sanctorum Reliquias fidelibus in veneratione esse. Constat etiam et est valde notum illos ad communem fidelium utilitatem ex lingua hispana, in qua a Beata Teresia fuerunt conscripti, diversis idiomatibus versos fuisse, videlicet latino, italico, gallico, germanico, flandrico et polono. Cum igitur Deus misericors Beatam Teresiam Ecclesiæ illuminandæ et pietate augendæ destinaverit, omnino sentiendum videtur Deum ipsum, qua solet sui communicatione, et illam prius excellenter illuminasse et sanctitate insigni condecorasse.

*3^o Ex mirabili
113.*

1198 Quintum argumentum conficitur ex multis magnisque miraculis intercessionem istius Beatæ Virginis a Deo operatis. Quorum aliqua Sanctitati Vestræ in Relatione miraculorum firmata et approbata proposuimus. Et cum miracula sint Dei sigilla, et licet illa nonnumquam Deus (malis utens bene) per peccatores operetur, numquam tamen ad confirmationem alicujus peccati vel erroris a Deo operantur. Sigillum enim Dei (qui est ipsa munditia et sapientia) peccato vel errori imprimi nequit. Unde D. Tho. 2. 2, quæst. 178, art. 2, docet miracula quæ fiunt ad demonstrationem sanctitatis alicujus, quem Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis, non posse effici nisi a Sanctis. Cum igitur Deus tot et tam illustria miracula, in demonstrationem sive attestationem sanctitatis Beatæ Virginis Teresiæ ancillæ suæ, illius meritis et intercessionem operatus fuerit, absque ulla hesitatione affirmandum videtur ejus sanctitatem multis Dei sigillis obsignatam et probatam fuisse.

*3^o Ex gratia
gratia dicitur.*

1199 Sextum argumentum adstruitur ex pluribus donis et gratiis gratis datis, hæc Beatæ Virginis a Deo collatis: scilicet ex dono prophetiæ et gratia discretionis spirituum, ex divinis revelationibus ac visionibus, et ex raptibus frequentibus aliisque hujusmodi, quæ probantur per plurimos testes doctissimos et gravissimos. Quorum aliqui fuerunt confessorii Beatæ Teresiæ, et infra (suis propriis locis), cum de his donis et gratiis in specie agatur, referentur. Quæ quidem dona, licet seorsum

accepta sanctitatem efficaciter non probent, ex circumstantiis tamen personæ et fructibus pietatis subsecutis talem sanctitatis persuasionem generant, ut nullus mentis compos ac pius aliud quam excellentem sanctitatis gradum de Beata Teresia credere posse videatur.

PER AA
BOTÆ
D

§ LXI. De sanctitate vitæ B. Teresiæ in specie. De virtutibus ejus theologali- bus.

§ II. Sanctitas dupliciter sumi potest. Primo (teste D. Thom. 2. 2, quæst. 81, art. 8) sanctitas est per quam mens hominis se ipsam et suos actus applicat Deo; nec tantum refert in Deum debitum famulatum in specialiter pertinentibus ad cultum divinum, sacrificia et oblationes, prout religio, sed etiam aliarum virtutum opera. Secundo sumitur sanctitas non ita stricte pro specie una duntaxat, qualis est religio, sed pro excellenti gradu gratiæ gratum facientis, virtutum et donorum Spiritus Sancti. Quæ omnia ad hominem justificandum, ac proinde ad eundem sanctificandum, requiruntur, juxta Concilia et theologorum sententiam. Et perspicui potest ex Concilio Tridentino, sess. 6, cap. 7; ubi justificatio appellatur sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ et donorum. Quæ sanctificatio et justitia augetur, cum augentur fides, spes et charitas cæteræque virtutes. Ad tradita in eodem Concilio, dicta sessione 6, can. xi, ubi de gratia et charitate fit mentio, quarum incrementum petit Sancta Ecclesia, cum orat dicens: « Da nobis, Domine, fidei, spei et charitatis augmentum. » Et S. Thom. 1. 2 et 2. 2, pluribus in locis, accurate disserit de gratia et virtutibus ac donis, quæ homini, dum justificatur, infunduntur, et, succedentibus meritis, usque ad perfectam sanctitatem augentur. Et quamvis quilibet justus totam illam gratiæ, virtutum et donorum connexionem a Deo recipiat, non tamen quilibet justus ad eum pertingit gradum quem ad canonizationem Ecclesia requirit, sed qui multis progressibus excellenter heroicarum virtutum exercitio justus evasit. Itaque ad hunc effectum virtutes heroicæ in canonizandis requiruntur; ut probatur in Relatione canonizationis Sancti Bonaventuræ, per Joannem Franciscum de Pavinis Rotæ auditorem facta, et habetur inter Opuscula Sancti Bonaventuræ in principio.

*Sanctitate ad
canonizationem
requisita*

E

1201 His itaque suppositis, virtutes Beatæ Teresiæ adeo creverunt ut dictum heroicum gradum attigisse judicaverimus, et quod merito censi debeant ex illo genere virtutum quas D. Thom. 1. 2, quæst. 61, art. 5, virtutes purgati animi appellat, his verbis: « Quædam vero sunt virtutes » jam assequentium divinam similitudinem, quæ » vocantur virtutes jam purgati animi: ita scilicet » quod prudentia sola divina intueatur, tempe- » rantia terrenas cupiditates nesciat, fortitudo » passiones ignoret, justitia cum divina mente per- » petuo fœdere societur, eam scilicet imitando. » Quas quidem virtutes dicimus esse Beatorum » vel aliquorum in hac vita perfectissimorum. » Hæc S. Thom. In istarum vero virtutum excellentis vitæ Beatæ Teresiæ narratione servabimus ordinem in principio istius Relationis descriptum. Et cum jam de virtutibus in genere, necnon de

*prædita fuit
Teresia.*

F

PER AA.
ROTÆ.

A nativitate et de indiciis futuræ sanctitatis, progressibusque in virtute a sua tenera ætate, duobus præcedentibus articulis compendiose egerimus, nunc de virtutibus et donis istius Beatæ in specie erit sermo, incipiendo a tribus virtutibus theologalibus, fide, spe et charitate, et prius de fide.

*Beatus fidei
ejus indicia
sunt*

1202 Articulus tertius. Juxta D. Paulum ad Hebræos cap. 11 « Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium. » Dicitur vero argumentum, quia per illud inducitur intellectus ad inhærendum alicui veritati, ut docet S. Thom. 2. 2. quæst. 4. art. 1. Et hinc est quod fides sit virtus intellectualis, qua firmiter et absque ulla dubitatione intellectus adhæret his quæ nobis sunt a Deo revelata, propter solam Dei auctoritatem, cui intellectum nostrum captivamus. Cum autem Beatæ Teresiæ intellectus rebus fidei adeo firmiter adhæserit, et propter solam Dei auctoritatem adeo enixe illi rebusque fidei intellectum suum captivaverit, ut ex sequentibus patebit, necessario erit affirmandum excellenti fide in gradu heroico præditam fuisse. Quod nobis suadetur.

*constans erga
Ecclesiam
affectus.*

B 1203 Primo, quia orta fuit a parentibus non solum nobilibus (ut diximus), verum etiam fidelibus et antiquis Christianis, qui et a talibus descenderunt; quod maxime interest ut facilius ac firmiter filii eandem fidem induantur. Quam Beata Teresa, dum vixit, firmissime habuit et credidit, et in ea usque ad ultimum vitæ spiritum perseveravit, tanti in suo felicissimo transitu Fidem Catholicam æstimans, ut in illo articulo mortis præ gaudio et consolatione interiori sæpius gratias Deo redderet, quod illam in Ecclesiæ suæ Sanctæ filiam adoptasset, hæc eadem verba proferens, et alia similia maximæ consolationis et fiduciæ, cum magna adstantium ædificatione, nempe: « Sum certe, mi Domine Deus, » Ecclesiæ filia »; ut probant plures testes de visu et certa scientia, quos in Relatione miraculorum art. 3. cum de illius felicissimo obitu ageretur, adduximus.

*frequens fidei
confessio exte-
rior.*

C 1204 Secundo, ad idem inducimur ex exteriori confessione fidei, sæpiissime et enixe a Beata Teresa in discursu vitæ suæ facta. Quæ exterior confessio ordinatur ad significandum id quod corde concipitur. Unde, teste D. Tho. 2. 2. q. 3. art. 1. sicut conceptus interior eorum quæ sunt fidei, est proprius actus fidei, ita etiam et exterior confessio. Unde Apostolus, 2 Corinth. 4. dicit: « Habentes eundem » spiritum fidei credimus, propter quod et loqui-
mur. » Si autem consideramus quæ circa istam confessionem fidei sæpe sæpius in suis libris scripta reliquit Beata Teresa, satis illam probatam habebimus. Probat enim præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, confessarius istius Beatæ Virginis, in prædicta historia vitæ illius, lib. 3. c. 28. affirmatque illam circa mysteria nostræ fidei habuisse maximam quandam certitudinem; ita ut nihil, quantumvis clarum et evidens, adæquare valeret certitudini quam circa veritates infallibiles nostræ fidei ipsa habebat. Quod ipsamet in quadam relatione vitæ scriptum reliquit his verbis: « In » rebus fidei, meo videri, me ipsam invenio cum » multo majori fortitudine. Videtur enim mihi » quod contra omnes Lutherum sequentes ego sola » me opponerem, ut illos facerem intelligere erro- » rem in quo ambulant: admodum enim sentio » perditionem tot animarum. » Et in exclamatione quarta sic loquitur cum Deo Domino nostro: « Velis tu, Domine mi, velis quod, licet sim mise- » rabilis, firmiter credo quod tu potes quidquid » vis; et dum mirabiliora a te facta audio, et consi- » dero quod ad magis tua se omnipotentia exten-

» dit, magis in me fides fortificatur, et firmitus » credo quod tu facies. Et quid mirandum, dum » Omnipotens faciat? Bene, Domine, tibi notum » est quod inter omnes meas miseras nunquam » defui in cognitione tuæ omnipotentiae et miseri- » cordiæ. Hoc, Domine, me adjuvet, in quo non » peccavi. » Et in alio loco sic loquitur: « Habeo » pro certo quod dæmon non decipiet (nec Deus » quidquam tale permittet) illam animam quæ de » se in nihilo confidit et est fortiter in fide munita, » et quæ in se ipsa cognoscit quod pro unico pun- » cto fidem concernenti millies mortem subibit, et » quæ cum isto amore erga fidem quam Deus illi » infundit (quæ est quedam fides viva et fortis) » semper curat sequi quod tenet et sequitur San- » cia Mater Ecclesia. » Et in cap. 33 Relationis suæ vitæ affirmat scire de se quod in rebus fidei pro quavis minima cæremonia Ecclesiæ vel quavis auctoritate Scripturæ Sacræ millies vitam tradere parata erat. Quod etiam verbo absque scriptis sæpius confessus fuit: ut probant primus testis, ipsius confessarius, in processu compulsorali Abulensi super 4. fol. 19; et quadragesimus nonus testis in remissoriali Abulensi, fol. 369; et secundus testis in 1 p. remissorialis Toletan. super art. 75, fol. 491. E

1205 Tertio, idem sumitur ex immenso desiderio propagandæ fidei, quo flagrabat, valde dolens vices hæreticorum et infidelium, qui carentes hac divina luce, damnabantur. Et cum huic zelo, et fidei exaltationi apud ipsos hæreticos et infideles, videret seipsam tanquam mulierem operam dare non posse, fecit quantum potuit, fundando et erigendo tot ecclesias et monasteria Fratrum et monialium istius sacræ Religionis (non absque divino consilio) tali intentione et fine, præcipue ut in illis regula primitiva Beatæ Mariæ de Monte Carmelo cum perfectione observaretur, et quod assidua oratione, jejuis aliisque pœnitentiæ operibus in præfata regula contentis Christus Dominus a suis religiosis summe coleretur, sicque divino servitio traditi magis acceptabiles et grati essent Deo; quorum deprecationes et pœnitentiæ opera offerebat ipsa et in sua Religione offerri curabat pro exaltatione Sanctæ Fidei, conversione hæreticorum et infidelium, et pro prædicatoribus ac defensoribus ejusdem Fidei Catholice. Et quanta efficacia et lacrymis hoc desideraverit, videre licebit scriptum in libro ab ipsa relicto, intitulo: « Iter perfectionis », c. 1. et in quadam exclamatione sic suas filias alloquitur: F
« Peto a vobis amore Dei, ut ab ipso efflagitetis » quatenus dignetur in hoc nos exaudire. Id ego li- » cet miserabilis ab ipso etiam peto, siquidem con- » cernit gloriam suam et bonum ipsius Ecclesiæ: eo » enim mea desideria tendunt. » Et paulo inferius dirigens verba in Deum, sic alloquitur: « Domine, » quando a te petierimus honores, redditus aut divi- » tias, aut quidquid sapit mundum, nullatenus nos » exaudias: sed quando petimus a te quæ concer- » nunt honorem Filii tui, æternæ Patris, quare non » exaudias nos, millies tradituras honorem et vi- » tam pro te? » Et paulo inferius: « Respice, Deus » meus, desideria mea et lacrymas, quibus hoc a te » efflagito: et ob te ipsum operum obliviscere » meorum, et miserere tot pereuntium animarum, » et adjuva Ecclesiam tuam; nec amplius, Domine, » permittas damna in Christianismo. Illumina jam » tenebras istas. » Et quantum in hoc zelo propa-
gandæ fidei salutisque animarum Beata Teresa præstiterit (ultra testes relatos, et maxime confes-
sarios illius, præsules et viros gravissimos), late firmarunt ejusdem Beatæ vitæ historici, videlicet Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, in loco
supra

*desiderium
ardens fidei
propagandæ.*

A supra citato, et P. Doctor Franciscus Ribera, lib. 4, c. 9.

mirabilis
amor et cogni-
tio mysterio-
rum.

1206 Quarto, apparet Beatam Teresiam eo fir-
mius et securius mysteriis fidei adhæsisse quo ea
sublimiora et obscuriora sibi videbantur. Dicebat
enim (ut in libro suae Vitae scribit) Dei sapientiam
et potentiam eo altius demonstrari quo altiora es-
sent mysteria; et ex hac consideratione quemdam
affectum tenerum et devotionem excitatam in se
cognoscebat: ut de praedictis deponunt testis trige-
simus septimus in remissoriali Salmantino super
art. 75, fol. 449; et in 2 p. remissorialis Toletani
primus testis, Reverendissimus Episcopus Segovien-
sis, confessarius Beatæ Teresiæ, fol. 807; et in
prima parte ejusdem remissorialis Toletani vicesi-
mus tertius testis, confessarius etiam, fol. 141; et
in remissoriali Abulensi testis quadragesimus septi-
mus, fol. 310, et testis quadragesimus nonus, fol. 369:
omnes super articulo 75. Ex quibus patet firmissi-
mam intellectus adhæSIONem sive assensum fidei
veritati præstitum a Beata Teresia, quin et volunta-
tem illius vehementer affectu pietatis inde exorto
commotam: quale legitur de Sancto Augustino
recenter converso et fidei veritatem considerante,
in libro Confessionum cap. 6. Et simul cum ista
fidei certitudine, erat tanta cognitio quam habebat
Beata Teresia mysteriorum Catholicæ Fidei, quod
(ut notat Reverendissimus Tirasonensis, ubi supra)
quasi alter Moyses inspiceret Deum invisibilem,
fide adeo viva ac si illum clare vidisset. Unde ead-
em Sancta sæpe dicere solebat se non invidere illis
qui in hac vita oculis corporeis viderunt Christum
Redemptorem nostrum: videbatur enim ipsi quod
oculis fidei ipsum præsentem in Sanctissimo Sacra-
mento altaris intuebatur, ita ut quantum ad hoc
gaudebat illius præsentia corporali. Ex qua fidei
certitudine et evidentia rerum illius, quasi illas ocu-
lis corporeis videret, desumitur habuisse gratiam
gratis datam quam vocat D. Paulus (1 Cor. 12) gra-
tiam fidei: et ex cognitione altissimorum myste-
riorum fidei, et convenientiæ quam inter se habere
intellexit, dignoscitur effectus doni intellectus, quod
clarificat et perficit valde ipsam fidem; et quanto
magis participabat donum istud, tanto magis in
ea augebatur clara cognitio istarum fidei veritatum.

B 1207 Quinto, facit ad idem ipsam Beatam Tere-
siam nunquam tentationem contra fidem habuisse.
Sic testatur Reverendissimus Tirasonensis, ejus
confessarius, loco supra citato: Timuit autem adeo
ipsamet ne quid Catholicæ Fidei adversum vel pa-
rum consonum ex ignorantia diceret aut scriberet,
ut sollicitè suos confessarios et spiritus examinato-
res precaretur, admonerent ipsam, si quid ejus-
modi animadverterent. Quin etiam aliquando se
ipsam Sanctæ Inquisitionis officio examinandam
offerre cogitavit, ut nihil non purum in fidei do-
ctrina forsitan obreperet; ut probat nonus testis in
compulsoriali Abulensi super quartum articulum,
fol. 182, et affirmat præfatus Reverendissimus Epi-
scopus Tirasonensis, loco supra citato.

excellens cari-
tas.

C 1208 Sexto, ut ex infra dicendis suo loco appa-
rebit, Beata Teresia excellenti charitate præstitit.
Sed sic est quod charitas est forma fidei: per il-
lam enim actus fidei formatur ac perficitur, juxta
D. Thom. 2, 2, q. 4, art. 3. Actus etiam fidei ordi-
natur ad objectum voluntatis, quod est bonum,
sicut ad finem: hoc autem bonum, quod est finis
fidei (scilicet bonum divinum), est proprium obje-
ctum charitatis: et ideo charitas dicitur forma
fidei, in quantum per charitatem actus fidei perfici-
tur et formatur, ut notat ipse D. Thom. ubi supra.
Ex quibus elicitur Beatam Teresiam excellentissi-

mam fidem habuisse, sicut et formam ejusdem vir-
tutis, quæ est charitas, qua in gradu heroico (ut
infra dicetur) fuit prædita.

PER AA:
ROTE.

D

1209 Articulus quartus. Spes est virtus theolo-
gica, qua homo a Deo, ut primario et præcipuo
auctore, æternam beatitudinem sperat: S. Thom. 2,
2, q. 17, art. 1, 2 et 4; juxta illud Apostoli ad
Hebræos 6: « Habemus spem incedentem ad inte-
riora velaminis », hoc est: « Incedere facientem
ad beatitudinem cœlestem », ut Glossa exponit.
Quibus ex verbis patet hoc esse proprium spei ut
hominem Deo fidentem per viam salutis incedere et
erecto corde obstantia quæque superare faciat.
Quod in Beatæ Teresiæ actibus apertissime digno-
scitur, et apparet ex sequentibus.

Spes ejus he-
roica fuisse
ostenditur

1210 Primo, perfecta spes desumitur ex per-
fecto modo sperandi, qui consistit in duobus: sci-
licet quod sit in solo Deo, et ex toto corde. Unde
dicitur Proverb. 3: « Habe fiduciam in Domino
ex toto corde tuo. » Et ut significaretur esse in
solo Deo sperandum, additur: « Et ne innitaris
prudentiæ tuæ. » Et Hieremiæ cap. 17 dicitur:
« Maledictus homo qui confidit in homine. » Et
hunc modum perfectum sperandi explicat D. Thom.
2, 2, q. 17, art. 4. Ut enim quis dicatur sperare in
solo Deo, oportet ut solum ipsum Deum speret tam-
quam finem; reliqua vero creata bona tantummodo
amet et speret quatenus sunt necessaria vel magis
conducentia ad bonum æternum consequendum.
Sed quod Beata Teresia speraverit in solo Deo, et
ex toto corde suo, nullatenusque innixa prudentiæ
sue aut viribus suis, probant quam plures testes,
et bene ex ejusdem verbis descriptis in Relatione
illius vitæ, pagina 195, demonstratur, cum dixit
ipsa verba hæc: « Omnia mihi desint, mi Domine,
at si tu mihi non desis, ego tibi minime deero.
» Omnes doctrina insignes mihi adversentur, crea-
turæ omnes me persequantur, dæmones me tor-
queant, dummodo tu, Domine, mihi adsis. Ex-
perientia enim perspectum habeo quanto augeas
« lucro eos qui in te solo confidunt. » Et tanta
erat istius Sanctæ Virginis fiducia in solo Deo ut
homines illorumque favores quasi nihilum reputa-
ret; ut in alio loco Relationis vitæ suæ demonstravit
his verbis: « Usque nunc mihi videbar habere
indigentiam aliorum, habebamque fiduciam
in adiutorio mundi; nunc vero clare intelligo
vanum esse in illis sperare: habeo enim experi-
mentum, quod unicum et verum remedium est
accurrere ad crucem, et confidere in illo qui in
ea passus fuit, quem invenio verum amicum. »
Et in ultima suarum Exclamationum, fol. 769, his
notatu dignis verbis eam et totum librum finivit:
« Malo vivere et mori in spe et conatu vitæ æternæ
consequendæ, quam possidere omnes mundi
creaturas omniaque illius bona, quæ tandem
finem habitura sunt. Ne me derelinquas, quæso,
Domine, quia in te confido, ne spes mea confun-
datur. Et dummodo ego semper tuo sim divino
servitio tradita, fac, Domine, cum famula tua
secundum tuum divinum placitum. » Quan-
tumque ex toto corde in Deo solo confiderit Beata
Teresia, late tradit præfatus Reverendissimus Tira-
sonensis, ipsius confessarius, ubi supra, lib. 3,
cap. 11 et cap. 22 circa finem.

ex perfecto
modo speran-
di.

E

F

1211 Secundo, est efficax argumentum istius
in Deo solo perfectissimæ spei, magna securitas
absque ulla dubitatione aut hæsitacione, et certi-
tudo excludens omnem timorem vanum et sollici-
tudinem superfluum, juxta S. Thom. 2, 2, q. 118,
art. 4, et juxta illud Apostoli 2 Tim. 1: « Scio cui
credidi, et certus sum quia potens est depositum
meum »

ex præclara
in sperando
securitate.

PER AA-
ROTE.

A « meum servare in illum diem. » Et ab hac vana sollicitudine procurabat Christus Redemptor noster liberare Apostolos suos (Matthæi cap. 6), fundando in illis spem perfectissimam, quando dicebat : « Ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis », etc. Ex quibus quantum splenduerit Beata Teresia, in solo Deo perfectissimam suam spem collocando, satis deprehenditur ex quamplurimis locis prædictæ Relationis vitæ suæ, nec non ex historia de Foundationibus suorum monasteriorum; ubi mira et notatu dignissima circa hanc virtutem spei ac maximam ejus in Deum confidentiam sparsim inveniuntur; et probant plures testes, præsertim Christianus Pater Julianus de Avila, ejus confessarius et socius in itineribus, quando ad fundanda monasteria se conferebat, qui tamquam testis oculatus late et optime circa hæc deponit, ut in compulsoriali Abulensi, fol. 192, 202 et 203; et quadragesimus nonus in remissoriali Abulensi, fol. 370; et trigesimus septimus in remissoriali Salmantino, 1 p., fol. 449; et in compulsoriali Toletano decimus testis, confessarius Beate Teresiæ, fol. 77.

ex assidue ad
Deum spectant.

B 1212 Tertio, istius perfectæ spei indicium elicitur, si quis indigeat aliqua re, statim ad illum in quem sperat, confugit, illumque interpellat : ut bene colligitur ex dicto cap. 3 Proverb. supra citato, ubi, postquam dicitur : « Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentiæ tuæ », statim subditur : « In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos. » Quod clarissime reperitur in Beata Virgine Teresia; quæ cum in solo Deo ex toto corde perfectissimam spem haberet, ad solum Deum in omnibus suis necessitatibus et laboribus accurrebat, ab ipsoque solo adiutorium in suis necessitatibus et periculis sperabat. Quod præter probationem multorum testium id affirmantium evidenter constat ex discursu totius vitæ Beate Teresiæ, et ponderatur optime ab ipsius gravissimis historicis, referentibus casus particulares, in quibus recursum ad solum Deum in majoribus periculis Beatam Teresiam habuisse dicunt, præsertim cum itinerum discrimina imminerent : ut, cum Abula Salmanticæ pergeret, nox tenebrosa et obscurissima ad fluminis ripam supervenit; præsensque periculum itineris comites adeo terruit, ut, fluvium trajicere non audentes, attoniti hærerent. Tunc illa, firmissima in solo Deo spe roborata, ait : « Trajicite, Deum orate. » Mox autem ipsa prima periculum aggressa est; statimque, quasi fax quædam aliquantulum distans, præire ac præducere miraculose visa est, donec omnes incolumes transierunt. Quem et alios perfectissimos actus spei et confidentiæ in Deum referunt Reverendissimus Tirasonensis, loco citato, et P. Ribera, lib. 4, cap. 14; et probant de visu decimus nonus testis in remissoriali Toletano, fol. 129, et duodecimus in compulsoriali Abulensi, fol. 224 a tergo.

ex totum spem
calorem diffu-
collat.

C 1213 Quarto, perfectissimæ spei argumentum clarius desumitur, quantum difficilior est res quæ speratur. Unde Paulus (ad Romanos 4) probat spem Abraham fuisse excellentem, in hæc verba : « Qui contra spem in spem credidit »; et infra : « Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam fere centum esset annorum. In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia; sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens quia quæcumque promisit, potens est et facere. » Sed sic est quod Beata Teresia in difficillimis perfectissimam suam spem probavit. Id apparet primo in erectione cordis ad tentandam istius Religionis reformationem.

D Quod fuit præcudubio mirabile et opus summe difficile, præsertim peragendum a muliere paupere, ægrotâ, sola et in monasterio clausa. Et tanto res fuit difficilior quanto validiora invenit impedimenta obstantia et contradictiones, maxime in erectione primi monasterii Abulæ, et postea fere in cæteris omnibus aliis foundationibus, omni humano auxilio destituta et pluribus periculis exposita, diversas provincias peragando. Quæ omnia quam difficilia sint, etiam in homine potentissimo et viribus favoribusque munito, quis ignorat? Quanto ergo difficiliora in muliere paupere, ægra et sola, ut diximus? Nihilominus nunquam in medio tot difficultatum et contradictionum periculorumque huic Sanctæ Virgini defuit firmissima spes in solo Deo, et ex toto corde : nulla illam adversitas fregit, nihil nisi culpam timuit, et (encomio Abraham digna) in spem contra spem credidit; illaque sola spem munita, omnia prædicta tentavit, curavit agere, et omnino perfecit : ut de omnibus prædictis apparet in libro Foundationum prædictorum monasteriorum, ab ipsamet Beata conscripto; et deponunt quam plures testes de visu et certa scientia, inter quos aliqui sunt confessarii Beate Teresiæ : præsertim in compulsoriali Abulensi secundus testis super 4, fol. 22, et decimus, fol. 195 et fol. 203; et in compulsoriali Toletano quartus testis, fol. 52, et testis decimus tertius, fol. 95; et in prima parte remissorialis Toletani secundus testis, fol. 495, et tertius testis, fol. 502, et vigesimus tertius testis super articulo 69, fol. 146; et in compulsoriali Salmantino primus testis super tertio, fol. 265; et in remissoriali Abulensi quartus testis super art. 18, fol. 104. Et testatur Reverendissimus Tirasonensis, dicto libro 3, c. 11, quod existente Beata Teresia Toleti, ubi præsens adfuit idem Dominus Episcopus, ipsa recepit litteras provincialis Ordinis, in quibus referebat negotia Religionis et foundationes monasteriorum esse in maximo periculo, omniaque cœpta destructum iri, et quod ipsa Beata Virgo erat habita pro muliere inquieta et prava. Quibus litteris perlectis, nullatenus illius animus fuit turbatus nec spes diminuta; sed invicto animo altius se erigebat ac solabatur. In orationeque paulisper recollecta, statim, ac si oculis videret quæ postea evenerunt, prædicto D. Episcopo suisque monialibus (quæ aderant) hæc verba fuit locuta : « La-
E » bores quidem patiemur, sed Reformatio nostra erit
F » permansura. » Sicque deinde propositum quod in animo conceperat, contra totius orbis impetum, feliciter successurum sibi persuasit. Res nova, fides nova certe videtur, cui bene possit acclamari : « O mulier, magna est fides tua! » Quanto enim spes progressus istius Reformationis decrescebat et minuebatur in omnibus aliis (etiam litteratissimis ac religiosissimis viris), tanto majorem fiduciam in solo Deo Beata Virgo Teresia habebat, dicens quod omnes illas perturbationes ordinabat Dominus noster ad meliorem finem : quod exitus comprobavit; ut ex multis locis Relationis ipsius vitæ et foundationum monasteriorum constat, et probant testes proxime citati, et comprobant supradicti episcopus Tirasonensis et doctor Ribera in suis historiis.

1214 Quinto, ejusdem spei argumentum desumitur ex erectione istorum monasteriorum sine annuis redditibus : ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus septimus testis, fol. 304, et quadragesimus nonus, fol. 340, super art. 19; et in compulsoriali Abulensi decimus testis, fol. 202; et in remissoriali Salmantino, trigesimus septimus testis super 61, fol. 443; et in secunda parte remissorialis Toletani Reverendissimus Episcopus Calagurritanus

ex monasteri-
orum sine re-
ditibus erectio-
ne.

A gurritanus super 61, fol. 642, et alii plures. Et quia non deerant qui Beatæ Teresiæ consulerent quod ordinaret ut monasteria ista haberent redditus unde viverent, occasione hujus ipsa in suis libris dixit hæc verba : « Invenio in me multoties quamdam adeo magnam in Deo fidem, in credendo non posse Deum deficere suis servis, et non dubitando aliquo modo quod ullo unquam tempore verba Dei deficiant, quod nullatenus potest mihi aliud suaderi, nec possum timere. Sicque sentio maximam molestiam, quando mihi consulitur quod admittam in monasteriis annuos redditus; et tunc me totam converto ad Deum. »

« sanctis manibus operibus »

1215 Sexto, cognoscitur spes alicujus fuisse excellentem ab operibus sanctis quæ operatus fuit. Non enim videtur posse fieri quempiam magna opera facere absque magna spe, juxta illud 1 Corinth. 9 : « Debet in spe qui arat, arare, et qui triturat, in spe fructus percipiendi. » Et quoad hoc eadem est ratio de fide et spe. Unde Paulus (ad Hebræos 11) definit fidem per spem, tanquam per effectum, dicens : « Fides est sperandarum substantia rerum », etc. Unde, cum Beata Teresia ita recte, juste, sancte et excellenter operata fuerit (ut ex toto discursu vitæ suæ apparet, et ex adductis superius et infra dicendis probatur); sequitur necessario dicendum habuisse excellentem firmissimamque spem in solo Deo, ex toto corde suo.

« desiderio moriendi ut Deo fruendi »

1216 Septimo et ultimo, arguitur quod istam excellentem spem habuit Beata Teresia, in illaque usque ad ultimum vitæ extremum perseveravit, ex ardentissimo desiderio ex hac vita migrandi, ut summo bono frueretur. Hoc probant in prima parte Salmantini trigesimus septimus testis, fol. 449; et in remissoriali Abulensi quadragesimus secundus testis, fol. 249, et quadragesimus septimus, fol. 311, et quadragesimus nonus, fol. 370 : omnes super articulo 76; et in compulsoriali Abulensi primus testis, confessarius Beatæ Teresiæ. Qui et supradicti trigesimus septimus et quadragesimus nonus testes affirmant quod illa elevando sæpe oculos ad cælum, et itidem cor, considerans bona quibus frui sperabat, extra se rapiebatur. Quod etiam Beata Virgo in Relatione suæ vitæ comprobatur his verbis : « Majus servitium quod Deo offero, illud est, quod, cum mihi sit adeo molestum ab ipso separari, velim tamen pro ipsius amore vivere. » Et in quadam alia relatione scripta suo confessario sic dicit : « Aliquibus diebus recordor pluries dicti D. Pauli, quod nec mihi videor vivere nec loqui nec habere proprium velle; sed residet in me qui me gubernat et fortificat, et incedo quasi extra me, et sic mihi est maximæ pænæ et molestiæ ipsa vita. » Et in alio loco dicit : « Anxior quia vivo, et quia videtur mihi quod desiderium non vivendi nullum habet remedium, et medium videndi Deum est ipsa mors, quam non possum a me accipere. Et sic animæ meæ videtur quod omnes fruuntur consolationibus præter ipsam, et quod omnes inveniant medelam suis laboribus, illa tamen excepta. » Et hoc quidem clarissime et dulcissime diversis conceptibus exposuit in quibusdam versibus, lingua hispana ab eademmet compositis; quos ad litteram refert Reverendissimus Tirasonensis, dicto libro tertio, cap. 23 : digni quidem ut litteris aureis describerentur. Quorum sensus et scopus ille est, quod Sancta Virgo Teresia dicebat habere spem vitæ adeo excellentis (nempe æternæ) quod mortem tanto plus amplius sentiebat quanto illa dilatabatur, sicque cupiebat cum Apostolo dissolvi et esse cum Christo. Quod non tam ardentem cuperet, nisi firmissime Sponso

suo se fruturam speraret. Quam perfectissimam spem morti proxima satis aperte monstravit, cum mira securitate, coram Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, dum illud divinum Viaticum suscipere volebat, quasi amore languens dixit verba hæc : « O Domine, o Sponse mi, accessit tandem tempus optatum : æquum est ut te videam : tempus est, mi Domine, ut ex hac vita migrem : fiat, obsecro, juxta placitum tuum. Venit demum hora qua hoc exilio eripiar, et te fruam, quem tam ardentem expetivi. » His et aliis dulcissimis verbis animum Deo reddidit, prout retulimus in Relatione miraculorum, art. 3, et probant testes quam plures, præcipue octo moniales, quæ in beatissimo illius transitu præsentibus fuerunt.

PER AA. ROTÆ.

D

1217 Articulus quintus. Teste D. Tho. 2. 2. q. 23, art. 3, D. Augustino lib. de moribus Ecclesiæ c. 11, charitas est virtus quæ nos Deo conjungit, et quæ attingit ipsum Deum, ut in ipso sistat, non ut ex eo aliquid nobis proveniat. Unde ista virtus est qua Deum summum bonum diligimus propter ipsius bonitatem, reliqua autem omnia in ipso et propter ipsum; sicque charitas inter omnes virtutes principatum obtinet, estque quasi cæterarum virtutum mater : ut Divus Thomas, ubi supra, art. 6, habet. Ex qua excellentissima virtute duo filii nascuntur, nempe amor Dei et proximi. De quorum primogenito in hoc articulo sermonem facimus. Illum namque in Beata Teresia in gradu heroico ac eminentissimo reperiri constat, ut ex sequentibus clare patebit.

Deum heroicè amasse probatur

E

1218 Primo, istius divini amoris indicium manifestum desumitur ex cæteris aliis virtutibus, quibus illam Deus condecoravit, ut ex superius adductis et infra dicendis constat : ut enim testatur D. Thom. supra, art. 8, charitas dat formam actibus omnium aliarum virtutum, sicque ipsa est forma illarum; cum per ipsam actus omnium aliarum virtutum ordinentur ad ultimum finem, nempe summum bonum. Et a charitate reliquæ virtutes vivificantur, juxta Apostolum ad Colossenses cap. 3, dicentem : « Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. » Et 1 ad Timotheum cap. 1 : « Finis autem præcepti est charitas. » Et 1 ad Corinth. 13 : « Charitas patiens est, benigna est, omnia credit, omnia sperat. » Unde, cum (ut diximus) cæteræ aliæ virtutes in Beata Teresia adeo eminenter resplenderint, sequitur forma illarum, nempe charitate ardentissima erga Deum, præditam fuisse.

« virtutum ejus complexu »

F

1219 Secundo, hoc idem demonstratur ex mente intenta quam perseveranter Beata Teresia in Deum habuit, ut fere nunquam ab illius præsentia et divina consideratione vel contemplatione recesserit, ad instar ardentem amantium, qui die noctueque de persona dilecta fideliter intenseque cogitant. Qualiter Beatæ Teresiæ evenit, cum quadam perenni Dei præsentia semper illius menti impressa. Et probant plures testes : inter quos trigesimus septimus testis in processu remissoriali Salmantino, fol. 450, super art. 77, dicens quod amor quem habuit Beata Teresia, fuit adeo perfectus et immensus, adeo excellens, et in altissimo gradu, ut fuerit potius amor et dilectio Cherubim quam mulieris; et in remissoriali Toletano testis vigesimus tertius, confessarius Sanctæ Virginis, super art. 74, fol. 145; et in compulsoriali Abulensi testis decimus, etiam ejusdem Beatæ Virginis confessarius, fol. 211.

« continua mentis in Deum intentione »

1220 Tertio, ad idem nos induxit quod dicta Beata Teresia Deum super omnia propter ipsum solum amavit, ut gloriæ ejusdem Dei omnipotentis desiderio semper arserit, eamque augeri summe

« studio majoris gloriæ Dei »

PER AA.
ROTÆ.

A

summisque laboribus curaverit, tam in reformatione istius Ordinis illiusque propagatione, quam in mirabili doctrina librorum quos conscriptos reliquit, ac in omnibus aliis suis actionibus et virtutibus heroicis, quibus semper præluxit, ad maiorem gloriam Dei et utilitatem animarum, non querens quæ sua erant, sed quæ Jesu Christi. Quod ipsa in Relatione suæ vitæ dixit his verbis : « Videtur mihi » honorem meum consistere in eo quod Dominus » noster laudetur, et reliqua omnia parvipendo. » Ipse enim conscius est quod nec honorem nec » vitam nec gloriam nec bonum aliquod corporis » vel animæ volo, nec desidero nisi Dei omnipotentis gloriam. » Quod etiam monstravit affectio quæ animum ejus vehementer cruciabat e multitudine hæreticorum, et ardens desiderium quo erga illorum conversionem flagrabat, et continua sollicitudo qua pro prædictis semper Deum precibus exorabat, ut ipsius Dei gloria magis augeretur; sæpeque hoc idem suis monialibus valde commendabat, et ad hunc finem Deum illas in unum congregasse monebat : ut ex doctrina suorum librorum multis in locis constat.

*e curâ ac voto
faciendi semper perfectissima.*

B

1221 Quarto, accedunt prædictis efficax propositum curaque continua sui ipsius suarumque actionum et cogitationum, quam habebat non offendendo Deum sibi adeo dilectum, nedum culpa veniali et levi, verum nec actu aliquo minoris perfectionis. Ex quo processit illud votum rarum ac notatu dignum quod emisit, nempe semper agendi quod inter multa quæ illi occurrerent, gratius et acceptius Deo sibi videretur : ita ut per talem voti emissionem non solum voluerit quod placitum esset Deo adimplere, quod amoris istius magnum signum fuisset, juxta illud Joannis cap. 14 : « Si quis diligit me, sermonem meum servabit » ; sed etiam, tanquam illa quæ inter istas amoris flammæ ardebat, voluerit et quod perfectius et quod Deo acceptius judicaret, illud exequi et ad id voto se astringere. Quod et Deo fideliter reddidit, præ nimio amore quo illum propter se ipsum prosequabatur; ut totius vitæ ipsius cursus probat, et affirmat in remissoriali Abulensi testis quadragesimus nonus, fol. 355, et quinquagesimus primus testis, fol. 404, et quinquagesimus quintus, fol. 454, omnes super art. 58.

ex intenso dolore de Christi absentia.

C

1222 Quinto, quo istius amoris divini in Beata Teresia fortissima vis ostenditur, est molestia gravis quæ ob Christi absentiam cor ipsius tanquam sagitta transfixum affligebat, et ex qua animam exhalare sibi videbatur, ita ut voces (amoris signa), cum absentiae dolorem ferre non posset, ederet. Sic probant in remissoriali Abulensi testis quinquagesimus primus, fol. 412, et testis quinquagesimus quintus, fol. 458, super art. 74; et in remissoriali Toleti septimus testis super art. 72, fol. 1694, et in compulsoriali etiam Toleti primus testis super art. 5.

ex extasibus.

1223 Sexto, signum istius heroici amoris in Beata Teresia desumitur ex eo quod sæpe ex ejusdem divini amoris impetu ecstasim passa fuit, ut infra dicemus latius. Pro nunc sufficiat illud quod contigit ei Salmanticae, cum audiret canticum de Christo amatorium, et Toleti, dum matutinas preces persolveret. Utrouque enim prædicto amoris impetu extra se rapta fuit. Hoc probant testis quadragesimus septimus super 10 in secunda parte remissorialis Salmantini, fol. 626, et testis centesimus super tertio, fol. 1029, et testis centesimus secundus super eodem articulo, fol. 1063; et in compulsoriali Toleti primus testis super 2, fol. 17.

1224 Septimo, prædicta confirmantur ex multi-

plici fomento quo Christus in ancilla sua flammam vehementer ardentem multo amplius excitavit. Prout quando misit Angelum vultu decorum, qui jaculo ignito illius viscera trajecit et ineffabili amore aestuantia reliquit : ut probant testis quadragesimus nonus in remissoriali Abulensi super 13, fol. 373, et testis quinquagesimus primus, fol. 399, et testis quadragesimus secundus super 3, fol. 244; et ipsamet Beata Teresia illud confirmat in libro suæ Vitæ, cap. 29, fol. 230; et ut ibidem, fol. 364, eadem scriptum reliquit quod Christus ipse ei manum dexteram porrigens dixit : « Aspice clavum hunc, qui te sponsam meam ex » nunc fore significat. Honorem deinceps meum » quæres, non modo ut Creatoris, Regis ac Dei tui, » sed ut vera sponsa mea. Jam meus honor tuus, » tuusque meus est. » Quæ verba incredibile divini amoris Seraphici incendium in corde Beatæ Virginis Teresiæ excitarunt. De qua certe, his et aliis divinis favoribus et gratiis necnon tot virtutibus heroicis condecorata et illustrata, loqui videtur D. Gregorius, homilia 34 in Evangelia, dicens : « Sunt nonnulli qui supernæ contemplationis facibus accensi, in solo Conditoris sui desiderio » anhelant, nihil jam in hoc mundo cupiunt, solo » æternitatis amore pascuntur, terrena quæque » abjiciunt, cuncta temporalia mente transcendunt, » amant et ardent, atque in ipso suo ardore re » quiescunt; amando ardent, loquendo et alios » accendunt, et quos verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi » Seraphim dixerim, quorum cor in igne conversum lucet et urit? Quia et mentium oculos ad » superna illuminant, et eos compungendo in fletibus vitiorum rubiginem purgant. » Hæc D. Gregorius.

*e stupendis
Dei in anima
ejus operationibus.*
D

E

1225 Octavo, quod apertissime amorem Dei inestimabilem erga suam sponsam Teresiam arguit, fuit impetus amoris ultimus et maximus, quem morti proxima sensit; ex quo potius quam ex vi morbi se obuisse revelavit ipsa pro consolatione suarum monialium Matri Catharinæ a Jesu, priorissæ conventus oppidi de Veas, mulieri spectabilis virtutis, quæ suo Patri Provinciali ac confessorio hanc revelationem enarravit : ut affirmant tres testes de auditu a prædicto Patre Provinciali, videlicet in 1 part. remissorialis Toleti primus testis, fol. 441, et tertius testis, fol. 445 a tergo; et in 4 part. vigesimus primus testis, fol. 1931, addens quod ultra quod hoc dixit prædictus Provincialis in conventu Albæ, etiam scripserunt moniales dicti conventus de Veas : affirmatque præfatus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis in sua historia, lib. 2, cap. 39, fol. 291; ubi aliqua verba Beatæ Teresiæ hoc idem comprobantia tradit.

*ex impetu
amoris quæ
morta est.*

F

1226 Articulus sextus. Ratio diligendi proximos est ipse Deus, juxta D. Thom. 2. 2, quæst. 25, art. 1. Unde, cum articulo præcedenti demonstravimus Beatam Teresiam Deo perfectissime per charitatem adhæsisse, videtur etiam in proximos perfectissimam charitatem habuisse. Quod ex sequentibus facile constabit. Primo, quia, si probatum reliquimus ardentissimum amorem Beatæ Virginis Teresiæ erga Deum, ex eo necessario inferitur observantia præceptorum illius, juxta illud Joannis supra relatum cap. 14 : « Si quis diligit me, sermonem meum servabit. » Unde, et cum inter alia præcepta illud sit maxime a Deo commendatum quod quis diligat proximum suum sicut se ipsum (Matth. 22), sequitur hoc præceptum ad unguem observasse Beatam Teresiam.

*Heroicam ejus
in proximos
caritatem arguunt caritas
in Deum.*

1227 Secundo, idem comprobatur ex immenso salutis

zelo salutis
proximorum.

A salutis proximorum desiderio, quo illos Deo conciliare et hæreticos maxime ad ipsum convertere optavit; quæ propria charitatis nota est. Ut enim dicit S. Thom. 2. 2, quæst. 25, art. 1, hoc debemus diligere in proximo, ut in Deo sit. Quod quam excellenter præstiterit Beata Teresia, qualemque animum quasi apostolicum in proximorum salute procuranda ostenderit, vitamque propriam animarum salutem dicaverit, probant testis vigesimus tertius, ipsius confessarius, in prima parte remissorialis Toleti, fol. 146, et tertius testis, fol. 503; et in remissoriali Abulensi testis quadragesimus secundus, fol. 249, et testis quadragesimus septimus, fol. 311, et quadragesimus octavus testis, fol. 325, et testis quadragesimus nonus, fol. 370, omnes super art. 79; et in compulsoriali Abulensi decimus testis, Pater Julianus de Avila, ejus confessarius, fol. 212 et fol. 214 a tergo.

Ordinis Carmelitici reformatio.

B 1228 Tertio, idem petitur ex adductis in præcedentibus articulis circa reformationem istius Religionis et illius propagationem et monasteriorum erectionem, suos suarumque filiarumque labores, pœnitentias et orationem continuam, quibus ad majorem gloriam Dei, salutem animarum pereuntium, et maxime hæreticorum, zelo charitatis ardentissimo inflammata semper curavit: ut probant supra proxime relati, uberrimos fructus in Ecclesia Dei ex hac sic reformata Religione, tam Monialium quam Fratrum, vitæ exemplo ac doctrina subsecutos fuisse ac in dies sequi affirmantes. Et comprobatur ab eventu quamplurimum animarum, quas ipsa Beata, dum vixit, suis orationibus efficacissimisque persuasionibus, et ab æterna damnatione et a purgatorii pœnis liberavit: ut in compulsoriali Abulensi probant secundus testis super 2, fol. 154, dicens se scire Beatam Teresiam, medianibus suis orationibus, verbis et salutaribus consiliis, duas personas nobiles, virum et fœminam, in peccato cum scandalo per aliquod tempus perseverantes, ab illo peccati et scandali actu avertisse; et decimus testis, confessarius illius, fol. 214; et in compulsoriali Toleti decimus testis, P. Ægidius Gonzalez de Avila Societatis Jesu, etiam ipsius confessarius, fol. 77, sic ait: « Charitatem autem » illius scit iste testis in pluribus casibus particulis, nempe in religiosis perditis quos reduxit, » et in aliis animabus valde semotis et deviis. » Et ipsa in Relatione suæ vitæ, cap. 38, plura ejusmodi refert, et late ex prædictis historiis supra relatis constat.

lacrymæ ab
mortem viro-
rum apostoli-
corum.

C 1229 Quarto, argumentum in comprobationem prædictorum petitur ex lacrymis et dolore summo quo torquebatur, si aliquis egregius salutis animarum operarius e vita migrasset: quia illius morte (dicebat ipsa) proximorum adjutor et Ecclesiæ defensor deficiebat. Prout evenit in obitu sanctæ memoriæ Pii V, et viri illius apostolici Patris Joannis Avilæ: ut probant in remissoriali Abulensi testis quadragesimus nonus super 79, fol. 370, et in 4 parte remissorialis Toleti testis sextus, fol. 1681, super eodem art. 79.

consuetudo
solandi afflic-
tos.

1230 Quinto, idem elicitur a consuetudine solandi afflictos. Ut cum Burgis in hospitali quodam moraretur, maxima charitate ægrotos visitare eisque favere consuevit. Quod et in aliis occasionibus plurimis afflictionum corporalium et spiritualium, tam suarum monialium quam aliorum, sæpius assuevit facere: ut probant in compulsoriali Abulensi quintus testis super art. 9, fol. 166, et in remissoriali Abulensi sexagesimus testis super articulo 79, fol. 449.

elemosynæ.

1231 Sexto, prædictis accedat erogatio libentis-

sime facta elemosynarum. Et inter multa illud memorabile est, quod, cum Toleti pauperem nudis brachiis incedentem vidisset, detractas sibi manicas ei largita est, imitata Sanctum Martinum, qui parte propriæ chlamydis inopem contexit: ut deponit in compulsoriali Abule si sextus testis super 4, fol. 170, quæ erat socia Beatæ Teresiæ; et in 1 part. remissorialis Toleti vigesimus tertius testis, fol. 146, super 79.

PER AA-
ROTE.

D

1232 Septimo, hocmet confirmat (et tanto dignius laude dignoscitur quanto perseverantius est) propositum illud quo in animo suo decrevit nullum transigere diem sine peculiari aliquo charitatis actu proximis impenso. Quod adeo fideliter observavit, ut, si forte interdum occasio prædicti propositi exequendi non se obtulisset, noctu, cum moniales a choro vel alio loco egrederentur, eis lucernam præferret, ne occasionem illam exercendi charitatem in proximos illo die amitteret: ut probant in remissoriali Abulensi testis quadragesimus secundus, fol. 249, et testis quadragesimus septimus, fol. 311, et testis quadragesimus octavus, fol. 325, omnes super art. 79.

exercitium ca-
ritatis quoti-
dianum.

1233 Octavo, idemmet petitur a singulari dilectione inimicorum et persecutorum. Non enim defuerunt (divina permissione) multi, et inter illos viri gravissimi, quorum persecutionibus Beatam Teresiam Deus tentavit et tanquam in fornace ignis probavit. Quos nihilominus affectu, verbis et operibus propter Deum dilexit, quod pertinet ad perfectionem charitatis (ut tradit D. Thom. dicta q. 25, art. 8), illisque omnia bona opera impendere curabat, et de illis in sua præsentia detrabi non permittebat; quin potius illorum defectus, quantum poterat, excusabat, et illos suis precibus Deo commendabat, exemplo Beati Protomartyris Stephani, qui (ut ait S. Augustinus, sermone 2 de Beato Stephano) « cum lapidaretur, non solum non expe- » ctabat de persecutoribus reportare vindictam, » sed eis potius a Deo veniam postulabat. » Novit igitur Beata Teresia (sicut de isto Sancto canit Ecclesia) pro persecutoribus exorare Dominum nostrum Jesum Christum: ut probant in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 364, et testis quinquagesimus quartus, fol. 440, super art. 68; et in compulsoriali etiam Abulensi testis octavus super 4, fol. 176, et testis nonus super 5, fol. 184. Quod adeo verum et notum fuit ut Reverendissimus Dominus Alvarus de Mendoza, episcopus Abulensis, dicere soleret, quod, ut aliquis a Beata Teresia amaretur, medium efficax erat ei injuriam vel damnum aliquod inferre: ut deponunt in remissoriali Abulensi testis septuagesimus primus, fol. 209, et quinquagesimus quartus, fol. 440, super art. 68; et in compulsoriali Toletano primus testis super 8, fol. 163.

dilectio inimi-
corum.

E

F

§ LXII. De ejus virtutibus cardinalibus, et circa solemnia Religionis vota.

Articulus septimus. Prudentia de qua agimus, est illa vera et perfecta quæ ad bonum finem totius vitæ recte consiliatur, judicat et præcipit: ut notat D. Thom. 2. 2, q. 47, art. 13 in corpore, versu « Tertia autem », ubi dicit hanc solam simpliciter dici prudentiam, et reperiri in justis, non vero in peccatoribus. Et istius est invenire medium virtutum moralium; ipsaque ad communia omnia laudabilem

Eximia Tere-
siæ prudentia
liquet.

PER AA.
ROTE.

A

dabilium actionum principia cognoscenda et ad earum circumstantias dijudicandas lucem subministrat, cæterisque virtutibus in his quæ ad earum finem idonea sunt diligendis contrariisque repudiandis opitulatur: juxta eundem D. Thom. dicta q. 47. Quam virtutem tanquam valde necessariam commendavit Dominus noster Jesus Christus Discipulis suis, quando illos misit ad prædicandum, dicens: « Ecce ego mitto vos sicut oves in medio » luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes » et simplices sicut columbæ » (Matth. cap. 10). Quantum vero idem Dominus noster, mittens Beatam Teresiam sicut ovem in medio luporum, hoc est in medio multarum contradictionum, difficultatum et periculorum, obire diversas provincias, pro erigendis monasteriis et propaganda Reformatione istius Religionis, illam hac prudentia munierit, ex sequentibus patebit.

*et cæterarum
virtutum ejus
excellentiæ,*

B

1235 Primo, bene in Beata Teresia ista perfecta prudentiæ virtus desumitur ex cæteris virtutibus quibus a Deo omnipotenti in excellenti gradu ornata fuit; ut ex toto illius vitæ decursu et ex superius adductis et infra dicendis clare probatur. Ad quarum virtutum assecutionem cum medium necessarium attigerit per convenientem dispositionem (quæ proprie est prudentia, juxta D. Thom. q. 47, art. 7), sequitur necessario Beatam Teresiam istam divinam prudentiam habuisse, cum per illius medium et dispositionem cæteras virtutes assecuta fuerit.

*et modo quæ
Reformatio-
nem suam
inchoavit et
perfectit,*

C

1236 Secundo, hoc deprehenditur ex prudentia qua inchoavit opus istius novæ Reformationis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, adhibita matura consideratione præsentium et futurarum rerum quæ evenire poterant, prævidendo contradictiones contradictoresque plurimos vel specie pietatis vel prudentiæ futuros; ut revera illos invenit qui valide ipsi (cum bona tamen intentione) adversati sunt. Nihilominus Beata Teresia, quæ omnia prædicta præviderat ab initio, tanta prudentiæ dexteritate opus istud aggressa est, ut, mediis efficacibus inventis et summis difficultatibus superatis, finem quem optaverat, obtinuerit: ut probant in compulsoriali Abulensi decimus testis, confessarius, fol. 195; et in 1 p. Toleti vigesimus tertius testis, confessarius, fol. 144; et in compulsoriali Salmantino primus testis super tertio, fol. 266; et in remissoriali Abulensi testis quartus, fol. 282, et alii. Ad quem effectum ita se habebat cum principibus et aliis viris gravissimis quos pati solebat adversarios, ut primo colloquio cum illis habito ita illos convinceret ut eosdem postea fidelissimos adjuutores et defensores haberet: ut deponunt in compulsoriali Abulensi quintus testis super 5, fol. 184, et testis decimus, fol. 213; et in 3 p. Toleti nonus testis super 3, fol. 1419; et in 4 part. testis septimus, fol. 1697.

*et conditis ab
eâ constitutioni-
bus,*

1237 Tertio, fundamentum summæ prudentiæ Beatæ Teresiæ elicitur ex legibus seu constitutionibus quas tulit ad istius Religionis regimen et gubernationem, adeo prudentes ut ex illis facile dignosci valeat illam divino lumine in illis condendis fuisse illustratam. In quibus inter alia illud valde notandum est (et de quo etiam sapientissimi viri mirantur), nempe illa temperies suavitatis et austeritatis qua istam Reformationem instituit: ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 343, et testis quinquagesimus primus, fol. 552; et in 1 p. Salmantini quadragesimus primus testis, fol. 521, et testis quadragesimus secundus, fol. 540, et testis quadragesimus tertius, fol. 559, omnes super articulo 25; et in secunda parte testis centesimus vigesimus primus, fol. 1230;

et in eodem remissoriali Abulensi testis quinquagesimus primus, fol. 420, et testis quinquagesimus quartus, fol. 440: omnes isti ultimi super art. 70. Et comprobatur Reverendissimus Episcopus Tirasoenensis, lib. 2, cap. 38, in quo constitutiones præcipuas a præfata Beata Teresia suis monialibus traditas fideliter refert.

*et consiliorum
ac judiciorum
in opus deduc-
tione,*

1238 Quarto, hæc eadem divina prudentia Beatæ Teresiæ dignoscitur ex eo quod (ut notat D. Thom. dicta quæst. 47, art. 8) præcipere est actus prudentiæ consistens in applicatione consiliorum et judicatorum ad operandum. Quo actu præcipiendi, quæ in suis constitutionibus consulerat et quotidie in suis admonitionibus animadvertibat, Beata Teresia mirifice usa fuit, dum vixit ac suarum monialium monasteria rexit et Fratrum cœnobita direxit, adeo ut tanquam quoddam cœleste oraculum sæpiissime a prælatis consuleretur: ut probant in 1 p. remissorialis Salmantini testis trigesimus septimus, fol. 448; et in remissoriali Abulensi testis quadragesimus nonus, fol. 365, et testis quinquagesimus primus, fol. 410, et testis quinquagesimus quartus, fol. 440, omnes super articulo 70; et in compulsoriali Toletano primus testis super 6, fol. 561.

E

*et dono consilii
quo prædita
fuit,*

1239 Quinto, argumentum istius mirabilis prudentiæ Ancillæ Dei Beatæ Teresiæ desumitur ex dono consilii quo fuit prædita, quod (juxta S. Thom. 2. 2, q. 52, art. 2) prudentiam adjuvat et perficit. Et in ista Sancta Virgine istud donum consilii satis deprehenditur ex illius responsis in rebus difficillimis et in monitis plane divinis verbo et scripto datis; quorum pars impressa circumfertur et in admiratione habetur: ut deponunt in secunda parte remissorialis Toletani primus tertis, episcopus Calagurritanus, illius confessarius, fol. 644; et in remissoriali Abulensi testis quinquagesimus quartus, fol. 440; et in remissoriali Salmantino testis trigesimus septimus, fol. 448, et testis centesimus vigesimus primus, fol. 1230, omnes super art. 70; et in compulsoriali Abulensi decimus quintus super 3, fol. 341.

*Perfectissima
ejus justitia
elucet in im-
mensa erga
Deum et pro-
ximum carita-
te,*

1240 Articulus octavus. Justitia, quantum est una ex quatuor virtutibus cardinalibus, dividitur a D. Thom. 2. 2, q. 58, art. 5, et q. 61, art. 1, in legalem, distributivam et commutativam. Legalis autem est per quam omnium virtutum actus ad bonum commune ordinantur; distributiva dirigit distributionem communium honorum in partes reipublicæ; commutativa vero dirigit mutuos actus inter privatas personas: idem Sanctus Doctor, dicta q. 61, art. 1. Quam virtutem perfectissimam in Beata Teresia reperiri probant sequentia. Primo, hoc docet ardens et immensa dilectio et charitas, quam habuit in Deum et proximum, prout efficaciter jam supra ostendimus. Et cum juxta Apostolum (Rom. 13) « Plenitudo legis sit dilectio », necessario dicendum est Beatam Teresiam, quæ plurimum dilexit, exacte et perfecte legalem justitiam coluisse.

F

1241 Secundo, idem desumitur ex timore filiali quo illa semper legis et mandatorum Dei transgressionem exhorruit. Quod adeo verum est, ut, quamvis ipsa culpas suas in Relatione suæ vitæ exaggerarit (quod profundam humilitatem arguit), nunquam tamen peccatum lethale commisisse, sed nuptialem gratiæ vestem in Baptismo susceptam fidelissime custodisse credatur, ut opera quæ fecit ab incunte ætate, devotio quam habuit, timor Dei et odium peccati quibus semper fuit munita, amor divinus quo exarsit, virginalis castitas, consilia quæ dedit, opus istius Reformationis quod perfectit, verba

*in castissimo
Dei timore,*

A verba quæ semper de Deo fecit, scripta quæ reliquit, cæteræque ipsius virtutes et actiones piæ et excellentissimæ in progressu totius vitæ, satis denotant. Et deponunt in prima parte remissorialis Toletani vigesimus tertius testis, ipsius Beatæ Teresiæ confessarius, dicens quod in tota vitâ ipsius non fuit visa macula aliqua peccati mortalis in ea; et in secunda parte remissorialis Toletani primus testis, episcopus Calagurritanus et confessarius, fol. 642 et fol. 636; et in remissoriali Ahulensi testis quadragesimus octavus, fol. 322, et alii plures: et tradunt Reverendissimus Tirasonensis et R. P. Franciscus de Ribera, in historia quam scripserunt de vitâ istius Beatæ.

in voto facien-
di semper per-
fectissima,

1242 Tertio, idem comprobatur ex illo raro quodam voto, divinitus (ut creditur) inspirato, quo in superiorum suorum manibus promisit se nunquam consulto peccatum veniale vel imperfectionem cognitam commissuram, sed in omnibus quod perfectius et Deo gloriosius esset quæsituram: ut superius in art. 5 de charitate in Deum diximus, et deponunt iidem testes proxime supra adducti. Ex quibus merito inferri valet illam quæ sic se ipsam adstrinxit, longissime a legis transgressione abfuisse.

in accuratissi-
ma regularum
sui Ordinis
observatione,

B 1243 Quarto, hocmet suadet ex illa accuratissima observantia regulæ suæ Religionis, cui ipsa in victu et vestitu cæterisque omnibus deditissima fuit usque ad mortem. Cui cum propinqua esset, monialibus instantibus ut in illa hora eas aliquid moneret, quod illarum cordibus impressum maneret, ipsa Beata Teresia nihil aliud respondit nec illis magis commendavit quam observantiam regulæ et constitutionum: ut deponunt in 1 p. remissorialis Salmantini testis quadragesimus primus, fol. 528, et testis 44, fol. 583, et in 2 p. testis quinquagesimus primus, fol. 696, omnes super art. 94. Unde, cum ex D. Thom., dicta q. 58, art. 6, justitia legalis in principe sit quasi architectonice, in subditis vero quasi administrative, videtur merito posse inferri in Beata Teresia quasi architectonice istam justitiam legalem fuisse, cum vivens ac moriens exemplis et verbis subditas suas ad legum et constitutionum custodiam impulerit.

in distributio-
nis officiorum
inter suas mo-
niales,

C 1244 Quintum argumentum distributivæ justitiæ quam etiam habuit Beata Teresia, desumitur ex officiis quæ distribuit in sua Religione, quibus, omni ratione humana et acceptatione personarum neglecta, semper præfecit moniales quas aptiores judicavit; nec per modicum tempus toleravit quas inutiles vidit, ne communi bono nocerent: ut deponunt in compulsoriali Toletano primus testis super 7, fol. 162, et in compulsoriali Salmantino sextus testis super 4, fol. 294. Quod servavit in acceptandis ad Religionem absque respectu carnis aut sanguinis, illudque aperte monstravit in repulsa cujusdam neptis suæ, quæ jam fuerat habitu Religionis induta, quam cum ineptam Religioni censeret, ab illa expulit, non obstantibus enixis precibus monialium pro illius retentione, ut in prædictis historiis vitæ istius Beatæ legitur.

in exequendis
contrariis
solventisque
debitis.

1245 Sexto, argumentum pro justitia commutativa desumitur ex omnibus contractibus per Beatam Teresiam celebratis in foundationibus monasteriorum, et solvendis debitis, in quibus justissime egit, nec cuiquam occasionem querelæ dedit, ut ex ipsius vitæ Relatione et ex libris Foundationum monasteriorum apparet. Ex quibus omnibus, et cæteris virtutibus quibus Beata Teresia præstitit, potest jure optimo inferri justitiam habuisse: non solum quatenus ipsa significat aggregatum quoddam ex his omnibus quæ hominem coram Deo

justum efficiunt (quæ justitia Christiana appellatur, juxta illud D. Pauli ad Rom. 6: « Liberati a » peccato, servi facti estis justitiæ »), verum etiam perfectissimam justitiæ virtutem, et ex illarum genere quas dixit D. Thom. 1. 2, q. 61, art. 5, esse Beatorum vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.

1246 Articulus nonus. Secundum D. Thom. (quem in ista materia virtutum secuti sumus), 2. 2, q. 123, fortitudo est tertia virtus cardinalis, animum in gravibus et maximis periculis firmans, cohibens timorem, audaciam vero moderans. Juxta quam moderationem audaciæ, aggredi pertinet ad fortitudinem, sustinere autem, id est immobiliter sistere in periculis, pertinet ad repressionem timoris, et hic est principalior actus fortitudinis, juxta eundem D. Thom. ubi supra, art. 2, 3 et 6. Quod autem Beata Teresia hac fortitudine mirabili fuerit munita, ex sequentibus convincimur.

Invicem us-
tendit fortitu-
dinem

1247 Primo, ex eo quod in bono quod incepit ab ineunte ætate in servitio Dei, usque ad mortem perseveravit, cum ingenti indies incremento, et imminetia pericula evadens; ut ex tota serie illius vitæ clare apparet. Quam perseverantiam seu firmitatem vocat fortitudinem D. Thom. 2. 2, q. 139, art. 1, donumque Spiritus Sancti. Et magis specialiter ista perseverantia considerari valet in opere ab ipsa inchoato ingressus Religionis, emissionisque professionis in illa, et postea in aggressionem Reformationis hujus Religionis, illamque ad finem perducendo, et in illa tandem virtutibus clara spiritum suum Deo reddendo, et tanquam fortis athleta dimicando pro gloria Dei et pro regno illius consequendo. Quod cum (juxta Sanctum Matthæum cap. 11) vim patiat, et violenti rapiant illud, Beata Teresia sua fortitudine et perseverantia hanc vim regno cælorum intulit, et eadem fortitudine violenter illud rapuit.

perseverando
in servitio Dei
usque ad mor-
tem,

1248 Secundo, idem elicitur ex erectione primi monasterii in civitate Abulæ, ubi pericula, tumultus et graves indignationes imminabant; prout in effectu evenerunt (tota enim civitas commota fuit), quibus se ut firmissimum murum opposuit, ut sanctum opus ad Dei gloriam perficeret. Prout etiam in reliquorum monasteriorum foundationibus, præsertim in illa Hispalensi, pericula et difficultates gravissimæ non defuerunt, quas omnes ista Virgo fortis virili animo superavit: ut deponunt in prima parte remissorialis Toletani primus testis, Reverendissimus Episcopus Calagurritanus, super art. 50, fol. 604, et episcopus Tirasonensis, fol. 730 et 736, et episcopus Segoviensis, super art. 65, fol. 806; et in 1 p. ejusdem remissorialis Toletani testis vigesimus tertius Madriti super 66, fol. 144; et in 1 p. remissorialis Salmantini testis trigessimus septimus super 65, fol. 445; et in compulsoriali Ahulensi decimus testis, fol. 191 et 194 et 215.

superando
omnimodas in
monasteriis
erigendis diffi-
cultates,

1249 Tertio, hoc idem comprobatur ex quodam forti et intrepido animo, quo viros gravissimos et suo sancto intento adversos alloqui pro Religionis negotiis gerendis assuevit. Ut contigit Toleti, ubi ex eadem causa graviter egit cum gubernatore archiepiscopatus, D. Gomesio Tello Giron, qui, ob contradictionem aliquorum, in dando licentiam ad inibi fundandum monasterium se difficilem reddebat; quem nihil verita corripuit, exponendo se periculo temporali quod sibi evenire poterat, et sequendo illud Matth. 10: « Nolite timere eos qui occidunt » corpus: illum Beata Teresia allocuta fuit his verbis: « Intolerabile est quod illi qui in deliciis » degunt, velint impedire pauperulas quasdam mo-
71 niales,

intrepido po-
tentes adver-
sarios allo-
quendo,

PER AA.
ROTE.

A

» niales, quæ nihil aliud prætendunt nisi cum omni
» rigore et clausura, consilia evangelica servan-
» tes, Deo inservire. Considera quanta civitas hæc
» posset amittere, si hæc non exequerentur; deni-
» que quod de hujusmodi impedimento redditurus
» sis Deo rationem. » Et alia similia verba illi
dixit, tali scilicet vi spiritus et efficacia ut ab eo
statim licentiam impetraverit; ut ipsa in libro Fun-
dationum scripsit, et deponunt in prima parte
remissorialis Toletani nonus testis super art. 33,
fol. 30, et in remissoriali Abulensi quadragesimus
nonus testis super eodem art., fol. 346, et in se-
cunda parte remissorialis Salmantini quadragesimus
septimus super eodem articulo, fol. 623, et in com-
pulsoriali Abulensi decimus testis, illius confessar-
ius, fol. 204.

caecodæmonem
devincendo,

1250 Quarto, idem comprobatur ex eo quod
S. Petrus Apostolus Epist. 1 canonica, cap. 5, nos
admonet, dicens: « Vigilate, quia adversarius
» vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit
» quaerens quem devoret: cui resistite fortes in
» fide. » Et cum Beata Teresia bene cognosceret
astutias istius communis inimici, vigilavit ipsique
se opposuit, illiusque tentationibus ita fortiter in-
fide restitit ut illum omnino devicerit, pugnando
viriliter contra ipsum, dum vixit, induta armatura
Dei, mediantibus operibus charitatis, justitiæ et
humilitatis cæterarumque virtutum, quas mirabi-
liter (ut dictum est) exercuit; quin et mediante ista
Reformatione et monasteriorum erectione, tendens
ad hunc finem, ut scilicet diabolus et opera ejus
impugnaret, de illoque quotidianas victorias re-
portaret, relinquendoque in hoc eodem exercitio
filios filiasque quos in Deo generavit, qui fortes ipsi
succederent in hujusmodi pugna: in qua adeo fre-
quenter inimicum superabat, ut mirabili, forti ac
piissimo ausu illum jam ad certamen provocaret,
quasi illum non timens, juxta illud Jacobi 4: « Re-
» sistite diabolo, et fugiet a vobis »; ut legitur in
ipsius Vita, fol. 196, his verbis: « Si ego serva Dei
» sum, quare mihi non aderit fortitudo ad bellan-
» dum contra omnes tartareas potestates? Acci-
» piebam crucem in manu, et vere videbatur
» Deum talem mihi fortitudinem tribuere, ut
» absque timore ullo cum dæmonibus luctari non
» dubitarem. Videbatur enim mihi quod illa cruce
» omnes dæmones facile vincerem, sicque dixi:
» Venite modo omnes, quia cum Serva Dei sim,
» volo videre quid in me possitis. Et absque dubio
» videbatur mihi quod ipsi metuerent me. Et quod-
» dam dominium, vere donatum ab universorum
» Domino, contra omnes illos mihi remansit, taliter
» quod non plures eos quam muscas faciebam »; et
probant in prima parte remissorialis Salmantini
testis trigesimus septimus, fol. 445, et in 2 parte
testis quadragesimus septimus, fol. 631; et in 4 part.
Toletani sextus testis Granatæ, fol. 1679, et septi-
mus testis, fol. 1693; omnes super artic. 65; et in
compulsoriali Salmantino nonus testis super 5,
fol. 185.

pericula forti-
ter subeundo,

1251 Quinto, non minus fortis evasit Beata Te-
resia in periculis corporalibus quantumcunque
gravibus, dum nec adversa valetudo, quam per
plures annos graviter passa fuit, nec paupertas
summa, nec sexus femineus, nec labores itinerum,
quos perpeti in istis foundationibus ut plurimum
ipsi contigit, illam exanimarunt; quia nihil horum
timuit, nihilque ex prædictis potuit ipsam ab opere
inchoato retardare. Prædicta enim omnia adversa
et corporis incommoda fortiter subivit, omniaque
æquo animo superavit: ut deponunt supradicti
testes proxime citati, et specialiter de quodam peri-

culo, cui in difficillimo fluminis transitu, cum Bur-
gos peteret, prima se fortiter opposuit; ut affirmant
prædictus Reverendissimus Episcopus Calagurritan-
us, 2 part. Toletani, fol. 640, et trigesimus testis
in remissoriali Salmantino, fol. 445 a tergo. Et
alius similis casus ei contigit, cum Abula Salmanti-
cam pergeret, de quo supra art. 4. Ex prædictis
patet quam recte possimus Salomoni respondere
nos recte mulierem fortem invenisse, Beatam scili-
cet Teresiam, quam Deus animo virili tanquam
virorum ductricem munivit.

1252 Articulus decimus. Virtus temperantiæ
versatur circa delectationes moderandas, et sic circa
concupiscentias bonorum sensibilium et tristitias ex
illorum absentia procedentes, juxta D. Thom. 2, 2,
q. 141, art. 3. Præsertim tamen consistit in mode-
ratione delectationum gustus, sicque illi est annexa
virtus abstinentiæ, jejunii et sobrietatis. De quibus
D. Thom. 2, 2, q. 146 et 147 et 149. Differt autem
abstinentia a temperantia, quia hæc resecat super-
flua victus, et circa illum ponit ordinem rationis
servandum; abstinentia vero subtrahit de cibo con-
venienti, et quanto magis, tanto erit perfectior:
sobrietas autem versatur circa potum vini. Ita
D. Th. locis supra citatis. Quas virtutes quantum
coluerit Beata Teresia nobis constat, et facile ex in-
fra dicendis apparebit.

Singularis
ejus temperan-
tia probatur

1253 Primo, ex assueta temperantia sive cibo-
rum paritate, qua utebatur: non enim ad panem
aliud præter unum ovum aut paucos pisciculos
adhibere consuevit, quantumvis infirmitate assidua
laboraret. Sic deponunt in remissoriali Abulensi
testis quadragesimus nonus, fol. 360, et in 1 part.
remissorialis Salmantini trigesimus septimus testis,
fol. 434, et in 2 part. testis quadragesimus septi-
mus super 4, fol. 610, et alii. Secundo, idem desu-
mitur a studio et usu mortificationis in cibo sumendo.
Omnia enim quæ gustui placere possent, respuebat:
ut cum quadam die coctum quid manducaret gu-
stui gratum, buccellam ex ore subtraxit; rogataque
cur eo cibo bene condito non vesceretur, respondit
se ob delectationem quam ex prædicti cibi sum-
ptione percipiebat, non fuisse ausam buccellam
illam deglutire: ut deponunt in remissoriali Abu-
lensi quadragesimus nonus testis, fol. 642, et alii.

e paritate ci-
borum et mor-
tificationis
studio in eis
sumendis,

1254 Tertio, hocmet elicitur aperte ex eo quod
quoties ad corporis refectionem accedebat, eique
cibus sumendus erat, toties sibi (ut de Sancto Ber-
nardo legitur) tormentum subire videretur. Sic de-
ponunt in remissoriali Abulensi testis quadragesimus
nonus super art. 62, fol. 360, et in 1 part. remis-
sorialis Salmantini testis trigesimus septimus, fol.
444, et in 4 part. remissorialis Toletani sextus tes-
tis Granatæ, fol. 1678, et septimus testis, uterque
super art. 62, fol. 1691. Quarto, idem probatur ex
lacrymis quas vescens effundere solebat, conside-
rans se corporis alendi necessitati subjectam, ut de-
ponunt testes proxime citati. Quin et pro majori
mortificatione gustus in cibo sumendo consuevit
uti patinis ac scutellis, non solum humilibus, sed
sordidis, repugnantibus naturali inclinationi ipsius
ad munda et nitida, ut deponunt iidem testes. Ex
quibus patet cogitationes quibus Beata Teresia,
dum cibum sumebat, pascebatur, non sinere illam
ex cibo aliquam delectationem percipere.

e modo qua ad
mensam acce-
debat et ac-
cumbat,

F

1255 Quinto, quoad sobrietatem abstinentiæ so-
ciam, quæ corpori et animæ salutifera est, juxta
illud Ecclesiastici 31: « Sanitas est animæ et cor-
» poris sobrius potus. » Hanc virtutem coluisse
Beatam Teresiam clare desumitur ex perpetua vini
fuga et solius aquæ usu: ut deponunt in 3 part. re-
missorialis Toleti octavus testis Vallisoleti super 5,
fol.

e sobrietate et
fidei observa-
tione jejuni-
um.

A fol. 1413, et Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 3, cap. 6. Sexto, prædicta comprobantur a fideli observatione jejuniorum, tam Ecclesiae quam regulæ primitivæ suæ Religionis. Hoc probant in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 360, et in 1 part. Toletani vigesimus tertius testis Madriti, fol. 444, omnes super articulo 62; et in 2 part. Salmantini quadragesimus septimus testis super 4, fol. 620, et alii plures. Quod tanto majoris æstimandum fuit quod illa eodem tempore agrotabat, et juste carnibus etiam juxta regulam, illas ægris permittentem, vesci potuit, et quod jejunia regulæ ecclesiasticis jejuniis plura addita sunt: siquidem a die Exaltationis Sanctæ Crucis usque ad Dominicam Resurrectionis regula jejunium indicit, et præter omnes sextas ferias sunt etiam alia non pauca jejunia per constitutiones imposita. Quæ omnia Beata Teresia ad unguem observavit, et in his omnibus, sicut in aliis mortificationis operibus, se suis perfectissimam perfectionis magistratam præbuit.

*Absolutissima
ejus obedientia
deprehenditur*

1256 Articulus undecimus. Obedientiæ virtus habet objectum superioris præceptum tacitum vel expressum, sicque in illius præceptis obediendo consistit, juxta D. Thom. 2. 2, q. 104, art. 2. Et inter cæteras virtutes morales obedientia primatum tenet; ut notat idem Sanctus Doctor ubi supra, art. 3. Per illam namque voluntas propria, quæ inter suprema bona humana reponitur, abnegatur et contemnitur propter Deum; per alias autem virtutes morales bona exteriora et corporis, quæ inter infima et media bona humana connumerantur, contemuntur. Unde D. Gregorius, lib. ultimo Moralium, cap. 10, dicit « quod obedientia sola » virtus est quæ virtutes cæteras menti inserit et » insertas custodit. Illa namque victimis jure præ- » ponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. » Et hac excellenti virtute Beatam Teresiam adeo fuisse condecoratam ut vera obedientiæ cultrix dici valeat, sequentibus argumentis clare demonstrabimus.

*ex omnimoda
animi subje-
ctione erga
superiores et
confessarios,*

1257 Primo, in hanc sententiam nos induxit illa universalis consuetudo, qua Beata Teresia suis superioribus et confessariis tanquam Deo ipsi obtemperavit, ita ut nunquam eis repugnaret vel difficilem se præbuerit, nec quidquam sine illorum consensu egerit; quod non modo in rebus externis, verum etiam in internis ad animæ directionem spectantibus, fidelissime observavit: ut probant triginta octo testes, et inter illos decem confessarii Beatæ Teresiæ, præcipue in 2 part. Toletani primus testis, fol. 805, et in 1 part. remissorialis Salmantini trigesimus septimus, fol. 441, et in 2 part. testis centesimus vigesimus primus, fol. 1226, et in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 357: omnes super art. 59; et in 1 part. remissorialis Toletani vigesimus tertius testis super art. 58, fol. 142.

*ex obediendi
promptitudi-
ne,*

1258 Secundo, idem desumitur a promptitudine obediendi etiam in rebus difficillimis, ut cum ad jussum confessarii combussit librum quem super Cantica Salomonis conscripserat, mirabili doctrina plenum: ut probant in prima parte remissorialis Salmantini trigesimus septimus testis super 59, fol. 441, et in 2 part. testis quadragesimus septimus super eodem, fol. 427, et in compulsoriali Toletano primus testis, fol. 274. Prout iterum se paratam exhibuit ad exurendum Vitæ suæ librum, quem gravissimorum confessariorum mandato scripsit. Quod sane fecisset, nisi Pater Dominicus Bañez, qui ad tentandam ejus obedientiam illud præceperat, id prohibuisset: ut probant idem Pater

Dominicus Bañez in compulsoriali Salmantino, qui est primus testis, super 4, fol. 268, et in prima parte remissorialis Salmantini trigesimus septimus testis, fol. 441, et in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis Ulisiponæ super 10, fol. 165. Prout et alias, cum ei in suo monasterio Metinæ del Campo commoranti imperatum fuit a quodam superiore, ob quasdam rationes humanas irato, ut statim ab illo monasterio recederet. Cui Beata Teresia non solum in recedendo, verum etiam in statim recedendo obedivit, licet paralysi laboraret, et hora præcepti nocti esset proxima; nihilominus illico ab illo loco recessit. Et licet frigore (nam hiems erat), incommodis et morbis vexata, magnam illius noctis partem in itinere consumpsit, quantumcunque moniales offerrent prædicti præcepti revocationem se impetraturas. Id probant in remissoriali Salmantino supradictus testis trigesimus septimus, et in Abulensi quadragesimus nonus, supra relati, et quinquagesimus quintus testis, fol. 459, omnes super art. 59.

PER AA.
ROTE.

D

1259 Tertio, evidenter apparet de simplici et cæca obedientia istius Beatæ Virginis ex eo quod, cum Christus illi apparere cœpit, et confessarii ad cautelam illi jusserunt ut apparentem signis irrationis (quæ hispanice dicuntur higas) despiceret, id illa ad unguem præstitit; ob quod et a Christo fuit laudata. Hoc probant in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 336, et quinquagesimus primus testis, fol. 399, omnes super duodecimo; et in compulsoriali Toletano primus testis super decimo, fol. 165.

*simplicitate
et cæcitate in
jussis exequendis,*

E

1260 Quarto, hocmet petitur a mirabili æstimatione obedientiæ. Nam cum plures divinas revelationes haberet, nihil revelatum exequatur, nisi a superioribus et confessariis prius approbatum fuisset. Quin etiam si superiores contraria his quæ per revelationem acceperat, præciperent, tam prompte eis parebat ac si nihil revelatum habuisset; dicebat enim se in revelationibus decipi posse, in obedientia vero superioribus reddenda non posse. Quæ quidem sententia quasi cæleste oraculum celebratur, et in praxi illi contigit in oppido de Veas, ubi illi a prælato injunctum fuit ut Hispalim ad monasterium condendum pergeret; quod illa præstitit, licet per revelationem haberet ut potius Madritum peteret. Quod et alias etiam evenit, cum de primi monasterii erectione ageret. Ita deponunt in 2 part. remissorialis Toletani primus testis, episcopus Tirasonensis, illius confessarius, fol. 733, et in 1 part. primus testis, fol. 429, et tertius testis, fol. 472, et vigesimus tertius testis Madriti, confessarius ejusdem Beatæ, super 58, fol. 141; et in prima parte Salmantini trigesimus septimus testis, fol. 441, super articulo 59; et in compulsoriali Toletano decimus testis, etiam confessarius, fol. 75; et in compulsoriali Salmantino quintus testis super 4, fol. 285.

*mirabili obe-
dientiæ æsti-
matione,*

F

1261 Quinto, hoc idem elicitur a raro exemplo obedientiæ, quam ita Beata Teresia coluit, ut, cum Mater esset ac Fundatrix, nihilominus in monasteriis ubi ad tempus morabatur, priorissis, quas ipsa constituerat, tanquam subdita humiliter et prompte obediret, memor Christi, qui Matthæi cap. 20 dicit: « Non veni ministrari, sed ministrare »; et ut in Epistola D. Pauli ad Hebræos, cap. 5, legitur: « Cum esset Filius Dei, didicit ex iis » quæ passus est, obedientiam. » Ita deponunt in remissoriali Abulensi sexagesimus super 59, fol. 490, et in 1 parte Salmantini quadragesimus primus testis super 4, fol. 517, et in 3 parte Toletani quartus testis, super 5, fol. 1397, et septimus testis

*studio pa-
rendi prioris-
sis a se ipsa
constitutis.*

PER AA.
ROTÆ.

A

testis super 5, fol. 149. Ex quibus apparet quantum in hac virtute obedientie Beata Teresia resplenderit, et quam alte ejusdem virtutis solemne votum interius ac exterius obedientie actibus perfectissimis excoluerit, et quam idonea fuerit obedientie magistra, quæ prius et perfectius cepit facere quam docere.

*Castitatem
ejus purissi-
mam exten-
dunt*

1262 Articulus duodecimus. Castitas, ut D. Tho. 2. 2, q. 143, art. 1, docuit, est pars subjectiva temperantiae, hoc est, quædam illius species: estque virtus per quam, ut dicit idem Sanctus Doctor, 2. 2, q. 151, art. 1 et 2, concupiscentia juxta rationis modum castigatur. Quæ virtus maxime grata est Christo, qui ejus candore delectatur, et maxime accedente virtute virginitatis, quæ in genere castitatis dicitur excellentissima virtus, teste D. Thom. ubi supra, q. 152, art. 5; quæ consistit in integritate corporis et immunitate a delectationibus, et magis formaliter in proposito perpetuo a talibus abstinendi: juxta D. Thom. dicta q. 152, art. 1 et 3, ubi docet quod hoc propositum redditur laudabile ex fine, in quantum scilicet fit ad vacandum rebus divinis. Quibus virtutibus Beatam Teresiam mirifice ab omnipotenti Deo in excellenti gradu fuisse condecoratam constat, ut ex sequentibus facile est videre.

B

*aversio quasi
naturalis ab
impudicitia;*

1263 Primo, ex proposito firmissimo, quod ab infantia habuit, perpetuo colendi istam virginalem castitatem, simul cum quodam odio sibi impresso et quasi a natura insito contra quidquid impuritatem verbis aut factis sapere posset, prout eadem Beata Teresia in Relatione suæ vitæ multis in locis de se affirmat; et Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 3 suæ historiæ, cap. 4, optime comprobat, mira in confirmationem istius veritatis et notatu digna adducendo, et Pater Ribera, lib. 1, cap. 7.

*testimonia di-
rectorum ejus
spiritualium;*

1264 Secundo, hoc ipsum comprobant confessarii ejusdem Beatæ: inter quos Pater Rodericus Alvarez e Societate Jesu, admodum spiritualis et sapiens, qui generalem illius Confessionem audivit, dixit quadam die, manu tenens conspicienda, quibus utebatur ob debilitatem visus, adeo esse impossibile quod Beata Teresia turpes cogitationes pateretur, ob singulare Dei privilegium, ac illa ipsa conspicienda quæ ostendebat. Pater quoque Magister Didacus de Yanguas, e gravioribus ac doctissimis Ordinis Sancti Dominici viris, et istius Beatæ confessarius, illam non quovis modo virginem, sed thesaurum virginitatis appellare solebat: ut probant in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 358, et in 1 parte Salmantini trigesimus septimus testis, fol. 442, et in 1 part. Toletani vigesimus tertius testis Madriti, fol. 142, et in 4 part. septimus testis Granatæ, fol. 1690: omnes super 6 art. Unde et idem Reverendissimus Tirasonensis, in dicto c. 4, affirmat quod ipse et omnes qui cognoscebant et tractabant Beatam Teresiam, illam aspiciabant non tanquam personam quæ carne constaret et sanguine, sed tanquam Angelum viventem in hoc mundo absque infectione et macula immunditiæ nostræ carnis. Et ipse notavit et experimento cognovit in ista Sancta, toto tempore quo cum illa tractavit, hoc unum inter alia, quod, quamvis in ipsa omnes virtutes resplenderent, attamen virtus castitatis et puritatis animæ illius clarius manifestabatur in illius vultu illiusque compositione, qua attrahebat ad hanc virtutem illos qui cum ipsa loquebantur et tractabant; taliter quod in facie portaret impressam imaginem castitatis et interioris puritatis.

*immunitas a
tentationibus
carnis;*

1265 Tertio, idem suadet ex eo quod nunquam Beata Teresia tentationes carnis experta fuit illasque omnino ignoravit, particulari gratia et pri-

vilegio Dei: ut idem Reverendissimus Tirasonensis, D ipsius confessarius, ubi supra, testatur. Ex quo non semel evenit quod, cum aliquæ moniales carnis stimulis vexatæ illam pro remedio consequendo consulere, illis respondere soleret aliam personam consulere; se enim in hac materia consilium dare non posse, cum hujusmodi motus, Dei misericordia, nunquam passa fuisset, ac proinde cujusmodi essent, ignoraret. Sic deponunt in remissoriali Abulensi testis quadragesimus nonus, fol. 358, et testis quinquagesimus primus, fol. 405, et testis quinquagesimus quintus, fol. 455, et in prima parte Salmantini testis trigesimus septimus, fol. 442, et in 1 part. Toletani tertius testis, fol. 498, et in 2 p. primus testis, episcopus Calagurritanus, etiam confessarius, fol. 642: omnes super art. 60.

1266 Quarto, idem convincitur ex circumstantiis summæ honestatis, modestiæ, circumspectionis, aliisque similibus, quibus et quoad se ipsam et quoad moniales suas ornata fuit, ita ut castitatis ornatum filiabus suis verbo et exemplo impressisse videatur; ut ex earum moribus et mirabili pudicitia apparet, necnon ex constitutionibus quas pro perfectiori castitatis observantia suis monialibus tradidit: ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 358, et quinquagesimus primus testis, fol. 405; et in 1 p. Salmantini testis trigesimus septimus, fol. 442; et in prima parte Toletani vigesimus tertius testis super 60, fol. 142, et in 4 part. septimus testis super eodem articulo, fol. 1690.

*mirus cum in
ipsa tum in
monialibus
ejus pudicitia
splendor;*

1267 Quinto, perpetuam castitatem et virginitatem istius Beatæ Virginis Teresiæ eundem Dominum nostrum dignatum fuisse comprobare non dubitamus mirabili illius corporis integritate et incorruptione, mirificoque odore et liquore suavissimo, cum quibus hodieque conservatur et colitur, prout in Relatione miraculorum late ostendimus. Quæ quidem videntur quædam præmia, puritati corporis istius Sanctæ Virginis Teresiæ correspondentia.

*corporis post
mortem incor-
ruptio, odor et
liquor;*

1268 Articulus decimus tertius. Divi Ambrosius et Hieronymus (quos refert et sequitur D. Thom. 2. 2, q. 19, art. 12 in corpore) dicunt quod paupertas spiritus est abjectio temporalium rerum, quæ fit spiritu, id est, propria voluntate per instinctum Spiritus Sancti. Et hinc est paupertatem istam esse virtutem pertinentem ad temperantiam: nam abdicatio rerum temporalium velut abstinentia quædam est ab iis quæ nocere possunt animæ. Quantum vero ab ipsis temporalibus bonis Beata Teresia ad imitationem Christi abstinerit, quantumque excellenter istam virtutem paupertatis spiritus amaverit colueritque, sequentia demonstrare facile valent.

*Excellentis
paupertatis
ejus indicia
sunt*

1269 Primo, hoc desumitur ex solemni voto paupertatis, quod in emissionem suæ primæ professionis in manibus superioris voluntarie fecit, et ex illo quod postea ad majorem perfectionem sub primitiva regula emisit, illorumque strictissima observantia, quam verbis et operibus semper demonstravit, dum dicere solebat paupertatem esse quoddam bonum continens in se omnia bona mundi, et quod pauperem se non habebat, nisi quando sibi aliquid necessarium deficiebat: ut in 1 part. remissorialis Salmantini deponunt testis trigesimus septimus super art. 61, fol. 443, et alii plures.

*vota circa
hanc virtutem
emissa;*

1270 Secundo, operibus ac doctrina Beata Teresia idem confirmavit, quatenus non solum in suis constitutionibus hanc paupertatem spiritus monialibus summe commendavit, et easdem summo studio

*regula de ea-
dem scripta et
in opus dedu-
ctæ;*

A studio ad amorem et observantiam ejus in communi et in particulari retinendam vehementer hortata fuit; ut deponit in 1 p. Toletani vigesimus tertius testis, fol. 443, et quadragesimus primus testis, fol. 524, et in remissoriali Abulensi testis quadragesimus nonus, fol. 360, et alii: sed hoc idem docuit in erectione suorum monasteriorum absque annuis redditibus, spe in Deo tantummodo collocata; ut in 2 p. remissorialis Toletani deponunt primus testis, episcopus Calagurritanus, super 61, fol. 642, et in Salmantino proxime relatus testis trigesimus septimus super eodem, et alii plures usque ad triginta quinque testes.

labor manuum,
victus
spiritualis
vilitas.

1271 Tertio, idem comprobatur ex labore manuum suarum, quo ad imitationem Divi Pauli necessaria parabat: ut deponunt in 1 p. Toletani vigesimus tertius testis super 61, fol. 143, et in 1 p. testis quadragesimus nonus, fol. 670, et in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 360, et testis quinquagesimus primus, fol. 406. Quarto, idem elicitur ex paupere victu et lecto quibus utebatur, et ex vilitate vestium, quam tanti ipsa fecit, ut, si aliquam monialem vilioribus vestitam videret, cum illa vestes commutaret: ut deponunt in 1 p. remissorialis Toleti vigesimus tertius testis super 61, fol. 143, et in 1 p. Salmantini trigesimus septimus testis, fol. 443, et testis quadragesimus primus, fol. 524, super eodem art. 61, et in remissoriali Abulensi nonagesimus nonus testis super eodem art., fol. 360, et alii plures.

apostolica iter
faciendi ratio.

1272 Quinto, hoc idem deprehenditur ex apostolico modo iter faciendi, cum ad erectiones monasteriorum tenderet, saepe sine pecunia; ita ut necessaria ipsi deessent: ut deponunt in prima parte Salmantini trigesimus septimus testis, fol. 443, et in 2 p. quadragesimus nonus testis super 61, fol. 670, et alii. Prout etiam illi evenit, cum in erectione monasterii Toleti pro se et sociis unum dumtaxat operimentum haberet, et vix cibus necessarius suppeditaretur; quod ipsa summo gaudio passa fuit: ut deponunt in 1 p. Toletani vigesimus tertius testis super 61, fol. 143, et in 3 p. nonus testis Vallisoleti super 8, fol. 148, dicens quod quadam die Sanctissimi Sacramenti, deficiente in conventu alimento, cum non haberent moniales quidquam præter panem, tanta fuit consolatio Beatae Teresiae, ut in gratiarum actionem processionaliter duxerit imaginem Jesu, cantando illi devotas laudes: ut deponunt in 1 p. Salmantini quadragesimus primus testis super 61, fol. 524, et in 2 p. quadragesimus nonus testis, fol. 670, et in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 360, cum aliis.

odium rerum
pretiosarum.

1273 Sexto, prædicta confirmantur ex odio auri et rerum pretiosarum, quod habebat; ut demonstravit, cum a ducissa Albæ quamdam gemmam magni pretii (propter reverentiam ducissæ) accepisset, quam retinere noluit, immo potius statim cuidam ejusdem ducissæ famulae dictam gemmam restituit: ut deponunt in prima parte Toletani vigesimus tertius testis Madriti, fol. 143, et vigesimus quintus testis, fol. 270, et in 3 p. decimus sextus testis Vallisoleti, qui est eadem ducissa Albæ: omnes super 61, fol. 1528; et in 4 p. Toletani septimus testis Granatæ super eodem articulo, fol. 1691.

§ LXIII. De cæteris virtutibus illius.

Articulus decimus quartus. Religio inter finiti-

mas justitiæ virtutes numeratur, quas D. Tho. 2, 2, q. 80, partes justitiæ potentiales appellat, et est quedam virtus per quam homines debitum cultum et reverentiam Deo exhibent: idem Sanctus Doctor, ubi supra, q. 81, art. 1. Aliis virtutibus moralibus præceminet ex propinquiori accessu quem habet ad Deum: juxta sententiam ejusdem Sancti Doctoris, dicta q. 81, art. 6. Et infra, art. 8, docet quod, licet religio et sanctitas essentialiter sint idem, ratione tamen differunt, quia sanctitate mens hominis se Deo applicat, religione vero ei debitum exhibet famulatum in his quæ specialiter ad illius cultum spectant. Quarum Beatam Teresiam perfectissimam se cultricem ostendisse censuimus, ut ex sequentibus demonstratur.

PER AA.
ROTÆ.
Religionis vir-
tutem præcla-
re Teresia
exercuit
D

1275 Primo, hoc desumitur ex actibus religionis interioribus et exterioribus, quibus hæc virtus religionis perficitur, ut notat D. Thom. ubi supra, art. 7, et latius q. 82 et sequentibus, ubi inter actus interiores religionis describit devotionem et orationem. Quorum primus, nempe devotio, est quidam actus voluntatis ad faciendam prompte quæcumque ad Dei servitium et famulatum spectant, ut in dicta quæst. 82, art. 1, notat idem Sanctus Doctor. Quam voluntatem promptissimam ad exequenda quæ ad Dei cultum spectant, habuit Beata Teresia; ut efficaciter docet promptitudo et celeritas in monasteriis fundandis, et sollicitudo in præparatione eorum quibus Deum fore honorandum credebatur. Prout in erectione monasterii Metinæ del Campo, ubi propriis humeris gestavit partem apparatus requisiti ad altare ornandum, et omnia necessaria pene miraculosa brevitate absolvit, ut Deo Sacrificium altaris summo mane offerretur: ut legitur in libro Foundationum, cap. 3, et in compulsoriali Abulensi deponit decimus testis, illius confessorius et socius in illa fundatione, fol. 199, et confirmat Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 2, cap. 16, ubi dicit hanc fundationem fuisse miraculosam, quia sic illud a Deo accepit Beata Teresia.

devotione.

1276 Secundum argumentum istius perfectissimæ religionis fuit oratio, quæ (juxta D. Thom., ubi supra, q. 83), est actus virtutis religionis, et internus, sicut et devotio: et cum per actus excellentes feratur judicium de excellentia cujuslibet virtutis, videtur dicendum quod hanc virtutem in excellenti gradu Beata Teresia habuit, quia actum illius, nempe orationem sublimissimam, assecuta fuit, ut Ecclesia universa ex ejus libris novit, et infra suo loco dicemus.

oratione.

1277 Tertium argumentum habetur ex actibus externis istius virtutis, nempe ex divini Officii persolutione, quo divinæ Majestati laus et cultus redditur, in quo Beata Teresia fuit perfectissima Dei cultrix, sive seorsim sive in choro Officium divinum recitaret aut caneret; ita ut ob divinæ Majestatis reverentiam, si minimus etiam error in choro committeretur (ut solet accidere), diligentissime illum corrigi curaret: ut deponunt in 1 part. remissorialis Toletani vigesimus tertius testis, confessorius illius, fol. 145, et in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis, fol. 367, et testis quinquagesimus primus, fol. 411, et testis quinquagesimus quartus, fol. 441, et testis sexagesimus, fol. 492, omnes super art. 82.

pia Officii di-
vini recitatio-
ne.

1278 Quarto, idem comprobatur ex honore quem semper detulit Sanctis et iis rebus omnibus quæ peculiari aliqua ratione (puta sanctitatis vel consecrationis) ad Dei venerationem referuntur. Multos enim Sanctos summo studio coluit, et præsertim gloriosissimam Virginem Mariam et Sanctum Jo-

cultu Sancto-
rum.

PER AA.
ROLE.

A seph illius sponsum; adeo ut proluxa oratione explicari non valeat numerus prædictorum Sanctorum, quos refert in sua historia Reverendissimus Tirasonensis, lib. 3, c. 21. Imagines etiam Christi et Sanctorum a pueritia floribus ornare, vestesque sacras singulari studio et munditia ob Dei et Sanctorum cultum tractare consuevit. Quam munditiam et ornatum circa sacras vestes, altare et alia ad cultum divinum pertinentia, et ipsa in vita sua curavit summo studio, et in sua Religione valde commendata reliquit: ut deponunt iidem testes supra proxime citati, et ultra illos in compulsoriali Abulensi decimus testis, confessarius illius, fol. 211.

affectu erga
SS. Eucharisti-
am,

1279 Quinto, mirifice hoc comprobatur ex mirabili affectione quam Beata Teresia habuit ad cultum Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, ut dicere soleret se ad fundanda summis cum laboribus monasteria excitari, ut adderet Ecclesiæ novum aliquod templum in quo Sanctissimum Altaris Sacramentum collocaretur et coleretur. Et hoc solatio sibi proposito, liebat ad labores animosior: ut deponunt in compulsoriali Abulensi decimus testis, fol. 197, et in remissoriali Abulensi quinquagesimus primus testis, fol. 911, et in 1 part. Toletani vigesimus tertius testis, fol. 501, et in 4 p. septimus testis, fol. 1694, omnes super articulo 73; et comprobatur ex late scriptis a prædicto episcopo Tirasonensi, ubi supra, cap. 20 et 21.

quotidianam
Communionem,

1280 Sexto, ad idem firmandum nos inducere mira incrementa in anima istius Beatæ Virginis ex augmento cultus Christi causata, per quotidianam Communionem viginti trium circiter annorum, ex doctissimorum virorum consilio et suorum confessoriorum licentia: ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus secundus testis, fol. 249, et quadragesimus sextus testis, fol. 296, et testis quadragesimus septimus, et quadragesimus octavus, et quadragesimus nonus, et quinquagesimus primus: omnes super art. 73. Quo divino pastu mirifice roborata, in cultu et fide Jesu Christi in Sacramento existentis maximos fecit progressus, ita ut per plures annos per fidem vivam non secus ad sumendam Eucharistiam accederet quam si Christum ipsum corporeis oculis cerneret: ut deponunt in 2 p. Toletani primus testis super 4, fol. 673, et historiæ supra citatæ istius Beatæ, et particulariter Pater Ribera, lib. 4, cap. 12. Quam vero fuerit gratus Christo Beatæ

C Teresiæ hic cultus, clare apparet ex eo quod frequenter post Communionem cum fulgore vultus ecstasim patiebatur. Et propter interna Dei solatia corporis etiam dolores ei fuerunt remissi. Et ex quo Communionem frequentare cœpit, cessavit in illa quidam vomitus, quem quotidie mane passa fuerat, et illam quotidianam Eucharistiæ sumpcionem impediēbat: ut deponunt in remissoriali Abulensi testis quadragesimus secundus et quadragesimus octavus; et in remissoriali Toletano vigesimus primus testis, episcopus Tirasonensis, et testis vigesimus tertius, illius confessarius; et in remissoriali Abulensi testis quadragesimus nonus et testis sexagesimus: omnes super articulo 73. Et cum quadam Dominica Palmarum, post Communionem, antequam Eucharistiam deglutiret, in ecstasim rapta fuisset, paulo post in se reversa, visum fuit sibi os pretioso Sanguine Christi plenum totumque corpus eodem Sanguine tinctum habere; ubi intima cum suavitate hæc verba a Jesu Christo audivit: « Filia, volo ut » meus Sanguis tibi prosit; nec timeas meam tibi » aliquando misericordiam defuturam. Ego illum » multis cum doloribus effudi, et tu ipso (ut vides) » magna cum voluptate perfrueris. » Quod ipsa

refert in libro Vitæ suæ, fol. 359, et deponunt in remissoriali Abulensi testis quadragesimus septimus, fol. 296, et testis quadragesimus octavus, fol. 325, super art. 73.

1281 Septimo et ultimo, prædicta confirmantur ab honore et reverentia quibus venerata fuit sacerdotes, tamquam ministros Sanctissimi Sacramenti, ita ut coram ipsis genua flectere consueverit: ut deponunt in remissoriali Toletano vigesimus tertius et sextus et septimus testes, et in remissoriali Abulensi testis quadragesimus nonus et quinquagesimus primus, omnes super dicto art. 73; et comprobatur Reverendissimus Tirasonensis, ut supra.

reverentia in
sacerdotes.

1282 Articulus decimus quintus. Humilitas est virtus qua animus firmatur ne inordinate extolatur. Et est quædam species modestiæ et pars temperantiæ, juxta D. Thom. 2. 2, q. 161, art. 1 et 4. Hanc virtutem maxime commendavit Christus ad sui imitationem (Matth. 11), et plures illius gradus ponuntur in regula Sancti Benedicti, ut refert D. Thom. ubi supra, art. 6. Et quantum præstiterit Beata Teresia in hac virtute, et qualiter ad ejus perfectissimum gradum pervenerit, ex sequentibus argumentis plane constat.

Profundissi-
mam coluit
humilitatem

1283 In primis hoc suadet ex sui ipsius cognitione, quam in adeo excellenti gradu fuit assecuta, ut, licet heroicis virtutibus et donis cœlestibus ornata esset, se ex animo maximam mundi peccatricem crederet; ita ut sæpe diceret optare se aliquando omni sensu carere, ne tanta in se mala conspiceret. Et inter tot mirabilia quæ illam celebrem fecerunt, inanis gloriæ stimulos non sensit, et sæpius dicebat gratias sibi a Deo collatas, ut raptus, visiones, revelationes, esse quasi torrentes raptim transeuntes, peccata vero sua quasi cœnum quod semper præ oculis habebat. De quibus deponunt plures testes, inter quos quatuordecim illius confessorii: sed sufficiat exprimere in 2 part. Toletani primum testem, episcopum Calagurritanum, et episcopum Tirasonensem, et episcopum Segoviensem, omnes super 63; et in 1 part. vigesimus tertius testis Madriti super eodem art.; et in remissoriali Abulensi quinquagesimus quartus et quinquagesimus quintus testis; et in compulsoriali Toletano primus testis Ulisiponæ super 7.

E
sui contem-
pta,

1284 Secundo, hoc idem desumitur a desiderio quo flagrabat ut aliis ejus culpæ innotescerent, iis præsertim a quibus se magni fieri sciret. Qua in re a confessoriiis cohibita fuit, quibus sponte licentiam dedit ut omnibus ejus culpas manifestarent, cum e contrario curaret ne beneficia divina ei impensa publicarent: ut deponunt plures ex testibus supra relatis, et in 4 part. Toletani septimus testis Granatæ; et in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis: uterque super art. 63.

desiderio aliis
vilescendi,

1285 Tertio, hoc idem comprobatur ex fuga honoris. Nam cum ejus sanctitatis fama cœpisset extendi, optavit e monasterio in quo tunc degebat, in aliud migrare, ubi a nemine cognosceretur. Et postulavit a superioribus ne in monasteriis quæ erexerat, appellaretur Fundatrix. Et cum revera esset talis, nihilominus tamen subditam se reputabat, semper se subjiciendo et humiliter obediendo priorissis, quas ipsamet in suis monasteriis elegerat, ut diximus supra art. 11; et e contra habebat sitim contumeliarum, voluptatemque sentiebat, dum a superioribus objurgaretur: ut deponunt testes proxime relati. Quarto, idem docet quædam fuga pia divinarum beneficiorum, qua visiones et revelationes divinaque solatia, suam indignitatem agnoscens, detrectabat, ad imitationem Sancti Petri dicentis (Luc. 5): « Exi a me, quia homo peccator » sum,

fuga honoris,

A » sum, Domine » : ut patet ex ejus verbis, in Relatione suæ vitæ, fol. 124 : « Vide, Domine, quid » facias : ne tam cito gravium peccatorum meorum » obliviscaris. Et licet, quod attinet ad veniam, tam » eorum oblitus fueris, recordare, precor, illorum, » ut beneficiis in me tuis metam præligas. » Hæc ipsa.

actibus exter-
nis humilita-
tis

1286 Quinto, hocmet petitur ab externis humilitatis actibus, quos ut magistra istius virtutis exercuit : ut cum refectorium ingressa, prona, et elitellam tergo impositam ferens, a monialibus veniam culparum postulavit ; et cum, se habitu monastico indignam credens, a superiore impetravit ut per dies aliquot eo exueretur, iterumque ut novitia indueretur. Quod dum fieret, ex magno devotionis sensu ecstasim passa fuit : ut deponunt in 2 part. Salmantini testis decimus octavus ; et in 1 part. Toletani secundus testis ; et in 4 part. sextus testis Granatæ, et vigesimus primus testis Metinæ : omnes super 64 art. ; et in compulsoriali Toletano primus testis super vigesimo, et secundus testis Madriti, fol. 40. Qui multos alios etiam humiliationis seu humilitatis exteriores actus prædictam

B Beatam Teresiam fecisse affirmant.

et officiis abje-
ctis obsequiis,

1287 Sexto, ad idem nos inducunt exercitia inserviendi aliis in culina et refectorio, et in ablucendis sordidis vasis ; in quibus ministeriis intime delectabatur. Quibus accedebat quædam consuetudo agendi cum subditis quasi cum æqualibus, exposcendo ab eis consilium de rebus gerendis, illudque sequendo mirabili cum animi demissione : ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis et quinquagesimus primus ; et in 1 part. Toletani primus testis Consuegræ, et secundus testis in oppido de Malagon : omnes super artic. 63 ; et in 4 part. Toletani septimus testis Granatæ super 64, et alii plures.

Inviectam exer-
civit patienti-
am in mor-
bis et labori-
bus,

1288 Articulus decimus sextus. Juxta D. Augustinum, in libro de Patientia, cap. 2, quem refert et sequitur D. Thom. 2. 2, q. 136, art. 1 in corpore, patientia est virtus qua mala æquo animo toleramus, id est, sine perturbatione tristitiæ ; ut ibidem exponit S. Thom., qui infra, art. 4, affirmat patientiam esse virtutem fortitudini adjunctam. Quam virtutem Beatam Teresiam eminentissime habuisse constat et probatur primo, ex ardore patiendi quem illa semper ostendit in illis verbis, quibus frequenter utebatur : « Domine, aut mori » aut pati » ; quasi frustra viveret, nisi propter Deum mala pateretur : ut deponunt in 1 p. Toletani vigesimus tertius testis Madriti, confessarius illius ; et in 4 p. septimus testis Granatæ ; et in prima parte Salmantini trigesimus septimus testis : omnes super art. 66, et alii. Cui patiendi desiderio ut Christus satisfaceret, gravissimis eam laboribus exercuit. Nam ab emissa professione in conventu Incarnationis per triennium tali nervorum contractione vexata fuit ut acutissimos dolores illi causaret. Jacebat in lecto ita impedita ac inhabilis ut nec unum tantum digitum manus movere posset. Reliquo etiam tempore vitæ suæ semper fuit male affecta. Sæpe enim epilepsiam, pleuritidem, paralytim, corporis tremores, vomitum per singulas noctes, febres valde frequenter passa fuit ; ita ut per quadraginta annos afflicta, nullum diem absque aliqua hujusmodi molestia duxerit. Quibus gravata infirmitatibus, per viginti annos Hispaniam peragravit, nivibus, pluviiis, summis solis ardoribus, paupertate maxima innumerisque incommodis se exponens, ut monasteria erigeret. Quæ omnia admirabili ac incredibili patientia pertulit ; ita ut in molestissimis ægritudinibus ac acerbissimis dolori-

bus nullum aliud verbum ex ore ejus egrederetur nisi illud Job 2 : « Si bona suscepimus de manu » Dei, mala autem quare non sustineamus? » ut deponunt in 1 p. Salmantini trigesimus septimus testis super 66, et in 2 p. quadragesimus septimus super 67, et centesimus tertius testis super 5 ; et in remissoriali Abulensi quadragesimus secundus testis et quadragesimus sextus et quadragesimus septimus, omnes super 4 ; et vigesimus octavus testis, et quadragesimus nonus et sexagesimus testis, omnes super 66 ; et in 1 p. Toletani secundus testis Toleti super 53 ; et in compulsoriali Abulensi decimus testis et vigesimus quintus super quinto.

PER AA.
ROTE.

D

1289 Secundo, eandem patientiam exercuit in doloribus et percussionibus quibus dæmones illam excruciarunt. Sæpe enim, cum aliqui Beatæ Teresiæ intercessione a gravibus peccatis resipiscerent, dæmon illam rabide torsit. Aliquando eam cerea face percussit, corpusque nonnunquam graviter læsit. Abulæ illam e choro egredientem (vide num. 786 hujus Commentarii) a summitate ejusdem scalæ præcipitem egit, ex quo brachium ei confractum fuit, in cujus curatione acerbissimos pertulit dolores ; et nihilominus ita remansit debile ut deinceps illo uti nunquam potuerit. Quadam autem vice per quinque horarum spatium interius et exterius valde a dæmone excruciat fuit, taliter ut jam illi animus deficere videretur. Et cum illa inter alios patientiæ ac resignationis actus usque ad mundi finem diceret libenter se passuram, si id Deo placeret, apparuit ei dæmon deformis Æthiops ; in quem cum Beata Teresia aquam benedictam projiceret, protinus aufugit, magno fetore relicto : ut ipsamet in Relatione suæ vitæ scripsit, c. 31, fol. 245, ubi multos alios casus similes refert. Quæ omnia alacri animo et mira patientia Beata Teresia sustulit : ut deponunt in 4 p. remissorialis Toletani decimus testis Metinæ super 66 ; et in 3 p. nonus testis Vallisoleti super 4 ; et in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis et quinquagesimus primus et sexagesimus testis, omnes super 67 ; et testis quinquagesimus quintus super 68 ; et in compulsoriali Abulensi primus testis super 60, et quintus testis super quarto, et nonus testis super quinto, et alii.

in insectatio-
nibus dæmo-
num,

E

1290 Tertio, eandem mirabilem patientiam exercuit Beata Teresia in interna desolatione quæ per viginti annos illam (sic Deo disponente) acerbissime afflixit. Quæ inter prima et gravissima tormenta enumeratur ; cum sit quasi perenne martyrium. Hujusmodi, imo et graviore derelictiones, postquam Dei benignitatem cœpit experiri, ad tempus toleravit. Multis quoque annis anxio fuit animo, timens ne a dæmone esse delusa : ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus sextus testis super decimo, et quadragesimus nonus testis super 69 et super 74 ; et in 2 part. Salmantini centesimus testis super 4, et testis centesimus quartus super 5.

in interna de-
solatione,

F

1291 Quarto, prædicta confirmantur ex ingenti affectu majora patiendi. Cum enim tot tantaque mala sustulisset, ut aliquando præ immensa animi anxietate corporis compages solvi viderentur, nunquam tamen saturata fuit, dicereque solebat se ad patientiam non indigere alio fine quo moveretur, quam ipsa patientia : ut in remissoriali Abulensi deponunt quadragesimus nonus testis super 69 ; et in compulsoriali Abulensi primus testis, confessarius illius, super 6 ; et in compulsoriali Salmantino septimus testis super 4.

nec unquam
patientia sa-
tiabatur.

1292 Articulus decimus septimus. Pœnitentiæ virtus (ut docet D. Thom. 3 part., q. 85, art. 2) est qua

Pœnitentiam
egregie exer-
cuit

PER AA.
ROTE.

A

qua homo operatur ad præteriti peccati destructionem et detestationem. Et ista virtus est species justitiæ, ut idem Sanctus Doctor, ubi supra, art. 3. Exigitque hujusmodi virtus quamdam justitiæ compensationem, quæ fit mediis actibus pœnitentiæ. Horum aliqui sunt interni, ut contritio sive peccati detestatio et dolor: alii externi, qualis est carnis maceratio et alia opera quæ ad vindictam et satisfactionem peccati fiunt. Quæ operata fuit insigniter Beata Teresia, ut facile ex sequentibus apparebit.

actibus inter-
nis contritio-
nis.

1293 Primo, hoc desumitur ab actibus internis contritionis, quorum mensura est amor Dei. Qui quantum in anima ejus crevit, tantum peccati odium fuit auctum. Quod bene demonstrant ea quæ in suorum levium peccatorum detestationem scripta reliquit in libro suæ Vitæ, cap. 7, fol. 47, et cap. 8, fol. 50: et probant in 1 part. remissorialis Toletani vigesimus tertius testis Madriti, confessarius, et in 2 part. primus testis, episcopus Segoviensis, confessarius, uterque super 63 articulo; et in remissoriali Abulensi quadragesimus sextus testis super art. 62, et alii plures.

afflictationi-
bus carnis,

B

1294 Secundo, hoc idem elicitur ex actibus exterioribus pœnitentiæ, nempe ex acerrimis flagellis, non modo duriorum funium, sed etiam urticarum et clavium, quibus usque ad sanguinis effusionem se verberare consuevit, cum reiteratione super plagas præcedentes nondum curatas; tum ex ferreis catenis acuminatis, quibus cincta incedebat, et a vepribus in quibus se (ut de Sancto Benedicto legitur) aliquando volutabat. Quibus et similibus pœnitentiæ operibus corporis valetudinem destruxit, nec agra unquam cilicia et verbera deseruit; et nonnunquam ex febre in lecto decumbens, ad solitam cum aliis monialibus disciplinam surgebat: ut deponunt in prima parte remissorialis Salmantini trigesimus septimus testis super decimo, et in 2 p. quadragesimus septimus testis super quarto, et quadragesimus nonus testis; et in remissoriali Abulensi quadragesimus sextus testis et quadragesimus nonus super 62; et in prima parte remissorialis Toletani vigesimus tertius testis, confessarius, et in 4 parte septimus testis Granatæ et vigesimus primus Metinæ, omnes super 62; et in compulsoriali Abulensi sextus testis super 4; et in compulsoriali Salmantino quintus testis super eodem, et alii plures.

C

observatione
jejuniorum, et
austeræ Refor-
mationis insti-
tutione.

1295 Tertio, idem petitur ab observatione jejuniorum Ecclesiæ et regularium, quæ sunt plurima (ut supra art. 10 de temperantia diximus), et a carniarum abstinentia, cum ob continuos morbos juxta regulam carnibus vesci posset. Quibus accedit durus lectulus paleis stratus, et subucula lanea rudesque vestes, quibus usa fuit; licet juxta regulam posset aliquid de ista austeritate (morborum causa) remittere. Cum quibus concurrat modicus somnus duarum vel trium horarum, ut reliquis noctis horis orationi vacaret. Quod etiam dum iter faceret, observavit. Majoresque pœnitentias fecisset, nisi a suis confessariis fuisset prohibita. Dicebat quippe se (cum vehementem impetum Deum videndi patiebatur) nulla re magis quam corporis maceratione quiescere, atque ferebat quod confessarii eam reprimerent: ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis; et in 1 part. Salmantini trigesimus septimus testis super 10; et in 2 part. quadragesimus septimus testis super 4; et 1 part. Toletani vigesimus tertius testis; et in 2 part. primus testis, episcopus; et in 4 part. sextus et septimus testes: omnes super 62 art.; et vigesimus primus testis super eodem; et in compul-

soriali Abulensi primus testis, confessarius, super 5, et sextus testis super 4, et decimus testis, confessarius, fol. 190. Quarto, supradicta confirmantur ab istius Religionis Reformatione quam instituit, cujus austeritas ex multiplicibus pœnitentiæ actibus composita Ecclesiæ notissima est, et illius regula indicat, et plures testes affirmant, quos referre hic, quod sint notoria, superfluum duximus.

1296 Articulus decimus octavus. Mansuetudo est virtus per quam secundum rectam rationem affectum iræ moderamur, juxta S. Thom. 2. 2, q. 157, art. 2; ubi et art. sequenti affirmat istam virtutem esse partem adjunctam temperantiæ. Estque ista virtus una ex duabus quas Christus Redemptor noster plurimum commendavit Matth. 11, dicens: « Discite a me quia mitis sum et humilis corde. » Et ut declarat D. Augustinus, lib. 1, c. 2, de Sermone Domini in monte: « Mites sunt qui » cedunt improbitatibus et non resistunt malo, » sed vincunt in bono malum. » Hanc virtutem qualiter in sublimi gradu consecuta fuerit Beata Teresia, ex dicendis clare apparebit.

1297 Primo, ex eo tempore quo aliqui illam eam existimarunt, magna ob eam causam procella excitata, cum alii dicerent illam esse a dæmonibus obsessam, et exorcismis uti vellent, alii eam fallacem mulierem crederent Sanctæque Inquisitionis censuram minarentur. Quo tempore ita ab omnibus derelicta fuit ut nemo ejus Confessiones audire vellet. Quibus in contumeliis et injuriis miram mansuetudinem semper exhibuit: ut deponunt in remissoriali Abulensi testis quinquagesimus primus super art. 68, et in compulsoriali Abulensi secundus et tertius testis super 5; et comprobant supradictus Reverendissimus Episcopus Tirasonensis et P. Doctor Ribera, in suis historiis.

1298 Secundo, ex tractatu de erectione primi monasterii: cujus occasione (Deo sic permittente ad suæ ancillæ Teresiæ probationem, eam apud aquam contradictionis et persecutionis probando, et tanquam aurum in fornace illius patientiam et mansuetudinem examinando) multa in civitate Abulæ et in ipso monasterio in quo tunc morabatur, de illa maledice et ignominiose sparsa sunt; quin etiam coram suo provinciali in judicium fuit vocata, ubi plura ei objecta fuere, et (quod gravius est) in concionibus prædicatores aliqui in eam invehebantur adeo aperte ut tantum ex nomine Teresiam non appellarent. Quod fuit continuatum in prædictæ novæ Reformationis institutione: quam dum inchoare tentaret, graves et indignati testes adversus illam insurrexerunt, qui multa falsa crimina contra eam sparserunt, et contumeliosa verba jactarunt; et multæ et graves contumeliæ de illa scriptæ fuerunt, quæ in multorum etiam gravissimorum manus devenerunt. Quæ omnia mitissime audivit et toleravit: et inter tot et tam acris indignationis incitamenta, nullum iræ aut impatientiæ verbum protulit; nullus locus iræ in ejus animo, sed admirabilis mansuetudo et tranquillitas fuit: ut deponunt in compulsoriali Abulensi primus testis, confessarius, super 5 et 6; et in remissoriali Abulensi quadragesimus sextus testis et quadragesimus septimus super artic. 21, et trigesimus primus, et quadragesimus nonus, et quinquagesimus quartus, et quinquagesimus quintus testes, omnes super articulo 68; et in 2 part. remissorialis Toletani primus testis, episcopus Tirasonensis. Et comprobatur ex late scriptis per ipsam Beatam Teresiam in Relatione suæ vitæ, c. 36.

1299 Tertio, ex responso per istam Beatam dato Patri Dominico Báñez, non semel in hac Relatione

Admiranda
dedit mansue-
tutinis speci-
mina.quando pro
energumena
et deceptrice
habita fuit,
Equando ob mo-
nasterii sui
Abulensis ere-
ctionem ca-
lumnias passus
est.

F

quando comparata fuit cum pessima Magdalena a Cruce.

A tione nominato : qui cum Beatæ Teresiæ referret quod in quodam virorum gravium consensu unus ex illis adversus eam injurias et probra congesserat, eamque cum quadam Magdalena illusa, tunc vivente et toti Hispaniæ nota, comparaverat, respondit tranquille : « Heu me miseram ! Non me » cognoscunt. Si enim Pater ille me cognovisset, » majora in me probra et maledicta merito contulisset » : ut idem Pater Dominicus Báñez, primus testis in compulsoriali Salmantino, sup. 5 art. deponit. Quin et cum Hispali moraretur, ipsa et ejus sociæ Sanctæ Inquisitionis officio, multa eis imponendo falsa, denunciatae sunt ; aliaque multa injuriosa sese illi obtulerunt. Quæ omnia tam leniter et mansuete accepit, ut scripserit cuidam religiosæ in hæc verba : « Benedictus Deus ; in hac enim » civitate vere me agnoscunt » ; et subdidit idcirco curaturam se ne ex ea civitate egredi posset : ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus, quinquagesimus primus et sexagesimus testes, omnes sup. 42 et 68 articulis ; et in compulsoriali Salmantino secundus testis, confessarius, super 50 ; et in compulsoriali Toletano primus testis Ulisiponæ super 8 ; et Reverendissimus Episcopus Tirasonensis in sua depositione 2 part. remissorialis Toletani, fol. 461 ; qui etiam illud confirmat in prædicta historia, lib. 2, cap. 28, fol. 205. Alia plura confugerunt quibus Beata Teresia excellenter exercuit istam virtutem mansuetudinis, imitata Christum mansuetissimum, « qui » tanquam agnus coram tondente se obmutuit » : Isai. 53.

Admirabilis ejus magnanimitas elucet ex heroico virtutum ejus gradu.

B 1300 Articulus decimus nonus. Magnanimitas est virtus quæ modum rationis ponit quoad magnos honores ; et proprie versatur circa illos, juxta D. Thom. 2. 2, q. 129, art. 2 et 3. Estque virtus ista (ut idem Sanctus Doctor docet ibidem, art. 5) pars fortitudinis, eique adjuncta ut secundaria virtus principali ; perficitque omnes virtutes, addens eis magnitudinis ornamentum, dum eas majores facit, ut notat idem S. Thom. ubi supra, art. 4, ad 3. Qua virtute maxime Deus omnipotens Beatam Teresiam ornavit, ut ex sequentibus apparebit. Primo, a summo vereque heroico virtutum magnanimitate crescentium gradu, quem adepta fuit ; ut clare ex superius in ista Relatione de principalioribus virtutibus notatum videri potest, et ex testium ibidem adductorum depositionibus et historiis de illius vita compilatis apparet.

ex operum ejus præstantia.

C 1301 Secundo, idem petitur a magnitudine animi quo opera plane magna ob Dei gloriam præstitit, qualis fuit istius Reformationis institutio : maxime quod, cum mulier esset, ita se gesserit ut non solum mulierum, sed virorum digna Fundatrix evaserit, cum alias res tanta neque sperari quidem posse videretur ; maxime cum hoc opus valde arduum et difficile aggressa fuerit et absolverit tanta eventus securitate et fiducia : quod admirandæ magnanimitatis argumentum est. Quia secundum D. Thom., dicta q. 129, art. 6 et 7, fiducia et securitas magnanimitatis proprietates sunt. Accedat prædictis multitudo operum grandium quæ patravit, nempe triginta duo monasteria, quæ fundata reliquit, septemdecim monialium, quindecim vero religiosorum, prout supra in primo articulo istius secundæ partis ponderavimus.

ex voto de rebus perfectioribus agendis.

1302 Tertio, idem elicitur ab illo admirabili voto quod emisit agendi semper non quæcumque bona, sed quæ meliora ac gratiora Deo crederet, prout demonstravimus supra, art. 5 de charitate erga Deum. Si ergo (juxta D. Thom., dicta q. 129, art. 2 in corpore) magnanimitas non versatur circa

mediocria, sed circa grandia, Beata Teresia magna aggrediens in emissionem dicti voti rari et maximi et in cæteris aliis magnis supra relatis, dicendum necessario est illam evidens argumentum istius virtutis magnanimitatis dedisse.

PER AA. ROTÆ.

1)

1303 Quarto, hoc ipsum evidenter demonstratur ab ardentissimo studio diligendi Deum super omnia et proximum sicut semetipsam, quo hujusmodi præcepta adimplere curavit. Nam quoad amorem Dei, non quovis modo, sed seraphico illum amavit, et omnes (quoad potuit) ad Deum converti non solum desideravit, sed curavit ; ut latius diximus supra, in dictis articulis 5 et 6 de charitate erga Deum et erga proximum : istiusque amoris Dei talem magnitudinem optavit, ut dicere soleret bene se accepturam quod alii sublimitate gloriæ ipsam antecellerent, at nescire quo animo acceptura esset quod alii ardentius Deum amarent ; ut legitur in libro 4 Patris Riberæ supra citato, cap. 10. Quo vero ad amorem proximi, habuit apostolicum animum ac desiderium omnes Christo lucrandi, et ultra metas muliebris sexus circa conversionem hæreticorum et aliorum infidelium, et fidelium peccatorum, rarum exemplum in universo orbe fuit ; ut superius in dicto art. 6 ostensum est : quæ christiana et in eo genere excellens, non solum charitas, sed magnanimitas est.

ex ardentissimo studio diligendi Deum et proximum.

E

1304 Articulus vigesimus. Gratitude (quæ et gratia a S. Thom. 2. 2, q. 106, vocatur) ad partes justitiæ pertinet, et est virtus qua acceptum beneficium animo quidem large, re autem pro viribus recompensatur. Habetque hæc virtus vim quamdam efficacem ad novorum beneficiorum copiam e fonte divinæ bonitatis hauriendam ; sicut e contrario ingratitude fontem divinæ misericordiæ (ut ait Sanctus Bernardus, serm. 51 in Cantica) arefacit. Quantum vero hac virtute erga Deum et homines Beata Teresia claruerit, sequentia demonstrant.

Gratissimum animum gessit.

1305 Primo, desumitur gratitudo Beatæ Teresiæ erga Deum a pondere divinorum beneficiorum, quo se premi et ad bene agendum incitari sentiebat, et ab illorum recognitione et continua gratiarum actione tam verbis quam factis. Quod bene elicitur ex his quæ scripsit c. 15, fol. 110, in Relatione suæ vitæ per hæc verba : « Anima quæ suo ingenio » est grata, acrius incitatur ut ad Deum redeat » accepti beneficii memoria, quam repræsentatis » omnibus inferni suppliciis » ; et ex illis quæ operata fuit in obsequium et servitium Dei, ac laudem et majorem gloriam ipsius, satis ostenditur : ut historiæ de illius vita referunt, et testes in ista causa examinati confirmant, et superius in ista Relatione ostendimus, et ex infra dicendis magis patebit. Quæ omnia vere possunt gratitudini accepta referri, tamquam operata ab ista Beata Virgine adeo divinis beneficiis illustrata : et nullum majus gratitudinis indicium, quam servitium, non solum verbis, sed operibus pro viribus compensare. Quod et clarius arguitur ab effectu beneficiorum de novo et indes majori cum incremento receptorum, quorum augmentum est effectus gratitudinis, ut supra diximus.

tam erga Deum.

F

1306 Secundo, idem petitur ab odio quo ingratitudem prosequabatur. Cum enim videretur sibi divinis beneficiis ingrata, non audebat coram divina Majestate sistere, timens stimulum conscientie ingratitude accusantis. Quo nullum majus tormentum, ut judicari potest ex his ejus verbis, in prædicta Relatione scriptis, cap. 7, fol. 47 : « Animo » quidem meo (ait) tanto erat durius beneficia potius quam supplicia accipere, quo tempore ego

cui se debitas non reddere grates anxie reputabat.

PER AA.
ROLE.

A » culpas admiseram, ut vel uno beneficio efficacius
» quam multis morbis aliisque laboribus consumi,
» pudescere et fatigari mihi viderer. » Quæ confirmat in cap. 39 suæ Vitæ, fol. 339; ubi fatetur sibi maiorem animi fortitudinem fuisse necessariam ad beneficia Dei recipienda quam ad labores maximos perferendos: quod notatu dignissimum est. Judicabat enim tantis beneficiis se ingrati, ex quo eisdemmet beneficiis cruciatur, et beneficiorum magnitudine se valde gravari sentiebat: ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis; et in 1 part. Toletani primus testis, episcopus Tirasonensis, et episcopus Segoviensis, illius confessarii: omnes super 63 articulo.

tum erga benefactores.

1307 Tertio, eadem gratitudo erga homines, etiam ob exigua beneficia, dignoscitur ex eo quod, cum iter faceret, sitiens accepit vas aquæ a quodam homine, cuius tam exiguum beneficium adeo impressum fuit animæ Beatæ Teresiæ, ut per aliquot annos pro illo perseveranter orare meminerit; quin ipsis monialibus ob familiaria obsequia quæ aliis passim præstantur, vix credi potest quas gratias ageret: ut deponunt in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis super 63; et in 2 part. Toletani episcopus Calagurritanus super 63; et in compulsoriali Toletano primus testis Ulisiponæ super 5. Quod magis notatu dignum videtur, cum moniales omnes tamquam filiæ Matri et Fundatrici plurimum deberent, nihilominus ipsa tamquam extranea quædam, quæ gratuitas eleemosynas acciperet, eis se gratissimam exhibebat.

prosertim spirituales, inter quos reponerat offensores suos.

1308 Quarto, hoc idem confirmatur a gratitudine erga illos a quibus spiritualia beneficia recepit, quales fuerunt confessarii; quibus in oblatiis occasionibus fidelissime servivit: ut in remissoriali Abulensi deponit quadragesimus testis super 63. Quod tamen non ita mirandum est ac illa gratitudo demonstrata ab affectu quem gessit erga offensores, tanquam erga benefactores maximos, conferendo in eos omnia quæ poterat officia, ut superius art. 8 de charitate in proximos deduximus: et deponunt in compulsoriali Abulensi primus testis, confessarius, fol. 19 a tergo; et in compulsoriali Salmantino primus testis, confessarius, fol. 268, et alii plures. Unde bonum quod ei injuriam patienti proveniebat, distinguere consuevit ab injuria ipsa, ut injuriæ immemor, boni spiritualis ex illa occasione accepti memor et grata esset. Quæ Evangelica perfectio est, juxta illud Christi Domini docentis (Matth. cap. 5): « Diligite inimicos vestros, et benefacite his qui oderunt vos. Orate pro persecutoribus vos. »

§ LXIV. De divinis ejus donis in oratione; de gratiis gratis datis; de donis S. Spiritus; deque fama sanctitatis ejus tam in vita quam post mortem.

Sublimi orationis donis insignitam fuisse Teresiam,

Articulus vigesimus primus. § 1. Oratio, juxta communem sententiam, est elevatio mentis in Deum: quod incidit in idem cum eo quod docuit D. Thom. 2. 2. q. 83, art. 17, dicens quod oratio est ascensus intellectus in Deum. Habetque diversos gradus, quos optime ipsamet Beata Teresia expressit et declaravit in libro inscripto Castrum interius

seu Mansiones spirituales, quas septem, quasi tot orationis gradus, reperire docuit, et de una in aliam devenire, usquedum ad unionem perfectissimam cum Deo, sive ad matrimonium spirituale, anima perveniat, quæ est sublimior hujus vitæ perfectio. Tunc enim tota anima cum omnibus suis potentiis et viribus in Deum recollecta unus spiritus sit cum eo, ita ut jam nihil reminiscatur nisi Deum, nihil sentiat aut intelligat nisi Deum, et omnes affectus, in amoris gaudio uniti, in sola Conditoris fruitione suaviter quiescant, juxta Sanctum Bonaventuram in Opusc., lib. 2 de processu Religionis, cap. 72. Iste autem orationis status habet etiam in se diversos gradus, prout et amor Dei habere dignoscitur. Unde qui majori amore majorique charitate in Deum flagraverit, sublimiorem gradum istius divinæ unionis consequetur, prout Beatam Teresiam assecutam fuisse non dubitamus. Siquidem a juventute sua, et a die quo Religionem fuit ingressa, per quinquaginta annos et amplius continuos, in hoc sublimi orationis studio per omnes illius gradus se exercuit, usquedum ad sublimem et perfectiorem gradum prædictum perfectissimæ unionis pervenit.

1310 Quod si velimus a testibus fide dignis petere, habemus ipsiusmet Beatæ testimonium in iis quæ de sua propria oratione et contemplatione divina in suis libris scripta reliquit. Frequentissima enim ejus mentis suspensio, altissima quies, arctissima unio, creberrimi raptus, intimæ charitatis vulnera, vehementissimi amoris impetus, suavissima Dei colloquia, tenerrima blandimenta, quibus ipsius scripta respersa sunt, sublimitatem orationis proculdubio angelicæ, atque ad alios erudiendos absolutissimam peritiam cœlitus infusam facile demonstrant. Habemus etiam testes majores omni exceptione, et de hac re optime per diversa temporum curricula instructos, nempe graves, doctos, spirituales et pios. Quorum plures confessarii ejusdem Beatæ, et inter illos aliquos dignissimos antistites, quos non semel in ista Relatione nominavimus, qui super hoc articulo optime et latissime deponunt; quibus ipsa suam orationem, gradus et effectus illius, gratias et favores divinos, et statum ad quem medio orationis studio ascenderat, fidelissime, pro majori animæ suæ securitate et directione, semper communicare curavit. Qui omnes, facto periculo de spiritu ac doctrina librorum hujus tantæ Virginis, eam non immerito quasi spiritualis doctrinæ magistram a Deo Optimo Maximo Ecclesiæ suæ datam fuisse affirmant; ut jam supra art. 2 diximus. Sed ultra prædictorum testimonia, ad hoc ipsum sequentia nos induxerunt argumenta.

E
tum e scriptis
ejus et testi-
monis confes-
sariorum.

1311 Primo, quia, cum (teste D. Thom. dicta q. 83, art. 14) causa orationis sit desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio, et Beata Teresia hoc maximo desiderio, quin potius ipsa charitate, adeo arserit (ut in art. 5 ostendimus) ut ipsa mirabiliter dicere soleret non sibi molestum fore quod alius majori gloria frueretur, ægre tamen laturam quod alius majori amore Deum prosequeretur: quibus verbis desiderium istius charitatis, quin et ardentissimam charitatem, qua erga Deum flagrabat, mirifice demonstravit. Unde, cum assecuta hunc igneam amorem in gradu valde heroico per medium orationis et divinæ contemplationis fuerit, dicendum videtur gradum sublimem orationis quoque assecutam fuisse, sicque potuisse dicere cum Regio Propheta, Psal. 38: « Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis. »

tum ex orationis
causa

1312 Secundo, istius sublimitatis gradus, ad effectibus
quos

- A quos in oratione Beata Teresia (Deo dante) pervenit, effectus illius clare demonstrant. Per istud enim medium orationis, quæ dicitur regia via ducens ad vitam, Beata Teresia assecuta fuit tot tantasque excellentes et heroicas virtutes, non solum ardentissimam charitatem (de qua supra), sed etiam fidem vivam et spem firmissimam, obedientiam altissimam, virginalem castitatem et paupertatem euangelicam, humilitatem profundam, patientiam fortitudinemque incomparabilem, nec non divinam prudentiam et alias admirabiles virtutes, quarum unamquamque in suis locis recensuimus. Istamque gratiam assequendi virtutes ita excellentes, et in gradu summe perfectæ, Beata hæc semper et continuo a Deo in oratione flagitavit, tanquam illa quæ bene cognoscebat substantiam perfectionis Christianæ et Religionis consistere in perfectione charitatis et aliarum virtutum; ut ex doctrina librorum quos scripsit, constat, et confirmat ejus confessarius, episcopus Tirasonensis, in sua historia. Tertio, hoc idem desumitur ex alio mirabili effectu per orationem in Beata Teresia secuto, nempe quadam mira adhæsione mentis in Deum, continuaque illius præsentia; ita ut omni loco
- B omnique tempore orationi vacasse dicendum sit: quibus ita anima ejus immersa erat ut corpus quodammodo amando consumeretur, cum divinæ præsentiae intenta nec cibo refici nec somnum tempore nocturno capere posset; ut deponunt in remissoriali Abulensi quinquagesimus primus testis, fol. 412, et in compulsoriali decimus testis, confessarius et comes ejus individuus, fol. 211.

demonstratur.

- 1313 Quarto, per orationem assecuta fuit perseverantiam et continuationem in illa, ita ut per quinquaginta annos (ut diximus) ab illa non destiterit; nec ariditates et desolationes animæ, quas per primos viginti annos circiter (Deo sic disponente ad ipsius probationem) passa fuit, ab oratione illam remove valuerunt. Quam quidem qualitatem continuationis in orationis exercitio requiri docet D. Thom. loco proxime citato, adducens D. Augustinum, epist. 121 ad Probam, c. 9, dicentem: « In ipsa fide, spe et charitate continuato desiderio » semper oramus. » Elegerat autem Deus Beatam Teresiam spiritualem Matrem ac Fundatricem prædictæ novæ Reformationis Discalceatorum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo: et cum assidua in lege Domini meditatio et oratio sit potissimus finis illius Regulæ (ut ex illa constat), oportebat ut talis esset Mater quæ tot filios filiasque suo mirabili orandi ac meditandi continuato studio ac desiderio erudire valeret.

Huic dono conjunguntur raptus.

- C 1314 § II. Postquam Deus omnipotens huic Beatæ Virgini donum orationis et contemplationis concessit, alius effectus mirabilis ejusdem doni secutus fuit, nempe quod (oratione mediante) devenit Beata Teresia ad quosdam maximos violentosque impetus amoris Dei, et sic ad frequentes elevationes in ecstasim. Sæpiissime enim in oratione positam extra se raptam fuisse constat; et quod aliquando adeo vehementibus spiritus elevationibus rapietur ut corpus etiam ipsius a terra in altum levaretur: ut deponunt in remissoriali Abulensi vigesimus testis super 15; et in 2 part. Salmantini quadragesimus septimus testis super decimo, et quadragesimus nonus super tertio, et centesimus et centesimus secundus testis super eodem; et in 1 p. Toleti primus testis, confessarius, super 2; et in 2 part. primus testis super 74, et vigesimus testis super 2, et trigesimus super 70; et in 3 p. primus testis et secundus super 2, et alii plures. Inter quos in specie de raptibus et elevationibus

corporis a terra deponunt de visu in remissoriali Abulensi quadragesimus nonus testis super 15; et in prima parte Toletani tertius; et in tertia parte nonus; et in 4 parte septimus et vigesimus primus testes: omnes super eodem articulo decimo quinto. Quæ confirmantur ex late scriptis per supradictos episcopum Tirasonensem lib. 1, cap. 15, fol. 51, et Patrem Ribera lib. 1, cap. 15, fol. 105, necnon ex iis quæ supradicta Beata scripsit in Relatione suæ vitæ, cap. 20, ubi quid sit ecstasis, et in quo ab unione differat, docet, et aliqua ex multis bonis spiritualibus ex hac divina ecstasi animæ provenientibus mirifice explicat. Et in septima Mansioni, cap. 3, fol. 732, ubi, cum Deus animam ejus ad ultimum perfectionis promovisset, tunc exteriores raptus sibi abfuisse affirmat, remanentibus tamen iisdem, immo excellentioribus, effectibus orationis ac familiaris cum Deo communicationis, quam cum dictos raptus patiebatur.

PER AA.
ROTÆ.
D

1315 § III. Hoc idem elicitur ex alio effectu mirabili istius orationis, nempe quod facies Beatæ Teresiæ, dum orationi vacaret, ex colloquio Dei (ut de Moyse legitur) sæpius resplenduit: ut de visu deponunt in prima parte Toleti tertius testis super 10; et secundus, super 47, dicit quadam die se vidisse Beatam prædictam emittere splendorem quemdam ex facie sua ad instar solis; et in 2 part. primus testis, et in 3 quartus testis, super 14; et in 4 part. Salmantini octuagesimus secundus et nonagesimus secundus testis; et in prima parte Toleti vigesimus tertius testis: omnes isti tres super art. 37, fueruntque confessarii istius Beatæ, qui ministrantes illi Sanctum Sacramentum Eucharistiæ, illius faciem resplendentem viderunt; et in 3 part. Toleti septimus testis super 93; et in 4 part. septimus super 54, dicens se quadam nocte vidisse quod habebat vultum luce clara præmicantem, et ex illo exibant splendores uti radii deaurati, et hoc duravit illi per tempus unius horæ, et quod, quando cessavit prædictus splendor, videbatur existere in tenebris. Sunt et alii testes de visu, affirmantes quod, quando Beata Teresia scribebat libros, facies ejus splendebat (ut supra art. 2 de sanctitate in genere diximus); et in compulsoriali Abulensi quintus testis, super 9, affirmat se vidisse splendorem vultus Beatæ Teresiæ illustrare totum capitulum, dum in eo exhortationem spiritualem ad moniales faceret.

splendores
divini.

E

1316 § IV. Hoc idem suadet ille mirabilis effectus ex quo præsentia Dei cœpit magis Beatæ Teresiæ manifestari, per divinas nempe visiones intellectuales ac imaginarias, necnon Christi Domini revelationes, divinasque locutiones, quibus Deus clemens Beatæ Teresiæ secreta cœlestia patefacere dignatus fuit, ipsamque familiariter alloqui cum ingenti amore mirabilique dulcedine. Quarum divinarum visionum et revelationum hic aliquas annotare visum nobis fuit; quia omnes, cum sint quamplurimæ, enarrare esset difficile et prolixum. Et primo de visionibus divinis erit sermo, deinde de revelationibus.

F
visiones

1317 Primo, flagrante Beata Teresia desiderio videndi pulchritudinem animæ in gratia constitutæ, evenit ut in quadam vigilia Sanctissimæ Trinitatis illud Deus illi concesserit, ostendendo illi quemdam globum sive quemdam orbem pulcherrimum crystalli, ad instar unius castri cum septem habitaculis: in quorum septimo, nempe in centro, assistebat Rex gloriæ, cum miro splendore illustrante omnia illa habitacula. Quæ tanto majori lumine perfundebantur, quanto magis centro appropinquabant. Hæc lux ultra dictum globum non se extendebat;

tam intellectu-
ales

PER AA.
ROTE.

A extendebat; quin omnia extra illum erant tenebrae, viperae et alia animalia venenosa. Et cum Beata Teresia miraretur hujusmodi pulchritudinis magnitudinem, quam Deus animabus in gratia constitutis communicat, illico lux evanuit, et (Rege gloriae nequaquam ab isto castro absente) crystallus fuit obscuritate obruta, et remansit turpis et quasi carbo, cum quodam intolerabili fetore, et per illa venenosa animalia, quae existerant extra globum, statum animae in peccato existentis significari ipsi fuit ostensum. Quam quidem mysteriosam visionem communicavit uni ex suis confessariis, nempe episcopo Tirasonensi saepe nominato, dixitque illi magnos effectus spirituales in anima sua ex hac visione provenientes. Inter quos unus fuit quod ex illa Deo remansit adeo humiliata ut ex illa hora nunquam sui fuerit recordata in opere bono; quia vidit quod omnis pulchritudo proveniebat ex illo splendore, et omnis virtus ex illa potentia, et omnes vires animae et corporis erant vivificatae ex illa essentia existenti in suo centro, et quod inde omne bonum emanabat: et sic omne bonum quod ex illo tempore gessit et operata fuit, retulit in Deum, tanquam auctorem et motorem principalem; ut ipse episcopus in sua depositione affirmat. B 2 p. remissorialis Toleti, fol. 729. Secundo, per annum et amplius Beata Teresia obtinuit gratiam a Deo videndi Christum Redemptorem nostrum a latere suo dextro illam concomitantem, alloquentem et docentem, consolationemque in suis laboribus praebentem, ac ipsam in altissima oratione recolligentem, aliosque mirabiles et salutares effectus in anima ipsius relinquentem: prout late eadem scriptum reliquit, libro suae Vitae, cap. 28 et 29, et in sexta Mansioni, cap. 8; et confirmat praedictus episcopus Tirasonensis, lib. 1, cap. 13, et P. Ribera, lib. 4, cap. 4.

quam imaginaria,

1318 Tertio, postea vero idem Dominus noster non solum huic Virgini concessit illum videre visione intellectuali supradicta; sed etiam quadam alia visione inter imaginarias altissima, sibi (ut ipsa ait) valde proficua. In ea namque paulatim Christus suae sponsae videndum se praebuit. In primisque illi tantummodo manus suas divinas, quae coelum et terram fabricarunt, demonstravit. Et paucis elapsis diebus illi videre concessit suam divinam faciem, quam Angeli prospicere desiderant. Et tandem in festivitate Sancti Pauli, dum Missa C Sacrificium audiret, tota illa Sanctissima Humanitas (prout Jesus Christus resuscitatus ac gloriosus depingi solet) ipsi fuit ostensa. Cujus incredibili pulchritudine ita capta fuit, ut ab ipso Christo Domino suavia haec verba: « Filia, jam tota mea es, » et ego totus tuus », hisque similia, magno cum amoris indicio proferente, audire meruerit. Et hanc gratiam istumque divinum favorem pluries spatio duorum annorum cum dimidio ab omnipotenti Deo habuit; ut ipsa refert in cap. vigesimo octavo et vigesimo nono supra citatis, et in supradicta sexta Mansioni, cap. 8. Quarto, cum jam primum monasterium novae Reformationis in urbe Abulae Beata Teresia construxisset, mentali orationi instanter vacans, a Jesu Christo Sponso suo, ob varios in ejus et Genitricis suae Sanctissimae obsequio passos labores, corona fulgentissima fuit redimita, et tanquam sponsa decorata, ut ipsa in lib. Vitae suae, cap. 36, scriptum reliquit.

eandem altissimam

1319 Quinto, insuper Dominus noster aliam maximam admirandamque gratiam Ancillae suae Teresiae concessit, nempe quamdam visionem trium Personarum Sanctissimae Trinitatis, in qua gaudebat tanta illuminatione et penetratione veritatis

istius mysterii, quanta in hac vita mortali obtineri potest; ut eademmet scripsit in septima Mansioni, capite primo, et tradidit Pater Ribera ubi supra, dicto cap. quarto. Qui alias plures ac mirabiles visiones hujus Sanctissimae Trinitatis deificae mysterii, a Deo Beatae Teresiae collatas, et ab ipsa propria manu in quibusdam chartulis conscriptas, se vidisse affirmat. Sexto, pluries etiam et fere semper videbat Christum Redemptorem nostrum in Hostia consecrata, et saepius cum maxima et miranda maiestate; ut ipsa scripsit in libro suae Vitae, cap. 38, fol. 322, et in Itinere perfectionis, cap. 34, fol. 512. Septimo, et cum alia vice orationi vacasset, fuit spiritus illius in eestasi raptus, viditque iterum per quamdam certam et claram notitiam Sacratissimam Christi Humanitatem, excessiva maximaque gloria. Quam visionem non semel, sed pluries habere meruit, et (ut illa fatetur) ex illa uberrimos fructus spirituales fuit consecuta; ut in praedicto libro suae Vitae, cap. trigesimo octavo, fol. 321, et tradit praedictus Pater Ribera, ut supra.

1320 Octavo, altera autem die orationi intentae et plurimae, evenit illi quidam magnus raptus spiritus, in quo vidit se ipsam elevatam et in coelum immissam: ibique genitores suos ante alios conspiciere meruit. E Et brevissimo temporis intervallo tam magna et mirabilia vidit ut verbis nullatenus exprimi possent. Quod et alias illi evenit. Et quoties Deus illi hanc gratiam communicabat, toties denuo majora et mirabilia secreta illius aeternae Beatitudinis magna cum laetitia et exultatione illi demonstrabat. Et particulariter una vice rapta mens ejus fuit in coelum, ubi per unius horae spatium, magno solatio perfusa, habuit Deum juxta se stantem et demonstrantem illi mirabilia et altissima mysteria secretaque coelestia, dicentemque: « Vide, filia, quibus » bonis se privent peccatores. Hoc dices illis: « Ut latius ipsa in praedicto capite trigesimo octavo scriptum reliquit. Nono, quamplures aliae visiones Jesu Christi Domini nostri et Sanctissimae Trinitatis, Beatae Virginis Mariae et Angelorum, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sancti Joseph et multorum aliorum Sanctorum Beata haec Virgo habere meruit, pluriesque illam allocuti fuerunt Christus Dominus et illius Sanctissima Mater et alii Sancti, ut in libris per ipsam scriptis variis locis legitur; et particulariter in sexta Mansioni, cap. 5, scriptum reliquit quod, cum quadam die coram Christo crucifixo esset desolata, considerans nunquam habuisse quid quod pro Christo offerret, nec quidquam propter ipsum relinquendum, ipsemet Crucifixus illam consolando dixit quod ei dabat omnes dolores et labores quos passus fuerat, quodque illos ipsa habere posset tanquam proprios, ad offerendos illos Patri aeterno.

1321 § V. De revelationibus divinis, quae, sicut et visiones, ad prophetiam spectant, ut docet D. Thom., aliqua dicemus infra art. 22, cum de dono prophetiae agemus. Nunc vero, ad corroboracionem praedictorum, nonnullas ex multis, quas in oratione habuit Beata Teresia, breviter prosequemur. Primo, cum quadam die Beata Teresia cogitasset maxima cum anxietate an esset in gratia Dei (quia nihil ipsi adeo grave evenire poterat quam cogitare si forsitan Deum offensum haberet), humiliter Deum efflagitabat tale quid non permetteret. Tunc Deus misericors illi revelavit esse in sua divina gratia, dicens quod similis amor Dei quem ipsa habebat, et beneficia et favores quibus illius anima illustrabatur, non compatiebantur cum anima existente in peccato lethali; ut in lib. suae Vitae, c. 34, ipsamet affirmat. Secundo, revelavit etiam ei Dominus

nec non revelationes de se

A Dominus quod antequam ab hac vita migraret, visura esset maximum progressum Ordinis Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, per hæc verba : « Esto forti animo, quandoquidem meum in te » auxilium vides. Coronam hanc te obtinere volui : » Ordinem Beatæ Mariæ, quoad vixeris, magnos » progressus facere videbis. » « Hoc a Domino ac- » cepi ad dimidium Februarii anno 1571 », ait ipsa in prædicto libro, fol. 365. Quam quidem revelationem (ut est notum) exitus comprobavit, et probat Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 2, fol. 148.

magne Refor-
mationis, etc.;

1322 Tertio, alia quadam die eidem fuit revelatum a Domino prædictam Reformationem Discalceatorum, tunc magnis persecutionibus afflictam, non dissolvendam; immo potius augendam. Quam revelationem suo confessario ipsa manifestavit his verbis : « Labores quidem patiemur, sed Reforma- » tio non retrocedet. » Et ita evenit, ut ipse confessarius episcopus Tirasonensis affirmat. Quarto, iterum cum foundationi monasterii Segoviæ operam daret Beata Teresia, ei Dominus per medium Sancti Alberti revelavit ejusdem Ordinis separationem a Patribus Mitigatis. Quod ipsa dixit Patri Magistro de Yanguas, suo confessario, sex annis antequam separatio fieret : ut affirmat prædictus episcopus Tirasonensis, lib. 2, cap. 25; et deponunt trigesimus sextus testis in remissoriali Salmantino, et testis quadragesimus nonus in remissoriali Abulensi, fol. 371. Quinto, revelavit etiam eidem Beatæ Dominus noster obitum cujusdam religiosi sui Ordinis, et quod in cælum illius anima ascendisset via recta, absque eo quod per purgatorium transisset. Quam revelationem habuit eadem hora qua ille religiosus obierat, ut ipsa scripsit in libro suæ Vitæ, c. 38; prout etiam aliorum obitus et illorum animarum ascensus in cælum eidem revelati fuere : nempe cujusdam Magistri Ibañez, Ordinis Sancti Dominici, ipsius confessarii, quin et alterius Fratris istiusmet Religionis, et cujusdam religiosi Societatis Jesu et aliorum plurimorum, in cap. 38 suæ Vitæ ab ipsa relatorum.

de quibus visi-
onibus ac re-
velationibus

1323 Quod autem hujusmodi visiones et revelaciones, et cæteræ omnes quas Beata Teresia habuit, prout in suis libris scriptæ apparent, fuerint veræ et a Spiritu Sancto processerint, nihilque habuerint illusionis nec participationis spiritus maligni, facile nobis persuasum fuit : primo ex sanctitate excellenti et virtutibus heroicis istius Beatæ Virginis, ut ex omnibus articulis hujus secundæ partis clare constat; item ab effectibus resultantibus ex eisdem visionibus et revelationibus, nempe humilitate profunda et incremento amoris divini et reliquarum virtutum, necnon utilitate et ædificatione proximorum; tum etiam ex approbatione tantorum gravissimorum virorum, tam litteris quam prudentia, virtute et pietate conspicuorum, quos superius non semel nominavimus, præsertim art. 2, cum de sanctitate in genere ageremus, inter quos præsules, magistros sacræ theologiæ illiusque publicos professores, et fere omnes ejusdem Beatæ Virginis confessarios reperimus : quibus eadem Beata favores et gratias quas in oratione et raptibus Deus illi conferebat, semper exponere ac manifestare curabat, ut ipsi omnia illa examinarent et consilium præberent ac dijudicarent an in dictis favoribus divinis aliquid illusionis fugiendum reperirent. Quos consulebat cum determinatione et resolutione potius insequendi consilium ipsorum illisque fidem majorem adhibendi quam prædictis revelationibus. Dicebat enim quod in obediendo suis confessariis errare non poterat, prout in credendo revelationibus et visio-

nibus. Unde ex prædicto tam exacto examine istius spiritus hujus Beatæ Virginis ipsiusque visionum ac revelationum, et illarum approbatione a tot viris insignibus et eruditis, non videtur dubitandum prædictas revelationes et visiones esse veras et procedere a spiritu bono et vero, non autem ab illusorio et falso.

1324 Nec eo minus istæ revelationes et visiones probari videntur, quod de illis potissimam attestationem desumamus ab ejusdem Beatæ Virginis Teresiæ scriptis, in prædictis ipsius libris, et a decem confessariis illius, qui de auditu ab eadem deponunt : qui sunt episcopus Calagurritanus D. Petrus Manso, et episcopus Tirasonensis D. Didacus de Yepes, et episcopus Abulensis Fr. Don Joannes de las Cuevas, et episcopus Segoviensis D. Petrus de Castro, et Magister Fr. Bartholomæus de Medina et Magister Dominicus Banez et Magister Didacus de Yanguas Ordinis Prædicatorum, et Pater Ægidius Gonzalez de Avila et P. Henricus Henriquez et P. Hieronymus de Ripalda Societatis Jesu; præter alios insignes viros sæpius nominatos : quia, ut jam probavimus in Relatione miraculorum, art. 3, revelationes et visiones unico teste fide digno probantur. Et cum ex natura rei alii testes dari non possint, nec ab alio quam ab ipsomet quem Deus similibus favoribus prosequi dignatus est, probari possunt, materia subjecta facit ut eisdem Beatis quibus contigerunt, et illorum confessariis de auditu ab ipsis, standum sit : ut in terminis fuit declaratum in Relatione Sanctæ Franciscæ, part. 2, art. 12 de visionibus et revelationibus; et conducunt plurimum declarata in Relatione Sancti Raymundi, p. 2, art. 8, versu « Nos tamen » : et eo maxime cum ex supradictis clare et evidenter constet de eximia sublimique sanctitate, nec non de miraculis multis et magnis a Deo operatis per merita et intercessionem Beatæ Virginis Teresiæ, quæ fiunt præter alia ut illius dictis et scriptis major fides sit adhibenda.

1325 Et quod Deus tam familiariter per modum visionum et revelationum cum suis fidelissimis amicis loquatur illisque sua secreta manifestet, non est novum neque inusitatum. Divina enim Majestas, civitates illas funditus eversura, his verbis amico suo Abraham loquitur, Genes. c. 18 : « Num celare » potero Abraham quæ gesturus sum? » Et in Amos Propheta cap. 3 sic legitur : « Non facit » Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secretum » suum ad servos suos Prophetas. » Apostolos etiam Dominus (Joannis cap. 15) his verbis est affatus : « Jam non dicam vos servos, quia servus » nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi » amicos, quia omnia quæcumque audiivi a Patre » meo, nota feci vobis. » Et omnes fere Sanctos, maxime Ordinum Fundatores, divinis visionibus et revelationibus illustratos fuisse legimus; ut videre est in libris Historiarum Sanctorum Benedicti, Bernardi, Dominici et Francisci, et aliorum, qui præ manibus habentur. In quibus innumerae visiones ac revelationes aliique favores divini, tam ipsis Sanctis Fundatoribus quam aliquibus eorum discipulis collati, scripti reperiuntur. Absque dubio itaque Deus cum suis amicis familiariter loquitur, et his maxime favere solet quos ad opera grandia eligit, qualis fuit Beata Teresia, quam et Fundatricem unius perfectissimæ Religionis et Magistram spiritualis doctrinæ a Deo Optimo Maximo Ecclesiæ datam fuisse constat, ut supra art. 2 de sanctitate in genere probavimus.

1326 Articulus vigesimus secundus. Gratia gratum faciens est per quam homo ipse Deo conjungitur : gratia vero gratis data est illa per quam unus

PER AA.
ROTÆ.

dubium esse
nullum potest;

exque Tere-
sia cum mul-
tis Ordinum
Fundatoribus
communis
sunt.

F

Prædicta quo-
que sunt præter
gratia gratis

PER AA.
ROT.E.

A homo cooperatur alteri ad salutem, illum instruendo et ad Deum reducendo. Ita distinguit D. Tho. 1. 2, q. 111, art. 1; et de hac gratia gratis data dicit Apostolus 1 ad Corinth. 12: « Unicuique datur » manifestatio spiritus ad utilitatem » (scilicet aliorum): « alii quidem per spiritum datur sermo » sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum » eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, » alii gratia sanctorum in uno spiritu, alii operatio » virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, » alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. » Homo autem ad affectum hunc operari non potest interius movendo (hoc enim solius Dei est), sed solum exterius docendo vel persuadendo. Unde gratia gratis data continet sub se supradicta ab Apostolo expressa, et a D. Tho. ubi supra, articulo quarto, adducta, quibus homo indiget ad hoc quod alterum instruat in rebus divinis. Quibus fere omnibus mirifice fuisse Beatam Teresiam a Deo condecoratam, probatur ex sequentibus.

videlicet gratia fidei.

B 1327 § I. Primo, gratiam fidei habuisse constat ex summo desiderio quo flagravat lucrando animas Deo, ad quem finem gratia gratis data dirigitur. Quod supra, in articulo 6 de charitate erga proximum, ostensum est. Et de excellentia fidei satis etiam supra demonstratum est quali firmitate gratiam fidei habuerit, et quantum curaverit conversionem haereticorum et infidelium, quantaque fidei certitudine ac rerum illius evidentia fuerit praedita.

sermone sapientia et scientia.

C 1328 § II. Et quod habuerit sermonem sapientiae, hoc est sublimem cognitionem rerum divinarum et humanarum ad aliorum eruditionem, satis docent libri quatuor quos scriptos reliquit, de quibus supra articulo 2 de sanctitate in genere; qui variis linguis ex hispano idiomate versi, per omnes status Ecclesiam Dei recognoscentes in manibus circumferuntur, quorum doctrina, tanquam vera et catholica et a Deo infusa, communiter ab omnibus est approbata et laudata: praesertim ab octoginta quinque testibus super articulis 54 et 56 deponentibus; inter quos sex sunt Reverendissimi Praesules, pietate et doctrina insignes: nempe D. Alphonsus Manrique, archiepiscopus Burgensis; D. Petrus Manso, episcopus Calagurritanus; D. Petrus de Castro, episcopus Segoviensis; D. Joannes Alphonsus de Moscoso, episcopus Malacitanus; D. Laurentius Otaduy, episcopus Abulensis. Alii vero septem sunt magistri et cathedrales sacrae theologiae in universitate Salmantina: nempe Pater Magister F. Dominicus Bañez Ordinis Praedicatorum, celeberrimus theologiae pralector; Pater Magister Augustinus Antolinez Ordinis Sancti Augustini, provincialis, et cathedrales etiam primarius theologiae; Magister Joannes Alphonsus de Curiel, cathedrales etiam primarius theologiae; et Magister Fr. Basilius Ponce de Leon Ordinis Sancti Augustini, et Magister Pater Fr. Petrus Cornejo Ordinis Carmelitarum Calceatorum, et ambo cathedrales sacrae theologiae; et Magister Fr. Bartholomaeus Sanchez ejusdem Ordinis Carmelitarum Calceatorum, cathedrales proprietatis et decanus theologiae in dicta universitate; et Magister Frater Ludovicus Bernardus, Ordinis Sancti Bernardi Generalis, et cathedrales Sacrae Scripturae; et Doctor D. Rochus de Vergas, archidiaconus de Monte Leon et canonicus doctoralis in ecclesia Salmantina, ac in eadem universitate Sacrorum Canonum cathedrales primarius; et P. Franciscus Suarez Societatis Jesu, cathedrales primarius theologiae in universitate Comimbrensi. Reliqui vero 64 testes alii sunt canonici magistrales et lectorales, alii religiosi

D valde litterati et graves Ordinum Sancti Dominici, Sancti Francisci, Sancti Augustini, Beatae Mariae de Monte Carmelo, Sancti Benedicti, Sancti Bernardi, Sancti Hieronymi, Carthusianorum, Societatis Jesu, Sanctissimae Trinitatis, Sanctae Mariae de Mercede. Alii vero sunt praesidentes consiliorum regis Catholici et consilarii eorumdem. Qui omnes doctrinam dictorum librorum non solum tanquam sanctam et catholicam approbant, illamque miris encomiis extollunt; sed (quod magis est) aliqui eorum divinitus infusam et a Deo Optimo Maximo doctam, per medium orationis et conversationis adeo familiaris quam Beata Teresia cum divina Majestate habebat, judicant et reputant. Et inferunt aliqui ex eisdem testibus quod ex altitudine mysteriorum supernorum et divinorum nostrae fidei et aliorum arcanorum coelestium quae scripsit praedicta Beata Teresia mirabili cum scientia et claritate (cum tamen illa litteris nec in scholis nec alibi operam dedisset, quin potius esset mulier divinarum litterarum omnino ignara; cumque tota doctrina sit madefacta igne charitatis, quo inflammantur corda hos libros legentium), concludunt magnam utilitatem magnumque fructum spirituales ex eorumdem lectione in Ecclesia Dei subsecutum; quia animae fidelium remouentur a vitiis et excitantur ad virtutes, et hoc quasi miraculose, ob efficaciam qua cor legentium illos, quantumcumque durum, compunctione et devotione mollicatur: cujus multi ex praedictis testibus in se ipsis experimentum fecisse affirmant. Unde plures testes subdunt merito istam Beatam Virginem, ratione praedictae scientiae divinitus infusae, depingi cum columba super illius caput, sub cujus specie Spiritum Sanctum sibi apparuisse in quadam vigilia Pentecostes, suumque spiritum magna cum fruitione gloriae in ecstasim raptum fuisse, ipsa Beata Teresia affirmat in Relatione suae vitae, c. 38. Accedit quod (ut supra art. 2 probavimus) saepe, dum istos libros scribebat, visa fuit vultu splendere, illosque maxima cum celeritate scribere, quod est signum maximum praesentiae Spiritus Sancti ipsi tunc dictantis. Ex quibus, et ex tot gravissimorum et doctissimorum virorum gravissima censura, merito ipsos libros eademmet censura dignos judicavimus.

E 1329 § III. De gratia vero sanctorum et operationis virtutum, quae ad miracula pertinent, jam late egimus, et illam habuisse Beatam Teresiam probavimus in Relatione miraculorum.

gratia miraculorum, dono prophetiae.

F § IV. De prophetiae autem dono quod ei Dominus omnipotens communicare dignatus fuit, patet tum ex visionibus et revelationibus divinis, de quibus supra art. 21, quas quidem visiones et revelationes ad prophetiam spectare docet D. Thom. 2. 2, q. 171, art. 3 in corpore (juxta illud Isaiae 6: « Vidi Dominum sedentem super solium excelsum » et elevatum); tum etiam ex futuris contingentibus quae Beata Teresia praedixit, circa quae propriissime prophetia versatur, juxta D. Gregorium, hom. 1 in Ezechielem, quem refert et sequitur idem D. Thom. loco proximo citato. Et licet ex eisdem Beatae Teresiae libris et testium depositionibus constet de quam pluribus casibus in quibus Beata Teresia spiritu prophetico futura praenovit et praedixit, tamen, quia omnes recitare esset nimis longum, ideo aliquos tantummodo in comprobationem istius assertionis enumerabimus.

1330 Primo, praenovit Beata Teresia illius magni viri (supra nominati) Patris Fr. Petri de Alcantara mortem per annum ante illius obitum, ut ipsa in libro suae Vitae, cap. 27, expressit in his verbis:

in cujus domi confirmatio-nem

- A « Anno antequam obiret, apparuit mihi absenti et
 » novi ipsum moriturum; de quo per aliquas leu-
 » cas absens illum monui. Et cum efflaret animam,
 » apparuit, dixitque mihi se ad requiescendum
 » ascendere. Quod ego cum aliis communicavi; et
 » post dies octo venit nuntius illius mortis seu (ut
 » melius dicam) æternæ vitæ quam inchoaverat. »
 Secundo, etiam præcognovit per revelationem divi-
 nam quod D. Maria de Cepeda, ipsius soror, morte
 subitanea esset obitura: quod illius confessario
 aperuit, et iter paravit ad oppidum ubi soror mora-
 batur; tacitaque revelatione, cepit illam admonere
 ut Sacramentum Pœnitentiæ frequentaret, seque
 ad incertum diem quo a Deo vocaretur, præpara-
 ret. Quod illa fecit, pie vivendo; et evenit casus,
 dum post quadriennium repente dicta D. Maria
 obiit: cujus animam paucis exinde diebus e purga-
 torio exeuntem Beata Teresia vidit, ut ipsa refert
 in prædicto suo libro, cap. 34. Tertio, cum D. Ca-
 tharina de Mendoza, marchionissa de Mondejar,
 scripsisset Beatæ Teresiæ binas litteras, petens ut
 sibi a Deo postularet successionem legitimam, illi
 Beata Virgo respondit quod voluntas Dei erat
 quod non haberet talem successionem. Et quamvis
 B postea eadem marchionissa peperisset filium, qui
 per viginti annos vixit, nihilominus prophetia præ-
 dicta fuit adimpleta; quia ille (comes vocatus de
 Tendilla) obiit, et post eum prædicta marchionissa,
 absque filiis, nullaque relicta successione: ut depo-
 nunt quadragesimus quartus testis, comitissa de la
 Puebla, in prima parte remissorialis, de auditu ab
 ipsa marchionissa; et quadragesimus quintus et
 quadragesimus sextus testis de auditu a supradicta
 comitissa, et de publica voce et fama.

insigniores
quædam præ-
dictiones

- 1331 Quarto, præcognovit etiam laborem quem-
 dam quo prædictus episcopus Tirasonensis, ejus
 confessarius, quadam vice vexabatur; misitque ad
 illum sociam, Matrem Annam de Sancto Bartho-
 lomæo, quæ illi ipsius nomine diceret quamdiu la-
 bor ille esset duraturus: prout evenit, quia labor
 prædictus tempus designatum a Beata Teresia non
 excessit; ut deponit ipsemet episcopus in secunda
 parte Toletani. Quinto, item prædixit cuidam no-
 bili D. Mariæ de Guzman, quod, postquam matri-
 monio collocaretur, monialis esset futura, non
 tamen Carmelita Discalceata, sed in alia Religione,
 quodque similiter duo filii, quos ex illo matrimonio
 erat procreatura, futuri essent religiosi. Quæ
 omnia ita contigerunt: nam nupsit, et duos habuit
 C filios, et tam ipsa quam illi, defuncto marito, facti
 fuerunt religiosi; ut probat in 4 parte Toletani
 duodecimus testis, comes de Luna, de auditu ab
 ipsamet D. Maria. Sexto, cuidam suæ nepti D. Bea-
 trici de Ovalle, quæ valde ornate incedebat et a
 statu Religionis animo longissime aberat, prædixit
 monialem Discalceatam futuram esse, ad illamque
 hæc verba facere solebat: « Nunc, Beatrix, discurre
 » ut libet; nam denique monialis Discalceata fu-
 » tura es. » Quod exitus comprobavit, ut refert
 idem episcopus Tirasonensis in sua historia, et
 confirmat eadem Beatrix, priorissa conventus To-
 leti, in prima parte remissorialis Toletani.

ab ea factæ
referuntur.

1332 Septimo, per annos ultra viginti antequam
 D. Sebastianus, rex Lusitaniæ, in Africam cum
 exercitu transiret ibidemque periret, vidit Beata
 Teresia Angelum, sanguinolentum ensen manu
 tenentem super regnum prædictum. Quæ visio in-
 dicabat copiosum sanguinem ex illo regno funden-
 dum; prout in effectu evenit: ut probat qua-
 dragesimus nonus testis in remissoriali Abulensi,
 fol. 371, de auditu ab ipsamet Beata, et episcopus
 Tirasonensis, loco citato. Octavo, prædixit etiam

Beata Teresia suum obitum, illumque Patri Fratri
 Mariano, ejusdem Ordinis religioso, ante octo annos
 manifestavit: ut deponunt in remissoriali Salman-
 tino quadragesimus testis, et quadragesimus primus,
 et quadragesimus tertius, et quadragesimus octa-
 vus, et quadragesimus nonus, et quinquagesimus,
 omnes super art. 95. Aliorumque multorum mor-
 tem præcivit, pluraque alia spiritu prophetico
 prædixit, quæ a supradictis historiis et ab ipsamet
 Beata in prædictis libris referuntur, et brevitatis
 causa hic omittuntur.

1333 § V. Discretio autem spirituum, quæ etiam
 est species prophetiæ, versatur circa dignoscendum
 spiritum quo quis movetur et discernendum An-
 gelum lucis ab illo tenebrarum, cum non omni
 spiritui sit credendum, juxta illud 1 Joannis 4:
 « Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus,
 » si ex Deo sint. » Et etiam versatur circa cognos-
 cendum occulta cordium, juxta illud Hieremiæ
 17: « Præsumptum est cor hominis et inscrutabile:
 » qui cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor,
 » et probans renes »; et docet D. Thom. super
 primam Epist. D. Pauli ad Corinth. cap. 12, lect. 2,
 et 1. 2, q. 111, art. 4 in corpore circa finem.
 Quæ gratia est maximæ excellentiæ et utilitatis,
 præcipue in personis habentibus curam et regimen
 animarum spiritualium, prout Beata Teresia ha-
 buit: rexit enim ac direxit per viam spiritualem
 tam suas moniales quam multas alias animas;
 sicque et illi non defuit ista gratia: quin potius
 illam mirifice a Deo obtinuit, ita ut in discernendo
 spiritum quo quis vel moveretur vel in orationis
 studio procederet, fuerit Magistra, et in cognos-
 cendo et penetrando secreta cordium excellens;
 ut docent clare consilia quibus suas moniales in
 vita spiritali direxit, illis, prout occasio eveniebat,
 affirmando spiritum quo ducebantur, esse sanctum
 et verum, alias vero de contrario admonendo, reve-
 lationes et visiones veras ab illusionibus discer-
 nendo, secreta et occulta cordium pluribus (prout
 expedire videbat) patefaciendo, non minus ac si
 propriis oculis eorum corda et in eis recondita
 prospiceret: ut affirmant idem episcopus Tiraso-
 nensis in sua depositione, et scriptum reliquit in
 Historia vitæ istius Beatæ, lib. 3, cap. 28, § 3; et
 R. P. Franciscus Ribera, in eadem Historia, lib. 4,
 cap. 25; et testis trigesimus septimus in prima parte
 Salmantini; et in remissoriali Abulensi testis tri-
 gesimus primus, trigesimus nonus et quadrage-
 simus primus; et in prima parte Toletani primus et
 tertius testis; et in 4 parte Toleti sextus testis et
 alii plures: omnes super artic. 80. Et prædicti scri-
 ptores diversos casus ad hunc articulum spectantes
 referunt, quorum (brevitatis causa) tres vel quatuor
 tantummodo, notabiles quidem, hic referendos de-
 crevimus.

PER AA.
ROTE.

discretione
spirituum.

E

F

1334 Primus evenit eidem Reverendissimo Epi-
 scopo Tirasonensi, cui Beata Teresia quamdam
 epistolam scripsit, tradiditque priorissæ sui con-
 ventus Toleti, et illi injunxit ut post ejusdem Beatæ
 obitum illam prædicto episcopo legeret; prout fa-
 ctum fuit. Et idem episcopus affirmat quod Beata
 Teresia in eadem epistola penetraverat interiorem
 statum ipsius episcopi et necessitatem ipsius animæ
 curandæ aperte significaverat, non secus ac si ipsa
 intra cor suum extitisset. Secundo, cum P. Gaspar
 de Salazar Societatis Jesu distaret per plures leucas
 a loco in quo Beata Teresia commorabatur, cognovit
 ipsa statum interiorem illius Patris; et ex parti-
 culari Dei ordinatione illi apparuit, realique præ-
 sentia illius cubiculum clausis januis ingressa fuit,
 ac illi dedit quedam documenta ad salutares effectus
 animæ

quæ item se-
lectis aliquot
casibus proba-
tur.

PER AA.
ROTÆ.

A animæ suæ : ut probat tertius testis P. Doctor Henriquez ejusdem Societatis et confessor Beatæ Teresiæ, de auditu tam ab ipsa quam ab eodem Patre Salazar; et refert idem episcopus Tirasonensis, ubi supra. Tertio, Vallisoleti quidam sacerdos in præsentia Beatæ Teresiæ Missam celebravit; quem ipsa post Sacrum ad cancellos vocavit, et dixit nefas esse quod sacerdos peccato mortifero obnoxius celebrare auderet : ac ipse perterritus veritatem agnovit, gratiasque Sanctæ Teresiæ egit; ut probat idem Tirasonensis, confessarius Beatæ Teresiæ, loco supra citato. Quarto, in conventu Fratrum ejusdem Ordinis oppidi de Pastrana, quidam Frater novitius gravissimam tentationem patiebatur, quam nemini propalare audebat. Illucque Beata Teresia accedens, statim ac prædictum novitium aspexit, cognovit id quod intus patiebatur; illoque seorsum vocato, terque interrogato quidnam haberet, renuenteque suam tentationem manifestare, ipsa Beata illi eandem tentationem et afflictionem qua ipse cruciabatur, clare demonstravit, et modum quo liberari posset, talem docuit, ut ex illa hora religiosus ille incolumis et tali molestia liber remanserit : ut probat quadragesimus nonus testis, qui prædictis adfuit, in remissoriali Abulensi, et sextus testis in 4 part. Toleti, de auditu ab eodem religioso; et firmant supradicti scriptores Vitæ istius Beatæ.

ac demum
gratia interpretationis
sermonum.

B 1335 § VI. Gratia autem interpretationis sermonum, quamvis videatur spectare ad doctores et in divina lege peritos, nihilominus, quia gratis data, Deus omnipotens (cujus non est abbreviata manus) illam Beatæ Teresiæ ad multos edocendos et erudiendos tribuit; ut constat. Nam cum esset mulier quæ nunquam latinum sermonem didicit, aliqua Sacræ Scripturæ loca interpretata est sensu sano, catholico et utili; ut inter alia apparet in libro quem in Orationem Dominicam edidit, et in illo super Cantica Canticorum : ut probat Reverendissimus Episcopus Tirasonensis, lib. 3, c. 28, § 2 et 3; in quo late et docte demonstrat qualiter a Deo Beata Teresia hac et cæteris aliis supradictis gratis gratis datis fuit insignita : ita quod in omnibus gratis ab Apostolo enumeratis (prout supra) ipsa Beata Teresia omnes (excepta tantummodo gratia quæ genera linguarum vocatur) obtinuisse meruerit a Deo Optimo Maximo.

quibus accedunt
Spiritus Sancti dona
et fructus, ac
beatitudines.

C 1336 Articulus vigesimus tertius. Secundum D. Th. 1. 2, q. 68, art. 2 et 3, dona Spiritus Sancti sunt habitus quibus anima perficitur ad prompte instinctum et motionem Spiritus Sancti sequendum. Quæ quidem dona sunt septem : scilicet donum Sapientiæ, Intellectus, Consilii, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis et Timoris Dei; quibus quasi quibusdam perfectionibus homo disponitur ad prompte obediendum Spiritui Sancto. Quibus donis ex superioribus virtutibus (quas demonstravimus Beatam Teresiam habuisse) resultare videtur eandem ornatam fuisse et promptissime secutam instinctus Spiritus Sancti; et maxime quia charitatem erga Deum et proximum in heroico gradu habuisse ostendimus. Unde sequitur, cum D. Thom. ubi supra, articulo quinto, quod qui habet charitatem, habet omnia dona Spiritus Sancti, quæ omnia sibi invicem in charitate connectuntur. Et cum eadem Beata plures actus egregios virtutum et donorum produxerit, qui sunt veri fructus Spiritus Sancti, videtur eisdem fructibus maxime præstitisse. Ut enim docet idem Sanctus Doctor ubi supra, q. 70, art. 1, fructus Spiritus Sancti dicitur operatio hominis, quasi cujusdam divini seminis, juxta illud 1 Joannis 3 : « Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit,

» quoniam semen ipsius in eo manet. » Videtur D dicendum operationes virtutum istius Beatæ Virginis, quasi ex divino semine provenientes, fructus Spiritus Sancti fuisse. Quæ operationes virtutum cum in illa fuerint perfecte excellentes (ex superius adductis), sequitur non solum posse dici fructus Spiritus Sancti, sed etiam beatitudines, juxta eundem S. Thom., dicta q. 70, art. 2, ubi dicit omnia opera virtuosa in quibus homo delectatur, fructus dici, non autem beatitudines, nisi perfecta excellentiæ fuerint. Unde ex tot tantisque operibus perfectis et excellentibus, quibus Beata Teresia resplenduit, sequitur habuisse non solum fructus, sed etiam beatitudines, quibus in hac vita gaudere conceditur; quod veluti quædam inchoatio æternæ beatitudinis reperitur in viris perfectis, ut notat idem Sanctus Doctor, dicta quæst. 60, art. 2 in corpore.

Maximam
sanctitatis fa-
mam in vita

E 1337 Articulus vigesimus quartus. Tanta fuit ac talis istius Beatæ Virginis sanctitas, tantusque in ea ardor amoris Dei et proximi, adeoque orationi et contemplationi altissimæ vacavit, assiduis jeuniis, ciliciis aliisque corporis macerationibus ita fuit dedita, in cæterisque aliis virtutibus assequendis ita fuit sollicita, ut non solum tot tantisque virtutibus in gradu perfecto ac heroico a Deo Optimo Maximo condecorari meruerit, verum etiam quamplurimis gratiis et favoribus, visionibus, locutionibus et revelationibus divinis aliisque cælestibus donis mirabiliter, etiam dum viveret, honorari ac illustrari digna facta fuerit; ut supra suis locis retulimus. Quæ omnia adeo indes creverunt, ut, quantumcunque eadem Beata Virgo, sua profundissima humilitate, opinionem sanctitatis mundo celare curasset, illud minime assequi valuerit : imo potius Deus misericors et sapiens, qui illam ad istius Ordinis reformationem erigendam et ad tot fidelium animarum utilitatem ac conversionem elegerat, et cui tam sublimem sedem in cælis præparaverat, illius sanctitatis (etiam ipsa vivente) famam publicari et per omnem Christianum populum taliter extendi voluit, ut vivens ab omnibus fuerit habita et reputata pro Sancta, atque hoc eodem nomine (Sancta) vocata et nominata, et non utrumque, sed cum fama sanctitatis eximie, tam apud reges Catholicos et præsules proceresque illorum Hispanorum regnorum, præsides et consiliarios regios, quam etiam in universum apud omnes cujuscunque status et conditionis : ut ultra viginti quatuor testes, moniales istius Ordinis, quæ tanquam magis familiares et sociæ hujus Beatæ Virginis et suæ Matris plene de his omnibus testantur, deponunt; et probant concludenter plusquam centum alii testes super art. 115, inter quos viri gravissimi jam supra art. 2 de sanctitate in genere nominati.

et post mor-
tem,

F 1338 Qui etiam cum aliis testibus usque ad numerum 170 super art. 116 de ejusdem sanctitatis fama et opinione, illiusque cum perseverantia incremento, post felicem transitum istius Beatæ Virginis Teresiæ ad gloriam sempiternam, latissime et concludenter testantur; istamque famam communiter sparsam fuisse et esse apud eosdem reges et proceres, undique tam in prædictis Hispaniarum regnis ac provinciis quam in aliis Galliæ, Italiæ, Flandriæ et Poloniæ, et apud Indos; ac denique Beatam Teresiam ubique terrarum Christianæ reipublicæ pro Sancta, cum sanctitate valde eximia, communiter reputari et honorari universali cum acclamatione ac veneratione et magna æstimatione illius sanctitatis; vestesque illius, litteras ab ipsa scriptas, panniculos oleo ex ejus sancto corpore manante tinctos, aliaque similia, pro Reliquiis venerando

A venerando et in magna aestimatione conservando, illiusque sepulchrum (ubi ejusdem corpus incorruptum cum odore mirifico ac liquore miraculose conservatur et colitur) frequentando, et ipsius intercessionem apud Deum in necessitatibus et afflictionibus magna cum fiducia postulando, effligiem ipsius cum radiis tanquam Sanctae depictam maximo cum honore et reverentia tenendo, illamque observanter colendo ac venerando, commemorationes cum Antiphonis et Oratione propria ad recitandum typis mandando, item legata nobilia in canonizationis subsidium eroganda relinquendo, monasteria in Dei ipsiusque ancillae Teresiae honorem erigendo, multos libros de illius vita, sanctitate ac miraculis, per gravissimos auctores conscriptos, typis mandando, nomen Teresiae, ob illius devotionem, etiam apud Indos remotissimos, propriis filiis in Baptismatis fonte imponendo, conciones et orationes in ipsius laudem in die ejus depositionis praedicando, aliaque permulta ad opinionem maximam et famam sanctitatis hujus Beatae conducentia praestando: ut in particulari probant viginti duo testes super art. 116. Quibus accedunt quae superius art. 2 notavimus, cum de sanctitate in genere istius Beatae Virginis Teresiae egimus.

ac, praesertim
post beatifica-
tionem.

B 1339 Quae quidem fama et communis opinio sanctitatis omnimodum augmentum recepit ex approbatione istius Sanctae Sedis Vestraeque Beatitudinis, cum dignata fuerit per suas in forma Brevis litteras facultatem concedere Officium et Missam de ista Beata Virgine Teresia celebrandi ac recitandi, tanquam de una Virgine, singulis annis, in die ejus depositionis, in omnibus monasteriis et ecclesiis istius Ordinis Discalceatorum Carmelitarum ab ipsa fundati et ab omnibus illius religiosi utriusque sexus. Qua facultate mediante, annumerata fuit ista ancilla Dei inter Beatas, et Ecclesiae ac populo Christiano tanquam talis proposita. Qua de causa ubique terrarum apud animos fidelium sanctitas haec Beatae Teresiae omnino confirmata ita remansit, ut non solum regi Catholico, sed etiam Christianissimo, aliisque principibus Christianis illorumque regnis ac provinciis, valde gratum et acceptabile beneficium hoc a V. Beatitudine collatum fuerit habitum, omnesque, illo accepto, summa et inenarrabili laetitia fuerint affecti, ac illam manifestis et publicis signis ostenderint, non solum confluyendo una cum religiosi ejusdem Ordinis ad eorum monasteria (quae in Congregatione Hispaniae sunt septuaginta sex Fratrum, quinquaginta vero monialium; in ista vero Italiae triginta octo utriusque sexus) ad istius festi celebrationem, in unoquoque dictorum monasteriorum solemnissime factam, verum etiam omnes tam ecclesiastici status quam saecularis, ultra praedicta, ipsi suis propriis sumptibus, hujus tantae Virginis devotione permoti et accensi, hunc diem festum quadam incredibili, maxima, universali communique laetitia, gaudio ac exultatione celebraverint, laudando et magnificando Dominum Deum nostrum in sua Sancta Teresia in sono tubae, in psalterio et cithara, in tympano et choro, chordis et organo, in cymbalis bene sonantibus et in cymbalis jubilationis; omnisque spiritus videtur laudare Dominum: ita ut illa animorum fidelium universalis ac pia commotio fere posset quid miraculosum judicari.

apud populos
et principes
adepta est;

C 1340 Et quia esset nimis prolixum in specie enarrare solemnissimas processiones ornatissime ac sumptuosissime celebratas, templa religiosorum munificentissime et accuratissime ornata, variaque carmina in omni genere poetico ac enigmata plurima ingeniosissime composita, inventiones summo

ingenio et arte adinventas, maximasque expensas in supradictis festivitibus liberalissime factas; haec (inquam) et alia omnia remittenda duximus, libris multis de hujusmodi festivis gaudiis compositis et typis mandatis, qui prae manibus habentur. Ubi nonnulla miracula pluraque mirabilia, inter illa festiva gaudia, auxilio istius Virginis Beatae invocato, occursa, passim referantur; nec non vota Deo emissa ab aliquibus civitatibus et populis, colendi in perpetuum diem festum Beatae Teresiae, illam apud Deum in Patronam et advocatam illorum populorum eligendo, praesertim a civitate Abulae, ubi nata fuit, et ab oppido Alba, ubi ipsius sanctum corpus requiescit, totaque ejus communitate, et a civitate Salmantina, in cujus diocesi Alba sita est: prout in eisdemmet libris etiam videri poterunt conciones quam plurimae, variae et doctissimae, tam coram rege Catholico quam praesulibus gravissimis et proceribus illorum regnorum, a regibus doctissimis concionatoribus aliisque eruditissimis viris habitae, doctrina Evangelica ac Sanctorum Patrum ornatae, in laudem et honorem istius Beatae Virginis, quam merito mirabilem praedicant mirisque laudibus et encomiis extollunt.

1341 Unde non mirum, si apud Sanctitatem Vestram pro ejusdem Beatae Virginis Teresiae canonizatione instantiam faciant, non solum rex Catholicus, qui iteratis precibus hoc a Sanctitate Vestra efflagitavit, verum etiam Caesarea Majestas et reges Christianissimi, rex Poloniae et archiduces Austriae, duo Concilia provincialia, Tarraconense scilicet et Caesaraugustanum; archiepiscopus Cardinalis Toletanus, archiepiscopus Hispalensis, Burgensis, Compostellanus, Valentinus, Tarraconensis, Caesaraugustanus, Ulisiponensis, Granatensis et Mexicanus; et fere omnes episcopi Hispaniarum, pluraque capitula ecclesiarum cathedralium Hispaniae, et status ecclesiasticus regnorum Castellae, in sua congregatione congregatus; quin et regna ipsa Castellae, Legionis, Lusitaniae, Arragoniae, Valentiae, Cataloniae, et provincia Cantabriae; item et universitates Salmantina, Vallisoletana et Complutensis, simul cum fere omnibus civitatibus magis insignibus illorum regnorum. Qui omnes, una cum tota Religione praedicta Discalceatorum Beatae Mariae de Monte Carmelo, ab ipsa Beata Virgine fundata, sanctitate, meritis ac intercessionem istius Beatae Teresiae confisi, ac illius devotione ac beneficiis adstricti, ingenti desiderio a Sanctitate Vestra, pro ultimo complemento consolationis et laetitiae totius populi Christiani, ac pro majori gloria Dei, favorabile responsum suppliciter efflagitant, sicque istius Beatae Virginis solemnem canonizationem et adscriptionem in numero Sanctorum. Ad quam, in forma Sanctae Romanae Ecclesiae consueta, et juxta ipsius ritum et Sacrorum Canonum dispositionem, stantibus superius in ista Relatione et in alia miraculorum firmatis, si Sanctitati Vestrae placuerit, deveniri posse judicandum duximus, prout prius non semel in eadem sententia fuimus, sicut in principio hujus Relationis notavimus. Franciscus, archiepiscopus Damascenus, Joannes Baptista Coccinus, decanus. Alfonsus Manzanedo de Quinones.

1342 Huic Relationi in excusis Actis canonizationis proxime subjungitur sequens testificatio: Haec omnia quae in praesenti volumine continentur, fideliter hic extracta et scripta fuerunt ex proprio originali, quod ego infrascriptus Sedis apostolicae notarius, et secretarius Sacrae Congregationis Rituum, compilavi et rescribi curavi in alio simili volumine, quod Sanctissimo in Christo Patri et Domino nostro D. Paulo Papae V praesentavi: et concordant

PER A.A.
ROTE.

D

ejusque cano-
nizatio sum-
mis votis po-
stulatur.

E

F

Testificatio
J. P. Murm-
ti, S. R. C.
secretarii.

PER AA.
ROTE.

A cum ipso originali quod est apud me, et cum alio prædicto Sanctissimo Domino nostro præsentato. Et in fidem veritatis manu mea propria me hic subscripsi, et solito meo notariatus signo, quo in publicis documentis utor, firmavi. Romæ, anno a Nativitate Domini millesimo sexcentesimo decimo sexto, die quinta Octobris, Pontificatus vero ejusdem Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pauli Papæ V anno duodecimo.

Pro ✕ signo. Ita est, et pro veritate attestor ego Joannes Paulus Mucantius, presbyter Romanus, juris utriusque doctor, Sacrarum Cæremoniarum magister, Sedis apostolicæ notarius, et secretarius Congregationis Sacrorum Rituum, manu propria.

EX ACT.
CANON.

§ LXV. Oratio J. B. Millini, consistorialis aulæ advocati, coram Gregorio PP. XV 1 Februarii MDCXXII; et hujus Summi Pontificis responsio per secretarium domesticum J. Ciampoli.

In consistorio
publico la-
dantur

O ratio Si rei quam tractaturus sum, dignitas et amplitudo verbis explenda et orationis meæ finibus concludenda est, frustra impositam mihi provinciam susceperim, frustra animi corporisque vires intenderim, Beatissime Pater. Ea enim Teresiæ Virginis claritudo, ea sanctimonie præstantia est, quæ non oratorum facundiam, quippe dicendis ejus virtutibus imparem, sed tacita plenam reverentia postulet admirationem. Faciam itaque quod solent qui terrarum situs pingunt: in brevi quasi tabella totam ejus imaginem amplectar, id verissime præfatus, quantum brevis pictura a terrarum orbis magnitudine distat, tantum ingenii mei vires a Teresiæ virtutibus distare. Interea vero dum ego inunctum onus exequor, et nomine Philippi quarti, Hispaniarum regis potentissimi, Sanctorum numero a Sanctitate Vestra clarum hoc sæculi sui lumen adscribi postulo, ejusque vitam ac miracula breviter perstringo, quæso obtestorque Sanctitatem Vestram ut faciles dicenti aures præstare non gravetur.

S. Teresiæ
vita.

1344 Progenita est Teresia in illustrissimi regni Castellæ civitate cui Abulæ nomen est, anno post Christum natum quintodecimo supra millesimum et quingentesimum, nobilibus parentibus, qui non religione minus quam generis splendore conspicui, pari eam pietate ab infantia instituerunt. Effulsere in tenella virguncula orationis fervor, probitas ævo maturior, recessuum et contemplationis amor singularis. Septem annos nata, Sanctorum Martyrum res gestas assidue perlegens, Martyrii et ipsa inflammata desiderio, parvulo fratre in comitem assumpto, urbem egressa est, Africam, ut a Mauris pro Christi fide jugularetur, petitura. Sed interim dum properaret ad mortem, divinitus reservabatur ad vitam, serius quidem, sed cumulatius coronanda; fit obviam patruus festinanti, ex itinere retrahit, parentibus gemebundis restituit: illa deinceps præpeditum Martyrii votum jejuniis, lacrymis, afflictione carnis, dum viveret, nunquam deposuit, semper implevit. Vigessimus annus agens, quo certius mundi laqueos et insidias evitaret, monasticam vitam cogitans, ad cœnobium Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo, Ordinis quem Mitigatum vocant, se contulit, ibique religiosam vitam institu-

tum professa est. Cæterum visa est in agonem D concertatura descendere: nam, quia modicum erat generosæ Virginis regularis observantiæ pensum, instaurabantur illi morborum certamina; ut quæ tenerum semel corpusculum Africano carnifici obiectura processerat, jam adultum assiduis incommodæ valetudinis cruciatibus porrigeret divexandum.

1345 Alia adhuc ratione disquirenda erat Teresiæ constantia. Insistebat illa, cum cæteris religiosi Instituti exercitiis, tum multo maxime orationi; ac nihilominus tanta spiritus, ut sic dicam, ariditate vexata est, ut integro duodeviginti annorum spatio nullo cælestis rore solatii sit respersa. Verum suavitatis ac dulcedinis largitor Dominus perseverantem et indefessum Ancillæ suæ spectavit affectum; et supernæ consolationis affluentiam, quo diutius distulit, eo cumulatius impertivit: tanta enim postea contemplationum sublimitate excelluit, tanta cælestium visionum voluptate perfusa est, ut purissimis illis mentibus proximior quam humanitati videretur. His et aliis prærogativis aucta, primævam Carmeli disciplinam, afflante Deo, æmulari, mox restituere aggressa est. Plurima ejus Instituti mulierum virorumque cœnobio (rem a sæculis in E fœmina inauditam) generoso ausu excitavit: siquidem septemdecim monasteria monialium erexit ac gubernavit, virorum vero quindecim fundata reliquit, miraque prudentia direxit, omniaque sanctitatis exemplo constabilivit. Quæ itinerum incommoda, quos labores, quas pugnas eo in opere peragendo perpessa non est? Humanis plerumque destituta præsiidiis, ægrota, pauper, sola, Deoque dumtaxat freta, reclamantes locorum præsides, procures præsulesque imperturbata sustinuit. Dulcia sane incommoda, dulces labores pro amantissimi Sponsi nomine indefesse a Teresia exantlatos; quippe quæ tam fuit patiendi avida ut sapissime in hæc verba prorumperet: « Domine, aut pati aut » mori! »

1346 Quid singularem in Deum charitatem elo- ac virtutes-
quar? Quæ tam fuit eximia ut votum ad eam diem inauditum prima emisit, semper se quod perfectius et divino cultui convenientius esse intelligeret, effecturam. O amorem inauditum! O nobilem generosissimæ Virginis et sæculis prædicandam omnibus magnanimitatem! O sponsam vere dignam cui Christus, porrecto clavo, tanquam arrha divina, quandoque dixerit: « Tu, Teresia, deinceps ut F » » vera mea sponsa anxie de honore meo sollicita » eris: jam ipse totus tuus sum, tu tota es mea. » Neque vero semel tantum vel iterum ei se Christus Dominus videndum præbuit, sed creberrimis familiarissimisque apparitionibus sponsam suam dignatus est; ut quæ ardentissimo Sponsi amore flagraret, ejus quoque præsentia velut gratissimorum irrigatione fontium recrearetur, imo ut amoris ardor validius augeretur in Virgine, et ubertas gratiæ affluentius conferretur a Creatore. Præmitto frequentem Teresiæ ecstasim. Seraphinum sibi cernere visa est præcordia ignito amoris jaculo trajicientem: quin etiam ipsamet post mortem revelavit divino amoris impetu vita excessisse. Quid insignem proximi dilectionem consecraret? Quam egregie demonstrant animarum anhelata salus, tot extracta laboribus cœnobio, effusæ pro persecutoribus preces, quos adeo dilexit ut vulgo jactaretur quisquis diligi a Teresia vellet, aut detrimentum ultro conferret aut injuriam. Sileo fidei ac spei magnitudinem, castissimæ virginitatis excellentiam, quam præclarissimi hujus Virginis confessarii nulli vel minime impuri hostis suggestioni fuisse obnoxiam

A obnoxiam testati sunt, paupertatis et obedientiae praestantiam, caelestis sapientiae sublimitatem, quam egregie docent libri quatuor ab ea conscripti, qui in varias linguas ex hispano idiomate versi, toto Christiano orbe celeberrimi, non sine magna legentium admiratione et utilitate circumferuntur. Si leo caeterarum virtutum egregia decora: dies enim me deficiat, si singula prosequar; deficiat, inquam, si vel summam attingam. Tot ac tantis exornata virtutibus, tot perfuncta laboribus Teresia, anno salutis humanae millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, quarto nonas Octobris, susceptis incredibili cordis affectu ac demissione Sacramentis, suisque alumnis salubriter commonefactis, amatoriis votis et colloquutionibus in Deum exaestuans, purissimam animam Sponso tradidit Creatori.

referuntur
quidam mira-
cula, quibus
in vita,

1347 Nunc ad miracula, quibus multis et magnis in vita, in morte ac post obitum Teresia refulsit, mea se convertat oratio: quae cum singula recensere longum sit, temporisque angustiis intercludar, pauca tantummodo delibanda existimavi. Illud primum se offert quod apud Villam Novam de la Xara Conchensis diocesis patratum est: ubi cum ingens annonae caritas misere populum opprimeret, ac in Teresiae monasterio vix tantum farinae superesset ut monialibus per mensem alendis satis esse posset, illius precibus sic adaugeta est ut integro sterilitatis tempore, hoc est sex mensium, abunde suppetere. Monialis quaedam nomine Alberta apud Medinam del Campo febris ac pleuritide pene ad interitum laborabat, quam Teresia eo adveniens complexa: « Et tu, inquit, in meo adventu aegra decumbis? » Quae cum dixisset, illa protinus sanata surrexit. Anna a Trinitate, monialis in eodem conventu, erysipellate in facie gravique insuper febris laborabat. Accessit ad aegrotam Teresia, manuque faciem ejus attrahens: « Ne timeas, inquit, filia: » spero sanitatem tibi a Deo restituendam. » Quo peracto, nulla intercedente mora, ab erysipellate et febris Anna liberata est.

in morte

1348 Felicissimum Teresiae obitum haec maxime comitata sunt. In ejus ubi defuncta est cenobii tecto et ipsiusmet decumbentis cella apparuit caelestium luminum multitudo. Una ex religiosis circumstantibus Christum Dominum eximie refulgentem, et longo Angelorum ordine stipatum, lecto Virginis adstantem vidit. Alia candidorum agmen cellam ingressum et lecto pariter circumfusum aspexit. Alia e Virginis ore columbam evolantem, alia lucem crystallinam fenestra pertranseuntem contuita est. Quo etiam tempore prope Teresiae cellam arbor, quae antea arida diu permanserat, subito flores emisit. Monialis quaedam, diuturno capitis et oculorum morbo vexata, sacro corpori appropinquans, ejusque emanus capiti oculisque propriis admovent, repente incolumis facta est. Altera odoratum per quadrimestre amissum, deosculatis defunctae pedibus, illico lata recuperavit, et caelestis odoris particeps fieri, Beatae imploratione, meruit. Accedunt insuper egregiae defuncti corporis praerogativae. Remansit Virginis facies pulcherrima, candida, et cute tensa, cum jam illam senectus contraxisset; membra omnia flexibilia et tractabilia. Quemdam odorem mirificum, aliis odoribus absimilem, non corpus modo, sed vestes etiam et panniculi quibus aegra utebatur, vehementissime exhalabant. Idem corpus post multa annorum curricula pluries exhumatum, semper triplici miraculo claruit: semper enim incorruptum suavisque odoris fragrantiam ac caelestem liquorem effundere conspectum est, hodieque conspicitur.

1349 Pergo ad alia miracula obitum Teresiae consecuta: quae cum plurima sint, nonnullis breviter enarratis, dicendi finem facio. Franciscus puer quadriennis, filius mulieris Abulensis, toto corpore a nativitate contortus ac miserabiliter deformatus, post peractam in cella hujus Beatae novenam, perfecte sanus discessit. Franciscus etiam Perez, rector ecclesiae Sancti Petri Turris de Lobaton, Vallisoletanae diocesis, apostemate ad os pectoris et brachii contractione jam quintum mensem a Sacrorum celebratione praepeditus, cum medicamenta non proficerent, epistolam manu hujus praeclarae Virginis exaratam apostemati religiose applicans, liberatus est. Qui cum grati animi causa Albam profectus, sepulchrum ipsius visitasset, ejusdemque brachium (quod separatim a corpore summa reverentia illic asservatur) proprio brachio sic contracto applicuisset, ex illa quoque contractione convaluit: unde postridie ejus diei Missam ibidem celebravit. Joannes de Leyva, qui lethali angina fere jam praefocatus interibat, perquisito hujus Beatae sudario, et collo circumligato, somno correptus, et brevi post expergefactus, cognovit se Teresiae meritis incolumitate donatum. Anna a S. Michaelis, monialis, triplici cancro in pectore per biennium exulcerata, saevissimis doloribus cruciata, collo brachisque contracta, corde etiam afflicta, carnis Teresiae particula adhibita, ipsaque Teresia implorata, nulla interposita mora, canceris caeterisque morbis liberata est. Antonius a Villarroel, puer quinquennis, lethargo mortifero correptus gravique exaestuans febris, cum a medicis derelictus esset, applicato capiti linteo, et quibusdam ejus liquoris stillis qui ex Teresiae corpore promanat, consperso, a lethargo febrique liber evasit. Anna Gonzalez, cum ex infirmitate manu sinistra contracta esset adeo ut nec digitos posset explicare, ad monasterium in quo Teresiae corpus et brachium ab ipso divisum asservatur, processit; ibique ipsius Virginis brachii contactu integrae sanitati statim restituta est.

EX ACT.
CANON.
et post mor-
tem effulsit:
D

1350 Haec sunt, Beatissime Pater, quae ad Teresiae vitam et miracula leviter adumbranda satis esse existimavi. Reliquum est ut Sanctitas Vestra publico Christianae reipublicae gaudio et exemplo Virginem hanc tam insigni sanctitate conspicuam Sanctorum catalogo adscribat, et universali Ecclesiae venerandam proponat ac decernat. Hoc a felicitis recordationis Clemente VIII et Paulo V. Sanctitatis Vestrae praedecessoribus, postulavit clarae memoriae Philippus III, hodieque a Sanctitate Vestra postulat Philippus IV, Hispaniarum reges vere Catholici; hoc novissime Caesarea Ferdinandi II Majestas; hoc Ludovicus XIII, Galliarum rex Christianissimus; hoc Sigismundus, Poloniae rex potentissimus; hoc complures Christiani orbis principes; hoc totus Carmelitarum Discealatorum Ordo; hoc Hispania tota; hoc omnes boni votis omnibus efflagitant: eamque Sanctitati Vestrae atque huic Sanctae Sedi tanti beneficii memoriam quam nulla unquam vetustas obruat, pollicentur.

et canonizatio
ejus expetitur.

1351 Responsio. Spectaculum Deo gratissimum atque hominibus admirandum praebuit Hispanae Virginis fortitudo, in ipso vitae semper militantis tirocinio omnium imperatorum laudes supergressa. Atque in id mentis oculos libentissime convertit S. D. N. Qua aetate vel ipsas materni cubiculi tenebras plerique formidamus, puella septennis, jam micans splendoribus Sanctorum, a parentum complexu divellitur, monstrorum feracem Africam petitura, deducendo pietate ac periculis invitantibus, ubi ferox amore martyrii tyrannorum saevitiam provocaret,

Benigne peti-
tionem respon-
det

F

EX ACT.
CANON.

A

provocaret, clamitans plaudente Cælo : « Quis nos » separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an periculum, an gladius? » Compendiarium illa quidem iter institerat, ut violenta raperet regnum Dei; verum opportunis id sepsit impedimentis misericordiarum Pater, quo tanta virtus orbi profutura per longiores divinatorum mandatorum ac consiliorum semitas ad æternitatis palmam properaret. Id autem ita cumulate præstitit ut non iisdem quibus vitam finibus opera suæ pietatis concluderet. Vivit adhuc Teresiæ sanctimonia in religiosis virginibus ac viris Carmelitanis, quos voluntariis suppliciis edocuit vires corporis, id est arma vitiorum, continenter expugnare : et modo principes juvat sapientium magistra; modo divini eloqui voce tonans, et gladio salutis armata, in aciem prodit de impiorum sententiis triumphatura.

per secretarium suum
Gregorius XV.

B

1352 In his cæterisque laudibus, non præsentis solum oratione, sed totius Christianæ reipublicæ plausu celebratis, in principum populorumque, ac præsertim Philippi IV Catholici regis, precibus, triumphalia sanctitatis ornamenta Beatæ Teresiæ postulantium, divinæ clementiæ magnitudinem agnoscit S. D. N. atque admirabilem Hispaniæ gloriam, Sanctos non minus religiose venerantis quam feliciter progredientis. Sed tanta in deliberatione cælum jejuniis, precibus atque eleemosynis petendum est, ut per hos bene hærentes scalarum gradus in tertii cæli altitudinem Pontificiæ mentis pietas ascendat, mortalibus renuntiatura quæ sponte non licet homini loqui. Proinde rogat omnes Sanctitas Sua ut his pietatis officiis secum Patrem luminum imploretis. Ipse autem Venerabiles Fratres suos S. R. E. Cardinales, tum patriarchas, archiepiscopos atque episcopos in consilium adhibebit, ut in cælestibus honoribus decernendis Divinitatis jussa capessat et Catholicæ Ecclesiæ laudibus inseruiat. In hanc sententiam respondere me jussit Sanctissimus Dominus noster.

§ LXVI. Vota Cardinalium, Archiepiscoporum et Episcoporum, canonizationem B. Teresiæ a Gregorio PP. XV efflagitantium, in con- sistorio semipublico xxiii Februarii MDCXXII.

C

Vota Cardina-
lium de Mon-
te, Sfortiæ.

Votum Francisci Mariæ Cardinalis de Monte : Teresia honestis parentibus Abulæ in Hispania nata, ab ipsa pueritia futuræ sanctitatis, martyrium expetendo et quantum illi sexui et ætati licuit, procurando, insigne et admirandum specimen cum dedisset, suavissimo postmodum Religionis jugo Ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo se subdidit; ubi, divino Spiritu afflante, opus nedum fœmina majus, sed omni viro superius est aggressa : nempe ut Carmelitani Instituti rigorem, non solum regulari ac perficere, sed aliis, ut id facerent, auctrix fuerit, erectis ad id quam plurimis, non fœminarum solum, sed virorum etiam, ipsa suadente, monasteriis, nullo humano auxilio, sed in Deo spe firma, qua sola nitebatur. Charitate ac vitæ sanctitate fuit admodum insigni, cælestique ac divinæ sapientiæ, quam ipsius libri testantur, ac prophetiæ spiritu ornata, miraculisque insignibus

locupletata, crebrisque cum Domino nostro Jesu Christo ejusque Sanctis visionibus ac colloctionibus assueta. Hæc me adducunt ut existimem inter Sanctas Virgines per Sanctitatem Vestram esse connumerandam Virginem hanc tot tantisque virtutibus fulgentem, generosoque ac virili animo præditam.

Francisci Card. Sfortiæ : Beata Teresia a Jesu, Beatissime Pater, a Sanctitate Vestra dignissime inter publica sanctimoniarum exempla amplissima auctoritate proponetur.

1354 Alexandri Card. Montalti : Beatissime Pater, ea fuit Beatæ Teresiæ, Virginis castissimæ, Christianæ pietatis excellentia, ea fidei sinceritas et charitatis ardor, is fervor devotionis, ea demum totius vitæ sanctitas, ut Deus optimus charissimam sibi illam fuisse signis apertissimis declaraverit, et præclara ejus intuitu miracula ediderit : ex quibus plane intelligere possumus piissimam ejus animam, in cælestem patriam receptam, æterna beatitudine frui. Ob ea quæ jam relata sunt amplissima miraculorum et virtutum merita, quantum mihi licet et humana in tanta re permittit imbecillitas, in Sanctarum Virginum catalogum Beatam Teresiam adscribendam existimo, si ita Sanctitas Vestra Sancti Spiritus ductu duxerit statuendum; ejus judicium, ut est certissimum, sic reverenter sequar atque amplectar.

Montalti,
Bandini.

Octavii Card. Bandini : Quæ in fœminis, Beatissime Pater, in Sanctarum numerum relatis, priscis Ecclesiæ temporibus admirata est, ea omnia in una Teresia evidentissime conspiciamus. Nam candorem virginitatis, charitatis ardorem, constantiam fidei, rerum humanarum despectum ac divinarum perpetuam contemplationem, communia illi fuisse cum aliis plerisque omnes fateri possunt : cum etiam martyrium aut certe martyrii præmium illi non defuerit; quæ adhuc puella Africam hoc animo cogitavit; quæ tot ac tantis afflictata morbis ac doloribus, vitam duxit Martyrum cruciatibus pene parem; quæ denique ignea sagitta Angeli ministerio transfixa, ad cælum purissima evolavit. Quod vero Ordinem suum jam collapsum ac pene extinctum restituerit, quod Magistram quasi novi Instituti Deo famulantium se præbuerit, quod non solum fœminis, sed viris etiam arctioris disciplinæ documenta præbuerit, hoc illi proprium ac peculiare censendum est; in fœmina vero adeo novum, ut cæteras quamvis sanctissimas hoc uno longe superasse videatur. Hæc vero talia sunt, Beatissime Pater, ut eam non solum cælestibus gaudiis potiri ac frui, sed in altissimo gradu apud Deum Opt. Max. collocatam fuisse non sit dubitandum.

1355 Andreæ Card. Peretti : Si quid est, Beatissime Pater, quod Teresiam a Jesu inter Sanctos referendam esse suadeat, tot ubique terrarum ab ea proseminatae religiosorum familiæ hoc imprimis efflagitant. Magnam ejus mulieris sanctitatem fuisse existimandum est, ejus tam viri quam fœminæ imitatores existant.

Peretti, Gym-
nasii, Madru-
ti, Burghesii.

Dominici Card. Gymnasii : Mulier fortis inventa est, Beatissime Pater, non procul, sed prope : etsi procul, quamvis terrena a terrenis. Digitos suos ad fusum ponebat, ne otiosa panem comederet; os suum sapientiæ aperuit; scripta ejus relata judicant; manum suam misit ad fortia, ut fortem debellaret in terra : quocirca sibi Fratres et Sorores sub Religione Discalceatorum ab ipsa fundata ac auctoritate amplissima confirmata adseivit, associavit. Hanc virginem, quam sibi Dominus in cœlis sponsam elegit, utique venerandam declaremus in terris.

Caroli

A Caroli Card. Madrutii : Beata Virgo Teresia adeo sanctitate ac miraculorum gratia floruit in diversis reipublicae Christianae partibus, ut ad ejusdem reipublicae Christianae decus fideliumque consolationem procedendum sit ad illius solemnem canonizationem.

Scipionis Card. Burghesii : Beata Teresia a Jesu, Beatissime Pater, aucta titulo sanctitatis, et grande caelo decus additur, et salutare terris praesidium comparatur : quare merito eam censeo Sanctorum albo adscribendam fore.

Barberini,
Millini,

1356 Maphæi Card. Barberini : Beatissime Pater, obtinet inter Beatæ Teresiæ virtutes principem locum charitas eximia, qua Deum coluit et omnibus prodesse mortalibus ardentissime concupivit. Hæc in animis hominum singularem excitat admirationem, et eam quæ prodit e tot insignibus ab ea patris miraculis, longo videtur intervallo præcedere : quid enim mirabilius quam ut adhuc Ancilla Domini non exuta mortalitatem, sit ab ipso Christo ob dilectionis excessum sponsa pariter habita et nuncupata? Probationibus in auditorio Sacri Palatii et in Concilio Sacrorum Rituum inspectis, illi Sanctorum venerationem esse exhibendam deliberatum est ; quod Vestra Sanctitatis auctoritate confirmandum censeo : nam decet ut Carmeli gloria efflorescens in omnes orbis Christiani partes odorem suavitatis diffundat.

Joannis Garsia Card. Millini : Beatæ Virginis Teresiæ sanctimoniam non nostra tantum Europa, sed remotissimæ quoque nationes admirantur. Carmelitarum Discalceatorum disciplina veteri normæ restituta Teresiæ opus est. Hujus Ordinis, qui protectioni meæ commissus est, quam sit egregia pietas, quam constantes pro animarum salute suscepti labores, magno reipublicæ Christianæ commodo experimur et intuemur. Multis præterea et præclaris Teresiam prærogativis ornavit Deus, quam et sponsam suam appellavit et creberrimis apparitionibus dignatus est, tantisque virtutum laudibus cumulavit, ac tam insignibus in vita, in morte et post obitum miraculis illustravit, ut eam universali Ecclesiæ venerandam proponere voluisse omnino videatur. Quapropter eam Sanctarum Virginum numero adscribendam censeo.

Lantes, Lenii,
Veralli,

1357 Marcelli Card. Lantes : Beatissime Pater, divinam Virginem Teresiam, quam Excalceatorum Carmelitarum Ordo Parentem ac Ducem agnoscit, nemo est qui privatis Beatorum honoribus non merito a Paulo V nuper decoratam existimaverit et publicis debere augeri aliquando non affirmet. Nam cujus castitas, sapientia, humilitas cæteraque pietatis et charitatis studia a Sacri Palatii auditoribus et a Patribus ex hoc Senatu ad id delectis abunde comprobata sunt, quæque familiæ Christiano cultui tam arcte mancipatæ et in hujus sæculi nocte tanto cum proximorum fructu laboranti veluti columna spirans et ignea hactenus illuxit, digna est mea sententia, Beatissime Pater, quæ in sublimi Ecclesiæ Catholice specula ad ejusdem perenne praesidium atque ornamentum Sanctitatis Vestrae decreto quam primum collocetur, etc.

Joannis Baptistæ Card. Lenii : Mulierem fortem Teresiam, spectatissimæ virtutis feminam, Angelorum alumnam, evangelicæ vitæ Magistram, miraculorum gloria clarissimam, merito in Sanctarum Virginum numerum a Sanctitate Vestra referendam censeo.

Fabricii Card. Veralli : Ut in Superum cœtum homines coaptentur, humana querere solemus testimonia admirabilium operum ac virtutum. Merito quidem in cœtum Sanctarum Virginum reponi potest

Beata Virgo Teresia, cum de ejus sanctitate et miraculis, non solum humanum, ipsiusmet Christi habeamus testimonium, qui manifesta in luce ei dixit : « Ego sum totus tuus, et tu tota mea. » Regnum igitur cœlorum possidet Teresia, quæ Christum ipsum possidet Regem cœlorum, etc.

EX ACT.
CANON.
D

1358 Dominici Card. Rivarolæ : Teresiam, Beatissime Pater, in hoc mortalitatis ergastulo commorantem impolluto corpore Virginem extitisse, ac voto Martyrem, cœlestis sapientiæ dono Cherubin, comprobatum est. Dum enim a sensibus evocata, ad supremi domicilii gaudia rapiebatur, familiaribus cum Christo colloquutionibus fruebatur ; in quibus arcana plurima edocta alios edocebat : ea enim magistra usos se esse Carmeli Ordinis alumni merito gloriantur. Ad hæc Teresiæ merita et virtutes accedunt miracula, et numero et præstantia quam maxima, quibus jure optimo in Sanctarum numerum referendam esse censeo, etc.

Rivarolæ,
Philonardi,

Philippi Card. Philonardi : Versamur hodie, Beatissime Pater, in arduo et difficili negotio, imo in negotio omnium maximo. Licet enim Sanctorum ingens sit numerus, ita ut B. Joannes in Apocalypsi dixerit : « Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat », nihilominus pauci sunt quos Deos sua providentia elegit ut eis per Vicarium suum in terris publici decernerentur honores. Neque enim ad hanc excellentiam satis est ut coram Deo Sancti sint, sed oportet ut certissimis documentis probetur, eos, dum viverent, sanctitatis gloria aliis præluxisse et in eadem sanctitate diem extremum clausisse, et demum post mortem carnis animas eorum ad æternam beatitudinem pervenisse. In eorum paucorum, sed felicissimorum hominum numerum Beatam Matrem Teresiam referri posse merito jureque optimo credimus : nam ex documentis et pluribus atque idoneis testibus, quibus lux veritatis assistit, legitime et evidenter probatur Deum omnipotentem ejus intercessione ac contemplatione, dum in hac vita permansit, in morte et post mortem, multa magna et admiranda miracula fecisse. Quamobrem ego ejus sum sententiæ ut hæc nobilis Virgo, tam humilis et sublimis, divinis dotata muneribus et virtutibus, a Sanctitate Vestra in numerum Sanctarum debeat referri, connumerari et rite et recte canonizari, ut finis huic tanto negotio omnino imponatur, etc.

E

1359 Roberti Card. Ubaldini : Inter agmen fortium et sanctarum mulierum Beata Virgo Teresia merito censeatur ; quæ omnem virtutis laudem cumulate complexa, nostro sæculo testatum reliquit quoniam etiam in sexu fragili divinæ potentie digitus operetur, prodigia dixerim, non miracula, quæ de ejus gestis legitime probata, et ab ipsamet celesti plane calamo exarata, nobis ostendunt delicias Dei esse cum filiis hominum. Per hanc flos ille Carmeli, qui arescere videbatur, reffloruit, species agri formosissima rediit quæ perierat, et admirabilem ubique terrarum dedit odorem suavitatis. Quod si magnitudo charitatis mensura est sanctitatis, profecto sanctissima dici debet : sic tam fortis fuit dilectio, ut non dissolutionem sui corporis, non effundendi sanguinis desiderium, sed ipsammet operata sit internecionem vis amoris exæstuantis. Digna omnino Virgo, quæ quatuor fortissimorum virorum comitatu prodeat, et cui de debellato mundi principe triumphalia decernantur, etc.

Ubaldini, de
Trejo,
F

Gabrielis Card. de Trejo : Fuit Teresia Virgo velut speciosa inter filias Jerusalem, speciosa virtutum ornamentis, austerioris disciplinae zelo, miraculorum varietate : una fuit perfecta, una decora, in deliciis cœlestibus. Quoties Sponsi divini cor vulneravit

EX ACT.
CANON.

A vulneravit in uno voluntatis affectu! Quoties apprehendit ipsum et quasi intra se conclusit! Quid igitur morandi locus? Quidni extemplo Sanctorum albo describatur? Non potest alterna fluctuantis animi propensio ibi esse; ubi adeo probata Virginis, vel potius hujusce Viraginis, perfectio comperitur inesse. Eia igitur, Pater Sancte, ecce universus terrarum orbis hoc a te reclamatur. Quod si suffragium a me requiratur, ecce ultro tibi offero: urget enim Virginis praeclara vita immaculata, et cum suffragio animum quoque meum sibi exposcit, etc.

Borgia, Bentivoli, Valerii,

1360 Gasparis Card. Borgiae: Beatam Virginem Teresiam a Jesu, invicti animi exemplum, divinae charitatis vivam ac spirantem faciem, sanctissimorum virorum ducem, muliebris denique virtutis culmen altissime supergressam, Sanctis Virginibus annumerari non solum posse, sed etiam debere censeo, Pater Beatissime, etc.

B Guidonis Card. Bentivoli: In iis quae relata sunt de vita et miraculis Beatæ Virginis Teresiæ tanta elucet heroicarum omnium virtutum præstantia, ut dubitari possit in qua magis ipsa excelluerit et magis se admirandam præbuerit. Quæ dixit, quæ fecit, quæ scripsit, omnia sunt miraculorum ejus velut præconia. Id quod uno ore prædicat, non sola tantum Hispania, quæ illam genuit, sed universus Christianus orbis, qui illam sibi præcipuo cultu et veneratione ubique jam vindicavit. Quapropter existimaverim Beatitudinem Vestram facturam esse rem sua singulari pietate ac sapientia dignam, si tam sanctam Virginem inter Sanctos rite et solemniter sua auctoritate quamprimum referre voluerit, etc.

C Petri Card. Valerii: Mulierem fortem jam invenimus, Beatissime Pater, imo et fortissimam Virginem simul atque sponsam et ancillam Christi Teresiam, quæ virili pectore manum misit ad fortia et de fructu manuum suarum plantavit vineam, quæ non timebit a frigoribus nivis. Hanc igitur jam sanctitate et miraculis toto orbe clarissimam filii ejus undique Beatissimam prædicaverunt. Quid amplius superest modo, Beatissime Pater, nisi ut Sanctitas Vestra pro sua prudentia decernat, quod, sicuti hæc invictissima Christi famula jam in Ecclesia triumphanti coronam accepit sibi a Domino præparatam in æternum, ita in hac militanti, ad Dei omnipotentis laudem, hodierna die collegio Sanctarum Virginum solemniter pro meritis adscribatur?

de Zolleris,
Pignatelli,
Ludovisi,

1361 Itelii Frederici Card. de Zolleris: Res ante faciem omnium populorum et in conspectu gentium posita vociferatur in Beatissimam Virginem Teresiam proprie convenire quod in Sancti Lucæ Evangelio legimus: « Beatæ steriles et ventres qui non » genuerunt, et ubera quæ non lactaverunt. » Cui proinde Prophetæ verbis acclamare et beatitudinem suam gratulari possumus: « Lætare sterilis, quæ non » parit: erumpe, et clama, quæ non parturit: quia » multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet » virum. » Totidem profecto sunt Virginis hujus filii ac filiae, quot sanctissimi ejus Instituti per orbem Christianum sectatores ac sectatrices cum ingenti Ecclesiæ Catholicæ gloria inveniuntur, quotque ipsorum horum, partim doctrina, partim exemplo, filios parturiunt, donec formetur in illis Christus. Si ergo filiorum carnalium turba in mensæ circuitu istam Psalmi gratulationem meretur: « Ecce sic » benedicetur homo qui timet Dominum », quanto justius nos Teresiæ gratulari: Ecce sic benedicetur ancilla quæ timet Dominum! Cum vero hoc amplius quod tot beatitudinis argumentis hanc suam servam Deus glorificaverit, quot per eam miracula

D patrata esse testatissimum habemus, merito Sanctitas Vestra, cujus agit in terris Vicarium, ejus in glorificanda Teresia imitatur exemplum. Sic fiet ut quod Mardocheo in figura contigisse legimus, in Teresia vere impletum agnoscamus: « Hoc honore condignus est, quemcunque Rex regum » voluerit honorare. »

Stephani Card. Pignatelli: Super muliere qualem Sacrarum Litterarum testimonio veteres illi Patres non invenerunt, merito nunc letatur Sancta Mater Ecclesia. Hæc enim, solutis de pedibus calceamentis, involucrisque positis carnalium cogitationum, ad Christum Dominum accedere concupivit, et meruit consilium Sanctitatis Vestræ nunquam satis laudatum.

Ludovici Card. Ludovisi: Beatam Teresiam, cui virginitas Sponsi omnipotentis nuptias confecit, solitudo Angelorum societatem conciliavit, paupertas divinæ gratiæ divitias congescit, obedientia cœlestis beatitudinis regna comparavit, templis atque aris rite colendam esse censeo. Neque enim suæ pietatis opera angustis humanæ vitæ spatiis conclusit; sed regnans in cœlo terras tuetur, atque in religiosis familiis vivit, quas suæ sanctitatis hæredes instituit, non minus Christianæ reipublicæ quam sibi ipsis fructuosas, etc.

E 1362 Francisci Card. Sacrat: Beatissime Pater, quæ Catholicis parentibus orta adhuc septennis Christi Martyr efflicci concupivit atque etiam tentavit, quæ vigesimum agens annum virginitatem suam Deo vovit ac dicavit, quæ profectioni ætate novam instituit seu restituit Religionem, quæ libros miræ doctrinæ scriptos reliquit, quæ toto vitæ suæ tempore omni heroicarum virtutum genere claruit, ad cujus preces ac merita Deus Optimus Maximus plura insignia miracula patrare dignatus est, cujus honori ex hujus Sanctæ Sedis facultate recitantur divina Officia, Missæ celebrantur, aræ ac sacella eriguntur, pro qua in Sanctorum numerum referenda contendunt potentissimi reges, orant sacri virorum mulierumque cœtus, exposcit universus fere populus Christianus, digna profecto videtur quæ a Sanctitate Vestra Sanctarum catalogo adscribatur, etc.

Sacrat, Gozzadini et Aldobrandini;

F Marci Card. Gozzadini: Eximiae fuere virtutes Beatæ Teresiæ, et mirabilia, quæ, dum viveret et post ejus mortem, fecit Deus illius intercessione. Unde, cum Virgo hæc meruerit accipere benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari suo, judico illam esse referendam in numerum Sanctarum Virginum, quæ cum Christo regnant in æternum, etc.

Hippolyti Card. Aldobrandini: Manum suam plane misit ad fortia Beata Teresia, quæ, pietatis ac penitentiae operibus dedita, primævum Instituti Carmelitani rigorem suo ductu restituit. Hinc sanctimonie laude, morum integritate et multis ante et post obitum patratis miraculis cum toti orbi mirifice illuxerit, censeo ad solemnem ejus canonizationem deveniri posse, etc.

1363 Deiphoi Farnesii patriarchæ Hierosolymitani: Teresiam a Jesu sibi Christus, exhibito passionis suæ clavo, miro quodam modo propriæque vocis præconio veram sponsam ac totam suam promulgavit. Cujus ergo canonizationi Altissimus dedit vocem suam, vocem ego quoque meam humiliter adjungo, etc.

patriarchæ Hierosolymitani; archiepiscoporum Barensis, Taurinensis,

Galeatii S. Vitalis archiepiscopi Barensis: Vitæ innocentia Beatæ Teresiæ, innumeris miraculis illustrata, digna est prorsus quam velut absolutissimum sanctitatis exemplar Ecclesia nobis proponat ad imitandum. Quod cum per solemnem canonizationis

A tionis ritum consequi possit, haud illa quidem a Beatitudine Vestra diutius differenda est; quia mortalibus innotescet in ipsa etiam mulieris imbecillitate eam se virtutem promere potuisse ut ad Superum usque fastigium niteretur.

Philiberti Millecti archiepiscopi Taurinensis : Beata Teresia, Beatissime Pater, divino ardens amore, crucem continuo in corde ferens, solum vivere cupiebat ut pro illo pateretur; et vivendo non aliud agere quam quod perfectius et Dei majoris gloriæ esse intelligeret, voto se obstrinxit. Facta tandem Christi sponsa, præ nimio illius amore languens, animam dilecto suo dedit. Hæc tot tantisque heroicis virtutibus ac miraculis illustris inter alias Sanctas Virgines canonico ritu mihi videtur adnumeranda, si ita Sanctitati Vestræ placuerit.

*Genuensis,
Amalphitani.*

B 1364 Dominici de Marinis archiepiscopi Genuensis : Beatam Teresiam nostris temporibus omnes tanquam novam lucem elapsam de cælo admirati sumus, et quotidie non sine admiratione ipsius alumnos intuemur. Innumerabilia sunt signa et virtutes quibus Dominus Ancillæ suæ sanctitatem manifestare dignatus est, et fere incredibilia ea quæ ipsa Virgo pro Sponsi sui amore, honore et gloria perpessa fuit. Sanctamne hujusmodi fœminam dixerim? Imo vero Sanctissimam, et dignam prorsus quæ Sanctis quatuor viris in canonizatione associetur. Sancta igitur sanctas preces quas pro Sanctissimo fundimus, excipiat, et Sancto Sanctorum, Deo scilicet Optimo Maximo, repræsentet.

C Pauli Æmilii Philonardi archiepiscopi Amalphitani : Coronam, Beatissime Pater, tam præstanti florum varietate sibi ab ætatis initio Serva Dei Teresia concinnavit atque contextuit, ut ex Hispania, quæ Christi sponsam protulit, in omnes Christianæ reipublice partes atque in cælum ipsum, tum virginitatis et charitatis, tum pœnitentiæ et obedientiæ omniumque virtutum fragrantissimus odor Deoque acceptissimus penetrarit, ac illustrissimæ sanctitatis nomen illi fecerit. Hinc est quod non modo plurium regionum ac principum concursus, imprimisque Hispaniarum reges invictissimi, verum etiam cœnobîa reformatæ militiæ per eandem Teresiam fundata et aucta, libri quos de mystica theologia supra modum accurate conscripsit, miracula quæ (ipsa deprecante) Deus præstitit, vehementer a Sede apostolica petierunt ut Beatam nostram sacris Virginum choris inserat, et catholico ritu canonizationis inter Cœlites adscribat. Quæ omnia sic plane constant, ex processibus auctoritate ordinata fabricatis, et amplissimo jussu per sapientissimos viros, hoc est auditores, repetitis et recognitis, tandem Sacra Rituum Congregatione expendente comprobatis, ut facile adducar atque impellar ad consentiendum posse Sanctitatem Vestram sine dubitatione Beatam Teresiam in Sanctorum album Christi fidelibus venerandam referre.

*Lancelunensis,
Compsani,
Naxiensis et
Rhodiensis.*

1365 Andræ Gervasii archiepiscopi Lancianensis : Beatissime Pater, vitæ innocentia, cum Deo familiaritas, lux hausta de cælo, res egregie gestæ, miracula in vita ac post mortem edita, quæ omnia in Beata Teresia semper admirata est Hispania, et Sanctitas Vestra ex relatione sibi facta suo præconio probavit, merentur ut cultus qui Sanctis debetur, huic Dei Ancillæ ab hac Sancta Sede tribuatur.

Fabii Leonissæ archiepiscopi Compsani : Paulus Doctor egregius, cum ad justitiæ cultum nos hortatur, tria nos docet, ut pie, juste ac sobrie vivamus. Hoc triplici officio semper usa fuit Beata Teresia : nam pia erga Deum, justa erga proximum ac sobria erga se ipsam semper fuit. Non solum

igitur inter Sanctorum catalogum adscribendam esse censeo, si Sanctitati Vestræ placuerit, sed iteratis precibus a Sanctitate Vestra hoc exposco atque deprecor.

Sebastiani Quirini archiepiscopi Naxiensis : Felix Virgo Teresia, quæ, ut moriens viveret, vixit ut moritura, ut vestes Beatorum indueret, de quibus Salomon ait : « Omnes amici ejus induti sunt » duplicibus. » Linum et lanam quæsivit, ornamenta scilicet contemplativæ et activæ vitæ sibi adjunxit; panem otiosa non comedit : ea enim pro Christo Domino egit atque passa est quæ sempiternæ memoriæ sempiterno tempore sunt tradita. Jure igitur merito, Beatissime Pater, Sanctorum numero adscribenda.

Alphonsi Gonzagæ archiepiscopi Rhodiensis : Pater Beatissime, Virginem Teresiam Christi alloquio, miraculis, prophetico spiritu, religiosissimi Ordinis fundatione, virtutum omnium ornamentis admirabilem, lampadis suæ acerrimam custodem, inter Cœlites si Sanctitas Vestra connumeret, maximam Christiano populo patrocinii lucem aperiet, et Dei partes in terrarum orbe supplebit.

1366 Raphaelis Invitiati episcopi Zacynthi et Cephallenæ : Beata Teresia, a terrenis animi cogitationibus fidei et puritati adversis nunquam aut læsa aut afflicta aut levitur tacta, Abulæ nata est, ejusque aurea sanctitatis luce et nativitatæ aurora Abula accrescit; roseo et ipsa divinæ lucis colore amicta comparuit, cum septennis candorem infantia desiderati martyrii sanguine conspersisset : non obtinuit quod optavit, sed non perdidit quod amisit, compensans longa afflictæ carnis asperitate quod brevi impedita non poterat finire martyrio. Ob id in Religionem cui a Carmelo nomen, adscripta, religiosam disciplinam ad antiquum arctioris vitæ splendorem mirum in modum revocavit. Charitate et zelo salutis animarum maximopere urgente, incredibiles vicit difficultates et superavit angustias. Octodecim annis, summa spiritus oppressa ariditate, non aruit, imo annuit et arrisit et magis arescere concupivit (purior enim ignis in arido), ut tanto puriores hauriret divini ardoris flammæ quanto magis aruisset; sed ipsa etiam ab amore combusta ariditate, ineffabilibus deliciis affluens, quotidiano fere Christi colloquio fruebatur et lætabatur aspectu, Cœlitibus familiaris effecta : ignito jaculo a Cherubino transverberata, non obiit fortasse cupidinis ictu, sed divino igne calefacta revixit; verumtamen vehementioris amoris spiculo succubuit. Licet enim e vita excesserit ægra in lecto decumbens, mortua tamen est (ut ipsamet revelavit post obitum) non infirmitate corporis, sed vulnere charitatis. Candidus enim color aridæ cutis, mortua caro mollis et incorrupta, cecidit non victa, sed victrix : roseus odor et roscidus liquor manantes e corpore signa sunt adeptæ gloriæ et spolia mortis devictæ. Justum est ergo, Beatissime Pater, ut huic beatæ mulieri Sanctis debiti deferantur honores, quæ fortissimè moriendo vivæ carnis exuvias, veræ sanctitatis insignia, adhuc in extincto corpore vi-
F rentes detinens, de manibus mortis evolavit et involavit in gloriam.

Julii Sansedonii episcopi Grossetani : Cum, juris ordine servato, ea pateant, Beatissime Pater, quæ canonicis constitutionibus requiruntur, nempe vitæ sanctitas et divinum de ea testimonium supernaturali signorum ostensione prolatum, convenio Beatam Teresiam, quæ primævum Carmelitarum rigoris Institutum restituit et urgente divini amoris incendio vita excessit, catalogo Cœlitum adscribendam esse.

EX ACT.
CANON.
D

episcoporum
Zacynthini,
Grossetani,
E

F

EX ACT.
CANON.
*Pistoriensis,
Brixianensis,
Ariminensis,
Vercellensis,*

A 1367 Alexandri Cacciæ episcopi Pistoriensis : Beatissime Pater, ex jam relatis coram Sanctitate Vestra per Illustrissimos et Reverendissimos Patres Congregationis Sacrarum Rituum de Beatæ Virginis Teresiæ virtutibus, vitæ sanctitate ac excellentia fidei, ob cuius propagationem adeo fuit sitibunda martyrii, ut ejus præclara gesta divino favore meruerint miraculorum gloria illustrari, eam procul dubio ad Christianæ reipublicæ decorem et divinum cultum augendum in Sanctarum Virginum cœtum describendam censeo, si Sanctitas Vestra, divino sibi communicato consilio, ita decreverit.

Marini Georgii episcopi Brixianensis : Beatæ Teresiæ virginalis integritas, Beatissime Pater, singularis ejus innocentia, mentis a sensibus corporis in cœlestibus mysteriis contemplandis alienatio, divina quædam rerum futurarum atque arcanarum cognitio, sui denique despicientia, ita lucent ut eam jure merito in Sanctarum Virginum cœtum referendam esse censeam.

B Berlingerii Gypsi episcopi Ariminensis, gubernatoris Romæ : Beatissime Pater, Beata Teresia, Virgo integerrima, virtutibus et donis cœlestibus ornatissima, diu multumque Christi ac Cœlitum familiaritate, in mortali corpore dum viveret, usa, virile demum aggressa facinus, religiosorum virorumque familiæ legibus datis, celeberrima decessit, cum sanctitatis et miraculorum fama; quæ post obitum magis increbuit et prudentissimis inquisitoribus est approbata. Censeo igitur iis esse decorandam, etc.

Jacobi Gorii episcopi Vercellensis : Hæc Virgo sterilis peperit plurimos : quis auditas faciet laudes ejus? Sanctitatis et miraculorum testimonia credibilia facta sunt nimis, et cum Christo ad nuptias introisse docent, etc.

*Carpentoractensis, Adu-
rensis, Volaterrani,*

1368 Cosmi Bardi episcopi Carpentoractensis : Beata Teresia adeo virtutibus conspicua fuit, ut modo solum agendum videatur quæ corona sit decernenda illi quæ legitime certavit, quæ una de numero prudentium astitit a dextris Sponsi in vestitu deaurato, circumdata varietate : quæ corona erit decretum Sanctitatis Vestræ, si ita illi expedire visum fuerit ; ut quæ cum lætitia et exultatione manet in conspectu cœlestis Regis, cum lætitia et exultatione a Christi fidelibus honoretur in terris, etc.

C Sebastiani Buthillerii episcopi Adurensis : Beatissime Pater, quanto vaniores constat esse ex cœli situ de rebus humanis conjecturas, fallaciusque ex astrorum inspectione de futuris judicium, tanto magis licet admirari Ecclesiæ auctoritatem, ex eis quæ in hominum vita intuetur atque observat, certo pronuntiantis de his quæ superne decreta ad nostram salutem hic sciri debuerunt. Hoc nunc merito præstat in Beata Teresia, quæ delicato tenelloque in corpore tolerantia, patientia rerumque caducarum contemptu, vitæ integritatem asseruisse non contenta, ausa est divinius et expectatione humana grandius facinus collapsam vitæ monasticæ disciplinam restituendi : unde habent etiam principes ipsi Ecclesiæ quod in femina imitentur singulare sanctitatis exemplum. Obstupuit Christianus orbis ad Virginis sanctam audaciam. Sed imprimis Gallia ab æmula etiam gente inchoatam pietatem complexa est; paucorumque annorum lapsu ipsis suis in visceribus supra vinctiquatuor hujus Instituti monasteria numerat et veneratur : Gallia, inquam, pro candore suo ubique memor undecunque monstratam virtutem sequendi, et acutam Religionis puritatem retinendi augendique semper studiosa. Quoniam ergo tanti boni auctri-

cem agnoscimus Beatam Teresiam, justissimæ sunt D causæ cur divinis honoribus colendam censeamus, et profiteamur esse sæculi felicitatem, hominum salutem, Ecclesiæ triumphum, quod a Summo Pontifice Cœlitum pro nobis interpellantium numerus unanimi hodie sanctorum Patrum voto et suffragiis augeatur, etc.

Lucæ Alemanii olim episcopi Volaterrani : Qualis quantæque sanctitatis futura esset Teresia Virgo, facile fuit dignoscere, cum adhuc septennis tanto martyrii desiderio flagraret : qualis Virgo fuerit, testantur tam multa, eaque præclarissima, quæ gessit in vita sua; de quibus in actis legitime constat. Quare hanc Christi sponsam, miraculis claram et quam plurimis prærogativis a Deo Optimo Maximo decoratam, inter Sanctas Virgines Sanctitatis Vestræ auctoritate et decreto connumerandam censeo, etc.

1369 Octavii Mancini episcopi Cabellionensis : Virgo sapiens Christi sponsa Teresia insigni fulget sanctitate; cujus ab infantia imprimis specimen præluxit : ita ut nedum in Hispaniarum regnis, sed in remotis etiam regionibus sanctimonie illius nomen fuerit deinceps divulgatum et concelebratum. Insuper cum miraculorum gloria itidem præfulgeat, ac ingens in eam exstet devotio populorum et procerum existimatio, Sanctitatem Vestram, quæ Dei vices gerit in terris, puto posse eam in Sanctarum Virginum numerum referre, ad Ecclesiæ suæ Sanctæ exaltationem, quæ Sanctis veluti deaurato amictu decoratur, ad ejusdem Beatæ Teresiæ Virginis honorem nostramque salutem; ut pro nobis intercedat in cœlis, qui illius memoriam colimus in terris; ut ipsa terra, novi hujus luminis illustrata splendore, lætetur; gaudeat cœtus Angelorum; Virginum adauctus numerus exultet; glori-ficetur Deus in Sanctis suis, qui est corona Sanctorum; denique fremant et tabescant hæretici; vigeat Pontificia auctoritas, et Sanctitatis Vestræ dignitas jugiter crescat et amplificetur, etc.

*Cabellionensis, Niciensis,
Brugnatensis,*

F Petri Francisci Maletti episcopi Niciensis : Teresia a prima ætate usque ad diffuentis vitæ occasum lampadem suam, lucido fidei elychnio sanctarumque actionum refertam nec non virtutum floribus ornatam, ita portavit ut nunquam vel spiritualis pabuli defectu vel hujus sæculi ventorum procellis extincta ingemuerit, sed divinis semper radiatam splendoribus custodierit. Ob id, veniente Sponso, ad nuptiarum solemnium sibi promeruit ingressum, multimodis ante subarrhatum visionibus. Quapropter, cum certo gaudiis perfruatur æternis, et nunc in cœlis, sicut tunc in terris, pro felici S. R. E. statu Omnipotentem precibus exoret, grati animi ergo dignum, laudabile ac justum esse censeo, ut inter prudentes Deum videntes et Sanctas Virgines publico Sanctitatis Vestræ decreto conscribatur ac dignificetur.

Francisci Mutini episcopi Brugnatensis : Sic elucet, Beatissime Pater, sanctitatis veritas ac miraculorum claritas in Virgine Beata Teresia, ut, quemadmodum perspicuis meritis mirabilis extitit in terris, sic etiam ejus natalitium diem in cœlis a S. V. jure debito designari posse sentiam.

1370 Ludovisii Saregi episcopi Adriensis : Ex actis et relatis, Beatissime Pater, de vita, integritate ac sanctitate hujus Beatæ Teresiæ, de cuius agitur canonizatione, elicitur ac probatur mulierem hanc fortem virili pectore nedum feminarum vitia exuisse, sed fortium virorum ac heroum virtutes induisse totoque vitæ suæ curriculo exercuisse. Nam ab ineunte ætate virginitatis ac puritatis votum vovit servavitque semper. Adhuc adolescentula pro Christi amore martyrium affectavit ac quasivit.

*Adriensis,
Cusertani,
Tugastensis,*

Adolescentior

A Adolescentior religiosam illamque aretam vitam est ingressa atque professa, Ordinis Carmelitarum scilicet, quem etiam tam in viris quam in mulieribus melius reformavit. Adulta novum ac inusitatum aliud votum emisit, explevit, nimirum suscipiendi semper ac assequendi ea quæ essent perfectiora et quæ ad majorem Dei gloriam tenderent ac facerent. Idcirco adhuc in vivis meruit a Christo Domino sponsa sua dilecta, honorem suum maxime zelans, nuncupari. Præterea multa nec vulgaria in vita et post mortem in virtute Dei edidit miracula. In loco et hora mortis suæ signa et coruscationes apparuerunt. Post obitum corpus ejus semper incorruptum quasi viciens et suavissimum odorem exhalans continuo est repertum. Concludendum est igitur virginem hanc prudentem, quæ in vita sua sumpsit secum oleum, jam in æthereum thalamum ad regales nuptias cum suo Sponso ingressam, æterna beatitudine perfrui. Unde nihil est hæsitandum quominus a Sanctitate Vestra apostolico suo decreto ac solemni ritu possit hic in terris uti Virginem Sanctam nobis colendam ac invocandam pronuntiari ac renuntiari.

B Antonii Diaz episcopi Casertani: Mulierem fortem invenimus Beatam Teresiam; quam ut penitentiae operibus insignem, ut miraculis claram, ut plurimis in toto orbe Christiano sanctioris vitæ magistratam, jure B. V. numero Sanctarum aggregabit.

F Joannis Vincentii Spinulæ episcopi Tagastensis, sacristæ S. D. N.: Beata Virgo Teresia ab ineunte ætate tam vehementi amore Christum Sponsum suum diligebat, ut adhuc septennis, Sanctorum Martyrum æmula, una cum puero fratre, pro Sponso sanguinem effusura in Africam properaret. Unde Christus, ut splendidius sponsam in domum Patris introduceret, pluries in vita ei totique familiæ ammonam multiplicavit, et procedens de thalamo suo multa Angelorum serie stipatus illam morientem recepit: quæ omnia, ut in cælis cum ipso Sponso vivere et regnare certo suadent, ita et debitis honoribus in terris cumulandam esse nullum dubitandi locum iudicio meo relinquunt, etc.

C 1371 Hectoris Diotallevii episcopi Sanctæ Agathæ: Sanctissime Pater, Virgo Deo devota Beata Teresia cælesti Sponso juncta in cælis renuntianda videtur, quem in terris positam tota cum devotione dilexisse, martyrii desiderium, Religionis professio, innocentis vitæ cursus, generosa parta Deo Discalceatorum Carmelitarum Reformatorum soboles et votum selectissimum optionis perfectionis testantur, cum aliis in Summario relatis; quibus etiam accedunt miracula clarissima in vita, in obitu et post dormitionem.

Caroli Bovii episcopi Balneoregiensis: Beata Virgo Teresia septennis martyrium expetivit: Carmelum in spiritu Eliæ restituit: per igneam charitatem demum cælo est invecata. Ideo Sanctorum cultu per Sanctitatem Vestram decoranda. Id Christianus orbis flagitat, id etiam ego probo.

Hieronymi de Puteo episcopi Marianensis: Cum domus Dei, quæ Ecclesia Romana est, repleta sit odore suavissimo, qui ex virtutibus, castissimis moribus et vita innocentissima Beatæ Virginis Teresiæ diffusus est, et adhuc toto orbe diffunditur, existimo, Beatissime Pater, posse illam in Sanctarum numerum cooptari. Quod ut fiat, Sanctitatem Vestram humili demissione, qua debeo, rogo et obtestor, in honorem Christi et sponsæ ejus, etc.

Antonii Albercati episcopi Vigiliarum: Beatissime Pater, Beatam Matrem Teresiam, vitæ sanctitate et heroicis virtutibus insignem ac miraculorum

gloria illustrem, in Sanctarum numerum referendam censeo. Nam præter virtutes theologicas, in quibus se continuo exercendo mire excelluit, considero ex his quæ prudenter ante me dicta sunt, heroicam B. Virginis fortitudinem, dum vix septennis ad martyrii coronam evolare tentavit. Prudentiam etiam admiror, dum virguncula super viros intellexit, et plurima tum virorum tum virginum monasteria partim reformavit, partim de novo extruxit; ita ut tot insignes viros ac fœminas qui ex 225 illius Ordinis monasteriis prodire ad multa centena millia ascendentes, B. V. Teresiæ pietati ac studio accepta referre debeamus. Adhuc in studio orationis se ipsam exercendo, aliosque docendo, quantum profecerit, libri ab ipsa editi passim demonstrant; ita ut, cum fecerit et docuerit, magna jure merito vocanda sit in regno cælorum. Quam vero Deo grata extiterit, et miracula quibus tum vivens tum mortua claruit, et suavissimus ex ejus corpore spirans odor abunde testantur. Quapropter honorandam nunc a Beatitudine Vestra in terris illam censeo, quam prius a Deo in cælis coronatam credo.

§ LXVII. Brevis Relatio cæremoniarum in solemni canonizatione SS. Isidori, Ignatii, Francisci Xaverii, Teresiæ a Jesu et Philippi Nerii.

Sapientiam Sanctorum narrent populi, et laudes eorum nuntiet Ecclesia. Nomina autem eorum vivent in sæculum. » Eccl. 44. Catholica Ecclesia, ab Spiritu Sancto edocta atque illuminata, magna quidem sapientia ordinavit ut qui in hoc sæculo piam coluerunt vitam, veramque legem Evangelicam in perfecto Dei et proximi amore observavere, essent, quemadmodum in cælo scripti in libro vitæ, ita pariter inter nos mortales præclaro æternoque nomine connotati; verificans dictum illud Prophetæ dicentis: « In memoria æterna erit » justus. » Et hoc illa præstat, præter gloriam quæ Deo exhibetur, ut nos miserrimi peccatores, qui terrenis rebus earumque affectibus annexi, a quibus nisi per Sanctorum exemplum pene separari nescimus, animadvertentes et considerantes quod illi Christi amore operati sunt, confundamur in corde nostro, non præstantes similia opera nec eorum vestigia sequentes; cum videamus ipsos pariter non fuisse minus fragiles, tentatos, nec minoribus affectos persecutionibus, nec alterius naturæ quam nos. Ista igitur de causa, inter alia, pia Mater Ecclesia proponit nobis horum quinque Sanctorum sequenda vestigia, declarando et definiendo illos veræ sanctitatis exemplaria hac celebri canonizatione: nempe Isidorum, nobilissimi oppidi Madriti Patronum, qui circa annum 1150 natus fuit, agriculturamque professus, obiit anno 1170 (de anno mortis S. Isidori vide quid statuat Papebrochius ad diem xv Maji, pag. 514); Ignatium de Loyola, Hispanum, Institutorem Societatis Jesu, qui ortum habuit Aspetiæ in nobilissima Guipuzcoæ provincia in Cantabria Pampelonensis diocesis anno Domini 1491, et ad superos evolavit die ultima mensis Julii anni 1556; Franciscum Xaverium, qui natus fuit in parte illa regni Navarræ quæ ad

Gregorius XV,
quinque Sanctos
canonizaturus.

S. Agathæ,
Balneoregiensis,
Marianensis
et Vigiliarum.

EX ACT.
CANON.

A Hispaniam pertinet, anno 1497, obiit deinde in insula deserta nomine Sanciano; Teresiam a Jesu, Carmelitarum Discalceatorum Fundatricem, quæ orta in urbe Abulæ anno Domini 1515, animam Deo reddidit die 5 Octobris 1582; Philippum Nerium, Florentinum, Fundatorem Congregationis Patrum Oratorii nominatorum ecclesiæ novæ, qui ortum habuit Florentiæ anno Domini 1515, et obiit anno 1595: qui omnes conspectui mundi apponuntur tanquam lucidissima sanctitatis specula, a quibus poterunt sacerdotes sæculares et regulares, laici et mulieres particularem imitationem desumere. Itaque ut illorum desiderio satisfacerem qui huic solemnī festivitati interesse non potuerunt, peroptant tamen, quamvis non integram, tamen particularem cognitionem de ejus descriptione habere, brevem hanc et summariam Relationem promere deliberavi, attingens, ut commodius potero, præcipua quæque ad ritus et cæremonias pertinentia.

basilicam Vaticanam ingreditur.

B 1373 Locum tantæ solemnitatis celebrandæ præbuit basilica ipsa Sancti Petri in Vaticano, toto orbe longe celeberrima. Immensum foret singula recensere quæ ad apparatus et pompam ingeniose fuerunt excogitata, ut nihil omnino omissum fuerit quod ad decorem ac magnificentiam tantæ festivitatis conducere videbatur. Ne ergo iis minutatim recensendis diutius immoremur, ad cæremonias, quæ in hoc solemnī actu principalem partem obtinent, specialiter recensendas sermonem convertemus. In dicta igitur canonizatione die illo ad hunc effectum præscripto, qui fuit duodecimus Martii, hora decima quarta, cum jam omnia præparata essent in dicta basilica, et omnia theatri et altaris luminaria accensa essent, et cerei Sacrosanctum Christi Vultum circumstantes nec non reliquiarium Sanctæ Lanceæ, et innumerabilium candelarum ante cæteras Sanctorum Reliquias accensarum copia esset, descendit Sanctissimus Dominus noster Gregorius XV Pont. Max. a palatio suo Sancti Petri in Vaticano, præcedentibus Illustrissimis Dominis Cardinalibus, humeris hominum allatus, sedens solemnī pompa in sede; a qua prope altare descendens genua flexit ad pedem faldistorii: ubi primas preces fudit ad Deum, ad hoc ut ejus cor et animum dirigeret circa actionem quæ sperabatur ad Dei gloriam et dictorum Beatorum in catalogo Sanctorum adscribendorum honorem.

Ad instantem Cardinalis procuratoris petitionem

C 1374 Hoc facto, sedente iterum in sua pontificali sede, venerunt Illustrissimi Domini Cardinales, et accesserunt ad eum adorandum et reverentiam et obedientiam Suae Sanctitati præstandam: et postea, sedente unoquoque suo proprio loco, fuerunt præsentati coram Summo Pontifice per magistrum cæremoniarum Illustrissimus Dominus Cardinalis Ludovisius, nepos Suae Beatitudinis ac procurator pro dictis Beatis, et advocatus Reverendissimus Dominus Zambeccarius, ambo ad hoc deputati; qui pro parte Cæsareæ Majestatis, regum et principum Christianorum primam protulerunt instantiam in hunc modum: « Beatissime Pater, » Cardinalis Ludovisius hic præsens nomine Suae » Cæsareæ Majestatis, regum ac principum Catholicorum instanter petit per Sanctitatem Vestram » pronuntiari Isidorum Agricola, Ignatium Loyolanum, Franciscum Xaverium, Teresiam de Jesu » ac Philippum Nerium catalogo Sanctorum Domini Nostri Jesu Christi adscribendos, et tanquam Sanctos venerandos ab omnibus Christi » fidelibus. »

1375 Ad hanc primam instantiam nomine Suae

Beatitudinis respondit ejus secretarius, dicens: » Quoties ex æthere mundi regione insolitum » aliquod lucis spectaculum effulget, novum repente in cælo sidus pullulare vulgus arbitratur, » fallaci oculorum indicio atque incerto coloris » testimonio credens. At enim cælestium rerum » periti auxiliaria instrumenta adhibent; aliorumque sententiis perspectis, novitii splendoris itinera » sæpe ac diligentissime ipsi metiuntur, nihil tam metuentes quam ne temere sempiterno stellarum » cœtui inserant evanidum aliquod ignescentis » aeris ludibrium. Consimilem ferme rationem in » Ecclesia Dei, quæ Regnum cælorum appellatur, » licet agnoscere. Enituit aliquando in his mortalitatis tenebris alicujus hominis pietas super cœlum » munes humanæ virtutis fines evecti: nonne » videmus quam non difficulter populi religione » imbuti cum fama ac voluntate in cælum tollant, » ac tanquam cohæredem Christi et domesticum » Dei venerentur? Verum lubricos illos assensus » sustinet apostolica auctoritas, penes quam supremum sanctitatis judicium est. Neque enim solummodo vilis terrarum vapor alieno lumine aut » pereunte igne coruscans cœlestes stellarum fulgores, sed etiam Angeli tenebrarum Angelos » lucis imitantur. Quare sapienter constitutum est » ut hominis in Sanctorum numerum referendi » res gestæ accuratissimis quæstionibus explorentur, jurati testes adhibeantur, rogentur ecclesiasticorum principum sententiæ, miracula ipsa » examinentur, quæ videntur esse Angelorum » linguae et testimonia Divinitatis, denique jejuniis, » orationibus, veritas conquiratur; ut Deus ipse, » qui numerat multitudinem stellarum et singulis » eis nomina vocat, et nobis astra indicare videatur » quæ sanctimoniarum radiis firmamentum Ecclesiæ » illustrantia fulgebunt in perpetuas æternitates. » Hæc omnia rite ac more majorum confecta esse » gaudet Sanctissimus Dominus noster; ita ut, » hominibus consentientibus, et Spiritu Sancto » docente, explorata jam sit eorum quinque Beatorum virtus, quibus Sanctorum nomina atque » insignia imperatoris, regum, principum populorumque precibus petuntur in præsentia.

1376 » Quis enim de Beati Isidori meritis » hodie dubitaverit, cui quingentos prope annos » famulatur illa in utroque Orbe dominans Hispania? Triumphalis agricola, regum obsequio et » provinciarum patrocinio clarissimus; qui, dum » glebas inopia cogente subigeret, thesauros divinae gratiæ effodit, quibus cœlestis gloriæ principatus emercaretur. Ignatius Loyola, in cujus » meditatione divini amoris ignis æternus exarsit, » universas terrarum regiones cunctasque sæculorum ætates animo complexus, in quas Christianum Imperium propagaret, Societatem instituit, » quæ, pietatis ac sapientiæ armis communita, nomen Jesu portaret coram gentibus, impiosque » hæreticorum conatus continenter infringeret. » Jam vero ceteris orbis finibus excedendum est » ei qui Francisci Xaverii laudes velit populorum » utilitate metiri. Cum enim Euangelii luce Orientis tenebras illustraverit, patuit majora Christianorum sacerdotum charitati quam salutarium » siderum conversionibus beneficia ab Indiis deheri, cælumque quod Dei gloriam enarrat Catholicam Ecclesiam esse, unde alienigenis in mortis umbra habitantibus sol justitiæ oriatur. » Teresia, virginitatis liliis coronata et voluntariis suppliciis cupiditatum arma in proprio corpore contundens, semper de viribus demonum » in militante Ecclesia triumphavit: cui æterna » Sapientia

respondens domesticus Summi Pontificis secretarius, D

E

F

texti brevem canonizationis elogio,

A » Sapientia loqui videbatur, sanctiora Divinitatis
» arcana patefaciens; quæ martyrii palmam con-
» secuta esset, nisi cœlestis Sponsus, perpetuo vir-
» ginei cordis holocausto delectatus, victimam
» hanc incruentam servasset sacris Carmeli pa-
» scuis in pristinum decorem restituendis. Demum
» ejus bellatoris triumphos non obscurat inex-
» pugnabilis Philippi Nerei pax atque tranquillitas?
» Ejus cor, Angelorum præsidio et Dei excubiis
» custoditum, inferi æternus hostis, cum tanquam
» cœlestis fortitudinis turrim a se expugnari posse
» desperaret, sacrilegis armis aggredi vix audebat;
» scilicet ne in perpetuis ejus victoriis sua dede-
» cora semper agnosceret.

*solemnnes pre-
cautiones fa-
ciendæ indi-
citur.*

1377 » Hi autem omnes, cum in terris commo-
» rantes animo in cœlestem patriam demigrarent,
» nunc regnantes in cœlo præsentiam opemque
» suam orbi terrarum quotidianis miraculis te-
» stantur. Quare totius Christianæ reipublicæ vo-
» tis gratificaturus Sanctissimus Dominus noster,
» diem hodiernum, Beati Gregorii splendoribus
» illustrem, illuxisse putat in omnem posteritatis
» memoriam celebrandum; quo Rex gloriæ hos
» Beatos, in cœlestis regni consortium jam pridem
» adscitos, humano generi palam adorandos imi-
» tandosque apostolica auctoritate proponi velit.
» Sed judicia Dei abyssus multa, atque Omnipoten-
» tis fulgorem non ipsa Cherubim virtus audet
» oculis irretortis intueri. Quamobrem nunc po-
» tissimum Religionis supplicationibus adeundus
» est Dominus Sanctorum principatum tenens; ut,
» Beatissima Virgine ac Sanctis omnibus suffra-
» gantibus, præcipue vero faventibus Beatis Apo-
» stolorum Principibus, quorum corpora in hoc
» augustissimo orthodoxæ Religionis domicilio co-
» ram veneramur, Spiritus Sancti lux Pontificiæ
» menti affulgeat, et negotium hoc, quo generis
» humani gloria, divini cultus incrementum atque
» ipsius æternitatis gaudia continentur, tandem,
» terra cœloque plaudentibus, pie ac rite perficia-
» tur. In hanc sententiam respondere me jussit
» Sanctissimus Dominus noster. »

*Fuit instantior
petitio, et de-
voto preces
fundebatur.*

1378 Quibus verbis prolatis, Summus Pontifex
descendit a sua sede et genua flexit, capite mitra
cooperto; accessitque ad faldistorium, ubi per ali-
quod tempus oravit: et in choro decantatæ fuerunt
Litanie Sanctorum cum aliis precibus. Quibus ter-
minatis, redivit Papa iterum ad suam sedem; et
jam secundo accesserunt idem Cardinalis et advo-
catus ad secundam ferendam instantiam eadem
forma qua primo; quibus idem secretarius respon-
dit in hæc verba: « Solemnnes sanctitatis titulos
» atque triumphos apostolica auctoritate homini-
» bus decernere omnino nihil aliud est quam cœli
» Principes et terrarum Patronos declarare, ac
» Pontificiis laudibus arcanum Divinitatis san-
» ctuarium patefacere. Quod quidem tanti est ut
» Sanctissimus Dominus noster, ejusmodi opus mox
» absoluturus, iterum in hoc ecclesiasticæ Hierar-
» chiæ senatu et variarum nationum frequentia
» Spiritus Sancti lumen implorandum hoc temporis
» momento arbitretur. In hanc sententiam respon-
» dere me jussit Sanctissimus Dominus noster. »
Quibus dictis, secundo descendit Papa a sede, mitra
capiti imposita, et accessit ad faldistorium; ubi Car-
dinalis diaconus assistens plebem versus alta voce
dixit: « Orate »; et ablata mitra, flexit genua Papa
cum omnibus Cardinalibus et aliis, et orationem fude-
runt tacitam. Postea, dicto ab eodem Cardinale:
« Levate », cum starent omnes, præsentato libro
per prælatos assistentes Summo Pontifici, alta voce
ipse intonuit hymnum: « Veni, Creator Spiritus »;

et postea genua flexerunt omnes tanto tempore ut
chorus primum versum absolverit. Postea rediens
Sua Beatitudo ad sedem, reliquis stantibus, fuit
terminatus a choro musica præclara dictus hymnus
cum versiculo: « Emitte Spiritum tuum », etc.:
et Sua Beatitudo dixit orationem: « Deus, qui
» corda fidelium », etc.; et sedit iterum.

EX ACT.
CANON.

D

1379 Tunc jam tertio accesserunt idem Cardi-
nalis et advocatus, tertiam instantiam proferentes,
supplicesque eadem forma qua primo et se-
cundo; quibus secretarius idem nomine Suae Beatitu-
dinis respondit in hunc modum: « Audite cœli
» quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Cum e
» re Christiani nominis esse sibi pie persuadeat
» Sanctissimus Dominus noster cœlestes honores
» quinque hisce Beatis tribui, divino Numine in-
» stinctus, ex altissima hac Christianæ Sapientiæ
» Cathedra, quam divinæ veritatis oraculum Deus
» ipse constituit in terris, Isidorum Agricolam,
» Ignatium Loyolam, Franciscum Xaverium, Hi-
» spanos, Philippum Nerium Florentinum, in San-
» ctorum Confessorum catalogum, Teresiam de
» Jesu Hispanam in Sanctarum Virginum nume-
» rum, referendos esse decernit. » Quibus peractis,
idem Cardinalis Ludovisius et advocatus prædictus,
referens Sanctissimo debitas et perhonestas gratias,
sic tandem affatus est: « Beatissime Pater, idem
» Cardinalis Ludovisius hic præsens nomine Casa-
» reæ Majestatis, regum ac principum Catholico-
» rum acceptat pronuntiationem per Sanctitatem
» Vestram factam, et ei immortales gratias agit, ac
» eodem nomine supplicat ut Sanctitas Vestra di-
» gnetur decernere litteras apostolicas super hac ca-
» nonizatione facta. Rogantur etiam omnes et sin-
» guli protonotarii alique notarii hic præsentés ut
» super hujusmodi solemnem canonizationis actu
» consiciant unum vel plura publica instrumentum
» vel instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. »
Tunc Sanctissimus, ipsos benedicens manu dextra
facto signo crucis, respondit: « Decernimus. »

*Tandem ad
petitionem in-
stantissimam,
annuente Pon-
tifice,*

E

1380 Et statim unus ex prælati assistentibus
legit alta voce sententiam Sanctissimi et Decretum
canonizationis: « Ad honorem Sanctæ et Individuæ
» Trinitatis et exaltationem Fidei Catholicæ ac
» Christianæ Religionis augmentum, auctoritate
» ejusdem Dei Omnipotentis Patris et Filii et Spi-
» ritus Sancti, Beatorum Apostolorum Petri et
» Pauli, et nostra, de Fratrum nostrorum consilio
» decernimus et definimus bonæ memoriæ Isido-
» rum Agricolam, Patronum Madriti, Ignatium
» Loyolam oppidi Aspetiæ, Societatis Jesu Funda-
» torem, Franciscum Xaverium ejusdem Societatis
» Jesu, Teresiam de Jesu de Ahumada Abulen-
» sem, Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Fun-
» datricem, et Philippum Nerium Florentinum,
» Congregationis Oratorii Fundatorem, Sanctos
» esse ac Sanctorum catalogo adscribendos; ipsos-
» que catalogo hujusmodi adscribimus, statuantes
» ut ab universali Ecclesia anno quolibet in die
» obitus Isidori, Ignatii, Francisci et Philippi fe-
» stum ipsorum et Officium sicut pro uno Confes-
» sore non Pontifice, Teresiæ vero sicut pro una
» Virgine tantum, devote et solemniter celebretur.
» Insuper eadem auctoritate omnibus vere pœni-
» tentibus et confessis, qui annis singulis eisdem
» diebus festis ad sepulturam eorundem devote
» accesserint, unum annum et quadraginta dies,
» accedentibus vero annis singulis in octavis dic-
» torum festorum ad sepulturam, quadraginta dies
» de injunctis pœnitentiis misericorditer relaxa-
» mus. »

*promulgatur
Decretum ca-
nonizationis.*

F

1381 In quo instanti, cuncta plebe hilaritate
commota,

*ac toto plausu
excipitur.*

EX ACT
CANON.

A commota, diversarum tubarum sonus auditus fuit magno jubilationis applausu et erga dictos Sanctos reverentia, et statim extra basilicam fistulae dulces, tympana et tubae quam plurimae pulsabantur. Tunc etiam custodiae Helvetiorum militum tonitrua et ignem per varia bellica tormenta miserunt in signum canonizationis dictorum quinque Sanctorum, praecipue in castello Sancti Angeli. Sonitus etiam campanarum totius almae Urbis magna omnium alacritate et gaudio audiebatur. Totumque hoc non parum ad laudandum et benedicendum Deum in Sanctis suis corda omnium fidelium in ea habitantium excitabat. In principio hujus harmoniae et laetitiae Summus Pontifex intonavit: « Te Deum » laudamus: » quo a choro usque ad finem dulcissimis vocibus perducto, Cardinalis decanus intonavit versiculum «: Orate pro nobis, Sancti » Isidore, Ignati, Franciscie, Teresiae et Philippi »; et respondit chorus: « Ut digni efficiamur promissionibus Christi. » Quo dicto, Summus Pontifex dixit orationem appropriatam omnibus dictis Sanctis; et hoc facto, Cardinalis diaconus dixit: « Con- » fiteor Deo », etc., adjungens suo loco: « Atque » Beatis Isidoro, Ignatio, Francisco, Teresiae, Phi- » lippo, et omnibus Sanctis », etc.

Sub Sacra af-
feruntur obla-
tiones.

B 1382 Post hoc Summus Pontifex intonavit Ter-
tiam; et dum chorus illam ad finem perducebat, induit se more solito ad solemnem Missae celebra-
tionem, quae fuit Doctoris Ecclesiae Sancti Gregorii Papae, cum secunda oratione dictis quinque Sanctis appropriata, et prosequens Missam usque ad Offer-
torium. Sedente postea ipso, fuerunt a Cardinalibus et deputatis ad hunc effectum accepta munera; eaque Suae Beatitudini obtulerunt, hac servata
ceremonia quod offerens osculabatur primum do-
num et in ipso offerendi actu osculabatur manum et genua Suae Beatitudinis: quae fuerunt frequentia et sane mysterii plena et magna consideratione
digna. Decem cerei magni, Sanctorum insigniis perpoliti, nec non Summi Pontificis et regis Catho-
lici; ita ut duo pro unoquoque Sancto offerrentur. Quinque canistra inaurata, in quorum unoquoque
erant duae albae turtures retibus sericis coopertae: unum canistrum pro unoquoque dictorum Sancto-
rum. Decem panes magni, quinque inargentati et quinque inaurati; ita ut unus inargentatus et alter inauratus pro unoquoque Sancto praesentaretur.
C Quinque alia canistra inargentata, in quibus sin-
gulis afferebantur duae albae columbae, reti cooperta serico; ita ut unumquodque canistrum deserviret
pro unoquoque Sancto. Decem vasa lignea vino plena, quinque inaurata et quinque inargentata, quemadmodum panes. Quinque alia canistra colo-
rum varietate ornata auroque et argento perpolita, plena diversis avibus, retibus cooperta sericis;
quibus a Papa solutis, altiora ac diversa templi loca volantes petivere, cum magna omnium spe-
ctantium alacritate.

a quindocim
Cardinalibus

1383 Illustrissimi Domini Cardinales qui obtu-
lerunt dicta munera, fuerunt infrascripti: nempe pro Sancto Isidoro obtulit Dominus Cardinalis de
Monte duos cereos, Cardinalis Perettus panes duos, Cardinalis Madrutius duo vasa vini; pro Sancto
Ignatio eadem obtulerunt munera Cardinales Mil-
linus, Lenius, Crescentius; et pro Sancto Fran-
cisco Xaverio Cardinales Mutus, Sabellus, Valerius; pro Sancta Teresia Cardinales Zollerensis, Gherar-
dus et Scaglia; et pro Sancto Philippo Cardinales Pignatellus, Sacratius et Gozzadinus. Fuerunt assi-
stentes caeremoniae Domini Cardinales de Monte episcopus Portuensis, Boncompagnus et Aldobran-
dinus. Advocati qui actui canonizationis astiterunt

et de ea curaverunt, fuerunt pro Sancto Isidoro D
advocatus Caffarellus, pro Sanctis Ignatio et Fran-
cisco Reverendissimus D. Zambeccarius, pro San-
cta Teresia advocatus Millinus, et pro Sancto Phi-
lippo advocatus Spada. Caeremoniarum magistri
fuerunt D. Paulus et D. Joannes Baptista Alaleoni,
D. Carolus Antonius Vaccatius et D. Petrus Ciam-
mariconus. Hac peracta caeremonia, prosecuta fuit
Missa secundum morem solitum: qua ad finem
perducta, S. D. N. dedit benedictionem. Et publi-
cata indulgentia plenaria, fuit solemniter in sede ad
suum palatium pontificale portatus, praecedentibus
omnibus Illustrissimis DD. Cardinalibus.

1384 Die sequenti 13 Martii ejusdem anni 1622, quae fuit Dominica Passionis, facta fuit sollemnis
processio a Sancto Petro in ecclesias (supple: cum
quatuor vexillis) ipsorum quinque Sanctorum; quia
in uno eorum, nempe Societatis Jesu, erant de-
pictae duae imagines Sancti Ignatii et Sancti Fran-
cisci Xaverii. Quorum primum fuit relictum et
positum in ecclesia Sanctae Mariae in Vallicella;
secundum in ecclesia Sancti Jacobi Apostoli Hispano-
rum; tertium in ecclesia dicta del Gesù ejusdem
Societatis; quartum in ecclesia dicta della Scala
Carmelitarum Discalceatorum.

Postridie in-
stituatur pro-
cessio.

1385 Ad hanc caeremoniarum Relationem, a Ste-
phano Salucio, protonotario apostolico, conscriptam,
quaedam appendicis loco adjungimus de apparatu
basilicae Vaticanae. Fatetur Papebrochius in Vita
S. Isidori (ad diem xv Maji, pag. 549) se haec non
potuisse consequi. Ego vero ea reperi in Anno Tere-
siano, conscripta a P. Josepho ab Incarnatione, qui
omnium primus Anno Tereciano concinnando aut
certe parando navavit operam, sequae hanc de or-
natu illius basilicae relationem confecisse e docu-
mentis Roma missis ipsemet fatetur in prologo. Eam
dein P. Antonius a S. Joachim, ejus in opere perfi-
ciendo successor, edidit tomo III ad diem xi Martii;
unde illam, seposito prologo, in haec verba latinam
facio: Templum S. Petri in Vaticano, quod prae
opulenta sua architectura primas tenet inter basi-
licas et tanquam pulchritudinis artisque miraculum
a toto orbe suspicatur, tantae solemnitati destinatus
fuit locus. In ejus sacello majore erectum fuit plu-
rium mensium labore tabulatum dignitate ac ma-
jestate conspicuum; quod, quinquaginta palmos
altum, centum passus in longitudinem et sexaginta
in latitudinem porrigebatur. In planitie editae hujus
fabricae spatium quindecim passuum circumquaque
occupabant varii ordines graduum, validis specta-
bilibusque circumdatorum dorsis, atque ita compo-
sitorum ut nullius assistantium visus impediretur.
Aditum huc dabant plura ostia et scalae, tali distri-
buita ordine ut propatula commodaque spatia et
calles aperirent, quibus facilis pateret accessus ad
varia sedilia, non modo multifariis assignata insi-
gnium virorum classibus, sed quibusdam quoque
destinata principibus feminis, quae post modestas
transennas, decentiae ergo, celebritati interesse ave-
bant. Ad reliquam theatri partem, quae vacua su-
pererat, liber patebat ingressus per tria ostia:
quorum unum, Orientem versus, praecipuas templi
fores spectabat, duobus reliquis ad ejus consurgen-
tibus latera. Licet ordo Corinthius, unde theatri
petebatur forma, postularet ut ornatus in columnas
educeretur, tamen, quo omnibus liber esset con-
spectus, ars in auxilium vocata est, et locus tantum
datus variis parastatis, quae multifarias sustinerent
effigies et aptis coronarentur inscriptionibus: quo
in opere celeberrimorum pictorum penicilli suam
effuderant industriam. Spatia composito vacua re-
licta pluribus instructa erant candelabris, quorum
pars

E Descriptio
theatri cano-
nizationis

A pars in communem formam, pars in formam Seraphim, multa cum arte sculpta erant; singula vero tres sustinebant faces, lucem decore ordine spargentes. Interponebantur alternatim diversae statuae eximiae magnitudinis insignisque picturae; quibus pulcherrimum albi viridisque coloris impositum erat discurrens circumcirca ornamentum.

et ornatus
templi Vati-
cani.

1386 In fronte decori hujus theatri spectabantur octo magnificae statuae, communi hominis proceritate duplo majores, Corinthiis nixae stylobatis. Ex aere caelatae videbantur, licet tantum siccis radicibus et albario opere constarent, arte materiem superante. Eis perinsigni artificio pictae interponebantur tres tabulae, in quibus penicillus singulares eleganter exhibuerat historias. Universae vero huic sumptuosae fabricae quatuor impendebant inauratae coronae; quarum ea erat magnitudo ut medius diameter duodeviginti palmos longus esset. Atque haec, versicoloribus funibus in aere suspensae, toti fabricae majestatem dignitatemque aspergebant; quo etiam conferebant brachiata candelabra non pauca, partim argento, partim auro obducta, ac tot redimita cereis ut supervacaneam prope lucem emitterent: tantus scilicet tamque singularis splendor omnia circumdabat, ac praesertim altare Principum Apostolorum, quod totius elegantis structurae centrum erat (quippe cum ibi celebrandum esset Missae Sacrificium), radiis quoque convergentibus ad solium Pontificium, quod e regione erat inclytæ multitudinis spectantium. Demum, assistentium cœtum versus, terminabatur fabrica septo, quod, dum superioris decoris ornatui favebat, positus de more custodibus sinebat impedire quominus tumultuans vulgus, si constitutos transgrederetur fines, caeremoniarum solemnitate turbaret; ne remitteretur suspensorum animorum attentio, quam rerum adjuncta merito imperabant. Namque, praeter stupendam theatri exornationem (quam brevissime hic delineavi), parietes et columnae vastissimae illius navis vestiebantur exquisitis tapetibus, quos plures donarunt Pontifices, quosque ecclesia illa in pretiosissimo suo thesauro asservat: unde tantus is procul excurrrens ornatus usque ad celeberrimi hujus toto orbe templi portas et atria pertingebat; ubi gloriosae imagines horum quinque novorum Sanctorum et familiarum eorum insignia, conjuncta insignibus Vicarii Christi eos canonizantis, indicabant et læte proclamabant tantæ solemnitatis argumentum.

§ LXVIII. Bulla canonizationis S. Teresiae.

GREGORIUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Teresia, novissima
temporibus à Deo
sanctata.

Omnipotens Sermo Dei, cum de sinu Patris ad hæc inferiora descendisset, ut erueret nos de potestate tenebrarum, completo dispensationis suae tempore, transurus de hoc mundo ad Patrem, ad propagandam per totum terrarum orbem electorum suorum Ecclesiam, quam sanguine suo acquisiverat, eamque verbo vitæ erudiendam, ad confundendam sapientiam sapientium et destruendam

omnem altitudinem quæ adversus Deum extollebatur, non multos nobiles elegit nec multos sapientes, sed contemptibiles mundi; qui non in sublimitate sermonis nec in humanæ sapientiæ verbo, sed in simplicitate et veritate ministerium suum, ad quod a diebus æternitatis prædestinati erant, adimplerent. In sequentibus vero generationibus, cum juxta præordinata tempora plebem suam per servos suos fideles visitare dignatus est, plerumque parvulos et humiles assumpsit, per quos Catholica Ecclesiæ ingentia præstaret beneficia: quibus ipse, juxta verbum suum, abscondita a sapientibus et prudentibus regni cœlestis mysteria revelaret, eosque supernorum charismatum donis adeo illustraret ut omnium virtutum ac bonorum operum exemplis Ecclesiam foverent ac signorum gloria clarificarent. In diebus vero nostris fecit salutem magnam in manu feminae: suscitavit enim in Ecclesia sua, veluti novam Debboram, Teresiam Virginem; quæ postquam mirabili victoria carnem suam perpetua virginitate, mundum admirabili humilitate, et cunctas adinventiones diaboli multis maximisque virtutibus superasset, excelsiora moliens et virtutem sexus animi magnitudine supergressa, accinxit fortitudine lumbos suos, et roboravit brachium suum, et instruxit exercitus fortium, qui pro domo Dei Sabaoth et pro lege ejus et pro mandatis ejus armis spiritualibus decertarent: quam Dominus ad tantum opus peragendum abundanter implevit spiritu sapientiæ et intellectus, et thesauris gratiæ suæ adeo illustravit ut splendor ejus, tanquam stella in firmamento, fulgeat in domo Dei in perpetuas æternitates.

1388 Dignum igitur et congruum existimavimus, ut quam Deus et unigenitus Filius ejus Dominus noster Jesus Christus, quasi sponsam ornatam corona et decoratam monilibus suis, in gloria miraculorum plebi suæ manifestare dignatus est, nos quoque pro pastoralis sollicitudine nostra in universali Ecclesia, cui, licet meritis minime suffragantibus, præsidemus, tanquam Sanctam et electam Dei colendam et venerandam apostolica auctoritate decreverimus; ut omnes populi confiteantur Domino in omnibus mirabilibus ejus, et cognoscat omnis caro quoniam non defecerunt in diebus nostris miserationes ejus: qui, quamvis, peccatis nostris exigentibus, visitet nos in virga indignationis suæ, non tamen continet in ira suam misericordias suas; dum in afflictionibus nostris novis nos præsiidiis munit, et amicos suos multiplicat, qui Ecclesiam suam meritorum et intercessionum suffragiis protegant ac defendant. Atque ut universi Christi fideles intelligant quam abunde in Ancillam suam effuderit Deus de Spiritu suo, ac propterea erga ipsam devotio in dies augeatur, insigniores quasdam ejus virtutes et aliqua ex magnalibus quæ in manu ejus operatus est Dominus, his litteris duximus inserenda.

ut Sancta coli
meretur.

1389 Nata est Teresia Abulæ in regno Castellæ anno salutis humanæ millesimo quingentesimo quinto decimo, parentibus, ut genere præclaris, ita etiam vitæ integritate conspicuis; a quibus in timore Domini educata, admirandum futuræ sanctitatis in tenerrima adhuc ætate specimen dedit. Nam cum Sanctorum Martyrum acta perlegeret, adeo Sancti Spiritus igne cor ejus intra eam concaluit, ut cum fratre germano, etiam puero, domo aufugerit, ut in Africam trajiceret, ubi sanguinem ac vitam pro testimonio Jesu Christi profunderet. Sed occursu patris revocata, cum optimam sortem sibi ereptam esse jugibus lacrymis deploraret, ardens martyrii desiderium eleemosynis aliisque

Divino obsequio se generose devovit.

A operibus compensavit. Sed cum ad vigesimum ætatis annum pervenisset, Christo se totam despondit, et vocationem, qua ab eo vocata erat, aggressa, ad moniales Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo Ordinis Mitigati se contulit, ut plantata in domo Domini in atriis domus Dei nostri floreret. Professione itaque in eo monasterio emissa, cum per duodeviginti annos gravissimis morbis ac variis præterea tentationibus vexata esset, nullisque supernis consolationibus reficeretur, adeo invicta, adjuvante Domino, omnia pertulit, ut probatio fidei illius omni pretiosior auro, quod per ignem probatur, inventa fuerit in laudem et gloriam et honorem, in revelationem Jesu Christi.

*Emittit fidei,
spe.*

B 1390 Et quoniam ad erigendum sublime Christianarum virtutum ædificium fidei fundamentum ponendum fuit, illud adeo stabile ac inconcussum Teresia collocavit, ut juxta verbum Domini comparanda sit viro sapienti qui ædificavit domum suam supra petram. Ea etenim firmitate Sacrosancta Ecclesiæ Sacramenta cæteraque Catholice Religionis dogmata credebat et venerabatur, ut majorem, ut ipsa sæpius testificabatur, de qualibet recertitudinem habere non posset. Hæc fidei lucerna illuminata, Domini nostri Jesu Christi Corpus in Sacratissima Eucharistia mentis oculis adeo clare intuebatur, ut assereret nihil esse quod invideret eorum beatitudini qui corporeis oculis Dominum conspexissent. Tantum autem vivæ spei in Domino collocaverat, ut jugiter deploraret quod tamdiu in præsentis mortali vita detineretur, quæ sibi impedimentum afferret quominus semper cum Domino esset; nec raro, dum in corde suo cælestis patriæ gaudia recogitabat, mente excedebat, et ad eorum fruitionem in carne rapiebatur.

*caritatis in
Deum*

1391 Sed inter cæteras Teresiæ virtutes præcipue emicuit dilectio Dei; quæ adeo in corde ejus exarsit, ut confessarii ipsius Teresiæ caritatem, tanquam non hominis, sed Cherubin propriam admirarentur et celebrarent: quam etiam Dominus noster Jesus Christus multis visionibus ac revelationibus mirabiliter auxit. Quandoque enim data dextera, clavoque ostenso, illam in sponsam suam adoptavit, atque his verbis alloqui dignatus est: « Deinceps ut vera sponsa meum zelabis honorem: » jam ipse sum totus tuus, et tu tota mea. » Aliquando etiam Angelum vidit ignito jaculo sibi præcordia transverberantem. Ex quibus cælestibus donis divini amoris flamma in ejus corde adeo exæstuebat, ut maxime arduum votum a Deo edocta emisit efficiendi semper quidquid perfectius esse et ad majorem Dei gloriam pertinere intelligeret. Quin etiam post mortem cuidam moniali per visum manifestavit se non vi morbi, sed ex intolerabili divini amoris incendio vita excessisse.

ad proximum.

1392 Sed quam perpetua caritate proximum dilexerit, multis argumentis manifestum fuit, sed præsertim ex ardenti desiderio quo animarum salutem desiderabat. Infidelium enim et hæreticorum tenebras perpetuis lacrymis deflebat, ac pro eorum illuminatione non solum juges ad Deum preces fundebat, sed et jejunia, flagellationes ac alias carnis macerationes offerebat. Proposuit etiam Sancta Virgo in corde suo nullum diem sine caritatis officio transigere; in quo etiam Deus ipsi auxilium præstitit: nunquam enim ei defuit, ipso largiente, exercendæ caritatis occasio. Mirabiliter autem imitata est Dominum nostrum Jesum Christum in dilectione inimicorum: nam cum ingentes pateretur persecutiones et adversitates, diligebat tamen persequentes et orabat pro his qui oderant se. Quin imo detrimenta et offensiones, quas per-

petiebatur, amoris et caritatis ipsi escam ministrabant; adeo ut viri graves dicere solerent, qui amari a Teresia vellet, damno aut injuria ut eam afficeret oportere.

1393 Vota vero quæ in professione Religionis Deo voverat, maxima cura ac diligentia reddidit: nec enim tantummodo omnes exteriores actus superiorum arbitrio maxima cum humilitate spiritus perficiebat, sed firmiter etiam in corde suo constituit eorum voluntati omnes etiam cogitationes suas subijcere; cujus etiam rei egregia exempla reliquit: nam Dominum Jesum Christum sibi sæpius apparentem, aliquando a confessariis jussa, qui delusam ab Angelo tenebrarum suspicabantur, humiliter irrisit sprevitque, sed non sine magno tam profundæ obedientiæ præmio. Quin etiam volumen quod in Cantica Canticorum insigni pietate relictum scripserat, ut confessario obtemperaret, flammis injecit. Dicere autem solebat se in discernendis visionibus decipi posse, in obedientia vero superioribus præstanda falli non posse. Paupertatem adeo dilexit, ut non solum labore manuum suarum victum sibi compararet, sed, si quam monialem vilioribus indutam vestimentis conspexisset, illico sua cum illius commutaret, ac si quando sibi necessaria deficerent, mirifice lætaretur et exultaret gratiasque Deo ageret, tanquam insigne aliquod consecuta beneficium. Sed inter cæteras ejus virtutes, quibus quasi sponsa a Deo ornata mirifice excelluit, integerrima effulsit castitas: quam adeo eximie coluit, ut non solum propositum virginitalis servandæ a pueritia conceptum usque ad mortem perduxerit, sed omnis expertem maculæ angelicam in corpore et corde servaverit puritatem.

*votorum monasticorum
observatione,*

1394 Quas adeo insignes virtutes mirifica humilitate cordis ornat: cum etenim in dies divinis charismatibus anima ejus impinguaretur, sæpius exclamabat ad Dominum ut beneficiis in eam suis terminum statueret, nec tam cito ingentium sceclorum oblivisceretur. Contumelias vero et irrisiones ardentissime sitiebat; ac non solum humanos honores, sed nosci quoque ab hominibus abhorrebat. Invictam autem hujus Sanctæ Virginis patientiam illa vox attestatur qua sæpius ad Dominum exclamabat: « Domine, aut pati aut mori. » Præter hæc omnia divinæ beneficentiæ munera, quibus hanc dilectam suam quasi pretiosis monilibus decoratam esse voluit Omnipotens, aliis etiam gratiis et donis abunde ipsam locupletavit: adimplevit enim eam spiritu intelligentiæ, ut non solum honorum operum in Ecclesia Dei exempla relinqueret, sed et illam cælestis sapientiæ imbribus irrigaret, editis de mystica theologia aliisque etiam multa pietate refertis libellis; ex quibus fidelium mentes uberrimos fructus percipiunt, et ad supernæ patriæ desiderium maxime excitantur.

*aliisque virtutibus, et divinis
charismatibus.*

1395 Quibus cælestibus instructa ac illustrata muneribus, opus agressa est maximum quidem et cuicumque difficillimum, sed Ecclesiæ Christi perquam utile ac proficuum. Reformationem enim exorsa est Ordinis Carmelitani; illudque non solum in mulieribus, sed et in viris egregie præstitit, ædificatis, non modo per universas Hispanias, sed et per alias etiam Christiani orbis partes, tam virorum quam mulierum monasteriis, sine pecunia, sine proventibus, de sola Dei misericordia præsumens, nec modo omnibus humanis destituta auxiliis, sed adversantibus plerumque ac contradicentibus principibus et potestatibus sæculi: quæ tamen, Domino opus suum confirmante, radices miserunt, incrementum susceperunt, et demum in domo Dei uberes proventus fructificarunt.

*Præclarum
Reformationis
Carmelitane
opus exegit.*

*Miracula in
vita.*

A 1396 Tantas virtutes Teresie plurimis, dum adhuc in humanis ageret, miraculis Deus illustravit; quorum nonnulla presentibus litteris duximus inserenda. Cum in Conchensi diocesi maxima esset frumenti penuria, atque in monasterio de Villanova de Xara vix tantum farinae reperiretur ut per integrum mensem ad victum decem et octo monialium satis esset, hujus Sanctae Virginis meritis et intercessionem Deus omnipotens, qui sperantes in se enutrit, eam adeo abundare fecit, ut, quamvis per sex menses ex ea affatim panes ad refectionem ancillarum Dei fierent, nunquam tamen usque ad novas fruges diminueretur. Gravi erysipellate in vultu ac febris afflictabatur Anna a Trinitate, monialis conventus Medinæ de Campo; cui Teresia primum blandita, deinde læsa membra leviter attrahens: « Bono animo, inquit, sis, filia: Deus, » ut spero, te hoc morbo liberabit; statimque febris omnisque morbus ab ea abscessit. Alberta, ejusdem monasterii priorissa, pleuritide ac febre non absque vitæ periculo laborabat; at Sancta Virgo Teresia, tacto latere quod morbo urgebatur, eam sanam esse pronuntiavit ac surgere jussit: illa

in morte

B perfecte sanata statim e lecto exiit, laudans Deum. 1397 Adveniente demum tempore quo pro tot laboribus pro divino honore exhaustis ac tot bonis operibus in Ecclesie utilitatem perpetratis coronam decoris de manu Dei esset receptura, gravi morbo Albæ decumbens, cum toto infirmitatis tempore frequentes ac plene admirabiles de divina caritate cum sororibus sermones habuisset, sæpius gratias Deo agens quod se Catholice Ecclesie aggregasset, commendans tanquam præcipua bona paupertatem ac debitam præpositis obedientiam, accepto humillime ac cum cœlesti prorsus caritate Sacro peregrinationis suæ Viatico ac extremæ Unctionis Sacramento, Christi crucifixi effigiem manu tenens, ad cœlestem patriam evolavit. Pluribus vero signis manifestavit Deus quam sublimem gloriæ gradum Teresie clargitus in cœlis esset: multæ etenim moniales religiosæ ac timentes Deum viderunt decorem gloriæ ejus. Alia etenim conspexit supra tectum ecclesie et in choro et super decumbentis cubiculum multitudinem cœlestium luminarium; alia Christum Dominum magno corruscantem splendore et ingenti Angelorum frequentia circumdatum, ejus lecto assistentem; alia plurimos albis amictos vestibus ipsius cellam ingredientibus ac cubili circumfusus; quædam etiam in ipso transitu momento candidam columbam ex ipsius ore in cœlum evolantem; alia splendorem, crystalli instar, fenestra egredientem vidit. Quin etiam quædam arbor calce ac macerie obstructa ac jamdudum arida, quæ cubiculo proxima erat, præter omnem temporis et naturæ rationem repente floribus onusta in ipsa transitu hora apparuit.

ac post mortem

C 1398 Corpus exanime speciosissimum ac nulla ruga contractum ac miro decoratum candore apparuit, ac una cum vestibus ac linteolis quibus ægra usa erat, omnibus admirantibus, mirificum spirans odorem. Multa etiam magnalia quæ meritis Ancillæ suæ operatus est Deus, ipsius in paradisum transitum exultabilem reddiderunt. Quædam etenim monialis dudum capitis et oculorum infirmitate laborans, apprehensa mortuæ Virginis manu ac capiti oculisque admota, statim convaluit: altera item, ejus exosculatis pedibus, sensum odoratus amissum recuperavit, et corporaliter odorem unguentorum quo sacrosanctum ejus corpus a Domino perfusum erat, percepit. Corpus ejus absque ullo prorsus medicamine, ligneo loculo inclusum, alte effossa ad sepulturam humo ac ingentibus lapidibus et calce

D oppleta scrobo sepultum est. Sed e sepulcro ejus odor adeo ingens ac mirificus emanabat, ut decretum fuerit sacrum corpus exhumare: atque illud sane integrum ac incorruptum ac flexibile, ac si nuper tumulatum fuisset, repertum fuit, odorato liquore circumfusus; quo perenniter usque in præsentem diem, Deo Ancillæ suæ sanctitatem jugi miraculo attestante, desudat. Quare aliis vestibus indutum novaque arca inclusum, cum priora computruissent, eodem loco conditum fuit; lapsoque triennio, cum rursus ipsius monumentum aperiretur, ut sacrum pignus Abulam asportaretur, ac deinceps frequenter jussu delegatorum apostolicorum inviseretur, semper incorruptum ac tractabile eodem odore ac liquore perfusum apparuit.

1399 Sed et procedentibus temporibus manifestavit Deus hominibus gloriam suam, præstitit per intercessionem Ancillæ suæ frequentibus beneficiis his qui se fideliter ejus precibus commendassent. Puer etenim quidam quadriennis adeo contractus ac detortus erat, ut nec pedibus insistere, nec, cum jaceret, corpus movere posset; eaque infirmitas, cum illi a nativitate fuisset nullumque afferret doloris sensum, incurabilis prorsus videbatur: cumque per novem dies ad cubiculum quod vivens Sancta Virgo inhabitaverat, allatus fuisset, sensit in se virtutem venientem, ac repente sanus ac validus ac suis pedibus ambulans, stupentibus cunctis, cœpit diffamare se a Matre Teresia de Jesu perfectam sanitatem fuisse consecutum. Sævissimis doloribus per biennium cruciabatur Anna a Sancto Michaeli monialis, tribus canceris pectus ejus adeo affligentibus, ut non solum somni expers esset, sed nec collum flectere nec brachia posset attollere; cumque particulam Reliquiarum Sanctæ Teresie super pectus apposuisset, et toto cordis affectu se ejus patrocinio commendasset, non solum omnis evanuit plaga a corpore ejus, sed et alia etiam, quam in corde diu habuerat, infirmitate libera momento temporis effecta est. Adeo vexabatur Franciscus Perez, parochialis ecclesie rector, apostemate quod in os pectoris insederat, ut, brachio etiam contracto, a celebratione Sacrosancti Missæ Sacrificii per quinque menses impediretur; humanisque remediis deficientibus, ad divina confugit, et ad montes Dei elevans oculos salutem consecutus est: epistolam enim Virginis Teresie manu exaratam pectori admovens, consecutus est ejus partis sanitatem; cumque deinde sepulcrum Virginis visitasset, ejusque brachium, quod Albæ asservatur, proprio brachio, quod adhuc contractum erat, admovisset, in eo etiam divinam virtutem expertus est, restituta sibi perfecta valetudine. Joannes de Leyva magno gutturi morbo adeo affligebatur ut omnis respirationis via fere interclusa esset: jamque morti proximus animam agebat, cum sudarium, quod Sanctæ Teresie fuerat, ad morbi locum magna cum fiducia apposuit; somnoque captus ac paulo post experrectus, se meritis Beatæ Teresie curatum esse repente sanus exclamavit.

1400 Cum igitur per universas jam gentes et nationes sanctitas Teresie celebraretur, et nomen ipsius apud Christi fideles magno in honore esset, operante Domino per intercessionem ejus tot mirabilia, quæ etiam in dies una cum ipsius veneratione augebantur, fuerunt auctoritate apostolica in multis Hispaniæ partibus formati processus, ac ad Sanctam hanc Sedem transmissi: et instanti agente claræ memoriæ Philippo III, Hispaniæ rege Catholico, negotio tam in Sacra Rituum Congregatione quam in Rota diligenter discusso, felicis recordationis

a Deo fuit illustrata.

F

*Paulus V eam
Beatis ad-
scripsit.*

A recordationis Paulus V prædecessor noster indulsit ut in ejus honorem, tanquam de Beata Virgine, divinum Officium in toto Fratrum Carmelitanorum Ordine posset celebrari.

ut eam stru-
at ad ejus co-
nizationem

1401 Cumque idem Philippus rex iterum apud prædictum Paulum similiter prædecessorem nostrum pro canonizatione B. Virginis Teresie supplicasset, idem Paulus iterum negotium commisit Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationis; qui novos processus auctoritate apostolica conficiendos decreverunt, atque ad id munus peragendum bonæ memoriæ Bernardum Cardinalem de Rojas archiepiscopum Toletanum et Venerabiles Fratres episcopos Abulensem et Salmanticensem eadem auctoritate deputarunt: qui cum diligenter demandato negotio perfuncti essent, omnia acta eidem Paulo V prædecessori nostro transmiserunt. Qui tribus apostolici palatii causarum auditoribus, Francisco archiepiscopo Damasceno locumtenenti, nunc S. R. E. Cardinali, Joanni Baptiste Coccino decano et Alphonso Manzanedo, dedit in mandatis ut summa cum diligentia dicta examinarent, et quæ eorum sententia esset ad ipsum referrent: qui, omnibus accurate, prout rei magnitudo postulabat, perpensis, eidem Paulo V prædecessori retulerunt plene justificari vitæ sanctitatem ac miracula Beate Virginis Teresie, omniaque abunde constare quæ pro canonizatione ejusdem a sacris canonibus requiruntur, posseque ad ulteriora procedi. Utque ea maturitate quæ rem tantam decebat, negotium transigeretur, idem Paulus dilectis filiis nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus præfectis ordinavit ut prædictos processus quam diligentissime rursus inspicerent, ac de tota causa accurate cognoscerent.

quam Grego-
rius XV,

1402 Cum vero idem Paulus humanæ peregrinationis viam complevisset, nosque (nullis licet nostris meritis) sola divinæ gratiæ dignatione ad Ecclesiæ gubernacula vocati essemus, ad augmentum divini honoris et Sanctæ Ecclesiæ utilitatem pertinere arbitrati sumus, ut hujusmodi negotium promoveretur: plurimum etiam ad præsentium temporum calamitatem levandam interesse existimavimus, si Christi fidelium devotio erga Sanctos et electos Dei, qui pro nobis in tantis necessitatibus intercederent, augetur. Mandavimus itaque prædictis Cardinalibus, ut quod illis a prædecessore nostro prædicto fuerat injunctum, quam primum exequerentur. Quod cum illi ea diligentia qua decebat, perfecissent, ac pro Sanctæ Virginis canonizatione omnes unanimiter censuissent, Venerabilis Frater noster Franciscus Maria episcopus Portuensis Cardinalis a Monte totius processus summam ac suam collegarumque sententiam coram nobis in consistorio nostro exposuit: quibus auditis, reliqui Cardinales qui aderant, ad ulteriora fore procedendum communi suffragio pronuntiaverunt.

præmissis de
more consul-
tationibus

1403 Igitur, cum in publico consistorio dilectus filius Joannes Baptista Millinus, consistorialis aule nostræ advocatus, pro ejus canonizatione perorasset, ac nomine carissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum regis Catholici, ut ad eam procedere dignaremur, humiliter supplicasset, nos de re tanta Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales et episcopos in curia præsentibus consulturos esse respondimus; atque interim Cardinales atque episcopos præsentibus vehementer in visceribus Christi hortati sumus, ut orationibus instantes, in jejuniis et elemosynis animas suas coram Deo nobiscum humiliantes, preces a Deo Patre luminum exposcerent ut ex alto super nos lucem suam et veritatem suam emitteret, quæ nos ad volunta-

* an supplicem?

tem et beneplacitum ejus cognoscendum et perficiendum deduceret. Itaque cum semipublico consistorio, quod consequenter celebratum est, vocalis non modo Cardinalibus, sed patriarchis, archiepiscopis et episcopis in curia nostra existentibus, præsentibus etiam nostris ac Sedis apostolicæ notariis ac sacri palatii apostolici causarum auditoribus, cum plura a nobis de eximia sanctitate Ancillæ Dei ac miraculorum frequentia et celebritate populorumque erga eam per universas Christianas nationes devotione commemorata fuissent, expositis etiam instantiis quæ coram nobis non modo nomine maximorum regum, sed etiam carissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum regis in imperatorem electi aliorumque complurium Christianorum principum fiebant, omnes concorditer, ac uno ore benedicentes Deum amicos suos honorificantem, Beatam Teresiam canonizandam esse atque inter Sanctas Virgines adscribendam censuerunt: quorum omnium auditu consensu, intimo cordis affectu exultavimus in Domino, et jubilavimus in salutari ejus, gratias agentes Deo et Filio ejus Domino nostro Jesu Christo, quod Ecclesiam suam misericorditer respexisset ac tanta gloria illustrare decrevisset. Canonizationis itaque publicavimus diem, eosdemque fratres ac filios nostros monuimus ut in orationibus et elemosynis perseverarent, ut in tanto opere exequendo splendor Domini Dei nostri esset super nos, qui opus manuum nostrarum ad perficiendam ejus voluntatem dirigeret.

1404 Demum, peractis omnibus quæ ex sacris constitutionibus ac Romanæ Ecclesiæ consuetudine peragenda erant, hodie in sacrosancta Principis Apostolorum basilica cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non patriarchis, archiepiscopis et episcopis, Romanæque curiæ prælatis, officialibus et familiaribus nostris, clero sæculari et regulari ac maxima populi frequentia convenimus: ubi repetitis pro canonizationis Decreto petitionibus, nomine ejusdem carissimi in Christo filii nostri Philippi regis Catholici, a dilecto filio nostro Ludovico tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ Cardinali Ludovisio nuncupato, nostro secundum carnem nepote, per Nicolaum Zambecarium, consistorialis aule nostræ advocatum, decantatis sacris precibus et litanis, ac Spiritus Sancti gratia humiliter implorata, ad honorem Sanctæ et Individuæ Trinitatis et Fidei Catholicæ exaltationem, auctoritate omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti, Beatorum Apostolorum ac nostra, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum et episcoporum in Romana curia præsentium consilio ac unanimi consensu, bonæ memoriæ Teresiam Virginem de Abula, de cujus vitæ sanctitate, fidei sinceritate et miraculorum excellentia plene constabat et constat, Sanctam esse definivimus ac Sanctarum Virginum catalogo adscribendam decrevimus; prout præsentium tenore definimus, decernimus et adscribimus; illamque universos Christi fideles tanquam vere Sanctam honorare et venerari mandavimus et mandamus, statuentes ut ab universali Ecclesia in ejus honorem ecclesiæ et altaria, in quibus Sacrificia Deo offerantur, ædificari et consecrari, et singulis annis die quinta Octobris, qua ad cœlestem gloriam translata est, ejus Officium, ut de Sancta Virgine, ad præscriptum Romani Breviarii celebrari possit.

1405 Eademque auctoritate omnibus Christi fidelibus vere pœnitentibus et confessis, qui annis singulis eodem festo die ad sepulcrum in quo corpus

solemni ritu
die XII Martii
1622,

F

cum solita in-
dulgentiæ largitione.

A corpus ejus requiescat, visitandum accesserint, unum annum et unam quadragenam, iis vero qui in ejusdem festi octava, quadraginta dies de injunctis eis seu quomodolibet debitis poenitentiis misericorditer in Domino relaxavimus ac relaxamus. Postremo, gratiis Deo actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc novoque luminari illustrare dignatus esset, decantata in Sanctae Teresiae honorem solemnem Sanctarum Virginum oratione, ad altare Principis Apostolorum Missam celebravimus cum ejusdem Sanctae Virginis commemoratione; omnibusque Christi fidelibus tunc praesentibus plenam omnium peccatorum suorum indulgentiam concessimus.

ad honorem
omnipotentis
Dei

1406 Decet igitur ut pro tam insigni beneficio omnes cum omni humilitate benedicamus et glorificemus eum quem decet omnis benedictio et honor et gloria et potestas in saecula saeculorum, assiduis precibus ab eo postulantes ut per intercessionem electae suae, a peccatis nostris faciem suam avertens, misereatur nostri et respiciat nos, et ostendat nobis lucem misericordiarum suarum, et immittat timorem suum super gentes quae non cognoverunt eum, ut cognoscant quia non est alius Deus nisi Deus noster. Ceterum, quia difficile foret praesentes nostras litteras ad singula loca ubi opus esset deferri, volumus ut earum exemplis etiam impressis, manu publici notarii subscriptis et sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem ubique fides habeatur quae ipsis praesentibus adhiberetur, si essent exhibitae vel ostensae.

ut de perfectam
fuisse declarat.

1407 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae definitionis, decreti, adscriptionis, mandati, statuti, relaxationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, quarto idus Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

✱ EGO GREGORIUS CATHOLICAE ECCLESIAE EPISCOPUS.

† Ego Antonius Cardinalis Saulius Decanus.

† Ego Franciscus Maria Cardinalis a Monte Episcopus Portuensis.

† Ego Franciscus Sfortia Cardinalis Episcopus Tusculanus.

C. † Ego Alexander Cardinalis Montaltus Episcopus Albanensis, S. R. E. Vicecancellarius.

† Ego Octavius Episcopus Praenestinus Cardinalis Bandinus.

† Ego Andreas tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Perettus.

† Ego Joannes Baptista tit. SS. Petri et Marcellini Presbyter Cardinalis Detus.

† Ego Dominicus Cardinalis SS. Apostolorum Gymnasius.

† Ego Carolus tit. S. Caesarei Cardinalis Madru-tius.

† Ego Scipio tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Burghesius.

† Ego Maphaeus tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Barberinus.

† Ego Joannes Garsia tit. SS. quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Millinus.

† Ego Marcellus tit. SS. Quirici et Julitiae Presbyter Cardinalis Lantes.

† Ego Fabricius tit. S. Augustini Presbyter Cardinalis Verallus.

† Ego Joannes Baptista tit. S. Caeciliae Presbyter Cardinalis Lenius.

† Ego Dominicus tit. S. Martini in Montibus D Presbyter Cardinalis Rivarola.

† Ego Gaspar Cardinalis Borgia tit. S. Crucis in Hierusalem.

† Ego Robertus tit. S. Alexii Presbyter Cardinalis Ubaldinus.

† Ego Tiberius tit. S. Priscæ Presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Gabriel tit. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis de Trejo.

† Ego Scipio Presbyter Cardinalis S. Susannæ, S. R. E. Bibliothecarius.

† Ego Guido tit. S. Mariæ de Populo Presbyter Cardinalis Bentivolus.

† Ego Petrus tit. S. Salvatoris in Lauro Presbyter Cardinalis Valerius.

† Ego Itelius Fredericus tit. S. Laurentii in Panisperna Cardinalis de Zollerem.

† Ego Julius tit. S. Mariæ supra Minervam Cardinalis Roma.

† Ego Fr. Desiderius tit. S. Clementis Cardinalis de Cremona.

† Ego Stephanus tit. S. Mariæ in Via Cardinalis Pignatellus.

† Ego Franciscus tit. S. Matthæi in Merulana E Presbyter Cardinalis Sacratius.

† Ego Marcus Antonius tit. S. Eusebii Presbyter Cardinalis Gozzadinus.

† Ego Alexander tit. S. Mariæ in Via Lata Cardinalis Estensis.

† Ego Carolus Emmanuel S. Nicolai in Carcere Tulliano Cardinalis Pius.

† Ego Mauritius S. Eustachii Diaconus Cardinalis de Sabaudia.

† Ego Carolus S. Mariæ in Dominica Cardinalis Medices.

† Ego Ludovicus tit. S. Adriani Cardinalis de la Vallette.

† Ego Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Boncompagnus.

† Ego Hippolytus S. Mariæ Novæ Cardinalis Aldobrandinus.

§ LXIX. Visitatio corporis S. Matris anno 1616.

AUCTORE
V. D. M.

Duplici jam paragrapho, nempe LIV et LV, sermo fuit de corporis S. Teresiae statu, in quo remansit ad usque tempora beatificationis. Anno sequente, id est 1615, praevis adornatum est sacellum, in quo sacra illa exuviae reconditae sunt; et altero anno, sive 1616, ea ab ipso Congregationis Hispanae Generali fuerunt discooperitae. Quod sacellum attinet, id auctor Chronici sequenti modo refert: Temporibus quinti Generalis (erat is noster Pater F. Josephus a Jesu Maria), anno MDCXV, quo majori veneratione haberetur et custodiretur melius, aliter sepulcrum compositum fuit. Locus qui antea in duas contignationes diremptus erat, tunc distinctus fuit in tres. Infima dedicata fuit in sacellum, in quo Missae Sacrificium offerretur; quam in rem e choro desumptum est quod congruum videbatur altitudinis spatium, et pro reliquo, quantum oportebat, humus cavata est. Parietes hujus sacelli ornavit idem Praepositus egregiis picturis, quibus Sanctae gesta referebantur. Prius localamentum cui sanctum corpus insertum fuerat, tabulis marmoreis fuit munitum, ast hac ratione ut rosaria et numismata in illud demitti possent. Super hoc sacello

F
Anno 1616
S. Teresiae fe-
stro novi ac-
cedunt orna-
tus.

AUCTORE
V. D. M.

A chorus monialium factus est sat spatiosus, ut illic divinum Officium peragere possent. Super choro, qui pars superior et secundum fabricæ membrum erat, sacrum corpus repositum jacebat in arca nova, quam urna ex lapide albo alabastriten referente secta, et auratis floribus ornata, capiebat. A parte vero cœnobii ita occlusa erat ut accessus non pateret; ex anteriori parte obstabat deauratum claustrum quod jam olim existerat (lib. v, c. xxxi, n. 7).

Anno vero
1616 corpus
visitatur, am-
putaturque
pex.

1409 Hæc quoad sacellum. Dein anno 1616 Sanctæ Virginis corpus discoopertum est. P. Generalis scilicet, ut Patribus Congregationis Italianæ gratiam faceret, et canonizationis causam aucto Romæ S. Matris cultu promoveret, pedem S. Matris cœnobio Carmelitarum Romano S. Mariæ de Seala, et frustum carnis Supremo Pontifici Paulo V destinare voluit. De ipsa horum lipsanorum translatione alibi dictum jam fuit (num. 1073); hic vero tantum de his quæ tum Albæ gesta sunt. Cum itaque anno 1615, ut habet Chronicon (lib. xvi, cap. 1), manus admota fuisset extruendo sacello (magnificum illud nuncupat P. Fredericus a S. Antonio lib. v, cap. vi), et anno 1616 huic fabricæ finis impositus esset (ut idem P. Fredericus loc. cit. testatur).

B Albam venit laudatus Præpositus Generalis cum suo secretario. Die xi Julii anni 1616 coram eo aperta est lipsanoteca, et die sequenti pedis abscissio facta fuit; quemadmodum colligitur ex authentico instrumento quod P. Antonius a S. Joachim in Anno Teresiano ad diem xxv Maji his totidem verbis edidit: Fr. Didacus a S. Joseph, diffinitor generalis V. M. de Monte Carmelo, et ejusdem Ordinis a secretis, notum facio et attestor coram Deo et Angelis ejus, quod anno a Nativitate Domini 1616, die vero duodecima mensis Julii, in præsentia R. P. N. Generalis P. F. Josephi a Jesu Maria, accipiens ego cultrum de manu dicti P. N. Generalis, genuflexus, indignus et contremiscens divinum hunc attingere thesaurum, pedem dextrum dicti sacri corporis amputavi; a quo quidem duos digitos defuisse apparuit: alterum qui minor est, alterum vero qui pollicis proximior. Quam quidem sanctam Reliquiam dictus P. N. Generalis, reverenter accipiens genibusque flexis devote deosculatus, in gratiam amplissimæ ac religiosissimæ Congregationis Italianæ in optima capsella præparata custodivit, ut opportuno tempore pretiosum munus hoc decentius Romam transferatur. Hæc die xii Julii. Eadem sane die dissectum fuerit frustum quod Paulo Papæ V missum fuit.

Atque ea visi-
tatio causa
fuit instituta
postea festi
translationis.

C 1410 Quid die sequenti fuerit actum, iterum ex instrumento authentico ea occasione confecto, collegisse juverit. Dicit P. Fredericus a S. Antonio (lib. v, cap. vi) eadem die permagnam solemnitatem illic celebratam fuisse, frequentem affluxisse populum, et omni Albano clero locum datum in sacello quod S. Matris corpori colendo exstructum erat. Atque hæc ea translatio est cujus memoria ritu duplici minore quotannis a Carmelitis agitur die xiii Julii. Quemadmodum Benedictus XIV (de Beatificatione et Canonizatione, lib. iv, part. ii, cap. vii, num. 3) et P. Fredericus (loc. cit.) testatum faciunt, concessit Clemens XII id officium xiii Septembris anni 1732. Præter Orationem propriam et Lectiones secundi Nocturni, ex Actis canonizationis desumptas, idem est hoc Officium ac illud quod in ipso S. Teresiæ præcipuo festo recitatur. Id autem instrumentum de quo jam memini, et quod tradit Annus Teresianus ad diem 1 Julii (tom. vii, pag. 29 et seqq.), repertum fuit in ipsa sacra urna, cum anno 1750 relecta est; illudque denuo insertum fuit diplomati quod dicto anno 1750 conditum et sancto corpori appositum

D est. Bina hæc instrumenta, atque etiam tertium super statu corporis anno 1760, cum momenti sint maximi, utpote quibus authenticè constat de statu quo pretiosæ hæc exuvie inventæ sunt annis 1616, 1750 et 1760, pro rei gravitate operi huic nostro in perennem memoriam inserenda judicavi.

1411 Hic igitur primum ex illis instrumentis accipe: In nomine Domini nostri Jesu Christi. Pontifice Romano S. P. N. Paulo V; et in Hispania imperante Philippo III rege Catholico; duce Albano D. Antonio Alvarez de Toledo, præfecto rei bellicæ regni Navarræ; episcopo Salmanticensi D. Francisco de Mendoza; Præposito quinto nostræ Carmelitarum Excalceatorum Religionis P. F. Josepho a Jesu Maria; provinciali P. F. Petro ab Angelis; et priorissa hujus domus Matre Catharina a Sancto Angelo: in præsentia D. Antonii de Toledo, domini de Horeajada (qui, quoniam dux præ devotione averet interesse, nec tamen ad hunc actum venire posset, ejus loco ejusque personam repræsentans adstitit), sanctum corpus nostræ Fundatricis, gloriosæ Virginis Sanctæ Teresiæ, fuit translatum ad hunc locum; cum antea fuisset sepultum in ima parte loculamenti hujus parietis infra clathra chori, a die gloriosi sui transitus, quæ fuit dies v Octobris, quando felicis memoriæ Gregorius Papa XIII anni correctionem fecit, decem dies transiliens, qui annus 1582 fuit, regnante Philippo II, usquedum, quoniam tanta erat fragrantia et bonus odor qui e sepulcro exibat, exhumatum fuit et repertum integrum, incorruptum et stillans oleum suavissimi odoris, idque tanta abundantia ut perfusio sindonum et linteorum quibus involvebatur, multos annos duraverit: et idem faciunt hodie omnes ejus virginalis carnis Reliquiæ, quantulacumque sint; atque adeo iidem panniculi, oleo mardentes, hoc communicant chartæ qua involvuntur.

Dicitur quæ-
tum visa et
octa sint

E 1412 Nunc ultimo in honorem Sanctæ fecit Religio nostra sacellum, quod sub choro est: composuit sepulcrum, qualiter cernitur, in gratiam fidelium qui pro sua devotione aut pro voto sanctum corpus visitatum veniunt; fecitque hanc urnam lapideam, cui sanctum corpus imponeretur (prout factum est), ad majorem diuturnitatem et contra ulteriorem ejus mutilationem: quoniam elapsis temporibus tanta carnis copia ab eo dissecta est, ut exstiterint atque existant innumerabiles ex eo Reliquiæ. Præcipuæ sunt brachium et cor, quod utrumque argento insertum hæc domus servat, et manus quæ Ulyssipone est. Perlatae sunt hæc sanctæ Reliquiæ per omnia regna et provincias orbis Christiani cum singulari æstimatione et extraordinaria omnigenorum hominum devotione, propter multa quæ Deus Dominus noster per ea patravit miracula.

et qua urna
corpus sit in-
clusum,

F 1413 Beatificata fuit hæc gloriosa Virgo sabbato die xxiv Aprilis anni 1614; ut constat ex Brevis beatificationis. Quotidie speratur canonizatio, quoniam omnis requisita præparatio facta jam est, et satisfactum est Rotæ in omnibus quæ præstari debent; ita ut unum Pontificis « Fiat » desit. Facta fuit hæc ultima translatio, præsentie Patre nostro Generali, feria quarta, die xiii Julii anni 1616, testibus dicto domino de Horeajada D. Antonio de Toledo, et P. F. Joanne a S. Angelo, socio et secretario Patris nostri Generalis. Et ut perpetua hujus rei exstet memoria, ego Fr. Didacus a S. Josepho, diffinitor generalis et secretarius dicti Ordinis, qui prædicto actui præsens fui simul cum memoratis testibus, qui hic chirographa sua apposuerunt, ex peculiari jussu et expresse mandato Patris nostri Generalis, qui chirographo suo his litteris authen-

ac coram qui-
bus testibus,

tiam

A tiam dedit, has scripsi mea manu, signavi meo nomine, et sigillavi sigillo principali et primitivo nostrae Sacrae Religionis. Datae Albæ ad Tormim, die, mense et anno prædictis, quibus testor hanc translationem factam esse. Ex hac provincia S. P. N. Eliæ in regnis Castellæ Veteris et Navarræ. Fr. Joseph a Jesu Maria, Generalis. D. Antonius de Toledo. Fr. Joannes a S. Angelo. Fr. Didacus a S. Josepho, diffinitor generalis et secretarius.

Non videtur
tum exstiterit
Breve qui car-
nis vetaretur
dissectio.

1414 His temporibus immensus jam erat populo-
rum ad S. Teresiae sepulcrum concursus. Neque de-
erant primores, tum ecclesiastici tum laici, quorum
religio nimiam quamdam aviditatem nonnumquam
sapiebat. Jam Ypesii temporibus aestimabatur a
pluribus, et quidem ab ipso P. Francisco a Matre
Dei, tertio Excalceatorum Generali Præposito, per
Sixti V litteras in forma Brevis datas sub excom-
municationis pena fuisse prohibitum quidpiam de
carne S. Matris auferri. At hæc sane non omnium
fuit mens. Nihil dico de P. Gratiano desecante ma-
num, de P. Gregorio Nazianzeno amputante bra-
chium, de moniali Albana cor sibi diripiente, aliis-
que minora lipsana sibi ante præfatum Sixti V
Breve accipientibus. Ast asseverari potest piam car-
nificinam etiam postea in S. Matris corpus fuisse
institutam. Specimen esto quæ P. Thomam a Jesu
peregrisse supra legimus (num. 1054). Atque adeo
verè inane fuit Breve Sixti V, si tamen umquam
aliud fuerit datum quam illud quo lis inter Abulam
et Albam de corpore asservando dirempta fuit.
Præterea nusquam mihi contigit reperire hoc Breve,
neque in Bullario Ordinis Carmelitanorum, neque
in eorum Annalibus, neque in Anno Teresiano,
omnigenorum diplomatum archivo. Et quidem video
ex ipsis Carmelitis nonnullos eodem similive dubio
expertes non fuisse. Quidquid sit, recte obstructus
est anno 1616 omnis ad lipsanothecam aditus, ita
jubente P. Josepho a Jesu Maria, quinto Generali
Præposito.

sed tale rite
postulatur
anno 1628.

1415 Verum neque id videtur fuisse satis : quare,
ut tandem aliquando S. Matris corpus tutum undi-
que foret, cautum est decreto quod Patres Carmeli-
tani in generali suo Pastranensi capitulo anno 1688
sanxerunt, quodque P. Antonius a S. Joachim in
suo Anno Teresiano ad diem xx Maji ad verbum
enuntiat. Quod, hispanico ibi idiomate prolutum,
sic apud me latine sonabit : Feria quinta, die vige-
sima Maji, cum propositum foret necesse esse pecu-
liare adhibere studium ut conserventur absque
ulla diminutione (quantulacumque sit) sanctum
corpus, brachium et cor nostræ S. Matris Albæ,
et corpus S. Patris nostri (intelligunt S. Joannem
a Cruce) Segoviae, statuit capitulum neminem ex
Religione, cujusvis status et conditionis sit, posse
concurrere aut permittere ut quævis pars supra
dictarum Reliquiarum auferatur absque expresso
mandato capituli generalis; et quo firmitus sit hoc
statutum, supplicavit capitulum Patri nostro Ge-
nerali ut curaret quam primum a Pontifice Ro-
mano obtinere Breve quo omnibus intra aut extra
Religionem nostram viventibus res prædicta sub
præcepto et censura prohibeatur. Et adstruam Pa-
trum Carmelitarum postulato a Pontifice Maximo
satisfactum esse, unum argumentum mihi in prom-
ptu est : scilicet quod ex relatione postea citanda de
visitationis sepulcri anno 1750 facta innotescit tum
nihil carnis dissectum fuisse; quoniam, ut in relatione
dicitur, vigeat excommunicatio, Summo Pontifici
reservata, et in eas lata qui id attentaverint.

§ LXX. Visitatio corporis S. Matris anno 1750.

P riusquam de hac visitatione agam, expedit in-
dicare fontes unde quæ dicturus sum, hauserim.
Præter instrumentum publicum, quod id temporis in
perpetuam gestorum memoriam juridice confectum
est, et quod late prosequitur quæcumque acta fu-
erunt, præ manibus mihi sunt ecgrapha trium epi-
stolarum, a monialibus Albanis paulo post Reli-
quiarum visitationem scriptarum. Prima exarata
est a sorore Clementina a S. Josepho, quæ illis
temporibus, ut ex epistolarum appendice constat,
junior Carmelitana professa Albani cænobii erat,
antea vero cubicularia reginæ Hispaniarum. Data
vero est die xxx Octobris 1750, postridie finis
solemnitatum, et missa ad religiosum quemdam, qui
per sororem Joannam Mariam, Segoviensem monia-
lem atque olim sororis Clementinæ in reginæ comi-
tatu sociam, rerum in cænobio Albano gestarum
explanationem et status corporis descriptionem expo-
stulaverat. Altera epistola continet litteras ipsius
Albanæ priorissæ, Matris Alphonsæ Mariæ a Præ-
sentatione, quæ eas destinavit ad cænobium quoddam
Carmelitarum cujus nomen reticetur et ad quod
aliquot simul brandea mittenda erant. Has litteras
epistolam secundam nuncupabo. Porro hæc relationes
communicatæ fuerant moniali ex Ursulanarum
cætu, in Galliis degenti callentique hispanice; quæ
cum hos narratus in gallicum vertisset idioma,
misit eos ad Carmelitarum cænobium : unde
multis in Gallia viris innotuerunt; quin etiam
utramque paulo serius impressam reperio in libello
gallico, cui nomen : Neuvaine en l'honneur de la
glorieuse mère Sainte Thérèse de Jésus, denuo
edito et aucto anno 1770, et Ludovicæ Mariæ, filiæ
Ludovici XV Galliarum regis, apud Carmelitanas
Sandionysianas novitiæ, dicato. At dubia non-
nullis creata sunt : quocirca unus e superioribus
apostolicis Carmelitarum Galliæ sciscitatus est
ex ipsa priorissa Albana, Alphonsa Maria a
Præsentatione, quid veri subesset quibusdam suis
et sororis Clementinæ, quæ circumferebantur, epi-
stolis; tulitque responsum ab ipsa priorissa die i
Maji 1751. Atque hanc epistolam deinceps nomi-
nabo tertiam. Hæc autem quæ modo dixi, partim
ex ipsis litteris, partim ex harum litterarum ap-
pendice, desumpta sunt; placuitque hoc notare, ut
unicuique constet de dicendorum authenticitate, cui
adstipulatur omnimoda earum litterarum conve-
nientia cum instrumento publico superius laudato.
Hoc instrumentum, uti jam dictum fuit, hispanico
idiomate exstat in tomo VII Anni Teresiani (pag.
25 et seqq.); qui tomus excusus est anno 1758,
octavo nempe postquam illud confectum erat anno,
et proin tum quando permulti qui illi subscripserant
testes adhuc vivebant. Latine id ego reddam, eique
subdam annotationes quasdam, plerumque e descri-
ptis supra litteris congerendas.

Fontes unde
corporis inte-
gritas, anno
1750 recogni-
ta, innotescit.

E

F

1417 In nomine Domini. Amen. Notum sit
omnibus quomodo anno a Nativitate Domini no-
stri Jesu Christi MDCCL, die ii Octobris, SS. An-
gelis Custodibus sacra, S. P. N. Benedicto XIV
Summo Pontifice, D. Ferdinando VI et D. Maria
Barbara de Portugallia Hispaniæ regibus, Excel-
lentissima Domina D. Maria Teresia Alvarez de
Toledo etc. ducissa Albæ, Reverendissimo nostro
Patre F. Nicolao a Jesu Maria Præposito Generali
sacri

Occasio aper-
tionis tumbar.

AUCTORE
V. D. M.

A sacri nostri reformati Ordinis, P. F. Joanne a Matre Dei præposito provinciali hujus provincie S. Eliae, et Matre Alphonsa Maria a Præsentatione priorissa nostrarum Excalceatarum monialium cœnobii Incarnationis in hac civitate Alba, occasionem et causam subministrante consilio quo memoratæ Catholicæ Majestates statuerunt Albam venire, ut viderent et venerarentur sanctum corpus nostræ Seraphicæ Matris S. Teresiæ a Jesu, ad diem ejus festum xv prædicti mensis, aperta est urna ex lapide albo, quem a Villamayor nuncupant (ablata desuper magna massa, composita ex lapidibus ejusdem generis), cui urnæ inclusa erat arca capiens dictum sanctum corpus mysticæ nostræ Magistræ. Omnis hæc moles inclusa erat cavo parietis altaris majoris dicti Incarnationis cœnobii, inter duo magna clathra, quorum alterum versus ecclesiam, alterum versus cœnobium positum est, et divisum est duas in partes, quarum una aperitur tribus clavibus. Ex his unam servabat et servat excellentissima domus Albana, alteram Generalis Præpositus Ordinis, et tertiam Mater Priorissa memorati cœnobii.

eximii testes.

B 1418 Ex dicta urna extracta fuit arca cum assistentia Excellentissimi Domini D. Ferdinandi de Silva Alvarez de Toledo, ducis de Huescar, filii primogeniti dicte Excellentissimæ Domine ducissæ Albanæ, memorati Præpositi Generalis Ordinis, et prædictæ Matris Priorissæ: in præsentia Patris Fr. Bartholomæi a Spiritu Sancto, primi diffinitoris generalis; Fr. Paulini a Sancto Josepho, procuratoris generalis Ordinis apud curiam Madritensem; Fr. Josephi a Jesu Maria, prioris cœnobii S. P. N. Joannis a Cruce ejusdem civitatis; Fr. Joannis a S. Paulo laici, conventualis Madritensis; et totius communitatis dictarum monialium prædicti cœnobii Annuntiationis; D. Alphonsi de Oviedo, gubernatoris castri et præfecti territorii excellentissimorum ducum; et quatuor cæmentariorum, qui accersiti prædictæ inservierunt operæ, appellanturque Rochus Sotino, Petrus Rodriguez, Josephus Rodriguez, omnes ejusdem civitatis Albæ incolæ, et Joannes Antonius Barros, incola S. Laurentii de la Guardia in Gallæcia; inque mea infra-scripti secretarii præsentia.

status exterior
sepulcri.

C 1419 Est dicta arca ex ligno, longa paulo minus quam duas ulnas, alta sesquipalmum et paulo plus, et aliquanto latior quam duos quadrantes. Exterius vestita est puniceo panno serico et villosa, distincta ornatibus deauratis, decorata quatuor draconibus bicipitibus, æreis deauratisque, et quatuor laminis similiter æreis deauratisque et formæ orbicularis; quarum duæ super arcæ operculo sunt: altera ad latus cervical versus, in quo incisa sunt et picta sequentia verba: « Arca Domini in qua » erat manna et virga, quæ fronduerat, et tabulæ » testimonii. Hebr. ix », et deinde hæc pentestichia: « En esta arca de la Ley » (et cætera ut num. 1051 hujus Commentarii). . . ; altera lamina adhæret lateri pedes versus, ubi similiter inscripta sunt hæc verba: « Non extinguetur in nocte lucerna ejus. Prov. xxxi », et deinde hæc pentestichia: « Aqui yace recogida » (et reliqua ut num. cit.). . . In fronte arcæ, ubi seræ impositæ sunt, exstant aliæ duæ parvis formæ laminæ deauratæ, quæ continent eosdem textus eademque pentestichia, cum hac differentia quod textus et pentestichia quæ in operculo ad caput sunt, in fronte arcæ collocantur ad pedes; ac textus et pentestichia quæ in operculo ad pedes sunt, in fronte arcæ collocantur ad caput. Ambitur tota, si excipias tegmen seu operculum, duabus commissuris deauratis con-

D cavæ formæ, quæ ad arcam aperiendam claudendamque aptæ sunt. In operculo exstant tres vectes, similiter deaurati et formæ quoque concavæ, ac duos fere palmos longi; et is qui medius est, terminatur lamina cui scuti forma est cum ambiente ornatu, et in ejus campo incisa apparet littera majuscula F. Singuli e quatuor angulis ornantur duobus æreis munimentis deauratis; et ad inum unumquemque angulum fulcimenti loco exstat deauratus globulus. Inferius firmata est arca sex vertebrais ferreis deauratis, quæ simul ornatui sunt; et super duabus, quæ ad cervical et ad pedes sunt, posita est crux ex eadem materia deaurata. Erat clausa novem vertebrais ferreis deauratis et similiter sera ex eadem materia deaurata: et quoniam clavis non reperiebatur, neque ubi esset cognoscebatur, ablata fuit sera; et arca, in præsentia omnium prædictorum aperta, inventa est interius vestita panno serico damasceno puniceo valde pulchro, et tam eleganti quam si continuo a tela nova decisis foret: quod itidem de panno serico et villosa, quo exterius vestita erat, notatum fuit.

1420 Repertum fuit sanctum corpus integrum et incorruptum, carens pede dextro quem Romæ venerantur in nostro cœnobio S. Mariæ de Scala, manu sinistra quæ est Ulyssipone, brachio sinistro et corde quæ separatim in duabus pretiosis lipsanoticis ejusdem cœnobii Incarnationis venerantur, frusto maxillæ dextræ superioris quod est in nostro Romano S. Pancratii collegio, oculo sinistro, aliquot costis, aliquot frustis carnis et ossibus quæ ei ablata sunt et per orbem Christianum dispersita. Reliquum corpus servatur cum pelle, carne et ossibus. Caput divisum est a trunco, quoniam ablata est potior pars colli; cæterum asservatur integrum cum pelle et carne, adeoque in oculo dextro distinguitur acies seu pupilla et palpebræ. Quod omnium maxime mirabile est, brachium dextrum tam flexibile est quam si vivum foret. Videtur frustatim avulsa esse manus; et solum os medium, quod albissimum et pulcherrimum est, fuit relictum cum quibusdam nervis. Similiter in pede sinistro distincti cernuntur digiti et ungues. Opertum erat sanctum corpus subtili linteo batavico, et super illo tela bombycina subtili rubra. Ad latus corporis in eadem arca obvia fuit pyxis plumbea quadrangula, duos digitos alta et larga, et medium palmum longa, ac in ea pergamena charta, in qua reperitur bellissimis litteris exaratum diploma, quo, per omnes notas proprias, identitatem corporis Sanctæ Matris nostræ, quod in eadem arca collocatum jacebat, testatus est P. F. Didacus a S. Josepho, diffinitor generalis et secretarius, et quod signatum est a R. P. Generali Fr. Josepho a Jesu Maria, a D. Antonio de Toledo et a P. F. Joanne a Sancto Angelo; quodque sequentis tenoris est: « In nomine Domini nostri Jesu Christi. Pontifice Romano S. P. N. Paulo V, etc. » (prout superius recitatum est). . .

et conditio corporis, cui additum diploma, exponuntur.

E

1421 Facta est præsens apertio sepulcri centum viginti octo annis et sex mensibus post solemnem canonizationem prædictæ S. Matris nostræ Teresiæ, quæ contigit anno 1622 die xii Martii, cum Summus Pontifex esset Gregorius XV, ut constat ex Bulla quam expedit Romæ dicto die, mense et anno idem Pontifex, et quæ incipit: « Omnipotens » Sermo. » Omnes præsentis venerati sunt et coluerunt magna cum pietate et júbilo sanctum corpus; et accersitum fabrum ferrarium jussimus apponere seram: qua obserata arca, ejusque clavi relictæ penes memoratum Excellentissimum Ducem, exivimus omnes e cimeliarchio, ut nemo dictæ

Corpus cultui exhibetur.

F

A dictæ arcæ appropinquare posset; et interea jussus est idem ferrarius faber clavem facere supradictæ seræ deauratæ, et duas seras exemptiles validissimas, quibus omnino tuta facta est arca: et relictæ est clavis dictæ seræ penes Excellentissimum Dominum Ducem; et clavis seræ exemptilis quæ ad cervical est, penes R. P. N. Generalem; et clavis seræ exemptilis quæ ad pedes est, penes Matrem Priorissam. Mansit dicta arca sic obserata exposita in eodem cavo parietis altaris majoris, inter duo clathra supradicta, die festo Sanctæ et per totam ejus octavam. Cum vero adventus regum effectu caruit, quoniam Domina nostra regina, itinere jam suscepto, in Escoriali infirmata est, statutum est arcam, dicta octava transacta, denuo memoratæ urnæ sepulchrali inclusum iri, superpositis iterum iisdem lapidibus qui ablati fuerant, ita tamen ut ponderosior ille lapis cui insculptus est versiculus Isaïæ: «Et erit sepulchrum ejus gloriosum», serraretur et divideretur in tria fragmenta; ut, si alia occurrat occasio qua necesse fuerit corpus Sanctæ retgere, id fieri possit minori difficultate et labore.

B et denuo, præsentibus testibus, feretro includitur,

B 1422 Quam in rem, cum maxime conveniens esset, quo magis confirmaretur identitas sacri corporis Seraphicæ nostræ Magistræ, ut assisterent inclusioni corporis in dicta urna sepulchrali illi omnes qui ejus extractioni et refectioni adstiterant, et cum inter omnes maxime specialis dignitatis et auctoritatis esset memoratus Excellentissimus Dominus dux de Huescar D. Ferdinandus de Silva Alvarez de Toledo, qui tunc a Domino nostro rege in Escoriali palatium accersitus erat, is, ut futura sua absentia suppleretur, die xviii dicti mensis Octobris ingressus est claustrum memorati cœnobii Annuntiationis, cum assistentia prædicti R. P. N. Generalis Fr. Nicolai a Jesu Maria, et mea, necnon Bernardi Gonzalez de Luis, scribæ publici hujus civitatis Albæ, et plurium testium quos collegat Excellentissimus Dux; et in præsentia omnium, et itidem Matris Priorissæ et totius suæ communis, aperta est arca: et detecto sancto corpore, declaravit Excellentissimus Dux cum jurejurando, posita manu in regio Vellere, hoc corpus quod illic cernebatur, idem esse ac illud quod cum eadem arca supradicta die secunda currentis mensis et anni in præsentia sua ex memorata urna extractum fuerat; et quoniam a rege Domino nostro accerseretur et assistere non posset actui quo dicta arca et corpus suæ urnæ restituerentur, se dare, ut reapse dedit, D. Antonio de Oviedo, patri D. Alphonsi de Oviedo supra memorati, et qui itidem erat præsens, cum omni amplitudine potestatem assistendi suo nomine dicto actui quo arca et sanctum corpus suæ urnæ restituerentur, firmandi diplomatis de quo stipulandum esset, et faciendorum omnium quæ faceret Excellentissimus Dux, si præsens foret: quocirca tradidit ei coram clavis dictæ arcæ, quam ipse Excellentissimus Dux habebat; et similiter memoratus D. Antonius de Oviedo accepit eam in præsentia omnium dictorum, et immediate dicta arca tribus clavibus obserata est. Omnia constant ex instrumento confecto a dicto scriba et testibus in eodem instrumento indicatis, memorata die xviii currentis mensis; ut liquet ex dicto instrumento, quod intus in arca simul cum hoc includetur.

C et pristino reponitur loco,

C 1423 Hoc supposito, cum omnia jam parata essent ad dictam sancti corporis inclusionem, ingressi sunt, die xxix supradictorum mensis et anni, hora secunda vespertina, claustrum memorati cœnobii Annuntiationis Reverendissimus P. F. Nico-

laus a Jesu Maria et omnes religiosi et sæculares supradicti qui fuerunt præsentis (ut superius memoratum est) extractioni et refectioni sancti corporis, excepto Excellentissimo Domino duce de Huescar, cujus loco et nomine ingressus est supradictus D. Antonius de Oviedo. Ascenderunt simul in cimeliarchium superius, ubi est urna sepulchralis in cavo parietis altaris majoris, et erat similiter arca obserata sua sera et duabus seris exemptilibus; eaque aperta in præsentia omnium et Matris Priorissæ et communis ejusdem cœnobii, cognitum est eandem esse arcam et in ea idem corpus S. Teresiæ a Jesu, quæ prædicta die ii currentium mensis et anni ex memorata urna sepulchrali extracta fuerunt: et affirmantibus omnibus esse eandem dictam arcam cum sola additione duarum serarum exemptilium (quæ confectæ ex ferro deauratæque appositæ fuerunt, quo major esset securitas), atque idem in ea contineri corpus, id est, corpus S. Teresiæ a Jesu, hoc pro majori decentia (quandoquidem sublata fuerant sindon ex tela batavica et pannus sericus subtilior coloratus, quibus coopertum fuerat, ut in Reliquias dispertirentur) tectum fuit sindone ex linteo batavico triplicata, et super illa imposita est alia sindon ex linteo batavico, variis figuris intexta, et deinde tapes ex tela aureis floribus distincta confectus assutusque panno serico subtiliori rubro aureisque ornatibus interpuncto.

E 1424 Caput Sanctæ coopertum mansit amictorio e tela batavica confecto, et super eo duo hujusmodi alia addita vela, uno quo vulgo teguntur Excalceatæ, altero quocum ad Sacram Communionem accedunt, utroque e panno serico subtiliori, nigro, argento intertexto; et sub dicto capite stratum est pulvinar e tela batavica variis inscriptum figuris, et arca coram omnibus obserata est tribus clavibus: relictæ ea quæ ad seram exemptilem caput versus appositam pertinet, penes R. P. N. Generalem; illa quæ ad seram mediam spectat, tradita D. Antonio de Oviedo, loco Excellentissimi Domini Ducis; et tertia, pertinente ad seram exemptilem pedes versus, data memoratæ Matri Priorissæ: atque insuper dictæ arcæ septem vertebrae ferreæ deauratæ, quibus occluderetur, affixæ sunt clavis; et continuo in præsentia omnium prædictorum (excepto Fr. Joanne a S. Paulo, qui, quoniam ægrotabat, assistere non poterat) inclusa est memoratæ urnæ sepulchrali, ei superpositis omnibus superius indicatis lapidibus.

F bene ornatum et obseratum:

F 1425 Et ut omnium perpetua memoria in futura tempora remaneat, ego Fr. Franciscus a S. Antonio, secretarius R. P. N. Generalis Fr. Nicolai a Jesu Maria, qui præsens fui prædicto actui simul cum testibus superius memoratis, qui hic chirographa sua posuerunt, per speciale jussum et expressum mandatum quod accepi a Reverendissimo Patre Generali, qui his litteris sua subscriptione authenticitatem addidit, has mea manu scripsi, et meo nomine signavi, et sigillavi sigillo officii dicti R. P. N. Generalis, Albæ ad Tormim, in hac provincia S. P. N. Eliæ in regno Castellæ Veteris, die, mense et anno prædictis: quibus omnium quæ in his litteris expressa sunt fidem et verum testimonium do. Fr. Nicolaus a Jesu Maria, Generalis Præpositus. Fr. Bartholomæus a Spiritu Sancto, diffinitor primus. Fr. Paulinus a S. Josepho, procurator generalis. Fr. Josephus a Jesu Maria, prior. D. Alphonsus de Oviedo, gubernator castelli. Loco Excellentissimi Domini Ducis, ego Antonius de Oviedo subscribo. Alphonsa Maria a Præsentatione, priorissa. Catharina a SS. Trinitate, subpriorissa. Maria Teresia a SS. Sacramento, Teresia a S. Jo-

quæ omnia complures testes confirmant.

AUCTORE
V. D. M.

A sephe. Josepha Bernarda ab Annuntiatione. Agnes Francisca a S. Josephe. Emmanuela a Jesu. Narcissa a Spiritu Sancto. Hieronyma a S. Anna. Francisca a S. Joachim. Antonia a SS. Trinitate. Teresia Joachima ab Assumptione. Rosa a Matre Dei. Antonia a Christo. Maria Clementina a S. Josephe. Anastasia a S. Teresia. Teresia Maria a S. Josephe. Hieronyma a Jesu, Maria et Josephe. Josepha a S. Teresia. Fr. Franciscus a S. Antonio, secretarius.

Referantur
alia nonnulla

1426 Quoniam nihil magis fidem imperat quam minimarum circumstantiarum expositio, non abs erit, id quod me facturum premonui, quædam ex epistolis supra laudatis excerpte. Dux Albanus, a rege missus, postridie sui adventus, cum Generali Ordinis et diffinitore aliisque Carmelitis Excalceatis et magnatibus Hispaniæ, perrexit ad sepulcrum; sed, cum multi viderentur adesse obices, sepulcri apertio in sequentem dilata est diem. Quo die, cum denuo idem dux cæterique ad sepultura locum venissent, architectus qui eos comitabatur, murum diruendum esse pronuntiavit; atque opus intra sesquihoram, nempe a secunda cum dimidia usque ad quartam pomeridianam, confectum est. Hæc e prima et tertia epistolis; quarum illa sex operarios adhibitos fuisse memorat, dum tamen in authentico instrumento modo allegato quatuor tantummodo nominantur: sed oppositio inter duo hæc monumenta tollitur, si dicantur quatuor cæmentarii et duo adjutores operati fuisse. Porro, quæ de statu corporis S. Matris in prædicto instrumento consignata fuer, pariter in tribus illis epistolis celebrantur. In singulis annotatur non minor carnis flexibilitas quam si corpus vivum foret: item laudatur suavissimus odor et cætera illius adjuncta jam sæpius memorata. In oculo dextero claritatem prædicant epistola prima et tertia. Caput a trunco separatum omni sua carne vestitum esse refert epistola prima, quæ dexterae manus digitos abscissos esse queritur; notatque pectus tam album tamque vicum esse, et ita totum consistere, ut sine ingenti religionis sensu aspici nequeat. In eadem epistola tribuitur capitis separatio brevitati loculi; in quo nonnihil plicatum et incurcatum jacebat corpus, et sinister qui adhæret corpori pes, non rectus, sed in arcæ angulo oblique extendebatur: attamen probabilior est hujus separationis causa in instrumento authentico allegata, nempe quod potior colli pars olim ablata fuerit. Ne vero deinceps caput separatum a corpore appareret, amictorium cui involcebatur, quodque a se adornatum fuisse testatur Clementina a S. Josephe, pulvinari assutum fuit. Nihil autem hac occasione fuit a sacro corpore decisum; quoniam excommunicatio lata erat in eos qui id ausi fuissent, ut epistola secunda et tertia affirmant. Verum e tribus epistolis colligitur lintea quæ in lipsanoteca suavissimo ex membris defluente oleo imbuta erant, discerpta fuisse, et partim ad regem missa, partim data duci Albano cæterisque præsentibus. Brandea etiam corpori admota sunt, atque adeo vulnere pectoris (per quod scilicet cor ablatum erat) a monialibus inserta; eaque deinde per Hispaniam sparsa fuerunt.

hujus visitationis circumstantiæ.

1427 Ex præambulo quod ad frontem prædictæ epistolarum collectionis est, et ex harum epistolarum tertia, colligitur reginam Hispaniæ primo itineris sui die correptam fuisse febri tertiana: quare statutum fuit ut Carmelita Excalceati qui se jam pridem Albam contulerant, ibidem morarentur, donec, cessante reginæ morbo, ipsa iter cum rege perficere posset. Et verisimile est hanc esse causam ob quam integer fere mensis effluxerit antequam corpus assueto loco denuo recondideretur. Interim, ut narratur

in epistola prima, nonnulli, forte impatientes quod ipsum sacrum pignus oculis populi non exponeretur, spargebant in vulgus corpus Albæ non servari, sed illic puros putos lapides coli, et alia hujus furfuris. Qui rumores testimonio ducis Albani compescendi visi sunt: proindeque dux, priusquam Alba excederet, solemnem equitum Velleris aurei more jusjurandum fecit de quo mentio fit in instrumento. Monet insuper epistola prima ducem accersitum fuisse a rege ut coram declaratum veniret quæcumque circa S. Teresiæ corpus acta ac gesta viderat; eundemque ante suum abitum dedisse sanctuario monasterii Albani tapetum et vela auro intertexta latisque limbis aureis fimbriata, in decorem Teresiani tumuli. Alia item pretiosa tumuli hujus ornamenta late inibi describuntur, atque etiam referuntur nomina monialium quæ iis conficiendis allaborarunt.

§ LXXI. Postremum corporis examen anno 1760.

Cum dux Albanus exposuisset regi Ferdinando VI ejusque conjugi quo in statu esset sacrum S. Teresiæ corpus, quo asservaretur pacto, qualique area, lignea scilicet, includeretur, statuerunt pii Hispaniæ reges digniorem lipsanothecam de suo concedere. Totius operis confectio demandata fuit dicto duci; quo curante, novum est e selectis lapidibus sepulcrum sculptum, pretiosissima urna mero ex argento fabrefacta, altare majus de novo inauratum, et alia duo minora exstructa quæ pristinis substituerentur. Ut vero moniales deinceps non sine animi sui solatio S. Matris suæ sepulcrum viderent, conditus est ad imam templi partem novus choris: pavimentum insuper cimeliarchii, et arcus quo cooperitur locus sacro corpori asservando destinatus, egregiis jaspibus ornata sunt; demum novus splendor toti templo additus est. Verum dum hæc peragerentur, supremum diem obierunt Ferdinandus VI et uxor ejus. Cum autem Neapoli Madritum advenisset Ferdinandi frater et successor Carolus III, totam probavit rem, et urnæ dedicationem die xv Octobris 1760, S. Teresiæ sacra, celebrandam indicxit. Ergo ante eam diem Albam se contulere episcopus Salmanticensis cum suo coadjutore et clericis aliquot domesticis ac Generalis Carmelitarum Excalceatorum cum diffinitorio suo aliisque Ordinis sui Patribus, quos inter erat ipse auctor Anni Teresiani: qui omnes vespere diei xiii, claustrum monialium ingressi, cellam adierunt in qua S. Teresia mortem obierat, et in qua sacrum ejus corpus, dum sepulcri fabricæ renovanda allaboraretur, depositum erat; illudque, in cimeliarchium inferius reverenter translatum, legitime recognoverunt: prout patescet ex authentico instrumento, quod modo ex Anno Teresiano latinum faciam, et e quo simul videre erit quid die proxime sequenti actum fuerit.

E

Cum a rege donata esset nova urna sepulcralis.

F

1429 In nomine Dei Omnipotentis. Notum ac manifestum sit omnibus has visuris quod anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi MDCCCLX, die xiii Octobris, Ecclesiam gubernante S. P. N. Clemente XIII fel. mem., et hisce regnis Hispaniæ imperante Augustissimo Monarcha D. Carolo III, episcopo Salmantiniæ civitatis Ill. D. Josephe Zorrilla a S. Martino, hujusque coadjutore Ill. D. Fr. Francisco a S. Andrea episcopo Zelensi, Albano duce Excellentissimo Domino D. Ferdinando de Silva Alvarez de Toledo, proximo ejus successore ac

sacrum corpus anno 1760 coram multis testibus

ac

A ac primogenito D. Francisco de Paula duce de Huescar, Praeposito Generali Sacrae Reformationis Carmelitarum Excalceatorum R. P. F. Paulo a Conceptione, provinciam S. Prophetæ Eliæ in Castella Veteri moderante R. P. F. Josepho a S. Francisco, prioratum in cœnobio Carmelitissarum Excalceatarum hujus civitatis Albæ ad Tormim gerente R. M. Teresia a SS. Sacramento, in dicta hac civitate Alba, memoratis die, mense et anno, ob rationem maxime specialem, quod illic transportata erat urna argentea, opulenter ectypis item argenteis ornata, duas ulnas longitudinis habens, latitudinem urnæ sepulchrali idoneam, ac tres fere quadrantes altitudinis, interius tota vestita panno serico villosio puniceo, quod monumentum ad augendum cultum ac venerationem Seraphicæ Matris S. Teresiæ a Jesu conficiendum curarant, dum viverent, augustissimi et Catholici reges D. Ferdinandus VI et D. Maria Barbara de Portugallia (qui sancta gloria fruuntur), prædicti inelyti monarchæ nostri hodie regnantis antecessores, ut effectum haberet voluntas gloriosum corpus dictæ S. Matris Seraphicæ in ea pro voto memoratorum regiorum donatorum collocandi, dicti Ill. Domini et RR. PP. Generalis ac Provincialis claustrum dicti cœnobii ingressi sunt, stipati a toto sancto diffinitorio, quod componunt RR. PP. Fr. Augustinus a Conceptione, Fr. Franciscus ab Incarnatione, Fr. Josephus ab Incarnatione, Fr. Joannes a S. Gregorio, Fr. Benedictus a S. Bernardo et Fr. Emmanuel a S. Joanne Euangelista, assistentibus etiam R. P. F. Ferdinando a S. Josepho, procuratore generali Madritensi, ac Fr. Antonio a S. Joachim, scriptore Anni Teresiani, aliisque pluribus Patribus tam hujus provinciae quam provinciae Castellæ Novæ, itemque comitantibus memorata Matre priorissa, MM. Josepha Bernarda ab Annuntiatione subpriorissa, Teresia a S. Josepho et Emmanuela a Jesu, clavigeris dicti cœnobii, et reliquis quibus hoc cœnobium constat monialibus.

recognitum et
populo ostensum est.

C 1430 Qui cum recognosset urnam in qua reperiebatur dictum sanctum corpus, eandem apparere quæ in instrumento designabatur, et eadem ei adesse signa, eamque positam esse in sacello in quo tanquam depositum collocata fuerat, quod sacellum ipse locus est qui S. Matris in vivis degentis habitatio fuerat, dicta arca, quæ urnæ vices supplebat, a sex religiosis quos hunc in finem deputavit R. P. Generalis, pio agmine delata est inter omnium assistentium accensos cereos ad cimeliarchion inferius dicti cœnobii: ubi coram jam citatis comparuerunt D. Alphonsus de Oviedo, procurator Excellentissimi Domini ducis Albæ, et D. Jacobus Marquet, architectus regiae Majestatis, ad aperendam dictam arcam, in qua reperiebatur corpus Seraphicæ Matris S. Teresiæ a Jesu; et remanentibus omnibus assistentibus cum accensis luminibus, omni pietate et affectu transitum est ad dictam apertionem: ad quam faciendam præstitit dictus R. P. Generalis suam clavem, quæ respondet seræ exemptili ferreæ deauratæ quæ in parte superiori citatæ arcæ est; dictus D. Alphonsus de Oviedo, nomine dicti Excellentissimi Domini Ducis, exhibuit clavem quæ respondet seræ ferreæ quæ in medio est; et memorata Mater Priorissa clavem quæ respondet seræ exemptili ferreæ deauratæ existenti ad partem inferiorem pedum. Sic igitur aperta dicta arca sepulchrali, recognitum est sanctum corpus S. Matris Teresiæ a Jesu eodem modo et statu esse quos habere visum est anno MDCCCL, ut minutatim constat ex testimonio, atque eodem esse situ, cumque iisdem velis, sindonibus et tegmi-

nibus quæ in eo exprimuntur: quorum recensio hic omittitur, quia illic singillatim omnia declarantur. Atque hoc pacto dictum sanctum corpus ab omnibus assistentibus recognitum, honore, cultu et veneratione, qua decet, habitum est; eique admota sunt per manus plurium religiosorum variæ reliquiæ, rosaria, vittæ et panni. Quibus peractis, denuo clausa est arca usque ad hodiernam diem decimam quartam hujus memorati mensis et anni: qua die, propter solatium tam hujus oppidi quam multorum accolarum, consilium initum est collocandi sancti corporis in choro inferiori, cujus clathra respiciunt templum dicti cœnobii; quo conveniunt memorati, penes quos sunt claves dictæ urnæ. Aperta est, et corpus relictum est manifestum; et his qui ex æde sacra per dicta clathra inspicere, caput visibile fuit, non item reliquum corpus, quod coopertum erat, ut antea fuit dictum.

1431 Quo in statu mansit spatio septem horarum; et deinde, cum hora fere quarta vespertina esset, assistentibus testibus initio hujus instrumenti indicatis, nec non Eminentissimo Domino D. Francisco de Solis, archiepiscopo Hispalensi, S. R. E. Presbytero Cardinali, a sex monialibus quas R. P. Generalis et Mater Priorissa jam citati deputarant, cum iisdem sindonibus et reliqua compositione, dictum sanctum corpus S. Teresiæ translatum est et collocatum in dicta urna argentea nova; ubi honore et veneratione habitum est ab assistentibus: qui omnes hanc urnam pio agmine comitantes, accensosque cereos gerentes, transtulerunt ad cimeliarchion dicti cœnobii, eamque collocarunt in altari majori, imposueruntque dictam urnam argenteam in alia egregie sculpta e marmore quod Sancti Pauli dicitur, decorata ornatibus æreis deauratis, et inserta arcui magnificentissimo ex eodem marmore et duos in sua superficie Angelos ex eadem materia habenti. Et ut horum omnium perpetua memoria in posterum remaneat, ego licentiatus D. Emmanuel Franciscus Gutierrez, notarius et secretarius curiæ Ill. D. Episcopi Salmanticensis et ejus diocesis, qua civitas Alba capitur, qui præsens fui prædictis actibus, et ego Fr. Franciscus a Præsentatione, secretarius generalis dicti Sacri Ordinis, qui similiter præsens fui, simul cum testibus superius memoratis, qui hic sua chirographa apposuerunt, confirmamus et signamus, et roboramus respectivis sigillis nostrarum secretariarum, et subscribimus, et fidem facimus ac verum testimonium. Item ego Fr. Antonius ab Incarnatione, secretarius generalis et notarius apostolicus, qui relatis similiter præsens fui, pariter attestor quæ in hoc actu continentur, et quod e quatuor clavibus, ad dictam urnam novam argenteam pertinentibus, duæ manserunt penes R. P. Generalem et R. M. Priorissam hujus dicti cœnobii, et duas alias recepit dictus D. Alphonsus de Oviedo, loco Excellentissimi Domini Ducis. Fidem facio Fr. Franciscus Cardinalis de Solis. Josephus episcopus Salmanticensis. Fr. Franciscus episcopus Zelensis. Fr. Paulus a Conceptione, Generalis. Fr. Augustinus a Conceptione, diffinitor primus. Fr. Franciscus ab Incarnatione, diffinitor secundus. Fr. Josephus ab Incarnatione, diffinitor tertius. Fr. Joannes a S. Gregorio, diffinitor quartus. Fr. Benedictus a S. Bernardo, diffinitor quintus. Fr. Emmanuel a S. Joanne Euangelista, diffinitor sextus. Fr. Josephus a S. Francisco, provincialis. Fr. Ferdinandus a S. Josepho, procurator generalis. Fr. Franciscus a Præsentatione, secretarius. Frater Antonius a S. Joachim, scriptor sui Ordinis. Maria Teresia a SS. Sacramento, priorissa. Josepha ab Annuntiatione, subpriorissa et clavigera.

AUCTORE
V. D. M.
1)

ac deinde solemniter ritu

E

F

AUCTORE
V. D. M.

A clavigera. Emmanuela a Jesu, clavigera. Teresia a S. Josepho, clavigera. Licentiatuſ D. Emmanuel Franciſcus Gutierrez Varona, ſecretarius. In teſtimonium veritatis, Fr. Antoniuſ ab Incarnatione, notariuſ apoſtolicuſ et ſecretariuſ generalis.

hæc ſua repo-
ſitum;

1432 *Reperitur hoc inſtrumentum tomo X Anni Teresiani (pag. 315 et ſeqq.), qui tomuſ ſexto anno poſt noviſſimam hanc corporiſ S. Teresiæ detectio- nem Madritenſibuſ typiſ excuſuſ prodiit. Præterea P. Antoniuſ a S. Joachim, caſtiſſimi huiuſ operiſ auctor, eidem inſtrumento adiunxit accuratam nar- rationem eorum quæ ipſe viderat et egerat. Ex hiſ jam aliqua initio huiuſ paragraphi attigi: nunc cætera accipe. Ut die xv Octobriſ dedicatio celebrari poſſet, corpus novæ urnæ imponendum erat die xiv. Cardinaliſ de Soliſ ſe eo mane Albam venturum nuntiaverat; ſed cum iſ fruſtra expectatuſ fuiſſet, veterem arcam uſque ad ejuſ adventum denuo occlu- dere viſum eſt. Venit tandem Cardinaliſ hora tertia pomeridiana, ingreſſuſque eſt clauſtrum cum hiſ qui in diplomate memorantur viriſ. Sanctum itaque cor- puſ, a choro inferiori ad cimeliarchium ſuperius delatum, pretioſiſ monialiſ veſtibuſ indutuſ eſt, eique circumdatus eſt torqueſ qualem ſere aurei Velleriſ equiteſ geſtant, cum additiſ tot cordibuſ quot numerabantur Carmelitane in cænobio S. Annæ Madritenſi, quæ pia hæc dona ſimul cum pretioſa ab iſiſ compoſita palma S. Matri dicarant. Urnæ novæ impoſituſ eſt virgineuſ cadaver, jacenſ ſuper culcita ex punicea tela ſerica raſa leviſque conſecta, et limbis aureiſ ſimbriata, et ſuper pulvinariſ perpulchro ex purpureo panno ſerico levi, donato ab iſiſdem Madri- tenſibuſ Excalceatiſ, quarum uniuſcujuſque ſignuſ ei inſertuſ erat. Urnæ quoque incluſuſ eſt idem diploma quod præteritaſ Reliquiarum viſitationeſ re- cenſebat, addita in poſteriore ejuſ pagina mentione viſitationiſ quæ tunc facta erat.*

ſextivoque tri-
dno celebrata
fuit urnæ
dedicatio.

1433 *Actaſ autem ſequentibuſ diebuſ in S. Teresiæ honorem ſolemnitateſ ita proſequitur laudatuſ P. An- toniuſ a S. Joachim: Cum virgineuſ S. Matriſ cor- puſ parato loco, prout in diplomate declaratuſ eſt, collocatuſ foret, illuxit dieſ xv Octobriſ, prima assignatæ triduanæ dedicationiſ. Epſcopo Salman- ticenſi in votis quidem erat Miſſæ celebrare Sacri- ficium; verum cum labefacta impediretur vale- tudine, ſibi ſubſtituit D. Julianuſ Dominguez, canonicuſ lectoraleſ ſanctæ eccleſiæ Salmanti- cenſiſ, graduatuſ et cathedraticuſ illiſ univer- ſitatiſ, cui miniſtrarunt D. Joanneſ Emmanuel Zorrilla a S. Martino, canonicuſ dictæ ſanctæ eccleſiæ, et D. Petruſ de Rubalcaba, ejuſdem præ- bendariuſ. Orationem panegyricam habuit D. Fr. Franciſcuſ a S. Andrea, epſcopuſ Zelendiſ; qui duabuſ quoque ſequentibuſ diebuſ ſolemniter lita- vit. Die ſecunda concionatuſ fuit R. P. M. Antoniuſ Gutierrez ex Ordine Calceatorum S. Mariæ de Mercede, doctor theologiſ et in dicta univerſitate artium profeſſor; die autem tertia hoc implevit munuſ P. F. Joanneſ a S. Josepho, Carmelita Ex- calceatuſ et Durvelendiſ cænobii prior. Hominuſ concuſſuſ tantuſ fuit quantuſ forte umquam in Caſtella Veteri viſuſ eſt. Affluere per totuſ triduum ſacriſ ſolemnitateſ D. Epſcopuſ Salmanticenſiſ, diffinitoriuſ noſtruſ generale, capituluſ eccle- ſiaſticuſ, prætor cum municipali ſenatu, et im- menſa ſere hominuſ multitud, quos inter primo- reſ plurimi, tum ex urbe Salmanticenſi tum ex viciniâ congreſſi. Muſici eccleſiæ cathedraliſ Sal- manticenſiſ itidem interfuere. Verbo, nihil defuit ex iſiſ quæ tota regio ſubminiſtrare poterat ad huiuſ dedicationiſ ſolemnitateſ augendam. Urna autem ſeu arca priſtinæ, quam anno 1588 in S. Matriſ*

honorem de ſuo elargita eſt Excellentiſſima Do- D mina D. Maria de Toledo y Henriquez, duciſſa Albæ, quantumviſ ſacriſ Reliquiſ ſpoliata foret, digna tamen remanebat ſingulari veneratione, quandoquidem centuſ et ſeptuaginta duos annos in ea requieverat ſanctiſſimuſ Seraphicæ Magiſtræ cadaver (*Potuit quidem hæc urna anno 1588 dari; ſed ſanctum corpus anno tantuſ 1594 ei impoſituſ fuiſſe, ſuperius ſuo loco vidimus*). Quæ ratio, mo- menti ſane inæſtimabiliſ, bene multiſ, ſpeciatiſm vero pluribuſ noſtri Ordiniſ cænobiſiſ, ardentia ingeſſit ſtudia ejuſ adipiſcendæ, debitoque proſe- quendæ cultu. Verum cum Generaliſ noſter ejuſ- que diffinitoriuſ perpendiſſent regia attentione digniſſimuſ eſſe huiuſmodi cimeliuſ et novuſ tumuluſ regiſ ſumptibuſ fuiſſe conſectum, duci Albæ ſupplicatuſ eſt ut eam regi offerret. Man- data ſuſcepit excellentiſſimuſ dux; et ipſe augu- ſtiſſimuſ rex religioſa mente gratanter munuſ admiſit, ſe filiū amantiffimū cœleſtiſ huiuſ Dominiæ proſitenuſ. Atque ut conſtaret quanti tum- bam hanc faceret, eam in ſuo oratorio collocan- dam mandavit; ubi etiamnum, dum hæc ſcribuntur (anno nempe 1766), aſſervatur cum reverentia.

1434 *Ad extremuſ ecce additam hic a latere ta- bulam habet quæ S. Teresiæ ſepulcrum, quale hodie exſtat, exhibet, quod recens Albæ delineandū cura- vimuſ. Nigro id conſtat marmore cum deauratiſ ornamentis. Angeli ex marmore ſculpti ſunt albo, inſigni calatura. Clathri vero argentei ſunt, in lon- gitudinem non modicam excreſcenteſ. Porro D. An- toniuſ Ponz, quem in ſuo Itinerario Hiſpaniæ potiſ- ſimuſ delectat memorare exſtantia in lociſ quæ deſcribit, picta ſculptare monumenta, poſtquam no- tarat Albanuſ oppiduſ continere domoſ trecentoſ ac ſeptem monaſteria, nempe virorum quatuor et fami- liarum tria, pluſque parochiaſ, de ſola tractat Excalceatarum Carmelitariarum æde. Hæc, ut ipſe ait, ad architecturæ regulaſ conſtructa eſt; et altaria, tum mediū tum lateralia, elegantia ſunt ſatiſ. Præter aliaſ tabulaſ, binæ ſunt in utroque templi latere, pictæ a D. Josepho Filipart, et dono miſſæ a Ferdinando VI, cum propoſuerat ſibi cum uxore viſitare Sanctæ ſepulcrum. Altera earum refert S. Ferdinanduſ, altera S. Franciſcuſ de Paula. In parte Euangelii monſtratur locuſ ubi olim depoſita fuerunt Sanctæ exuvie, quæ hodie ſunt in medio altariſ majoriſ. Duæ autem lipſanothecæ, quarum altera continet brachiū ejuſ dexteruſ, altera F ipſiſ cor, ſcoſſim habentur. Præterea tria exſtant in ea eccleſia ſepulcralia monumenta. Unuſ ex hiſ cinereſ tegit monaſterii fundatoruſ, Franciſci Velaſquez et Teresiæ Laiſ, qui in ſummo tumulo ex- ſculpti jacent; ut et in altero Simon Galarza, qui ibi legitur conventuſ benefactor et patronuſ fuiſſe. In ima eccleſia tertiuſ eſt, repræſentatque ſculptuſ D. Joanneſ de Ovalle, ac uxorem ejuſ Joannam de Ahumada, S. Teresiæ ſororem, cum filiolo ad eorum pedes. Quod ſpectat exteriorem templi faciē, quæ Annuntiationem exhibet inferne, et Deū Patrem æternuſ ſuperne, quamviſ ſat ornamentoruſ habet, ad artiſ præſcripta parū eſt exacta. Hæc laudatuſ auctor (tom. XII, epiſt. 10).*


1435 *Litteriſ hic conſignare non abſ re eſt nup̄- ram Carmelitariarum Tornacenſiuſ ſollicitudinē vindicandi S. Matriſ ſuæ exuviaſ a periculo injuriæ ac interituſ. Ut enim in Belgio percrebuerat decretuſ eſſe ab iſiſ qui in Hiſpania reruſ potiſebantur, ut monaſteria exſtinguerentur, juſta correptæ anxietate de futura cum ſororum ſuaruſ tum corporiſ S. Ma- triſ ſuæ ſorte, dum illiſ ſuccurrere non valerent, hoc tamen in tuto ponere et ad tempuſ, donec meliora redirent*

E


Exhibetur
S. Teresiæ
ſepulcrum et
Albana Car-
melli ædeſ.

F

Pulchra Car-
melitariarum
Tornacenſiuſ
ſollicitudo de
S. Teresiæ
corpore.







A *reuerent tempora, ceu sacrum depositum Belgio nancisci studuerunt. Neque est sane quod miremur tam in piis hominibus formidinem amittendi talia pignora tempore belli et subversionis rerum religiosarum. Nam, ne vicinis locis egrediamur, Nicolao de Guise teste (in libro cui titulus: Mons Hannoniae metropolis, cap. xvi) cum annis 880 et 881 Normanni irruerent, Tornacenses corpus S. Eleutherii detulerunt Novimum, Atrebatenses Reliquias S. Vedasti Bellovacum, monachi Elnonenses corpus S. Amandi Lutetiam, dum illud S. Amati delatum est ad Suessiones, sacra vero pignora Walarici et Richarii ad S. Audomari castellum, corpus S. Remigii Spornacum, corporaque SS. Gislei, Vincentii et Landelini ad Castrilocum: ac demum nostro prope aeo, pari ratione, ab ipsis Carmelitissis Belgis, cum anno 1783 intentata Ordini suo ruina esset, corpora S. Alberti ac Venerabilium Annæ a Jesu et Annæ a S. Bartholomæo in Galliam asportata sunt. Ergo, deprecatore prænobili viro D. Olslagers de Meersenhoven, supplicarunt regio administro D. Comiti de Theux ut ea qua optima poterat via rem hanc apud Carmeliticum Ordinem clerumve Hispanum tentandam curaret. Id cum præstitisset D. de Theux,*

B *xxvi Martii 1840 certior factus est ad eum usque diem stare Albanarum Carmelitissarum cœnobium et justam foveri spem fore ut perstet etiam imposteorum, tuteque custodiatur S. Teresiæ corpus; quoniam non modo oppidum Alba Carmelique Ordo, verum universa qua late patet Hispana gens est indigena Sanctæ suæ Teresiæ amantissima et sacrarum exuviarum ejus tenacissima. Interim, ut aiebant responsoriæ quæ ex Hispania venerunt litteræ, laudatissima Tornacensium monialium sollicitudo et præstitum a proceribus Belgis pio earum studio obsequium haud parum moverunt Hispanum clerum, ac in eo magna Belgicæ nationis æstimatio hocce nostratum conatu adhuc fuit aucta.*

§ LXXII. De conservatione, cultu, miraculis cordis S. Teresiæ, et de Officio transverberationis ejus.

C *Cordis vulnus*

Quandoquidem nūl jam superesse videtur quod de corporis sorte statuque memorandum sit, gradum facio ad cæteras S. Matris Reliquias describendas. Ergo jam de ejus corde sermo esto. Præter ea quæ in hoc Commentario (num. 223 et seqq.) dicta fuere ex ipso testimonio S. Matris, narrantis a se visum fuisse Angelum qui cor ejus jaculo igneo terebravit, P. Fredericus (lib. I, cap. xvii) plura habet de portentoso illo charismate et de hodierno statu sacri illius pignoris, quod apud Carmelitanas Albanas asseratur et singulis annis publico cultui exponitur, magnaque cum pietate et pompa, simul cum Sanctæ brachio, per urbis plateas eleganter et sumptuose ornatas circumgestatur. Thecam qua includitur, quam nuperrime a D. Robustiano Boada in ipso Albano monasterio delineandam et in Belgio æri insculpendam curavi, hic insertam conspicias. Exhibet P. Fredericus plura documenta, quæ prodigia in corde S. Teresiæ ad suum usque tempus perennantia asseverant atque explicant. Hæc et ego ex eo referam, vis dumtaxat pauca adjiciens alia de hodierno præsertim habitu sanctorum harum Reliquiarum. Malo enim unum, utpote qui hoc argumentum recte tractat, P. Fredericum hac super re in testem

continuo accire, quem diversorum centones operose consuere. Idque eo libentius sic præsto, quod ea ratione, spectanda scriptoris hujus auctoritate nitens, cum illo et ex illo narratis quibusque factis meum appositum habeam vadem. Nam, si stupenda ille in sacris his Reliquiis patrata memorat prodigia, gravium ea communit testium auctoritate.

1437 *En itaque ejus verba: P. Josephus a S. Spiritu, qui sæculo decimo septimo typis supposuit Cursum mysticæ theologiæ et qui considerate intuitus erat cor S. Matris suæ, testatur (tom. IV, disp. xxiv, n. 41) cerni id fuisse ictum et transadactum, ac labia fissuræ ejus ambusta videri. « Obstupui dum veneratus sum in corde illo sa- » cratissimo vulneris labia usque in hodiernum » diem nedum (id est: non tantum) patentia, ve- » rum etiam semiusta. Nec intelligas jaculum illud » cor sacratissimum solummodo vulnerasse, sed » firmiter tene reipsa trajecisse; utraque enim » ipsius parte scissura cum labiis semiustis inspi- » citur. » Paulum aliter de eo vulnere loquitur Jo- » sephus Lopez Esquerro, sacerdos Cantaber, scriptor doctus æque ac pius. Hic in opere suo Lucerna mystica (tract. v, cap. xxvi, num. 280) ita fatur: » Seraphim flammanti cuspide cor Teresiæ repe- » titis ictibus trajiciebat; quæ quidem visio vera » et realis fuit, sicut et etiam vulnus, ut in ejus » corde, Albæ honorifice recondito, oculariter in- » spicitur; cujus in eo labia vulneris ab ignito » Seraphim telo semiusta conspiciuntur: ubi non » solum miraculosa fuit, illæso et integro thorace, » vulneratio cordis intrinseca, sed etiam quod, » illo profundo vulnere corde transfosso, naturalis » vita posset conservari. »*

1438 *Inclitæ magis atque authenticæ probationes de eo prodigio Romæ collectæ fuerunt, et ibi publicatæ anno 1726. Audi qua occasione hoc factum sit, e Benedicto XIV (de Beatif. et Canoniz. lib. iv, part. II, cap. viii, num. 3): Inter cætera charismata quibus Deus patefacere dignatus est S. Teresiæ sanctitatem, celeberrimum illud est, quod tanto divini amoris incendio cor ejus conflagravit ut Angelum viderit ignito jaculo sibi præcordia transverberantem; uti legitur in Bulla canonizationis § vi, et in secundis lectionibus propriis quæ in Officio dictæ Sanctæ in Ecclesia universali recitantur die xv Octobris. Dum munere fungebat fidei promotoris, Patres Carmelitæ Excalceati utriusque familiæ, Hispaniarum videlicet et Italiæ, Sacræ Congregationi supplicarunt pro facultate recitandi die xxvii Augusti quolibet anno sub ritu duplici secundæ classis Officium transverberationis cordis S. Teresiæ, exhibitis lectionibus propriis. Opposui autem, admissa veritate charismatis, cum petitio inniteretur actuali conservationi cordis in ecclesia monialium Sanctissimæ Incarnationis Albæ, in quo cicatrix apparere dicebatur, opus esse ostendere cor S. Teresiæ, quod ad publicam venerationem exponeretur in Hispaniis, cicatricem adhuc retinere immissione jaculi formatam; et multa attuli exempla charismatum Sanctorum, quæ utique vera erant, at in quorum tamen memoriam peculiare Officium non recitabatur. Postulatores vero, judicialibus congestis probationibus, vulneris impressionem adhuc extantem et visibilem in corde ostenderunt, exemplaque attulerunt charismatum aliorum Sanctorum, quæ peculiari Officio in nonnullis ecclesiis colebantur, licet ipsorum mentio haberetur in lectionibus secundi Nocturni quæ die festo dictorum Sanctorum recitabantur. Itaque die xxv Maji MDCCXXVI, approbante Summo Pontifice Benedicto XIII, facta est Ordini Carmelitarum*

AUCTORE
V. D. M.

testantur plu-
res,

F

et præ cæteris
processus
anni 1726;

F

AUCTORE
V. D. M.

A Excalceatorum utriusque familiae concessio Officii proprii transverberationis cordis S. Teresiae cum lectionibus propriis.

e quo excerpta
medici testifi-
catio allega-
tur.

1439 Ad hunc Benedicti XIV locum adiecit P. Fredericus (loc. cit.) explicationem quamdam, haustam e juridicis factis eo tempore in Hispania processibus. Nimirum, cum, juxta postulatum promotoris fidei, S. Congregatio demonstrationem exigeret actualis conservationis cordis Teresiani, apparentisque in eo cicatricis, xxv Januarii MDCCXXVI, ut ait P. Fredericus, Franciscus Antonius Espinosa, vicarius generalis Salmanticensis, Albæ in juridica forma sacrum cor visitavit. Post diligentes et minutas observationes quas illic fecit cum duobus medicis, chirurgo, hominibusque qui tunc temporis ætate proveciores erant, nullus fuit qui non recognosceret prodigia incorruptionis et sensibilis vulneris, aut qui recusaret sub jurisjurandi sacramento ea testari. E pluribus seligo testimonium chirurgi Emmanuelis Sanchez. Is itaque affirmavit cerni in hoc corde aperturam seu scissuram transversalem in parte anteriore et superiore dicti cordis, cujus fissuræ latitudo modica est et superficies nitidissima; ac constare intimam partem et cavitatem dicti cordis penetrata fuisse; et liquere ex forma hujus aperturæ eam summo cum artificio et instrumento subtilissimo valido nec parvo factam esse, et tantum circum eandem aperturam aliquot signa ignis aut combustionis animadverti. Licet igitur directa et authentica documenta non existant de ipsa cordis extractione, quæ quasi furto ab aliquot monialibus facta videtur, attamen ipsa S. Matris narratio, continua populi fides, plurium scriptorum auctoritas, ac præsertim institutum post juridicam informationem speciale festum transverberationis, hanc realem physicamque fuisse sufficienter probare videntur: sicut jam ante præmonui (num. 227).

investigatur
quando exci-
sum fuerit
cor

1440 Scire insuper cupiet lector quæ sacri illius pignoris fuerint fata, et quæ ejus virtus, sive quæ per illud aut circa illud patrata miracula. Quod cordis excisionem attinet, D. Boucher (tom. II, pag. 459) censet hanc referendam esse ad annum 1594, quo coram Ven. Anna a Jesu discooperum est feretrum. Sæ autem opinionis non aliud fundamentum promittit quam quod D. Franciscus Ramirez, medicus Albanus, triennio ante, nempe anno 1591, coram episcopo Salmanticensi corpus examinans, dixerit interiora, quæ sunt corruptu facillima, a dicto corpore numquam fuisse extracta (vide Acta canonizationis, num. 1120 hujus Commentarii). At Ramirez recte affirmare potuit intestina corpori immansisse, etsi inde extractum esset cor. Ergo videtur D. Boucher infirmo hoc argumento fuisse hallucinatus: ita ut aut opinio amplectenda sit P. Antonii a S. Josepho, qui, tacens quo nitatur fundamento, dicit fuisse anno 1591 excisum S. Matris cor, et simul vulnus quod in eo fecerat Angelus, tum animadversum cum episcopo Salmanticensis primam de corporis statu juridicam informationem instituit (t. IV, epist. seu script. 76, not. 4); aut sequenda sententia P. Philippi a SS. Trinitate, qui in sua Mystica Theologia (part. III, tract. III, art. VIII) affirmat, cum mense Novembri anni 1585 e decreto capituli generalis Alba auferendum esset sacrum corpus, et cum abscinderetur a P. Gregorio brachium Albæ permansurum in aliquantulum upoliatarum reliquo corpore solatium, monialem quamdam audacem concepisse propositum retinendi sibi cor amantissimæ suæ Matris, eamque monialem longo tempore apud se servasse inclytum illum thesaurum, donec tandem, morsu vellicata

conscientiæ, pium suum furtum confessa, illud restituit uni e superioribus suis: ac censet P. Fredericus plenam hic fidem adhibendam P. Philippo a SS. Trinitate, licet multo post eventum tempore hic auctor scripserit. Ex una enim parte, ait, in anterioribus historicis non reperitur relatio de modo quo cor a corporis trunco separatim custoditumve fuerit, et ex altera parte nil a verisimilitudine in ea narratione est alienum, cum facilitas quam P. Gregorius in abscindendo brachio expertus fuerat, facile animos addiderit moniali, ut idem tentaret in abscindendo corde.

1441 Dum P. Fredericus fugere se hic fatetur omnem de cordis excisione anteriorem P. Philippo mentionem, felici sorte inspicere nobis obligit codicem manuscriptum coæcum, qui compendium continet processus quem episcopus Salmanticensis anno 1591 ad parandam beatificationem instituit et in quo de exciso corde sermo fit. Vetus hoc de quo loquor instrumentum, Roma nobis nuper permissum et jam pluries sub nomine Summarii a me citatum, in exteriore codicis parte sic inscriptum est: Sacre Rituum Congregationi Hispaniar. Beatificationis: pro Serva Dei Teresia de Jesu Carmelitar. Discalceator. Fundatrice. Facti etc. Summarius; continetque 1^o ea quæ de heroicis virtutibus et sanctitate vitæ Ven. Servæ Dei Teresie a testibus prolata sunt, addita subscriptione Alexandri Falciani, et 2^o ipsum facti Summarius, præviis nominibus, cognominibus et ætate omnium testium qui in eo Summario citantur. Atqui in posteriori hac parte, ad num. 23, hæc leguntur: 43 testis (quæ erat Catharina a S. Angelo, Carm. Exc. Albæ, 60 annorum) examinata Albæ super 95, quod personæ spirituales dixerunt, et intellectum fuit S. Matrem obiisse ex magno impetu percussam dilectionis divinæ: et videtur testi id magnum esse indicium quod ita sit, sicut articulus illud dicit, videns quod, quando post multos annos extraxerunt cor S. Matris pro reliquia, et hodie extat in hoc conventu, existebat ex uno latere crepatum, sicut ipsa testis illud vidit, quia suis in manibus illud posuerunt, quando illud extraxerunt (In p^a par. Salam. fol. 569).

quæ questio e
velusto summi
nostri codice.

1442 Ergo secundum vetus hoc certumque documentum standum est narratione P. Philippi aut ea P. Antonii. Neque est cur quis absterreatur a prioris sententia ob verba Catharinæ a S. Angelo, dicentis extractum fuisse cor post multos ab obitu Teresie annos, quibus verbis prima fronte major quam trium (1582-1585) annorum numerus innui videtur. Hispana enim vox muchos, qua usa probabiliter est testans monialis, interpretationem triennis spatii non excludit. Si vero cum P. Antonii opinione hoc Catharinæ testimonium conciliare velimus, necesse est dicamus cordis excisionem factam brevi valde tempore antequam episcopus Salmanticensis, eo quoque anno 1591, corporis visitationem instituerit. Ex ea Catharinæ testificatione patet plures excisioni interfuisse; quod verbis P. Philippi contrarium non est, cum monialis, dux facti, adiutrices et spectatrices habere potuerit plures. Interim transfixi cordis status eo testimonio multum confirmatur, moniali cum jurata fide asserante in hæc verba: Existebat cor ex uno latere crepatum, sicut ipsa testis illud vidit, quia suis in manibus illud posuerunt, quando illud extraxerunt. Tandem constat versus annum 1614 notum fuisse sacri illius cordis statum. Nam, ut legi potest in Actis canonizationis, Sacre Rotæ auditores in Relatione prima, quæ Paulo V facta est II Januarii 1614, hoc modo loquuntur: Prædicta incorruptio, odor et liquor non solum reperiuntur in corpore Servæ Dei, sed etiam

multum disti-
citur.

F

A etiam in illius brachio, corde, manu et aliis fragmentis carnis, et reliquiis ejusdem virginis a corpore segregatis.

Pluribus cor calore suo tantum crystallinum fuit: aliaque mirantur.

1443 Nacti igitur superiores Ordinis S. suae Matris cor, incluserunt illud theca ita conflata e pellucida valde crystallo ut forinsecus rite conspici posset. At, fissa cum hac crystallus reperta esset, ruptae nova substituta est, quae et ipsa crepuit. Pluribus hoc ut evenerat, id consilium approbatum est ut superior thecae pars maneret aperta, qua calor abiret. Istius facti testem citat P. Fredericus Praepositum Generalem Congregationis suae, P. Philippum a SS. Trinitate, qui in sua Theologia mystica (loc. cit.) ait, non semel tantum, sed saepius crepuisse crystallum: unde, necessitate cogente, opus fuit in superiore parte custodiae foramen relinquere. Atque in processu anni 1726 citatus testis sub juramento asseveravit se quadam occasione vidisse eam rptionem crystalli qua cor capiebatur, ac se audivisse ab hominibus omni exceptione majoribus, illam fissionem exhalatione sacri cordis effici. Aliusque testatus est ea crystalli fragmina, aut tota aut ex parte, Sabnanticæ asservari apud Josephum Gonzalez. Hæc pariter confirmantur epistola priorissæ Albanæ, Alphonsæ Mariæ a Præsentatione, scripta 1 Maji 1751, et superius a me pluries laudata (§ LXX). Quod addit P. Fredericus de pari in rumpendo tubo efficacia particula cordis, quæ apud Lucronienses Carmelitanas asservatur, prætermitto, quia de Reliquiarum harum authenticitate, ut ipse fatetur, non constat. Nec tamen quis inde concludat, et hic et passim alibi, talia quæ omitto, me habere pro falsis, dum ea tantum habeo pro non sufficienter probatis. Porro in supra memorato anni 1726 processu plura, quæ refert P. Fredericus, continentur testimonia de exhalatione manante ex Teresiæ corde.

v. g. bonum id spirare odorem, et interdum inflari.

1444 De alio autem prodigio jam pauca dicam, de bono videlicet odore, quem cor Teresianum spirasse jam affirmarunt anno 1614 citati superius auditores Rotæ. De hoc Philippus Lopez, capite XLIII concinnata a se ex authenticis manuscriptis Vitæ Teresianæ, quam P. Fredericus (Introduc. pag. XIV) dicit maximi esse pendendam, asseveranter scribit, licet quævis particula carnis S. Matris magnam fragrantiam spiret, eam tamen quæ a corde efflatur, esse maximam, et quidem solemnibus potissimum festis talem, ut cui comparetur, nesciatur; quin hanc cordis fragrantiam aliis rebus odoriferis quæ juxta id apponuntur, suum odorem communicare, eisque auferre naturalem illarum spirandi qualitatem. Illius quoque formam quandoque augescere testantur plures, quos adducit P. Fredericus. Inter hos P. Philippus a SS. Trinitate (in Decore Carmeli) dicit se certa relatione didicisse, cor illud, virtute magnum et etiam ordinarie magnum mole, crescere aliquando. Cumque illud anno 1650 Præpositus Generalis manibus reverenter teneret, subito duplo majus quam assolet, apparuit, aliisque luxit mirabilibus visis, qualia modo referam.

quæ in eo visæ imagines erant

1445 Scilicet in insignioribus S. Teresiæ Reliquiis, ait P. Joannes a S. Ludovico in Vita sua Teresiana (lib. VI, cap. V, in append.), conspiciuntur subin variæ imagines Christi, B. Virginis vel Sanctorum. Singulare id est prodigium quo Deus S. Teresiæ Reliquias honorat, et cui in dies experientia fidem facit majorem, quoniam visi illius innumerabiles fiunt testes (hispanice: se multiplican a millones los testigos). Inter hos sunt episcopi, Ordinis Generales, prælatique majores, integræ communitates, virique cujuslibet gradus et ordinis, qui id ostentum tam asseveranter confirmant quantum id genus rerum confirmari potest, et qui

simul testificantur sensus quos in se gignit tale spectaculum, ingentemque admirationem, dum norunt inter multos, eandem Reliquiam intuentes, alios alias videre repræsentatas sibi imagines, et quidem divinitus ita sculptas, ut conspicientes idem in se experiantur ac si reapse ille adesset cujus figura apparet. Exemplis rem confirmemus ac stabiliamus.

1446 Imprimis, teste eodem P. Joanne a S. Ludovico, et Anno etiam Teresiano (tom. VII, pag. 311), ubi dicitur ipsius instrumenti subscriptum originale Madriti in Ordinis archivo servari, P. Hieronymus a Conceptione, Præpositus Generalis, cum visitasset veneratusque esset cor S. suæ Matris, manibus illud tenendo, et cum postea jussus esset a successore suo litteris mandare ea quæ fuerat expertus, præmisso jurejurando contestatus est se sociumque suum P. Gregorium varias Christi Beatæque Virginis Mariæ species in eo fuisse contemplatos. Item P. Emmanuel a S. Hieronymo, Ordinis historiographus, in Chronico hæc de se scribit: Quando anno MDCCV difinitor generalis eram, Albamque perrexeram S. Matrem veneraturus, mihi, quantumvis indigno, concessum est videre in corde S. Teresiæ perfectam et ex toto prominentem imaginem Mariæ Sanctissimæ, brachio sinistro pretiosum suum Filium et manu dextera aureum sceptrum gerentis. Meus socius, qui similiter difinitor erat, vidit eodem tempore in eodem Sanctæ corde imaginem nostri Patris S. Josephi. Et hæc ostenta toties repetuntur, ut, quamvis prodigium esse non desinat, evidentiam gignat morali evidentiâ majorem (lib. XXVI, cap. XXIII, num. 10).

quod testantur Generalis et historiographi Ordinis.

1447 En rursus a P. Joanne a S. Ludovico aliud exemplum haustum ex Musæi Picturæ tomo I (ubi agitur de tabula Jesu Christi quam S. Teresia Abulæ collocandam curavit): D. Antonius Palominus, ob suam in ingenuis artibus habilitatem longe lateque celebris, refert quid coram se contigerit inclyto pictori D. Francisco Ricci, hujusque discipulo Alphonso de Villaseca, in civitate Abula. Binos hos secum duxerat, conspecturos Reliquiarum thesaurum ibi asservatum, inter quas digitus habetur S. Teresiæ, pyxide crystallina conclusus. Cum hi attento oculo hunc considerarent, dixit D. Franciscus Ricci se non digitum videre, sed effigiem S. Teresiæ cum altera supra eam B. V. Mariæ; atque id quoque se videre asseverabat ejus discipulus. Mirati circumstantes vim sinceritatemque qua id affirmabant, cum veraces haberentur et dignissimi quibus plena præberetur fides, id inierunt consilii, siquidem uterque erat pictor, ut in dirempto ab invicem loco morarentur, et citra communicationem ullam ostentum penicillo referrent. Dictum factum: et magna omnium qui ad noscendum eventum concurrerant admiratione, dictas superius imagines eadem plane forma uterque produxit. Simile portentum frequenter etiam hodie (id est ad annum 1813) conspici, narrat idem P. Joannes a S. Ludovico, in Turiasonensium Carmelitarum S. Annæ cænobio, quod pretiosis gaudet S. Matris suæ Reliquiis: additque idem Pater, multiplici observatione super variis iis quæ oculis ibi obijciuntur imaginibus, persuasum esse talia repræsentari visa quæ accommodata sint interiori aspicientis necessitati, ejus cum Sancta relationi, aut cænobii illius utilitati.

auctor Musæi Picturæ, aliique.

1448 Quinimo minor nonnumquam sacri cordis Teresiani particula hujus privilegii experta non fuit. Argumento est id reliquiarium quod, apud P. Fredericum, ab Hispanæ Congregationis Generali, P. Josepho a S. Matre Dei, anno 1614 missum legitur

Atque id contingit aliquando etiam in parvis particulis.

AUCTORE
V. D. M.

A legitur Angelopolim (vulgo Puebla de los Angeles, in America), et in quo pias se conspexisse figuras pleraque Carmelitarum canobii civitatis illius sub juramenti fide sunt testata. Isque erat apparitionum illarum numerus ac varietas, ut, sicut jam citatus P. Emmanuel in Ordinis Chronico scribit, ea Reliquia vulgo appellaretur quaedam cœli fenestra. Aliquot ante annis quam P. Emmanuel suum Chronici volumen scriberet, doctissimi et ubique terrarum probatissimi Salmanticenses theologi, agentes de debito Sanctorum Reliquiis cultu (tom. II de Incarn., tract. XXI, disp. XXXVIII, dub. I, num. 6) ponderosa hæc verba veriti non sunt exarare, digna profecto que pro coronide citem post allatam tantam nubem testium: Caro Matris nostræ S. Teresiæ post 105 annos mirabilem suavemque incorruptionem conservat, et ipsius cor est quasi miraculosum omnipotentis speculum, in quo mysteriose et plane supra naturam, imaginum apparitiones occurrunt. Supersedeo enarrandæ e P. Joanne a S. Ludovico conversioni duorum incredulorum, qui ad fidem frugemque redierunt, postquam, id prodigium in conventu Turiasonensi S. Annæ suis experti oculis, omnimodam in perscrutanda veritate adhibuissent diligentiam et cautionem. Ast, cum P. Ludovicus horum virorum, quos ad insignem familiam pertinuisse dicit, et qui fortassis anno 1813 in vivis adhuc erant, taceat nomen, compendio hæc attulisse sat esto.

Fides cœli
benda videtur
memoratis
hactenus pro-
digiis,

1449 Prodigia quæ hactenus dixi in S. Matris corde contigisse, aut silentio præterissem, aut, postquam exposuissem, commenta et mera inania phantasmata ea esse pronuntiassem, nisi multæ et ponderosæ testimoniæ, quales aliquot attuli, me, e justæ critices regulis, coegissent narrata ea prodigia conspectaque visa pro veris habere, et qua talia lectori proponere; quamquam non diffiteor in hujusmodi rebus, illasa generatim prodigii substantia, veritati falsa quædam subinde posse subrepere, ludificante imaginatione. Atque eo cautiorem et suspiciosiorem me reddunt ea quæ, ut mox dicam, aliqui hodie in corde Teresiæ falsa comminiscuntur. Sed, iterato fateor, testimonia tot proborum et doctorum virorum, quales sunt Ordinis superiores, adeoque ipse Præpositus Generalis, et æstimatissimi Salmanticenses theologi, minime sinunt ut pristina rite probata facta ob sparsas hodiernas fabulas rejiciantur: quin potius, cum populi ita proclives sint ad admit-tenda nova in Teresiano corde miracula, non alia propensionis illius causa esse videtur, quam quod constiterit constetque vera in eo aliquando fuisse patrata. Falsus ille cujus memini rumor de recentibus in corde S. Teresiæ portentis pervenit ad me diversis e locis, et potissimum innatu it mihi ex epistola scripta ab ipsa priorissa Albana, cujus conventus non tantum corporis S. Matris, sed et excisi ex eo cordis possessione gaudet.

non tam
recentioribus
quæ feruntur,
et quale unum
exponitur.

1450 Per fidum et obsequiosissimum amicum, R. P. Puyal S. J., percontandam priorissam rogaram, primum utrum mira talia visa, qualia olim animadversa retuli, adhuc hodie subinde in corde animadverterentur, et deinde utrum verum esset aliud portentum, quod mihi Madrito affirmatum erat et quod in Italia noram percrebescere, nempe utrum herbula quædam, seu alba spinarum puncta, ab anno hujus sæculi trigesimo sexto, in reliquiaria theca ex deciduis cordis particulis suberescerent. Ecce R. M. Priorissæ acceptum a me responsum, quod exscribo ex autographa, quam penes me habeo, ejus epistola, sub data ix Julii 1843 et cum subscripto nomine Ramonda de S. Teresa. Sic verbotenus id sonat: Parece que se han dedicado a esparcir noticias de la

Santa, sin pies ni cabeza. Escriben de las Andalucias, de Murcia, Valladolid, Francia, Italia ecc., paraque los aseguremus de mil bobadas que dicen (en cada parte distintas) se advierten en el santo corazon: unos lo dicen de un modo, y otros de otro; y nada es cierto. Id est latine: Existere videntur homines qui se devoverint serendis inconditis de Sancta rumoribus. Scribitur ad me e Bætica, e Murcia et Vallisoletto, e Gallia etiam et Italia, aliisque e locis, ut rationem reddam mille nugarum, e quoque loco diversimode propositarum, quæ feruntur notari in sancto corde. Alii ex iis hoc modo loquuntur, alii illo; et nihil certi habetur. Nec quis suspicetur has voces: Y nada es cierto, aliquid relinquere dubium: nam R. P. Angelus Praxedes Hijosa, qui Ordinis Teresiani in Castellæ Vetere, quando monasteria supprimebantur, provincialem agebat, et per quem illa priorissa Albana epistola ad R. P. Puyal et dein ad me pervenit, sic in adjuncta epistola scribit: Con ella (carta) creo que se destruye todo cuanto sobre el particular me leyó V. en la de allende: y no podia ser otra cosa. Inclusa hisce litteris meis M. Priorissæ epistola refutantur quæcunque inde perscribuntur (scilicet ea quæ ego inaudieram, et de quibus Hispanos percontabar): neque aliter esse poterat. Provincialem autem sane non fessellisset portentum adeo mirabile, quale illud fuisset excrescentium in arido cordis pulvere spinarum, cujus incertus vel solus rumor non modicam remotorum Italarum Belgarumque curiositatem excitabat. Atque hac ratione, quidquid demum fuerit, partes meas exsolvi: nil enim quidquam ulterius facere valeo quam referre relata. Porro (quod obiter notare liceat) id pro specimine sit quanta sit difficultas et errandi periculum in indaganda dissitarum rerum veritate, cum investigatio unius hujus rei constiterit scriptione vel septem epistolarum.


1451 Tot portentosi cordis Teresiani mirabiles effectus induxerunt Albanos cives ut e serico chartaque conficiant ejus imagines. Hæ coloris rubri plerumque sunt, et, sancti cordis contactu sacratæ, corda S. Teresiæ vocantur, ac magno numero etiam extra Hispaniam circumferuntur. Imo indulgentiæ aliquando annexæ his videntur fuisse: præ oculis enim mihi est chartacea istiusmodi effigies Teresiani cordis, subter quam hispanice leguntur impressæ hæ voces: Illustrissimus Dominus Joannes Saez y Burnaga, archiepiscopus Cæsaraugustanus, concedit octoginta dies indulgentiarum recitantibus semel « Pater Noster » et « Ave Maria » coram hac imagine S. Teresiæ a Jesu. Sape Deus dignatus est illarum iconum ope mirabilia patrare. Apud Honoratum a S. Maria, in opere inscripto Animadversiones super regulis critices (tom. III, lib. V, diss. VI, art. VII), miraculosa hujusmodi legitur sanatio, quam anno 1699 testificati sunt tres medici sequenti instrumento, quod ex latina Venetiis anno 1768 excusa P. Honorati traductione hic exhibeo.

Per effigiem
cordis S. Te-
resiæ plura
facta sunt mi-
racula.

1452 Nos infrascripti, ad majorem Dei gloriam, atque de veritate interrogati, testamur, cum vocati fuermus a Jacobo comite Aliberti, ut consilium haberemus super morbo filiæ ejus, sanctimonialis in monasterio septem Dolorum, vulgo ducissæ de Latere, quæ viginti septem annos nata, laborabat jam pridem hydropisi, anasarca dicta, reperisse nos feria sexta, eadem sexta die mensis hujus, præter tumorem utriusque cruris partiumque superiorum, obnoxiam fuisse illam respirationi tam difficili, admodumque suffocanti, ut censeremus ægotam indigere magis remediis cælestibus quam humanis;

quorum unum
probatur.






RELIC OF
THE HOLY CROSS.



RELIC OF
THE HOLY CROSS.



RELIC OF
THE HOLY CROSS.

A humanis; quippe non poterat ob perpetuas convulsiones oesophagi atque asperae arteriae vel unum juris cochlear exsorbere. Interea tamen, dum super hac re deliberationem haberemus modica cum spe vitae illius dimidia hora ante occasum solis, extemplo nuntiavit nobis sanctimoniales latantes ac sollicitae, aegram repente convaluisse meritis S. Teresiae, cujus Reliquia ejus pectori admota fuerat. Nos itaque statim ad aegram properavimus, reperimusque omni morbo sanata, ut posset e lecto surgere: immo suis quoque manibus juris partem hausit coram nobis, et testata est optime se valetudini jam restitutam esse. Quod fieri nullo modo poterat sine remediis, nullaque praevia vel minima crisi, nisi mirae gratiae coelestis virtute: multo vero magis, cum decimaquinta diei posteræ hora nobis ad eam invisendam accedentibus obviam ipsa venit in janua monasterii præclara facie omnibusque bonæ valetudinis signis, narravitque se præcedenti nocte recumbentem in lecto octo continenter horas quiescere; quod multos ante annos nullo modo potuerat. Quare non dubitamus asserere sanationem hanc miris modis accidisse: iudicium tamen nostrum sacro huic Tribunali subijcimus, ad quod attinet miracula confirmare. In quorum fidem, etc.

B Datum pridie idus Feb. Joannes Maria Lancisius, medicus. Emmanuel Lopez, etc. Testor ego quoque super his quæ dicta sunt, atque aegram a symptomate convulsionis et suffocationis, quod nobiles vitae partes vexabat, non artis ope, quæ ictu oculi sanare nequit, sed gratiae divinae miseratione liberatam fuisse. Aegidius Rasmus, med. Hucusque ex diplomate italico; in quo, quod sacra Reliquia dicitur, nihil aliud est quam unum ex descriptis S. Teresiae cordibus. Constat id ex epistola quam diffinitor generalis Romanus dedit ad Carmelitam Excalceatam Tolosanum, hac de re sciscitantem. Ille quippe, a monialibus admonitus aegrotam in extremis jacere, sericum illud cor pramiserat, perrezeratque dein ad infirmam, cum S. Teresiae pede, quocum ei, licet jam sanata, benedixit. Hanc quoque diffinitoris epistolam legis apud laudatum P. Honoratum eodem loco. Similia plura beneficia divinitus per hujusmodi Teresiana corda impetrata exhibentur a P. Antonio a S. Joachim in Anno Teresiano (tom IV, pag. 47, et tom V, pag. 51.)

Officium ac Missa transverberationis conceduntur.

C 1453. Ergo copiosa adeo tantaque inter prodigia quæ Deus in Teresiano corde operabatur, ad instantias totius Carmeli Excalceati, et, ut ait citato a me supra loco Benedictus XIV, postquam postulatorem, judicialibus congestis probationibus, vulneris impressionem adhuc extantem et visibilem in corde ostendissent, xxv Maji MDCCXXVI, approbante S. P. Benedicto XIII, facta est Ordini Carmelitarum Excalceatorum utriusque familiae concessio Officii proprii transverberationis cordis S. Teresiae cum lectionibus propriis. Duobus vero annis post, die scilicet xvii Martii 1728, idem Pontifex concessit in hoc Officio non tantum orationem et lectiones, verum etiam proprium fieri reliquum Officium et totam Missam. Adverto in hoc ita innovato Officio sextam lectionem his claudi verbis: Cum autem illius cor incorruptum, ac transverberationis signis decoratum, in ecclesia Sanctissimæ Incarnationis monialium Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Albæ repositum, frequenti et pio concursu Christi fideles in præsentem usque diem venerentur, iis omnibus perspectis, Benedictus XIII Pontifex Maximus solemnitatem hanc, ad recolendam insignis prodigii memoriam, in eodem Ordine quotannis celebrari concessit. Atque, ut notat P. Fredericus, in honorem hujus prodigiosi vulneris recitatur etiam

Officium a PP. Carmelitis Observantibus; et sub pontificatu Clementis XII, decreto S. Rituum Congregationis, dato xv Septembris anno 1732, extensum id fuit ad imperialem civitatem Vindobonensem, et dein altero decreto, emisso xv Decembris 1733, concessum illud est omnibus Hispaniarum regnis.

1454 Tandem Benedictus XIV litteris quibus initium est: Dominici gregis, viii Augusti 1744 in forma Brevis datis, indulgentiam plenariam concessit, in perpetuum lucranda ab omnibus Christi fidelibus qui a primis Vesperis festivitatis transverberationis Teresiani cordis usque ad solis occasum ecclesias Carmeli Excalceati visitarent. Hæc quidem Hispanæ Congregationi concessa: verum, cum Clemens VIII in Bulla: In apostolicæ dignitatis culmine, data xiii Novembris 1600, Italæ Excalceatorum Congregationi omnia privilegia, indulgentias, etc. Congregationi Hispanæ quomodocumque concessa aut concedenda communicavit (vide Bullarium Romanum, tom. III, pag. 112, edit. Luxemburg.), liquidum est hanc indulgentiam ad Italum quoque Carmelum extendi. Atque idem dixerim de Carmelitis Calceatis, quoniam Clemens X, Bulla: Ad uberes bonorum operum fructus, xxxi Octobris 1670 data, communicavit aut confirmavit his B. M. de Carmelo Fratribus usum omnium privilegiorum, indulgentiarum, etc. quæ concessa fuerant aut quæ in posterum concederentur Excalceatis (vide Bullarium Carmelitanum, tom. II, pag. 577). Nec mirum est, post tot in sacris iis cordis Reliquiis ostenta, totque divinitus a piis earum cultoribus impetrata beneficia, pretiosissimas et assabre factas lipsanothecæ pluries fuisse destinatas. Hujusmodi theca legitur in Anno Teresiano (ad xxi Aprilis) donata anno 1667 a Generali Præposito Ordinis B. Mariæ de Mercede, Petro de Salazar, qui postea S. R. E. Cardinalis fuit, et qui cum provinciali ejusdem Ordinis, Antonio Isasi, visitans sacri cordis Reliquias, plura quæ in Anno Teresiano referuntur, prodigia suspexerat. Illius thecæ meminit quoque Bibliotheca Ord. Carm. Exc. (p. 368). Item hujusmodi altera, eodem Anni Teresiani opere (ad xvi Decembris, num. 3), oblata consignatur ex P. Joanne a S. Josepho, qui in relatione de mirabili lampadum in Albano sacello motione (de qua ibi sermo) habet sequentia: Anno 1671 die festo S. Matris nostræ Teresiae... Missæ Sacrificium pontificali ritu litavit Ill. Dominus D. Fr. Alphonsus de Balmaseda, episcopus Cosanus in regno Neapolitano; advenerat scilicet secum ferens lipsanothecam ex auro, adamantibus aliisque gemmis, quam pro Matris nostræ S. Teresiae cordis custodia fabrefaciendam mandaverat Excellentissimus Dominus Joannettus Doria, dux de Tursis. Non dubito quin ea sit theca quæ in adjuncta huic paragrapho tabula sculpta conspicitur.

AUCTORE V. D. M. D

et etiam indulgentiarum: quæ omnia communia sunt Carmelo Calceato.

E

F

§ LXXIII. De S. Teresiae manu et brachio sinistro, de digitis manus ejus dextræ, de pede item dextro, deque aliis minoribus ejus Reliquiis.

D Descriptio sacri corporis cordisque statu, nunc ad cæteras S. Virginis Reliquias per orbem sparsas gressum facio. Ex authentico instrumento in postrema

Sparsæ S. Teresiae Reliquiæ multæ sunt.

AUCTORE
V. D. M.

A strema tumbæ apertione desiderabantur partes hæ : pes dexter, manus leua, brachium item lævum, cor, frægmentum maxillæ, oculus sinister, aliquot costæ et ossa, potior pars colli, pluraque ex carne segmenta, quæ decisa esse non paucæ aut saltem non exigua patet ex anterioris visitationis anno 1616 factæ instrumento, quod testatur tantam esse a sancto corpore resectam carnis copiam ut ex ea innumera Reliquiæ per Christianum orbem existant. Jam retuli superius multorum intemperantiam in dissecando corpore ad arroganda sibi aliquot pretiosarum exuviarum illarum spolia, non parcente, ut P. Fredericus ait, sacræ carni piorum manu, cui edax voracissimæ mortis pepercerat dens. Specimen habes illius aviditatis in P. Thoma a Jesu, qui, cum delegatus esset a R. P. Generali ad modum ponendum, oculo bene sepulcro, piæ illi rapacitati, sibi ipse temperare non potuit ab evellenda costa decidendis frustis tam immodicis ut magnitudine sua volam manus æquarent aut etiam superarent; sicuti scribit P. Franciscus a S. Maria, testis ipse præsens, imo spoliorum particeps (vide supra n. 1054). Præterea Ordinis præsides sagacior studio, nempe ut S. Matris suæ cultus causaque canonizationis promoverentur, moti aliquoties fuere ad truncandum corpus, v. g. cum destinatus Romam fuit pes ad Patres Congregationis S. Eliæ, largumque carnis segmentum ad Paulum PP. V (vid. num. 1073).

Decisa manus
ejus sinistra:

B 1456 Num. 1037 et seqq. fuscæ a me narratum est quomodo avulsa fuerit manus sinistra in prima corporis visitatione. Nil est quod hic addam præterquam (ut notat P. Fredericus lib. v, cap. vii) quod P. Gratianus, rogatu suorum in Lusitania fratrum et sororum, cum Ulyssiponem anno 1585 detulerit, sperans se rem gratissimam facturum tum principi Cardinali Alberto archiduci Austriaco, qui foundationi monialium ibi impense faverat sequæ illarum protectorem declararat, tum Lusitanis, qui pro sua in Deum pietate maximi faciebant amicorum Dei Reliquias. Cum hanc manum etiamnum in ea urbe existere percepissem, ad supplices meas preces Excellensissimus Raphael Fornari, archiepiscopus Nicænus, et S. Sedis tunc apud Belgarum, nunc apud Gallorum regem Nuntius, dignatus est curare ut sacrum id lipsanon delinearetur, quale id hic in ære sculptum conspicere est. Hierotheca illa ex deaurato ligno quadrangulæ forma fabrefacta est. Latera singula crystallinis muniuntur speculis, e quibus manus in centro posita super deaurati metalli basi, pretiosis gemmis ornata, quatuor e partibus aspectabilem sese præbet. Spatia alba, quæ in secundis et tertiis digitorum phalangibus cernuntur, foramina sunt, per quæ ossa apparent. Quatuor item alba spatia digitos inter et volam manus exhibent quatuor annulorum circulos, quorum unus a latere digiti auricularis hinc inspicitur.

Item brachium
sinistrum:

C 1457 Brachium sinistrum tum cum Alba S. Teresiæ corpus Abulam transferendum esset, fuisse abscissum Albæque in aliquale monialium solatium relictum, videri potest num. 1041 et 1118: atque in hac oppido hodièdum asservatur cum Sanctæ corpore, seorsim tamen; quod hic annoto, quia Baillet, ad xv Octobris in fine Vitæ S. Teresiæ, innuit illud brachium corpori, Albam relato, fuisse appositum et quodummodo insertum: in quo etiam Collet ansam aliquam fallendi præbet annotatione vii ad Vitam S. Joannis a Cruce (p. 481 edit. Paris. 1826). Scribit D. Robustianus Boada id brachium prope cordis thecam existare conspiciendum per fenestram trans argenteos cancellos; nec tamen id delineavit, cum theca id nulla concludatur, sed quasi naturali suo situ innitatur basi argenteæ.

1458 Singulos dexteræ manus amputatos digitos asservari reperio Bruzellis, Parisiis, Romæ, Abulæ et Hispali. Hic postremus non aliunde mihi innotuit quam per epistolam inde initio anni 1840 scriptam, qua certior fio penes Carmelitissas Hispalenses simul cum digito permanere autographum Mansionum codicem, decemque epistolas et vasculum quoddam quo in extremo morbo Sancta usa est. Altero digito Roma gaudet; de quo P. Fredericus (loco quo supra) sic meminit: D. Julius Rospigliosi, qui postea Cardinalis ac demum Summus Pontifex sub nomine Clementis IX evasit, quando Nuntium agebat in Hispania, principissæ Annæ Columnæ Barberinæ digitum indicem misit, inclytum videlicet illud instrumentum quo cælestia sua scripta exaravit; atque pientissima ea domina illum elargita est recenti nostro cænobio quod in Urbe exstruxerat sub titulo Reginæ cœli. Abulensem quod spectat digitum in ecclesia Excalceatorum asservatum, quem nuper a D. Boada delineatum hic intueri est, sic de eo R. P. Angelus Praxedes Hijosa, Carmeli Excalceati in Castella Vetere olim provincialis, scribit in epistola xxv Julii 1843 ex ipso oppido Abula data ad R. P. Marianum Puyal S. J., et ab humanissimo hoc viro una cum plurimis aliis utilissimis documentis ad me permissa: Peculiari attentione digitum S. Matris inspexi. Color illius cinnamomum refert non admodum flavum (hispane: de canela clara). Formosus est, minime obscurus, nedum ater, ne nigricans quidem. Tubo inclusus stat crystallino, qui pedi probe cælato inhæret.

Item digitus
dexteræ, qui
Hispali, Ro-
mæ, Abulæ,
D

1459 Denique digito medio (non vero indice, ut aliqui dicunt) ille etiamnum gaudet Parisiensis Excalceatorum conventus qui primus in Gallia olim erectus est titulumque habet Incarnationis. Quæ via hæc domus cum Reliquiam adepta sit, rectius ac fusius quam P. Fredericus, narrat D. Boucher in Vita S. Teresiæ (tom. II, pag. 465, sive lib. ix, nota n). Scilicet anno 1625 digito illo ab Elisabetha, Henrici IV filia, et Hispaniarum regis Philippi IV conjuge, donatæ fuere moniales illæ quæ tum habitabant in suburbio vulgo S. Jacobi. Religiosi hujus thesauri bajula fuit domina de Fargis, quæ jussa erat lipsanothecam Parisiis conficiendam curare, et utrumque dein id donum porrigere Matri Magdalene a S. Josepho, illius cænobii priorissæ (cujus virtutes fuisse heroicas declaravit Pius PP. VI). Adjunctæ huic digito erant litteræ testimoniales, quibus Julius Sacchetti, in Hispania Nuntius, fidem faciebat medium S. Teresiæ dexteræ manus digitum coram se a regina fuisse traditum dominæ de Fargis. Comites erant et alteræ litteræ, quibus regina Elisabeth perscribebat Magdalene a S. Josepho se donum illud ei elargiri. Quæ cum ita sint, non bene capio qua ratione P. Fredericus pluresque Galli asserant manus illud proxime debere Mariæ de Medicis, quasi nata ejus regina Elisabeth, non prius Carmelitissis, sed matri suæ Mariæ illud præbuisset. Thecam sive arculam quam hic incisam ari cernis, ipso in loco graphice delineare dignatus est R. P. Art. Martin S. J. Capit insuper hæc arcula carnis S. Teresiæ particulam, quædam vestis ejus segmenta, autographum nomen, et acceptam primitus ex Hispania ejus effigiem.

Parisiis

F

1460 Quintus est auricularis digitus apud moniales Excalceatas Bruzellis, hic lamina arca expressus cum theca sua calaturæ perlegantis, ejus basis e cupro et encausto est, tubus vero cylindraceus e crystallo cum aureo ornatu. Sacrum hanc digitum pluries mihi datam fuit intueri, venerari religiosoque affectu deosculari. Brevis dicam statum illius, dicturus dein paulo fusius quomodo in Belgium venerit.

et Bruzellis
aunt.

A venerit. Scribit Antonius Sanderus in sua *Chorographia sacra Brabantiae* (quam anno 1659 *Bruxellis* edidit duobus tomis in folio) digitum S. Teresiae ibi haberi cum carne sua incorrupta et oleo manante. At quod hic Sanderus de oleo affirmat, intelligendum esse duco de anterioribus temporibus quibus recens abscissus fuerat, eo quod in recitandis inferius a me documentis, quae quadraginta circiter annis Sanderi elucubratione priora sunt, nulla illius prodigii fit mentio; quae tamen facta sane fuisset, si ad ea tempora perdurasset. Postmodum auctor *Chronici* qui anno 1706 tomum V *Madridi* procudit (lib. XIX, cap. XLVI, num. 2) affirmat digitum *Bruxellensem* eousque perennare integrum, incorruptum, vividam lucidamque pra se ferentem speciem, cum alba carni inhaerente ungue. Dein D. de Montis in sua *Ven. Annae a Jesu Vita* (Parisiis 1788, l. VIII, p. 280) scribit illum formam suam conservare naturalem, et pelle obductum esse subobscura, cum ungue integro. Hodie vero color ejus est similis colori digiti *Abulensis* (vide num. 1458); inferne tamen tantillum nigrescit: ceterum integer est suaeque vestitus carne, quae videtur exsiccata, cohaeretque rite carni unguiculus.

Postremus hic, allatus a P. Gratiano.

B 1461 Fallitur P. Emmanuel a S. Hieronymo, auctor tomus V *Chronici*, cum (loco paulo ante citato) affirmat Isabellam, Philippus II filiam, in Hispania in juvenili sua aetate adhuc degentem adeptam jam tum fuisse illum S. Teresiae digitum; falluntur et plures alii qui id e *Chronico* exscribunt, v. g. P. Fredericus (lib. V, c. VII). Sed ecce vera illius Reliquiae fata, hausta ex authenticis documentis quae coram me habeo, mutuo accepta ex archivio Carmelitissarum *Bruxellensium*. Scilicet moriens P. Gratianus in *Bruxellensi Carmeli Mitigati* caenobio, legarat sorori suae, *Hispani in Hispania Carmelitissae*, hunc digitum, quem olim, cum provincialis erat, de S. Teresiae corpore absciderat, et quem exinde semper ad extremum suum usque diem e collo pendentem gesserat: narrante Andrea del Marmol in *Gratiani Vita* (capite XX) hunc aliquando in Africa reculis suis spoliatum a barbaris fuisse, et etiam hoc lipsanon amisisse, sed quasi per miraculum recuperasse (vide *Annum Teresianum*, tom. IX, p. 342). At sacrum id demortui peculium sibi arrogabat et superior *Carmeli Mitigati* et provincialis *Carmeli Excalceati*, variis uterque nominibus.

attribuitur a Paulo V Belgae principibus.

C 1462 Interim (quod horum neutri displicuisse videtur) serenissimi principes Albertus et Isabella, pro sua in res sacras pietate specialique in B. Teresiam religioso affectu, per Guidonem Bentivoglio, apostolicum in aula sua Nuntium, XX Octobris 1614 a S. Sede impetrarunt ut pretiosa ea Reliquia in Belgio maneret sibi que cederet. Ergo juridico de ejus authenticia facto XIV Novembris ejusdem anni a Nuntio processu, ex hujus manu XXI Februarii 1615 pii principes sacrum digitum acceperunt; quem octavo post mense, scilicet XIII Octobris, consignarunt Annae a Jesu, *Bruxellensium Carmelitissarum* priorissae. Sic per compendium habes praefata authentica instrumenta. Unum tamen illorum, quod majoris est momenti, verbotenus hic recitabo, nempe Breve Pauli V, archiducibus eam Reliquiam tribuentis: cetera vero ad pontificis jussi executionem pertinentia praebere summam. En igitur Breve, inscriptum Nuntio Bentivoglio: Paulus PP. V. Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Cum, sicut accepimus, quondam Hieronymus Gratianus, dum vixit, Ordinis Fratrum Carmelitarum professor in domo regulari dicti Ordinis oppidi *Bruxellensis*, *Mechliniensis* diocesis, nuper diem extremum obierit, et ante obitum ordinaverit ut Reliquia unius digiti Beatae Teresiae, quam habebat, sorori suae

Ordinem Carmelitarum Discalceatarum in monasterio ejusdem Ordinis *Ispalensi* professae consignaretur, dilecti autem filii Prior et Fratres dictae domus praedictam Reliquiam eidem domui acquistam esse praetendant, et insuper dilectus filius nobilis vir Albertus et dilecta in Christo filia nobilis mulier Isabella, infans *Hispaniarum*, archiduces Austriae et Belgii principes, pro eo quem erga B. Teresiam ejusque Ordinem gerunt devotionis affectu, Reliquiam hujusmodi apud se habere plurimum desiderant; nos, singularem Alberti ac Isabellae praedictorum pietatem in Domino plurimum commendantes, fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus ut Reliquiam praedictam per Priorem et Fratres praedictos ac alios ad quos spectat, dictis Alberto et Isabellae tradi et consignari facias, seu forte a dictis Priore et Fratribus Alberto et Isabellae praedictis donatam ab eisdem Alberto et Isabella licite retineri posse apostolica auctoritate decernas. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac domus et Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Tusculi sub annulo Piscatoris, die XX Octobris MDCXIV, pontificatus nostri anno decimo. S. Cobellutius.

AUCTORE V. D. M.

1463 Hoc recepto Breve, ipse Nuntius ad instantiam serenissimorum archiducum informationem canonicam instituit super veritate sacrae illius Reliquiae, et sub juramento more sacerdotali solemniter praestito testimonia excepit, 1º a R. P. Inaco de Brizuela Ordinis S. Dominici ac serenissimis principibus a consilio status et archiduci a S. Confessione, 2º a R. P. Andrea de Soto Ordinis S. Francisci et serenissimae archiduci a S. Confessione et commissario Ordinis sui generali in provinciis Belgicis, 3º a R. P. Ferdinando a S. Victore provinciali Carmeli Calceati per Germaniam inferiorem ac priore conventus *Bruxellensis*, 4º a R. P. Thoma a Jesu priore conventus *Excalceati Carmeli Bruxellis*. Postremus hic testis est excellens ille vir qui (ut num. 1054 dictum est) anno 1603 vel 1604 corpus S. Teresiae visitavit tumbamque ejus firmiter occlusit, et qui, praeter plures monialium conventus, conventus Fratrum suorum erexit *Bruxellis*, *Lovanii*, *Coloniae*, *Duaci*, *Insulis*, *Antverpiae*, *Leodii*, *Namurci*; ne quid dicam de *Casaraugustano* conventu in Hispania et de *Dolensi* in Burgundia, de missionum seminario S. Josephi *Lovanii*, de primis eremis (quas Carmelitae dicunt desertis) ultra Pyrenaeos in loco vulgo de las Batuecas, citraque Pyrenaeos in silva *Marlantia* prope *Namurcum*. Inter alia attestatus est P. Thomas a Jesu a triginta prope annis notum sibi fuisse P. Gratianum, perspectum sibi esse digitum quem ille penes se gerebat, ad S. Teresiam pertinuisse corpus, et eo digito patrata fuisse plura miracula; quale est illud quod Ribera contigisse refert in Isabella a S. Hieronymo (lib. V, cap. III). Absoluto juridico hoc examine, Nuntius legitimas litteras confecit, quibus, apposito suo nomine appensosque intra pyxidem in cera rubra suo sigillo, sacram hanc Reliquiam consignavit serenissimis archiducibus.

quibus, facto legitimo prius processu, consignatur;

1464 Alterum denique authenticum instrumentum habent moniales *Bruxellenses*, quo Ven. Anna a Jesu XIII Octobris 1615 declarat conventum suum hanc Reliquiam ejusque theca donatum fuisse a serenissimis Alberto et Isabella, sub ea conditione ne umquam ea Reliquia alienetur ullave particula ex ea decerpatur. Cum imperator Josephus II Carmeli prolem una cum aliis plurimis religiosis ascetis ex suis asylis dispelleret,

F

sed mox ab eis colligitur conventui *Excalceatarum*.

AUCTORE
V. D. M.

A dispelleret, non alienatus, sed magis in tuto positus est digitus ille (ut legi potest apud Proyard ad calcem Vitæ Ludovicæ Borboniæ, quæ filia erat Ludovici XV, regiamque aulam regalesque delicias cum Sandionysiano asceterio felicibusque religiosæ vitæ asperitatibus commutavit, mutato etiam Francicæ principissæ titulo cum nomine Sororis Teresiæ a S. Augustino). Scilicet priorissa Bruxellensis fidsimo prænobili viro de Villegas d'Estaimbourg concedidit hanc Reliquiam, una cum spina coronæ Jesu Christi, et cum parte colli magnoque brachii osse S. Elisabeth Thuringiæ (quod Sanderus pro integro corpore, loco quo supra, non accurate habet). Exin spectabilis quædam domina e Belgio tute in Galliam intulit sacrum digitum, quem deposuit in abbatiâ Fontis Ebraldi, ut inde ad Sandionysianas Carmelitissas, inter quas postea extorres Bruxellenses victuræ erant, transferretur. Paucis iis diebus quibus abbatissa Fontis Ebraldi hunc thesaurum tenuit, sacros ei honores, quantos potuit, cum tota religiosa familia exhibuit. Cerei diu noctuque ante illum ardebant; et, cum tunc Sanctæ festa dies intercurreret, processionaliter circumlatus fuit, decantatumque solemniter Sacrum. Ut autem pius B is thesaurus hora recreationi destinata ad Sandionysianum claustrum attigit, priorissa cum Teresia a S. Augustino aliæque moniali, non sine palliorum suorum ornatu tædisque accensis, inter confertas pioque plenas gaudio sorores eum intulit. Hoc lipsa non septimo post anno in Belgium relatum est a reducibus in patriam Bruxellensibus monialibus.

Pes dexter
Romam defer-
tur.

1465 Inter ea quæ adhuc memoranda restant, eminet pes dexter, qui Romæ apud Excalceatos in monasterio S. Mariæ de Scala colitur, et quem hic ex vetere icone representatum habes. P. Fredericus (lib. v, cap. vii) enarrat quo modo Romani Patres insignem hanc Reliquiam impetrarint; quod latius adhuc videre est in Chronico (tom. IV, lib. xv, cap. xxxvi, et tom. V, lib. xix, cap. xi). Prioris verba retulisse sat erit, sic inquit: Ven. P. Ferdinandus a S. Maria, Generalis Congregationis S. Eliæ, vir canonizationis S. Matris suæ promovendæ studio-sissimus, animo recogitans et celebritati illius et honori Italicæ suæ Congregationis non parum augmenti accessurum, si qua insignis ejusdem Reliquia in Urbe coleretur, litteras dedit ad R. P. Generalem Congregationis Hispaniæ, et submissis precibus validisque argumentis Sanctæ pedem exoravit. Equam ac piam esse petitionem agnovit P. Generalis Hispaniæ, qui tunc erat P. F. Joseph a Jesu Maria, Romæ primum procurator generalis; ac de capituli generalis consensu ad P. Ferdinandum rescripsit ut in Hispaniam mitteret qui exoptatum donum reciperet. Ergo hic duos e subditis sibi Fratribus in Hispaniam direxit; utque gratus animus et filialis communem erga Matrem amor jugiter constaret, speciosam et divitem ex argento lampadem misit, quæ Albæ ante sacellum ubi corpus Sanctæ quiescit, semper arderet. In Hispaniam duo illi commissarii pervenientes, e manibus P. Josephi sacrum pedem authenticis munitum instrumentis acceperunt. Qui porro Romæ excepta fuerit ea Reliquia, jam dictum fuit num. 1073.

illamque Re-
liquiam gra-
tanter accipit
Paulus V.

1466 Nactus opportunam occasionem R. P. Generalis Congregationis Hispaniæ, simul cum pede carnis particulam de S. Matris corpore desectam misit ad Paulum PP. V; qui quantopere sibi gratum esset id munus, sequentibus significavit litteris, quæ in Chronico recitantur (lib. xv, cap. xxxvi, num. 11): Paulus PP. V. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Accepimus quam ad nos misisti B. Teresiæ Reliquiam; quæ et pro merito tam illus-

tris Christi Ancillæ, et pro nostra in eam devotione, D gratissima nobis fuit: coque cum honore eam asservabimus quem promeretur. Laudamus vero pietatem tuam, qui Beatæ Parentis tuæ venerationi tantopere studes; quod et muneris tui est et religionis qua te decoravit Altissimus. Nos quidem quidquid tua et Ordinis quem regis causa facere in Domino poterimus, ubi opus erit, non omitemus. Interim invigila, ut facere te confidimus, gregi tibi credito, ut ab æterno Pastore retributionem accipias; quod tibi Dominus concedat. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die xxxi Maji MDCXVIII, pontificatus nostri anno decimo quarto. Scip. Card. Sanctæ Susannæ.


1467 Neque ipsi Patres Itali, deputati ad sacrum pedem Alba Romam afferendum, indonati rediere; sed, dum alteri altera donabatur S. Matris Reliquia, P. Benigno a S. Michaeli donata est lignea ea crux qua olim S. Mater ad lacessendos retundendosque demones usa est et quæ sepeliendæ manibus impleta fuit. Cessit ea postea, ut ait P. Fredericus, Bononiensi Carmelitissarum cænobio cui a S. Gabriele nomen est. Præter crucem hanc est et Bruxellis lignea S. Teresiæ crucicula, quæ ex una parte plane cupro obducta est, et sic inscripta: Esta cruz llevó E ñra Sta Madre Teresa de Jesus en vida, y despues de muerte se alló en su cama. Id est: Hanc crucem gerebat S. Mater nostra Teresia a Jesu vivens, et reperta fuit in demortuæ lecto.

Plures memo-
rantur S. Te-
resie cruce.

F

1468 Anna a S. Bartholomæo, quæ tumulandum Sanctæ cadaver composuit, eam crucem aliquamdiu penes se servavit, donec illam fuerit largita Annæ a Jesu. Memoriale id amatissimæ suæ Matris pignus hæc, dum vixit, gestavit: Annaque vita functa, convenit inter moniales Bruxellenses ut quæ inter eas priorissæ munus obiret, pendulum hoc e cingulo gestaret pium insigne. Atque ille mos hodieque perdurat. Imo, ut de Montis narrat in Vita Annæ a Jesu (lib. viii, pag. 309, secundum editionem Parisiensem 1788), ut primum anno 1783 exules Carmelitissæ Bruxellenses Sandionysianum conventum ingressæ erant, earum priorissa crucem hanc manibus imposuit Ludovicæ Francicæ, quæ eam tradidit Matri Juliæ quæ tunc ibi priorissæ officium habebat. Et quod narrat laudatus auctor, mihi confirmant Carmelitissæ hujates, quarum in gremio, mo hunc Commentarium scribente, una diem clausit quæ sexagesimo abhinc anno præsens ibi aderat. Opportuna hic quoque mentio fiet alterius crucis de qua Annus Teresianus (tom. IX, p. 343) ex Vita Joannis Palafoxii

ac nominatim
Bruxellensis.



STAVIGULA
大燭台



ROSALE
大鎖



PIED DEUX
大枕



A *lufoxii* (auctore Rosende, lib. II, c. XVIII) sequentia habet, excerpta de Palafoxiano codicillo: Tibi marchioni de Aytona, vero amico dominoque meo, tam digno omnis reverentiae multiplici ex nomine, lego ac dono unam crucem quam S. Teresia secum gerebat, et quam ego quoque, per certas mihi traditam manus, ad pectus meum gessi. Fer ergo eam et tu ad tuum pectus. Est digna quae tuo majoratui annectatur, quippe cum ad tantam pertinuerit Sanctam. Demum etiam hic memoranda est crux lignea, quae S. Teresia gemmea apparere diu consuevit, et de qua alibi (num. 221) jam egimus.

(1) ex scapula
Bruzellis.

1469 Insignis altera quoque Reliquia, os integrum ex scapula quod claviculae nomen habet, apud Carmelitissas Bruzellenses hodie asservatur, quale hic in vicina lamina cernis. Haec Reliquia a Patre viceprovinciali, in hac urbe anno 1833 mortuo, iis legata fuit ea conditione ut Excalceatis viris restitueretur, si forte Bruzellas postliminio regrediantur. Ecce authenticas de ea testimoniales litteras, quae charta pergamena rite exaratae exstant cum ipsius Thomae a Jesu chirographo: Jesus, Maria. Ego Frater Thomas a Jesu, vicarius generalis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum in superiori et inferiori Germania, ac prior conventus Bruzellensis ejusdem Ordinis, fidem facio et attestor me reliquisse in praedicto conventu quoddam os quod ego ipse ex corpore Beatissimae Matris nostrae Teresiae excerpseram, cum definitoris generalis officio in Congregatione Hispaniae ejusdem Ordinis fungerer, praedictumque corpus sanctissimum de mandato admodum Reverendi Patris nostri Praepositi Generalis in quadam arca recluderem. Sicque os ipsum inter Reliquias conventus supradicti in perpetuum in theca argentea includendum curavi. In quorum fidem praesentes dedimus manu propria ac sigillo nostro munitas, hac die prima Aprilis 1617, in praedicto nostro conventu. Fr. Thomas a Jesu, vicarius generalis.

Aliaque Reliquiae plures in Hispania, quarum.

1470 Quae memorandae adhuc restant S. Matris Reliquiae, ordine regionum nunc exequar. In Hispania: Abulae, in eadem Excalceatorum ecclesia S. Teresiae in qua sacer digitus habetur, habetur et ejus baculus, rosarium et sandalium. Ecce hic formam baculi qui pro sacra Reliquia colitur. Sandalium inter duas servatur crystallos, sericis ornatum floribus. Corrigia ex auro est, et planta seu inferior sandalii pars tecta lamina argentea. Istud calceamentum longum est pollices novem et lineas tres, largum pollices tres lineasque novem. Rosarium concatenatos habet trajecto argenteo filo globulos. Ea quae duplicata est pars, longitudinis est ulnae unius cum quadrante; reliqua pars ad extremam crucem usque novem extenditur pollices. Haec de rosario, baculo et sandalio hausta sunt ex D. Boade adjectis ad delineatas a se tabulas annotationibus. Madriti, ut epistola inde mihi xxiv Martii 1840 missa scribitur, in Carmelitissarum coenobio quod a S. Teresia titulum habet, in argentea apprimaeque fabrefacta theca Reliquia colitur de carne S. Teresiae: decisa autem est sacra haec caro in cordis formam, et longa est pollices fere quatuor. Casaraugustae cingulum servatur e corio, Isabella a S. Dominico, anno 1588 in ea civitate monasterium fundatum iens, illud eo attulit. P. Fredericus plura refert portentia quibus id fuit insignitum. Inter alia dicitur pluries inde

stillasse sanguinem: quod omen fuit rerum calamitosarum. De eo cingulo loquitur Yepes lib. IV, cap. II, ubi plura signat miracula per id patrata. In eadem civitate, teste Chronico (tom. VI, lib. XXVI, cap. VII, num. 9), Reliquia e carne S. Teresiae mirabiliter obtenta fuit a Feliciano a S. Joseph Carmelitissa; multaque a Deo per sacrum id pignus facta narrantur prodigia.

1471 Calagurri velum asservari tradit Annus Teresianus (t. IV, pag. 265), quod est theca argentea inclusum. Litteraeque testimoniales ibi recitantur R. P. Provincialis Joannis a Matre Dei anni 1733, quibus constat id in sepulcro M. Isabellae a Jesu anno 1716, decimo a morte ejus anno, repertum fuisse, inter putrefacta reliqua lintea integrum. Nimirum monialis quae aegrotanti Isabellae a Jesu illud velum applicuerat, cum demere neglexisset, simul cum cadavere insertum illud fuit sepulchrali loculamento. Idem Annus Teresianus refert (t. VII, p. 311) servari apud Carmelitissas Malagonenses particulam carnis S. Matris, asseritque plura circa id conspecta prodigia. Compluti, in Excalceatorum Carmelitanorum collegio quod S. Cyrilli nomine appellatur, S. Virginis costam haberi tradit P. Fredericus citato saepe a me eo capite ubi de Reliquiis agit. Ibidem apud Excalceatas tria S. Teresiae intra vitreum tegumentum existunt ossa, luculentis clara ostentis, ut habet Annus Teresianus (t. I, p. 472 et seqq.). Granatae illa asservatur sindon cui S. Teresiae cadaver, dum Abularemansit, involutum jacuit. Venerat primitus ille pannus in manus archiepiscopi Granatensis Martini Carillo de Alderete, qui eum cessit Excalceatis sua civitatis Patribus.

1472 Italia, praeter eas quas jam recensui, sequentibus gaudet S. Teresiae Reliquiis. Romanum S. Pancratii monasterium, quod missionum Carmelitarum seminarium est, non modicum possidet dextrae maxillae fragmentum, cui aliquot coherent dentes. Genuensis S. Annae conventus jure in Italia primigenio, licet proles posthuma, monstrat venerabile signum pignusque amoris et sollicitudinis S. Matris suae Teresiae. Cum enim spiritu praevideret propediem futurum ut in Italiam inferrentur Reformationis primitiae, voluit suae charitatis et amoris monumentum Italicis foundationibus non deesse, atque in hunc finem velum quoddam calicis non inelegans sericum reticulatim contextum propriis manibus elaboravit, ac expresse jussit cedere in subsidium sacrae supellectilis primi conventus qui in Italia fundaretur (Historia Congregationis S. Eliae t. I, l. II, c. XI). Hujus quoque Reliquiae meminit P. Fredericus (lib. V, cap. VII): qui mihi suppeditabit ea quae nunc sequuntur; quamvis me fugit quid a P. Frederici temporibus evaserint sacra haec Itala S. Teresiae pignora. In Carmelitica Lombardiae eremo, ait, costula existit S. Matris; Venetiis vero in Excalceatorum templo dens una frustumque carnis. Item: Placentiae apud nostros Patres de Observantia in ampla decentique theca ab anno 1625 non exiguum servatur linteam quod totum ejus cruore respersum est, et quod festa ejus die venerandum publice exponitur. Plures conjiciunt Sanctam eo usam post asperam flagellationem; verisimilius mihi videtur ejus post mortem cruore imbutum fuisse. Item: Mediolani in conventu nostro authentica exstat memoria qua liquet Madrito ad illum anno 1667 missam fuisse dentem molarem, quam P. Generalis Hispanae Congregationis olim e Sanctae maxilla evellerat. Eidem domui cessit cordis particula, quam a Balbasare, Philippi IV filio, e collo gestatam, ipso vita functo, D. Franciscus Rojas ejus sacellanus ad se receperat. Item: Florentiae apud nostros corona

AUCTORE
V. D. M.

aliquot enumerantur.

E

Item aliae in Italia.

F

AUCTORE
V. D. M.

A sive rosarium in divite hierotheca reposita est pretiosa; dum e contrario ipsa corona, diversis valde globulis constans, deprædicat S. Matris in paupertatem amorem ejusque in hujusmodi pietatis instrumentis ornatuuncularum neglectum. Item: Neapoli in nostra S. Matris Dei ecclesia cappa et simul scapulare quo S. Teresia per noctem utebatur, conservantur. Item: Nostræ S. Josephi Neapolitanæ Excalceatæ possident baculum, particulam carnis et molarem dentem. Item: In celebri sacello, vulgo del Tesoro, particula carnis S. Teresiæ inest argenteæ ejus effigiei, quæ inter effigies Sanctorum urbis Neapolitanæ tutelarium ponitur.

Item alia in
Gallia.

1473 In Gallia: Parisiensis idem conventus qui digito gaudet S. Matris, gaudet quoque ejus pallio, illuc apportato a monialibus quæ ex Hispania primam eam in Gallia domum fundatum venerunt. Refert D. Boucher in Vita B. Mariæ ab Incarnatione (lib. III, p. 367) acerrimos aliquando hujus dolores, ut sacra hac veste tegebatur, fuisse lenitos. Solent illius cænobii novitiæ, solemnia vota proficientes, indui hoc pallio: narratque D. Proyard in Vita Ludovicæ Borbonicæ, filiæ Ludovici XV, hanc, cum in Sandionysiano asceterio Deo solemniter se devotura erat, sollicitasse ut et sibi hæc concederetur gratia; et piis ejus votis fuisse satisfactum, atque apostolico in Gallia Nuntio sacrum illud paludamentum fuisse creditum, qui id in S. Dionysii ferret Parisiosque referret. In altero dein Parisiensi conventu, platea olim de Grenelle, nunc de Vaugirard (ut certior factus sum litteris XVIII Novembris 1840 ex ea domo ad R. D. Tresvaux metropoleos Parisiensis canonicum missis, mihiq; ab obsequiosissimo illo viro communicatis), exstant hodieque ex Teresianæ Reliquiæ quarum P. Ludovicus a S. Teresia in suis Carmeli Excalceati Gallici Annalibus (lib. I, cap. XI) meminit, sic scribens: Maximam ibi ex deaurato ligno hierothecam habemus, duobus fultam ab Angelis, in qua S. Teresiæ carnis particulam (quam recens præfata epistola consumptam dicit), ossiculum unum ac panniculum eo quod de corpore ejus stillat imbutum oleo, veneramur. Additque is annalista deberi Reliquiarum illarum adeptionem Beatrici a Conceptione, uni e sex Carmelitissis Hispanis de quibus mox sermo fuit, et fuisse ex præhabitis attestationibus publicam iis venerationem permissam ab anno 1627. Litteræ autem anni 1840 jam citatæ notant facultatem illam datam (id est renovatam) esse ab archiepiscopo Christophoro de Beaumont. Non hic loquor de epistola S. Teresiæ ad P. Marianum a S. Benedicto, quæ duas cum dimidia paginas capit, in eodemque colitur monasterio, ut nec de tribus aliis epistolis quas tenet altera Parisiensis domus. Prolixum enim esset nomenclaturam facere eorum locorum quæ hoc Reliquiarum genus possident. Quedam tamen alibi nominabo, ubi de Sanctæ epistolæ sermo erit. Demum Baillet (num. 16 Vitæ suæ Teresianæ) ait festo annuo recurrente ejus die exponi solitas fuisse quasdam Reliquias illius in ecclesia B. Mariæ a Victoria, item in altera quæ Vallis gratiæ appellatur. Extra vero Parisios celebrandum venit Sanctæ velum, ejus altera pars servatur apud Carmelitissas Burdigalenses, altera apud Rothomagenses; ut legere est in Vita B. Mariæ ab Incarnatione auctore Boucher (l. III, p. 211), qui et scribit id velum ex Hispania anno 1594 apportatum in Galliam fuisse a D. de Bretigny.

Item in Polonia; præter
multas alias.

1474 Neque longinqua Polonia exors est Teresianarum Reliquiarum. Utenim tradit P. Fredericus, anno 1609 Gracovia compos facta est duorum haud exiguum frustorum carnis ejus, prodigiosum spirantium odorem. Eas Reliquias patriæ suæ compa-

ravit P. Andreas a Jesu, qui e Polonorum gente primus Excalceati Carmeli Reformationem professus est. Tandem præter memoratas hætenus insigniores S. Teresiæ Reliquias, plurimæ aliæ minores existunt, præsertim in Hispania, de qua fidus amicus, cum plures majores nominaret, sic loquitur: Alias inferioris ordinis quod attinet Reliquias, ut sunt vestes, lintea, chartulæ et similia, longum esset omnia percurrere quæ enarrari possent. Atque hæc quæ de Reliquiis S. Teresiæ disserui, eadem claudam animadversione a qua P. Fredericus suam de eodem argumento disputationem auspicatur, scilicet ad specialis divinæ providentiæ decreta esse referendam tantam Reliquiarum ejus distributionem, qua Deus sane voluerit sponsæ suæ exuvias latissime piis honorari obsequiis, illasque cœ instrumenta reputari quibus ipse patret prodigia et elargiatur gratias.

§ LXXIV. De scriptis S. Teresiæ in genere; de libris ejus deperditis aut falso ei attributis, ac de Sanctæ autographis.

De S. Matris libris, quos paucis dumtaxat verbis delibat Ribera, acturus, arrego mihi verba Chronici, quod idem argumentum sequenti exordio aggreditur: Nihil ad propositum cognoscendi S. Teresiam conducere magis potest quam si intelligamus præcellentiam librorum ejus. Hic delegitur animi ejus capacitas, hic produnt se seraphicæ ejus virtutes, hic sine fictione docemur quantum Deus eam habuerit in gratia, ... hic tota Teresia in se ipsa cernitur (lib. V, cap. XXXV).

S. Teresia
composuit li-
bros, quot et
quos.

S. Teresia intra 21 ferme annorum spatium, præter opera deperdita, composuit scripta quæ edita habemus, undecim. Sunt autem:

Vita ejus, capitibus constans 40.

Adjuncta ad Vitam, aliquot paginis (quibus adde breviores tres vitæ Relationes).

Via Perfectionis, capitibus 42.

Castellum animæ, seu Septem Mansiones.

Liber Foundationum, capitibus 31 ultra Fundationem Granatensem, quam descripsit Ven. Anna a Jesu.

De ratione visitandi conventus monialium Ord. Carm. Excalce.

Conceptus amoris divini super quædam Cantici Cantorum verba, capitibus 7.

Exclamationes vel Meditationes animæ ad Deum suum.

Monita S. Teresiæ ad moniales suas, 69.

Monita alia, 19.

Pœmata spiritualia, sub hispanico nomine Glosa, Villanicos aut Coplas.

Epistolæ, hispanice quatuor voluminibus vulgo contentæ.

Quod autem ad Constitutiones a Sancta ad monialium suarum regimen compositas scriptasque spectat, dicetur paragraphis secuturis.

1476 Aliquot minoris molis S. Matris volumina periire, de quibus pauca hic prælibabo. 1^o Testatur P. Joannes a Jesu Maria (lib. I, cap. VI) eam vanissimæ equestrium librorum lectioni una cum fratre Roderico ita se dedisse, ut, sermonis proprietates et tropos brevi perdiscens, ejus generis librum elaboraverit; quo tam insolito puella labore multorum linguas

Aliquot Sanctæ
opuscula
interiere: v. g.
liber fabularum.

A linguas excitavit. Ergo adhuc virguncula composuit fabulare sive romanticum de heroibus opusculum, quomodo non ex genere eorum quae hodie factitantur, et delirae plerumque imaginationis sunt factus; non minus noxii quam grati malesanis et leviculis lectoribus. Nihil quidem inhonesti virgo, obscenitatem semper perosa, carmini illi inaspererat: attamen, cum postea adeo detestata sit hujusmodi lectas a se fabulas, sine dubio doluit tales a se compositas; ac confici potest ipsammet has suas pagellas destruxisse.

libellus de melancholia, cantiones quaedam, prophetia de Lusitania.

1477 2° In libro *Foundationum* (cap. vii, num. 1) meminit Sancta libelli in quo egerat de melancholia. 3° Plura quam exstant carmina spiritualia ab ea novimus composita ad piam magnis Ecclesiae solemnitatibus excitandam laetitiam. Hujusmodi cantionum meminit tom. I, epist. 31, citatque tres strophas. *Chronicum* quoque (lib. xiii, cap. xx, num. 2) exhibet intercalarem versum odes cujusdam quam Sancta fecerat celebratura ingressum in Religionem nobilissimae Helenae de Quiroga. Item (lib. vi, cap. x, num. 2) dicitur in canobio suo Methymnensi hujusmodi cantica pepigisse. 4° In *Hagiologio Lusitano* Georgius Cardoso, ad xv Januarii, scriptam refert Teresiae de regno Lusitano prophetiam, cujus ipsum manu ejus exaratum exemplar conservari ait in deserto Ordinis Batuecano. *Chronicum* vero continuator (lib. xxiv, cap. xiv, num. 1) authenticum perisse et solum apographum conservari existimat. 5° Epistola sua ad Laurentium fratrem suum meminit Sancta libelli a se scripti de oratione quae dici solet quietudinis (tom. I, ep. 33, num. 4). 6° Interiit et canticum super nomine Jesu (tom. I, ep. 30, num. 14).

monita ad Philippum II,

1478 7° Sanctam monita spiritualia, cum anno 1569 Madriti esset, Philippo II transmisisse narrat P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 1, not. 2, 3 et 4) secundum ea quae Ven. Isabella a S. Dominico, Teresiae illo in itinere comes, ex hujus ore audierat: et inter alia ait Sanctam nostram cum monuisse de cura salutis habenda, intrepide scilicet ei dicendo recordaretur Saulis electi et uncti et tamen se perditum euntis; ita ut rex, meditatus chartam, suspensio aliquamdiu steterit animo, ac demum dixerit: Quidni coram videam hanc feminam! Sed Teresia, cum acciebat, jam urbe discesserat. Confici autem potest quae pia audacia humilis virgo potentem monarcham porro compellaverit, ex zeli impetu quo capite xxi Vitae suae aliquot ante annis, regibus et principibus apprecans altissimum orandi donum, exclamavit: Hoc si habeant, parati sint vel mille amittere regna, ut aut fidem paululum adaugeant et propagent, aut haereticis vel tantillum lucis praebant.... O Domine, si eo me statu posuisses quo plena voce hoc eis proloqui fuisset datum, non mihi crederent quidem, sed satisfacerem ego mihi. . . Equidem videor mihi vitam parvi pensura, ut unam hujusmodi veritatem eis declarem. . . Esto sim quae sum, tantus ad haec illis qui in alios imperium exercent, dicenda, in me fervet impetus, ut tota consumar. Ast ad te, Domine, cum plus non valeam, me convertito, supplicans ut remedium malo tu ipse adhibeas. Nosti quippe me, modo eo statu sim quo te non offendam, libentissime velle exspoliari gratis quas in me contulisti, ut in reges illae transferantur. Nam scio impossibile tum fore ut tolerent ipsi res quas modo tolerant; ac magnum inde bonum sequeretur. O mi Deus! tu ipse instrue eos, ut intelligant officium suum. Verum abrumpendum mihi est, ne Sancta eloquentia ultra praescriptos mihi fines proripiat.

1479 8° Constat plures Sanctae epistolas edax rerum tempus aut male consultam pietatem aliasve

causas nobis invidisse. Non solum enim nulla ante 1560 ab ea scripta epistola prae manibus est, sed et nulla ad S. Joannem a Cruce directa, nulla ad Annam a S. Bartholomaeo, nec ad Annam a Jesu, praeter unam et aliquot fragmenta. Deest illa quam ad Nuntium Segammis se dicit (tom. IV, epist. 26). Desunt plures earum quas R. P. Generali Rubeo scripsit, teste epist. 13 tom. I. Evanuit alia ad canonicum Moyam missa, de qua latius sermo erit postea. Atque aliae periire plures de quibus ipsa loquitur in praesentibus suis litteris. Quod si causas cur epistolae eae interierint, quaeramus, varias invenimus. Interdum mandabat Sancta ut receptae suae litterae statim destruerentur; sicut jussisse legitur tomo I, epist. 25, num. 3: quae tamen epistola felici sorte servata fuit. Ita quoque paulo ante mortem suam rogavit Annam a Jesu, ut omnes quas ei scripserat epistolas, cremaret; quia, ut aiebat, maxime arcana et momentosa ei aperuerat, quae nefas esset a morte sua evulgari. In instrumentis enim quae in archivo Carmelitissarum Bruzellen-sium super causa beatificationis Ven. Annae a Jesu etiamnunc asservantur, legitur monialis quaedam, nomine Maria a SS. Trinitate, esse testata se illud ex ipsius Annae ore audivisse (in responso ad quest. 40: An Teresia Annam a Jesu pro Sancta habuerit). Sic denique tom. II, epist. 39, num. 6, rogat Sancta Gratianum ut notabiliora loca excerptat, litterasque comburat, eo quod salebroso eo rerum statu potuisset illis divulgatis non leve damnum enasci.

1480 Ea similiter de causa S. Joannes a Cruce, in continuis fere persecutionibus versans, videtur missas sibi a S. Matre lacerasse litteras. Saltem hoc cum fecisse versus finem anni 1577 narrat P. Marcus a S. Francisco in Vita ejus (cap. xxvi), cum jussu Tostati capiebatur, eo quod partes S. Teresiae qua confessarius monasterii Incarnationis tenere crederetur. Conducto nempe ad priorem monasterii Mitigatorum Joanni in sacristia morandum cum esset, donec prior actionem gratiarum Deo post Missae celebrationem absolvisset, recordatus Joannes relictarum domi chartarum, quas raptim captus destruere non potuerat, proripuit se e sacristia, et celeri pede domum cucurrit; atque ablata e sera clavi, domo includens se, alias chartulas dilaceravit, mandit alias: quo completo, fores pulsantibus emissariis ultro aperuit, sinens se, quo vellent, abduci. Haec autem idcirco paulo latius retuli, ut pateat P. Antonium a S. Josepho (in prologo ad tomum III Epistolarum, et nota 5 ad epist. 40 tom. II) a vero devium esse, cum ait S. Joannem a Cruce omnes S. Matris epistolas ex heroica mortificatione abolevisse. Alia denique ratio cur plures epistolae exciderint, est quod truncarentur subscriptione, abscisso Teresiae nomine, quod thecis reliquiariis inserebatur: unde facile dissipabantur. Si namque aliena manu (quam infirma Teresia saepe mutuari cogeatur) epistola erat exorata, nomine abscisso, pretium omne cum subscriptione amittebat; si vero exarata erat manu ejus, dubius nihilominus facile evadebat auctor manuscriptorum, cum e solo jam styli et apicum caractere posset dignosci.

1481 Sunt qui affirmant multas adhuc hodie epistolas ineditas delitescere. Clarum est hic rationem non habendam P. Frederici a S. Antonio, dicentis aliquot hujusmodi nos fugere; siquidem ipse edidit S. Matris Vitam anno 1752, et exin, anno scilicet 1771, duo adhuc volumina epistolarum lucem aspexerunt. Sed attendo ad id quod in ipso duplicis posterioris voluminis prologo dicitur, nempe multas superare quae delegantur, item ad id quod habet D. Boucher (lib. ix), ubi ait compertum sibi esse penes

AUCTORE V. D. M. ac tandem plures epistolas. Causa earum factura.

E

S. Joannes a Cruce destruxit plures, sed non ex mortificatione, ut fert P. Antonius a S. Josepho.

F

Existere etiamnum multas ineditas, ut videt D. Boucher, falsum videtur.

AUCTORE
V. D. M.

A penes Carmelitanas Burgenses plures adhuc existere, seque suspicari latere multas in monasteriis. At non videtur hoc veritate niti. Equidem ut conscribenda Vita S. Teresiae mihi manus admoventia fuit, harum epistolarum venam et thesaurum noscendi cupiditate ductus, nil moratus Madritum me illico verti ad diligentissimum et obsequentissimum virum P. Ignatium Lerdo; qui XXIV Martii 1840 mihi sequentia respondit: Inficiandum videtur quod D. Boucher affirmat de existentia plurimarum epistolarum ineditarum in cœnobio Burgensi et aliis tum ejusdem tum alieni Ordinis. Saltem ignoratur hujusmodi litterarum hodierna existentia ab uno etiam ex præcipuis illius Ordinis hominibus, qui, licet in illa domo Burgensi nuper per semestre degerit, a secretis existens Reverendissimi P. Generalis, et rerum omnium S. Matrem attingentium plurimum amans sit, nil tamen unquam de hujusmodi litteris audivit. Dicitur certe vulgari voce, multas ejus generis epistolas extare tum apud pias aliquot familias tum apud moniales tum inter alias religiosas domos. At plerumque tantum subscriptiones sunt; aut, si epistolæ sint, jam editas credere licet: siquidem ineditæ post prolixas sæculi antea indagines certe paucæ remanent. Nullam equidem inveni, etsi a monialibus Complutensibus quoque, quæ plurimas servare dicebantur, exquisivi. Atque hæc de scriptis Teresiae deperditis. Jam vero de quibusdam ei falso adscriptis.

Spuria quæ
Sancto tribu-
ta fuere scri-
pta: prophetia
excidii Socie-
tatis Jesu;
atque ode:
No me mueve,
etc.,

1482 Taceo spurium epistolæ fragmentum quo Teresiam Societatis Jesu excidium prædixisse mentiti sunt calumniatores quidam Hispani, qui Ordinis hujus ruinam sæculo præterito machinabantur: de quo postea latius. Porro hodierni quidam, quos secutus est auctor Gallus in nuperrima S. Teresiae Vita, huic adscribere veriti non sunt famosum illud canticum cujus initium sic sonat:

No me mueve, mi Dios, para quererte
El cielo, que me tienes prometido:
Ni me mueve el infierno tan temido
Para dexas por eso de ofenderte.

Sive juxta latinam versionem quam P. Franciscus Garcia anno 1676 fecit:

O Deus! Ego amo te,
Nec amo te, ut salves me,
Aut quia non amantes te
Æterno punis igne.

C Edita sapissime fuerat hæc ode, jam S. Ignatio, jam S. Francisco Xaverio inscripta: utri autem eorum jure, disceptari poterit in Vita S. Francisci Xaverii ad III Decembris. Ast eorum qui S. Teresiae eam adscribunt, tam recens est commentum et absque ullo vel minimo fundamento, ut ipse laudatissimus Carmeli Ordo, cum concinnabat anno 1752 plenissimam Teresianorum operum editionem, aut ignoravit hanc opinionem, probabiliter tunc nondum natam, aut judicavit eam carere omni specie veri; ita ut ne vel refutandam aut etiam memorandam illam duxerit. Novum quidem certe, ait (p. 231) editor Epistolarum S. Ignatii quæ Bononiæ anno 1804 prodierunt, sed sane mirum id mihi non accidit; quandoquidem non puduit nonnullos Xaverium ipsum Carmelitana veste et insignibus ostentare graphice depictum, ipsa licet meridiana luce, orbis Christiani consensu ac certissimis ejusdem Xaverii testimoniis nequicquam reclamantibus. Nempe in hæc incidimus tempora quibus apertissima quæque veritas contemnitur. Ast me tædet in re adeo perspicua diutius immorari. Ita doctissimus editor.

1483 Tractatu autem dignior est questio utrum liber cui titulus: Septem Meditationes in Orationem

Dominicam, etc., Teresianus sit necne. Dicit Bibl. Hisp. nova Nicolai Antonii, Madriti edita anno 1788 (art. S. Teresia), id opusculum jam anno 1615 Madriti prodixisse una cum Conceptibus S. Teresiae in Canticum Canticorum; ac Chronicum (lib. v, cap. XLII, num. 7), affirmat id jam aliquot annos a pluribus typographis pervulgatum fuisse, quando Balthasar Moretus anno 1630 id pulchræ magis quam fidei hispanæ suæ operum Teresianorum editioni inclusit cum præeunte hac præfatiuncula: Meditationes istæ in Orationem Dominicam reperiuntur inter fragmenta Conceptuum in Canticum Canticorum S. M. Teresiae, quæ apud D. Isabellam de Avellaneda, D. Dionysii de Cardenas, quondam præsidentis consilii Ordinum, uxorem, asservabantur; quarum in Vita ipsius nulla fit mentio, quia in perditis habebantur. Sed non a Moreto profectum hoc est proœmium, ut Chronicum male innuit, illi imputans propagatum inde errorem quo Teresiae liber haberi cœpit: jam enim id reperitur in latina S. Teresiae versione anni 1626 quam ex hispano Martinezius adornarat; imo verisimiliter illud idem est in priore illius versionis editione anni 1620, quæ mihi ad manum non est, sed quæ per omnia secundæ similis fuisse videtur. Ex male consulto hoc prologo factum est ut Meditationes illæ passim Teresianæ haberi cœperint. Ut tales eas propugnat P. Martialis a S. Joanne Baptista in sua Bibliotheca Ord. Carm. Exc., ac tales quoque æstimarunt Arnould d'Andilly et Emery, quorum ille eas inseruit versioni suæ gallicæ, hic vero gallico suo operi: Esprit de S. Thérèse. Teresianas quoque eas habent du Serre-Figon (in annotationibus ad suam S. Teresiae Panegyrim) et P. Joannes a S. Ludovico in sua Vita Teresiana (lib. VI, cap. VIII). Ac narrat P. Fredericus a S. Antonio (lib. IV, cap. X, in nota) auctorem prologi Placentinæ editionis anni 1631 falsis adeo argumentis contendere id opusculum a Teresia profectum esse, ut non tantum stylum male dicat Teresiano similem, sed et ut e S. Scripturæ congestis in eo libro locis probare velit S. Matrem, ut alterum S. Bernardum, continuo aut uti Sacrarum Litterarum vocibus, aut verbum non proferre quod iis non innitatur. Ast quis, præter perspicacem istum phrascologum, in S. Teresiae scriptis tantam ejus cum S. Scriptura familiaritatem advertere usquam potuit?

1484 Anceps videtur aliorum sententia, v. g. Patrum Carmelitanorum qui editionem operum S. Matris anno 1752 paraverunt, revulgatam anno 1793. Quamvis enim valde propendeant ad opusculum illud S. Matri adjudicandum, portam tamen dicunt se apertam relinquere exploratori critice. Dubia quoque hæret Bibliotheca Carmelitana (art. S. Teresia). Dubius item Butler (in notis ad Vitam S. Teresiae). Dubius tandem, et ab hispano textu dissentiens, imo non satis sibi consentiens, P. Gabriel a Cruce, auctor gallicæ versionis Chronici, qui tom. II, pag. 664, sibi non plene perspectum esse ait librum esse a S. Teresia, dum p. 645 dicit eum non videri sibi ad Teresiam pertinere ob rationes quas promittit se allaturum, et quas tamen, in hispanum textum infidelis, celat toto a se verso volumine. Ast, præter P. Matthiam a S. Arnoldo, qui Opera S. Matris germanica fecit, Teresiae librum illum abnegant P. Fredericus a S. Antonio (lib. IV, cap. X) et auctor Chronici (lib. V, cap. XXXV, num. 8, et cap. XLII, num. 6 et seqq.); ac etiam P. Joseph a S. Teresia, Chronici continuator, in quarto tomo (l. XV, c. VII, n. 8) conjicit Meditationes istas non a S. Matre, sed a quodam P. Carmelitano scriptas esse. Ex quo persistisse videtur in Ordine ea traditio seu persuasio, cum

at etiam 7
meditationes
in Orat. Do-
min. Error a
multis admis-
sus circa hoc.
D

E

dum aut dubii
hærebant.
F

A cum quartus *Chronicus* tomus quadragesimo post primum tomum anno lucem aspexerit.

Fundamentum illius opinionis caducum est: nec propendit in eam Carmeli Ordo. Argumentum negativum contra eam.

1485 *Præcipuum autem fundamentum cui superstructa olim fuit vulgata hodie satis opinio qua is libellus S. Teresiae adscribitur, videtur fuisse allegata jam præfatiuncula, nescio a quo primum confecta: cujus si pendantur verba, nil probabile sonare intelligitur. Caduca quoque est ratio quæ obtenditur, nempe has pagellas consutas fuisse cum opere quodam Teresiano, et quidem cum fragmentis Conceptuum in Canticum Canticorum, quem librum, Teresiae manu scriptum, novimus ab ea ex integro igni fuisse traditum, ita ut nobis dumtaxat pars supersit a moniali quadam prius exscripta. Si quis autem striete concludere velit geminum esse S. Matris factum, eo quod hinc libelli una essent compacti, eodem fere jure dixerit ille binos esse fratres, simul ac duo viri idem contubernium occupant. Imo etsi dictum et demonstratum esset inventas eas Meditationes propria Sanctæ manu fuisse scriptas, minime fuisset confecta res, cum dubitari potuisset utrum Sancta eas aliunde non exscripsisset. Quin universalis Ordinis sensus, ut ait *Chronicum*, non propendit ad id opus S. Matri attribuendum; eo quod, ut additur ibi,*

B filii ejus, assidue operum ejus lectioni intenti, detegunt in eo dictionem et quoad substantiam et quoad formam S. Matri plane inusitatam. Præterea, si quid argumentum negativum valet, P. Antonius a Jesu, S. Joannes a Cruce, Hieronymus Gratianus, Anna a Jesu et Anna a S. Bartholomæo, qui omnes S. Matri familiarissimi fuerunt et pernoverant scripta, ut et ejus biographi Ribera, Yepes ac Joannes a Jesu Maria, suo de hoc libello silentio demonstrant elucubrationem non esse Teresianam, cum scriptum hoc super tali argumento tot ac tales viros fugere non potuisset. Demum, quid S. Virginem induxerit ut Orationem Dominicam de novo tractaret, quam tam feliciter tractarat in Via perfectionis?

P. Fredericus a S. Antonio demonstrat eum librum spiritum et stylo minime Teresiano.

1486 Juvat pro coronide duo egregia loca excerpta hic proferre, alterum e *Chronico* (lib. v, cap. XLII, num. 9), alterum e P. Frederico a S. Antonio (lib. iv, cap. x): ubi hic ita loquitur: Scripta S. Teresiae distinctum habent characterem. Stylo politissimo purissimoque exarata sunt ejus scripta, nulla tamen affectatione inspersa, ut fatetur quotusquisque Castellani idiomatis aliquantum peritus est. A lepidis salibus non abstinet Sancta Virgo, et continuo demittit se, seseque proclamat magnam peccatricem, ignaram mulierem, et ad nihil utilem. Licet Deus eam sublimaverit ad insigniter implendum altissimorum arcanorum magisterium, non alios tamen quam suas filias in participationem suorum documentorum vocare audet, et vix sustinet filiorum comminisci. Divino dein æstro abrepta, sæpe admittit digressiones, frequenter exclamationes et grates Deo actas; quodque maxime singulare est, quotiescumque humilitas atque caritas sermoni implicatur, nequit non esse diffusa. Similis vero character non apparet in Meditationibus de Oratione Dominica. Sunt hæ scriptæ valde methodice; inscriptæ uni homini; videntur dictatæ a docto scholastico; et absque ulla perturbatione servatur orationis ordo, introductio, materia et clausula. Sapiunt verba Teresiae sanctum troporum neglectum et ingenium leporem, cum amabili simplicitate conjunctum; ars vero et studium aperte se produnt in harum Meditationum auctore. Legatur, si placet, expositio Orationis Dominicae, inserta a S. Virgine libro suo de Via perfectionis, conferaturque cum anonymi Meditationibus: manifeste ex hac comparatione elucescet mira dissimilitudo.

1487 Non nego Sanctam Matrem præditam fuisse

donum Sacras Paginas interpretandi. . . Verum ejus notitia constringebatur inter versiculos quos e suo Breviario lectitabat, et Sancta Evangelia, quæ non sine magnis animi motibusolvebat. Sed numquam hoc donum in publicum prodidit. Sacra Biblia ex ipsis fontibus non legit, et Toleti renuit admittere novitiam ob id solum quod ex hac intellexerat talem librum penes eam esse. Sacra Salomonis Cantica explicuit; sed quantum ex paucis reliquiis apparet, aberat methodus, et tantum aliquot versiculos, e Breviario et concionatorum orationibus haustos, evolvendos susceperat. Contra in Meditationibus, quæ minusculum tractatum constituunt, observatur homo in lectione Sacrarum Scripturarum versatus. Citantur in eis gesta et textus e Genesi, Deuteronomio, Ecclesiastico et Apocalypsi. Expresse immiscetur prologo caput sextum Levitici; quod Teresia fecisset numquam, etiamsi ei nota fuisset lex illic memorata, qua sacerdoti incumberebat focum altaris novis lignis semper fovere. In tertia petitione scripturisticae phrasæ adhibentur, et dicitur: « Atque propterea monet Hierosolymam » fornicariam et adulteram, invitans eam ad agendam pœnitentiam, ut ad se redeat. » Qui termini a Sanctæ Virginis stylo prorsus alieni sunt. In quarta petitione, ad explicandum verba: « Panem » nostrum quotidianum da nobis hodie », et adstruendum primo loco quærendum esse Regnum Dei, explicatur eadem petitio alterius Evangelistæ verbis: « Atque illud declarare voluit per S. Matthæum, docens nos rogare illum ipsum panem: » Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. » Quid plura? In septima petitione perhibetur in Sacra Scriptura exstare aliquot devotissimas orationes, compositas a sanctis hominibus, motis a Spiritu Sancto; quales publicanus Evangelii, Anna mater Samuelis, Judith, rex Manasses, Daniel, Judas Machabæus: et summatim subditur: « Orationibus » vocalibus his similibus plena est Scriptura Sacra. » Sitne talis indoles et dictio Teresiae, aliis me peritioribus dijudicandum relinquo.

1488 *Chronicum* vero sic inquit: Si mediocri attentione inter se conferantur ambæ explicationes, tanta patet differentia ut ambigam extentne scripta magis dissona quoad dispositionem, expositionem, concludendi modum atque stylum. Et quidem videtur fieri non posse, ut, cum reliqui S. Matris libri inter se tam similes sint, hæ Meditationes a cæteris in tantum discrepent. Utitur auctor hujus libri sive tractatus dispositione valde methodica et speculativa, stylo artificioso et culto, accurata collocatione clausularum verborumque, textusque Scripturæ Sacræ allegat non vulgares, eosque elucidat explicationibus formam sapientibus theologice. Quæ omnia distant et aliena sunt ab his quæ in reliquis gloriosæ nostræ Sanctæ libris videmus. hic quippe stylus et dispositio muliebri simplicitati magis quadrat. Attamen modo prorsus superiori, non humano artificio, sed illustratione et sapientia divina, transcendit optimos præcellentia tam superni fervoris ut nemo humano consilio eam imitari queat. Et re quidem vera, quantumvis tentaverit ille auctor, minime valuit; et tanto intervallo posterior fuit, ut nemo unus, mediocriter in Sanctæ Virginis libros legendo versatus, si legat has Meditationes, id non continuo clare intelligat; quod quidem optima probatio erit nostri propositi: atque idcirco superfluum foret diutius inhærere rei tam manifestæ.

1489 Assertis modo suis Teresiae libris, investigemus quænam supersint scripta ejus autographa. Prius tamen quædam prænotanda sunt, et refellenda.

AUCTORE V. D. M. et e. citata ibi sæpe S. Scriptura, ut « dispositis ordinatim ibi argumentis. »

E

quod simili fere modo præbat *Chronicum*.

F

Nonnulla in Teresiae autographis delicta esse menda.

AUCTORE
V. D. M.

A nonnulla clarorum scriptorum dicta. Imprimis affirmat Yepes tam facilem fuisse Teresiae manum et tam certum calamus, scribentis licet velociter, ut nulla in scriptis ejus reperirentur deleta menda. Ast P. Franciscus a S. Maria, qui, conscripturus Ordinis Chronicum, anno 1634 et iterum anno 1641 quatuor MSS. quae in bibliotheca sunt palatii Escorialis, sedulo inspexerat, pro rei veritate asserendum sibi esse ait, non solum quaedam in iis autographis mutata esse verba, sed et tres nonnusquam aut etiam plures lineas a scribente esse correctas, non quidem ut sententiam mutaret, sed ut dicendi modum emendaret. In chartae margine quoque, qui plerumque in Teresiae scriptis arctus est, quaedam ejusdem manu sunt adjecta, ut et nonnulla medias inter lineas (lib. v, cap. xxxv, n. 2 et 3).

ad firmam ritidamque esse ejus manum notatur.

B 1490 Dein P. Fredericus (lib. iv, cap. xiv) perspicuam esse negat S. Teresiae scripturam; et, postquam Annae a S. Bartholomaeo characterem lectu perdifficilem dixit, affirmat characterem Teresiae vix meliorem esse, sed alterum alteri similem; atque comprobat tum Caramuclem, qui in Vita Ven. P. Dominici a Jesu Maria (num. 1097) asserit Annam, cujus manum inelegantem fatetur, non aliter scripsisse quam Teresiam, tum Henriquezium, qui in Vita ejusdem Annae (lib. ii, cap. xviii) pariter tenet Annae scripturam, lectori valde ingratam, ejusdem esse formae et characteris ac scriptura est Teresiae. His ego auctoribus, relicto in medio Annae scribendi modo, contradicere cogor quantum attinet Teresiae manum; ac plane adhuc P. Franciscus a S. Maria, in examinandis volvendisque Teresiae scriptis versatissimo, qui in Chronico (lib. v, cap. xxxv, num. 3) contrarium prorsus judicium fert de characterem scripturae Sanctae suae Matris, dicens hanc esse claram, distinctam, bene formatam, ita ut inter quorumlibet manuscripta primum cuique sit Teresiana distinguere: Es su letra conocida entre todas, clara, distinta, bien formada. Verum ipsi P. Francisco assentiri non possum in eo quod addit, Teresiae scripta manum referre faemineam: Su letra... no sale de la esfera de las mugeres. Nam in iis Teresiae manuscriptis quae datum mihi fuit inspicere, tornatae apparent firmo stylo litterae, masculi utique animi in virgine indices, si verum est in scripturae characterem prodere se animos scribentium. Judicent ipsi lectores num quid muliebri sit in forma litterarum laminae ad Riberæ l. iii, c. i, inserendae; quae professionem ejus exhibet, quam XIII Julii 1571, cum priorissa facta esset monasterii Incarnationis, pronuntiavit, et cujus autographum Madriti asservatur in monasterio S. Annae. Nec supervacaneum est annotare epistolarum quas vidi Teresianarum characterem characteri incisae illius formulae esse consimilimum.

Quinque, ultra multas epistolas, notantur autographa.

C 1491 Ex Teresiae libris, praeter epistolas, aliquot conservantur manu ipsius scripti; reliqui perire, qui eo facilius exciderunt quod sunt e minoribus ejus tractatibus. Eos recuperandi spes medio saeculo decimo septimo adhuc affulgebat auctori Chronici (lib. v, cap. xxxv, num. 11), eo quod quidam e magnatibus Hispanis alteri aperuisse diceretur quaedam penes se solerter conservari S. Teresiae autographa, quae non nominarat tamen. Ac revera, toto post saeculo, Annus Teresianus (tom. VII, p. 152, Madriti 1758) ait inventa nuper fuisse duo autographa minora, nempe partem Exclamationum apud Carmelitissas Granatenses, et codicem Cationum in eremo Carmeli Genuensis. Quatuor hujusmodi volumina, scilicet Vitae, Viae perfectionis, Foundationum et de Ratione visitandi monasteria, una cum atramentariis quibus Sancta usa fuit, adhuc hodie eodem statu

et loco quibus olim, asservantur in regia bibliotheca palatii Escorialis, unica repositorii clavi permanente penes unum e PP. Hieronymianis: sicut certior factus sum litteris ex ipso Escorialensi monasterio III Martii 1842 datis. Tempore tamen dominationis gallicanae sub Napoleone haec cimelia cum aliis Madritum delata fuerunt. Magna cum veneratione habentur, et reposita sunt post cancellos ferreos in armariolo e pretiosis lignis affabre subtilique opere confecto et sua obserato clavi (Yepes, lib. iii, cap. xix, et Chronicum lib. v, cap. xxxv, num. 11): quam quidam (v. g. Becchetti in italica Hist. Eccl. 4 ult. saec., lib. xxii, num. 109, ac Butler not. d) dicunt Philippum II semper penes se tenuisse. Mihi vero probabilius videntur Yepesi voces: un escritorio mui rico, y cerrado continuamente con su llave, quibus videntur ii auctores niti, dumtaxat significare fuisse armariolum istud propria sibi clavi clausum. Ut sit, hi S. Virginis codices olim, Yepesio teste, atque etiam hodie ut gaza sacra exhibentur. Eadem theca custodiuntur duo veterrimi libri, quorum alter exemplar est tractatus de Baptismo parvulorum, quod perhibent S. Augustini autographum esse, quantumvis litterarum forma illud nil minus quam Africanum esse prodatur; alter vero scriptum est graecum, quod non meliori jure dixerunt manu esse S. Joannis Chrysostomi exaratum, dum alii simpliciter tenent librum esse qui ex bibliotheca ejus perennat.

1492 Narrat autem Chronicum (lib. v, cap. xxxv, num. 9 et seqq.) quomodo duo e quatuor iis manuscriptis, Liber Foundationum scilicet et de Ratione visitandi, eo pervenerint. Cum undique conquireret Philippus II sacra cimelia quae congereret in suum recens exstructum palatium Escoriale, a vicario generali Ordinis petivit manuscripta Teresiae, cujus fama sanctitatis jam percrebuerat et cujus eloquentiae vim ipse rex pluries fuerat expertus. Scripsit itaque vicarius generalis doctori Sobrino, qui anno 1588 primam operum Teresianorum editionem Salmanticae, mortuo Ludovico de Leon, curarat, sequentem epistolam, cujus authenticum exemplar in Ordinis archivo P. Franciscus a S. Maria conservatum dicit: Pax Christi, etc. Avet regis nostri Majestas collocare in regio S. Laurentii monasterio libros originales bonae Matris Teresiae a Jesu; unde multum gavisa est nostra Religio. Et quoniam tu binos tenes, mandavit mihi ut te litteris invitarem ad eos credendos viro quem R. P. F. Didacus de Yepes, prior S. Laurentii, indicaverit, ut regiae Majestatis consilium impleatur, et libri serventur, ubi tam bene et cum tanto bonae Matris honore servabuntur. Quod quoniam cupisti atque cupis, persuasum mihi habeo id tibi gratissimum futurum... Madriti, III Junii anni MDXCII. Fr. Nicolaus a Jesu Maria, vicarius generalis. Ergo XVIII Augusti ejusdem anni doctor Sobrino duo praefata manuscripta tradidit Garciae de Loaysa, paedagogo tum regii principis et postea archiepiscopo Toletano, qui et ipse ea tradidit Didaco Yepes, confessario tunc temporis Philippi II. Quomodo autem aut quando duo alia autographa, Vitae scilicet ac Viae perfectionis, in eam bibliothecam fuerint delata, me praeterit, dubitantem fuerintne a vicario generali vel ab Anna a Jesu, an vero ab Inquisitorum praefecto aut alio quocumque.

Autographa Foundationum ac Rationis visitandi.

1493 Auctor Chronici formam horum manuscriptorum, quae inspexerat anno 1641, ita refert: Illud Vitae exemplar scriptum est integro folio, valde exiguis relictis marginibus, et ducenta tria folia capit. Aliquot lineas, interdum duas tresve simul, oblitteratas habet, atque in linearum intervallo aut aliquando ad marginem aliquot voces suppletas. Sic incipit:

ut et illud Vitae.

A incipit: « Quisiera yo que como me han mandado » y dado larga licencia » etc.; quod nunc prologi vices gerit, licet Sancta hunc aliumve terminum studium sapientem minime adhibuerit, ubique simplicitatem humilitatemque præ se ferens. Unde sequitur titulum primi folii ad textum non pertinere, eumque mutaverunt typographi. Quod præcedit hunc prologum non magis ad textum spectat, atque adeo manu a Teresie manu diversa exaratum est; nam, ut dictum fuit, prima Sanctæ vox sonat: « Quisiera yo ». Post hunc ingressum sive prologum venit caput primum, quod manu Sanctæ scriptum est, ut et id quod sequitur, nempe totum libri corpus et tituli capitulum. Clauditur totum opus his verbis: « No permita se pierda esta alma que » con tantos artificios y maneras y tantas vezes ha » sacado su Magestad del infierno, y traído á sí. » Amen. » Sequitur deinde epistola ipsius S. Matris manu exarata, qua mittit librum ad virum quo mandante eum scripserat. . . ; quæ ad finem Vitæ impressa exstat, et incipit: « El Espiritu Santo sea » siempre con V. M. Amen. » Atque clauditur his verbis: « Para siempre jamás le alabemos. » Aperit in hac epistola quam parum temporis sibi affuerit ad hunc scribendum librum, et sibi non licuisse eum integrum relegere. Et, me iudice, hæc fuit causa cur non mutaverit annum MDLXII et mensem Junium; quod, ut animadversum fuit, et nos monuit P. Magister Bañez, intelligitur de prioriscriptione, nondum ulla fundatione facta, non de posteriore scriptione, cum jam unum fundasset monasterium. In fine totius libri exstat approbatio P. Magistri Bañez, duobus et medio foliis concepta, integre hujus manu scripta vii Julii anno MDLXXV. Judicandum est hanc eandem esse ac illam quam jussu supremi consilii Inquisitionis condidit, cum hoc tribunal anno MDLXXIV (imo 1575), S. Matre Veasi versante, librum recognoscendum mandavit. Cum enim P. Bañez anno MDLXXV librum approbaverit, atque hæc approbatio libro assuta fuerit, non infirma conjectura est hac occasione dictam approbationem datam fuisse. *Hactenus Chronicum* (lib. v, cap. xxxvi, num. 9). De eo autem quod hic dicitur, epistolam ad P. Garciam de Toledo esse, ac Teresiam erronee mensem et annum exscripsisse, agam § sequenti.

Fundum ille in Carmelitanarum monasterium sexcentis aureis coemerat, trecentos largitus fuerat in fundationem alterius domus, tres novitias dotarat, aliaque bona magnifice contulerat domui Hispalensi. Dein unica hujus filia et hæres Catharina illud S. Matris scriptum in monasterium Hispalense, in quo Religionis habitu donata est, detulit; atque id postea Joanna de Mendoza, ducissa de Beguiar, in eodem monasterio novitia, tabulis argenteis ac smaragdis vestendum curavit. Quod pretiosissimum munus, ibidem etiam hodie servari, certior sum factus litteris XXVIII Aprilis 1842 Hispali missis a R. P. Nicolao Montemayor S. J., quibus mandat se illud manu tenuisse, perlegisse pluries, sæpeque fuisse osculatum.

AUCTORE
V. D. M.
D

1496 Tandem supra Escorialense, plura, aut a Teresia scripta, aut ejus manu correctæ, extant exemplaria Viæ perfectionis. Eorum quatuor memorat P. Antonius a S. Joseph in suis notis ad epist. 5 tom. IV, quæ conservari ait Toleti, Salmanticæ, Vallisoleti et Madriti. Quoad hoc postremum, R. P. Puyal S. J. litteris ad me XIV Martii 1842 Madriti datis dignatus est sequentia scribere: Id quasi originale exemplar Viæ perfectionis hic conservatur in cœnobio Carmelitissarum Excalceatarum, dicto S. Teresie, et Ordinarii regimini subjecto. . . .

Plura extant
Sanctæ autographa Viæ
perfectionis.

E Et quidem in præsentia pro monialium benevolentia præ oculis illud exemplar habeo. Tomus est quem in 4º dicimus; integumenta argentea, affabre facta, similesque uncinos habet. In illorum umbilico insignia scutumve Ordinis cælata sunt, et subtus (in utroque scilicet integumento) legitur sequens inscriptio: « Este libro es del convento real » de Santa Teresa de Jesus de Madrid, año 1755 » (« Est hic liber conventus regii S. Teresie a Jesu » Madritensis, anno 1755 »). In dorso libri, quod argenteum quoque est, scriptus aut cælatus pro ejus longitudine est titulus: « Camino de Perfeccion ». In toto hoc MS. codice, qui manu aliena et incognita exaratus est, nihil singulare advertitur: in ultimo tamen folio et post libri finem sequens notatur testimonium, integre S. Teresie manu scriptum, atque sic sonat: « Tiene este libro ciento y ochenta y tres » ojas; está aprobado y visto por el Pº. Fray Garcia » de Toledo de la Orden de Santo Domingo, y por » el Doctor Ortiz vecino de Toledo: es trasladado » de uno, que yo escribi en Sº. Josef de Avila, que » vieron los que digo, y hartos mas: y por ser » verdad le firmo de mi nombre. Teresa de Jesus » Carmelita ». (« Capit hic liber centum octoginta » tria folia; approbatus visusque fuit a P. F. Garcia » de Toledo Ord. S. Dominici, et a Doctore Ortiz, » cive Toletano. Desumptus est ex altero quem » scripsi in S. Josephi Abulæ, quem dicti viri viderunt, et alii plures. Et quoniam hæc vera sunt, » confirmo ea appposito meo nomine. Teresia a Jesu » Carmelitana »). Nequeo cum omnimoda certitudine tibi affirmare in corpore libri nihil propria S. Teresie manu correctum fuisse. Insunt certe aliquot emendationes non ab ipsa, sed a scriba factæ. Hæc ille. De autographo autem Vallisoletano dicemus § LXXVII, ubi de hujus libri editione. Item de Constitutionum autographo (secundum Annum Teresianum, t. VII, p. 159) agemus ubi de Constitutionibus ex professo.

F

§ LXXV. De editis S. Teresie libris, deque versis in varias linguas.

Affirmat Yepes (lib. iii, cap. xviii), viva adhuc Teresia,

ac Viæ perfectionis,

C Teresie manu scriptus, lineasque aliquot habet deletas. Liber quoque Fundationum, ut cæteri omnes, est absque inscripta voce Prologus, sed incipit a vocibus proæmii: Por experiencia he visto, etc. Constat 133 paginis in folio, vix marginatis; titulo caret, et fuit correctus non secus ac duo præfati libri. Pariter quartus de Ratione visitandi conventus monialium caret præfixo vulgo titulo, et inchoatur a vocibus: Confieso (sive, ut nunc scribitur, confieso) lo primero la imperfeccion que he tenido, pergitque sine divisione capitulum. Paginas habet viginti quatuor, nec ulla reperitur in codice vox emendata. Ad calcem habetur epistola quædam, quæ cum libro non solet vulgari et in qua alloquitur Sancta personam cujus jussu tractatum composuerat. Scitur autem e quibusdam P. Hieronymi Gratiani ad Sanctæ Vitæ additamentis, ipsum hoc jussisse Gratianum eo tempore, ut insuit, quo provincialatus munere fungebatur, et inchoato jam aliquantulum anno 1581.

atque Castellani animæ.

1495 Porro quoad quintum Teresie scriptum autographum, quod Castellum animæ continet, id P. Gratianus, possessor illius thesauri, monasterium Hispalense visitans, dono dedit Petro Cerezo Pardo, cui et Ribera suam Teresie Vitam dedicavit.

AUCTORE
V. D. M.
Editus pri-
mum liber
Via perfectio-
nis cum Moni-
tis, continen-
tibus Sancta.

A Teresa, ab archiepiscopo Eborensi Theotonio de Braganza fuisse editum librum ejus de Via perfectionis : ac revera videmus ex num. 1 epistola 5 tomi IV, XXII Junii 1579 Theotonio missæ, Sanctam illi misisse manuscriptum, ut vulgaretur; ad quod ipsa sane, quæ tantopere amabat nesciri et pro nihilo reputari, non alia ratione inducebatur quam facta sibi spe magnæ utilitatis. P. Antonius a S. Josepho in notis suis ad eam epistolam dicit librum illum Eboræ tantum anno 1583 produsse, licet cum concessis jam anno 1580 censorum approbationibus, factaque jam tum copia edendi. Ei volumini, quod forma est, ut dicitur, in octavo, præter doctum Theotonii prologum, annexa quoque erant Sanctæ Monita, ut et S. Alberti brevis Vita, quam P. Didacus de Yanguas Ord. Præd. rogatu Teresiæ e latina hispanam fecerat. Liber ille, qualis tunc est editus, si unum caput demas, quod, nescio qua de causa, ex integro ab editore omissum est, omnino conformis est manuscripto quod Toleti asservatur, et quod a Teresia quidem scriptum non est, sed quod e forma litterarum et ex comparatione cum aliis Sanctæ autographis constat multis in locis correctum esse ipsius manu. Atque videtur illud ipsum exemplar esse ad quod corrigendum, priusquam Theotonio mitteretur, Hieronyma a S. Spiritu in informationibus testata est se a S. Matre adhibitam. De his consule P. Antonium a S. Josepho, loco supra citato.

et a morte ejus
editi reliqui,
cura præcipue
Ven. Annæ a
Jesu.

B 1498 Quod ad reliquos Sanctæ libros attinet, ut Chronicum narrat (lib. v, cap. XXXV, num. 5) videns Ordo a morte S. Matris illos domi forisque avidè exscribi et quocumque disseminari, timebat ne integritati fideique eorum id damnosum fieret. Quare P. Nicolaus Doria, qui provincialis munere tumungebatur, ex Ordine Augustiniano doctorem (ut omnem a suo Ordine suspicionem amandaret), celeberrimum Ludovicum de Leon, rogavit ut in se sumeret partes edendi S. Matris opera. Attamen in Teresiæ libris vulgandis plus laudis Annæ a Jesu tribuendum videtur. Si enim Patri Manrique fides est, qui in Vita Annæ a Jesu (lib. IV, cap. XII) ex authenticis documentis et informationibus in causa beatificationis S. Teresiæ plura hac super re habet notatu digna, Anna, ut primum, fundatura conventum, Madritum appulerat, inquisivit de libro Vitæ S. Matris suæ, qui a duodecim prope annis penes Sacrum Tribunal alte latebat. Numquam quidem toto eo tempore dubitarat Anna quin opus prodiret aliquando in lucem, et quin examen ab Inquisitoribus institutum libro verteretur in bonum successum, prout Teresia olim sibi a Deo revelatum esse aperuerat, quando, delato Inquisitioni libro Vitæ, totam suam Annæ Deo commendarat rem. Inquisitor generalis percontanti Annæ declaravit librum non tantum probatum, sed et esse in votis omnibus consiliariis ut in lucem emitteretur, adeoque ipsos sumptum ad id libenter esse collaturos. Ea ratione ab Anna, sed interventu utique Doriæ, atque Annæ rogatu ab ipsa imperatrice Maria, filia Caroli V et vidua Maximiliani II, commendatum manuscriptum est Ludovico de Leon, non quidem ut librum censeret, quippe qui jam anno 1575 a Bañezio et Ferdinando del Castillo examinatus erat, sed ut compararet cum autographis tradenda typis manuscripta tum Vitæ tum aliorum qui inveniri possent Teresiæ librorum. Etenim Doria, ratus se non posse opportunam adeo prætermittere occasionem, mandarat Annæ a Jesu ut colligeret sparsa varia Teresiæ scripta, traderetque ea P. Ludovico.

et opera Ludovici de Leon.

C 1499 Hic ad propositum negotium suscipiendum se paratissimum præstitit, modo accederet consilii regii mandatum : quod cum illico obtentum esset,

operi ille tam strenue se accinxit, ut libris, quos **D** acceperat Octobri 1586 (non 1587, ut habet D. Boucher), transcriptis et cum autographo collatis nomen suum, ut ederentur, apposuerit. Sed morte præventus, codices doctori Sobrino consignavit; donec tandem, a Nicolao Doria suo Ordinisque nomine imperatrici dicato opere, scripta Guilielmo Foquel, optimo quidem Salmanticæ florebat typog. apho, concredita sunt, qui ea publici juris fecit anno 1588. Completebatur editum id volumen sex Teresiæ opera, scilicet tria majora, quibus singulis minus annexum erat, Vitæ libro Adjuncta, Viæ perfectionis Monita, et Castello animæ Exclamationes : quorum omnium autographa attestatur Ludovicus de Leon se præmanibus habuisse, licet illa trium minorum operum postea non amplius fuerint reperta. Inspekerat quoque et contulerat librum Foundationum; sed nondum vulgandum duxerat, eo quod e memoratis illis hominibus multi in vivis adhuc erant : qua de causa liber ille publicatus non fuit usque ad annum 1610, quo typis Bruxellensibus a Rogerio Velpio fuit impressus.

1500 Imperatrici Mariæ sub die XIV Aprilis a provinciali Doria dedicata fuit ea Foguelli editio, et insuper præfixa ei est altera epistola Ludovici de Leon ad Annam a Jesu reliquasque conventus Madritensis moniales. Quia autem Anna a Jesu magnam operam navarat ut typis mandarentur Teresiæ libri, hæc ei apparuit, et gratissimo colloquio dignata est Annam gratificari; sicut in manuscripta informatione (quæ Bruxellis penes Carmelitanas custoditur) Beatrix a Conceptione xv Dec. 1641 emissio juramento testata est se ex ipsius Annæ ore audivisse. Ex ea Ludovici ad Annam prolixiore epistola satis est quedam hic exhibere excerpta, quibus ille explicat quantam in Teresianis libris edendis operam posuerit. Ecce ejus verba :

qui epistolam
eis præfigit ad
Ven. Annam
a Jesu, cui
Sancta appa-
ret gratula-
bunda.

E

1501 Teresiæ scripta, quoniam mihi a regio consilio eadem recensere ac relegere injunctum est, quo in lucem prodire possint, jure meritoque sancto vestro conventui dedicare posse mihi videor, uti et reipsa dedico, ob magnum quem in iis recensendis cepi laborem : non solum enim in illis delingendis et examinandis, prout mihi consilium imperarat, verum etiam cum suo autographo (quod multos dies penes me fuit) conferendis, et primævo suo nitori et puritati, prout Sancta Mater sua manu illa scripsit, restituendis, nihil ut in iis, nec quoad verba nec quoad materiam, immutarem, sudandum fuit; quæ enim ex autographo descripta erant exemplaria, vel negligentia vel audacia vel ignorantia describentium, nimium quantum interpolata erant. Nam nimis quam magna fuit audacia illa mutare quæ scripsit illa, in cujus pectore Deus habitabat, et quam ipsamet divina Majestas (ut quidem verisimile est) hæc ut scriberet movebat; quin et stupor sane intolerabilis verba illius velle corrigere : si enim Castellanae linguae probe callentes fuissent, vidissent indubie S. Teresiam ipsammet illius esse elegantiam. Nam esto quibusdam in locis scripti sui, antequam sententiam et periodum cœptam absolvat, alias interserat, et inchoatæ narrationis filum non raro per rem aliquam extra propositum incidentem abruptat, tamen usque adeo dextre et scite frustillum hoc assutum interserit, ut hoc ipsum vitium orationi venustatem etiam quamdam conciliet, uti subnigra faciei pulcherrima macula : adeo ut hoc ad primigeniam integritatem et puritatem reduxerim.

Diligentia et
sinceritas edi-
tionem paran-
tis Ludovici.

F

1502 Multiplicem operum Teresianorum editionem paucis tantum attingerem, nisi refellendi hic essent plures inter hodiernos qui cum Emery, Boucher,

Refutantur
qui dicunt
Sanctæ libris
laudari, non
legi, e numero
editionum

A cher, du Serre-Figon etc., non quidem malitiose, sed inconsulte, nec sine damno posthumum in Sancta Virgine gloriae, continuo repetunt non satis honorificum effatum, quo Teresia Platoni comparatur, cujus scripta, aiunt, exaltantur quidem, sed non leguntur. Hoc autem quantum a vero abhorreat, cerni potest e numerosis vicibus quibus opera ejus prelo submissa fuere et etiamnum submituntur. Ut ergo constet, non solum laudari, sed et ab innumeris legi terique, aliquot e multis hic notatas habere editiones, et quidem primo mihi obvias: nam plenum earum catalogum texere nec volo neque etiam possum. Quomodo enim me hodie scribentem non fugiat quoties Teresiae opera in variis mundi partibus recusa fuerint, si Yepes, qui anno 1606 scribebat, testatur jam tum fuisse multoties, dicitque auctor Chronici (lib. v, cap. xxxv, num. 7) statui facile non posse quoties ea tum intra tum extra Hispaniam prodierint. Quod si itaque medio saeculo decimo septimo ita loqui fas fuit docto S. Matris filio, qui functus fuerat praeclearis in Ordine munitis et qui volebat qua historiographus quidquid ad Ordinem spectabat, nedum a me expeti potest ut silvam hanc ingrediari, enumeremque accurate vices quibus totis duobus subsequentibus saeculis Teresiae opera reproducta fuerint. Pauca tamen compendio accipe, quae sufficiant ad demonstrandam falsitatem memorati supra effati. Prodiierunt itaque:

hispanicarum, 1503 Hispanice. Eborae 1583; Salmanticae 1588; Neapoli 1594 (in hujus editionis prologo, teste auctore Anni Teresiani, tom. VII, pag. 175, jam tum multoties scripta Teresianadicuntur excusa hispanice, latine, gallice, italice et germanice), item Neapoli 1604; Madriti 1597, 1611, 1615, 1622, 1627, 1635, 1636, 1661, 1662, 1670, 1678, 1752, 1778 et 1793; Bruzellis 1610, 1612, 1674, 1675, 1684 et 1740; Valentiae 1613 et 1623; Casaraugusta 1623; Barcinone 1724; denique Antverpiae 1630, 1649, 1661; et pro certo dictum mihi aliquando est pluries adhuc quam ter, imo forte vel septies, cum Belgium Hispanicae ditioni connexum erat, unius Antverpiensis Plantini, sive successoris ejus Moreti, prelo hispanice edita fuisse opera Teresiae. Quamquam praenobilis vir Moretus, clarissimi nominis haeres et etiam hodie artis typographicae cultor, quaerenti mihi id plene affirmare non est ausus, deficientibus sibi tabulis, non improbabile tamen id videbitur consideranti hinc famam Teresianorum operum, illinc repetitis vicibus ampla opera, v. g. septenis ingentem molem Baronianorum Annalium, ex ea una officina exiisse: sicut asseritur in Praefatione ad Annalium Ecclesiasticorum Apparatum Lucensis editionis anni 1738 (pag. 4).

latinarum,* 1504 Latine. Si Sanctae Vitae a Kerbekio ex italico in latinum translatae excipias, non vidi equidem Teresiae latine opera quae anteriora sint versione Matthiae Martinezzii de Vaulquier, Middelburgensis, quam Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp. nov. perperam, ut puto, Antverpiae typis Joannis Kinckii anno 1619 dicit prodixisse. Reperio enim ab illo ipso typographo bis ea fuisse edita Coloniae Agrippinae (vid. Prologum Vitae B. Teresiae auctore Ribera, ab eodem Martinezzio versa). At tamen ab anno 1607 in latinum sermonem transferendos Teresiae libros curavit Anna a Jesu, teste P. Petro a S. Andrea (Hist. gen. Congr. S. Eliae T. II, p. 222).

belgicae, 1505 Belgice seu flandrice. Idem quem citavi P. Petrus a S. Andrea eodem loco refert eandem Annam jam anno 1607 etiam procurasse traduci in vernaculam Belgarum linguam Vitam operaque Teresianam; ut Anna ipsa testatur in quadam sua epi-

stola, anno sequenti exarata, ubi dicit jam tum ea opera belgice typis exiisse. Ac revera tale exemplar penes me est. Nec multo post, pergil idem Petrus, eadem solers Virgo totam S. Matris vitam et actionum gratiarumque seriem laminis aeneis insculpi, chartisque impressam evulgari ac venum ire, industrie prospexit: quemadmodum ipsamet in alia epistola ad Hispanias directa memorat, dicens: Quamprimum vobis Sanctae Parentis Vitam variis imaginibus expressam una cum revelationibus ac miraculis ejus transmittam. Integrum enim horum omnium librum excudi curavimus. Plura hujusmodi exemplaria a praestantissimis iconographis Galleis (belgice Galle) sociisque Adriano Collaertio incisa, praec oculis habeo, et etiamnum a curiosis chalcographiae cultoribus expetuntur. In Prologo autem Vitae S. Teresiae quam P. Joannes a S. Hieronymo et Joannes a Jesu Maria compendiose fecerunt, et quam P. Gratianus Bruzellis anno 1610 edi curavit, dicit hic ad Nuntium Guidonem Bentivoglio Patres Societatis Jesu collegii Bruxellensis accurato labore effecisse ut ipsa Theresa de ore flandro loqueretur. Foppens quoque in sua Bibliotheca Belgica, art. Rolandus Overstratius, ait hunc bis Sanctae Vitam vertisse annis 1619 et 1632. Hocque eodem anno eam pariter flandrice edidit Antverpiae P. Elias a S. Teresia, quem praec ceteris omnibus, quos variis vidi idiomatibus, Teresiam plerumque accuratius tractasse comperio. Demum P. Servatius a S. Petro effecit ut belgice lucem denuo aspiceret anno 1697 et iterum anno 1711.

1506 Germanice. In prologo ad editionem operum S. Matris quae Neapoli hispanice prodierunt anno 1594, ut ex Anno Teresiano jam dixi (n. 1503), jam tunc germanica quoque lingua versa erant: quancvis adverte P. Fredericum (lib. iv, cap. x) hoc referre ut assertum in editione Neapolitana anni 1604. Quidquid sit, suo saltem idiomate Germania Teresiae opera translata certo vidit Herbipoli anno 1649, et iterum 1701; atque anno 1756 Matthaeus Rieger, edens Augustae Vindelicorum Teresiae opera, a P. Matthia a S. Arnoldo olim versa, affirmat quinta jam vice haec typis patriis submitti. Alia me praetereunt, praeterequam quod Cl. Gallus Schwab anno 1831 Sulzbachii Sanctae scripta sex voluminibus in 8^o in lucem de novo emisit.

1507 Gallice. Devius a vero est P. Martialis a S. Joanne Baptista in sua Bibliotheca Ord. Carm. Exc. contendens primos qui extra Hispaniam S. Matris libros in proprium suum idioma transtulerint, Gallos fuisse, siquidem de Bretigny primam editionem gallicam tantum anno 1601 elaboravit, dum Ribera jam 1590 sibi relatum esse affirmat tres praecipuos Teresiae tractatus in italicum conversos esse sermonem. Nec sibi satis constat Annus Teresianus, dum tom. VII, pag. 175, prologum secutus Neapolitanae editionis 1594, narrat hocce jam anno latine, gallice, italice et germanice vulgata pluries esse S. Teresiae scripta, et dum nihilominus pag. 208 Gallos ceteris nationibus in vertendis Teresianis libris praecurrisse inde probat quod anno 1601 D. Bretigny suam jam adornasset versionem. Quod D. Bretigny attinet, commiserat R. P. Duchevre, priori Carthusiae Burgifontensis, suam versionem majori cura elaborandam. Hinc titulus refert eam factam ab I. D. B. P. et L. P. C. D. B.: cujus editionis duplex exemplar penes me habeo simul cum alio exemplari Vitae perfectionis, quartis vicibus anno 1623 recuso, quod easdem praec se fert initiales litteras (quarum tres ultimas conjicio significare: Chartreux de Bourgfontaine). Bretigniensem hanc pluries revulgatam alia, ait P. Martialis, subsecuta

et gallicarum.
prima hac lingua
qua versiones
F

AUCTORE
V. D. M.

A

est versio duobus tomis in 8°, in fronte capitales litteras habens I. D. B. P. et I. F. C. D. B.; quam exploravi, invenique esse primariam versionem Brethignii, sed recognitam ab alio Carthusiano Burgifontensi, non secus ac illam anni 1645, quæ juxta D. Boucher in Vita B. Mariæ ab Incarnatione (p. 214) litteras habet I. D. B. P. et P. G. D. C. C.

ac subsequen-
tes, præsertim
Arnaldi.

1508 Dein anno 1630 traduxit Teresiam P. Eliæus a S. Bernardo duobus tomis in 4°: quam versionem laudat ipse Antonius Arnaldus in libro de Traditione Ecclesiæ. Tertiis denique vicibus versa, anno 1644, a P. Cypriano a Nativitate opera S. Matris tomis duobus in 4° Parisiis sunt vulgata, pluriesque deinceps revulgata annis 1650, 1657, 1667. Quæ versio, ait Bibliotheca Ord. Carm. Exc. (art. Cyprianus), quamvis antiquis et fere insolitis verbis scatet, in pretio tamen habetur apud plurimos. Ante Channut, qui successive plerosque Sanctæ libros vertit ab anno 1681 ad 1691, Robertus Arnaldus d'Andilly, hispanam editionem Antwerpensem anni 1649 secutus, primum transtulit quatuor Teresiæ tractatus anno 1659, ac dein, præter Epistolas et Glossam, varia ejus opera: quæ Parisiis prodierunt annis 1670, 1671 et 1672, in fol., in 4° et in 12°, iterumque in 4° anno 1687, et Antwerpæ in 12° anno 1688, atque, ut ad recens veniam tempus, Lemovicis 1836 in 12°, Bruxellis 1839 in 8°, et Parisiis 1840 duobus tomis in 4°, quibus adhuc promissa deest pars altera Epistolarum quæ hactenus gallicæ nondum prodierunt. Tandem DD. Grégoire et Collombet, præter Sanctæ Vitæ quam conflaverunt anno 1836, eodem et sequente anno etiam verterunt fideliter et eleganter (sed floridiori modo quam fert inaffectata Teresiæ simplicitas) Viam perfectionis, Castellum animæ et quinque minora Sanctæ opuscula. Non ausim tamen in omnibus eorum judicio subscribere quod ferunt tum de quibusdam auctoribus tum de additamentis quæ Teresiæ Operibus visum illis fuit appendere.

B

1509 Cum autem illa Arnaldi versio frequenter fuerit recusa, concludi jure potest minime esse improbam, quamvis stylus in ea frigere dicitur, ætatemque redolere traductoris. Summam certe proficitur Arnaldus in vertendo fidem, et plerumque servat. At non desunt tamen loca in quibus amor sectæ prævaluit veritati et fidelitati. Pro exemplo sit Fundationum cap. x, n. 2, ubi Teresia ait sibi a Christo esse revelatum mortuum quemdam in magno amittendæ salutis periculo fuisse, sed Deum tamen ejus esse misertum ob præstitum Ordini suæ Matris obsequium (Dixome el Señor que habia estado su salvacion en harta aventura, y que habia habido misericordia dél, por aquel servicio que habia hecho a su Madre en aquella casa que habia dado para hacer monasterio de su Orden). Quod Arnaldus media phrasi truncat, dicens tantum Deum ejus miseratum ob præstitum obsequium, et celans quod de periculo salutis habetur (Notre Seigneur me dit qu'il lui avait fait miséricorde, en considération du service qu'il lui avait rendu). Incolæ scilicet Portus Regalis, et fratri Antonii Arnaldi, durum fuisset eructare catholicam hanc veritatem quæ Jansenianis circa prædestinationem non satis quadrabat placitis: quare infide ea verba resecare ausus est, non ausus Teresiæ contradicere.

qui generatim
laudem mere-
tur, licet non
sincerus sit in
uno

et altero loco.

1510 Parimodo, ut parceret mori gallicano quo monasteria indefinitum numerum capiunt monialium, insinere finem reddit capitis xxxvi Vitæ. Teresia, loquendo de filiabus suis, quibus unice gaudendum est Sponso suo Christo, hispanice ibi habet: Esto es siempre lo que han de pretender, y solas con él solo, y no ser mas de trece; porque esto

tengo por muchos pareceres sabido que conviene, D y visto por experiencia, que para llevar el espíritu que se lleva, y vivir de limosna, y sin demanda, no se sufre mas. Quod latine sonat: Id numquam non ipsas quærere oportet, scilicet ut solæ cum ipso solo loquantur, et non sint numero plures quam tredecim. Novi namque multorum judicio et sententia id convenire; et experientia quoque didici plures esse non posse, ut spiritus qui jam viget, perseveret, et ut eleemosynis, iisque non petitis, vivatur. Arnaldus autem partem hujus periodi ita vertit: . . . treize qui est le nombre que je sais . . . être très-propre pour conserver l'esprit de la règle et vivre d'aumônes; resecatque voces: no se sufre mas . . y sin demanda. Rectius id germanice traducit P. Matthias a S. Arnaldo: Dasz ihrer nicht mehr seyn mögen, habe ich ausz vieler personen meynung und urtheil, etc.; ut et anglice Woodhead: It is requisite, they should be no more. Aequo igitur et sat favorabili judicio quod de Arnaldiana versione tulit Cl. Emery, ego sine aliquo temperamento subscribere non ausim.

1511 Polonice et anglice. Joannes a S. Hieronymo in sua Teresiæ Vita, Bruxellis 1610 edita, jam tum polonice factos Sanctæ libros testatur; iterumque fuerunt anno 1662 a P. Irenæo ab Assumptione. In Prologo autem illius Vitæ anni 1610 dicit P. Hieronymus Gratianus latentes aliquot Catholicos Londini tunc incumbere ut et anglice Teresia ibi labia solceret: quod utrum effectum sit, me præterit. Abraham Woodhead omnia, demptis Epistolis, Sanctæ opera anglice edidit annis 1669, 1671 et 1675, occulte tamen et sine vertentis nomine. Utrique hujus versionis volumini elegans præit proæmium, alterum quo Teresiæ spiritus vindicatur, alterum quo refutatur Stillingsfletius. Elegans ex Teresiæ operibus historicum compendium fecit Ill. Challoner anno 1757, secutus Woodheadii versionem, quam in multis præstare gallicæ versioni Arnaldi affirmat.

Accedunt edi-
tiones poloni-
cæ et anglicæ.

E

1512 Italice. Jam anno 1590 tres tractatus memorat Ribera (lib. iv, cap. iii) ab episcopo Novariensi versos; atque Yepes (lib. iii, cap. xix) narrat alteram eorum editionem dedicatam fuisse Clementi VIII. Quid posthac in recudendis Teresiæ libris Itali præstiterint, accipe ex Italo et accurato P. Frederico a S. Antonio, qui (lib. iv, cap. x) ita loquitur: Ill. Joannes Franciscus Bordini Romanus, unus e primis ferventibus S. Philippi Neri filius, Congregationis Oratorii alumnus, et qui ad infulas Cabellionenses, et deinde ad Avenionenses (quibus decoratus obiit) promotus fuit, in italicum nostrum idioma vertit Vitam a S. Matre conscriptam; atque vir eruditus mihi affirmavit eam anno MDCI Romæ sic editam fuisse forma in 8°. Ne quid proferam quod ipsismet meis oculis non vidi, affirmo tantum penes me esse reimpressum exemplar, confectum Venetiis anno MDCIV apud Unitos, et alia duo exemplaria similiter Venetiis confecta, alterum anno MDCXIII apud Petrum Bertano, alterum anno MDCXVIII apud Joannem Alberti. Ad calcem hujus Vitæ exstant Additiones, Monita et Exclamationes animæ ad Deum, italice facta ab equite F. Julio Zanchini a Castiglionechio, hospitalari Sanctæ Mariæ Novæ Florentinæ anno MDXCVIII, ut ipse proficitur ad eorundem finem. Via perfectionis et Castellum animæ translata fuere a Francisco Soto, presbytero Congregationis Oratorii Romani, fundatore primi monasterii nostrarum Excalceatarum monialium S. Josephi in hac civitate; atque hic quoque primum hæc scripta typis credita sunt anno MDCH (et rursus anno 1604), dicataque Eminentissimo Cardinali Baronio, cujus

ac italica:
primæ hæc lin-
gua versiones,

F

A ejus tres cognatae religiosas vestem in memorato monasterio susceperunt. Foundationes autem primum Romae excusae sunt anno MDCXXII, secundum versionem religiosi cujusdam anonymi e nostro Excalceatorum Ordine; atque hic idem forte est ac Excalceatus ille qui vertit Conceptus in Canticum et suppositas Meditationes de Oratione Dominica, separatim recusas Placentiae anno MDCXXXII, dicatasque a nostris hujus civitatis Patribus serenissimae illius regionis ducissae.

et subsequen-
tes.

1513 Omnia haec opera postea collecta sunt, et edita uno tomo in 4^o Venetiis anno MDCXXXVI apud Petrum Mariam Bertano; qua in collectione reperio quoque Tractatum de visitandis monasteriis, translatus a quodam Excalceato; cujus libelli quae prima editio sit, non habeo unde edisseram. Curis similiter unius e religioso nostro coetu typis Romanis anno MDCXLI in lucem prodierunt, limata aliquantum versione, omnia S. Matris Opera, praeter Epistolas, duos in tomos in 4^o divisa, cum nonnullis laude dignis additionibus, praefationibus et indicibus. Atque hanc Operum editionem deinceps seculi sunt omnes typographi Itali. Gratiam debemus R. D. Horatio

B Quaranta, consultori Congregationis Indicii, quod elapso vix biennio post editionem prioris partis Epistolarum factam Caesaraugustae in Hispania anno MDCLVIII, easdem italice versas, dicatasque Cardinali Julio Rospigliosi, postmodum ad Romanum pontificatum cum nomine Clementis IX promotum, Romanis typis anno MDCLX subiecit; verum haud scio num multis gratum accidat, quod, ut ipse profitetur, tam scrupulosa diligentia atque fidelitate usus est in transferendo ut ne apicem quidem e suo penu addere ausus fuerit, etiam cum major sententiarum claritas id postularet. Equidem mihi, hanc versionem legenti, videor potius libro hispanico quam italico uti; et reapse aliquando sententiae tam tenebrae sunt ut is mihi praeclearus sit interpres qui eas assequi valeat. Carolus Sigismundus Capece Romanus, cujus fortuna in vertendo melior fuit, italicas fecit Epistolas secundae partis, et annotationes adjectas primae et secundae parti. Lepor ille atque dulcedo quae originali scriptioni inhaerent, plene servari nequeunt, cum versio elaboranda est; quoniam inter scriptum primitivum et translatus magna semper intercedit differentia: verumtamen fateatur unusquisque

C oportet versioni italicae Operum S. Teresiae dextram piamque manum apponendam, eamque plurium castigationum non impatientem esse. Licet vero aestimare novae versioni, his ultimis temporibus confectae secundum dictam editionem hispanam, quae Barcinone anno MDCCXXIV quatuor tomis in 4^o, suam operam conferentibus Patribus nostris, excusa fuerat, palmam assignari posse.

Annotationes
quandam super
italicis versio-
nibus.

1514 His quae addam, nonnulla, sed pauca, habeo. Scilicet 1^o Non dubium, sed certum est Bordinium Teresiae Vitam vertisse ante annum 1604, siquidem Kerbekius, cujus liber prodiit anno 1603, notat se ex italico Bordinii hanc Vitam traducere. 2^o Ut notat P. Martialis a S. Joanne Baptista in sua Bibliotheca Ord. Carm. Exc. (pag. 320), etiam P. Petrus a S. Maria circa annum 1640 in eorum sermonem opera S. Matris transtulit typis Romanis: quae versio cum quibusdam non placeret, a generali diffinitorio Ordinis suppressa fuit. 3^o Iam super, juxta eundem P. Martialem (pag. 382), P. Marcus a S. Josepho novam versionem italicam edi curavit Venetiis 1689. Tandem 4^o Supra duodecim editiones vulgatas in sola nostra Italia, dicebat P. Fredericus anno 1754 (lib. IV, cap. XII), nume-

rare ego possem: ea est ementium aviditas et legentium assiduitas! Et quod exteras nationes spectat, testem ex auditu accipe unum e nostris, P. Arnoldum a SS. Petro et Paulo (Solit. Log. tom. II, confer. X, resp. III), qui ita loquitur: « Novi ego bibliopolam Lugduni in Gallia notissimum, qui mihi, non semel tantum, sancte affirmavit, se ex sola Operum D. Teresiae saepius » repetita impressione, ultra 40,000 scutorum » francicorum fuisse lucratum. » A P. Frederici temporibus verisimile est pluries ea recusa fuisse. Mediolani prodire anno 1840, 6 tomis in 12^o.

1515 Ergo octoginta prope enumeratas hic vices habes quibus non multum indaganti, et proin non paucas verisimiliter praetermittenti, mihi edita occurrerunt Teresiae opera, neglectis compendiis quae Teresiae spiritum aut doctrinae historiam ejus medullam continent: qualia pluries a Robyns, ab Emery, a Challoner aliisque vulgata sunt. Atqui paucissimis auctoribus obtigit, maxime si naturam amplitudinemque spectes, ut toties scripta sua recu-
denda fuerint. Luculenter igitur contra D. Emery (Praef. p. IX) demonstratur meliorem Teresiae quam Platonis sortem esse, cum inexplata semper aviditate ubicumque per Europam locorum illius libri distra-
hantur leganturque, non sine perenni gloria ejus postuma et magno totius Christianae reipublicae emolumento. Unum jam monendum restat: memorans hactenus excusa Teresiae opera, silentio praeteriri elegantiam typorum ac formam voluminum, quamquam laudare potuissem nitidam Plantinianam seu Antverpiensem editionem hispanice 3 vol. in 4^o anno 1630, grandem Bruxellensem item hispanice 2 vol. in fol. anno 1675, ut et polonicam patrio idiomate 1662, similique forma Parisiensem gallice 1670; multo autem maxime, sin ob typorum venustatem, saltem ob diligentiam Ordinis jussu positam in recognoscendis ad autographorum fidem S. Matris libris potuissem impertiri laudem editionibus Madritensibus 1752, 1778 et 1793: quod tamen pari ratione dictum non velim de duobus posterioribus Epistolarum voluminibus, quae anno 1771 primum sunt edita, et dein iterum anno 1793, ut annecterentur recuis reliquis Sanctae operibus: de iis enim specialis sermo fiet paragraphis sequentibus, tum ubi de Epistolis singillatim, tum ubi de perpetuo S. Teresiae erga Societatem Jesu amore.

AUCTORE
V. D. M.
D

atque super
aliis passim
editionibus,
una cum con-
clusionem.

E

F

§ LXXVI. De libris S. Teresiae singillatim, ac primo de Vita ejus deque additionibus ad Vitam, ac etiam de tribus quas scripsit brevioribus vitae suae Relationibus.

Quamvis Christus S. Virginem ad scribendam Vitam suam incitasset, ut ipsamet in prologo testatur; attamen, quia magis ductui confessoriorum fidebat quam factis sibi revelationibus, et quia his praeferebat virtutem et exercitium obedientiae, id opus aggressa non est donec id ei a P. Petro Ibañez Ord. Praed. injungeretur. Ribera quidem et Yepes innuunt a P. Garcia de Toledo id mandatum fuisse; sed P. Dominicus Bañez, qui testis est omni ex-

Sancta non
scripsit Vitam
suam nisi jussu,
Ibañezine
an Garciae de
Toledo.

ceptione

AUCTORE
V. D. M.

A ceptione major, utpote qui tum Abulæ degebat, rebusque Teresianis totus immixtus erat, in informationibus testatus est præceptum scribendæ Vitæ primo ab Ibañezio exiisse. Attamen, sicut antea plures cum Gaspare Daza convenerant ad S. Virginis spiritum dijudicandum, probabile satis est sic quoque plures ejus confessarios conspirasse ad hanc ei scriptionem mandandam, eo magis quod ipsa in Vitæ suæ epiphonemate illum ad quem librum suum destinat, roget ut, si scriptum suum visum fuerit igni esse tradendum, id non tradat nisi postquam id legerint tres personæ quæ sunt, ait, et fuerunt confessarii mei (Son y han sido confesores míos). Quod non recte vertunt Arnould et Channut, dicentes: Qui sunt vel fuerunt. Quisquis autem primus scribendi Vitam auctor Teresiæ fuerit, eo usus est prætextu vir prudentissimus, ait P. Martialis in Bibliotheca Ord. Carm. Exc. (pag. 371), ut cum gravioribus sui Ordinis Patribus probare posset spiritum ejus, si ex Deo esset; at in rei veritate, ut tot prodigia ac mirabilia mysticæque theologiæ arcana quæ in Teresia admirabantur, nulla oblivione deleterentur. Obtemperavit illico; at quia Virgo prudentissima optime noverat Sacramenta Regis abscondere bonum esse, commendavit impensissime sigillum ac secretum circa ea quæ ipsam commendare poterant, omnimodam facultatem relinquens peccata defectusque omnibus manifestandi. Initium operi dedit Abulæ anno 1561: quod Toleti perfecit mense Junio anni sequentis, in palatio D. Ludovicæ de la Cerda.

Refertur epistola Sanctæ, quæcum mittit Vitam suam

B 1517 Vix librum absolverat, aut saltem totum non relegerat, cum missus a confessario bajulus scriptum expetivit, sicut ipsa notat in epistola cum libro missa, quæ adscripta est exemplari Escorialensi Vitæ ejus, et quæ non tantum cum hac edi solet, sed et adhuc ponitur, in hispanicis saltem editionibus, tomo I Epistolarum, ubi decimum quintum locum occupat. Hanc ego quoque hic exhibebo ad meliorem dicendorum intelligentiam: Spiritus Sanctus sit cum Reverentia Vestra semper. Amen. Non abs re foret, si, quem in hoc scriptionis officio laborem suscepi, verbis apud Rev. Vestram exaggerarem, ut hac te ratione obstringerem. Et merito sane hoc facere possem, cum viva hæc mei delineatio et descriptio ac tot miseriarum mearum in memoriam revocatio mihi perdifficilis fuerit et multarum pressurarum occasio. Quanquam (ut ingenue confitear) longe mihi fuerit gravius gratias quas a Domino recepi, quam quas adversus illius Majestatem admisi offensas describere. Feci quod R. V. injunxit, scilicet quod hac conditione me in scribendo diffunderim, ut tu vicissim a parte tua præstes quod mihi spopondisti: laceres, inquam, quod tibi displicebit. Nondum totum quod scripseram relegeram, cum id R. V. sibi mitti postulavit. Occurrent hic fortassis quædam non satis declarata, alia etiam bis posita: tempus enim quod habui, ita breve et angustum fuit ut scripta relegere ac revidere non potuerim. Rogo R. V. illa emendet et corrigat, simul et transcribi jubeat, si ad R. P. M. Avilam ea mittenda sint: aliquis namque manum meam et characterem agnosceret. Vellem sane omnimodis hæc ipse videret, cum hæc intentione primum ea scribere cœperim. Permagne quippe mihi consolationi futurum est, si ipse me bonam ambulare viam judicavit: cum aliud mihi jam faciendum non supersit, quantum in me, R. V. in omnibus faciat prout ipsi expedire videbitur, et obligatam se norit ei quæ animam suam ipsi totaliter concredit. Tuam autem, quoad vivam, Domino identidem commendabo: quare illius Majestati quantocius servire conare, quo mihi

auxilio esse possis. Ex iis ergo quæ hic refero, facili negotio R. V. advertet quam suam quis laudabiliter et bene operam impendat, cum se (uti R. V. jam cœpit) totum offert ei qui ita sine mensura ac modo se nobis dat: sit ipse in æternum benedictus. Spero namque nos (quæ ejus misericordia) simul futuros, ubi R. V. et ego clarius magnas illas quas fecit nobis gratias visuri eumque in perpetuas æternitates laudaturi simus. Amen.

1518 Carmeli Ordo, quoties S. Matris Opera edit, mavult hanc epistolam, cum Palafoxio, ad Ibañezium, quam, cum Chronico, ad Garciam missam supponere: et ejusdem ego quoque sententiæ sum, ratus ei missam esse qui Vitam primis vicibus scribi jusserat, id est Ibañezio. Si autem ratio quærat, cur hæc epistola a Teresia codici Vitæ suæ secundo scriptæ et ad Garciam destinatæ fuerit adscripta, videtur esse quod hæc litteræ censi poterant Vitæ prioris pars; atque eo forte fine illas huic apposuit, ut legentibus melius constaret quo animo Vitam suam primitus chartæ mandasset. Porro, simul ac ad Ibañezium missa esse hæc epistola admittitur, hoc ipso admittitur etiam ea priorem Vitam fuisse comitata, et non posteriorem, siquidem in hac (capite XXXVIII) de Ibañezii morte ejusque a morte apparitionibus sermo fit: de quo passim omnes, licet Ibañezii nomen non exprimitur, conveniunt, v. g. P. Fredericus a S. Antonio (lib. IV, cap. x) et Echardus in Script. Ord. Præd. Quod autem Echardo videtur, nempe ea quæ S. Mater eo Vitæ suæ capite de Ibañezio habet, inserta ab ipsa postmodum fuisse, nullatenus mihi probatur. Quomodo enim aut quare absoluto jam suo codici has triginta circiter lineas ipsa intercalasset?

1519 Per transennam hic noto, D. Chappe de Ligny in gallica sua hujus epistolæ versione dupliciter errare, et ubi affirmat tantum anno 1568 Garciam jussisse ut Sancta Vitam suam secundo scriberet, cum jussisset anno 1562, et ubi præfatam epistolam ponit anno 1568 ad Ibañezium missam, cum hic ex hac vita migrasset toto ante triennio. Igitur cum admittendum videatur epistolam quæ anno 1562 scripta fuerat, secundæ suæ Vitæ appendicis loco annexam a Teresia fuisse, concedendum pariter est eam recte apposuisse ad postrema epistolæ hujus verba, et eadem quidem linea, has voces: Hic liber perfectus est Junio 1562. (Acabóse este libro en Junio, año de 1562). Miror proin cunctos hactenus, tam intra quam extra Carmeli Ordinem, et Chronicum, et utramque Bibliothecam Carmelitanam, et P. Fredericum a S. Antonio, et Boucher, aliosque ad unum omnes S. Matris biographos et interpretes, hoc pro errato, sive, ut dici solet, pro lapsu calami habuisse. Quis præterea credat bonam eousque dormitasse Teresiam, ut illo loco ubi longam libri scriptionem solemniter quodammodo clauderat, calamus ejus tam inscite aberraverit?

1520 Paucis deinde a confecta priore Vita mensibus, eodem adhuc anno 1562, quo die XXIV Augusti fundatum fuit Abulense monasterium S. Josephi, sicut Sancta testatur in prologo Foundationum suarum, P. Garcias de Toledo illi mandavit ut libro Vitæ suæ adderet foundationem illius domus multasque alias res (confer ea quæ diximus num. 365). Atque insuper, juxta Banezum, idem Pater injunxit ei ut librum, qui prius uno orationis filo currebat, distinctis capitibus dirimeret. Chronicum aut titulos capitum manu Teresiæ appositos esse: quod tamen de summariis capitum intelligi non posse clarissime patet ex Teresianæ doctrinæ laude quam ea summaria continent. Perit prioris Vitæ manuscriptum, sed extat posterioris (prouti paragrapho LXXIV, num.

ad Ibañezium, non vero ad Garciam.

E

Dupliciter errat circa hoc Chappe de Ligny, ut et alii circa ultimas libri Vitæ voces.

F

Sancta quomodo Vitam suam secundo scripserit.

A. num. 1491, dixi) in Esecurialensi bibliotheca. Præterea videmus tom. II, epist. 33, n. 6, cura P. Bartholomæi de Medina, primarii theologiæ in universitate Salmanticensi professoris, descriptum aliud fuisse Vitæ exemplar, ad usum ducum Albanorum. Hæc Teresia tum unicum noverat, quamquam forsitan ipsa insecta adhuc alia extarent. Sin autem tum, saltem antequam liber anno 1588 ederet, plura exemplaria confecta sunt, testato id Banezio in informationibus, idque etiam dicente Yepesio (lib. III, cap. XVIII).

Sancta libri
Vitæ suæ solli-
cita, quidquid
Chronicum di-
cat.

1521 Devium nonnihil est Chronicum, cum (lib. V, cap. XXXVI, num. 8) affirmat Teresiam libri sui apud Inquisitionem depositi nullam habuisse curam, nec unquam repoposcisse eum, ac toto sexennio quodammodo ejus oblitam fuisse, donec Cardinalis de Quiroga librum ipsemet coram Teresia memorasset. Etenim ex editis a composito Chronico S. Matris epistolis patet eam, Deo licet etiam in hac re omnino fretam, non modice libri sui sollicitam fuisse. Sic epistola ad fratrem suum Laurentium XVIII Januarii 1577 data, ait se repetivisse librum ab episcopo, propterea quod, ait, meus mihi fortassis obveniet illum perliciendi, addendo divina beneficia ab ejus confectione mihi collata, quæ, si Deus scribentem me adjuverit, grande volumen complere poterunt (tom. I, epist. 32, num. 12). Sic etiam anno, ut videtur, 1580, quando P. Gratianus ei significarat exaratum jussu P. Medinæ alterum Vitæ ejus exemplar, summopere gavisæ est, et ea de re adhuc certior petivit fieri, quo magis constaret hanc suam elucubrationem non iri perditum. Tantum aberat ab obliterando aut negligendo Vitæ suæ libro, ut scribens D. Aloisia de la Cerda eum animam suam appellavit, ob reserata in eo cordis sui penetralia expositosque cælicos favores (tom. II, epist. 10, num. 2).

fiat in eo fuerit ut combureret, ac plures fecerit alios suos libros

1522 Antea quidem ultro copiam fecerat Banezio eum vixdum lectum, aut ne lectum quidem, igni tradendi: imo, sicut Acta canonizationis habent (num. 1258 hujus Commentarii), in eo fuerat ut, ad nutum confessarii, ipsa propriis manibus librum suum in flammam immitteret; quod revera fecisset, nisi Banezius, qui ad tentandam ejus obedientiam id præceperat, confestim jussu retractasset. Quod si deinde scriptum suum conservatum voluerit, ratio fuit quod omnes, quotquot in rebus spiritualibus versati id legerant, judicarent ad profectum animarum maximopere proficuum fore (tom. I, epist. 19, num. 10). Attamen semper ipsa pluris fecit Viam perfectionis, et præsertim Castellum animæ, seu quia magis ordinate tractatæ hic res erant, seu potius quia uterque hic liber compositus expresse erat ad instructionem aliorum; ubi e contrario Teresia, Vitam suam chartæ mandans, de publico publicæ utilitate ne cogitaret quidem, sed propriam dumtaxat animæ suæ rectoribus aperire conscientiam intenderat, ut ipsamet ab iis instrueretur et gubernaretur, Deo interea aliter rem disponente et volente ut e libro Vitæ ejus patescerent thesauri in felice illa anima depositi, et alii ex hujus libri lectione proficerent.

Ducendum quod Sancta librum ad suam vitam suam non produxerit.

1523 Et reipsa, simul atque ex eo scripto cernebatur, non tantum naturalis ingenii ejus subtilitas, sed et eminens supernaturalis scientia, prospiciebaturque fructus qui inde in Ecclesia Dei percipi posset, paulatim liber divulgari cepit, et clam S. Matre plura, quamdiu ineditus erat, fiebant ejus apographa (vide Yepesium, lib. III, cap. XVIII). Nec describentes remorabatur voluminis amplitudo, quæ ulterio tanto major est quam amplitudo aut Castellum animæ aut Viæ perfectionis: unde Teresia hunc passim appellat suum libellum, Vitæ vero librum

suum magnum. Sicubi titulum ei indit: Opus misericordiarum Domini (v. g. tom. IV, epist. 8, num. 1), est ob narrata ibi æterna damnationis pericula quibus divina bonitas eam eripuerat. Cum autem hic memorem Dei in Teresiam misericordias, opportune verba citabo Yepesii (lib. III, cap. XVIII) ita loquentis: Id ego quamdiu vixero plorabo, quod S. Mater non scripserit quas a Deo misericordias receperat postremis viginti vitæ suæ annis, de quibus novi res altissimas scribi potuisse. Etenim, si divina beneficia quæ descripsit tribus annis postquam Dominus noster incepisset suis blanditiis eam recreare, talia fuere, qualia, quæso, fuerint deinceps ejus virtutis incrementa, cum magis in dies stabilita esset et in amore cælestis sui Sponsi crevisset? At hæc communicari non potuisse arbitror; quoniam ultimis vitæ suæ annis tantopere cum Deo erat conjuncta, et rebus spiritualibus divinisque assueta, ut fere hic in terris corpore tantum viveret: quæ enim in sua anima agebantur, tam sublimia erant ut ne essent communicabilia; et dicebat se de eis non tractare, quia sibi deesset tempus ad ea declaranda.

1524 Rectissime hæc quidem Yepesius. Verumtamen Teresiae liber qualem super priori vitæ ejus parte modo habemus, post Confessiones S. Augustini, ut bene dicit Baillet, præstantissimum opus est quod in eo genere extat: et, secundum Arnaldum, in cælestis planeque divini amoris argumento Teresia adeo Augustino conformis est ut eodem utrumque animatum fuisse spiritu jure dixeris. Quis autem fuerit ille spiritus, scitur ex ipsa Teresia, fatente (Vitæ cap. XIV) sæpe se successive positam a Deo in illum orationis statum quem erat descriptura. Liqueat itaque Deum intervenisse vel ex hoc solo quod indocta mulier sublimioris theologiæ arcana dilucide facillique stylo evolcerit; solummodo id temporis, sicut ipsa in fine libri affirmat, insumpserit, quantum fuit necesse ad scribendum; neque ei licuerit, ut ait in epistola libro subiecta, per otium revidere quæ chartæ cursim mandarant. Abstineo ab expendenda doctrinæ eo libro contentæ altitudine, cum illius sola lectio id magis suadeat quam quod eloquentius dici potest. Hic mirabilis codex, a paupere conscriptus fœmina, quæ invita et solo motu confessarii jussu eodem identidem cum calamo mutabat, in deliciis fuit non tantum gravibus theologiæ cultoribus vel claustrorum piis incolis, sed et innumeris mundanis hominibus, duroque vel ipsi militum subinde generi, qui non raro, ut librum deliberant, simplicis dictionis cælestisque doctrinæ gustu abripiabantur et simul emendabantur.

1525 Pro exemplo sit Ferdinandus Alvarez de Toledo, magnus ille Albanus dux, qui (uti jam diximus num. 874), cum Ucedæ captus detineretur, hunc librum versabat, et inde tanta in Teresiam æstimatione ferebatur (teste Gratiano, qui, ducem consolaturus, plures dies cum eo Ucedæ transegerat), ut nil gratius accidere sibi posse profiteretur quam tantam mulierem coram intueri, parato etiam longi itineris molestias subire, ut sibi cum ea agendi felicitas obtingeret. Vicissim Teresia, cum a Gratiano audisset magnas ducis laudes, sciretque eum rebus spiritualibus vacare, magni eum fecit et se facere testata est. Unde ducissa aliquando Teresiam quæstæ est, non minorem sibi quam marito partem in ejus amore laudabili invidia expetens. Eo tempore pluries Teresiam ad utrumque scribendum fuit, tum ad consolandum ducem, tum ad pios humanosque ducissæ questus componendos. Utebantur (ut ibidem diximus) Vitæ exemplari quod P. Bartholomæus de Medina curarat pro iis describendum ex originali quod penes

AUCTORE
V. D. M.
D

nam præstan-
tissimus est
E

F

et magni æsti-
matus, v. g. a
magna ducis
Albano, quo-
cum S. Tere-
siae amicitia
intercessit, ut
et cum ducis-
sa.

AUCTORE
V. D. M.

A *Inquisitores erat depositum; cumque Teresia ali-*
quando id sibi petivisset, agere tantum a ducissa vide-
tur impetrasse, nec sine onere restituendi.

Humilitas
Sancta, cu-
pientis pecca-
ta sua mani-
festari, regi
vero gratias.

1526 *Pro coronide et ad confirmationem eorum*
quæ dixi de fine quem S. Mater in Vitæ suæ scriptione
habebat, deque auxilio divino quo indiguit ad talem
librum componendum, ut et de negotiis quibus, cum
hunc scripsit, obruebatur, quædam hic cum Yepesio
subjeciam excerpta e capite decimo Vitæ ejus, ubi ita
loquitur: Ego quid mihi factum sit enarro, sicut
mihi injunctum est: in quo si errem, lacerabit hoc
is cui ipsum mitto; quia melius, quid sit malum,
sciet intelligere quam ego. Quem ex amore Dei
rogo ut quidquid hactenus de mea improba vita et
peccatis commemoravi, omnibus enarret ac divul-
get: et jam inde ex hoc tempore plenam ad hoc ei
facultatem facio, uti et omnibus confessariis meis,
de quorum numero is est cui scriptum hoc mittitur;
et quidem, si velint et ita expedire judicent, jam
inde ab hoc momento, interim dum adhuc in vita
sum, ne amplius hominibus, qui aliquod in me
bonum esse cogitant, fucum faciam, id faciant
rogo: et certe (cum veritate dico), prout quidem de
me nunc sentio, permagnæ id mihi consolationi
erit. At quoad ea quæ posthac commemorabo, fa-
cultatem hanc eis non facio; imo nolo ut, si cui ea
ostendant, dicant quis quæve sit cui ea facta sint,
vel quis quæve hæc scripserit: nam propterea nec
meipsam nec alium quempiam hic nominavi; sed
omnia scribam quam potero optime, ut non cogno-
scar a quopiam: quod ut fiat, Deum supplex rogo.

Impedimenta
quæ habuit in
scribendo.

1527 Porro viri adeo litterati et graves satis
sunt ad aliquid quod bonum est, auctoritate sua
stabiliendum, si quidem Dominus mihi gratiam
dederit ad tale quid dicendum; si enim bonum id
fuerit, ipsius erit, non meum. Nam ego nec scien-
tiam nec virtutem habeo, nec virum aliquem doctum
aut alium quempiam a quo instruar: etenim soli ii
qui hæc me jubent scribere, sciunt quid scribam, et
in præsentiarum hic non adsunt. Præterea scribo
hæc quasi tempus ad hoc suffurando, et magna
cum molestia; cum hæc scriptio impediat quominus
neam, cum tamen in paupere domo vivam: satis
multis denique distineor occupationibus. Quod si
Dominus majorem mihi ingenii habilitatem ac me-
moriam dedisset, possem earum adminiculo ea quæ
hactenus vel audivi vel legi, aliquo cum fructu huc
adferre; at ea quam habeo, nimis quam parva et
tenuis est: adeo ut, si quid boni attulero, id Domi-
nus ad bonum aliquod inde eliciendum dici a me
velit; quod vero malum erit, sit futurum meum, et
id R. V. delebit. Porro nec quoad hoc nec quoad
illud expediens est nomen meum prodi: certum
quippe est alicujus, dum adhuc vivit, bona divul-
ganda non esse; in morte vero non est cur dicantur,
nisi forte, ut suam, quod bonum est, auctoritatem
sic amittat et apud neminem fidem inveniat, quod
id a persona adeo vili et improba, qualis ego sum,
dictum sit. Et quia R. V. hoc facturam puto (quod
etiam per Dei amorem, et omnes qui hæc visuri
sunt, rogo) hinc libere scribo: alioquin non nisi
magno cum conscientiae scrupulo hæc scriberem,
excepta forte ipsa peccatorum meorum enarratione;
nam quoad illam prorsus nullo scrupulo moveor:
quoad reliqua vero satis est, ut me dimittam et alas
contraham, me mulierem esse; quanto vero magis
me mulierem esse et simul improbam!

Omnia sub-
mittit iudicio
confessarii.

1528 Quocirca, quod ultra simplicem vitæ meæ
enarrationem hic scriptum R. V. inveniet, sibi
sumat et servet, cum hactenus tam importune me
urserit ut aliquid de gratiis a Domino inter oran-
dum acceptis chartæ in posteritatis gratiam com-

mitterem, si modo id cum Fidei nostræ Catholice
veritate usquequaque conveniat; sin minus, quam-
primum id igni tradat: nam totam me quoad hoc
submitto. Sincere porro dicam quidquid circa me
sit, ut, cum id veritati Catholice Ecclesiæ conforme
inventum fuerit, aliquam R. V. utilitatem et com-
modum inde eliciat; sin minus, animam meam ab
illusionem omni liberet, ne, ubi me lucri quippiam
relaturam spero, inde diabolus lucrum reportet.
Novit enim Dominus (uti postea uberius ostendam)
quanta semper in hoc cura et contentione incubue-
rim ut aliquem invenirem qui me illuminaret et
edoceret. Verum, esto ea quæ ad orationem spe-
ctant, quam maxima possum claritate et perspicui-
tate exponere conata fuero, scio nihilominus ea
nimis quam obscura fore illi qui nullam horum ex-
perientiam habebit.

1529 Referam itaque impedimenta quædam
quæ (ut mihi quidem videtur) hominem impediunt
quominus in hac via progressum faciat, nec non
alia quædam in quibus aliquod periculum situm
est; prout quidem longa multorum annorum expe-
rientia didici, quam tum e doctrina Domini tum e
frequenti cum viris doctissimis et ob longam ætatem
in rebus spiritualibus versatissimis collatione col-
legi: qui ad oculum vident me solis viginti et septem
annis, quibus orationi vaco, tantam a Deo expe-
rientiam harum rerum accepisse (esto per viam
hanc tam imperfecte tantaque cum respiratione et
toties impingendo ambularim) quantam alii qui in
assidua mortificatione et continenti virtutum stu-
dio viam hanc ambularunt, vix 37 vel 47 annis
colligere potuerunt. Sit ipse pro omnibus benedi-
ctus, meoque pro eo quod Majestas ejus est, obse-
quio utatur. Scit enim Dominus meus aliud nihil
me in his omnibus spectare quam ut ipse vel modi-
cum laudetur et magnificetur, ex eo quod (uti
videre est) in adeo fœtido et maleolenti fimario
tam vernantium et odoriferorum flosculorum hor-
tum constituere voluerit. Demum adjici solent ad
libri Vitæ finem quædam propria S. Teresiæ manu
exarata, quæ in manus Ludovici de Leon inci-
derant. Narrantur ibi nova et stupenda gratiarum
charismata, eo ordine quo a Sancta scripta fuerunt,
sive ad memoriam beneficiorum recolendam, sive ad
ea quæ in Vita non continentur, confessariis expo-
nenda.

dicique quid-
tractet, et quæ-
re. De Adjun-
ctis ad Vitam.

1530 Opportunus modo locus est querendi quan-
donam S. Virgo Vitam suam secundo scripserit.
Certum imprimis est, ex ipsius Teresiæ verbis in
prologo ad Fundationes suas, scriptionem illam ad
finem anni 1562 ei fuisse mandatam. Certum pari-
ter, ex eodem loco, quando Sancta anno 1573 pro-
logum illum scribebat, jussum Garcia penitus fuisse
completum. Dein valde probabile est obedientissimam
Virginem accepti jussi non magis procrastinasse
executionem quam inchoati recens monasterii nego-
tia cogebant. Adhæc adverti potest S. Matrem toto
quinquennio ab instituto suo Abulensi monasterio
unum solum monasterium regendum habuisse, ipsam-
que fateri otium tunc sibi non defuisse, cum cap. i
Fundationum dicat quinque eos annos sibi videri
fuisse totius vitæ suæ omnium minime negotiosos.
Notandum denique est iisdem illis annis sat ei tempo-
ris fuisse ut adimplere potuerit alterum jussum, a
Banezio sibi datum, scribendi prolixum satis opus
de Via perfectionis, quod forte decuplo amplius est
quam Vitæ ejus secundo scriptæ additamenta et
appendix de fundato Abulæ conventu. Hinc ergo
statui potest: 1^o eam, sin anno 1562, incepisse
saltem anno 1563 alteram Vitæ suæ scriptionem;
2^o ita illam continuasse anno 1564, ut caput xxxvii
absolverit

Sancta Vitam
suam secundo
non tam cito
absolvit ac vul-
go perhibetur:
F

A absoluerit ante xxviii Martii 1565, quandoquidem ibi dicit se (quæ nata erat xxviii Martii 1515) nondum habere quinquaginta annos; 3^o ultima Vitæ capita non fuisse perfecta ante 1565, si verum est eam c. xxxviii memorare mortem Ibañezii, qui anno 1565 obiit juxta Echardum (ut vidimus not. 291). Omitto a Teresia ad finem capitis xxxvi sat exprimi non tam cito ac dici solet scriptum illud absolutum fuisse, quum Sancta illic exponat quid sit experta iis annis (quæ verba plus spatii inter fundatum conventum et scriptam Vitam denotant quam Chronicum, P. Fredericus aliique passim perhibent) quibus vixerat in reformata Abulensi domo: En estos años que estamos en esta casa.

absolvit tamen citius quam Montoya contendit.

1531 Contra vero nequeo assentiri Patri Montoya, qui (diss. i, cap. v, num. 61 et seqq.) contendit S. Matrem, occupatissimam, ut ait, gravissimis Reformationis suæ negotiis, nondum absoluisse Vitam anno 1573, aut saltem eam ultima capita tunc necdum in illum statum redeisse quo sunt in Escorialensi bibliotheca. Præter excogitata ab eo argumenta minora, quæ plausibilia ipsi videntur, mihi vero minime, et quæ referre longum foret ac longius refutare, palmare Montoyæ argumentum est locus Palafoxii (tom. I, epist. 15, not. 9), qui ait Teresiam decimo a scripta priore Vita anno mandatum Garcia necdum explevisse. Ast ex allatis supra rationibus evidenter admittendus est aut error in Palafoxio aut mendum in typographo; atque hoc probabilius puto, cum hic facile ponere potuerit voculam diez (decem) pro dos (duo). Quod si quis post hæc adhuc hæreret, continenter perlegat velim ultima quatuor capita, et convincetur hæc una cum præcedentibus e Teresiæ calamo fluxisse: adeo v. g. quæ cap. xxxviii, num. 4, et cap. xxxix, num. 6, habentur de Aloisia de la Cerda, coherent cum iis quæ dicta sunt capitibus xxxiv et xxxv.

Labor Vitæ a pluribus examinatus, inter alios a Joanne de Avila. Hujus judicium.

1532 Illic porro Teresiæ liber, et, ex hoc libro, Teresiæ spiritus examinatus et probatus fuit ab Ibañezio, Garcia aliisque. Sed non contenta cautissima Virgo tantorum virorum rigido examine, atque adhuc anxia de suo statu, nec sibi satis persuadens librum a nævis immunem, hunc commisit D. Francisco de Soto y Salazar, qui tunc forte Abulæ moras trahebat, ac simul ei reseravit omnia conscientie suæ arcana. Soto nihil quidem in ejus spiritu reprehensibile, nec in libro spongia dignum arbitrabatur; consuluit tamen ut hunc adhuc subiceret judicio Magistri Joannis de Avila, qui ob pietatem et doctrinam Andalusie Apostolus et Hispaniarum oraculum habebatur. Eicet hujus consilii, quod tam conforme erat suo intento, executionem maturare cuperet, non potuit tamen usque ad annum 1568, quo D. Aloisia de la Cerda, Toletum in Andalusiam eunti, librum concedidit xxi Maji, ut constat e tribus ad eam xxi et xxvii Maji ac xxiii Junii missis epistolis (non vero xxiii Junii, ut Chronicum dicit): ac tandem xi Septembris (et non x Sept., ut iterum mendose habet Chronicum) a Magistro de Avila responsum obtinuit, in quo hic dicit se post serium examen approbare ejus orandi modum, spiritum quo ducebatur, Vitæ librum, in quo nil invenerat quod conforme non esset S. Scripturæ et doctrinæ Ecclesiæ, visiones denique, quas a Deo immixtas existimat: atque ei suadet ut qua caperat via pergeret, caute tamen, ac lumen petendo a conscientie moderatoribus. Ex illo tempore habuerunt duæ illæ candidissimæ animæ litterarum commercium, ut constat ex altera Magistri epistola xii Aprilis 1569: et cum hic aliquantum post e vivis excessisset, e Teresia solenniter parentavit, dicens cum lacrymis filiabus suis, id fas esse, eo quod collapsa esset una ex firmissimis Ecclesiæ columnis.

1533 Non valuit hoc Magistri judicium Teresiam inducere ut Vitam suam aliis communicaret quum selectissimis quibusdam viris, præcipue animæ suæ rectoribus et paucis quibusdam e suis filiabus. Aliquid tamen de libro hoc inauduit Anna Eboli principissa, et tum prece tum minis effecit ut Sancta non posset ei, quæ duorum monasteriorum fundatrix erat, id obsequii juste denegare. Ast ut codicem fœmina adepta est, pro innata sua levitate, hunc illicet aliis communicavit: nec parvus, ob insuetum libri argumentum, rumor de tota illa re sparsus est. Atque hæc fuit ea calamitas de qua Teresia in sua epistola ad P. Rodericum Alvarez loquitur, et quam dicit sibi fuisse gravissimum tormentum et crucem ei multarum causam lacrymarum (tom. I, epist. 19). Nam cum vulgaretur magis magisque liber, celari amplius non potuit Inquisitionem, ad cujus tribunal delatus est vere anni 1575 (non 1574, ut Chronicum semel et iterum affirmat). Cum enim Sancta, conventum erectura, in oppidum Veasum mense Februario advenisset, certior tum facta est de quæsitâ ab eo tribunali Vita sua.

1534 Hoc nuntio, ut narrat auctor Chronici (lib. iii, cap. xxxiii, num. 9), aliquantum turbata fuit, quod æstimabat simile consilium non ineundum fuisse ab hoc justissimo tribunali, nisi sufficiens causa adesset; atque se sane aliqua in re errasse, quoniam talis consilii ineundi causa in libro reperiebatur. Hujus rei rationem reddidit Matri Anna a Jesu, dicens a se quidem absque ulla timore librum scriptum fuisse, se vero nunc timere ne ineptias aliquot protulisset quas Sacrum Officium corrigere posset; attamen nullatenus sollicitam se esse, quia Deus sinceritatis qua egerat testis erat. Respondit Mater Anna: Reverentia tua Deum oret ut te bene inde expediat, notumque faciat te nulla impulsam fuisse malitia: certa quippe sum Deum nostri miserturum esse. Pro consiliis egit, et die sequenti dixit: Filia, grates Deo habe, quoniam jam impletum est quod mihi heri vespere dixisti. Scito quod Divina Majestas me ad se recurrentem consolatione recreavit, dixitque: « Noli angi, quoniam hæc causa mea est. » Atque sic intellexi, non tantum rem in malum non abituram, sed examen factum augendæ æstimationi utilitatisque libri profuturum.

1535 Teresia itaque dedit volens librum suum Bañezio, ut illum traderet Inquisitoribus. Duo ab his designati censores sunt Bañezius et Ferdinandus del Castillo, uterque ex Ordine Prædicatorum. Videtur prioris censura ea fuisse quæ lata est septima Julii 1575, et quæ implet duas cum media paginas, consutas cum ipso autographo Escorialensi. Brevi novit S. Virgo librum suum bene exceptum fuisse a censoribus, et postea experta est supremum Inquisitorem, Cardinalem Quirogam, tam benevole affectum ut Madriti erectum cuperet filiarum ejus monasterium: sicut ipsa læta perscripsit xxvii Februarii 1577 fratri suo Laurentio (tom. II, epist. 50). Atque vii Decembris ejusdem anni mandabat Sancta ad unum e confessariis suis, codicem suum permanere penes magnum Inquisitorem, qui scriptum illud plurimum laudabat, et continua ejus lectione delectabatur, non missurus, aiebat, volumen, nisi ejus satur esset.

1536 Quin imo anno 1580, cum de domo Madriti erigenda ageretur, meruit Sancta ex illius prælati ore audire sequentia, quæ præsens Gratianus testatus est suis se auribus excepisse: Valde ædificatus sum, intelligens plurimas quas tibi Deus fecit misericordias. Multas ei grates habe, quoniam omne donum ab ejus provenit manu. Scito Inquisitioni oblatum

AUCTORE V. D. M. Percrebescit liber, et ad Inquisitionem defertur. D

Turbatam inde Sanctam Deus solatur, ac fausta prædicat. E

Revera favorabile Teresiæ est judicium censorum. F

et magni Inquisitoris.

AUCTORE
V. D. M.

A

oblatus fuisse librum quem a te compositum perhibent. Sed legi eum totum, et viri doctissimi legunt eundem examinaruntque, et nihil quod castigatione dignum foret, in eo reperiunt. Atque hoc pacto liber tuus non tantum tibi non noxius fuit, sed contra ob eum deinceps me obsequiosissimum tibi servum profiteor: jam tu vide qua in te tibi tuoque Ordini prodesse queam, quoniam promptissima voluntate facturus sum quidquid necessarium fuerit. (*Chron. lib. v, cap. XXXVI, num. 8*). Licet autem liber in eo examine nisi laudem meruisset, reliquit tamen Bañezius traditum a se exemplar penes Inquisitores; ne, si denuo circumferretur, novi strepitus a malevolis excitarentur.

Præter Vitæ
librum scrip-
psit Sancta
tres vitæ suæ
Relationes:
de quibus hic
plura.

1537 Adhuc scripsit S. Mater tres vitæ suæ Relationes, quæ inter Epistolas locari solent, duæ priores tom. II, epist. 11 et 12, posterior tom. I, epist. 19. Habentur quoque in Ribera, illæ lib. IV, cap. XIII et XIV, hæc lib. IV, cap. IV. Pauca de singulis notabo. Prima Relatio scripta est, cum in monasterio Incarnationis adhuc erat, anno, ut videtur, 1560. Secundæ prior pars composita fuit anno sequenti; pars vero posterior nono adhuc serius mense, sicut post num. 7 notatur: ita ut finita fuerit initio circiter 1562. P. Antonius a S. Josepho affirmat primigenium utriusque Relationis exemplar non ita pridem repertum fuisse penes D. Josephum de Tapia Osorio, municipem Bejarensem, codicemque esse duodecim paginarum in 8°, quarum sex priores et dimidium septimæ aliena manu scriptæ sunt, reliquæ vero manu Teresiæ: quod et ipsa notat in fine secundæ Relationis. Ambæ scriptæ videntur ad P. Petrum Ibáñezium, eo quod Sancta dicat confessorium suum binas has communicasse cum P. Mancio: atqui Yepes in Prologo suo narrat Teresiam ope Ibáñezii P. Mancio vitæ orationisque suæ rationem dedisse. Quod si prior Relatio destinata primitus fuerit S. Petro de Alcantara (quod passim affirmatur, sed de quo, ob clausulam posterioris Relationis et ob utriusque Relationis in originali scripto conjunctionem, vehementer ego dubito), dicendum videtur priorem eam Relationem una cum altera etiam Ibáñezio postea fuisse a Sancta traditam. Tertiæ Relationis autographum dicit P. Matthias a S. Arnoldo (in nota ad germanicam suam versionem) extare in Viterbiensi Excalceatorum monasterio. Scripta videtur anno 1576, fuitque destinata P. Roderico Alvarez S. J. Hic antea Teresiam jusserat summum explanare modos orandi supernaturaliter (tom. I, epist. 18); at paulo post adhuc expetivit ut præsentī hac sua Relatione scripto mandaret quinam fuissent orationis ejus gradus, quomodo se in iis rexisset, et quinam conscientiam ejus fuissent moderati: ut utraque hæc expositio tribunali Inquisitionis porrigeretur. Relatio illa tertia est admirabile vitæ spiritualis documentum, breve, simplex, facundum, lucidissimoque in sublimi argumento ordine.

§ LXXVII. De cæteris Sanctæ scriptis, præter Epistolas ejus.

Via perfectio-
nis. Hujus
libri forma et
finit.

Secundus ordine temporis venit liber Viæ perfectionis, quem S. Teresia composuit, cum priorissa erat in claustrum suo Abulensi. Ergo jam ultimam ei imposuerat manum, quando anno 1567 Abula Methymnam abiit domum fundatura. Id opus aggressa est jussu Bañezii, qui e Teresiæ Vita dijudicans quantum ipsa valeret ad spiritualia documenta aliis tra-

denda, injunxit ei ut librum conscriberet qui ad usum esset filiarum suarum, conscriptumque examinavit et probavit. De hoc suo libello, qualem appellat, Teresia pluries loquitur, cum ubique præferens libro Vitæ suæ, quamquam in hoc major est dicendi vis stylique vehementia; at forte ideo præfert quod pluribus accommodatus sit: sicut enim ipsa notat capite XXV, convenit animabus quæ communem orationis viam sectantur; dum illas quæ contemplationis dono fruuntur, instruendas magis dicit libro Vitæ suæ, si illum, ait, a sua scribentis morte impetrare potuerint. Hoc itaque libro amovetur primum perfectionis obices; via dein ad eam sternitur: qua plana facta, ducitur homo ad summum pietatis fastigium, studio orationis, ut loquitur P. Joannes a Jesu Maria, cum virtutum cultura usque conciliato. Modo dixi vix adhuc Teresia factam hujus libri editionem; sed, quæ anno 1583 et iterum 1588 prodit, non obstante cura Ludovici de Leon, mendosa erat, imo toto capite trunca. Qua de causa Ribera (lib. II, cap. 1) dicit se Sanctæ manuscriptum potius allegaturum quam præfatas editiones. Correcti postmodum hi errores fuerunt.

1539 Annus Teresianus (tom. VII, pag. 181 et seqq.) fuisse demonstrat hunc librum, qualis vulgatus exstat, exactum esse secundum autographum quod possident Carmelittæ Vallisoletanæ, non vero secundum illud quod asservatur in bibliotheca Escorialensi. Hoc Sancta prius scripsit, illud posterius, in quo plura correctiora sunt, meliusque divisa capita. Illa observatione capitur quomodo in argumento quod libro præfigitur, dici possit Sanctam hic instruere filias fundatorum a se monasteriorum, cum tamen, ubi primitus exarabat hunc librum, unum dumtaxat erexerat conventum, Abulensem S. Josephi: item capitur qua ratione ab auctore Chronici dici possit protestationem quæ præit libro, in autographo, Escorialensi nempe, abesse, dum ab aliis dicitur in autographo adesse, scilicet in Vallisoletano, et verisimiliter etiam in utrisque ejus cegraphis a Sancta, quæ ea genuina esse declarat, subsignatis; quorum alterum est Madriti, alterum Salmanticæ, utrobique apud Carmelittas. Interim multis hujus separatim libri editionibus recensendis supersedeo, quomodo et supersedebo postea singulorum aliorum recensendis: enumerantem enim me dies spatiumque deficerent. Interim doleo me ob spatii angustias adferre non posse libri prologum et epiphonema, ubi scopus modusque scribentis pulchre indicantur, fidente inter alia Sancta imparem se, ni Deus docuisset, fuisse tractanda res adeo sublimes quas ad filiarum suarum commodum, adacta jussione, ausa fuerat proloqui.

1540 Castellum animæ seu Mansiones compositas fuisse jussu doctoris Velasquez, dicunt Ribera, Yepes et Acta canonizationis. Chronicum vero habet id jussu fuisse a Gratiano, qui, teste P. Frederico a S. Antonio (lib. IV, cap. X), ipsemet hoc affirmat, ita inquit: Cum Toleti eram, S. Matrem vehementer hortabar ut librum conscriberet quem postea fecit sub nomine Castellum animæ sive Mansiones. Ipsa rationes quas sæpe in libris suis adducit, mihi opponebat his ferme verbis: « Quem » in finem volunt ut ego scribam? Scribant docti » qui studuerunt. Bards ego sum, nec scio quid » dicam. Unum vocabulum pro alio ponam, forte » cum damno. Jam affatim librorum est agentium » de oratione. Per amorem Dei sinant me coli » pensum absolvere, et chorum sequi, aliaque » Religionis officia obire, sicut reliquas sorores » meas. Ego enim inepta sum ad scribendum; ne- » que ad hoc valetudinem habeo neque cerebrum. »

Institit

variaque au-
tographa.
E

F

Castellum ani-
mæ. Hujus
libri forma et
finit, aliorum
circumstan-
tia

A Institutit nihilominus Gratianus, imo illi id in mandatis dedit. Igitur uterque, et Gratianus et Velasquez, ut conjicio, Teresiam induxerunt ad hunc librum formandum; ita ut male neget Baillet confessarii mandatum hic intervenisse, cum duo id magis jussisse videantur confessarii quam unus. Insuper Yepes in informationibus testificatus est certiorum se a Teresia factum, ipsummet Deum hanc ei scriptiorem mandasse: quod illa innuit epistola 44 tom. II.

1541 Teresia itaque, sui victrix, libens jussis obsecuta est, sicut pulchre fatetur initio illius libri, ita inquit: Inter ea quae mihi superiores mandarunt, pauca sunt quae adeo mihi ad adimplendum difficilia fuere atque modo est aliquid de oratione conscribere, tum quod mihi ad hoc faciendum Dominus spiritum vel animum dare non videatur, tum quod jam inde a trimestri caput meum ita perturbatum ac debile fuerit ut vix ea quae scriptu pernecessaria sunt, queam conscribere. Sed, cum non ignorem eam obedientiae vim esse ut etiam quae factum impossibilia videntur, leviter et facilia reddere ac velut complanare soleat, voluntas hoc quam libentissime exequi et aggredi statuit; tametsi natura et exterior homo ab hoc ipso maxime alienus ac propterea non parum affligi videatur. Neque enim tantum adhuc mihi Dominus robur dedit, ut istos cum assidua invaletudine et infirmitate nec non diversorum generum occupationibus conflictus sine magna illius repugnantia ac contradictione queam sustinere. Faciat id ille qui alia longe difficiliora, quo mihi gratiam faceret, facere est dignatus; in cujus etiam misericordia confido. Incepit itaque Toleti anno 1577 festo SS. Trinitatis, quod eo anno incidebat in secundam diem Junii (non vero Julii, ut habent DD. Boucher, Collombet etc.); dein prosecuta est Segovia, finemque ejus fecit Abula profesto S. Andreae, sex nondum ab inchoata descriptione elapsis mensibus: quod temporis spatium pro tali opere brevissimum censi debet, eo magis quod gravis tunc persecutio vigeret, ipsaque multis premeretur angustiis et infirmitatibus. At mulier obediens locuta est victorias. Deus enim ei ita praesens adfuit, ut, sicut Yepes (lib. III, cap. XVIII) testatur, ipsemet ministraverit ei libri argumentum, suggereritque methodum atque ipsum libri titulum. Imo, sicut Acta canonizationis (Relatione secunda, art. II, § I, argumento quarto) ex jurato teste referunt, visus est vultus ejus, cum scribebat, illuminatus, exeuntibus inde splendoribus sicut radiis deauratis, per spatium unius horae. Atque ipsa fatente, eo tempore quo hunc librum componebat, aliquando decem vel duodecim dies in Deum ita absorpta fuit, ut ad scribendum, praeter spiritualibus deliciis quibus inundabatur, mentis esset impos; scribitque se ad eum statum pertigisse quem describit Mansione septima, nimirum ubi anima, unita Deo, rebusque mortalibus major, stupendis fruitur charismatibus (tom. II, epist. 100).

1542 Cum librum perfecerat, tradidit hunc Gratiano, rogans ut, postquam ipse vidisset, communicaret eum P. Didaco de Yanguas, confessario suo ex Ordine S. Dominici. Igitur uterque, S. Matre praesente, ad monasterii crates volumen perlegerunt, mysticam Teresiae doctrinam ad rigorem formae scholasticae trutinantes, sed et experientes, post longum saepe examen, divina mysteria a versatissimis theologis exprimi rectius non potuisse quam expresserat mulier simplex et indocta. Hoc autem ei, omnia ad Deum referenti, quanto gaudio fuerit, scribit alteri in confessariis suis; quod videri potest epistola 44 tom. II: ubi simul videre est Sanctam longe has Mansiones praehabere Vitae suae; quia, ait, a peritiori artifice conflatum est opus illud et a puriore

auro, atque incrustatum lapidibus pretiosioribus: quae cum de se in Vita describenda, ut loquitur P. Joannes a Jesu Maria, luculentius profert, alio consilio in Mansionibus tradit in methodum redacta et in commune proposita. Atque hoc feliciter adeo executum est, ut sive ob doctrinae profunditatem, sive ob styli puritatem, sive tandem ob dictionis, sublimia inter contemplationis arcana, facilitatem, hoc opus jure merito caeteris cunctis Sanctae elucubrationibus praeponendum videatur. Admirabilis ibi doctrina est, ait Yepes, et anima, primum extra se per orationis portam egressa, plures gradatim trans aulas sublimatur, usque in gremium ipsiusmet Divinitatis, quae animae centrum est, et ubi septima est Mansio. Hanc postremam libri partem cum P. Rodericus Alvarez S. J. anno 1581 vidisset, magnum doctrinae et spiritus Teresiae elogium ipsi autographo inscripsit (vide tom. II, epist. 100, notasque ad eam P. Antonii a S. Josepho). Tandem P. Andreas a Jesu explicationem hispanam ejus composuit, ac P. Balthasar a S. Catharina hunc S. Matris librum illustravit toto volumine in folio, edito Cremonae anno 1671.

1543 Liber Foundationum. Hunc librum Teresia, quomodo reliquos suos omnes, conscripsit superiorum suorum jussu. Jam ipse Deus illi, cum Malagone erat, secunda quadragesima die revelarat sibi gratum ipsam facturam instruendo relationem foundationis erectorum ab ipsa monasteriorum. Deinde accessit jussum confessarii sui, P. Hieronymi Ripaldae S. J., rectoris collegii Salmanticensis; qui, lecta relatione foundationis Abulensis, judicavit ad Dei obsequium fore, si et reliquorum septem foundationum, primordiaeque reformati virorum Carmeli, litteris mandaret. Quod cum mihi impossibile, ait Sancta initio libri illius, videretur ob plurima quae me distinent negotia, tum litterarum scribendarum, tum aliarum occupationum necessario peragendarum, quod circa res a superioribus mihi injunctas esse versentur, Deo rem per preces commendabam: cumque nonnihil in me ipsa affligerer, quod ad tam pauca ipsa essem utilis et habilis, tam tenuis insuper valetudinis ut etiam sine hoc laborem aliquem sustinere posse non viderer, prout quidem naturalis mea imbecillitas erat, dixit mihi Dominus: «Filia, obedientia dat vires.» Ergo, divino freta auxilio, Salmanticae xxiv Augusti (xxiii Augusti habent antiquae editiones) 1573 orsa est describere septem sororum duasque fratrum foundationes, nempe Methymnensem, Malagonensem, Valisoletanam, Durvelanam, Toletanam, utramque Pastranensem, Salmanticensem et Albanam: quae cum Abulensi S. Josephi conficiunt numerum denarium. Particularia quaedam de nonnullis harum domorum monialibus referre quoque coeperat; sed, timens ne qua sibi pars attribueretur virtutum quas Mater in filiabus suis laudaret, praeter modestiam abstinent, ut et a pluribus aliis enarrandis factis sive quae illarum per preces Dominus manifeste fecerat, sive quae miraculose contigisse a nemine poterat negari qui iis interfuerat. Post haec, fassa se forsitan in computandis foundationum annis leviter errasse, adimpletoque Ripaldae praecepto, opus tunc intermisit.

1544 At tertio post anno, jussu Gratiani, addidit Segoviensem, Veasensem, Hispalensem et Caravacensem, medias scribens inter saevissima tempestatis procellas, quas in epistola ad P. Gratianum (tom. IV, fragm. 17) comparat Aegyptiacae insectationi in Moysen et populum Israeliticum. In hac ipsa epistola, scripta vere anni 1576 et ipsa quidem die qua hanc libri Foundationum prosecutionem inchoarat, significat Gratiano esse sibi a Deo revelatum fore ut

AUCTORE
V. D. M.
D

Foundationes
jussu scribit,
et primo quidem novem,
E

F

dein quatuor
alias,

Hunc Sancta
invita scripsit,
sed obediens,
et adjuta a
Deo

unde liber ille
est valde pre-
cellens.

AUCTORE
V. D. M.

A *hæc scriptura conducat ad multarum animarum utilitatem; attamen addebat se etiam absque hæc Dei significatione, pro facto sibi jussu, ad rem aggrediendam in prociuctu modo stare. Scripsit Toleti hanc alteram Foundationum seriem, eamque finit ibidem XIV Novembris ejusdem anni. Cum autem deinceps horrida toto quadriennio testuaret in Ordinem ceztatio, spemque Teresia amisisset ulteriorum foundationum, librum claudere sibi visa est scripto capite XXVII. Hinc est quod huic tertio post anno in suo autographo pro coronide apposuerit quatuor momentosa ea monita quæ poni iterum solent inter Vitæ ejus additamenta, imo et tertio ad calcem primi voluminis Epistolarum, ubi inter reliqua Monita agmen ducunt.*

ac tandem
quatuor po-
stremas, præ-
ter Granaten-
sem.

B *1545 Reddita sibi anno 1580 pace, erexit quatuor novos conventus: Villanovæ, Palentia, Sorie et Burgis. Eodem itaque precipiente Gratiano, tenuit et harum foundationum historiam, finem operi imponens, non anno 1580, ut utraque Bibliotheca Carmelitana et Bibliotheca Hispana nova mendose habent, sed 1582, paulo post positam Burgis domum, et quarto ante mortem suam mense. Facta autem est Granatensis fundatio initio anni 1582, curis quidem et consiliis S. Matris, sed, cum præsens non adfuisset, noluit eam enarrare. Quare hæc, jussu P. Gratiani, descripta fuit a Ven. Anna a Jesu, soletque assui Teresiano Foundationum libro, non adeo indigna eo loco, sive rem narratam spectes, sive modum dicendi. E dictis itaque sequitur, dempta fundatione Granatensi, sed computata Abulensi, Teresiam recensuisse fundationes octodecim, Fratrum duas, et sexdecim sororum, complexam scilicet omnia illa monasteria quorum erectioni ipsa præsentior interfuerat.*

Gravis culpa
truncantium
Foundationum
librum.

C *1546 Nescio autem quo nixus fundamento D. Boucher in Vita B. Mariæ ab Incarnatione (lib. III, not. b), dicat ab Anna a Jesu, præter Granatensem, alteram jussu Teresiæ adhuc erectam esse domum; neque valeo conjicere de qua domo loquatur. Si tamen hanc similesque culpeculas, quarum ipse me mihi minime exsortem esse blandior, in sinceris scriptoribus subinde notem, absit ut censoria virga velim continuo eos percutere. Ast severioris objurgationis flagro perstringendi sunt qui malæ fidei possunt jure argui, de industria truncantes vel corrumpentes auctorum loca. Hujus criminis reus iste, quicumque fuerit, haberi debet, quem non puduit totum caput undecimum mediumque decimi et plures alibi lineas a libro Foundationum abscindere, sive quia Sancta ibi dicit bene se ominari de moniali quæ postea Ordinem deseruit, sive quia plura ibi vergunt in laudem Societatis Jesu, in quam olim non minus quam hodie adeo quidam extiterere infensi, ut, ubi eam maledicentia afficiendi occasio non erat, irrogatam ei a Sanctis laudem suffurarentur. Interea tamen fatendum mihi est me suspicari non tam in culpa fuisse eos qui librum excuderunt totiesque recuderunt, quam qui primitus ex autographo transcripserunt.*

cui, licet emen-
dato, non raro
adhuc deest
sesquicaput.

1547 Ut autem mancus ille liber anno 1610 Bruzellis lucem primum aspexit, ait bibliotheca Ord. Carm. Ecc., a Patribus nostris in Hispania collatus est cum autographo, et tot nævis scatere deprehenderunt ut emendare necesse fuerit. Stupuerunt post aliquot annos Caesar-Augusta cum iisdem mendis prodiasse, quæ remanserunt etiam in editione Antverpiensi anni 1630. Novis curis cum originali liber collatus, usui historicorum Ordinis destinatus est. Franciscus Sobrinus, episcopus Vallisoletanus, Religionis nostræ amicissimus, editionem Bruxelensem contulit etiam cum manuscripto fidelissimo autographi, donoque dedit monialibus nostris Val-

lisoletanis; et inde repositum est in archivis Ordinis. In editionibus subsequentibus ad primævam puritatem restitutus est. Ita P. Martialis a S. Joanne Baptista anno 1730. At, cum in Gallia ipse scriberet, optandum fuisset ut popularibus suis denuntiasset esse et permanere Arnaldi versionem, quoties recusam, toties sesqui illo capite truncam. Ea enim ratione adhuc hodie in omnibus quæ prodeunt gallicis versionibus, atque adeo in Parisiensi anni 1840, lectores non privarentur notabili hæc libri parte. Conspicio hanc et germanicæ anni 1756 deesse, dum ex adverso reperitur sedulus Woodhead in anglica jam anno 1675 hæc loca restituisse.

1548 Species quoque injuriæ ejusdam censeri potest, dum hodierni censores audent conqueri quod Sancta historicam Foundationum narrationem identidem interrumpat, jam docendo orationem, jam suspirando ad Deum. Sed advertant, velim, hi Aristarchi, Sanctæ a confessorio injunctum fuisse, non solum ut facta proderet, sed etiam, sicut ipsa initio libri Foundationum notat, ut, ubi occasio erat, nonnulla dissereret de oratione, deque illusionibus quæ orationis dono jam gaudentibus impedimento esse possent. Præterea, artificialis ea quam vellent in Teresiæ scriptis symmetria præplacatae nativæ eloquentiæ aut magis inspirationi divinæ, qua S. Mater libere quandoque exspatiatur, jam amoris æstu abrepta, jam per occasionem interserens spiritualis disciplina cælestisque doctrinæ monita? Affectatos hos periodorum incisorumque computatores optime refellit Arnaldus in versionis suæ proæmio, de libro Foundationum sensate non minus quam succincte scribens: Quamvis hæc Foundationes plurium negotiorum inter se similium relatio sint, miscentur tamen variis rebus tanta amœnitate expositis, et narratio tam candida est atque pura, ut pauca existent historiæ suavius animum delectantes. Idem utilissimæ sunt, quoniam S. Mater nullam prætermittit occasionem præcellentia quæque animadvertendi circa virtutum exercitia, ut hoc pacto suas excitet moniales ad magis in dies in divino servitio progrediendum.

Sancta recte
historiam inter-
misceat oratio-
nis præcepta
et suspiria ad
Deum.

1549 Ratio visitandi monasteria religiosarum. R. P. Alphonsus a Jesu Maria, ut fuit electus Præpositus Generalis, hujus libri exemplar ex autographo Escorialensi transcribi jussit; compositoque, instar epistolæ, ad Ordinis sui religiosas proæmio, quod pluribus editionibus, v. g. hispanis, latinis et germanis, præfigitur, opusculum illud publici juris Madriti fecit anno 1613; quod solet exinde reliquis Sanctæ operibus annecti. Prudentia, judicium, sanctitas, aliæque dotes quibus his libellus insignitur, efficiunt ut in suo genere nulli secundus sit. Jam memoravi plura de hoc opusculo, ubi de ejus autographo (§ LXXIV).

Ratio visi-
tandi mona-
steria.

1550 Conceptus amoris divini super quædam Cantici Canticorum verba. Hi Conceptus scripti videntur anno 1577 vel 1578, eo quod quater vel quinque lectorem remittit ad suos de rebus mysticis tractatus, qui non alii esse possunt quam Vita sua et Castellum animæ, quod composuit anno 1577, et ejus continuatio Conceptus illi censeri possunt. Hi autem tantum exordium sunt majoris operis quod Sancta alteri confessorio obediens composuerat, alterique obediens flammis tradiderat, posteriore hoc judicante rem novam et periculosam esse, si femina Canticum Canticorum interpretaretur: ita ut id quod modo præ manibus habemus, prædicti operis tantummodo pars sit, quam una e monialibus, antequam combureretur, exscripserat. Videri infra potest Ribera (lib. IV, cap. III) dicens certissime sibi compertum esse Teresiam, quamvis in ea parte quæ nobis

Conceptus
amoris divini.
Pars tantum
sunt libri qui
interit.

residua

A *residua est stetit videatur, produxisse hunc libellum; et quod Ribera tam indubitanter affirmat, confirmant quicumque Teresiae deo proximiores fuerunt, Yepes, uterque Joannes a Jesu et a S. Hieronymo, Acta canonizationis, et prae ceteris Gratianus in prologo quem illi Conceptuum fragmento, Bruzellis anno 1612 a se primum edito, praefixit.*

1551 Quare nulla ratio videtur habenda esse P. Francisci a S. Maria, qui, medio post saeculo Chronicum scribens, in dubium id revocat, uno nixus argumento quod diserte respuerat Ribera, nempe libellum eum claudi videri ad ea quae nunc extant verba. Nam quod clausulae speciem prae se fert, non semper vera libri clausula est; ut videre est in Epistola S. Pauli ad Romanos, qui capite xv eam claudere videtur, additurus tamen caput xvi. Atque id Teresiae non infrequens est, aut quia per intervalla scribebat, aut quia jubebatur pergere, cum metam attigisse credebatur. Quis autem ille fuerit qui penitendum hoc comburendi libri jussum dederit, affirmatur in Teresianae Vitae compendio, cura Gratiano edito plurimumque ab eo laudato, fuisse P. Didacum Yanguasium, illum ipsum qui cum P. Gratiano singula Mansionum verba ad trutinam coram Teresia revocarat. P. Franciscus a S. Maria id pernegandum duxit ob plures quas congerit plausibiles rationes, v. g. quia Ribera ait prorsus nesciri quis hoc jussit, et quia omnino improbabile est a circumspetto adeo viro praeposterum tale mandatum exisse. Verum P. Antonius a S. Joachim (in Anno Teresiano, tom. VII. pag. 157) litem dirimit, dicens se Madritense Ordinis archivum perscrutando invenisse rem confirmatam testimonio trium monialium quas nominat et quae in juridicis canonizationis informationibus affirmarunt id se ex ipso Yanguasii ore audisse; quamquam tamen non expressum hic jussum dedisset, et tantum ad obedientiae ejus experimentum, plurimumque ipse mæreret codicis jacturam. Pariter ducissa Albana, Maria Henriquez de Toledo, in informatione facta Vallisoleti, articulo 80, dixit se exemplar illius scripti accepisse ab Albanis monialibus, quando P. Yanguasius destruendi praeceptum dederat. Meminisse jurat P. quoque Bañezium Teresiae obedientiam tentasse, jubendo ut Vitae codicem flammis daret, sed illico retinuisse obedire properantem.

1552 Certe luctuosa jactura est non exigua, ut videtur, partis libri, qui, sicut P. Fredericus rite advertit, non commentarius in S. Scripturam, sed explanatio dumtaxat haberi debet aliquorum locorum quae vel in concione audierat vel in Breviario legerat. Porro Gratianus, hunc librum editurus, aliquot notas subjunxit: et cum his, ut latius refert Nicolaus Antonius in Bibl. Hisp. nova, hispanice prodiit Bruzellis anno 1612, Valentia anno 1613, Madriti anno 1615, et iterum Valentia anno 1623; quo etiam anno editus est Papiæ italicæ, in sua ab editore divisus capita, praefixoque contentorum argumento. Ast illae notae e posterioribus editionibus exularunt. Inquisitorum Hispanorum providentia, ne in regulam offenderetur a se post S. Teresiae scriptionem latam, qua Canticum Canticorum hispanice commentari omnes vetabantur.

1553 Tandem, ad formandum de eo libro judicium, audi quid in proemio gallicae versionis suae recte de eo proferat Arnaldus. Fateor, inquit, nihil unquam a me lectum fuisse quod mihi videretur pulchrius, aut animum magis extolleret ad mirandum infinitam Dei magnitudinem ejusque gratiae miracula. Quocirca hic tractatus eo aestimabilior est quo sublimiores cogitationes utilioresque instructiones circa virtutum exercitium immiscuntur: et,

nedum lectoris animum, exposita tanta perfectione, ad quam aspirare non auderet, minuit, imo potius cum solatur, patetfaciens necesse non esse tam eminentibus cumulari gratiis, ut quis prorsus cum Deo conjunctus et hoc pacto perfecte beatus sit; sed satis esse, ut superius dixi, si quis voluntatem suam omnimode divinae voluntati subiciat, eamque subjectionem suis actis prodatur.

1554 Exclamationes animae ad Deum suum: quae melius ita inscribuntur, quam, sicut Arnaldus eas inscribit, Meditationes post S. Communionem. Sunt numero septemdecim, et diversis diebus post S. Communionem fuerunt conscriptae anno 1579, non vero 1569, ut Emery, Nicolaus Antonius alique habent. Sermo illic vivus, clarus, effluax: quod experti sunt, ait Chronicum, innumeri qui illius libri lectione fuerunt ad Deum conversi. Partem autographi nuper apud Carmelitissas Granatenses inventam dicit Annus Teresianus (tom. VII, p. 152).

Monita S. Matris ad moniales suas. Habentur sexaginta novem, aut, quot in postrema editione 1793 numerantur, sexaginta octo, quia conjunguntur quadragesimum et quadragesimum primum. Autographum eorum perit, aut numquam extitit: quod P. Frederico probabile videtur, quia, ait, potuit fieri ut a S. Matre fuerint dictata, vel ut a monialibus auditu primum identidem excepta sint et successive chartae mandata. Extitisse tamen probabilius mihi videtur, tum quia, Sancta vix mortua, cum libro Vitae perfectionis anno 1583 prelo subjecta fuerunt, tum quia Ludovicus de Leon innuit se omnium operum quae publicavit, autographa inspexisse. P. Alphonsus de Andrade S. J. doctissima commentaria in ea hispanice edidit Madriti anno 1647, quae Barcinone recusa fuere anno 1695. Eadem anonymus Carmelita italicè vertit et Venetiis vulgavit anno 1720. De his ait P. Fredericus: Si verba mea aliquod pondus aliquamque auctoritatem haberent, vehementer hortarer quemcunque fidelem ut quotidie nonnulla ex iis legeret, et in examine conscientiae videret quomodo lecta sint observata. Equidem non dubito quin ita agendo experientia eum doceret optimam inde derivari instructionem et utilitatem. Monita novemdecim alia, ex dictis scriptisque Teresiae hausta, commentatus est Palafoxius, eaque publicavit ad calcem primi voluminis Epistolarum. Verum innumera hujusmodi Monita sive spiritalia consilia decerpi possent.

1555 Carmina spiritalia. S. Mater magnis anni solemnitatibus, ad recreandos filiarum suarum animos, saepe cantilenas genialiter ludebat. De hujusmodi cantilenis pluribus Epistolarum suarum locis mentionem facit (v. g. tom. I, epist. 31 et 32). Praeter ea quae deperdita sunt vel quorum tantum superant fragmenta, extare hodie quatuor tantum Carmina integra dicit P. Fredericus (lib. iv, cap. x), inter quae tres glossas ponit (id est, ut vox hispana sonat, odas in quibus thema carminis post singulas strophas intercalari versu recinitur): quartum carmen cantio brevis est de transfixione cordis, quam retuli num. 226. Adhuc Annus Teresianus (tom. VII, Madriti anno 1758 edito, pag. 152) ait recens tunc inventum esse in eremo Carmeli Genuensis autographum canticum S. Teresiae codicem. Me latet utrum inter has reperiatur glossa cujus meminit Chronicum tom. II (lib. vi, cap. xiii, num. 3); item alia in honorem S. Andreae, quam tradit Annus Teresianus (tom. XI, pag. 560). Neutrius saltem mentionem facit P. Fredericus. Qua autem vena S. Virgo carmina profuderit, ipsa videtur declarare capite xvi Vitae suae; ubi, agens de tertio orationis gradu, in quo anima divinae amoris affectu ardet in Dei fruitionem, ita loquitur:

AUCTORE
V. D. M.

Exclamationes
animae ad
Deum, et Mo-
nita 69, alia-
que 19.

F
Carmina a
Sancta com-
posita, quot
et qualia

quidquid
dicitur auctor
Chronici.

Hujus libri
argumentum
et editiones.

aliquae pro-
stantia.

AUCTORE
V. D. M.

A

loquitur : Novi quendam personam quæ, esto poeta non esset, ex tempore tamen lugubres quosdam versus promebat, quibus eam quam patiebatur pœnam commode exprimebat : non quod eos ipsa ex ingenio suo componeret ; sed, quo magis frui posset illa gloria quæ tam suaviter eam excruciebat, apud Deum suum de illa pœna exposculabat : ac simul cupiebat totum corpus totamque animam suam discerpi, quo suum eo dolore mixtum gaudium ei significaret. Ergo non ingenii, sed amoris factus sunt quæ sic fecit carmina.

inter quæ habetur celeberrima glossa.

1556 Inter hæc longe celeberrima ea est glossa quam jam latine relatam invenio a Martinezio in versione quam fecit operum S. Teresie, ubi et hispanice exhibet quatuor ejus strophas quæ nunc inter variantes vulgo lectiones ponuntur ; sed desunt illa tredecim quibus vulgata glossa constat. P. Josephus de Castro S. J. hujus odes, ut et cantici super cordis sui transfixione, paraphrasim adjecit ad italicam suam Yepesii translationem, quæ publicata fuit anno 1730, recusaque anno 1733. In celebriori glossa amplificanda P. Josepho præluserat anno 1698 Jacobus Martellus libro tertio de Arte amandi Deum. Elegantissimi hujus poematis vertendi periculum fecerunt inter alios, latine, ut dixi, Martinezius, belgice P. Elias a S. Teresia, germanice P. Arnoldus a S. Matthia, gallice P. Cyprianus a Nativitate, D. de la Monoye, ac nuper D. Collombet. At, si hujus cæteris multo meliorem versionem excipias, quam istorum dictio est decolor et elumbis, quantumque mutata ab illa hispana ! Ignita Teresia in iis friget, tersa sordet. Equidem, ait Arnaldus in versionis suæ præmio, ausus non sum aggredi explicationem cogitationum quas S. Spiritus ei inspirarat, farique docuerat eloquio tam sublimi et tam efficaci, ut, si Teresie non crederetur neganti eos versus suo partos esse ingenio, e divino illorum stylo pronum esset judicare ab ipsa non fuisse compactos. Celestis ibi profecto poesis est, et ineffabiles animæ ad dilectum Sponsum amoris impetus. Aestuans S. Virginis desiderium, cupientis dissolvi et esse cum Christo, tanta suavitate exhalatur, ut, si excipiantur quæ S. Franciscus Assisias, S. Joannes a Cruce et alii quidam Sancti fuderunt de amore Dei carmina, quæ Teresianis aliqua ratione conferri possunt, nihil adeo sublime, nihilque simul adeo simplex et teres ab hominis ingenio profectum esse existimem. Si

Sanctorum pectora Deo plena fuerint, quid mirum nullius quam eorum fuisse plectrum grandius, nulliusque os divinius ? Atque eo quidem magis quod Teresia jam ex nature dotibus facundissima esset et ingeniosissima ? Proin verissimum est effatum Memorialium Trivoltianorum (ad annum 1729, pag. 852), ubi, sermonem faciendo de lyrica poesi S. Francisci Assisiatis, dicunt ordinariam poesim, cum talia Sanctorum carmina imitari audet, desipere prorsus et insanire. Ego quoque in eo eram, ut, Arnaldum imitatus, carmen illud latine redditum hic non exhiberem : at ne ejus intelligentia lector hispane non doctus omnino frustraretur, illius latine qualitercumque vertendi periculum feci.

quæ hic exhibetur hispanice

1557 Vivo sin vivir en mí ;

Y tan alta vida espero,

Que muero porque no muero.

Aquesta divina union

Del amor con que yo vivo,

Hace á Dios ser mi cautivo

Y libre mi corazón.

Mas causa en mí tal pasión

Ver á Dios mi prisionero,

Que muero porque no muero.

Ay! Qué larga es esta vida!

Qué duros estos destierros,

Esta cárcel y estos hierros

En que el alma está metida!

Solo esperar la salida

Me causa un dolor tan fiero,

Que muero porque no muero.

Ay! Qué vida tan amarga

Do no se goza el Señor!

Y si es dulce el amor,

No lo es la esperanza larga.

Quitame Dios esta carga

Mas pesada que de azero :

Que muero porque no muero.

Solo con la confianza

Vivo de que he de morir,

Porque muriendo el vivir

Me asegura mi esperanza.

Muerte, do el vivir se alcanza,

No te tardes, que te espero,

Que muero porque no muero.

Mira que el amor es fuerte.

Vida, no me seas molesta.

Mira que solo te resta,

Para ganarte, perderte ;

Venga ya la dulce muerte,

Venga el morir muy ligero :

Que muero porque no muero.

Aquella vida de arriba

Es la vida verdadera :

Hasta que esta vida muera,

No se goza estando viva.

Muerte no me seas esquiva :

Vivo muriendo primero ;

Que muero porque no muero.

Vida, qué puedo yo darle

A mi Dios, que vive en mí,

Sino es perderte á tí,

Para mejor á él gozarle ?

Quiero muriendo alcanzarle,

Pues á él solo es el que quiero,

Que muero porque no muero.

Estando ausente de tí,

Qué vida puedo tener ?

Sino muerte padecer

La mayor que nunca vi.

Lastima tengo de mí,

Por ser mi mal tan entero,

Que muero porque no muero.

El pez que del agua sale,

Aun de alivio no carece :

A quien la muerte padece,

Al fin la muerte le vale.

Qué muerte habrá que se iguale

A mi vivir lastimero ?

Que muero porque no muero.

Quando me empiezo á aliviar

Viendote en el Sacramento,

Me hace mas sentimiento

El no poderte gozar.

Todo es para mas penar,

Por no verte como quiero :

Que muero porque non muero.

Quando me gozo, Señor,

Con esperanza de verte,

Viendo que puedo perderte,

Se me dobla mi dolor :

Viviendo en tanto pavor,

Y esperando como espero,

Que muero porque no muero.

Sacame de aquesta muerte,

Mi Dios, y dame la vida.

D

E

F

A

No me tengas impedida
En este lazo tan fuerte.
Mira que muero por verte,
Y vivir sin ti no puedo;
Que muero porque no muero.

Lloraré mi muerte ya,
Y lamentaré mi vida,
En tanto que detenida
Por mis pecados está.
O mi Dios, quando será
Quando yo diga de vero :
Que muero porque no muero?

ut latine,

1558 Vivo quin vivam in me;
Et tam altam vitam exspecto,
Ut moriar quia non morior.

Divina hæc conjunctio
Amoris quocum vivo
Efficit ut Deus sit mihi captivus
Et liberum cor meum.
Tanto autem ardore inflammor
Videndo Deum captivum meum,
Ut moriar quia non morior.

Heu! quam longa est hæc vita!
Quam dura hæc exilia,
Hic carcer et hæc vincula
Quibus anima constricta tenetur!
Sola exitus mei exspectatio
Tam sævo me afficit dolore,
Ut moriar quia non morior.

B

Heu! quam amara vita est
Ubi mens non fruitur Domino!
Et si dulcis est amor,
At longa expectatio non est dulcis.
Tollat Deus a me hoc onus
Ferri pondere gravius :
Nam morior quia non morior.

Tantum me fiducia
Sustinet futuræ mortis,
Quoniam morienti vitam
Mihi asserit spes mea.
Mors, qua vita obtinetur,
Ne cuncteris : nam te exopto,
Et morior quia non morior.

Vide quam fortis sit amor.
O vita, ne mihi molesta sis.
En solum tibi superest
Ut te amittam ad te consequendum.
Veniat jam dulcis mors,
Properet citatissimo gradu :
Nam morior quia non morior.

C

Vita illa superna
Vera vita est;
Qua, donec hæc vita moriatur,
Frui viventi non licet.
O mors, ne me dedignare :
Vivo moriendo prius;
Nam morior quia non morior.

Vita, quid aliud possum dare
Deo meo, qui in me vivit,
Quam tui jacturam,
Ut melius illo fruar?
Cupio illum moriendo adipisci,
Quippe eum unum desidero,
Ita ut moriar quia non morior.

Absens a te, Domine,
Quam vitam possum vivere?
Imo vero mortem patior
Omnium quam vidi maximam.
Me mei miseret,
Quia tanta mali mei vis est,
Ut moriar quia non morior.
Piscis qui ex aqua emergit,

Mortis non caret levimine :
Cui mors patienda est,
Hunc denique mori juvat.
Quæ vero mors æquet
Vitam meam miserandam?
Merior enim quia non morior.

Quando relevari incipio
Te in Sacramento videns,
Augescit mihi dolor
Eo quod te frui nequeam.
Hinc fit ut magis patiar,
Quia te non video quomodo cupio :
Hinc morior quia non morior
Quando me oblecto, Domine,
Spe tui intuendi,
Videnti fieri posse ut te amittam,
Mihi geminatur dolor.
Tanto vivens in pavore,
Licet sperans quantum spero,
En morior quia non morior.

Erue me ex hac morte,
Mi Deus, ac da mihi vitam.
Ne me irretitam teneas
Hoc tam forti laqueo.
En morior desiderio tui,
Nec vivere sine te queo;
Nam morior quia non morior.
Plorabo modo mortem meam,
Et vitam meam lamentabor,
Quamdiu hæc producet
Ob mea peccata.
O mi Deus, quando fiet
Ut possim vere dicere :
En morior quia non morior?

1559 Narrat Yepes (lib. III, cap. XXIII) quæ S. Vir-
gini occasio fuerit hos faciendi versus. In suo, ait,
Salmanticensi conventu, primo a fundatione ejus
anno, agebat festum Paschatis diem (xv Aprilis
1571), cum decantata ibi fuit cantio quæ hos habet
versiculos : « Videant te oculi mei, dulcis bone Jesu !
» Videant te, deturque protinus mori ! » Ad has vo-
ces, quæ eam percellerant ob ideam mortis, quam,
ut Deum videret, tam vehementer exoptabat, tantus
invadebat eam mentis raptus ut quasi mortua defe-
renda esset ad cubile suum inque lecto collocanda :
et nondum sui plane compos videbatur postero
die, quo ad unum e confessariis suis scripsit quid
tunc persentisceret. Afferit deinde Yepesius ipsa
Sanctæ ad confessarium illum verba (quæ ego, quia
etiam a Ribera afferuntur, lib. IV, cap. V, hic præ-
termitto); iisque hæc subjicit : Inter hosce impetus
Sancta strophas quasdam composuit, enatas ex ar-
dore interni illius ignis, quibus inflicto sibi
vulnus et animi sui sensa manifestat.

AUCTORE
V. D. M.
D

E

F

§ LXXVIII. De Epistolis S. Teresiæ.

Exiguam nobis Epistolarum S. Matris restare
partem, multoque majorem perisse, patet conside-
ranti, si quatuordecim ultimi negotiosæ vitæ ejus
anni generatim sumantur, singulos annos nobis tan-
tum suppeditare triginta circiter epistolas; cum ta-
men in ejus litteris quæ supersunt, passim videamus
eam epistolari commercio fuisse occupatissimam.
Epistolæ hispana lingua hactenus editæ habentur
342, et epistolarum fragmenta 87. Complent qua-
tuor tomos in 4^{to}; quorum primus continet epistolas
65, secundus 108, tertius 82, et quartus 77, præter
fragmenta. Insuper D. Migne anno 1840 gallico
88 uliomate

Epistolæ S.
Teresiæ, quot.

AUCTOR:
V. D. M.

A idiomate protulit tres eatenus ineditas, quas revulgas a se Operibus Teresianis adiecit. Illas esse tractatas ex autographis quae in Parisiensi Carmelitissarum canobio asservantur, novi e litteris priorissae illius domus ad R. D. Tresvaux, canonicum Parisiensis ecclesiae cathedralis, xviii Nov. 1840 datis, et ab eo, pro benignitate qua doctissimus vir coepa nostra prosequitur, perhumaniter mihi communicatis. D. Migne unam earum, graphice exarata, etiam hispanice exhibet, manum Teresiae in scribendo referentem. S. Matris Epistolae, si unam demas quae est anni 1560, ceterae omnes postremis viginti vite ejus annis scriptae fuerunt, id est ab initio anni 1562 ad xii Septembris 1582: imo, si demas litteras quinque vel sex, scriptae sunt omnes ultimis quatuordecim annis. Plerarumque harum autographa adhuc hodie in Hispania conservantur, praesertim Hispali, Vallisoleti et Madriti; multaeque earum, pro authenticis Reliquiis probatae, pio ritu juste coluntur.

Notatu digna de singularibus quibusdam epistolis, intra

B 1561 Inter alia refert Chronicum (lib. xx, cap. xxxiv), et P. Antonius in notis suis, qui epistola 15 tomi II anno 1614 Abulae reperta fuerit. Scilicet in animo habebant religiosi, priusquam occupabant illum locum ubi nata est Teresia, domicilium extra civitatem struere; et ad eum finem coemerant plures domos derelictas a Mauris qui quadriennio ante Hispania fuerant pulsi. Eratitius quidam paries ab aedificaturis cum destruendus esset, ecce praemunibus habent integram praefatam epistolam, in qua ne vel exesum erat id glutinis quo claudi solent litterae. Nimirum spem foventes propediem redeundi, Mauri quaecunque pretiosa auferre non poterant, condebant in domorum suarum penetralibus vel humo infodiebant. Ex ea autem cura qua occultaverunt scriptum illud, conjici potest vel inter ipsos Mauros epistolas Teresiae magni fuisse pensas.

et extra Hispaniam.

C 1562 Etiam extra Hispaniam aliquot ejus epistolae, sed paucae, habentur. Omissis tribus Parisiensibus, de quibus supra, penes Carmelitissas Bruxelenses existit pars prior epistolae 43 tomi II, verso (ut dici solet) mediae paginae desinente ad eas numeri quarti voces: no hallaba; dixo. Si rationem amissionis posterioris partis conjectura indagare liceat, facile crediderim hanc ab ipso Gratiano, de posthuma sua fama non male sollicito, fuisse destructam; quia seria moriturae Teresiae ad eum monita continebat. Restantem eam autographam Sanctae pagellam viii Maji 1842 dignatus est Excellentissimus Archiepiscopus Nicanus, Raphael Fornari, in aula regis Belgarum Nuntius, sigilli sui robore munire, ac decernere tribuendum illi Sacrarum Reliquiarum honorem. Atque id eo gratius Carmelitanis Bruxelensibus accidit quod primus esset actus quo potestatem suam qua recens auctus erat, exereret. Tandem in conventu Bononiensi extat altera quae poni solet quinquagesima sexta tomi II. Hanc Vallisoletanae moniales Benedicto XIV obtulerunt, qui vicissim eam dono misit Bononiam, addito Brevi ubi scriptam asserit Teresiae manu tum ex addito Vallisoletano documento tum ex conformatione litterarum et apicis, siquidem, ait, Sanctae manus tota Hispania sufficienter nota est. Cum autem Sancta nomen loci unde mittebatur epistola, pro more suo neglexisset apponere, non dedignatur Supremus Ecclesiae Pontifex ratiocinando demonstrare missam esse Toletum.

Quando et quomodo primum Epistolarum volumen prodierit;

1563 Primum Epistolarum volumen collegit R. P. Didacus a Praesentatione, Generalis Congregationis Hispaniae: quas cum Ill. Palafoxius notis unum intra mensem confectis stipavisset, dicavit ille Philippo IV, et prodierunt Casaraugustae anno 1658. Placuit regi ut sub auspiciis suis ederentur, eo quod

nativitatem ejus precibus Carmeli attribuendam ipsius mater existimarat; sicut refert Philippi historiographus. Tanta autem aviditate S. Virginis litterae exceptae fuerunt, ut intra octo annos quater fuerint recudendae, et ut in omnes fere Christiani orbis linguas, ut ait Bibliotheca Ord. Carm. Exc., fuerint translatae. In gallicam vertit hoc primum Epistolarum volumen D. Pellicot, Salmanticensis academiae doctor, et Galliarum reginae ab eleemosynis. Sed, ut notat praefata Bibliotheca, cum hujus versionis autographum in quasdam infideles manus depositum fuisset, illud Parisiis anno 1660 apud Georgium Josse edi curavere, tota epistola 65, S. Matris Monitis, aliisque passim pluribus omissis: ut monuit etiam Franciscus Foppens, typographus Bruxellensis, qui integram exemplar hispanum gallice versum edidit anno sequenti 1661. Alteram versionem hujus tomi confecit D. Chappe de Ligny, dispositis epistolis ordine chronologico, decurtatisque notis Palafoxii.

1564 Alterum Epistolarum volumen hispanice prodit cum notis P. Petri ab Annuntiatione. Fusiones autem eis addidit P. Antonius a S. Josepho, ille idem qui notas confecit tertii et quarti tomi. Opera P. Petri a Matre Dei gallice Insulis haec prodierunt anno 1698. Aliam versionem pararat biennio ante Mater de Maupeou, priorissa Sandionysiana, mortua anno 1727. Illam edendam curavit Ill. de la Taste, episcopus Bethlehemensis, praemisso a se prologo. Mirum est tantis encomiis cum elegantiae tum fidelitatis donatam fuisse hanc translationem, in eaque extollenda unum fuisse omnium concentum. Ut taceam D. Franciscum Lamy Ord. S. Bened. et Ludovicum Ellies Dupin (de quibus sermo fit in prologo voluminis) ipsumque Ill. de la Taste, laudant eam F. X. de Feller in Dictionario historico, gallica Biographia universalis, du Serre-Figon in notis ad suam S. Teresiae Panegyrim, aliique ad unum omnes quos vidi mentionem de ea versione facientes. At, veri partes cum propugnandae sint, neque non turbare chorum laudantium, et, dum alter alterius auctoritate nititur, repetentium audita elogia, ac depradicantium jam toto fere saeculo versionem Matris de Maupeou. Ut autem invicte demonstretur sensus esse mutilatus saepe, et in rebus non semper levibus male versus, inter primo obvias, adeas velim hispani secundi voluminis epistolas 80, 81 et 82, quae gallice ponuntur loco 21, 22 et 26; comperiesque ibi resetas esse lineas jam tres aut quatuor, jam octo vel novem, imo alicubi duodecim et quatuordecim. Et ita porro.

item quando secundum, quod gallice non sat fideliter versum fuit.

1565 Dein quod errores attinet, ne de frivolis solum mendis agi pateat, epistolam indigita quartam (gallice octogesimam), in qua (num. 5) habetur: No reyna en mi con fuerza asimiento de ninguna criatura, ni de toda la gloria del cielo, sino amar a este Dios. Quod latine sonat: Nullius creaturae regnat in me magna adhesio, neque ipsius etiam gloriae caelestis tenet me vehemens desiderium: in unum Dei amorem feror. At Mater Maupeou id vertit: L'amour des créatures ne règne pas dans mon cœur, et je ne sens d'attachement pour aucune, pas même pour toute la gloire du ciel: tout mon désir est de voir Dieu. Ubi non solum amar a este Dios (amare Deum) male ita versum est, quasi Sancta tantummodo desiderasset Deum videre; sed et, quod pejus est, illa dicitur affirmasse nullo se totius caelestis gloriae affectu teneri: dum solum negat se in eam ferri impetuoso desiderio. Aliud autem est: nullus affectus; aliud: vehemens adhesio. Equidem haec tacitus praeterissem, ni pejus quid haberetur epistola 11, quae gallice est prima (num. 29), ubi dicitur: Ni honra, ni vida, ni gloria, ni bien alguno,

E

F

sicut demonstratur ex uno et altero loco.

A gundo, ni en cuerpo ni alma, hay quien me detenga, ni quiera, ni desee mi provecho, sino su gloria. *Id est* : Nec honor, nec vita, nec gloria, nec ullum in anima aut corpore bonum est cui adhæream; neque volo aut desidero meam utilitatem, sed solam Dei gloriam. Verum traductrix, Sanctam Molinosismo quodam afficiens, ait : Sans me soucier ni des biens, ni des honneurs, ni de la vie, ni de la santé, ni de ce qui concerne les avantages du corps ou de l'âme, ni même de la félicité des bienheureux, je borne tous mes desirs à sa seule gloire. Ac dein, postquam Mater de Maupeau ita commenta fuisset Teresiam nullam rationem habuisse felicitatis Beatorum, bonus editor, cum umbra strenue digladians, in proluxa valde nota multa disserit, ad Sanctam a Molinosii errore purgandam. Ast hæc pauca sufficiant ut constet ab accuratis cæteroquin scriptoribus perperam dici rara esse quæ in aliam linguam versa sint opera tanto cum studio tantoque cum successu. Incerta nec et iniqua sæpe humana laus qua inmerentes aliquando donantur, frustrantur vero sæpius merentes!

Tertium et quartum volumen

1566 Restat modo agendum de tertio et quarto volumine Epistolarum, quod utrumque anno 1771 Madriti, dicatum regi Carolo III, in lucem venit cum notis P. Antonii a S. Josepho, et ibidem recusum est anno 1793. Jam anno 1775 apparuerunt hæc Epistolæ Florentiæ, italica veste indutæ. Sed in aliud idioma non novi hactenus versas fuisse. Translationis tamen nuper a diversis promissæ expectatio Gallos tenet, qui hodieum frustrantur spe quam sibi fecere D. Boucher (præfat. ad Vitam S. Teresiæ, pag. xvi), DD. Grégoire et Collombet (epistola dedicatoria ante traductam gallice Sanctæ Vitæ, pag. xiv) et D. Migne (in diario l'Ami de la Religion, tom. CXI, pag. 192). Quæ in postremis iis litteris, adjectisque ad eas notis, quantum ad Societatem Jesu attinet, advertendu habeo, hæc reserabo in eos paragraphos ubi de perpetuo S. Teresiæ in Societatem Jesu amore specialiter agam : nam ea ratione ab editore nec charitati nec veritati satis consultum fuisse demonstrandum mihi erit. Ast nonnulla adhuc alia non possum non carpere : ex quibus patebit dolendum esse quod purissimo Teresiæ auro nonnihil scoriæ in hac voluminum conflatione editor injecerit.

in quibusdam carpi possunt, quod probatur

1567 Taceo in fronte libri, anno 1771 regi dicati, infra S. Matris imaginem positos esse quatuor abnormes versus, quos pudet referre. Leviora hæc. Sed, quod pejus est, cur pro arbitrio celavit editor plures epistolas epistolarumque fragmenta, quæ fatetur sibi ad manum fuisse? Ne quid dicam de epistola ad Moyam, aliisque ad Societatem Jesu spectantibus, de quibus postea sermo erit, nescio quo jure editor, qui affirmat omnes omnino Sanctæ epistolas valde proficuas, fas esse putarit nos privare iis epistolis de quibus ipsemet loquitur tom. III, epist. 48, not. 13, et epist. 52, not. 20, ac tom. IV, epist. 42, not. 14, et epist. 44, not. 11 et 12, etc. In his autem saltem aliquæ habentur quæ relatu dignissima continebant, v. g. epistola illa quam ait editor de captivitate S. Joannis a Cruce agere; aut si quædam ex iis res familiares solum spectabant, non hæc erat ratio cur negligenter, ipso editore teste, quippe qui plures hujusmodi S. Teresiæ epistolas vulgavit.

varia argumentis.

1568 Adhuc nonnulla male sunt posita, divisa, addita vel dempta : quæ propositi mei non est hic referre. Qui hos aliosque naves preciosissimæ cæteroquin illius collectionis singillatim vult nosse, consulat secundam Montoyæ Dissertationem. Varias illic questiones agitata videbit super epistolis 11, 13, 18, 22, 27 et 28 tom. III, ac super epistola 25 tom. IV, ut et super notis quas hispanice adjecit

P. Antonius a S. Josepho et italice P. Valerius; dolebitque quibusdam se, ubi tot nitent, offendi maculis. Facili autem venia dignus foret editor, si attentæ non satis menti imputari ea possent. Ast demonstrat Montoya consilio quedam ideo esse resecta, aut quia questus continent in Calceatos, aut quia laudem Societatis Jesu : quod magis adhuc locum habet in italica translatione quam P. Valerius Florentiæ concinnavit anno 1775. In hac, inter alia, ut pareatur Calceatis, omisa est tota fere epistola 76 et triginta lineæ ex epistola 77 tom. III, atque e tomo IV fragmenta 41, 43, 44 et septem lineæ e 32. Qua occasione opportune advertit Montoya annotatorem male neglexisse monitum patroni sui, archiepiscopi Burgensis Rodriguez de Arellanos, qui in famosis suis anni 1769 encyclicis ita loquitur : Quo jure aut qua ratione supprimantur ea fragmenta? Singulæ S. Matris litteræ lapides sunt pretiosi. Nil prorsus ab illis demi debuisset. Qui autem secus agit, contrahit malæ fidei notam : atque iniqua talis actio a nemine minus quam a religioso patrarî oporteret.

1569 Quedam modo dicam de excellentia Epistolarum Teresianarum, quas S. Joannes a Cruce, una cum S. Scriptura peru inclusas, secum semper ferebat. Bene advertit P. Antonius a S. Josepho (tom. IV, ep. 41, not. 10), si Carmeli Ordo reformatus fuit, id deberi Epistolis S. Teresiæ. Alii Ordinum Institutores Italiam petebant, Romæ versabantur, agebant cum Cardinalibus, Summum Pontificem informabant, aliæque diligenter et pro sua persona decenter præstabant. At nil hujusmodi S. Mater præstabat aut congruenter præstare poterat. Quomodo igitur ipsa condidit Ordinem suum, remque adeo portentosam inops Virgo perfecit? Næ ibi est quod stupeamus! Nam variam eam aliorum Institutorum diligentiam et industriam supplebat Teresia sola scripture litterarum. Neque egit dumtaxat de vita spiritali cum hominibus omnis generis, aut de religiosa Ordinis disciplina cum suis utriusque sexus alumnis, aut tandem de rebus familiaribus vitæque civili, quoties humanitas vel charitas id exigebat, cum sæcularibus; sed et frequenter, et quidem de grani non raro argumento, cum selectissimis fere quibusque viris qui tunc temporis in Hispania exercebant sanctitatem, doctrinam, et ecclesiastica vel civili dignitate. Si enim recenseas elenchum eorum quibuscum Sancta habuit litterarum commercium, vel legens epistolas annotes quibuscum coluerit amicitiam, invenies Philippum II, magnum ducem Albanum Ferdinandum de Toledo, hujusque uxorem et filium, Nuntios Ormanetum et Segam, Cardinalem Quirogam, S. Petrum de Alcantara, S. Joannem a Cruce, S. Franciscum de Borgia, Magistrum Joannem de Avila, Ludovicum Granatensem, Dominicum Bañez, et quam plurimos alios qui vel episcopalibus infulis vel theologicis cathedris vel fama sanctitatis insigniores erant ea magnorum in Hispania virorum sæcundissima ætate.

1570 Quod si modum spectes quo Sancta res quas tractat, Epistolæ ejus omnes, ait episcopus Accitanus, citatus a P. Antonio a S. Josepho in prologo ad tomum III, gratiam spirant, ac tanto prudentiæ sale condiuntur ut vel fastidiosos lectores utiliter delectent. Videri illic potest, inquit P. Montoya (diss. II, cap. vi, n. 1), animus ille generosus qui mediis in gravissimis infirmitatibus, horrendis calumniis et persecutionibus, atque in mediis omnigenis laboribus internis externisque, pacatus et tranquillus permanebat; ardens ille zelus quo fervebat ad B. Mariæ de Carmelo Ordinem propagandum regularemque observantiam promovendam,

AUCTORE
N. D. M
D

Perstantia
Epistolarum
S. Teresiæ
E

F

judicium de
is latum ab
episcopo Ac-
citanus, a Mon-
toya.

AUCTORE
V. D. M.

rendam, et quem ubique dulcedine, suavitate atque discretione temperatum cernimus; profundissima illa humilitas et sui nihili cognitio, quibus magnanimitas et fiducia in Dei omnipotentia comites ibant; pectus illud vere maternum erga filias filiosque, et sollicitudo illa qua omnimode animorum eorum perfectioni prospiciebat, quin umquam tamen obli-
visceretur minima quæque spectantia ad res temporales conservationi et augmento monasteriorum necnon solatio et quieti incolarum necessarias: hæc, inquam, omnes et plures aliæ gratiæ singulares propriæque S. Teresiæ, quæ in antiquis Sanctæ Epistolis admirationem provocant, in recentibus quoque patescunt.

a du Serre-
Fignon.

1571 Nec minus vere quam pulchre sequentia dicit D. du Serre-Fignon (part. II Panegyris suæ, pag. 39): Etiam si nil aliud Teresiæ deberemus quam Epistolas, bene profecto de orbe Christiano merita esset insigni tali beneficio! Epistolis, inquam, æque utilibus ac amoenis, quas non minus ob animi sensa quam ob cogitationum lepores laudaveris: quæ, etsi gallico idiomate minus quam originali scriptione sapiunt, gallice tamen ita grato suo candore mentem adhuc delectant, ut, postquam quis eas legerit relegeritque, novæ semper videantur. Quid plura? Incitant atque erudiunt animum ad pietatem; et inter eas aliquot absolutissimæ elucubrationes sunt de rebus spiritualibus, de oratione mentali et religiosa perfectione. Universalis est earum utilitas, quoniam omnigenis hominibus deque rebus omnigenis sapientissima ibi dantur consilia, necessitatibus adjunctisque aptissima. Teresia, alloquens in eis cœnobitas, exhibet se sapientimoniam scientiæ Sanctorum apprime peritam; alloquens sæculares, apparet mulier probe noseens eorum studia, negotia, usus, ambitionis artes, numquam tamen religiosæ decentiæ stylique oblita; agit cum doctoribus, tamquam ipsa perdocta, sed absque superbia et vanitate, ita ut doctrinæ præcellentia eos non deprimat; summa observantia, vitæ tamen assentatione, colit magnates aulicosque, atque ita ad eos scribit ut inter ipsius aulæ urbanitates vitam egisse videatur; ubi cum propinquis agit, monita sua amore condit, placetque devotæ consanguineæ affectus, zelo Sanctæ Virginis immixtus. Quis præterea hic non agnoverit civiles in ea elucens virtutes? Vides hic Seraphinorum æmulam, ad Divinitatis thronum sublatam, a monte sancto descendente, non ut Moysem, tonitribus fulguribusque armatum paratumque ad tabulas Legis frangendas, verum ad docendum et comprobandum Legem Evangelicam a nullis hominum conditionibus abhorre. Ad minuscula quæque societatis civilis officia demittit mentem: in dilecti fratris pectus et in amicitiae sinum effundit sensa candidissimi animi, etc.

ab Ill. Palafox et a D. Emerij.

1572 Atque similia harum Epistolarum encomia legi possunt in Palafoxii epistola quæ præmitti solet primo volumini. Ibi inter alia ita loquitur: Quantum S. Mater in Epistolis suis promit zelum animarum! Quantam prudentiam peritiamque rerum mysticarum et moralium artisque gubernandi! Quantam in persuadendo efficaciam! Quantam styli claritatem! Quantam gratiam vimque latentem ad capiendum animos eorum quos scriptis suis erudit! Adverte Ill. Palafox (epist. 10, not. 3) Teresiæ Epistolas magnam habere affinitatem cum iis Isabelle Catholice, quæ inter eos qui regnorum gubernacula tenuerunt, vix extitit major. Atque D. Emerij in operis sui de S. Teresiâ prolatione ait unumquemque post Epistolarum ejus lectionem ultro fasurum esse Sanctam hanc (quæ in semetipsam valde

rigida erat, et rerum cælestium contemplationi adeo dedita ut terras liquisse prope videretur) nulli secundam fuisse in commendanda virtute suaviter juxta ac potenter. Atque refert ibidem auctor cordatum quemdam protestantem, lecto suo de Spiritu Teresiæ libro, scripsisse ad amicum suum Genevensensem, D. Carolum Bonnet, eam e scriptis ejus sibi videri Teresiâ quæ totius regni habenas rite fuisset moderata. Imo P. Egidius de la Sante S. J. in oratione: An tribuenda Gallis rei litterariæ palma (Parisiis, 1741, in 12^o), in qua conatur probare contribules suos eam posse cunctis Europæ gentibus præripere sibi vindicare, præponit dominam de Sévigné extraneis quibuslibet qui arte epistolari claruerunt, una tamen excepta hispana Teresia, quam ipsi præfert dominæ de Sévigné: Non paucae sunt quas Hispanis invidemus, Epistolæ. Tuas, dico, pia Teresia, quas licet currente calamo exaraveris, et ingeniosius et elegantius et suavius conscriptas fateor quam vel e nostris optimas. Nec mirum: hæc e cælo prius acceperas quam terris dares; hæc Deus ipse afflaverat; his ultro cedimus: cedere afflanti Deo, gloriosum est Galliæ. Egregia quoque Epistolarum laus legi potest in prologo quem Ill. de la Taste annexuit gallicæ secundi voluminis versioni.

1573 At multo magis quam cuncta hæc elogia ipsæ S. Matris Epistolæ se commendant; quod facile probarem, si varia epistolari eloquentiæ illius specimina asferre per spatium mihi liceret. Pro exemplo sit epistola ad R. P. Rubeum, ejus latinam versionem exhibui num. 669 et seqq. Nescio num quidquam, pro difficillimo quod tractat ibi argumento, humana eloquentia comminisci possit melius. Profundam ibi humilitatem et religiosam obedientiam mirabili modo conjungit cum legitima, non tam sui quam suorum, qui rei erant, Reformationis suæ defensione: nec solum summa dexteritate sibi et alumnis suis captat Præpositi benevolentiam, ac diluit culpas aut extenuat; sed et molitur insensum illum in Reformationis defensorem transmutare. Tandemque repetit, quod initio dixerat: Videbis olim in supremo Dei judicio atque æternitate quid debeas tuæ Teresiæ a Jesu. Si videre velis qui S. Mater exerat quandoque et animi et styli robur, lege epistolam ultimam tom. I ad Annam a Jesu, ubi læsæ obedientiæ detrimenta fortiter reparat, et nova suaviter prævenit, ut § XLIX ostendi; aut lege vigesimam ejusdem tom. a me relatam num. 787 et seqq., in qua, dum magnum suum erga Societatem Jesu amorem probat, summa tamen energia pro necessaria sibi fama decertat, et sibi ab amico provinciali impactam per errorem culpam repellit duplici jurejurando, altero Deum suæ innocentiae testem invocans, altero, si in culpa sit, volens deleri de libro vitæ.

1574 Religiosa in humillima moniali observantia, sed et mascula simul in femina libertas cernitur in ejus epistolis ad Philippum II, quibus pauper virgo simplice sua eloquentia potentem monarcham sibi devincit, eumque adipiscitur patronum et columen disjectæ pene Reformationis suæ. Brevitatem vis? Experire num vel una demi possit vox a prudenti instructione quam num. 683 latinam feci, de modo ineundi possessionem monasterii Caravacensis; aut adi epistolam 16 tom. I ad P. Dominicum Banez, quæ multas magnasque res compendiose exhaurit. Pluribus epistolis salse et prudenter argue ac libere instruit et corrigit Gratianum, e. g. fragmento 14 tom. IV. Ex epistola 51 tom. I, cujus versionem latinam vide num. 819 et seqq., comperies qui condolare possit mœrentibus. Consolatoriæ illæ, missæ afflictis filiabus suis Hispanensibus, aptissime sunt ad leniendum dolorem et ad excitandum amorem Crucis. Pariter epistola 14 tom.

E
Sed ipsæ Epistolæ maxime sui commendatio sunt: quod probatur

F
pluribus exemplis.

A *tom. IV, ut et 35 et 39 tom. I, Teresia, fide plenissima, rationes solatis in morte sibi charorum exhibet arte magistra aut potius sine arte, et eo eloquentius quo simplicius. At omnium maxime hic laudatam velim (a qua tota offerenda ægre abstinco) epistolam S. tom. I ad episcopum Oxomeensem, Alphonsum Velasquez. Egregium illud documentum probat quanta S. Mater esset vitæ spiritualis magistra, et simul ostendit quam esset humilis, quam obediens, et quam excelsa tamen liberaque mente. Nam, jussu sibi facto, orare docet ibi filia prælatus, penitens confessarium, ac Teresia educit discipulum suum ab abecedario, ut ita loquar, orationis, et a primo limine scientiæ Sanctorum, ad altissimam celestium rerum contemplationem et ad intimam cum Deo unionem. Atque hic absoluta esto omnis de Epistolis tractatio.*

§ LXXIX. De S. Teresiæ modo scribendi.

Quæ super Teresianis libris dicenda restent.

B

Recensitis singulis Teresiæ operibus, modo, ut a levioribus incipiam, primum perpendam eloquentiam S. Virginis: dein considerabo doctrinam ejus profunditatem; ac demum inquiram utrum a Deo in scribendo adjuta perhiberi possit. Eam quam hic amplectar sententiam confirmabo clarorum virorum testimoniis, atque ipsiusmet Ecclesiæ non obscure significata mente. Tandem investigabo num recte Ecclesiæ Doctor nuncupetur: quem Doctoris titulum plures illi indere non dubitant. Quibus omnibus expensis, hisce de Teresiæ libris paragraphis finem imponam indagando quid de plurium hodiernorum judicio censendum sit, qui, non raro post exaggeratam Teresiæ laudem, collatumque Ecclesiæ Doctoris nomen, sibi parum constantes ac prope dixerim injuriam Ecclesiæ irrogantes, lectionem laudatorum adeo operum ejus nihilominus dissuadent ac pene proscribunt.

Ratio cur agam de Teresiæ eloquentia.

C

1576 Sanctæ facundiam et styli ejus eloquentiam, agendo de Canticis et Epistolis, modo delibavi; atque existimarem cætera illius scripta tantum obiter hoc respectu censenda mihi esse, nisi scirem ævum nostrum maximi facere illam in scribendo cœnositatem formamque dicendi. Eo enim usque hodie hæc adamanatur, ut, modo aures mulceantur periodis bene fluentibus, aut stimuletur gustus aculeis dictorum, non pauci abesse facile patiantur argumentationis soliditatem, et commendabiliorem fere æstiment hominem qui pure scribere novit aut belle dicere, quam qui eminet sanctitate vitæ et infusis gratiæ donis. Ergo, quantum fas est hagiographo, accommodabo me genio multorum, et edisseram breviter S. Matris eloquentiam. Si tamen ostendo eam recte audire poetriam (quo nomine Gallorum hodie mos est Teresiam deprædicare), si in arte epistolari principem, si scientem jam familiari naturalique stylo convenientissime tractare levia et domestica, jam sublimiori mystica et theologica; ea id ego mente facio, non ut me distineam eloquentiæ disciplinis rhetoricæ præceptis, sed ut in S. Virgine spectabiliora fiant Dei dona, et ut ii qui humanis istiusmodi rationibus ducuntur, inde æstimare incipiant heroicam ejus virtutem et honorare sanctissimam religiosi Ordinis Reformatricem.

de qua judicium exhibetur Ludovici de Leon.

1577 Variorum itaque primum judicia excipe de S. Teresiæ eloquentia. Postmodum exemplis rem confirmabo. Agmen ducat Ludovicus de Leon, idoneus quam qui maxime judeat, quippe qui inter Hispanos scriptores de palma contendat, non verente

Nicolaus Antonius in *Bibl. Hisp. nova* ei applicare quod Lucanus de Cicerone habet: Hispani maximus auctor Luisius eloquii. *Hic autem in epistola dedicatoria Operum S. Teresiæ ita eloquitur: Ipse Spiritus Sanctus S. Matrem in scribendis libris haud dubie incomparabile et rarissimum quoddam voluit esse exemplum. Nam in rerum quas tractat sublimitate, et qua eas declarat subtilitate et perspicuitate, multorum ingenia longe antecellit. Quoad puritatem vero sermonis et facilitatem styli verborumque gratiam, scitam structuram et inaffectatam elegantiam, quæ legentibus quam gratissima est, nihil esse puto in vernaculo nostro idiomate conscriptum quod hisce Sanctæ Matris scriptis queat conferri. Unde quoties illa lego, non possum non, tamquam si jam de novo ea legerem, summopere eadem mirari; et in plurimis diversisque illorum partibus non hominis spiritum loquentem audire mihi videor, sed Spiritum Sanctum multis in locis per eam et in ea locutum, manumque ac calamum ejus direxisse, certissime mihi persuadeo: quod tum e lumine et claritate qua res obscurissimas elucidat, tum ex igne qui per verba ipsius in legentium cordibus accenditur, apertissime patet. . . . Stupor intolerabilis est verba illius velle corrigere; qui enim Castellane lingue probe callentes sunt, vident S. Teresiam esse ipsammet elegantiam. Atque Ludovico de Leon consonat P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 70, not. 11), dicens: Hispanismus S. Teresiæ talis est, ut etiam ubi aberrat a grammatices constructionisque legibus, summum in ea artificium sit et lepor.*

AUCTORE V. D. M.

E

1578 Nicolaus Antonius, in *Bibl. Hisp. nova* (art. Teresia): Singulari quadam, inquit, sermonis castitate ac perspicuitate, inaffectataque elegantia, theologiæ illius, quam mysticam vocant, hoc est, veræ sapientiæ, arcana, non nisi sanctissimis reserata, totis velut laxatis carceribus foras emisit, cunctisque mortalibus patefecit. Res difficillimas, vereque sensum et ingenium etiam litteris instructissimorum virorum superantes, simplex virgo et illitterata ea claritate ac dexteritate in his libris explanat, ut lateri necessarium sit, quod nec ipsa diffidetur, infusam divinitus menti doctrinam per aureum ejus calamum ad nos tanquam per traducem promanasse. Demum videmus inter quinque selectissimos Hispanos scriptores qui a tempore formati primum Castellani idiomatis ad sæculum usque decimum nonum floruerunt, S. Teresiæ ab idoneo hodierno judice locum assignari. Sic enim in proœmio libri cui titulus: *Tesoro de los prosadores Españoles*, Parisiis anno 1841 editi, ait D. Eugenius de Ochoa, qui elegantiora ea hispanæ lingue fragmenta collegit: Quam locuples profecto est pulchrum idioma nostrum! Ac simul quam lene et quam nervosum! Quanta, in flexura verborum, naturæ æmulatio! Quam grata in pronuntiandi sono conjunctio roboris et dulcedinis! Lectores judicent de lingua nostra, postquam excerpta legerint quæ porrigimus ex operibus Guevaræ, S. Teresiæ a Jesu, F. Ludovici Granatensis, Marianæ ac Cervantes.

Nicolai Antonii.

F

1579 Neque tantum Hispani aut ex religiosi Ordinibus viri Teresiam numerant inter primarios gentis suæ scriptores, sed et aliarum nationum litteraturæ Ibericæ periti sæculares præclare de Teresia eo respectu sentiunt. Unum audi D. Viardot, qui in libro Parisiis anno 1835 edito (sub titulo: *Études sur . . . l'Espagne*) sequens de ea fert judicium: Una ex Hispana gente mulier libros composuit. Et mirum! non futilia scripsit, quæ femineo calamo fere sola competunt, sed ascetica. Ergo communem excessit nationis suæ ordinem, quia mulier

D. Viardot

AUCTORE
V. D. M.

A calamo usa est, sed et excessit ordinem aliorum populorum ob tractatarum a se rerum naturam. Dein (postquam non bene affirmarat ejus libros *Vitæ, Fundationum et Castellæ animæ* fuisse ea vivente editos) sic pergit: S. Teresia ob gesta negotia scriptosque libros numerari potest inter Ecclesiæ Patres. Et, cum in vita sua habita fuerit ut ævi sui oraculum, atque a morte inserta sit albo Sanctorum, duplici honore condecorata est; nam et ejus vita pro sanctitatis exemplo proposita fuit, et libri ejus pro norma styli enthei ac scientiæ orthodoxæ. Quæ porro habet ille auctor, utpote pro Catholico valde deformia et a D. Collombet male excusata, non assero, quamquam et ibi dicat Teresiæ ingenium aliqua ratione comparari posse cum ingenio SS. Bernardi et Hieronymi. Id unum hic adverte: si qui Teresiam despiciere male audeant, quod exponat ac propugnet Ecclesiæ Catholicæ dogmata, ab innumeris aliis (ut postea videbimus) laudatur, quod rectissime id faciat, et quidem eloquentia tam suaviter persuasoria ut omnino absteineat argumentis terrorem incutientibus.

aliorumque:

B 1580 Hæc occasione accipe vel ex ipsis politicis et non undequaque catholicis ephemeridibus quid etiam hodie Hispani sentiant de civis suæ libris, post tria fere ab eorum scriptione elapsa sæcula. Cuncta Europa totusque mundus, ait el Correo (*Madridi in Februarii 1840*), miratur Teresiam in libris suis, qui ob raras dotes quibus præditi sunt, pro norma et exemplo habentur cultoribus non minus linguæ Castellane quam altioris philosophiæ. S. Virgo, perquam gnara humani cordis, non adhibet severa argumenta, quæ, dum improborum terrefaciunt conscientiam turbantque intellectum, impediunt quominus homo persuadeatur: sed, cum amore disserens, demulcet cor, ac tanta verborum dulcedine tamque vivis coloribus depingit delicias quæ animæ puritate etiam corpori communicantur, ac tam moderate et caritate tanta repræsentat vitii horrorem, ut conteratur iniquus, justus vero sibi videatur in æternæ vitæ mansiones translatus. Gratissimus verborum sententiarumque flexus, proprietas jucundarum frequentium comparationum, nisus ejus et continua sollicitudo ut etiam a mediocribus ingeniis capiatur, tersaque quædam muliebris styli subtilitas, quæ inaccessa viris est, cuncta hæc ita legentis occupant intellectum ut fructum inde hauriat uberrimum.

ipso Leibnitzio magni faciente S. Teresiæ libros

C 1581 Quod si quidam, de claris Hispaniæ scriptoribus agentes, Teresiæ nomen celent et imitentur Sismondi de Sismondis, in suis passim libris contumeliosum Romanæ Fidei spretorem, qui in suo opere de Australis Europæ Litteratura ne vel una vocula de inclita catholicisque carissima scriptrice mentionem facere dignatur, malim id oblivioni attribuire, ne imputare debeat ignorantia, aut, quod pejus foret, vilipendio Religionis vel librorum de Deo rebusque divinis tractantium. Equidem enim etiam protestans erubescat memorare ac laudare Teresiæ ingenium et scriptos libros, cum ipse Leibnitzius non erubuerit coram tota Europa profiteri, non modo se illos legisse, sed et inde lumen se hausisse ad condendum altioris philosophiæ fundamentum. Andream enim Morellio scribebat anno 1696: Jure aestimas Teresiæ libros. Equidem reperi illic aliquando pulchram hanc sententiam: Animam hominis concipere res debere non secus ac si in mundo nil esset nisi ipsa et Deus. Quam ideam non modice juvat ante oculos in philosophia habere: atque hanc utiliter adhibui in Hypothesibus meis.

1582 Quod hæcenus de S. Teresiæ eloquentia auctoritate idoneorum testium stabilitum est, ratione

et exemplis modo confirmetur. Itaque de Sanctæ scriptis judicium laturus, inter alia eorum decora, animadvertat velim crebras ejus ad Deum allocutiones, jucundissimas narrationes, ac naturales comparationes quæ in S. Teresiæ, non secus ac in S. Joannis Chrysostomi, scriptis abundant, iisque summam amœnitatem simul et claritatem asserunt. Præfata illæ librorum Teresianorum dotes conjunctæ cum sint cum tersissimæ Castellane linguæ idiotismis et cum inaffectedata simplicitate, nemo mirabitur Sanctam nostram ab omnibus litteraturæ hispanicæ peritis recenseri inter primarios nationis suæ scriptores. Quoad Sanctæ ad Deum apostrophas, ut bene notat Bossuetius, numquam homo eloquentior est quam quando Deum alloquitur aut de rebus agit divinis. Id patet ex locis ipsius S. Scripturæ, quæ ibi maxime conjungit simplicitatem cum magniloquentia et vim cum unctione, ubi homo Deo offert hostiam vociferationis (Psalm. xxvi). Idem in Teresia evenit, quæ ex intensissimo quo æstuabat in Deum amore, sæpe, quasi inscia, medium inter sermonem, ad dilectum animæ suæ Sponsum se convertit, et cordis sui sensa copiosissime effundit. Præsumptas amoris flammæ diceres ex cordis fornace. In uno Vitæ ejus libro numeravi quadraginta quatuor hujusmodi ad Deum allocutiones, plerumque satis prolizas. Hisce autem animæ cum Sponso suo colloquitis nihil teneram magis, et subin nihil sublimius, nihil fidei, spei et amoris plenius, ex humano corde exprimi potest.

1583 Si narrat v. g. capite xxxvi Vitæ suæ prohibitum sibi aliquando fuisse quominus surgenti suo Abulensi monasterio allaboraret, ad Deum se convertens: Domine, inquit, ea domus non est mea; propter te erecta est. Hodie nemo est qui negotium illud curet. Tu, Domine, curam ejus habe. Aut unius ex fratribus suis animam novit in periculo versari? Deum compellat, dicens: Si ego, Domine, tuum fratrem in tali discrimine viderem, quid non facerem? Nulla mihi videtur esse res tam gravis quam ego lubens eo casu pro fratre tuo non subeam (in *Addit. ad Vitam*, num. 14). Ariditatem passa est in oratione? Ausa hodie sum, ait c. xxxvii Vitæ suæ, de divina Majestate conqueri, eique confidenter dicere: Quid hoc est, Domine? An non plus satis est quod in hac ærumnosa et misera vita me defineas, et ego hanc propter te sustineam et vivere in terra cupiam, cum tamen in ea nihil sit aliud quam multiplicia tui non habendi aut fruendi impedimenta: necesse quippe est me comedere, dormire, cum omnibus agere et tractare; et hæc omnia tui causa æquissima mente perfero, quamquam non ignoras, Domine, id mihi maximum ac gravissimum tormentum esse. Tene tamen interea, in parvo illo quod mihi ad te fruendum suppetit tempore, faciem tuam a me abscondere? Quomodo hoc cum immensa tua consistat misericordia? Quomodo id ferat amor quo me prosequeris? Putem equidem et credidero fore ut, si me a te possem abscondere, uti tu faciem tuam a me abscondis, propter amorem eum quo erga me fereris, id minime patereris: sed ipse mecum es ac semper me intueris; unde non est quod hoc tolerem. Obsecro, Domine, ut consideres magnum hoc pacto gravamen irrogari ei quæ te ita diligit. Inundatur celestibus deliciis? Deum, ut iis ponat modum, sic compellat (ibid. cap. xviii): Cave, Domine, quid agas! Tam cito peccatorum meorum enormium noli oblivisci, esto eadem, quo mihi illa ignosceres, oblitus sis; et ut aliquem beneficiis tuis et gratiis modum ponas, peccata mea in memoriam, queso, revoca. Noli, mi Creator, tam pretiosum liquorem in

Sanctæ eloquentia probatur ex ejus ad Deum allocutionibus.

B

E

F

in

A in vas ita pertusum et tenue infundere, cum jam alias sæpe videris quod toties cum ipsa effluere et perire siverim. Et sic longo varioque sermone pergit; nam ibi diffusa esse solet, ubi aut de amore Dei loquitur aut de sua vilitate.

et quidem
humum maxime
sublime.

1584 Non immoratur autem salis hujusmodi blandis cum Deo confabulationibus; sed in altissimas aliquando exurgit Creatoris laudes, quarum consimiles via usquam, extra Sacrarum Litterarum paginas, reperire est. Eo modo capite XXII Viæ perfectionis, postquam filiabus suis gratulata est de relicta mundi vilitate (ubi justissime dicit non tam hominem pensari quam caducam fortunam ejus) ac postquam eas lepide hortata est ut recreationis tempore risu explodant fallaces mundi nugas, talibus Deum compellat vocibus (quarum sublimitatem innata Castellana lingue gravitas plurimum adauget): O Imperator noster! Suprema potentia! Suprema bonitas! Ipsa principii et finis expers sapientia! Cujus perfectionibus nulli sunt termini, utpote quæ infinitæ sunt et incomprehensibiles! Mirabilium abyssus! Pulchritudo continens in se omnem pulchritudinem, et ipsamet fortitudo! Proh Deus! quis in uno se omnium mortalium conjunctam habeat eloquentiam et sapientiam (quantum quidem hic sciri potest; quod perinde est ac nihil scire), ut ea ratione multarum illarum rerum quæ in Deo considerari possunt, aliquid valeat nuntiare, quo aliquantillum cognoscamus quid sit ille Dominus noster et supremum Bonum nostrum.

Sancta pulchre quoque
res narrat ac
graphice describit.

1585 Doleo me huic Commentario inserere non posse alias ejus ad Deum allocutiones, e. g. illas quæ capitibus III, XXXIII et XXXIV Viæ perfectionis aut Mansioni VI Castelli animæ, cap. VI, habentur, aliasque complures. Ast non tantum quando cum Deo agit, Teresia eloquens est, licet tum sit maxime, sed etiam quando cum hominibus. Lege exempli causa priora libri Viæ ejus capita; ubi inimitabili candore juventutem suam describit, ut et pugnam quam introrsum passa est, quando mundo erat valectura. Inter argumenta aut comparationes haustas a purgatorio, morte et inferno, pulchre narrat quomodo, cum paterno limine ultimum egrederetur, quasi eluxata præ dolore membra ei visa fuerint, animaque sua in ea naturæ lucta quasi agonizaverit: ac dein memorat secutam pacem et animi gaudia, quando domum verrebat eo tempore quo solita fuerat comoda ornatumque corporis sectari. Sed et ingentem brevi post depingit dolorem, cupiens sanguineas fundere lacrymas et dissilire sibi cor, eo quod anima sua fidem non melius servasset desponsato sibi Deo. Modis autem latioribus, capite X Viæ perfectionis, non tam describit quam ludit eos qui indiscretis penitentis corpus suum vexant. Risu dignum est videre, ait, quomodo nonnullæ hoc quod sibi ipsamet inferunt, tormento gravatæ incedant. Interdum quidem eas impetus, ne dicam vesania, corripit ad indiscretas et immoderatas austeritates, quæ non nisi biduo (ut ita loquar) durant, subeundas. Exinde diabolus ipsis suggerit has valetudini et cerebro ipsarum nocuisse, ac propterea suadet ut nullas austeritates posthac amplius subeant, ne eas quidem quas Ordo præscribit, cum jam sint expertæ quantopere eas noceant. Ne parvas quidem Ordinis regulas (uti est silentium, unde nullum nobis provenire damnum potest) observamus; et ecce, statim ac somniavimus caput nobis dolere, eorum diu adire omittimus, cum nec hoc nos enecaturum sit: primo quidem die quia caput dolebat; altero quia doluit, et tribus aliis diebus ne denuo doleat. Et interea e nostro ipsæ cerebro austeritates novas comminisci volumus, ut tandem nec has nec alias præ-

stare valeamus: et subinde malum ipsum nimis quam exiguum est; et ipsæ nobis persuademus ad nullam omnino austeritatem faciendam nos teneri, sed satis nos facere ad eas omittendas facultatem petendo.

AUCTORE
V. D. M.
D

1586 Res etiam abstrusissimas frequenti usu comparationum declarat et exornat. Sic de sublimiori oratione cap. XI Viæ suæ actura, festiva humilitate hæc præmittit: Aliqua hic me similitudine uti oportebit, esto eam omittere (quod mulier sim) mallem, et simpliciter quæ mihi injuncta sunt scripto committere: sed hæc spiritus locutio tam ægre et difficulter declarari potest ab iis qui indocti sunt (qualis ipsa sum) ut certum aliquem ejus declarandæ modum me conquirere oporteat; et licet fortassis similitudo hæc rarissime ad propositum futura sit, ad hoc saltem utilis erit ut Reverentiam Vestram recreet, cum meam in illa stupiditatem videbit. Ac dein a capite XI ad XXIII producta allegoria quatuor modos evoluit quibus Deus hortulani more animam hominis ceu hortum quemdam gratis irrigat. Alibi (Viæ cap. XL, num. 7) expositura Creatoris omniscientiam, Deum concipit ut immensum et lucidissimum quemdam adamantem, mundo majorem et clariorem sole, qui repercussas radiorum instar in se cernit hominum mentes, singulaque eorum cogitata, defectus et virtutum gradus.

aptis utens
allegoriis et
comparationi-
bus, tum in
majoribus.

1587 Aut si minora velis, vagantem hominis mentem, variis phantasmatis abreptam, facete modo comparat papilionem qui incerto fertur volatu, modo cuidam mente capto qui domum continuo turbat (cap. XIII et XVII Viæ); dum alibi (cap. XXVII) S. Petri de Alcantara exesum penitentis corpus dicit videri contextum ex arborum radicibus. Non vacat hic referre qui Mansioni VII (cap. 1) peccatorem depingat miserime ligatum et fame prope enectum; aut qui (cap. XL, num. 4) comparet animam peccatoris speculo obnubilato et nigrescenti, quod Deum, licet præsentem, representare aut videre nequit, dum animam hæretici comparat speculo fisso et rupto; aut qui affirmet Deum vix alios solere spiritualibus consolationibus remunerare quam qui strenuos prævie conatus adhibuerint: cum enim, ait, Deus videt animam voluntate et intellectu, ceu alis quibusdam, ad sese totis viribus eniti, tandem capit aviculam illam, eamque in nido reponit, ut refocilletur et jamjam in hacce vita præmiatur; quod fere post productionem orationem mentalem fieri solet. Sed finiendum est, ne totos exscribam S. Virginis libros.

E
tum in levis-
simis rebus.

1588 Attamen, cum historiæ non liceat mera esse panegyri, fatendum est in Teresiano stylo quemdam cohesionis defectum aliqua veri specie carpi posse, præsertim a lectore qui solet phrases phrasiumque verba ex grammatices rhetoricæ legibus ad amussim commensurare ac singula concatenare ordine et numero. Non novit enim Sancta humanum id grammaticorum artificium, neque scit, aut magis non dignatur, studiose adeo verba digerere, præsertim quando amoris in Deum impetu abripitur seseque in ejus laudes effundit. Supernaturali cordis affectione tum sæpe in ea prævalente, absorptus est quodammodo ejus intellectus, et memoria vix recordatur rei quam tractandam inceperat: unde fit ut filum sermonis ejus abruptum interdum sit, nec sequantur ordine ratiocinia. Fateor itaque esse quibus sancta hæc artisque expers libertas inconcinna videatur. At plerique cum Ludovico de Leon (cujus verba num. 1577 attuli) summopere probant liberum illum inartificialemque scribendi modum.

F
Ratio cur in
Sanctæ scrip-
tis non omnia
artificiose
cohercant.

1589 Dein aliud S. Teresiæ vitio vertitur. Plures, dum in S. Virginis scriptis consentitur multa capta esse facilia, queruntur non pauca esse obscura.

et cur quædam
obscura vide-
antur.

AUCTORE
V. D. M.

A secura. Quamquam et hoc a vero prorsus alienum non sit, multo tamen minor est hæc obscuritas quam multi contendunt, uti ostendit D. Chapelain in gallica S. Teresiæ Panegyri. Porro si spectetur argumentum quod in objectis libris librorumque partibus tractat (nempe mediis Vitæ capitibus, Castello animæ et quibusdam epistolis), nemo est qui neget etiam illi talem reperiri perspicuitatem, ut, pro natura abstrusarum adeo rerum, nequeat esse major. Exponit namque ibi supernaturalia arcana, de quibus ipsi theologi vix aliter loquantur quam cæci de coloribus, utpote quæ solo auditu eis nota sunt. Teresia vero, quæ sæpe divinis fruebatur communicationibus, ut testis de visu plura eloquitur (vide Vitæ ejus capita XXVII et XXXIX, Mansionis VII cap. I, num. 6, ac tom. II, epist. 13), atque minus obscure hæc evolvuntur ab illustrata divinitus Virgine quam a theologis humana tantum studioque acquisita sapientia instructis; etsi et ipsa Sancta, ad inaccessa ea humana comprehensioni proloquenda mysteria, nova cupiat vocabula, velitque cuncta sua membra in linguas transformari (Vitæ cap. XXV, num. 9).

B § LXXX. Quæritur cœlitusne adjuncta S. Mater fuerit in scribendis libris. Gravissima testimonia de auctoritate librorum et doctrinæ ejus.

Ipsamet Sancta pluries fatetur

Ergo de sublimioribus etiam Christianæ Religionis mysteriis S. Virgo locuta est lucide et accurate. Tamen rudem se, qualis revera erat, fatetur cap. X Vitæ suæ: Ego nec scientiam habeo nec virtutem nec aliquem virum doctum qui me instruat: et scribo hæc quasi tempus suffurando et magna cum molestia, eo quod hæc scriptio impediatur quominus neam, cum tamen in paupere domo sim, et multis distinear occupationibus. At simul ipsa quoque non uno in loco apertissime profitetur non tam sua se sponte, quam Spiritu Sancto impellente, in manum calamum sumpsisse, quin et quæcunque scripsit, nonnisi illo dictante et instillante a se esse scripta. Audi eam cap. XII Vitæ suæ loquentem, naturalemque suum hæc super re stuporem confitentem: Per multos annos multa legi, sed lectorum nihil intelligebam; et etiam fui satis diu, quod, esto Deus id mihi daret, verbum unum ad illud declarandum proferre non possem: quod certe non modico mihi labore constitit. Cum vero Majestati illius lubet, uno nos in momento omnia edocet; quod sane magnam in me admirationem excitat. Unum hoc in veritate dicere possum, tametsi cum plurimis viris spiritualibus agerem, qui mihi exponere et declarare studebant id quod Dominus mihi impertiebatur, quo illud dein aliis declarare possem, tantam tamen meam esse hebetudinem et stuporem ut parum inde juyarer: eo quod Dominus nollet (ejus namque Majestas semper meus præceptor et magister exstitit: sit ipse pro omnibus benedictus; etenim magnæ mihi confusionis materia est quod hoc in veritate dicere possum) ut cuiquam alteri hoc attribuerem aut acceptum referrem; adhuc quod id mihi, nec volenti, nec petenti (quia in hoc nequam curiosa fui, et, si fuisset, virtus fuisset et bonum; sed in aliis vanitatibus consecrandis) momento Dominus omni qua posset claritate, et ita ut aliis id declarare valerem, patetaceret: adeo ut

omnes obstupescerent, et ego magis quam confessarii mei, quod stupiditatis meæ plus quam ipsi essem conscia. Quod vero Dominus me non edocuit, ipsa scire et nosse non laboravi, præterquam ea quæ ad conscientiam meam pertinent.

1591 Capite vero XIV plurimas occupationes suas refert, nec non particularem illam lucem quam illi Dominus ad hæc ipsa scribenda communicabat, idque hisce verbis: Exiguum quod habeo tempus parum me juvat; unde Majestatem ipsius omne id facere necesse est. Sequi namque me oportet communia reliquarum sororum opera et aliis occupationibus intendere; quod in domo agam quæ nonnisi recen-ter fundata est. Hinc iis quæ scribo totam me impendere et tota vacare nequeo, sed per intervalla et abruptim. Et hoc satius est: nam Domino spiritum suggerente, omnia tum facilius tum melius fiunt; perinde ac dum quis exemplar quoddam ante oculos habet, ad quod suum quod efformat opus componit et dirigit: at, si spiritus desit, non magis quis hanc intelligere linguam valet quam si (ut ita dicam) hebraicam aut aliam exoticam audiat; tametsi multis etiam annis orationi vacarit. Unde magnopere mihi conducere videtur, me, dum scribo, in oratione agere. Ad oculum quippe video non esse me quæ hæc dico: neque enim ea intellectu meo disposui, nec postea scio quomodo ea scripserim aut scribere noverim. Atque hoc sæpius mihi contingit. Idem quoque habet et repetit cap. XVIII his verbis: Nihil vero dicam quod non multo et vario ipsa usu sim experta. Et certe, cum de ultima hac aqua loqui cœpisssem, tam impossibile mihi videbatur de ea quidquam scribere quam græce loqui: adeo id scilicet difficile et arduum est. Quare scriptionem abrupti, et ad Communionem Sacram percipiendam me disposui. Benedictus autem sit Dominus, qui ignorantibus sic opitulatur. O obedientiæ virtus, quæ sic omnia potes! Deus namque intellectum meum illuminavit, alias quidem per verba, alias mihi velut obijciendo et proponendo quo id modo exponerem: quia, sicut in superiore oratione factum est, Majestas illius id velle dicere videtur quod ipsa nec possum nec scio dicere. Quod autem dico, ipsissima est veritas: itaque quidquid hic bonum est, ipsius est doctrina; quod vero malum, certum est a malorum pelago, quod ipsa sum, derivari. Et capite XXX hunc in modum loquitur: Tunc namque meipsam intelligere non poteram, uti quidem intelligo modo, quo id aliis possem exponere: at postea Dominus mihi dedit ut possim intelligere, nec non gratias quas mihi præstitit, referre.

1592 At, præter hanc apertam iteratamque Sanctæ confessionem, ex idonea insuper aliorum auctoritate recte quæritur fueritne in scribendis libris a Deo speciali modo adjuncta. Ad hoc igitur adstruendum, et simul ad Sanctæ libros et doctrinam multis nominibus commendandum, gravissima aliquot seligam testimonia, sed e multis pauca. Si enim cunctorum, non dico verba, sed sola nomina congerere velim eorum qui ejus libros deprædicaverunt, et magno labore et prolixo valde opus mihi sit spatium. Primum itaque pro dignitate locum occupet S. Ecclesiæ de Teresianis libris sensus. Cum primis auditores S. Rotæ in posteriori sua Relatione, agentes de sanctitate Teresiæ in genere (vide supra num. 1196 et 1197), probant et excellentiam scriptorum ejus et celeste jucamen quo in eis componendis gavisæ est. Eadem quoque Relatione, ubi sermo est de gratia gratis data sermonis et scientiæ (num. 1328), non minus diserte id affirmatur. Item J. B. Millinus in oratione qua in publico consistorio Gregorio PP.

se a Deo in scribendo adjutam.

Id quoque affirmatur in Actis et Bulla canonizationis, item in Officio ejus.

A PP. XV supplicavit ut B. Virginem in Sanctorum numerum referret, caelestem Teresiae sapientiam a libris ejus deprædicat (num. 1346). Atque ipse demum Gregorius in canonizationis Bulla magnificis verbis Sanctam ea ratione extollit (num. 1394), similique modo Ecclesia in Officio festi Sanctæ, lectione v, nominat doctrinam ejus caelestem, et eisdem fere verbis, quibus Summus Pontifex, affirmat S. Teresiam multa caelestis sapientiæ documenta conscripsisse, quibus fidelium mentes ad supernæ patriæ desiderium excitantur.

Neque aliter
censuerunt
primum Sanctæ
biographi: v.
g. Yepes, se-
culi

1593 Post gravissima Ecclesiæ pronuntiata ci-
tabo nunc aliquot singularium virorum testimonia,
et primum quidem eorum qui Sanctæ Vitæ con-
scripserunt ac proin existimandi sunt illius libros
et doctrinam penitus introspectisse. Omisso Ribera
(cum infra, lib. iv, cap. iii, legi possit quid de
S. Matris scriptis censuerit), ordior ab Yepesio,
qui in prologo Vitæ suæ Teresianæ ita loquitur:
Ut de donis ac dotibus naturalibus (quæ sane plu-
rima fuere) quibus cum Dominus cumulavit, nihil
dicam, divina certe et supernaturalia tot et tam
eximia in ipsa fuere ut in nulla umquam majora
apparuerint. Etenim, præter tantam virtutum per-
fectionem ac vitæ sanctimoniam (per quam ope-
ribus et factis in perfectæ et heroicæ virtutis
ratione eo pervenit quo fortissimi quique ne cogi-
tatione et desiderio quidem pertingunt), tot tamque
extraordinarii Dei favores, tanta item cum suprema
illa Majestate familiaritas et communicatio, ac si de
Seraphinorum, illius amore quam maxime incen-
sorum et illi intimorum, numero fuisset, tanta
quoque rerum coelestium notitia, tanta cum Cœle-
stibus ipsis familiaritas et conversatio, quasi ipsa
de illorum societate fuisset, tam sublimes rerum
divinarum conceptus et sensus, tantum in abscon-
ditis secretis et arcanis mysteriis declarandis lumen
quantum in ullo vix quisquam notavit, tam emi-
neas et sublimis doctrina quam libris suis compre-
hensam ad posterum transmisit (in quibus e rerum
quas scribit subtilitate, magna qua easdem penetrat
intelligentia, singulari qua ipsas exprimit perspi-
cuitate, styli quo ea quæ dicit, propinat, elegantia
et divino artificio, ei quo facit ut qui legunt, Spi-
ritus Sancti ignem, qui istis in scriptis inclusus est,
notabiliter percipiant, nec non manifestam illam
lucem ac calorem, quem ipsa passim spirant), ad
oculum demonstrant hanc doctrinam a Deo esse
inspiratam, e cœlo profectam et non sine speciali
Spiritus Sancti assistentia et ope conscriptam.

C

et iterum illud
citantia,

1594 Item lib. iii, cap. xviii et xix, ait Yepes:
Scripsit S. Mater omnes hos libros, revelante Do-
mino nostro. Verum mera revelatio salis non
fuisse, quoniam nulla in re, hanc solam ducem
secuta, agebat, nisi confessariorum mandatum ac-
cessisset. De libro Vitæ suæ sic in prologo loquitur:
« Conficio hanc relationem, quoniam id mihi a
« meis jubetur confessariis, et ab aliquot diebus
« novi id placere Domino; verum id suscipere ausa
« non sum ». Mandavit item Dominus ut librum
Fundationum scriberet: quod ipsa refert in Addi-
tionibus ad suam Vitam. Librum Mansionum exa-
ravit, subministrante Domino materiam, ordinem
et libri nomen. Et quemadmodum Deus scribendi
mandatum ei dedit, videtur quoque voluisse osten-
dere se horum voluminum auctorem esse. Modus
quippe quo S. Mater hæc scripsit, monstrat eam
instrumentum tantum fuisse, et præter manum et
calamum nihil ab ea fuisse commodatum. Sæpius,
cum hos libros scriberet, raptus patiebatur, et cum
ad se rediret, reperiebat quædam suis apicibus si-
milis, non sua manu scripta. Cernebatur manu

calamum tenens, vultum notabili suffusa splendore,
qui nihil aliud esse videbatur quam quod lumen
aniquæ in corpore transfigurabatur. Tantopere
ejus mens in Deum absorpta erat, ut interdum
multo tumultu ejus cellula perstreperet quin tur-
baretur aut strepitum adverteret. Cum scribebat,
circumdatus erat occupationibus curisque, gubernio
tot domorum ei incumbente; et æque accurate ac
reliquæ moniales choro intererat. Propere scribebat
et velociter: sed quid mirum? Ut enim Davidis
verbis utar, cum moveretur ejus calamus ab illo
mystico scriba velociter scribente, videbatur tan-
tum ejus menti inesse quidam modulus, ex quo
verba tam composita et apta rebus dicendis pro-
fluebant, ut inter tot exarandas paginas numquam
hæserit ad expendendum quæ scribenda essent:
spiritus enim dictabat ei tanta abundantia, ut, si
plures ei fuissent manus, facile eas adhibuisset
fatigassetque, quin dicendorum fons inaresceret.

1595 Utriusque hujus asserti validum testimo-
nium ipsa subministrat: explicat quippe in fine
Vitæ suæ quare non meditaretur quæ sibi scri-
benda forent. Hæc ejus sunt verba (cap. xl):
« Ausa sum describere inordinatam meam vitam,
» licet huic opellæ non impenderim plus curæ et
» temporis quam quod ad scribendum opus fuit;
» sed mere chartæ credidi quæ in me occurrerunt,
» omni candore et veritate, qua potui, usa. » Et
alibi sic loquitur: « Sed initio tractatus de hac via
» quot res obviant menti etiam meæ, quæ tam
» male in hac via incesi! Utinam multæ manus
» mihi præsto essent, ne unum scribens, alterum
» obliviscar! » Hæc notat ipsa S. Mater. Et simi-
liter testatur in sua Vita se tanta scripsisse facili-
tate quanta qui exemplar præ oculis habet illudque
imitatur (cap. xiv). « Quando Dominus, ait, dat
» spiritum, hæc facilius et perfectius fiunt. Videtur
» idem esse ac si quis exemplar præsto haberet,
» et ad ejus similitudinem quid effingere vellet: sed
» si spiritus deficit, hunc sermonem componere
» non facilius est quam arabice dicere ». Nam cum
antea S. Mater fuerit maxime rudis et ignara ad in-
telligendas explicandasque res spirituales et mysti-
cas, et nequaquam curiosa, tanto clarius elucet sa-
pientia divina, quæ in ea eminuit, quanto magis ab
ejus principiis aliena erat. Id bene intelligi potest ex
his quæ capite xii Vitæ suæ prodii (vide n. 1590). . . .
Quocirca quidquid superstructum fuit huic S. Ma-
tris hebetudini, quam ipsa fatetur, id omne datum
et infusum a Deo fuerat; et imprimis peculiaris assi-
stentia ei præsto fuit, cum suos libros scriberet,
quemadmodum ipsa plurimis in locis profitetur.
Capite xiv Vitæ suæ sic loquitur: « Magnopere mihi
» conducere videtur, me, dum scribo, in oratione
» agere. Ad oculum quippe video non esse me quæ
» hæc dico: neque enim ea intellectu meo disposui,
» nec postea scio quomodo ea scripserim. » Et
capite trigesimo nono hæc habet: « Multa quæ
» hic scribo, e meo capite nata non sunt; sed Ma-
» gister meus cœlestis hæc mihi dicebat. Et quia
» in iis de quibus expresse dico: Hoc intellexi, vel:
» Hoc mihi Dominus dixit, scrupulus mihi magnus
» est vel unam qualemcumque syllabam addere
» vel demere; hinc, cum usquequaque exacte cir-
» cumstantiarum omnium non recordor, id acci-
» piendum velut a me dictum, vel quia quædam
» etiam de meo addita sunt. Meum autem non
» voco quod bonum est, quia jam tum scio nihil
» in me boni esse nisi quod adeo immerenti Do-
» minus contulit: sed id a me dictum voco quod
» per revelationem a Domino non accepi. » Quando
scripsit librum Vitæ suæ, et venit ad gradus ora-
tionis,

ne nōna
Sanctæ testi-
monia.

E

F

AUCTORE
V. D. M.

A tionis, quos in eo explanat, mirum erat quomodo Dominus noster, cum in scribendo ab uno gradu transiret ad alium, eam poneret apprimè in hoc orationis modo; et præter experientiam qua gaudebat, conferebat ei facilitatem commoditatemque dicendi, ingerens ei comparationes aptissimas ad melius id declarandum. *Hactenus Yepesius.*

Consentit
P. Joannes a
Jesu Maria
in suo Vita
Teresiana
uno

1596 *Ei plane consentit Ven. P. Joannes a Jesu Maria, qui in sua Vita S. Teresiae paucis verbis multas librorum ejus laudes complexus est, dicens: Laudatur sermo castus, non comptus, gravis, lepidus, efficax. Admirationem excitat rerum sublimitas, quam ne theologi multi, nisi affectionum divinarum consulti, assequi possunt. Doctores hac ætate celeberrimi mysticarum passionum faciem ac leniter decurrentem explanationem adeo obstupescunt, ut rarum sapientiæ genus eis videatur, quæ de mystica theologia Patres obscure ac sparsim tradiderunt, a Virgine una in methodum tam perspicue atque concinne fuisse redacta. Quod vero ad doctrinæ soliditatem pertinet, nihil non theologicum, tametsi scholastico more prematur, exprompsit. . . . Vita B. Virginis Teresiae et Mansiones doctrina cœlesti multis experimentis comparata ad res internas dignoscendas affluunt. . . .*

B *Mira sunt sane quæ suavissimo magisterio B. Virgo Teresia digessit: quæ animo demisso, ut prosint, legenda sunt. Sed quantopere tam pia lectio jam orbe toto Christiano in varia idiomata versa profuerit, multa in singulis urbibus argumenta convincunt (lib. iv, c. iv). Et initio ejusdem Vita, in undecim agmina discernens S. Teresiae elogia: Septimum, inquit, agmen libris cœlesti sapientia plenis armatur. Patet quippe mentem quæ toti Ecclesiæ cœlo lucē adeo mira præluxit, purissima divinæ mentis lucē minime caruisse. Accedit huc præstantissimorum theologorum, qui B. Teresiae libros discusserunt, admiratio et præconia verbis ac scriptis celebrata, quæ latere non possunt. Etenim, ut paucos e plurimis commemorem, summis theologis P. F. Dominico Bañez, P. F. Bartholomæo de Medina, Dominicanis, P. F. Luysio Legionensi Augustiniano, diligentissimis librorum Teresiae exploratoribus et præconibus, neque ignoratio neque incogitantia neque ratio aliqua politica objici potest. Ignoratio quidem, quia scholæ pene universæ illorum trium scripta venerantur. Incogitantia vero, quia ut acres critici ex professo libros perlustrarunt. Ratio demum politica, quia neque ejusdem professionis erant, neque sibi aliquam laudem aut lucrum ex scriptorum approbatione conflabant (lib. i, cap. i). Dein exponit præclarus hic scriptor quomodo, theologo quodam carpente plura S. Matris dicta, Paulus V. P. Didaco Alvarez Ord. Præd. et P. Joanni de Rada Ord. Min. curam demandavit pervidendi ea quæ objiciebantur, et quomodo ambobus objecta argumenta penitus diluerint; quod in extenso legi potest in Bibliotheca Ord. Carm. Exc. (pag. 386 et seq.).*

et ulterius com-
pendio,

1597 *In altero vero Teresiana Vita compendio, ab eodem P. Joanne a Jesu Maria et P. Joanne a S. Hieronymo composito (ut dixi num. 10), hæc de libris Sanctæ leguntur (num. 54): Hos libros dum scripsit, sæpe visa fuit vultu splendescere et alia signa præsentis Dei exhibere clarissima: quippe ejus spiritus tunc totus in Deum immersus, festinanter scribebat, absque ulla prævia meditatione; neque semel scriptum abolebat aut corripiebat. Verum, quod majus omnibus est, in hisce libris scribendis aliquando illi continebat ut in ecclasiis rapti, in se deinde reversi, multa inveniret suis characteribus conscripta, sed non sua manu. . . .*

D Manifestum autem est horum librorum doctrinam (et ex sui eminentia apparet, talisque communiter et publice de iis habetur opinio) non fuisse humana industria acquisitam aut edoctam, sed a Deo infusam orationis interventu. Hanc ergo ob causam fuit picta, et pingi imposterum æquum est Virginem, cum columba capiti ejus imminente, quam ipsa supra se conspexit die quadam Spiritus Sancti. Doctrina vero horum librorum non solum est sana et Catholica, sed utilis admodum Ecclesiæ: istorum enim librorum lectione ingens fructus in animabus factus est, insignes conversiones et morum mutationes visæ sunt; adeo ut justè hi libri legi soleant, ut a Sancta conscripti, et maximo pretio et æstimatione habendi, habitique apud viros gravissimos et doctissimos.

1598 *P. Joannes Croiset S. J., in gallicis Vitis Sanctorum, ad xv Octobris, de S. Teresia ait: Numquam existit aliqua Sancta quæ tantopere in divinis viis fuerit illustrata, quæ scientiam Sanctorum perfectius calluerit, et pluribus luminibus, majori sapientia et simul profundiori humilitate prædita fuerit. Item Butler: Si attendatur doctrina sparsa in S. Teresiae scriptis, apparet prorsus conformis doctrinæ Ecclesiæ, spiritui Sanctorum, documentisque sapientissimorum, qui, ipsimet piæ contemplationi dediti, de rebus ad hanc spectantibus scripserunt. Atque adeo in oratione qua Ecclesia die ejus festo utitur, nuncupatur hæc doctrina cœlestis. Altissima arcana sanctuarii divini amoris in ea panduntur tali claritate quali paria non videntur; et quidquid in oratione sublimissima maxime reconditum est, quæ longa solum experientia cognosci possunt, et quæ humanus sermo non videbatur dicere posse, hæc omnia tanta luce coruscant et tanta vi declarantur ut nullus queat divinam illic non agnoscere operationem, præsertim si animadvertitur Teresiam illitteratam fuisse mulierem, studiorum auxiliumque expertem. Constat quidem eam plurimo naturali ingenio, plurimo judicio et imaginaria vi lepida æque ac fecunda præditam fuisse; verum etiam si quis totius mundi ingenio polleret, in sola tamen Dominica schola disci potest tam digne de similibus materiis sermocinari. Præterea quantopere abhorrebat vitam suam describere! Quanta humilitate illic loquitur de cœlestibus quibus abundabat donis! Quam sæpe atque integre sua dicta subdit spiritualis sui magistri et maxime Ecclesiæ judicio! Quam candide animi mœrorem pandit, quod tempus tereret noceretque pauperi domui in qua tum habitabat et quam multo potius nendo sublevasset! Demum quidquid ad opera sua spectat, narrandi modus, et, ut perbene notat doctus quidam traductor ejus Vitæ (Woodhead in præfatione traductionis), crebræ ejus digressiones, pii animæ nisus, amoris impetus, colloquia cum Domino nostro, in quæ abripitur sua in orando consuetudine, verbo omnia (ne parentheses quidem, tam frequentes in sua narratione, nec excusationes quas de his tam candide suo confessario affert, excipio), omnia, inquam, vergunt ad narrationi suæ fidem conciliandam.*

ut et Croiset
ac Butler,

E

F

1599 *Biographis accenseo Palafoxium, qui in epistola ad P. Didacum a Præsentatione, Generalem Congregationis Hispanæ, quæ præfigi solet tomo primo Epistolarum Teresianarum, sic loquitur: Nemo legit S. Teresiae opera, quin continuo quærat Deum; et nemo, motus lectione ejus operum, quærit Deum, quin devotus remaneat atque amore erga Sanctam inebriatus: quod non credo esse tantum peculiarem quamdam gratiam styli et mirabilis virtutis spiritus, occulte eum roborantis, verum*

et

A et divinam quandam providentiam. Tantopere enim eam amat Deus ut quos imitatione virtutum ejus perficit et luce tractatum ejus spiritualium illustrat, securos facere dignetur per gravem ejus intercessionis virtutem. Non vidi hominem erga S. Teresiam devotum qui spiritualis non sit; neque vidi hominem spiritualem qui ejus opera legat et devotissimus non sit erga hanc Sanctam. Atque ejus scripta non tantum communicant amorem rationalem, interiorem et supernum, sed et practicum, naturalem, sensibilem, et talem ut mihi persuasum sit, pro mea ipsius experientia, neminem fore qui eam amet, quin in longinquissimas abiret provincias, si in terris esset Sancta, ut eam videret, alloqueretur et cum ea ageret.

1600 *Biographorum aymen claudat Adrianus Baillet, ejus testimonium eo ponderosius est quod Sanctorum sit parcissimus laudator, imo iniquus saepe detractor. Hic autem ita ad xv Octobris ait: Felici necessitati qua Sancta obedire tenebatur moderatoribus suis, debita est Vita historia, et (quod primi hujus laboris consequens fuit) cetera præcellentia scripta quibus ditavit Ecclesiam. In his, si in comparationem inducas sublimitatem, extensionem et vim ingenii in cogitatis eminentis, ipsa styli puritas, facilitas in dicendo, elegantia aliæque doles, quibus inter optimos Hispanos scriptores reponenda est, minimi facienda videntur. . . In præsentiarum S. Teresie opera omnibus manibus teruntur, et solis instar gignunt bona infinita in his qui bona oculorum acie fruuntur; infirmos vero et debiliores oculos perstringunt percillantque.*

1601 *Auditis jam biographis, pleraque aliorum elogia, quæ præponi solent Sanctæ Operibus, quantumvis pulchra et nervosa, non adfero, sive quia notiora sunt, sive quia huic meo Commentario alibi inserta. Selecta quædam alia modo excipe. Stolidi sequaces Michaelis Molinosii, inquit P. Fredericus (lib. iv, cap. xi), confessi sunt cum magistro suo eximiam æstimationem qua Ecclesia Romana Teresie doctrinam prosequitur. Quocirca oblique conati sunt circumvallare falsa sua dogmata auctoritate nostræ Sanctæ. Atque hoc modo nonnihil S. Matris honorem auxerunt, non secus ac tot hæretici non minuerunt magni Augustini pondus et præfium, sed hæc plurimum ampliaverunt, cum sublimissimi Doctoris auctoritate errores suos fulcire conati sunt. Error, natura sua deformis, erubescens de ingenua turpi specie, non prodit in publicum nisi veneranda cujusdam magni Doctoris majestate personatus. Jam vero, quemadmodum tot hæreses eidem S. Augustini disciplinis recte intellectis attrite fuerunt, sic impia documenta recentium Quietistarum, eadem S. Teresie qua inique abutebantur auctoritate, mendacii et perfidie convicta jacuerunt; et quoties deinceps proterve suum caput erigere auderent, toties immaculata magnæ nostræ Magistræ instituta æterno opprobrio eos afficerent. Quocirca silendum mihi non est pulchrum testimonium cujusdam scriptoris (P. Arnoldi a SS. Petro et Paulo, Solitar. loquent. tom. II, confer. x, resp. m): « Hinc fit quod » hodie, quoties aliqua circa mysticæ theologiæ » dogmata exorta fuerit difficultas, illico ad ea » quæ de hac materia scripsit et docuit Teresia, » habentur recursus: et haud secus ac olim Romæ » in rebus dubiis celebres illi Sibyllini libri consulti solebant, ita pariter in hujusmodi dubiis » Ecclesia hodie Teresie libros solet consulere; » atque ita factum fuisse sub Innocentio XI in » famosa illa impii Molinos causa, probe norunt*

» quotquot processus contra eundem factos leguntur: quinimo non ita pridem sub felicis memorie Clemente XI, hodierni Summi Pontificis Innocentii XIII immediato prædecessore, in aliis quoque pseudomysticorum justissimis condemnationibus ad Teresie doctrinam semper habitus fuit recursus; ideoque quotquot hodie (idque dictum sit ad majorem Dei gloriam et vere singularem Teresianæ doctrinæ laudem), quotquot, inquam, hodie de mystica theologia agentes in lucem prodeunt libri, omnes protinus cum illis quæ in similibus materiis Sancta hæc Virgo scripsit, conferuntur, ac juxta ea quæ docuit, vel approbantur ab examinadoribus vel rejiciuntur. » Atque id revera factum videmus tum ab Ill. Bossuet in egregio suo opere: *Mystici tuto, tum a P. Scaramelli S. J. in laudatissimo libro cui titulus: Il Direttorio mistico.*

1602 S. Franciscus Salesius in præfatione ad primam partem *Tractatus de divino amore*: Beata Mater Teresia a Jesu, inquit, tam bene scripsit de sacris dilectionis motibus in omnibus suis libris quos nobis reliquit, ut quisque rapiatur, considerans tantam eloquentiam, conjunctam cum tanta humilitate, tantumque spiritus robur cum tanta simplicitate; et sapientissima ejus imperitia imperitissimam arguit scientiam plurium doctorum qui post peractum longum studiorum curriculum adhuc erubescunt quod non intelligunt quæ tamen bene ipsi scribunt de exercitio sancti amoris. Sic Deus erigit thronum suæ virtutis in theatro nostræ infirmitatis, utens infirmis hujus mundi ad confundenda fortia. In secunda parte epistolarum spiritualium, scribens ad quamdam abbatissam (epist. 47), propriam experientiam in testimonium adducit; et hortatur ad sequendum modum ipsius S. Matris adhuc tirocinium orationis ponentis, id est, legentis et dein meditantis: eidemque abbatissæ suadet (epist. 48) ut legat e *Via perfectionis* locum ubi S. Mater de humilitate agit. In prima vero earundem epistolarum parte sic breviter S. Virginis scripta dilaudat (epist. 65): Bene agis cum familiares tibi facis libros S. Matris Teresie, quoniam revera ejus opera thesaurus sunt spiritualium documentorum. Atque ita quidem hi libri ei familiares erant ut (quemadmodum advertit P. Honoratus a S. Maria in opere mox citando) secutus aliquo modo videatur ordinem S. Teresie in explicandis rebus spiritualibus, et desumpsisse ex magnæ nostræ Sanctæ operibus substantiam doctrinæ quam libris vi et vii *Tractatus de amore divino* explanat.

1603 Audiendus etiam F. T. de Choisy in *Historia Ecclesiastica* ita loquens: Præjudicio laboravi fere generali quo fingebam mihi S. Teresie scripta esse imaginationis fervidæ fœtum, ubi multa non intelligibilia. Sed legenda mihi fuere, cum de iis tractare deberem; ac comperi in iis tantum ingenii, rationis, sapientiæ et humilitatis, ut inductus fuërim ad pluries ea relegenda. Orationes, ecstases, raptus miranda mihi visa sunt, sed non impossibilia, quando, humanæ debilitatis oblitus, tantum divinæ recordatus sum potentie et bonitatis.

1604 P. Honoratus a S. Maria Carm. Exc. in gallico opere de *Traditione SS. Patrum circa contemplationem* (tom. I, p. 74): Quotquot sunt eruditiores, inquit, obstupescunt facilitatem qua S. Teresia evoluit res ad orationem spectantes, quæ præcipuum argumentum sunt librorum quos nobis reliquit et qui sufficienter in omnibus terræ plagis noti sunt. Stylus ejus simplex et solidus est. Reperiuntur in ejus libris termini tam apti, comparationes tam naturales, metaphoræ tam feliciter selectæ

AUCTORE
V. D. AL.
D

ac laudatur
a S. Francisco
Salesio.

E

F

a F. T. de
Choisy.

a P. Honorato
a S. Maria.

atque ipse
Baillet.

Doctrina S.
Teresie intro-
ducta non est con-
tra pseudo-
mysticos;

AUCTORE
V. D. M.

A

etiam ad evolvenda mysteria et declaranda theologiae mysticae arcana, ut nemo non debeat fateri ejus opera transgredi humani intellectus vires. Non sine gratia et eximia dexteritate, inter altissima sua lumina, instructiones inserit omnibus utiles. Ejus documenta quam maxime conformia sunt doctrinae S. Thomae; neque umquam recedit a rectis principis.

ab Emery.

1605 D. Emery in prologo gallici sui operis de Spiritu S. Teresiae (pag. xiv): Non modo inclita fuit virtute, sed et a Deo extraordinarie suscitata videtur ut homines doceret altissimam sanctitatis perfectionem. Singularia ejus lumina magis adhuc quam ejus virtutes tam gloriosam ei famam in Ecclesia adepti sunt. Tam splendida erant haec lumina ut doctissimi ejus spirituales magistri vicissim ejus disciplinam et ductum subirent; atque adeo episcopi, doctrina et sanctitate praeminentes, ejus audiebant et filiali docilitate sequebantur consilia, ut se ipsos recto itinere ducerent. Ejus opera, tantopere expetita, tanti aestimata, et tam authentice, cum viveret, approbata, perenniter inter distissimos Ecclesiae thesauros censebuntur. Quam longam testimoniorum euderemus catenam, si colligeremus honorifica effata quibus celeberrimi theologi et minime suspecti scriptores hos libros celebravere.

a J. B. du
Serre-Figon.

1606 Quod ad alteram § hujus partem spectat, nempe ad probandam auctoritatem librorum et doctrinae ejus, J. B. du Serre-Figon, in gallica S. Teresiae Panegyri (part. II, pag. 33) sic inquit: Volve Sanctae Virginis scripta, scrutare hanc inexhaustam spiritualium divitiarum fodinam; et miraberis prodigiosum sacrarum notitiarum thesaurum quem capiunt. In eis cernes signatam a duce certissima et peritissima viam perfectionis; in eis invenies artes omnes quibus a vulgari oratione assurgitur ad sublimissimam contemplationem; elucet illic quidquid divini inhaeret specialibus gratiis quibus Dominus suos amicos exornat; illic commoda et officia religiosae vitae explanantur; patet illic quanta sapientia et arte monasteria gubernanda et visitanda sint, et quam acres sint stimuli quibus excitamur ad zelum, humilitatem, paupertatem, obedientiam et mortificationem sensuum colenda, ac quis modus in eis tenendus sit. Quam suaves Christi Domini imagines! Quam nobiles Divinitatis effigies! Quanta in cogitatis magnificentia! Quanta vis in describenda omnipotentia, sapientia, providentia, immensitate, paternitate divina! Hic penicillus validus, hic masculus stylus Chrysostomi, Leonis, Cyrilli. Quanta porro in tonis varietas! Jam sublimis, jam simplex est; jam in altum volat, jam premit pennas pro rerum natura. Quam felix in detegendis relationibus, in inveniendis inter varios hujus mundi ornatus imaginibus comparationibusque, quibus declarat obscurissima quaeque supernaturalium cognitionum! Imaginaria ejus vis, aequae florida ac fecunda, res abstrusissimas corpore vestit ornatque coloribus quibus lucidae sensibilesque fiant.

ab Ill. Guillon, aliisque.

1607 Ill. Guillon, in gallica Bibliotheca selecta SS. Patrum (in Supplemento ad scriptores saeculorum XIV, XV et XVI): Tota persuadendi arte summe pollebat, ore styloque eloquentissima. De illustri illa Sancta dictum fuit Angelos, si eis hispanice loqui daretur, Teresiae sermonem locuturos. Hoc idem effatum asseritur a P. Antonio a S. Josepho, qui illi attribuit eruditio Mariana (tom. IV, epist. 8, not. 6). Narratque idem P. Antonius (tom. IV, epist. 9, not. 15) ex informationibus ad beatificationem, Petrum Munoz, episcopum Calaguritanum, dicere fuisse

solitum, malle se cum quibuscumque theologia disputare quam cum una Matre Teresia a Jesu.

D

§ LXXXI. S. Teresia inter Ecclesiae universalis Doctores locari non potest. De utilitate legendorum ejus Operum.

Cunctis vis a me allatis aut indicatis S. Virginis encomiis majus adhuc encomium aliqui addere non verentur, donantes eam nomine Ecclesiae Doctoris. Non utique culparem eos laudatores, imo me vis adjungerem, si cum Ill. Bossuetio (Instruct. de diversis stat. orat., lib. IX, n. 3) ab illis solummodo diceretur Ecclesiae S. Teresiam propemodum in classem Doctorum suorum evellere, dum caelestis doctrinae ejus sublimitatem celebrat, eamque doctrinam nuncupat animarum pabulum. Verum in prologo Operum S. Matris (Antverpiae 1630, Bruxellis 1740, Madridi 1752 et 1793, aliisque passim editionibus) sequentia habentur: Elogia quibus multae personae doctae et sanctae virtutem et spiritum S. Teresiae a Jesu celebrarunt, summam completitur S. P. N. Urbanus VIII, duabus vocibus approbans et doctrinam qua Sancta illa Virgo Ecclesiam illustravit, et pietatem ac mirabilem devotionem quibus spiritus ejus resplenduit. Quod totum continetur Oratione quam confecit recitare jussit in Officio ejus proprio. Sic illa sonat: « Exaudi nos, Deus salutaris noster: ut, sicut de » B. Teresiae Virginis tuae festivitate gaudemus, » ita caelestis ejus doctrinae pabulo nutriamur, et » pie devotionis erudiamur affectu. » Qua Oratione Summus Pontifex S. Teresiam agnoscit et approbat ut Doctorem, quippe qui vult Ecclesiam petere ut ab ea, qua tali, instruat. Titulus autem ille Doctoris hodie nulli Sanctae concessus aut in Officio divino datus fuit. Atque adhuc magis explicite S. Teresiam Ecclesiae Doctorem esse affirmant Emery in prologo gallici operis: Esprit de S. Thérèse (pag. xv), auctor articuli S. Thérèse in gallica Biographia universali, du Serre-Figon in Sanctae Panegyri (p. 33), P. Antonius a S. Joachimo in titulo Anni Teresiani, Baucher in prologo Vitae S. Matris (p. ix), P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 36, not. 4) ac plures alii hodierni; qui diserte dicunt Gregorium XV et Urbanum VIII S. Teresiam contulisse Doctoris titulum, qui, ut addunt, nulli feminae collatus fuerat.

Quidam Teresiam vocant Ecclesiae Doctorem.

E

1609 Verumtamen, ut quis Ecclesiae Doctor habeatur, tria requiruntur: insignis sanctitas, eminens doctrina et Ecclesiae decretum. Insignem sanctitatem in Sancta nostra nullus diffitebitur adfuisse. Suppono quoque eminentem ejus in theologia mystica doctrinam id praestare quod Bonifacius VIII in cap. un. Gloriosus, de Reliq. et venerat. Sanctor. in 6, dicit doctrina requisita in Ecclesiae Doctore praestari debere, nempe ut per eam errorum tenebrae fuerint profligatae, obscura dilucidata, dubia declarata, Scripturarum aenigmata reserata. Ast desideratur Ecclesiae, id est, Summi Pontificis vel Concilii universalis, decretum quo S. Teresiae Doctoris cognomentum collatum fuerit. Neque id decretum supplere potest laus quantumvis magna a Summis Pontificibus S. Virginis doctrinae impertita. Si enim ita res esset, Sancti plures Ecclesiae Doctoribus annu-

merari sed perperam, quia deest Ecclesiae decretum.





S. TERESIA

in signibus ornata doctoris Theologiae.

A merari deberent, v. g. S. Franciscus Salesius, de quo Lectione VI Officii ejus proprii dicitur: Suis scriptis celesti doctrina refertis Ecclesiam illustravit, quibus iter ad Christianam perfectionem tutum et planum demonstrat. Certum itaque et explicitum requiritur Ecclesiae scitum, nec e quibusdam probabilibus præmissis ratiocinari aut per analogiam procedere hic licet. Sed nec unius alteriusve nationis vel Ordinis est, necum privatorum aliquot hominum, aut etiam episcoporum, alicui decernere honores Doctoris Ecclesiae universalis: sed tantæ collatio dignitatis simul et auctoritatis soli necessario competit Ecclesiae, id est, ut dixi, Summo Pontifici vel Concilio generali. Non solet autem Ecclesia hujus tituli decus, quod selectissimis tantum inter ipsos Sanctos viris dispensat, dimidiatis vocibus, sed solemnî decreto annuntiare orbi Christiano: ut nuper fecerunt Leo XII et Pius VIII, ille S. Petrum Damianum, hic S. Bernardum declarans Ecclesiae Doctorem.

Imo quæritur
num. ille titu-
lus fœmine
composere
possit.

1610 Tandem aliud examinandum est impedimentum quominus formata Doctoribus universalis Ecclesiae unquam accensatur, utrum nempe publicum docendi in Ecclesia magisterium, quod S. Paulus (1 ad Timotheum cap. ii, v. 11) mulieribus cetat, cum universalis Ecclesiae Doctoris titulo connexum non sit. Multum luminis ad dirimendam hanc questionem affert Benedictus XIV, sic inquit: Quærit S. Thomas, 2. 2, quæst. 177, art. 2, an gratia sermonis sapientiæ et scientiæ pertineat etiam ad mulieres; et respondet pertinere ad unum privatim vel paucos familiariter alloquendos, non autem ad totam Ecclesiam alloquendam: ita ut, si mulieres gratiam sapientiæ aut scientiæ habeant, eam administrare valeant secundum privatam doctrinam, non autem secundum publicam. Juxta Dei ordinationem conditio sexus fœminei est ut sit subditus viro, atque mulieres in ecclesiis taceant, ut habetur Genesis iii et 1 ad Corinth. xiv. Quare 1 ad Timotheum ii, v. 11, legitur: «Mulier in silentio discat» cum omni subiectione: docere autem mulieri «non permitto.» Ex quibus bene infertur gratiam sermonis sapientiæ et scientiæ non convenire mulieribus ad utendum ea publice, totamque fidelium multitudinem de rebus fidei et salutis alloquendam. Mater Salomonis, ut est Proverb. iv et ult., Salomonem puerum docuit. Similia habentur de Anna matre Samuelis 1 Regum ii, de Abigail 1 Regum xxv, de muliere Thecnitide 2 Regum xiv. Judith et Esther atque aliæ quædam mulieres non vulgarem habuerunt gratiam sermonis. «Tribue» sermonem compositum in ore meo in conspectu «leonis», oratio est Esther, cap. xvi, v. 13. Ex quibus omnibus deducitur gratiam sermonis sapientiæ et scientiæ pertinere ad mulieres, ut familiariter alloquendo unum vel plures erudiant: atque ita gratis gratis datis sermonis sapientiæ et scientiæ S. Teresiam a Deo fuisse illustratam, late demonstrant. Rotæ auditores in Relatione causæ ipsius super virtutibus art. xxii, § ii (de Beatif. et Canoniz. lib. iii, cap. xliii, num. 7). Atque hæc de Doctoris Ecclesiae universalis titulo. Quod autem ad aureolam Doctoris attinet, censent, inter alios, Salmanticenses, quamvis eam regulariter consequantur viri, fœminis tamen non esse denegandam, si eidem muneri vel verbo vel scripto incumbant. Habet, inquit, Doctrinæ aureolam Patriarcha nostra Teresia (Cursus theolog. Salmant. tract. ix, disp. iii, dub. iii, num. 33).

Doctoris mu-
nem theologia
ritibus et ritibus
satis potest

1611 Interim nihil obest quominus pro doctore theologiae colatur in universitatibus, et doctoris theologiae insignia gestet, quibuscum revera ubique

per Hispaniam, atque in ipsis adeo ecclesiis, representatur eo ferme modo quo exhibet eam inserta hic lamina. Nimirum, sin in omnibus, saltem in præcipuis regni illius universitatibus constans mos fuit, qui hodieque perseverat, ut doctores graduati annulum habeant in digito, in capite vero sericum e solutis filis apicem qui, cinnorum more, birretum doctorale cingit, habeantque præterea amiculum humerale item sericum, quod retrorsum acuminatum est, pileoli in speciem. Utrumque posterius hoc insigne (quod Hispani nominant la borla y el capirote) ejusdem est pro omnibus facultatibus formæ, sed colore diversum. Theologia colore gaudet albo, Sacri Canones rubro, Jus civile viridi, Medicina flavo. Quare S. Teresia, quæ theologiae salutatur magistra, in obviis passim per Hispaniam iconibus doctorale gestat in capite humerisque insigne album. At, quæres, unde hæc ei doctoris insignia cesserunt? An, ut multi perhibent, decreto universitatis Salmanticensis, quæ honoris causa Sanctam nostram medio fere a morte ejus sæculo in cœtum doctorum suorum cooptavit? An vero communi solummodo paulatim invalescente estimatione Hispanorum, qui post inclita tot Summorum Pontificum, universitatum clarissimorumque virorum de S. Teresia audita encomia, eam doctorali laurea non indignam censentes, illo proin habitu depinxerunt? Hic autem Ecclesiae jura non interveniunt, neque ullum utique periculum est irrogandi injuriam doctoribus supremæ in Hispania universitatis Salmanticensis, ut e contrario honori illis vertendum sit, si talem qualis S. Teresia est, nacti fuerint collegam.

1612 En qui P. Antonius a S. Joachim in Anno Teresiano (tom. V, pag. 204 et seqq.) affirmet S. Teresiam Salmanticensis doctoris titulum solemnî decreto fuisse adeptam. Prænotat ex quodam diffinitorii generalis libro quem manuscriptum penes se habebat, fuisse xvii Maji 1701 permissum ut Salmanticæ festo S. Teresiæ e Carmelitanorum collegio (quod D. Dilacus de la Serna, regni Castellani consiliarius, fundarat) duodecim religiosi tendant ad oratorium scholarium, solemnî illuc altaris sacrique pulpiti ministerio ea die functuri, confluentibus ad Sanctæ panegyrim audiendam universitatis doctoribus et magistris. Hoc itaque præmisso, fatetur detegere se non potuisse instrumentum quo doctoris titulus ei decretus fuerit: contendit tamen decretum tale fuisse aliquando latum, iis quos citaturus sum, subnixus testibus. Natalis Alexander (in correctæ a Dominico Mansi editione anni 1778, tom. IX, pag. 158): Eam (S. Teresiam) Salmanticenses doctorali sua lauro cingere decreverunt et revera cinxerunt. Liber cui titulus: Paradisus Carmelitici decoris (pag. 424): Ex toto orbe celeberrima Salmantinorum academia doctorali lauro eam cingere decrevit et cinxit. In Bruxellensi anni 1674 Operum Teresianorum editione quoddam reperitur emblemata, adscriptumque lemma: Doctoratui, cum hac adjecta ei explicatione: Ob librorum editorum excellentiam, pro merito, et ab alma Salmanticensium academia, annuente Urbano VIII, solemnî ritu concessio. Ac demum allatorum scriptorum dicta confirmat citato adhuc loco ex Aphorismis D. Alexii de Boxados, Inquisitoris. Non secus ac auctor Anni Teresiani, P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 81, not. 12) asserit Sanctam suam Matrem graduatam esse in Salmanticensi corpore academico.

pluresque per-
hibent Sal-
manticensem
universitatem

1613 Id quoque repetit P. Emmanuel a S. Thoma Aquinate in libro la Muger grande, ad diem xvii Januarii. Langusque adhuc procedit P. Joannes a S. Ludovico, qui in sua Vita S. Teresiæ (lib. vi, cap.

doctoris no-
men et insi-
gnia ei contu-
lisse.

AUCTORE
V. D. M.

cap. viii) (ita loquitur: Universitas Salmanticensis, speciali Bulla Urbani VIII, gradum doctoralem consueta solemnitate S. Teresiae impertita est, eamque numeravit inter academici sui corporis membra, collatis ei congruis gradui suo insignibus, annulo, toga et pileo cum laurea. . . Multae quoque aliae universitates festum ejus celebrant, et eam doctorali habitu ornatam venerantur. Conveniunt haec agunt festa ejus die, et honorarium quod iis distribui solet qui universitatis actis assistunt, etiam porrigitur S. Teresiae, qua uni e suis collegis. Hæc arbitratus sum a me alleganda esse testimonia, ut rem, quantum possem, dilucidarem. Interim fateor me mirari præsumptum decretum universitatis præsumptamque Bullam Urbani VIII non reperiri in archivo Carmelitano nec memorari in Ordinis Chronico; cum tamen hujusmodi instrumenta Ordini semper videri debuerint cedro dignissima. Ut cumque autem res sit, cum passim in Hispania S. Teresia occurrat doctorali habitu insignita, nec quidquam in eo habitu sit quod ullum offendere valeat, judicavi oculis, extra Hispaniam spectandæ tali formæ parum assuetis, placitum singulare id quod matrona gestat, doctorum virorum paludamentum. Quare eo indutam hic sculptam habes Sanctæ effigiem: in qua si non omnino eadem primo forte intuitu appareant oris delineamenta, quæ in altera ejus, quæ vera est, effigie, animadversum velim non hic obliquam, ut in altera tabula, sed plenam ejus faciem representari, atque totam sculpturam aliter adumbrari ex dispari prorsus habitu, frontem præcipue ex pileo doctorali.

Quidam dissuadent Operum S. Teresiae lectionem;

1614 Indagandum jam venit utilisne ac suadenda sit lectio Operum S. Teresiae, nam vero damnosa ac dissuadenda. Otiosa, ne dicam scandalosa, hæc questio aliquibus videri poterit post explicatum tum aperte Ecclesiæ sensum allataque tanta librorum et doctrinæ Teresianæ encomia. Attamen necessaria est hujus questionis tractatio: non pauci enim hodierni, et quidem nonnulli ex iis ipsis qui non verentur ei Doctoris Ecclesiæ nomen irrogare, omnibus prope interdiciunt lectionem Operum Teresianorum, ita ut censere videantur plus inde damni quam utilitatis hauriri posse. Duri hi censores perspicaciores certe sibi videntur quam tot sancti et docti viri qui S. Teresiae Opera impense commendarunt, atque ipsam Ecclesiæ prudentiores, cum animarum pericula et damna fingant se in doctrina detegere quæ Ecclesiæ visa fuit cælestis et quam Supremi animarum Pastores judicarunt continere salutare fidelibus pabulum. Quod si critici illi solummodo adverterent lectionem eorum librorum in quibus Sancta de sublimioribus gratiæ donis agit (quod fere facit mediis Vitæ capitibus, Castello animæ et aliquot ad confessarios suos epistolis) iis potissimum convenire qui, egressi via, ut theologi loquuntur, purgativa, versantur in via illuminativa et unitiva; si dein moneant a nemine hæc legi posse ea mente ut ambiantur talia charismata, cum dona Dei sint gratis data; si demum notarent reperiri aliquando homines pios quidem et religiosos, sed cerebri infelices, quibus tales libri damno esse possint, eo quod, imaginandi vi in illis prævalente lumini rationis, ut rara ea cælestia dona alicui concessa esse audiunt, primum gustare ea et ipsi cupiunt, et postmodum nonnumquam sibi mentiuntur se iis esse donatos; si, inquam, sola hæc illi animadverterent, non excederent sane prudentiæ et veritatis fines, atque cordati omnes iis assentirentur. Ea ratione S. Matri ipse Ecclesiæ non fieret injuria, sed sua staret Teresianis libris laus; et, si quid detrimenti ex eorum lectione singularibus quibusdam

immineret, id non imputaretur doctrinæ quam D. S. Virgo propinat saluberrimam, sed insincero vasi cui infunditur.

1615 Atque ipsa Teresia non aliter de libris suis sensit. Prophetica revelatione norat magnam aliquando utilitatem e libris suis haustum iri; sicut Yepes testatur (lib. iii, cap. xix), dicens: Novi completam esse prophetiam quam Deus S. Matri, atque ipsa mihi aliisque personis, manifestavit, libros suos uberes fructus a morte sua esse progenituros, et sicut ipsa Sancta (tomo IV Epist., fragmento 17) de scriptis a se Foundationibus a Domino significatum sibi esse fatetur. Nihilominus tamen (Monito ix, num. 5, ad calcem tom. I Epist.) a morte sua apprensus Ven. Catharinæ a Jesu, huic jussit ut Gratiano significaret dolere se quod suæ filie legerent libros suos, maxime quod librum Vitæ. Ratio autem cur S. Mater tunc dissuaserit hanc lectionem, hæc fuit: imprudens Gratianus nimium quantum primum se ostenderat ad fovendum revelationum desiderium; subditæ ergo ei moniales eas avidè sectabantur, credebantque in talibus perfectionem consistere. Ergo in illis rerum adjunctis damnum monasteriis perniciosiusque creare potuisset illorum ipsorum librorum lectio quibus potissimum Ordo postea adscribere debuit immensa quæ sumpsit incrementa. Et enim de sola Gallia loquar, uti legi potest in Vita B. Mariæ ab Incarnatione auctore D. Boucher (lib. iii, pag. 223, 234 et 235), D. Marillac, qui Carmelitanis in patriam suam acciendis multam operam dedit, ad id excitatus fuit fortuita libri Teresiani lectione, pariterque ea excitata fuere primæ novitiæ quæ hanc vitæ rationem sub ductu B. Mariæ ab Incarnatione amplexæ fuerunt. Præterea nonne Carmelitana familia iis ipsis S. Matris suæ libris, quos versat nocturna diurnaue manu, adscribere potissimum debet suam Sanctæ disciplinæ religiosæque perfectionis spiritum, qui genuinus et vegetus usque permanet? Quid porro dicam de innumerabili multitudine utriusque sexus hominum, qui, Carmelo quamquam non adscripti, librorum Teresianorum ope ad magnam sanctitatem pertigerunt? Unum pro cunctis, non ita pridem, anno nempe 1806, Beatorum fastis annumeratum, nominare juvat Josephum Orioli, sacerdotem Barcinonensem, qui S. Teresiae Opera una cum libello Exercitiorum S. Ignatii ad rite orandum sequebatur: ut legi potest in auctis Bullerî Vitis Sanctorum, ad xxii Martii.

1616 Ast non iis quos ipsa Teresia posuerat, prudentiæ finibus circumscribuntur prædicti critici. Nam ob paucorum abusum laudata S. Teresiae Opera in Indicem prope redigunt librorum prohibitorum. Qui rigor morem quemdam redolet qui hodie apud plures invaluit, proscribendi generatim res optimas et utilissimas ex nimio timore accidentis effectus mali qui aut remotus est parumque probabilis aut paucis imminet. Istæ autem periculorum damnorumque in rebus morum et pietatis exaggeratio minime conformis est prudentiæ regulis ac sensui Romanæ Ecclesiæ, et plurimum nocet bono animarum, cum eo modo multi, quos non oportet, arceantur modo lectione probatissimorum librorum, modo usu salutarium valde exercitationum, atque ipso nonnumquam accessu ad Sancta Sacramenta. Nec satis advertunt inconsulti hi morum magistri, cautique magis quam par est animarum medici, dum ipsam Ecclesiæ sagacitate superare velle videntur, et dum sana pabula spiritualiaque nutrimenta fidelibus subtrahunt, non advertunt, inquam, se in causa esse cur animæ tabe prope conficiantur atque enecentur, neque non absimiles esse iis corporum

que quidem in quibusdam circumstantiis dissuaderi potest, e mente ipsius Sanctæ;

sed, si generatim, contrahitur prudentiæ regulis ac menti Ecclesiæ

Arum medicis qui, ut mali humores aut exhauriantur aut preveniantur, in quovis fere aegritudinum genere, negato cibo apertaue continuo vena, vires adeo imminuunt ut tandem aeger concidat atque emoriatur.

Imo plures
pretulit sa-
cras indulgentias
concesserunt legenti-
bus ea.

B 1647 Aliter prorsus quam singulares isti magistri, senserunt Cardinales ac archiepiscopi et episcopi qui ad propagandam Teresianorum librorum lectionem indulgentias largiti sunt. Sequentes ex proemio primi voluminis Operum S. Teresiae excerpto oculisque lectorum submitto: his qui legunt vel legi audiunt aliquod caput vel epistolam ex Operibus ejus, concedit Emin. Cardinalis D. Ludovicus Belluga, episcopus Carthagenensis, 100 dies indulgentiarum in perpetuum (vide decretum concessionis in Anno Teresiano, t. III, p. 269); Emin. Cardinalis D. Carolus de Borgia, Indiarum patriarcha, item 100 dies; Excell. Dominus D. Didacus de Astorga y Cespedes, archiepiscopus Toletanus, 40 dies; Excell. Dominus D. Joannes de Alencaster, dux de Abrantes, Conchensis episcopus, 40 dies; Ill. et Rev. Dominus D. Joannes Camargo, Pampilonensis episcopus, Inquisitor generalis, 40 dies; Excell. Dominus D. Philippus Antonius Gil Taboada, Hispalensis archiepiscopus, 40 dies, modo Deum rogent exaltationem S. Fidei Catholicae, felix regimen ecclesiae et archiepiscopatus Hispalensis, extirpationem haeresium, pacem et concordiam inter principes Christianos, et victoriam adversus S. Religionis hostes.

Votum, ut re-
citantur et
propagantur
S. Teresiae
libri.

C 1618 Metum jam, quod S. Teresiae doctrinam attinget, contingens, unum facio votum, scilicet ut quae Hispani propria sibi lingua possident, Sanctae Opera ceteris nationibus sic versa recusaque denuo porrigantur ut ad ea lectitanda fideles magis ac magis alliciantur. Summa fide reddatur S. Teresiae genuina scriptura et sensus: naturalis ejus sermo calamistris non inuratur; quod nulli minus convenit quam simplici virgineoque loquendi ejus modo; et, dum vitatur spumeus verborum ambitus turgidique styli fastus, quo plures obtegere conantur rationis egestatem vagantisque mentis deliria, retineatur dictionis perspicuitas facilitasque, quae in Teresia summa est et quam Plutarchus alicubi dicit germanum esse atticismum. Hoc modo S. Virginis libri, quos Ferdinandus magnus dux Albanus (vid. num. 1525), Christina Sueciae regina, Ecclesiae praesules, monasteriorum incolae et innumerabiles cujusvis generis promiscue fideles in deliciis habuere, novum producent in Ecclesia Dei pietatis divinique amoris augmentum. Etenim, ut dicit Breviarium Ambrosianum in Officio Sanctae proprio, conscripti sunt, non persuasibilibus humanae, sed divinae sapientiae verbis, et rerum divinarum experientia magis quam lectione magistra, mentesque hominum ad orationis studium rerumque caelestium desideria inflammant; sic, ut loquitur Breviarium Romanum, fidelium mentes ad supernae patriae desiderium multa ejus caelestis sapientiae documenta maxime excitant. Jam stylum convertamus ad ulterius.

tata, et spuria quaedam ipsi supposita.

AUCTORE
V. D. M.
D

In his quos absolvi de S. Teresiae libris paragraphis materiam pro modulo meo et quantum per praescriptos mihi fines licuit, exhausti: ita tamen ut disserere distulerim de iis locis quae de Societate Jesu agentia, non raro in editis Sanctae Operibus praetermissa, mutilata aut male interpretata fuerunt. Horum nonnulla, tametsi S. Matris genuina esse constaret, toties quoties ejus libri sive hispanice sive in alias linguas conversi prodibant, amplius sesqui saeculo desiderata fuerunt. Imo aliquando eo usque infidia processit, ut non jam pauca quaedam, sed frequentissima ea prope omnia quae S. Teresia scripsit de Societate Jesu elogia, e medio tollerentur. Quare Romae in capitulo generali Excalceatus Carmelus anno 1650 solenni decreto (quod mox citabo) professus fuit in scio se et invito ac valde dolente eam injuriam, cum socio religioso Ordini, tum S. suae Matri esse illatam. Verum non in sola librorum truncatione locorumque aliquot omissione stetit infidelitas et gliscens in Societatem Jesu odium. **E** Aetas parentum tulit progeniem vitiosiore: et saeculo praeterito eo deventum est ut religiosae illius familiae hostes mendacio atque calumnia S. Teresiam, quae habita eatenus fuerat summa perpetuaque ejus cultrix, auxiliatricem sibi adsciscere non erubuerint ad ferale parandum exordium quod in Hispania consummatum fuit anno 1767, atque in universo orbe anno 1773, et ad quod (quis credat?) innocentissimum Teresiae nomen, in Hispania saltem, non parum contulit. Nimirum, ad luctuosam Societatis in Lusitania anno 1757 ruinam, ejus in Hispania adversarii, cum nossent quantae apud contribules suos Abulensis Virgo esset auctoritatis, cum aliis perfidis artibus et has quas enumerabo, adhibuerunt.

S. Teresia
corrupta scri-
pta: nomen-
que ejus adhi-
bitum ad exci-
dium Societa-
tis Jesu:

1620 1° Fabricarunt et disseminarunt spurium epistolae fragmentum, quo viri mendaces comminabantur S. Teresiam Ordinis illius necem ob immania sua ad haeresim usque flagitia olim praesagisse. Eique fragmento junctum ibat alterum quod S. Joanni a Cruce imponebatur et quod pariter Societati valde erat injuriosum. 2° Archiepiscopus Burgensis, Josephus Rodriguez de Arellanos, prolixas vulgavit litteras encyclicas, sub titulo: Doctrina expulso-
F rum extincta, in quibus aiebat Sanctam initio quidem familiariter fuisse usam Societate Jesu, sed postmodum, cum Ordinem pernasset, ei dorsum vertisse (verba sunt Illustrissimi); ita ut, sicut ipse paragraphum suum trigesimum quintum claudens ait, regulares isti non sibi favorem ac benevolam, sed totam plane sibi adversam habeant Seraphicam Teresiam a Jesu. 3° Intra et extra Hispaniam innumera sparsa sunt exemplaria cujusdam epistolae (quingagesimae tom. IV) a S. Teresia quidem praefatae, sed quae, praeterquam quod plura in ea adulterata erant verba, contumeliosis stipata erat interpretationibus, quibus Societatis Jesu fama graviter deturpabatur. 4° Anno 1771 duo volumina Epistolarum quae typis nondum subjacuerant, et quas Ill. Burgensis in praefata sua encyclica propediem edendas praedixerat (ut taceam plura ad honorem Societatis Jesu conducentia videri inde de industria exclusae), prodierunt cum prolixis commentationibus, quarum plures natae erant lectorum animos magis ac magis imbuere iis odiis quae tunc in procalceatam a malevolis Ordinem grassabantur.

quod factum
est quatuor-
decim modis,
quae enu-
merantur;

§ LXXXII. Corrupti alicubi S. Teresiae libri in iis quae spectant ad Societatem Jesu. Omissa olim genuina quaedam loca: nuper scripta ejus perfide interpre-

1621 Ut autem fusa haec tam proceperit in Societatem

AUCTORE
V. D. M.
et quorum vo-
luntatem
ordo promit-
tatur.

- A *tatem Jesu convicia ordine refellam, postquam egero de mutilationibus quæ in editis Sanctæ libris pridem commissæ fuerunt et de quibusdam ad eos annotationibus non sat accuratis, recentiorum notabo perfidiam, non jam in omittendis genuinis, sed, quod pejus est, in supponendis falsis, aut in dolose ad Societatis damnum et ruinam commentandis veris Sanctæ locis. Quod posterius quadruplici subdividam capite. Ac primo quidem elidam præterita S. Matris de futuris sceleribus infelicique fato Societatis Jesu prognostica, quæ post duo prope a morte Teresiæ sæcula nescio quis circulator jactavit se ex umbris evocasse; atque falsæ cuidam prophetiæ, quæ Teresiæ supposita fuit et per vulgus disseminata, opponam unam et alteram Societati honorificentissimam e capitibus XXXVIII et XL Vitæ ejus, quam utramque demonstrabo genuinam esse et ad hunc Ordinem pertinere. Prior quidem ex his ad annum usque 1752 inter tot repetitas editiones in nulla earum ipsi Teresiano textui proprie fuit inserta: constabat tamen Teresiæ manu fuisse exaratum, cum ex Ribera aliorumque testimonio atque ex ipsius Ordinis Carmelitici solemnî confessione, tum ex patente cuique S. Matris autographo quod in Escorialensi bibliotheca asservatur. 2^o Explicabo rectum sensum epistolæ quinquagesimæ tomî IV, quæ conviciatores tam valide abusi sunt ad perdendam in Hispania hominum de Societate æstimationem. 3^o Redarguam nonnulla loca tomî III et IV Epistolarum in quibus Societas Jesu a commentatoribus male lacessitur. Quæ cum præstitero, sole clarius patebit S. Matris erga Societatem Jesu amorem nullo unquam tempore fuisse interruptum. Tandem 4^o confutabo Burgensis archiepiscopi famosam pastorem epistolam, hauriendo ex ipsius Sanctæ libris præcipua propriis sæpe verbis argumenta.*

Mutilatus ca-
pitula XXXVIII
Vitæ locus

- B *1622 Jam anno 1590 Ribera notabat in prima Vitæ Teresianæ editione quemdam capituli XXXVIII truncatum esse locum. Scilicet habetur in Escorialensi autographo: De los de la Orden deste Padre, que es la Compañia de Jesus, de toda la Orden junta he visto grandes cosas. Vilos en el cielo con vanderas blancas en las manos algunas veces; y, como digo, otras cosas he visto dellos de mucha admiracion, y ansi tengo esta Orden en gran veneracion, porque los he tratado mucho, y veo conforme su vida con lo que el Señor me ha dado dellos a entender. Id est: Magnas de Ordine illo e quo Pater ille erat, Societate nempe Jesu, res vidi, imo de universo illo Ordine simul. Vidi quippe eos in cælo, et quidem sapiens, alba in manibus vexilla gestantes; necnon alia, uti dico, mirabilia vidi. Quare Ordinem hunc summa veneratione prosequor: frequenter namque cum ejus sectatoribus tractavi et egi; et, quantum video, vitam agunt conformem eis quæ mihi Dominus de ipsis significavit. At in impressis libris, ab anno 1588 ad annum usque 1752, sic positum fuit: De los de cierta Orden, de toda la Orden junta, he visto grandes cosas: vilos en el cielo con vanderas blancas algunas veces, y, como digo, otras cosas de admiracion. Quod latine ita sonat: Magna vidi de religiosi Ordinis cujusdam, atque adeo de universo illo Ordine simul: vidi quippe eos in cælo, et quidem sapiens, alba in manibus vexilla gestantes, necnon alia mirabilia, uti dico.*

Jam notatus
a Ribera.

- C *1623 Audi quæ Ribera (lib. IV, cap. III) hanc truncationem aperte denuntiet verbis, quæ, pro loci illius momento, ex Salmanticensi ejus originali editione ad litteram prius exhibebo hispanice, et dein latine e correctâ a me Martinezi versione: Otra vez estando en oracion con mucho recogimiento y su-*

vidad y quietud, vio en el cielo muchos de la Compañia de Jesus con unas vanderas blancas en las manos. Y estando ella maravillada y contenta por la mucha devocion que tenia a esta Religion, la dixo nuestro Señor Jesu Christo: «Pues si tu supieses quanto han de ayudar estos a la Yglesia en los tiempos venideros.» Esta vision dize ella que vio algunas vezes, y aunque en la Vida que se imprimio, no se declare el nombre de la Religion, esta declarado en el libro mismo que ella escrivio, y en los demas que andan de mano. Las palabras que la dixo nuestro Señor, puso despues mas adelante en el capitulo quarenta, sin el nombre de la Religion: pero es cosa certissima y sabida de su boca todo lo que he dicho. Alio tempore, cum in oratione maxima mentis recollectione, suavitate et quiete ageret, hominum Societatis Jesu in cælo multitudinem vidit, candida manibus vexilla gestantium. Quod illam spectaculum cum in stuporem raperet, simul et voluptatem ei afferret, quod erga hunc ipsa Ordinem peculiari quodam studio ferretur, a Redemptore Jesu illico audiuit: «Si vero ipsa scires quas futuris temporibus Ecclesiæ suppetias sint laturi!» Hanc sibi ait visionem etiam sæpius oblatam. Etsi vero in illa Teresiæ Vita quæ typis edita circumfertur, suo hæc familia singillatim nomine non indicetur, in ipso tamen autographo, et in omnibus quos videre contigit calamo exaratis libris, illius aperte nomen proditum est. Hæc quidem Redemptoris Jesu verba infra cap. XL rursus repetit, non tamen declarato Religionis ipsius nomine. Atque id totum quod modo dixi, certissimum est et ex ipsiusmet Teresiæ ore acceptum. Is autem capituli XL locus sic sonat: Estando una vez en oracion con mucho recogimiento, suavidad y quietud, pareciame estar rodeada de Angeles y muy cerca de Dios; comencé a suplicar a su Majestad por la Iglesia. Dioseme a entender el gran provecho que habia de hacer una Orden en los tiempos postreros, y con la fortaleza que los della han de sustentar la Fé. Quod Martinezius ita latine certit: Quadam die magna cum attentione, dulcedine et quiete in oratione agens, ab Angelis mihi undequaque circumdata Deoque quam proxima esse videbar. Incipiebam ergo illius Majestati pro Ecclesiæ incolumitate supplicare. Dicebatur porro mihi qualem novissimis temporibus Ordo quidam religiosus fructum esset factururus, et quo ardore et generositate ejusdem sectatores Fidem essent propugnaturi.

1624 Adverto hic per transennam illum capituli XXXVIII locum etiam in nuperrimis editionibus gallicis citiosum permanere. Imo aliquid pejus in usitatissima Arnaldi versione commissum est, quam si voces quæ demum solent, dumtaxat omitterentur: nam totus is apud eum locus ita tortus est ut omnis mutetur sensus. Expendamus singula Arnaldi verba, et videamus lepidum spectaculum Jansenistarum quasi malleum inter et incudem, hinc pressi magna Societati a S. Teresia aperte data laude, et illinc sua ab inviso Ordine aversione. Consulere ut veritati velle videatur, in fine periodi nomen Societatis quidem ponit; sed factum magis facit quam declarat verum: atque ejus arte revera deceptus fuit P. Martialis, qui in Bibliotheca Ord. Carm. Exc. (pag. 373) dicit ab Arnaldo eum locum restitutum esse ad originalis fidem. Sed ecce quomodo restitutus. J'ai vu, ita sonat gallica viri versio, des choses admirables des religieux d'un certain Ordre, qui me paraissaient, sans parler du reste du même Ordre, porter en leurs mains dans le ciel des étendards blancs: et comme j'ai une grande communication avec ceux

circa quem
locum artes
explicantur
Arnaldi.

AUCTORE
V. D. M.

A de cet Ordre, et que je reconnais que leur vie est conforme à ce que notre Seigneur m'a dit d'eux, j'ai une grande vénération pour cette sainte Compagnie. Ibi Arnaldus voces supprimit quibus indicandum erat de Ordine agi Societatis Jesu, et quae cum minime praeferant, ut ex clausula ejus patet. Tacet S. Matrem pluries habuisse eam visionem; algunas veces, hispanice. Enervat omnem visionis vim, dicendo: Ut mihi apparebat, ferebant; ubi Sancta ait: Vidi eos ferentes. Transiluit aliquot verba Teresiae dicentis se res grandes vidisse et res alias admirabiles; quod pleonasmo majus est. Denum nominat quidem Arnaldus religiosos, sed, perfide magis quam amphibologice, addit ceterum missum se facere quod reliquum est Ordinis; ubi Sancta ait, non sine vi, grandes se conspexisse res et de religiosis Ordinis et de toto conjunctim Ordine. Nae esset cur Arnaldi liber e manibus abjiceretur, nisi majori alibi fidelitate, styloque, sin culto, saltem simplice et Vitis Sanctorum congruo, commendabilis foret. Quare male seriatus foret ille qui ob pauca infideliter versa loca ex integro damnaret Arnaldi versionem, quae a nonnullis hodie perperam tenetur, quod sine pigmentis sit. Ultimo tandem advertam mutilum, eo modo quo olim in hispanicis editionibus, esse praefatum capitis XXXVIII sensum in utraque gallica versione P. Cypriani a Nativitate et Chanuti ac in anglica Abrahami Woodhead, sed correctum esse in germanica quae anno 1756 Augustae Vindelicorum prodiit. Belgica vero anni 1697 Arnaldianam eo loco male sequitur.

Kerbekius ma-
gnae fraudis
insimulatur.

B 1625 Verum Antonius Kerbekius in latina versione Vitae S. Teresiae, edita Moguntiae anno 1603 typis Joannis Albini, longius processit, ac omisit fere omnia loca quae sunt a S. Teresia in commendationem Societatis Jesu scripta; uti notat P. Nicolaus Lancicius in opusculo de Gloria S. Ignatii (quod primo editum fuit Cracoviae anno 1622, dein Wilnae anno 1624, tum Antverpiae anno 1629, sine nomine auctoris; donec sub Lancicii nomine anno 1650, una cum reliquis ejus opusculis, duobus tomis in folio, ubi id decimo octavo loco ponitur, iterum Antverpiae cusum fuerit). Capite XIX hujus opusculi Lancicius plura loca in honorem Societatis Jesu latine citat, desumpta ex italica Bordonii versione anni 1601; ex quo patet culpam infidelitatis conjiciendam esse in unum Kerbekium, qui fatetur se ex italica Bordonii versione Teresiam in latinum transtulisse. Inter alia autem loca allegat Lancicius illum locum capitis XXXVIII de quo supra egimus, repetens quod Ribera dicit circa ejus mutilationem. Sed cum ea quae Lancicius in tribus prioribus opusculi sui editionibus de Societate retulerat loca a quibusdam in dubium vocarentur num authentica essent, ideo ante quartam suam editionem Antverpiensem anni 1650 eam ad discutendum illud dubium diligentiam adhibuit quam ad calcem capitis XIX narrat sequenti modo.

a P. Nicolao
Lancicio,

C 1626 Etsi ego hujus opusculi scriptor in omnibus editionibus hispanicis et italicis Vitae S. Teresiae, et Romae aliquoties et Neapoli, ab ipsamet scriptae et postea impressae, legerim haec omnia quae in hoc capite recensui; hoc non contentus, cum rescivissem aliquos religiosos (quorum nominibus parco) in hoc regno non semel coram saecularibus suis confidentibus sparsisse haec quae recensui, non esse vera, post felicem electionem admodum R. P. N. moderni Praepositi Generalis Vincentii Caraffae rogavi R. P. Petrum de Mendoza, tunc quoque a nobis electum Assistantem Hispaniae, ut committeret alicui Patri in Hispania ut adiret bibliothecam celeberrimam in Hispania mona-

sterii regii S. Laurentii, dicti Escorial, in qua bibliotheca tamquam pretiosus thesaurus conservatur Vita S. Teresiae propria ipsius manu scripta. Commisit hoc negotium R. P. Assistens uni e nostris Patribus; qui adiit hoc monasterium, et diligenter curavit ex Vita originali S. Teresiae fideliter transcribi hispanice omnia illa quae in hoc capite ex Vita ejus Romae bis impressa recensui. Hac re confecta et authentice in publicum instrumentum relata coram testibus, misit mihi R. P. Assistens hoc instrumentum authenticum a quatuor notariis apostolicis juratis subscriptum, cum solitis clausulis et solemnitatibus. Scripsit hoc instrumentum notarius apostolicus Hector de la Bartera et Montenegro, tamquam is qui coram testibus aliquot religiosi illius monasterii in illa bibliotheca haec omnia in hoc capite a me narrata descripsit ex Vita S. Teresiae propria ejus manu scripta. Scripsit autem authentice hoc instrumentum anno 1646 decima die mensis Septembris, ad instantiam R. P. Fr. Ambrosii de S. Maria, coram testibus Josepho de Penalber et Dominico Gonzalez de Argumosa et Alphonso Gomez, religiosi dicti monasterii. Porro textus hispanicus ab hoc notario transcriptus plane ad verbum congruit cum mea versione latina in hoc capite a me posita. Accedit quod dictus notarius apostolicus in principio sui instrumenti expresse facit mentionem hujus capitis decimonomi et paginae 174 opusculi de Gloria S. Ignatii Antverpiae impressi anno 1629; et asserit textum hispanicum S. Teresiae cum latina mea narratione concordare. Nullus ergo, nisi malignus et invidus, haec a me scripta in dubium vocare potest.

1627 Neque solum P. Lancicius commovit agitata haec questio; verum etiam capitulum generale Congregationis Italicae Carmelitarum Excalceatorum, Romae congregatum anno 1650, edidit sequens decretum, relatum a P. Joanno Pinio (tom. VII Julii, pag. 850), qui id a fratre suo Ignatio Pinio Roma acceperat, erutum e tabulario nostrae Societatis, ubi originale asservatum dicit cum apposito sigillo et subscriptione F. Joachimi a Jesu Maria, capituli generalis secretarii: Accepimus scripta S. M. N. Teresiae edita esse truncata quoad illa omnia quae spectant Societatem Jesu: ita ut, cum et in manuscriptis codicibus plerisque et in plerisque exemplaribus pridem editis ac in ipsomet Matris contextu originali omnia illa quae notantur in libro cui titulus: « Gloria S. Ignatii » exarata inveniantur, tamen in ea editione de qua dictum est, omnia fuerint erasa. Hanc infidelitatem editionis, non tam Societati Jesu quam S. Matri injuriosam, omnino improbamus, et a nobis non esse profectam testamur. Quin immo, si quis ex Ordine nostro deprehenderetur tale quid admisisse aut fieri curasse, impunitum non debere esse decernimus. Ipsam quoque editionem truncatam in usu nostrorum esse prohibemus. Propositionem hanc capitulo nostro generali propositam et per acclamationem omnium approbatam testamur. Die XVI Maji 1650. Fr. Franciscus a SS. Sacramento, Praepositus Generalis. Hoc decretum iisdem verbis latine tradit P. Fredericus I. IV, cap. X. Sed sedulus caeteroquin vir in commentatione quam ei decreto subdit, dormitasse videtur. Hanc autem commentationem ad trutinam revocabo, et ipsis P. Frederici verbis qualia e prima ejus editione anni 1754 Montoya exhibet, inharebo. Quod praevie me notare oportuit, quia in posteriore anni 1837 Vita Teresiana editione, si Montoya recte citat priorem, plura eo loco tacite immutata sunt, licet non ex omni parte

cujus dicta
confirmat ca-
pitulum gene-
rale Congrega-
tionis Italicae
Carm. Exc.

AUCTORE
V. D. M.

A
Capituli huius
decretum non
rite interpre-
tatur prior
P. Frederici
editio.

parte feliciter, sicut post recensitam hinc priorem editionem videbimus.

1628 Ecce quam P. Fredericus primitus adjecit ad decretum illud interpretationem. Hanc, subnectens ad singula ejus membra parenthesim, corrigam aut explicabo. Lamentatur P. Bartoli (die: Jure conqueritur), quod in quibusdam operum S. Teresiae editionibus (in una, habet Bartoli) aliqua (omnia: Bartoli) dempta sint quae in magnam laudem cedant inclytæ Societatis Jesu. Ego nescio quanam sit illa mutila et reprehensibilis editio (mirum quod diligens scrutator Fredericus, qui in toties a se citato Yepesio Kerbekii mentionem non potuit non videre, hujus versionem talibus furtis aperte scotentem non inspexerit. At mirum magis quod ignorare potuerit esse Kerbekium infidelitatis alte accusatum a P. Lancicio in opusculo de Gloria S. Ignatii, cujus nominetenus meminit ipsummet, quod totum allegat, capituli generalis decretum), nisi forte indicetur illic is defectus qui communis est omnibus editionibus a prima retro Salmanticensi anni 1588 (omitto hanc, juxta Yepesium, lib. III, cap. X, factam fuisse anno 1587: sed decretum capituli excludit P. Frederici hypothesim, cum loquatur de difformi una a cæteris editione). In ea revera reperitur cap. XXXVIII error (decretum non unum errorem notat, sed resectionem omnium aut prope omnium locorum ubi sermo est de Societate) qui postea irrepsit in omnes editiones (taceo editionem Madritensem anni 1661 et Bruxellensem anni 1740 in margine hanc habere notam: Sancta plura scripsit exemplaria unde hæc hausta sunt; at in exemplari quod asservatur in Escoriali declarat se hic loqui de Societate Jesu. Posterior notæ hujus pars vera est, at falsa prior. Ubi enim existunt ea exemplaria de quibus nota loquitur? Præter Escorialense nescitur nullum). . . . Hujus errati deprehensio attribui debet diligentiae P. Francisci a S. Maria (hic primum volumen Chronici edidit anno 1644; sed quinquagesimo ante anno compegerat Ribera Sanctæ Vitæ, in qua erratum illud revelat: præterea Lancicius quoque id indicarat annis 1622, 1624 et 1629). Unde liquet Excalceatos, qui conscii plane erant illius quem S. Mater erga Societatem Jesu profitebatur, gratissimi affectus, nedum quidquam dempsisse de ejus in Societatem elogiis, verum diligentes sollicitosque se præstitisse ut in aperto denuo starent quæ typographorum oscitantia aut nescio cujus malevolentia tentarat obscurare (Grata erga Carmelitarum Ordinem sit oportet Societas ob generosam satisfactionem sibi in capitulo generali anno 1650 præstitam, et ob seram licet correctionem in editione Madritensi anni 1752). Si quæ forte fuerit editio ubi aliquod e Societatis deletum sit encomiis quibus S. Matris scripta seant, persuasum cuique sit tale factum ab Ordine nostro reprobari (Næ singulare P. Frederici dubium num existat mutila istiusmodi editio, mirabitur quicumque legerit capituli decretum quo congregati Patres solemniter statutum faciunt se truncam talem editionem, ubi erasa erant cuncta Societatis elogia, examinasse, cum aliis editis scriptisque Sanctæ libris contulisse, et eam editionem se improbare ac prohibere uno omnium suffragio, una omnium acclamatione. Præterea difficile captus est qui P. Fredericus potuerit non legere vulgatissimum librum in decreto commemoratum, in quo mutilatus capitis XXXVIII locus denuntiatur, et ubi tacite Kerbekius taxatur indigne expunxisse omnem laudem quam Teresia Societati Jesu creberrime impartitur).

B
C
D
E
F
1629 Pauca modo addam de Romana P. Fre-

derici anni 1837 editione. Cum adverteret is qui eam accuravit, claudum illic in pluribus auctoris ratiocinium, multa inde verba amputavit, sed non citra quemdam in iis quæ adjecit anachronismum. Si rite conjecto, ait emendator, culpabilem eam truncationem (de qua agit Bartoli) reperire fuerit in aliqua editione gallica, et commissa ea noxa fuerit a quodam in pontificias contra Jansenium Bullas refractario. Sed si veritatem expiscemur, fontes successive adeundo, ex Bartolo noscimus decretum capituli; in eo decreto remittimur ad P. Lancicii opusculum de Gloria S. Ignatii; et in hoc opusculo legimus Kerbekium fuisse qui anno 1603 temeravit Vitam S. Teresiae: quo tempore Cornelii Jansenii nondum prodierat secta auctoritatis pontificiæ contemptrix. Quod si præterea latius Jansenii historiam scrutemur, invenimus adolescentulum Jansenium, qui Lovanii sub disciplina Societatis rhetoricæ operam dederat, nomen dare voluisse Ignatianæ familiæ: tantum aberat ut eo tempore Societati esset infensus. Ad Memorabilia Trivoltiana ad annum 1731 (pag. 1775), ubi de Historia Baianismi, auctore Duchesne.

1630 Porro pervolvere singulas editiones et versiones Operum S. Teresiae, ut indagem num quid in iis de laudibus Societatis deletum sit, nec placet nec vacat. De una vernacula editione anni 1752, sive anni 1793, cum hæc illi persimilis sit, pauca respectu Societatis annotabo; quia pro normali vulgo habetur ea nunc editio. Quippe R. P. Generalis Nicolaus a S. Maria in præfixa ei epistola dedicatoria ad Ferdinandum VI affirmat proferri illic Opera S. Matris restituta primævæ suæ puritati et diligenter purgata ab erroribus quos negligentia aut ignorantia invehere solet in monumenta quæ pluries recuduntur; ad quem finem, ait, revisa fuere exactissimo examine et firma amussi, quin ulla fuerit diligentia prætermissa quæ juvaret ad illa collocanda in sphaera sui originalis splendoris. Fateor tamen mihi nonnihil dubii permanere, præcipue circa Foundationum librum, ob sequens Montoya (prol. ad diss. I, p. 28) ratiocinium: In nonnullis, ait, libri illius locis mihi notis (quæ indicabuntur quando agatur de epistola 50 tomi IV) et verisimiliter in multis aliis quæ inter se non contuli, duæ præclaræ editiones, Bruxellensis anni 1684 apud Franciscum Foppens, et Madritensis anni 1752 apud Josephum de Orga, non sunt æquales et eadem, quamvis utraque appositam habeat ad finem capitis XXXI hanc notam: « Omnia » contenta hoc libro usque huc sunt scripta manu » propria ejusdem Matris Teresiae a Jesu in codice » quem ipsa scripsit de suis Foundationibus: qui » codex cum aliis ejus manu exaratis reperitur in » bibliotheca Escorialensi. » Utraque etiam dedicata fuit regi Hispaniæ, Bruxellensis Carolo II, et Madritensis Ferdinando VI. Unde concludi deberet utramque convenire cum originali. At unam, sin utramque, cum eo non concordare inde patet quod binæ illæ inter se discrepent. Plerumque hæc quidem verborum differentia sensum non immutat; corrumpit tamen alicubi: et cum in utraque editione declaretur omnia quæ iis continentur, scripta fuisse manu propria S. Matris, mirum est qualecunque discrimen aut diversitas, quoties admitti non potest typographorum esse errata.

1631 Quidquid sit de eo dubio, plane secutus ego sum in hisce commentationibus editionem anni 1793, in qua pauca tantum, Societatem Jesu respicientia, considerabo, nempe omissam illic esse notabilem quamdam epistolam, et in nonnullis locis Societati Jesu non sat æquas positas esse annota-

Nævi quidam in iis quæ ad Societatem attinent, in editione Operum S. Teresiae anni 1752 deprehenduntur, E.

F

omissa imprimis epistola ad Moyam,

- A tiones, quas primo volumini *Epistolarum* inseruit Palafoxius, alteri P. Antonius a S. Josepho. Quod autem ad harum ultima volumina spectat, in peculiarem, ut dixi, ea paragraphum reservabo. Mirum itaque dico celebrem epistolam S. Matris ad Christophorum Rodriguez de Moya, quæ olim, et ante quidem quam primum *Epistolarum* volumen cderetur, typis pluries jam seorsim in pluribus operibus fuerat vulgata, et quæ in maximam Societatis laudem vergit, nullo inter publicatas epistolas dignatam fuisse loco, cum tamen postremus editor diligenter conquisivisse se affirmet quotquot reperiri potuerint. Epistola illa magnam partem jam inserta fuerat *Vita S. Ignatii* quam P. Andreas Lucas anno 1633 latine vulgavit Granatæ (lib. v, cap. xxvi). Reperitur item in *Imagine primi sæculi Societatis Jesu* (pag. 675), in *Lancicii opere de Præstantia Instituti S. J.* (lib. ii, cap. iii), in *Gomezii Elogiis S. J.* (part. i, class. vii), in *Fastis S. J.* auctore P. Joanne Dreves (ad diem xxviii Julii). Totam quoque exhibent *Nierembergius* tomo III de *Viris illustribus S. J.*, in *Vita S. Ignatii* (cap. xl), P. Andreas Mendo in *Crisi de Societatis Jesu pietate*, etc. (num. 160), Montoya (diss. i, cap. ii, § ii, num. 11)
- B et verisimiliter plures alii qui me fugiunt, et quos negligo, eo quod, e regulis critices, non semper numerus idem repetentium, sed pondus unius aliquando testis, si omni exceptione major fuerit, auctoritatem habet maximam. Atqui talis utique testis censeri hic debet Ven. P. Joannes Eusebius Nieremberg, qui, duodecim annis post P. Andreæ Lucas scribens, non solum hujus narrationem confirmat, sed et asseverat illius epistolæ se autographum vidisse, ac penes se habere ejus transcriptum, tabellionis publici testimonio et fide comprobatum: Que yo he visto de su misma letra, y mostraré autenticado con fee y testimonio de escribano. Hanc ego referam fideliter a me in latinum traductam ex hispanico Nierembergii textu, qualem etiam P. Mendo exhibet et cui italica Montoyæ versio consonat. Prænotant PP. Lancicius, Mendo aliique, scriptam fuisse Abulæ xxviii Julii anni 1568 ad Christophorum Moyam, cum ille Seguræ de la Sierra perciperet claustrum erigere Excalecatarum virginum, in idque suas filias inducere, ea tamen lege ut Patrum Societatis Jesu directioni tam filiarum suarum quam reliquarum carnobii abs se fundandi moniales subjacerent. Sat probabile est hunc eundem esse Moyam
- C qui postmodum Caravacæ monasterium fundavit (vide § xxxviii hujus Commentarii, et Montoyam, diss. i, cap. vii, § i, num. 20).

quæ hic refer-
tur.

1632 Sic igitur ad illam Moyæ propositionem responsoriæ S. Matris sonant: Convocat Dominus noster in has domos filias quæ admirationi mihi sunt et quæ magnopere me confundunt; quandoquidem tales nobis sunt eligendæ quæ sint orationi deditæ et ad nostram vivendi rationem aptæ: alioquin non recipiuntur. Deus dat illis satisfactionem et letitiam adeo continuam ut paradisos hic in terra videatur. Ita est: et poteris te certiorum reddere de ea re per plurimos, maxime si illac transeant aliqui e Societate Jesu, qui hic fuerunt et me cognoscunt et illud vident; quia Patres ipsi mei sunt et quibus post Dominum nostrum anima mea totum illud bonum debet quod habet, si quod habet. Atque unum illorum ob quod multum erga illas dominas afflictor, est quod sciam eos Patres fuisse ipsarum directores: unde et obsequi tibi parata sum in omnibus quæ facere valeam. Non omnes enim persone spirituales pro nostris monasteriis mihi placent, nisi eæ sunt quarum Confessiones isti Patres excipiant; atque tales fere dumtaxat in nostris reperiuntur monasteriis.

Equidem non jam recorder vel unam esse ex illis quas recepi, quæ spiritualis filia illorum Patrum non fuerit; hujusmodi enim nobis conveniunt: nam, cum ipsi animam meam excoluerint, Dominus concessit mihi gratiam ut in hisce monasteriis illorum spiritus sit insertus; quare si illorum regulas nosti, perspicies nostras constitutiones multis in rebus esse illis conformes. Etenim Breve a Papa obtinui quo illas conficiendi mihi datur facultas, et R. N. Generalis hac nuper transiens quas feci approbavit et observari jussit in omnibus monasteriis quæ fundarem. Mandatum quoque reliquit ut Patres Societatis concionarentur, neque ullus superior hoc impedire posset, et ut pariter, si velint, excipere Confessiones nostras possint. Sed constitutionem ipsi habent quæ hoc ipsis interdicat; neque, nisi aliquoties, obtinere illud ab eis possumus. Itaque et nobiscum agunt, et consilia dant frequentissime, et magna in nos bona conferunt. Idem desiderium quod hæc dominæ fovēt, et ego fovi, hanc nimirum domum Patrum illorum directioni subijciendi; et operam in eo posui. At pro certo scio eos non admissuros monasterium, etsi a principe erectum esset: alioquin jam multa haberent in hoc regno; atque proin ellici id nequit. Laudo Dominum nostrum quod nullus Ordo facultatem habeat adeo amplam cum illis agendi ac noster; neque ea qua jam potimur facultas unquam a nobis auferetur.

1633 Non solum integræ hujus epistolæ omissio, sed et alia quædam, etiam in postrema editione, respectu Societatis notari adhuc possunt. Nolim equidem, ut P. Montoya, dicere male omissum nomen P. Francisci Borgia, Generalis Societatis Jesu, in libro *Vitæ perfectionis* (cap. xxxi, num. 5), tametsi Ribera (lib. i, cap. v) asserat ea verba apponi in S. Matris scriptis. Non enim ibi certa criminandi causa est; quoniam, existentibus illius libri pluribus autographis exemplaribus, potuit Sancta adscribere uni id nomen, non adscribere alteri: quemadmodum Annus Teresianus (tom. vii, pag. 200) asseverat revera ea vocabula abesse et ab exemplari Vallisoleano et ab Escorialensi; quod de hoc, cum protographum sit et exaratum priusquam S. Franciscus de Borgia electus esset in Generalem, sine controversia P. Montoyæ constare debuisset. Meliori jure notat P. Montoya mire truncum esse Catalogum præcipuorum confessoriorum S. Teresie, qui præfixus fuit in hac editione secundo volumini *Epistolarum*. Ut enim præteream e Societate Jesu PP. Joannem Padranos, Franciscum de Borgia, Martinum Gutierrez, Rodericum Alvarez, Franciscum Riberam, Hieronymum Ripaldam, qui accenseri potuissent, mirum saltem est non numerari eo ordine P. Balthasarem Alvarez, quem Sancta tantopere dilaudat, et quo se conscientie instructore totum sexennium primis emendationis vitæ temporibus usam affirmat (tom. i, epist. 19, num. 6), et quem præterea adhuc postmodum adhibuisse sæpe e pluribus *Epistolarum* locis conjectari potest. Nec sane accuratum est quod dicitur tom. i, epist. 15, nota 3 et 4, P. Balthasarem prohibuisse quominus Sancta reformationi Ordinis sui operam daret. Taceo Teresiam tunc temporis ne vel cogitasse eam reformationem, siquidem constat ex Yepesio (lib. ii, c. xiv) et e libro *Fundationum* (cap. i, num. 3, et cap. ii, num. 3) illam tantum quinto vel sexto ab erecto Abulensi conventu anno eo appulisse animum, postquam diu intenderat dumtaxat unius monasteriali erectionem in quo inter paucas primigenium servaretur institutum. At, quod ad propositum meum spectat, ipsamet Sancta capite xxxii *Vitæ suæ*, num. 6, de eo Patre agens, aliter loquitur. Hic, inquit, plane et promptè mihi

AUCTORE
V. D. M.
D

E

Adhuc alia
quædam in ea
editione no-
tantur.

F

AUCTORE
V. D. M.

A mihi dicere non audebat ut ab hoc proposito desisterem : aperte tamen videbat rem, naturaliter loquendo, prorsus impossibilem esse. . . Dicebat autem ut cum superiore meo hac de re agerem, et quodcumque ille suaderet faciendum, id exequi satagerem. Ac, sicut e reliqua capitis illius parte liquet, probante Teresiae capta provinciali, probavit et P. Balthasar; illo vero improbante, improbavit et hic : ita ut, si res consideretur vestita suis circumstantiis, nemo cordatus judicavit eum Patrem ita agendo vel minimum recessisse a prudentiae norma. Quod si quis ampliores P. Balthasaris vindictas velit, adeat Montoyam (diss. I, cap. V, num. 1 et seqq., ac cap. VI, § II).

§ LXXXIII. Prophetia de Societatis Jesu excidio, S. Teresiae afficta, falsa esse demonstratur. Tres genuinae aliae Ordini S. Dominici applicandae videntur.

Extrahitur
commentum
illius prophetae.

B **L**audem qua S. Teresia Societatem Jesu ornat, vidimus fraude subtractam. Post occultatam veritatem ecce deformata facta, post furta ecce calumnias. Nempe Sancta praeterita saeculo dictitata est Ordini illi ultimis vitae suae temporibus fuisse infensa, atque fuit affirmatum id e scriptis ejus constare. Inter alia argumenta proferebatur pseudopropheta quaedam, S. Matri supposita, de qua memini jam initio superioris paragraphi, et quae, praecipue in Italia, ope ephemeridum seu diariorum circumquaque spargebatur. aliquot ante annis quam Ordo a Clemente XIV abrogaretur. Nihilominus nullum ejus exemplar ad manum haberem, nisi Montoya (diss. I, cap. VII, § III, num. 29) illam chartae mandasset. Quippe ea sors est obtrectantium istiusmodi pagellarum, ut dies eas deleat, dum tamen immensorum quae perennant, germina sunt malorum. Neque inutile erit id monstri denuo hic litteris consignare, ad demonstrationem jugemque memoriam perversitatis qua valuerunt ii qui Societatis Jesu ruinam sunt machinati. Sic autem illud sonat : Fragmentum epistolae a S. Teresia xx Februarii 1579 ad P. Hieronymum Gratianum Carmelitam Excalceatum scriptae. Cum die quadam in oratione essem, Deumque precarer conservare vellet et augere Ordinem nostrum, Dominus mihi dixit : « Videbis in diebus tuis Ordinem Beatæ Virginis valde auctum. » Hoc e Domino audiebam, et collecto alte animo meditabar Ordinis restorationem; atque animum ad alios Ordines eorumque principia reflectens, perpendebam Ordinem Ignatii ejusque quotidiana ac stupenda incrementa. Incidi tunc in magnum mentis raptum, in quo Dominus mihi dixit : « Multum falleris, o filia mea, super religiosorum illorum profectu. Principium eorum bonum est; magnaue Ecclesiae præstabunt obsequia : sed cupiditas eorum et dominia quae acquirunt, taliter inflabunt eorum vanitatem, ut magis magisque deviantes, usque ad ipsam haeresin sint degeneraturi, taliter ut necesse sit futurum eos destruere. Haec omnia evenient, antequam trecenti elapsi fuerint anni. »

Vindicata
Societas.

1635. Antequam falsa hæc de excidio Societatis vaticinia dispellam, fas mihi sit ab horrendis quae illi inferuntur criminibus ambitus, cupiditatis atque ipsius haereseos Societatem paucis vindicare. Ut primævis S. Ignatii, ita et secutis S. Teresiae, ipsius-

que adeo Clementis XIV temporibus, Societatis Jesu professi jurejurando obstringebant sese, non secus ac hodie se obstringunt, ad nullo unquam tempore, nullo unquam modo dignitatem prælationemve aucupandam, aut etiam extra Societatem admittendam, nisi eo acti ab illo qui præcipere potest sub pœna peccati. Pari modo ut in Ordinis principio, ita et secuto omni tempore, vi emissorum votorum solemnium, sub sacrilegii reatu ineptum se quisque tota vita sua reddit ut suum habeat vel unum obolum, adjecto etiam peculiari voto de non immutandis constitutionibus circa paupertatem, nisi quando ex causa justa rerum exigentium videretur restringenda magis. His ergo circumscripta finibus, nunquam, quidquid crepent adversarii, probari potuit Societas Jesu suis finibus excessisse, aut fregisse datam solemniter Deo fidem : nisi forte ad violata ab ea vota et ad ambitionem cupiditatemque quis referat auctum per Societatis viros ornatum ecclesiarum ad Dei cultum, amplitudinem gymnasiorum ad discipulorum frequentiam, bibliothecas instructas conquisita undique scientiarum penu ad defensionem veræ Religionis, bonorum morum et ingenuarum artium atque disciplinarum, desiderium denique et conatum acquirendi doctrinam ad cognitionem amoremque Dei doctis et indoctis toto terrarum qua late patet orbe infundendam. Quod si hæc ambitus reputentur et cupiditas, ultro in confesso erit hæc studia, ex instituto Patris, in filiis vigere, non eo tamen scopo ut vane inclarescat Ordo, sed ut Dei gloria proximique salus omnibus promoveatur modis, et vi eloquentiae præconum evangelicorum in suggestu, et profunditate doctrinae in academiæ cathedris, et exercitio stylo in conscribendis libris, et omnigenis artibus atque industriis ad alliciendos pueros ad catechismum, adolescentes ad ludos litterarios, fideles omnes ad frequentanda templa, ad fundendas Deo preces et ad recipienda Sanctissima Pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacramenta. Nec est quod dicam de imposito per calumniam Societati flagitio hæreseos. Universus novit orbis non ab aliis hæcenus Ordinem hunc insimulatum fuisse læsæ Catholicæ Fidei, quam ab errorum sequacibus qui ipsimet a Romana Ecclesia, supremo controversiarum iudice, declarati sunt hæretici, sive, ut cum Tertulliano loquar, interfectores veritatis; dum e contrario Societas Jesu ob propugnata Fidem præstitaque Ecclesiae obsequia laudem promerita est a viginti et amplius supremæ Romanæ Sedis Pontificibus. Atque ob hanc ipsam causam odium incurrit perduellium Ecclesiae hostium, qui in Societate, ceu in devotis Catholicæ Religionis filiis atque athletic, matrem impugnant Ecclesiam et Jesum Christum patrem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula (Rom. IX, 5). Nec sane, ut cum S. Augustino loquar (contra Petilianum cap. VI), parva est parumque gloriosa consolatio cujusque nostrum, si ab inimicis Ecclesiae cum ipsa Ecclesia criminemur.

1636 Ad prophetiam quod attinet, sicut gratis in medium projecta est, pari modo gratis et sine argumentatione negari posset, donec suis munita fuerit probationibus, prolatumque ejus autographum, aut saltem exemplar idoneorum testium fide comprobatum. Ultro tamen rem succincte examinabo. Unum quod allegari possit ut prophetia fuisse adstruatur, Ordinis est destructio, quæ contigit tribus circiter annis a vulgato eo epistolæ fragmento. Ast, ut taceam præfixum vage spatium trecentorum annorum atque redivivam jam Societatem, quæ rursus suo stat pede, non ob enormia illa ad haeresin usque crimina quæ fragmenti auctor comminiscatur, Ordo abrogatus fuit; sed impetitus fuit ex odio adversus Ecclesiam, in cujus castris militabat. Porro eo tempore non

et accommo-
dato hujus
Ordini loco
S. Augustini,

solus

A solus ille pseudopropheta, sed et magna in Societatis ruinam confuratorum turba necem Ordini vaticinabantur: attamen isti omnes non magis prophetæ haberi debent quam latro qui stricto jam pignore mortem prædicat illi cuius transadacturus est cor. Detur hic mihi, qui impactas optimæ Matri Societati Jesu enormes calumnias avertere cogor, diram ejus, furori impiorum luctuosus temporibus immolata, sortem simul et quam abrogata Societas tenuit agendi rationem, depictam referre ex S. Augustino, qui apposite ad rem nostram ita loquitur: Sæpe etiam sinit divina Providentia per nonnullas nimium turbulenta carnalium hominum seditiones expelli de congregatione Christiana etiam bonos viros. Quam contumeliam vel injuriam suam cum patientissime pro Ecclesiæ pace tulerint, neque ullas novitates vel schismatis vel hæresis moliti fuerint, docebunt homines quam vero affectu et quanta sinceritate Deo serviendum sit. Talium ergo virorum propositum est aut sedatis remeare turbibus, aut, si id non sinantur, vel eadem tempestate perseverante, vel ne suo reditu talis aut sævior oriatur, tenent voluntatem consulendi etiam eis ipsis quorum motibus perturbationibusque cesserunt, sine ulla conventiculorum segregatione usque ad mortem defendentes et testimonio juvenes eam fidem quam in Ecclesia Catholica prædicari sciunt. Hos coronat in occulto Pater, in occulto videns. Rarum hoc videtur genus; sed tamen exempla non desunt: immo plura sunt quam credi potest. Ita omnibus generibus hominum et exemplorum ad animarum curationem et ad institutionem spiritualis populi utitur divina Providentia. (De vera Religione, cap. vi, num. 11).

puta fabella
esse demon-
stratur, pro-
sertim ex op-
posita vera
prophetia.

B 1637 Refutato argumento quod ex abrogatione Ordinis allegari specietenus posset, pauca animadvertam in eo fragmento quæ plane demonstrent putam fuisse fabellam. Imprimis ineptus prophetiæ fabricator, quem talpa cæciorem fuisse oportet, affirmat S. Teresiam vidisse quotidianum ac stupendum Societatis Jesu progressum, et Deum ei revelasse, non tantum bona Ordinis illius fuisse principia, sed et magna eum obsequia Ecclesiæ esse præstiturum; et nihilominus statim adjungit Deum dixisse plurimum eam decipi super Ordinis illius progressu, quem tamen progressum et Teresia suis oculis viderat, et ipse Deus, ut ita loquar, affirmarat, laudanda magna quæ Ecclesiæ collaturus erat Ordo ille obsequia. Dein, sicut postea probabitur, S. Mater Societatem Jesu maximè fecit ad finem usque vitæ, ergo toto amplius triennio ab habita ea quæ obicitur prophetia: unde conficitur ipsam minime cælitus doctam fuisse religiosæ illius familiæ estimationem. Tandem ipsa Sancta prædixit quam strenue Ordo ille futuris (ut Ribera habet) et postremis (ut habet ipsa S. Teresia) temporibus præliaturus sit prælia Domini: quod utique consistere nequit cum hæresi et apostasia quibus vaticinatus fragmenti auctor eum contaminandum voluit. Lege loca quæ initio paragraphi superioris e S. Teresia et ex Ribera citavi; et concludendum tibi erit, si ea loca vera sint, ut sunt indubitate, esse et spurium epistolæ fragmentum, et falsam contentam eo prophetiam. Num clare patet 1º Ordinem de quo Sancta loquitur capite xl, licet Ordinis nomen non exprimat, illum tamen ipsum esse de quo loquitur capite xxxviii, ubi nomen exprimit Societatis Jesu. Patet 2º utraque illa occasione Deum S. Teresiæ natum fecisse homines Societatis plurimum profuturos esse Ecclesiæ, siquidem Ribera, agens de revelatione cap. xxxviii, ait Deum S. Matri dixisse: O si scires quantas futuris temporibus religiosi illi suppetias Ecclesiæ

sint laturi! 3º Concludi etiam inde potest fuisse utrobique eorum locorum a Sancta visos Ignatii filius vexilla alba in calis gestantes; ipsu enim affirmat pluries se eos ita conspexisse, et ex omnibus circumstantiis prout est judicare revelationem capitis xl ad eas vias ubi hoc conspexit, et ubi simul vidit de Societate res grandes et valde mirabiles, esse referendam. Cernitur itaque id quod hactenus diximus (pertinere nempe revelationem illam num. 8 capitis xl ad Societatem) inniti verbis Teresiæ et auctoritati Ribera, quæ summa est hujusmodi in rebus et præcipue in hæce, quippe qui suam hanc relationem claudit dicendo: Certissima res est, et id totum quod hic memoro, haustum est ex ipsius Teresiæ ore. Hic in transitu cum Montoya (diss. 1, cap. vii, § 1, num. 21 et 22) noto duorum auctorum errorem circa hunc locum. Videlicet P. Franciscus Xaverius Fluria in Vita S. Ignatii edita Barcinone anno 1753 (tom. I, lib. v, cap. xi), confundens numerum 10 capitis xxxviii cum numero 8 capitis xl, hallucinatus est, et male affirmavit nomen Societatis Jesu hoc posteriore loco exprimi: quod quam falsum sit, liquet non tantum ex emendatissimo etiam Teresiano textu, sed et e Ribera, qui (lib. iv, cap. iii) explicite dicit nomen Societatis ibi non enuntiari, atque etiam e S. Teresia, quæ suis ibi de religiosis Ordinibus vaticiniis numero 10 subjungit: Si Domino placuerit ut noscantur ii Ordines, ipse eos declarabit: ego illos non exprimo, ne ægre ferant cæteri. Similis habetur error in libro academici Calliadi: La verità difesa col disvelarsi, edito Florentiæ anno 1759. Dicta igitur abunde probant hinc falsitatem prophetiæ prænuntiantis Societatem S. J. pessum ituram in extrema usque scelera, et illinc sinceritatem atque authenticitatem alterius Teresiani vaticinii quod Societati maximo est honori atque consolationi, quo nimirum Deus S. Teresiæ significavit, et quidem cum emphasi, Ordinem illum religiosum postremis mundi temporibus pro Catholica Ecclesia fortiter esse pugnaturam.

1638 Scriptores rerum S. Teresiæ, ubi de ejus circa Societatem prophetiis agunt, agunt simul de iis quas habuit circa alium Ordinem. Ego eos imitabor, ut illa affinia sibi argumenta absolvam, et ut actum postea non sit ex parte denuo agendum. Posteriores hæ prophetiæ ternæ sunt, et traduntur a S. Matre num. 9 et 10 capitis xl. Vitæ suæ. En verba quibus eas enuntiat: Estando una vez rezando cerca del Santísimo Sacramento, aparecióme un Santo, cuya Orden ha estado algo caída: tenía en las manos un libro grande, abríole, y dixome que leyese unas letras, que eran grandes y muy legibles, y decían así: « En los tiempos advenideros florecerá esta » Orden, habrá muchos Martyres. » Otra vez estando en Maytines en el coro, se me representaron y pusieron delante seis ó siete, me parece serían desta mesma Orden, con espadas en las manos. Pienso que se dá en esto á entender, han de defender la Fé; porque otra vez estando en oración, se arrebató mi espíritu, parecióme estar en un gran campo, á donde se combatían muchos, y estos desta Orden peleaban con gran fervor. Tenían los rostros hermosos y muy encendidos, y echaban muchos en el suelo vencidos, otros mataban: parecíame esta batalla contra los hereges. A este glorioso Santo he visto algunas veces, y me ha dicho algunas cosas, y agradecíome la oración que hago por su Orden, y prometido de encomendarme al Señor. No señalo las Ordenes, si el Señor es servido se sepa, las declarará, porque no se agraven otras. Sive latine: Cum coram Ven. Sacramento Altaris preces meas

AUCTORE
V. D. M.
D

E

F

Tres genuinæ
S. Virginis
hic referuntur
hispanice et
latine:

AUCTORE
V. D. M.

A fundere, quidam Sanctus, ejus Ordo aliquatenus deciduus fuit, mihi apparuit, manibus tenens librum grandem; quem ipse aperiens, aliqua me verba, litteris magnis et valde legibilibus in eo exarata, legere jubebat: erant autem hæc: « Futuris temporibus hic Ordo florebit, et multos habebit Martyres. » Alio die, dum Matutinarum tempore in choro agerem, apparere mihi coram me stantes sex aut septem (tot enim mihi esse videbantur) ejusdem Ordinis viri, gladios manibus præferentes; quo signo designari existimo illos Fidem propugnatos: cum enim alio tempore orationi instarem, raptâ in spiritu me vasto quodam in campo putabam constitutam, in quo multos invicem certantes et pugnantes vidi; qui autem hujus quem dico Ordinis erant, magna contentione et fervore præliabantur: facies eorum mire radiabant et velut flammis inardescabant; alios quidem ad terram prosternebant, alios necabant: hic porro conflictus contra hæreticos mihi iniri videbatur. Gloriosum hunc Sanctum adhuc aliquoties conspexi; qui quædam occulta mihi declaravit, et gratias de ea quam pro Ordine ejus fundo oratione egit, simul pollicitus se me Domino commendaturum. Ordinem porro hunc non nomino (si Dominus eum innotescere velit, ipsemet eum indicabit), ne reliquos Ordines offendam.

quædâ Yepes applicat Carmelo Reformato, Ribera Ordini Prædicatorum.

1639 Hæ prophetiæ diversimode applicantur. Yepes (lib. III, cap. XVII) eas asserit Reformato Carmelo, sequentibus verbis: Ostendit Teresiæ Dominus non tantum quid planta ea evaderet tempore vitæ ejus, sed etiam augmentum quod caperet ab ejus morte, ac magnum fructum quem futuris temporibus in Ecclesia faceret (atque id erat quod S. Mater tantopere exoptabat, eratque præcipuus finis ac scopus ejus in monasteriorum erectione), sicut in Vita sua ipsa cap. XL refert (hic habes num. 9 et 10, qui supra). Tacuit S. Mater nomen Ordinis sui ob justas aliquas rationes: equidem scio illam hic loqui de fundata a se nova Reformatione; atque id norunt quoque aliquot sociæ S. Matris quæ etiam nunc in vivis sunt. Porro pro eo quo procedit Ordo ille gressu, sperari certe potest magnus in Ecclesia fructus et emolumentum. Undecim post annis obiit S. Mater, et Religionem conditam in utroque sexu et perfectione et numero cumulatam intuita est. Ribera vero (lib. IV, cap. III) prophetiâs illas asserit Ordini S. Dominici, hoc modo: Religiosorum quoque familiis eventura multa prævidit, eaque insignia. Illi siquidem haud procul a Sanctissimo Altaris Sacramento precibus insistenti apparuit quidam e Dominicanæ familiæ Sanctis, ingentem manu gestans librum; quem ille aperiens, grandes quasdam ac facile legibiles litteras in eodem exaratas ut legeret, suasit. Scriptura autem erat ejusmodi: « Futuris temporibus hic Ordo florebit, multosque » habebit Martyres. » Vidit quoque sex septemve ejusdem Instituti monachos gladios manu vibrantes: quo illa signo Fidem ipsos didicit propugnatos. Cum rursus in oratione versaretur, mente in excessum raptâ, vastum conspexit campum, in eoque plurimos decertantes, et ejusdem Ordinis viros singulari quodam mentis ardore in hostem ruentes. Horum singulis decori erant vultus et inflammati: manu vero strenui hostium plurimos solo affligebant; alios etiam obtruncabant. Intellexit autem conflictum hunc adversus hæreticos institui. Ex hoc Ribera loco deducitur eas prophetiâs ad Ordinem Prædicatorum pertinere; nam e Teresiæ verbis constat in iis revelationibus agi de eo Ordine ejus erat Sanctus qui apparuerat.

1640 In collisione ergo duorum scriptorum qua-

rum uterque non cœvus solummodo fuit, verum Sancto etiam familiaris, imo confessarius, et quorum sinceritas in dubium vocari nequit, una verum indagandi est ratio, scilicet considerando uter præjudicio abripi facilius potuerit: an Yepes, ut staret pro Carmelitanis; an Ribera, ut pro Dominicanis. Cum enim sibi contradicant, oportet alteruter erret, alteruter verum dicat: nam utrumque errasse nemo hætenus suspicatus est. Ergo ante omnia diligenter inquirendum est utrius hic auctoritas prævalcat; et cum ab eorum testimonio totius argumentationis cardo multum dependeat, subsidiaria pro hac illave opinione argumenta aliquantisper in medio relinquamus. Patebit autem e dicendis Yepesium facile potuisse imbui erronea in gratiam Carmeli opinione, contra vero difficulter Riberam comminisci potuisse agi in iis prophetiis de Ordine Dominicano. Imprimis certum est Sanctam noluisse secretum hoc in libro Vitæ suæ divulgare, ne alii Ordines, ut ipsa ait, offenderentur. Certum tamen quoque est ipsam hoc alicui (nisi uterque biographus rem quam affirmat, temere ausus fuerit divinare) revelasse aut uni aut pluribus animæ suæ moderatoribus, quibus nihil non aperiebat, sive Banezio sive cuicumque alii: quæ agendi ratio plane conformis est notæ S. Matris erga confessarios suos fiduciæ, sicut et prudentiæ ejus conforme est eam noluisse tanti momenti rem mandare chartæ, quam prævidere poterat percolitaturam esse multorum lectorum manus.

Examinatur uter hic prævalcat.

D

1641 Dein verisimile admodum est, cum Sancta Vita suæ librum, quo prophetiæ illæ continentur, absolvisset anno ferme 1564, plures ac præ cæteris filias suas, pro familiaritate qua cum optima Matre agebant, et pro fide quam ejus vaticiniis adhibebant, pluries eam octodecim annorum spatio quo supervixit, percontatas esse quis felix ille Ordo esset qui præclara adeo pro Ecclesia Christi facinora esset patraturus. Imo a vero minime abhorret illas fæminea quidem, sed justa hic curiositate apud eam investigando instituisse, jam unum jam alterum proponendo, ut verum expiscarentur, ac Teresiam, cui fixum erat non promiscue suum aperire arcanum, ad earum interrogationes vage respondisse, ut nil affirmando, ita nec quidquam negando. Quippe non adeo obesa naris ipsa erat ut suum sibi secretum excidere non advertisset, si læve sciscitantibus respondisset rem acutius non tangere, tacuisset vero cum recte conjectarent. Neque ab hac prudentiæ lege recedere poterat, siquando interrogabatur de suone ageretur in iis prophetiis Ordine. Quid, si forte, pro suo zelo ac blanda affabilitate, ad animandam prolem suam, adjecerit (ut adjicere potuit citra mendacium aut restrictionem mentalem) illum Ordinem in spiritu sive sub vexillo Eliæ, qui reputabatur Carmeli Institutor et Patriarcha, ultimis temporibus esse pugnaturum? Ergo, qui est homini innatus amor sui rerumque suarum, et quæ est ei pronitas ad credendum quidquid sibi arrideat vel faveat, Teresia, suos hortans ad Elianum zelum et ad perseverantiam in bono, aut etiam tacens ad interrogationem sibi factam, videri potuit affirmasse illic de Carmelo agi: qui rumor invalescere potissimum potuit a morte ejus, cum quisque pro arbitrio dicta ejus interpretari posset, nec ipsa præsens esset quæ falsam eam interpretationem temperaret. Quis igitur neget hoc aut simili modo tale præjudicium nullo negotio et absque ullo mendacio enasci potuisse, et paulatim ita extendi ac radicari, ut vigesimo quarto a Teresiæ morte anno, quo Yepes scribebat, plene illud in Carmeli Ordine vigeret, atque non ore tantum, sed etiam calamo atque penicillo propagaretur? Adeo ut ea Yepesia causa esse potuerit

et indigita erroris ansa quam habuit Yepes.

F

A tuerit cur trinas eas prophetias Carmelo expresse attribuerit. Ast nulla hujusmodi errandi occasio Ribera fuisse detegitur. Quin imo non facile capitur quomodo sine probabili causa excogitare ille potuerit Dominicanum Ordinem quem sine jure donaret tanto vaticinio. Taceo simplicem ejus loquendi modum quo indicat rem se narrare certam et quæ extra omnem controversiam videbatur. Ad hæc visum fere ac Teresia verbis Ribera utitur, præterquam quod hic nil dicat de defectu Ordinis de quo loquitur Teresia, et quod Ribera dicat Sanctum illum fuisse ex Ordine Dominicano. Ast non est difficile conjectare cur Ribera non memoret Ordinis defectum: quippe pro ea qua erat moderatione, cum, dicendo Dominicanum esse qui apparuerat, jam indicasset de quo ageretur Ordine, ideo hunc defecisse tacebat. Nam, sicut modo notavi, constat e S. Teresiæ dictis illa vaticinia spectare ad Ordinem ejus erat Sanctus qui apparuerat: ita ut, juxta Riberam, prophetiæ illæ pertineant ad Dominicanam familiam, quam Sancta ait aliquantum defecisse.

extenuatur Ribera talem non habuisse.

B 1642 Egre autem fides Ribera denegabitur, si consideretur talem cum tantumque esse scriptorem qualem cum initio hujus Commentarii depinximus, atque attendatur cum id adstruere in opere in ejus exordio se veracissimum et diligentissimum, etiam in minimis, fore profitetur, et quod nil nisi verissimum continere sub jurisjurandi sacramento affirmavit. Insuper quis facile credat virum hunc in re profecto valde momentosa, ubi, si fallat, gloria e magnis S. Teresiæ vaticiniis resultante spoliatur Carmelum, donecque immerentem Ordinem Dominicanum; quis credat, inquam, Riberam leviter id asseverasse, nec impensa prævie diligenti opera ad investigandam veritatem, aut ullum ei dubium fuisse, quando simpliciter affirmabat esse Dominicanum qui S. Teresiæ apparuerat? Aut quid movere eum potuisset ad illam injustitiam? Num amor quo S. Teresiam ejusque Reformatum Ordinem prosequeretur? Num beneficium quod per eam cælitus se recepisse agnoscebat, et quæ eum induxerant ad mediis in seriis occupationibus scilicet ætate celebrandam inelyta benefactricis suæ virtutes et gloriam? Ergo tanta hic videtur scriptoris illius auctoritas ut refragari ei, præfractæ rem asserenti juratoque, nemo possit, nisi rationes opponendas offerat omni exceptione majores. Attamen P. Fredericus, qui Yepesii opinionem tenet, tam parum tentat refutare Riberam ut ne vel verborum ejus mentionem faciat.

Argumenta pro Carmelo exhibentur;

C 1643 Ad rem erit hic P. Frederici locum citare ubi conglobata argumenta exhibentur contra opinionem Ribera. Prophetica ista visio, ait ille (lib. iv, cap. v), si attendatur ad ea verba: « Ordo qui » fuit aliquantum deciduus », et ad constantem traditionem quæ inter nostros permansit, familiam spectat Carmelitanam; et ille Sanctus innominatus qui multis vicibus Sanctæ nostræ Matri apparuit, fuit celeberrimus Siciliæ Thaumaturgus S. Albertus, cui ipsa erat devotissima. Id comprobatur ex antiquis picturis, in quibus Sanctus refertur cum emblematis Carmeli et cum libro in quo ipse Teresiæ iudicat hæc verba: « Futuris temporibus florebit » hæc Religio, multique erunt Martyres ex ea », aut alia non minus clara. Testimonium scriptoris S. Matri comperi, qualis erat Yepes, non potest non esse magni ponderis. Ipse itaque, postquam capite xvii libri iii allegavit dictas Sanctæ voces (tres eas revelationes scilicet), addit: « Tacet Mater » ob justas quasdam rationes nomen Religionis » suæ; at scio ego eam ibi loqui de reformato » quem fundarat Ordine: quod verum esse per-

» noscunt aliquot etiam hodie superstites sociæ » ejus. » In archivo provincie nostræ Viennensis asservatur testimonium quod vir integerrimus P. Joannes Ludovicus ab Assumptione sub fide juramenti reliquit: in eo asseverat se ex ore virginis servæque Dei Annæ a S. Bartholomæo, cujus erat Antverpiæ confessarius, audivisse S. Matrem, cujus fidelis sociæ erat, cum fiducia ei aperuisse visionem, capite xl Vitæ suæ relatam, intelligi debere de Carmeli Religione. Insuper gratiarum actio quam Sanctus Teresiæ fecit de fuis ab illa pro suo Ordine precibus, idipsum confirmat; quippe cum negari nequeat nullum sane a Teresiâ Deo commendatum adeo fuisse Ordinem ac suum ipsius, eo quod rationi consentaneum erat ut illum præ cæteris omnibus adamaret cui primigenio suo splendori religiosæ perfectionis restituendo tantopere allaborarat.

D 1644 Hæc P. Frederici rationes singillatim ordine pensemus, omitta quarta, a testimonio deducta Yepesii, quam modo examinavi. Prima certe perimbecilla est, quippe cum ea non militet pro solo Carmeli Ordine, sed et pro omni alio qui circa medium sæculum xvi erat aut fuerat aliquantum deciduus: alio cauda, ut Sancta ait. Atqui plures tunc ejusmodi fuisse oppido notum est: neque ægre ferent PP. Dominicani modicam hanc notam antecessoribus suis injuri, ut inelyta quam quæ maxime S. Teresiæ vaticinia successoribus suis valeant arrogare. Quod attinet secundam, tertiam et quintam rationem, absit ut in dubium recodem quod Yepesius aliique affirmant, nempe suo tempore traditionem illam jam existisse. At ostensum fuit quale videatur fuisse ejus initium ac fundamentum. Quod si pictores tali traditioni adstipulati dicantur, leve huic pondus addunt; quoniam ipsi, non secus ac poetæ, quilibet audendi sibi arrogant potestatem, ideoque non raro ansam præbent ut falsa enascatur traditio. Porro quoad P. Joannis Ludovici testimonium, subnixum testimonio Ven. Annæ a S. Bartholomæo, huic objectioni jam factum est satis, quantum scilicet pro probabilitatis gradu fieri potest; etenim etiam S. Teresiæ proles potuit non immunis esse a præjudicio ea qua dixi ratione. Tandem ad sextam P. Frederici rationem adverte nullum argumento illi inesse robur: non enim dicit Sancta eas revelationes pertinere ad Religionem pro qua magis orabat, sed pro qua orabat. Non est autem dubium quin S. Teresia, beneficiorum adeo memor, oraret pro Religione Dominicana, quæ tanto auxilio ei fuerat sive ad animæ culturam sive ad promovendam Reformationem. Ergo, his omnibus consideratis, Ribera, qui quinto a morte Teresiæ anno Vitam ejus se composuisse ait (in præf.), anteponi hic debet Yepesio, qui scripsit anno 1606, sive decimonono a Riberae scriptione.

E 1645 Hæc itaque lite, quod Ribera et Yepesii testimonium spectat, discussa, aliud habeo quod addam ad confirmandam eam quam amplexus sum sententiam, non leve, ut mihi videtur, argumentum. Scilicet Sancta, si de suo ipsius Ordine sermo fuisset, majorem habuisset rationem nomen ejus promendi quam si de alieno fuisset actum: nam prophetiæ illæ magno fuissent proli suæ solatio et valido incitamento in famulatu Dei et ad currendam viam perfectionis. Præterea, si Sancta Annæ a S. Bartholomæo aut alii e monialibus suis aperuisset eas prophetias respicere reformatum suum Ordinem, vix fieri posse videtur, cum tot testimonium dixerint in causa canonizationis, ut nulla de hac interpretatione, titulo prophetiæ, mentio in Actis extaret. Denique ex iis ipsis Actis noscitur Sanctam præcivisse futurum ut huiusmodi ordines SS. Dominici et Ignatii,

AUCTORIBUS
V. D. M.

D

hisque respon-
detur.

E

F

Nova argu-
menta pro
Dominicanis

AUGUSTINUS
V. D. M.

A Ignatii, ultimis Ecclesiae temporibus maximo charitatis vinculo ligati, contra Antichristum pugnarent. Quamvis ergo cum binis his etiam Carmeli Ordo conjunctus hic fuerit, si notum fuisset exaratas a Teresia capite XI prophetias ad eum spectare?

quibus necesse
est debeat
MSS. canonizationis
artis.

1646 Prophetia haec de pugna adversus Antichristum, e jurato testimonio P. Bartholomaei Sanchez, trigesimi septimi testis in processu remissoriali Salmanticensi, inseritur Summario manuscripto nobis Roma transmissa et olim in processu canonizationis S. Teresiae adhibito: quod Summarium, jam pluries hinc inde a me allegatum, paginas complectitur quinquaginta in folio, suoque incoluero haec verba superscripta habet: R. P. D. Decano. Hispan. sive Ordinis Discalceatorum B. Mariae de Monte Carmelo. Canonizationis B. Teresiae. Facti et Juris. — In Rota . . . xv Junii 1615. Constare B. Teresiam habuisse donum prophetiae ac gratiam discretionis spirituum. Dum autem authenticum hoc documentum attente inspicio, speciatim notanda esse animadverto sequentia quae ibi de Ill. Didaco Yepes, qua teste, habentur: Postquam dixisset suam depositionem, nunc de novo dixit quod similiter dictus D. Episcopus produci fecit in lucem unum B librum de vita, virtutibus et miraculis d. Venerabilis Virginis Teresiae de Jesu, quem imprimere fecit in civit. Caesaraug. sub impressione Angeli Tabani, et illum dedicavit Sanctis. D. N. Paulo Papae V anno MDCVI; quem etiam nobis ostendit: et, prout ex d. libro constat, dixit et declaravit in eo valde et per extensum totum id quod d. D. Episcopus scit et intellexit et ad ejus notitiam devenit circa vitam, virtutes et miracula dictae Virginis Teresiae de Jesu, et quod omnia quae in d. ejus libro continentur, sunt vera, et illa scit et affirmat pro talibus, et affirmat de novo sub d. juramento. Post quae (ut etiam num. 502 annotavi) transcribitur caput XVII libri in Vita S. Teresiae: De sublimissimo prophetiae dono quo S. Mater illustrata fuit, totum et in extenso, sicut in impresso Yepesii opere extat; praeterquam quod in medio capite (post narratam revelationem quam Sancta anno 1571 habuerat, de videndo a se progressu sui Ordinis) haec phrases uno nexu et tenore conjunguntur: Quo Teresia uberiorem consolationem acciperet, ostendit illi Dominus non modo successum Religionis, quem ipsa vivens intueretur, sed incrementum post ejus mortem accessurum. Exactis undecim annis obiit S. Mater, et Religionem conditam in utroque sexu et perfectione et numero cumulatam intulit est. Ex quo patet mediam fere paginam in Summario MS. non reperiri quae reperitur in impresso Yepesii libro, nimirum quidquid de prophetiis a Sancta num. 9 et 10 capitis XI. Vita suae relatis in impresso habetur: atque ita reapse melius coherent Yepesii phrases, siquidem dicit Sanctam obiisse undecimo anno post narratam a se revelationem; id quod ad revelationem anni 1571 referendum est, non vero ad illam capitis XI. Vita, quam Sancta diu ante annum 1571 descripserat. Aperte autem dicitur in manuscripto Yepesium haec post impressum anno 1606 librum suum testatum fuisse; atque affirmat Nicolaus Antonius in Bibl. Hisp. nova eum decessisse anno 1613, aetatis 83. Quod hic ideo noto, ne quis credat ipsummet Yepesium id de prophetiis additamentum alteri libri sui editioni, quae Ulyssipone anno 1616 facta est, inseruisse. Doleo quod neutra haec mihi ad manum sit Yepesii editio, praesertim prior. Scire enim percurio num in hac editione desint, non secus ac in allegato Summario, viginti ferme illae lineae, sive omnia verba illa quae hanc de qua agimus S. Teresiae prophetiam

Ordini Carmelitano adjudicant, abjudicantque Dominicano. Si enim haec verba in prima Yepesii editione non reperirentur, ut ob manuscriptum, quod is caret, suspicor (minime interim certum me professus), non leve sententiae meae accederet robur, et quidem, meo judicio, tantum, ut opinio quae prius valde erat verisimilis, novi hujus argumenti accessione certissima evaderet. Quis enim explicet qui posterioribus Yepesii editionibus ea verba accreverint?

1647 Nec operae pretium duco animadvertere plura quae in fine concionis Yepesianae ad calcem libri ut corripere possent; ubi haec, saltem secundum editiones quae penes me sunt, habentur: S. Mater vidit, ut ipsa narrat (cap. XI. Vitae suae), egregiam visionem qua multi religiosi oculis ejus sese offerebant, albis vestibus indutos, enses manibus tenentes, militum more; ac ei fuit significatum Ordinem illum religiosum Fidem Catholicam defensurum esse adversus inimicos suos. Quamvis non declararit quoniam ea esset Religio, scio equidem suam fuisse ipsius. Dicerem pro vexillis albis poni hic vestes albas, et pro capite XXXVIII caput XI, nisi constaret autographa Sanctae scripta illam visionem Societati Jesu attribuere. Sed tædet hos furfures diutius discutere. Lubentius animo, in aliqualem dictorum confirmationem, memoro decreta Sacrae Rituum Congregationis edita diebus XIX Junii 1840 et IX Julii 1843, quibus constat S. D. N. Gregorium XVI propria manu signasse duplicem commissionem super introductione causae beatificationis et canonizationis septuaginta Venerabilium Dei Servorum, qui nostris temporibus in imperio Sinarum ac regnis Tunquini et Cochinchinae sanguinem pro Fide Catholica profuderunt; inter quos ex Ordine Praedicatorum numerantur duo episcopi et plures sacerdotes. Interim, huic disputationi quam vitare non bene pro officio potui, finem impositurus, declaro me in re dubia eam quidem sententiam praelegisse quae mihi, plausibilibus utrinque argumentis ponderatis, plausibilior videtur; quin tamen velim aut ausim omnem contrariae opinionis probabilitatem adimere aut aliis aliter opinandi licentiam interdicere. Neque enim partium studio ducor; sed nil aliud intendo quam ut suus sit veritati locus. Caterum multis hujusce Commentarii locis abunde patefeci quanta quamque sincera aestimatione ferar in Carmelitanum, non minus quam in Dominicanum, Ordinem; qui uterque de Ecclesia Dei benemerentissimi fuerunt hodieque sunt, ac, seposita etiam omni prophetia, certam spem faciunt fore ut non deficient venturo aeo.

ita ut neque
possit obesse
in concione
Yepesii.

§ LXXXIV. In epistola quinquagesima tomi quarti Sancta non invehitur in Societatem Jesu.

Jam ante summam enumeravi perfidas artes quibus S. Teresiae scripta et nomen usurpata fuerunt ad convellendam prius in Hispania et dein per totum orbem Religionem Societatis Jesu; et singulatim demonstravi spuriam esse eam quae S. Matri attributa fuit, prophetiam de Ordinis illius excidio. Nunc ad reliqua mendacia contundenda propero, adhibiturus potissimum dissertationes Montoya, cum selecta tamen argumentorum, et prolixitatem illarum contrahendo, ne longior sim quam sinit operis nostri ratio. Attamen seriam neque adeo brevem disquisitionem impendam

Mate interpre-
tata haec epi-
stola undeque
qua spargitur.

A. *inpendam genuino investigando sensui epistola quin-
quagesima tomi quarti: nam ex una parte constat a
S. Teresia cum esse exaratam, utpote cujus autogra-
phum exemplar in cathedrali ecclesia Palentina con-
servatur debitoque sacris Reliquiis cultu honoratur;
et ex altera parte negari non potest ad primum
conspicuum videri illic Sanctam amarus questus
promere, sin de universa Societate Jesu, ut multi
volunt, saltem de aliquibus ejus hominibus, ut epi-
stolam illam interpretando olim censuit P. Freder-
icus, qui, deceptus corrupta qua utebatur italica
traductione, intellectum epistolae illius assecutus non
est. Adhuc illi qui, post editum P. Frederici librum,
Ignatianae familiae ruinam meditabantur et molie-
bantur, seorsim hanc epistolam anno 1759 edide-
runt, et quidem pluribus in ea vocibus ad excitan-
dum in Societatem odium mutatis: atque ita
corruptae ejus innumera sparserunt etiam extra
Hispaniam exemplaria. Intendebant nempe populo
persuadere S. Teresiam execratam aliquando fuisse
Jesuitas, et proin hos dignos esse quos omnes catho-
lici execrarentur, judicium secuti honoratissimae et
perspicacissimae S. Teresiae.*

inserta quoque
encyclis
Burgensibus
et ceteris Pa-
lafoxianis:

B. 1649 *Dehinc Burgensis archiepiscopus anno
1769, in publicis ad suos diocesanos encyclicis
litteris, valide usus est hujus epistolae argumento ad
idem populo imponendum, nimirum S. Teresiam
in fine vitae suae aversatam fuisse Jesuitas: quod et
P. Antonius a S. Josepho asseverare conatus est,
acribus quibusdam, licet ad speciem temporatis, in
Societatis viros scommatis suas ad illam epistolam
annotationes aspergens, prout ex indice quarti volu-
minis apparet, ubi, ad verbum Jesuitas, suarum
annotationum compendium ita exhibet: Veram in-
tentant illi inimicitiam S. Matri. Cieunt in illam
multa falsa testimonia. Sine ambagibus dicit Sancta
eos mentiri. Conantur prohibere benefactores a
congressu Teresiae, ne haec eorum animos sibi affi-
cial sua filiarumque suarum oratione. Sancta cupit
ut dissidia amice componantur et ut habeant illi
Patres rationem veritatis et aequitatis. Dolet Sancta
graves id genus viros nugis adherere. Praeterea in
causa beatificationis Joannis Palafox etiam haec
allata est epistola simul cum prophetia a me para-
grapho superiore refutata, et cum aliis epistolis
S. Caroli Borromaeo et S. Joanni a Cruce falso
adscriptis, aut saltem male intellectis (super quibus
vide Montoyam, Append. ad diss. 1). D. Camillus
Blasius, advocatus Romanus, in libro cui titulus:
Sacra Rituum congregatione coram SS. D. N.
Clem. Papa XIV. Oxomens. Beatificationis et Cano-
nizationis Ven. Servi Dei Joannis de Palafox et
Mendoza. . . Restrictus Responsionis ad Animad-
versiones B. P. D. S. Fidei Promotoris, una cum
Summario additionali super dubio: An constet de
virtutibus, etc. 1771, inseruit omnes praedictas
epistolas, hunc titulum praefigendo numero 15 Sum-
marii: S. Carolus Borromaeus, S. Teresia et
S. Joannes a Cruce in suis epistolis Jesuitarum
abusum exaggerant. Ratio inserendi huic Summario
tales litteras videtur fuisse ut probaretur impedimento
esse non debere beatificationi Palafoxii ea qua hic
aliquando adversum Societatem scripserat; quippe
cum similia in Societatem scripta non impedissent
canonizationem trium illorum Sanctorum.*

quam proin
expendere rati-
onem xxi.

1650 *Ex his igitur patet brevem hanc epistolam,
sed quia Societatis hostes vehementer abusi sunt,
dignissimum esse cujus sensus accurate investigetur,
et quis verus sit, luculenter demonstretur. Nec tamen
tempus teram refutando falsarium quemdam qui,
anno 1759 hanc epistolam edens, veritas non est
ejus verba mutare sensumque adulterare (quamvis*

*in pagella inscriptione jactaret se fideliter transcri-
psisse), atque ea loca caractere typorum, ut dicitur,
italico spectatiora reddere quae Societati Jesu, adeo
tunc temporis afflictæ et pessumdatae, praevidebat
posse nocere magis. Haec, repeto, non attingam, quia
vilia istiusmodi folia ventus rapit tempusque delet.
Verum serio discutiam interpretationem P. Freder-
ici, et multo adhuc magis P. Antonii, qui poste-
riora Epistolarum volumina edidit notisque auxit,
ac P. Valerii a S. Laurentio, qui eandem epistolam
italice vertit. Quo melius lector discernat justumne
sit meum quod adhibebo ratiocinium, ejus oculis hanc
quam disserturus sum epistolam latine simul et hi-
spanice subjicio. Desumpsi hanc e tomo quarto Epi-
stolarum, ubi conformis esse dicitur autographo
Palentino: atque revera eam consonare invenio
traductioni ejus italicae quae est apud Montoyam
(diss. 1, cap. 1, § 1), et quam ipse fecerat ex apo-
grapho quod sub fide notarii publici Palentia ac-
civerat; excepta tamen voce dice pro dicen.*

AUCTORE
V. D. M.
D

1651. Jesus. La gracia del Espiritu Santo sea
con Vmd. Siempre que veo carta suya, me consuela,
y dà pena no poder descansar muchas veces con
hacer esto. Yá sé que Vmd. lo tiene entendido, y
con todo me pesa de no poder mas. Por esa carta
que ahí vá, que amosará (lege mostrará) á Vm. la
Madre Priora, que escribo al Padre Retor Juan
del Aguila, verá Vm. algo de lo que passa de la
Compañia, que verdaderamente parece comienzan
enemistad formada; y fundada el demonio con
echarme culpas por lo que me habian de agradecer,
con testimonios bien grandes, que de ellos mismos
podrian dar testigos en algunos (todo vá á parar
en estos negros intereses) que dice (vel dicen) que
quise y que procuré; y harto es no decir que pensé:
y como yo creo que ellos dirán mentira, veo claro
que el demonio debe andar en este enriedo (i. e.
enredo). Ahora dixerón á Cathalina de Tolosa, que
porque no se les pegasse nuestra oracion, no que-
rian tratassen con las Descalzas. Mucho le debe ir
á el demonio en desavenirnos, pues tanta priessa se
dá. Tambien la dixerón que venia acá su General,
que era desembarcado. Hème acordado que es
amigo del señor Don Francisco: si por aquí se
pudiese deshacer esta trama, y poner silencio con
enterarse en la verdad, seria gran servicio de Dios;
porque para gente tan grave tratar de niñerías de
tal suerte, es lastima. Vmd. lo verá, y conforme á
lo que le pareciere, podrá remedio. Ya ternán á
Vmd. bien cansado esos papeles: suplico á Vm.
me los embie, en hallando cosa muy segura en todo
caso, y me encomiende á nuestro Señor. Su Ma-
gestad guarde á Vmd. como yo le suplico, amen.
Son hoy xx de Mayo. Al señor Don Francisco y á
essas señoras tias de Vm. beso las manos de sus
mrds: Indigna sierva de Vmd. Teresa de Jesus.

Exhibetur
ejus textus
hispanice

E

1652 Jesus. Gratia S. Spiritus sit tecum. Quoties
litteras tuas accipio, solatium sentio, et grave mihi
accidit quod illis me saepe levare nequeam. Jam
novi te id intelligere, et tamen mihi dolet id con-
tingere tam raro. Ex hacce mea epistola quam tibi
ostendet Mater Priorissa, quaque destinata est
Patri Rectori Joanni del Aguila, intelliges aliquid
ejus quod fit de Societate: nam revera apparet
seriam eos incipere inimicitiam; hancque fundat
daemon conjiciendo in me culpas ob res de quibus
mihi alte et aperte gratificari deberent, utpote cum
inter eas sint de quibus ipsi testes esse possint
(redeunt cuncta ad nigrum illum amorem privatae
utilitatis); dicunt enim quid intenderim, quid pro-
curarim, multumque est non dici quid cogitarim:
et cum credam fore ut ipsi mentiantur, perspicue

et latine

AUCTORE
V. D. M.

A

video demonem debere se immiscere illis tricis. Dixerunt modo Catharinæ de Tolosa, ne bene afficiantur ob nostram orandi rationem, nolle se ut cum Excalceatis agant. Multum debet demonis, ut nos disjungat, interesse, cum tantopere id urgeat. Dixerunt ei etiam venire huc suum Generalem jamque navi exscendisse. Memini illum amicum esse Domino Francisco: si ea ratione dissolvi posset ea techna, silentiumque imponi instruendo verum, ex obsequio divino id summopere foret. Dolendum namque est quod homines tam graves istiusmodi nugis occupentur. Dispicias, et, quod videbitur, remedium afferes. Hæ chartulæ te utique jam fatigatum tenent. Rogo certa via eas expedias, ac me Deo commendes. Deus te custodiat: quod ego ab eo precor. Amen. Est dies xx Maji. Saluto Dominum Franciscum et Dominas amitas tuas. Indigna tua famula, Teresia a Jesu.

ne vocula in-
dicatur qua
abutuntur So-
cietatis inimici.

1653 *Præcipuus ad rectam hujus epistolæ intelligentiam rei cardo versatur in bene interpretanda amphibologica voce de, quæ in hac phrasi reperitur: Verâ Vm. algo de lo que passa de la Compañia; et hæc vocula germen fuit tantarum disceptationum et occasio maximarum in Societatem Jesu injuriarum.*

B Nimirum detractores hujus religiosi Ordinis volunt verba illa denotare Societatem agentem, non patientem; molestias alteri excitantem, non vero eas ab altero sibi excitatione perferentem: sicque traducunt ea verba: Intelliges aliquid ejus quod fit a Societate; ita ut querelæ omnes quas in epistolæ decursu Teresia congerit, in Societatem cadant. Atque his ita versis et intellectis superstruunt multas et magnas in Societatem calumnias, avaritiæ, duplicitationis, repetundarum, etc.: quodque pejus est, has criminationes in ore ponunt S. Teresiæ, uti videre est in encyclicis archiepiscopi Burgensis, in notis hispanicis P. Antonii a S. Josepho, ac præsertim in notis italicis P. Valerii a S. Laurentio. Hi enim omnes hæc occasione vela pandunt orationis, invehunturque in S. Ignatii familiam. Inter alia sequentis flagitii hanc insimulant. Jesuitæ, inquit hi epistolarum interpretes, vexabant Catharinam de Tolosa, quia Burgensi Carmelitarum domui partem donatura erat fortunarum suarum, quas ante testamento applicuerat eorum collegio; et confessorii ejus, qui ex hoc collegio erant, torquebant conscientiam piæ feminae, dicentes invalidam esse posteriorem illam Carmelo factam donationem, dum Teresia, quæ theologia plus valebat quam isti, in animo Catharinæ refellebat domi opinionis commentum, quo, in tribunali Sacramenti Pœnitentiæ, Jesuitæ, indecora moti cupiditate, conabantur eam imbuere. Volebat Catharina, ait archiepiscopus Burgensis (numero 522 litterarum suarum encyclicarum), bona sua elargiri pauperi Burgensium Carmelitarum domo. At Jesuitæ, rati, eo quod Catharina sua esset pœnitens, debere et sua esse ejus bona, tantis apud matronam illam infecerunt S. Teresiam calumniis, et circa ejus doctrinam, et circa ejus orandi modum, et circa vivendi ejus rationem, ut nil pejus proferri posset de illusa infamique maxime femina. Ni disculpanda foret Societas, puderet hujusmodi sarcasmos asserere quibus illi gratis impetebant religiosum Ordinem, male nitentes una epistolæ Teresiana clausula, quam perperam interpretabantur, ut palam fiet, cum demonstravero S. Teresiam, eo præsertim tempore quo hanc scripsit epistolam, de Societate Jesu nec conquestam esse nec ullam conquerendi habuisse rationem, contra vero eam, pro optima sua indole, gratissimam se præbuisse Societati Jesu ob præstita sibi in fundatione Burgensi officia.

1654 At, priusquam demonstrem Sancta tunc, ut semper, cum Societate bene fuisse, et proin ejus illic questus non versari circa Societatem, sed a S. Matre significari ea epistola Societatem Jesu, quæ tantopere Reformationi favebat, secum et sui causa Burgis a Reformati Carmeli adversariis impeti (quid enim usitatius quam ut adversarii alicujus in hujus quoque fautores iracundiam evocant?), priusquam, inquam, id demonstrem, probabo, ab uno paris constructionis in qua particula de eodem sumenda sensu est obvio primum exemplo, relictis multis aliis similibus exemplis, interpretationem quam tunc, genuinam esse nec recedere ab usitato Teresiæ loquendi modo et ratione. En exemplum. Angelus Salazar, Carmelita Calceatus, sed Excalceatorum utriusque sexus vicarius, in mandatis anno 1579 Teresiæ dederat ut Abula Malagonem tenderet, virginum Excalceatarum illic præfecturam gestura, non tam id exigente monasterii necessitate quam Teresiæ longius abs se ableganda causa: provinciam illam Teresia, jam senio fatiscens, scriptis ad vicarium litteris deprecata est; ejusque mandatum ad Hieronymum Gratianum epistolæ quam ad illum scripsit inclusum misit. Est hæc epistola 25 tomi I, ubi de sua Malagonem ablegatione loquitur his verbis: Por essa carta verâ V. P. lo que se ordena de la pobre vejezuela: Per adjuntas litteras cognosces quid statuatur de paupere vetula. Quis adeo sit imperitus, ut ea verba sic vertat: Quid a paupere vetula statuatur? Rogatum deinde quemvis velim, an non tantumdem dictura fuisset Teresia, si, omissa voce ordena, usa fuisset hæc phrasi: Por essa carta verâ V. P. lo que se passa de la pobre vejezuela. Jam vero verba hæc procul dubio sic vertenda sunt: Per adjuntas litteras cognosces quid fiat de paupere vetula. Cur ergo non et hæc: Verâ Vm. algo de lo que passa de la Compañia, ad hunc modum: Intelliges aliquid ejus quod fit de Societate?

ejusque sensus
ostenditur, ab
exemplu.

D

1655 Probabo modo cos questus nullatenus spectare aut spectare posse Societatem Jesu: 1^o e temporis locique circumstantiis quibus illa epistola scripta fuit, 2^o e pluribus hujus clausulis, 3^o e genio viri ad quem destinabatur. Quoad primum, Montoya solide demonstrat (diss. I, cap. I, § III) scriptam esse eam epistolam anno 1582 ex civitate Burgensi. Sed opus mihi non est hic ejus evolvere ratiocinium, cum P. Antonius a S. Josepho cæterique utrumque hoc admittant, et tempus scilicet et locum. Atqui constat Sanctam tunc questam non fuisse de Societatis hominibus: nam paulo ante, id est sex ante scriptas eas litteras hebdomadis, die IX Aprilis consummata fuerat fundatio Burgensis, ad quam et parandam et perficiendam Societas tam valide S. Teresiæ auxiliata fuerat. Non solum hoc affirmat Yepes (lib. II, cap. XXXII), dicens Societatis viros toto sexennio instigasse Teresiam ad fundandam Burgis domum, et P. Fredericus, qui (lib. II, cap. XLII) confitetur Patres Societatis, bene de S. Teresia usque meritos, una cum pia matrona Catharina de Tolosa non cessasse urgere eam de Burgensi fundatione tractationem; sed ipsamet S. Mater cap. XXIX Fundationum suarum, ubi de Palentina agit, disertis verbis testatur se a P. Ripalda e Societate Jesu (cujus consilium se pro divino ait habuisse) et a P. Balthasare Alvarez ejusdem Societatis inductam fuisse ad promovendam utramque fundationem, et Palentinam et Burgensem; quamvis (quod notari meretur) utramque eam improbaret Gratianus. Atque adhuc disertius suam tunc temporis cum Societate Jesu consensionem declarat cap. XXXI, ubi de Burgensi fundatione sic ait: Jam sexennium et amplius effluxerat,

Probatur Teresia de Societate non queri e circumstantiis loci et temporis.

F

A effluxerat, ex quo quidam e Societate Jesu viri cumprimis religiosi, senio, litteris et spiritu commendabiles, mihi dixere non mediocriter ad Domini gloriam et obsequium futurum, si quoddam Sacri hujus Ordinis cœnobium in civitate Burgensi erigeretur. Aliquot ad hoc quoque depromebant rationes, quæ me ad id ipsum desiderandum non parum impellebant. Verum, quod et Ordo ipse diversimode exagitatus et ego aliis foundationibus distenta essem, commodam rei hujus perficiendæ occasionem non habueram. Adverti autem debet hanc foundationis Burgensis relationem scriptam esse post 19 Aprilis 1582, quippe cum hac tantum die ea perfecta fuerit, adeoque eo fere tempore fuisse scriptam quo missa est epistola ad Reynosium. Quis ergo credat tam acrem a Sancta factam esse in Societatem invectionem eo ipso fere tempore quo cum laude de ipsa loquebatur? Neque ulla occurrit ratio suspicandi Sanctæ mentem tam subito fuisse mutatam.

auctoritate in-
venita Chroni-
ci.

B 1656 Audi denique P. Franciscum a S. Maria, qui in Chronico (lib. v, cap. xxv, num 1 et 2) hæc habet: Burgensis quidam e Societate Jesu Pater viam stravit ad eam foundationem. Illic noscebat præcipuam quamdam ac ditissimam matronam, Catharinam de Tolosa, quæ vidua erat cum filiabus quinque ac filiis duobus, religiosam vitam cogitantibus; persuasitque ei ut quinquies mille aureos e suo adhiberet ad cœnobium Carmelo parandum, ubi Deo serviretur in spiritu et veritate. Placuit propositum, rogavitque Catharina ut Pater scriberet ad S. Teresiam: quod et præstitit hic anno MDLXXVII. Cumque Sancta non sat celeriter responderet, idem P. Ripalda iterum, calamo usus Matris Mariæ Baptistæ, priorissæ Vallisoletanæ, institit apud Sanctam, quæ respondit in verbum rem differendam esse, quam bene successuram sperabat, si moræ traherentur turbato hoc rerum statu. . . . Quando autem Deus et Ordini pacem et S. Matri plenam fundandi libertatem dederat, hæc infirma valetudine aliisque impedimentis Vallisoleti retinebatur. Interim tamen etiam atque etiam rogabatur a D. Alvaro de Mendoza foundationem Palentinam, et a Patribus Societatis Jesu Burgensem. Quam tandem utramque S. Mater, jussu Dei illi apparentis, revera admisit. Ergo singulare nec leve est molimen amulorum Societatis, qui persuadere mundo volunt S. Teresiam amaris eis querelis quibus scetlet epistola ad Reynosium, impetere Societatem, dum ipsa Sancta, illustres ejus biographi Ordinisque æstimatissimus historiographus unanimi consensu Societatem laudibus cumulant ut strenuos promotores faciendæ Burgis foundationis.

et e qualitate
viri ad quem
scribebat.

C 1657 Neque temporis et loci diutaxat circumstantiæ obsunt quominus Sancta in ea epistola de Societate queratur, sed et viri ad quem scribebat. Erat enim Reynosius Societatis amantissimus, ut testatur P. Ludovicus de Ponte in Vita P. Balthasaris Alvarez (cap. xxxvii); ferturque collegio Palentino S. J. liberalitate ac munificentia sua diu et sæpe succurrisse. Crasse ergo imprudens fuisset celebrata adeo prudentiæ laude Teresia, si Reynosio, obsequentissimo beneficentissimoque Societatis amico, acrem adeo in eum Ordinem dedisset epistolam; atque eo crassius fuisset imprudens, quod ipsa Teresia obstricta esset Reynosio ob plura ab ipso sibi præstita obsequia in foundatione Palentina, ut testatur tom. II, epist. 45, num. 6, ac Foundationum cap. xxxix, num. 4 et 5, ubi eum appellat servum Dei virumque sanctum. Non fallebat sane sagacem cuicunque Teresiam Reynosium facile vindicaturum fuisse dilectos suos Jesuitas ab ejus crimina-

tionibus, suum ab ea ejusque Instituto favorem retrahendo. Ergo et inde conficitur Sanctam illie in alios quam in Societatem invecchi.

AUCTORE
V. D. M.
D

1658 Ast hoc adhuc certius constabit perpendenti plures epistolæ illius clausulas, quarum paucas attigisse sufficiet. Præteribo injuriosam dictæ epistolæ interpretationem, qua plures duris contumeliosisque verbis traducunt Societatis homines ut aucupatos pinguem Catharinæ hereditatem, dum S. Ignatii Institutum filiis suis severe vetat, non tantum admittere legata confidentialia aut in se sumere testamenti executionem (Constit. S. J. part. vi, cap. III, § VII, et Congr. XII, decr. xxxviii), sed etiam suadere ulli externo ut Societati potius quam aliis pauperibus det elemosynas (Congr. II, decr. lvi); hæc, inquam, præteribo, quamquam certe crimen quod S. Pater Ignatius tam severe vetuerat, e charitatis justitiæque legibus asseri non debet a filiis ejus commissum, quamdiu benigna interpretatio eos valet excusare. Verum, obtestor, qua ratione Teresia dixerit sacra auri fame eos ipsos Jesuitas motos, qui Catharinæ persuaserant ut collatis quinque millibus aureorum curaret erigendam Burgis Carmeliticam domum? Quod citato loco Chronicum sic affirmat: Un Padre de la Compañia, morador de Burgos, le persuadió que segregando de su hacienda cinco mil ducados, liciesse un convento de la nueva Reforma. Ad hæc plus vice simplici Sancta experta fuerat Societatem ita sibi obsequentem. Ejusmodi facti mentionem facit Sancta tom. II, epist. 22, num. 5. Deinde non magis verisimile est beneficii memorem Virginem has in Societatem intorsisse voces: Credo eos dicturos mendacium (Yo creo que ellos dirán mentira), duraque alia quæ epistola illa continet verba. Nam in libro Foundationum, cap. xxxi, num. 25, (quod caput, ut dixi, eodem fere tempore scriptum est quo epistola ad Reynosium) Sancta de Societate loquitur omnino aliter, dicens Ordinem suum Ordini S. Ignatii semper valde fuisse obstrictum. Sinceritas autem S. Matris, si aliunde nota non esset, proderet sese sufficienter eodem Foundationum capite: de archiepiscopo enim Burgensi, qui Carmeli in sua urbe foundationem percipere se, licet continuos ei obices opponeret, dictabat, sic ait Sancta: Id equidem credo; nam tam bonus erat Christianus ut nil nisi verum protulisset. Demum quæ veri species ut Patres Societatis noluerint Catharinam agere cum Carmelitanis quas eorum suasu matrona hæc accierat? Atque id eo magis mirum foret quod nulla offeratur causa cur illi ipsi qui tamdiu omnem moverant lapidem ut Burgis domus erigeretur, et qui induxerant Catharinam ad requisitam foundationis summam suppeditandam, cur, inquam, illi tam subito fuissent alienato animo ab omnibus quæ Teresiam Teresiæque familiam spectabant. Rem satis una hac argumentatione in patulo positam ratus, omitto alia argumenta, quantumvis probabilia, quæ facile ex aliis circumstantiis hauriri possent.

ac e pluribus
epistolæ clau-
sulis.

1659 At, dicet forte quis, e dictis fatendum quidem est rerum adjuncta pluresque dictæ epistolæ phrasæ in Societatem Jesu non apte quadrare; nihilominus tamen Societatem non ponit plene extra causam, nisi demonstretur in quem magis Ordinem ea Teresiæ invectionio cadere possit. Ad id, invitus licet, et percupidus parcendi religioso cuicumque Ordini, ac præ cæteris Carmelitano, qui tanto cum decore fructuque Europam aliasque mundi partes virtutibus suis et apostolicis laboribus complevit, ad id, inquam, ut suus veritati sit locus, cogor respondere eam S. Teresiæ invectionem incidere in Carmelum Calceatum. Atque id facile cuicumque mecum persuasum erit consideranti Sanctam sæpe

E

F

De Calceatis
vero ibi queri
Sanctam pro-
batur e cir-
cumstantiis
Teresianæ hi-
storici.

AUCTORE
V. D. M.

A in scriptis suis, praesertim in epistolis, queri de prae-
sci Carmeli Patribus, ac speciatim de Ordinis in
Hispania superioribus, et quidem eodem pluribus modo
ac visdem prope verbis quibus utitur in sua ad
Reynosium epistola. Quod superiores attinet qui in
Italia degebant, hi de rerum statu male instructi, vis
initis specie recti decipi facile potuerunt; excusa-
bilemque fuisse eorum errorem, vel inde patet quod
ab ipsa S. Matre magnis encomiis celebrata sit
praeclara virtus tum Generalis Praepositi Rubei
tum plurium aliorum e. Calceatis superiorum: qui
ipsimet primum favebant Reformationi, donec in-
cauta quidam dicta aut facta PP. Mariani et
Gratiani ac visitoris apostolici Vargas nonnul-
lorum zelotypiae ansam praebuerint carpens Refor-
mationis; ne quid dicam de involuntaria ipsiusmet
S. Matris errore, quae conventum exercebat in oppido
Veasensi, quod nesciebat situm esse in Andalusia,
ubi condendi domos sibi a Generali non fuerat facta
copia. Ea ratione e levibus aliquot scintillis magnum
proripit incendium, ac infelici rerum concursu
vehementiores animorum excitati sunt motus. Igitur,
dum reverear Ordinem praei Carmeli et facile ex-
cuso agendi modum Praepositi Generalis, particu-
laria magis aliorum facta criminabor; quorum au-
ctoribus vix aut ne vix quidem excusationi potest
esse locus. Quo autem brevior sim minusque inhæ-
ream gratæ parum materiae, solummodo indicabo
pauca quaedam e pluribus loca, ubi lector talia facta
recensita inveniet, si forte libuerit illa adire: v. g.
Fundationum cap. xxvii, num. 10 et 11; tom. I,
epist. 13, 17 et 51; tom. III, epist. 84: ubi, inter
alia multa, mentio fit, juxta ipsiusmet Sanctæ verba,
et de bello a diabolo in Excalceatos excitato, et de
conatu adversariorum, Teresiam ad Indianas par-
tes relegare volentium, et de tanto malevolorum in
Reformatum Carmelum impetu ut multæ legiones
demonum hunc una assilire velle viderentur. Neque
ab hoc argumento aliena sunt quæ tum ex ipsius
Teresiæ narratione tum ex aliis documentis retu-
limus de Nuntio apostolico Segæ; cui, antequam
Roma discesserat, quidam insusurrarent multas
adversum Excalceatos insimulationes, quasi per-
turbarent hi pacem sui Ordinis atque in ipsum
Ordinem rebelles essent sub specie ejus reformandi:
unde sævissima secuta est sub hoc Nuntio in San-
ctam ejusque Excalceatos vexatio, Calceatis non-
nullis exitium Reformationis Teresianæ per summam
vim et injuriam machinantibus (vide § XL et seqq.).

C ita ut illic non
impetatur alium
religiosum
Ordinem

1660 Multis aliis argumentis offerendis super-
sedeo, quale illud est quod ea tempestate sub Everardi
Mercuriani, Societatis Jesu Praepositi, generalatu
numquam actum fuerit ut ille, relicta Roma, in
Hispaniam abiret; dum ex adverso rumor ille aliqua-
cum veri specie de Generali Carmelitarum spargi
potuerit, et ob institutum tunc temporis ab eo Ge-
nuam versus iter, et ob plausibilem rationem sedan-
dorum in Hispania Carmeli dissidiorum, et ob simile
in Hispaniam iter aliquot ante annis a Generali
Rubeo susceptum. His, inquam, relictis, argumenta
quæ supra collegi, luculente sane demonstrant quam
violenta fuerit illa in Excalceatos persecutio, quæ
grassata est non solum inter monasteriorum septa,
sed quæ et divulgata fuit, ac quodammodo deducta ad
forum contentiozum, modo ad tribunal Nuntii in
Hispania, modo ad Congregationem Regularium
Romæ, modo ad magnum consilium Castellæ, ad
Philippum II, ad Summos Pontifices Pium V et
Gregorium XIII, etc. Unde consequens est, quoties
in epistolis Teresianis acres querelæ reperiuntur
contra religiosos qui non nominantur, judicari posse
toties de Calceatis agi. Leves enim et paucae quas

Sancta passa est ab aliis Ordinibus querendi ra-
tiones, præ illis gravioribus, evanescent quodam-
modo, neque dissidii nomen merentur. Quippe raræ
dissentiones hæ proveniebant a privatis religiosis,
erantque circa particulares res et a paucis cognitæ,
ac brevi amice componebantur: uti bis aut ter cum
viris e Societate Jesu factum est, videlicet cum pro-
vinciali P. Joanne Suarez super transitu P. Ga-
sparis de Salazar e Societate ad Carmelum Refor-
matum, cum P. Olea super admittenda novitia, et
cum tertio quodam super simili negotio.

1661 Demum, quod P. Antonius a S. Josepho
(tom. IV, epist. 50, not. 6) asserit, nempe P. Gra-
tiani in margine exemplaris operis Riberiani
exarasse additiones quasdam in quibus ipse quoque
notat malam eam agendi rationem Jesuitarum re-
spectu Teresiæ in fundatione Burgensi, id subruere
minime valet solida quæ conglobavi argumenta.
Imprimis enim non constat de additionum illarum
authenticitate, et quamvis dicatur magna cura eas
asseruari in archivo diffinitorii generalis Carmeli-
tarum Excalceatorum Madriti, id movere nos pa-
rum debet; quia idipsum dicebatur de prophetia
S. Teresiæ adscripta, quam refelli § LXXXIII, et
quæ reperiri affirmabatur in epistola ad Gratianum
destinata. Hæ igitur additiones, non secus ac illa
epistola, possunt esse opus confectum alia manu.
Sed ponamus eas revera esse scriptas a P. Gratiano:
num auctoritas Gratiani eam vim habeat ut elidat
invieta quæ congeffi argumenta? Ne quid dicam de
posterioribus Gratiani defectibus quos historia ei
exprobrat, jam ante fundationem Burgensem in eo
notarat perspicax Teresia id vitii ob quod solum
plenus non deberet adhiberi assensus relationi ejus:
de defectu loquor non dicendi veritatem in omnibus,
circa quem S. Mater tam suaviter ac diserte eum
admonet epistola 74 tom. IV (vide num. 842). Meum
igitur thema sat demonstratum ratus, alium inter-
pretandi hanc epistolam modum missum facio, quo
scilicet hispanicæ illæ voces: de la Compañia, in-
telligi posse perhibentur de familia Calceatorum,
quasi Sancta dixerit: Intelliges aliquid ejus quod
fit a Carmelo Calceato. Quamvis illa interpretatio
P. Montoyæ non displiceat, arbitror ea magis in-
firmatum quam confirmatum iri causam, quam
priori ratiocinio plene me jam dilucidasse confido.

Quare nunc
faciendus sunt
obijctæ Grati-
ani notæ, ac
superseueri
potest omni
aliæ explana-
tioni.

§ LXXXV. Reprehenduntur plura in editionibus hacte- nus factis tertii et quarti tomi Epistolarum, specia- tim quoad Societatem Jesu et quoad P. Hieronymum Gratianum.

Maculas quasdam quæ reperiuntur in utraque
carum Epistolarum Madritensi editione anni 1771
et 1793, et præcipue in versione italica anno 1775
a P. Valerio a S. Laurentio Florentiæ facta, carptim
indicabo, tum quia exemplaria harum editionum,
magno circumlata numero (neque enim alia existunt),
ledunt aliquibus locis veritatem et ipsum etiam
S. Teresiæ honorem, tum ut, si quando hæ epistolæ
rursus prelo subjiciantur seu vernacule seu in aliud
conversæ idioma, macule illæ abstergantur: quod
lovi conatu facilique negotio potest effici. Primum
itaque

In his tomis,
quod Epistolæ
attinet, quæ-
dam sunt
male audita.

A itaque varia congeram exempla quibus constet nonnulla esse in ipsis epistolis male ordinata et ommissa ac truncata, imo forte quædam non esse authentica. Dein plura redarguam in adjectis ad epistolas illas a P. Antonio et Valerio annotationibus. Quod epistolas attinet, observo sequentia. Imprimis, dum alia, ut mox dicam, desiderantur, alia ibi nimia sunt. Titulus v. g. editioni hispanæ præfixus hic est: Epistolæ S. Teresiae a Jesu... cum annotationibus, etc.; proin nil præter hæc, epistolas nempe et annotationes, inseri debuisset: epistola tamen 81 tomi III annexum habet numerum 9, eisdem quibus epistola typis cussa, licet a Teresia non sit, sed a P. Doria.

alia ommissa.

1663 Omissa vero plura sunt, et speciatim talia quæ Societatis Jesu laudem continent. Pro exemplo sit epistola ad Moyam, de qua ante et ob argumenti momentum et ob probabilitatem aut potius certam authenticitatem argumenta operose egi. Hanc, a Ven. Nierembergii exhibitam cum testificationibus fide dignissimis, editores novarum epistolarum non admiserunt, etsi admiserint alias multas quarum autographa non extant, sed quas referunt ex scriptoribus probatis. Adhæc Burgensis archiepiscopus (num. 517 encyclicarum suarum) cum questos dixisset Jesuitas Pozam, Baezam, Pinedam et Salazar, quod in prioribus tomis suppressa essent multa encomia Societatis, fatetur ipsemet reapse suppressa, quamvis ludificando adjiciat id factum fuisse sine malitia et sine magno Jesuitarum damno. Cum autem pauca Societatis elogia reperire sit inter 87 tomi quarti fragmenta, sequitur plura etiamnum manere suppressa. Dein, ipso fatente P. Antonio, dempta est epistola ad equitem quemdam Salmanticensem (not. 13 ad ep. 48 tom. III); dempta tres ad Rochum de Huerta (not. 20 ad epist. 52 tom. III); item duæ ad Joannem Ovalium, in quarum altera agitur de incarceratione S. Joannis a Cruce sociique ejus (not. 11 et 12 ad epist. 44 tom. IV); item aliæ duæ ad Joannam de Ahumada (not. 14 et 16 ad ep. 42 tom. IV). Et tamen P. Antonius proclamatur (not. 8 ad ep. 41 tom. IV) S. Matris epistolas compendio esse omnibus, dispendio nullis, et archiepiscopus Burgensis (num. 537 encyclicæ suæ epistolæ) quasque S. Teresiae litteras lapidem esse pretiosum, nec demi e scriptis ejus debere vel unum iota; deficere secus bonam fidem, impingique in malam: quod omnes, multo vero maxime religiosos, dedecet! Ecce jam alios editionis hispanæ nexos.

C

et alia male ordinata.

1664 Epistolæ 28 tomi III annectuntur novem fragmenta a numero 8 ad 17, eo quod, ait P. Antonius, ad eundem P. Gratianum eodemque tempore scripta sint. Hac ratione quam plurima e 87 fragmentis tomi quarti debaissent aliis adjungi epistolis. Præterea epistola 56 tomi IV tres complectitur epistolas quæ nullo respectu sibi coherent, seu tempus spectes quo scriptæ sunt, seu argumentum quod tractant, seu eos ad quos destinantur. Benigne inter recensita tomo quarto fragmenta plures integræ sunt epistolæ, v. g. 1, 2, 3, 52, 60, 62, 69 aliæque, quibus nil deest quam clausula: Gratia Spiritus Sancti tecum sit semper, aut alia huic similis, quam utique apponere licuisset, siquidem plura adduntur verba ad fragmenta 33, 34, 65 et 66. Contra vero inter epistolas ponitur undecima tomi III, quæ pars tantum est epistolæ, et quidem in tria fragmenta temporis edacitate reducta. Tandem dubitat Montoya an quadam quæ P. Antonius novis hisce litteris inseruit, sint genuinus S. Teresiae fetus, aut quia loquendi modus ea non sit dignus est, aut quia discordare videntur ab aliis ejus scriptis. Consulat lector, si velit, secundam Montoyæ dissertationem (cap. vi),

pendatque ipse rationes quas auctor ille partim dubitanter partim asseveranter opponit contra authenticitatem epistolarum 11, 13, 18, 22, 27 et 28 tomi tertii, et 25 tomi quarti. Infinitus enim ego sim et plus quam par est recedam a commentatoris Vita Teresianæ partibus, si hæc aliæque ejusmodi singulatim edisseram.

1665 Hisce addo pauca quæ spectant Florentinam anni 1775 editionem, in cujus proæmio P. Valerius semel et iterum jactat suam in certendo fidelitatem: num autem promissis steterit, habes ex paucis hisce meis animadversionibus. Scilicet tomi III italice habet epistolas 81, dum hispanice habet 82; eo quod P. Valerius totam fere epistolam 76 resecurit, quinto tantum ejus numero conservato, quem alteri epistolæ ad pag. 193 affixit, dicens fragmentum esse eodem quo illa epistola tempore scriptum, et proin rite ei appendi. Ab epistola quoque sequente, id est a 77 tomi III, utrumque fere integrum numerum 3 et 4 abscidit, ac totum fragmentum 44 subtraxit, ideo nimirum quod his locis describatur Calceatorum in S. Joannem a Cruce aliosque reformatos sævitia. Demit insuper fragmenta 33, 41, 43, 44, 87 et septem lineas e 32.

quibus novæ in versione italiana accedunt defectus.

1666 Hactenus de omissionibus, truncationibus et male observato in disponendis epistolis ordine. Alios jam nexos detegam quæ annotationes epistolis iis adjectas inficiunt, sed paucos, et summatim. Primum itaque cum P. Antonius tum P. Valerius passim æquo severiores, imo non uno in loco sese dicaces ac malevolos in Societatem Jesu exhibent, ut vidimus proximo paragrapho, ubi de interpretata epistola 50 tomi IV. Idque eo magis invidiosum est, quod plura quæ in aliis qui de Societate Jesu non erant, pro fide historica et ut suum cuique in rebus aliunde notis tribueretur, carpere oportuisset, aut silentio premant, aut male excusent, imo aliquando in laudem vertant, tametsi existant ipsius Teresiae verba quæ male feriatam eorum charitatem prædamnat.

E

Quod vero attinet annotationes, male ibi quidam excusantur,

1667 Hoc modo P. Antonius a S. Josepho, epistolam 14 tomi III commentans, excusat prælatos Calceatos qui anno 1578 in monasterio Incarnationis, post electionem S. Teresiae in priorissam, omnia susdeque vertebant. Conceperint utique, ait nota 3, ii Patres justas ita agendi rationes, quas nos tam procul ab iis dirempti comprehendere modo non valemus; dum e contrario Sancta, quæ coram erat et pars magna causæ, num. 1 et 2 illius epistolæ suæ acta eorum amare dolet et improbat, ita suam ad Gratianum epistolam orsa: Jesus tecum sit, o mi Pater, et te ab illa gente (Calceatorum) liberet! Nam stupor me tenet videntem quomodo tractarint miseras illas moniales. Et paulo post, similem lugens sortem S. Joannis a Cruce, adversus quem, ait, nullum adfertur crimen, pressa dolore exclamat: Næ terribili modo tentat Deus amicos suos, sed sine injuria tamen, quoniam similiter tractavit Filium suum! Si quis eos qui ita agebant Calceatos excusare voluerit quoad causam intentumque finem, fas tamen non est eos excusare quoad adhibitum modum. Par judicium fertor de notis 13 et 18 ad epistolam primam tomi IV, ubi Sancta a rege efflagitat patrocinium Reformationi suæ, quæ sæpe adeo a Calceatis oppugnabatur ut cum publico scandalo nec sine vitæ periculo S. Joannes a Cruce Abulæ et P. Antonius a Jesu Toleti in carcere premerentur, patientes dira absque ulla sua culpa. Hæc autem, quidquid S. Mater dicat contra, commentator non solum excusat, sed et bonum zelum sanctamque intentionem (verbis utor P. Antonii) laudat eorum qui innocuos optimosque religiosos tam misere torquebant.

præsertim Calceati

F

AUCTORE
V. D. M.
de P. Gratiano

A 1668 Denique annotatores, ubi de P. Hieronymo Gratiano sermo est, pluries expresse probant laudantque quod S. Mater non minus expresse improbat et damnat. Exemplo sit numerus 3 epistolæ 25 tom. IV. Sancta ibi Gratianum monet ne in iis rerum adjunctis per Andalusiam discurret concionans, addens id quod magnus zelus videtur, meram quandoque esse tentationem. At P. Antonius, not. 6 ad eam epistolam, laudat eum Gratiani discursum, habetque pro imitatione Christi, Judæam concionando peragrans, eumque nota 2 ad ep. 13 tom. III nomine nuncupat zeli apostolici. Tandem claudicat ratiocinium P. Antonii notis 2 et 25 ad ep. 20 tom. III. Sancta exhibet argumenta aliquot quibus probet P. Gratianum prudenter se gessisse in usu facultatum a Nuntio Ormaneto sibi concessarum. P. Antonius vero, contra logicæ placita a particulari ad universale transgrediens, plenissimam vitæ actionumque Gratiani apologiam ibi invenit, ubi ipsa defensionem ejus solum suscipit in causa jurisdictionis usum spectante.

contra quem

B 1669 Hæc dum refero, ostendoque P. Antonium interdum verba S. Teresiæ non recte interpretari, ne judicet lector me petere Gratianum, licet ea quæ hic noto, adversari ei videantur. Non enim in animo mihi est super viro hoc pronuntiare sententiam, scienti auctores auctoribus opponi in judicio quod de eo ferunt, imo eundem nonnumquam auctorem in laudando aut reprehendendo Gratiano sibi ipsi non constare. Quod si ante judicium tribunal agenda esset implicatissima illa causa Gratiani, viri scilicet S. Teresiæ acceptissimi, sed et ab ipsa pluries moniti ac correpti, postea ex Ordine expulsi, vinculis in Africa retenti, Carmelo Mitigato adscripti, ac tandem, postquam ore et calamo Religionem et pietatem strenue propugnasset, pientissime vita decedentis; si, inquam, controversia hæc disceptanda esset, accusator inter alia in reum sequentia proferret: S. Mater oretenus et per litteras ultimo vitæ suæ quadriennio, adeoque etiam a morte sua per apparitionem monitis ei dandis, serio ac saepe eum corripuit ob defectus haud sane leves, qui, ut ecentus demonstravit, cum ipsi tum toti cui præerat Ordini perniciosi fuerunt... Pluries S. Mater eum monuit, ne gravissimum suum provincialis munus postponeret habendis oppidatim concionibus: quod S. Matris consilium male aliquando exceperit, præfracte ei respondens ne ipsa judicaret prælatum suum, interjecto etiam juramento affirmans uno se Dei animarumque zelo moveri; adeo ut S. Matri in memoriam ei revocandum fuerit illum olim sibi copiam fecisse judicandi actiones ejus, addideritque non oportere eum aurigæ instar juratorem agere (tom. III, epist. 16, num. 1). . . Questa fuit S. Virgo quod celaret eam nonnulla quæ nosse oportuisset (tom. IV, epist. 74, num. 4). . . Eum arguit quod neglexerit P. Antonium a Jesu certiores facere de dempta ipsi Gratiano a Nuntio jurisdictione (tom. IV, epist. 27). . . Tarditatem ejus exstimulat (tom. IV, epist. 26). . . Monet eum cautius agat cum monialibus, neque secreta sua cuique obvio detegat (tom. IV, fragm. 14).

opposita et
argumenta
afferuntur.

C 1670 Qua correptione emendasse se Gratianum falso affirmat P. Antonius (nota 2 ad id fragm.). Prima enim Septembris 1582, id est trigesimo quarto ante mortem suam die, S. Virgo eum adhuc corripit, quod male a se removeret P. Doriam, a capitulo sibi in socium datum, et quod, conciones passim habendo, in Andalusia longiores quam oporteret, traheret moras; addente Teresia seria verba hæc: Id me minime delectat; non enim dormit diabolus. Quamdiu illic hærebis, valde anxius ero. Neque scio quo fine hæreas Hispani. Andalusius cave evadas: non

ea est tua conditio ut degas illic (tom. IV, epist. D 43, num. 5). E quibus posterioribus monitis patet Gratianum, ut vult P. Antonius, prioribus monitis non fuisse emendatum. Atque hoc multo adhuc magis constat ex monitis quæ Sancta a morte sua danda ei curavit per Catharinam a Jesu, cui apparuerat. Videlicet Monito IX ab ipsa carpitur quod majoris faciat quæcumque perhibetur revelata, et quod hujusmodi res mandari chartæ præcipiat: Etenim, ait Teresia, si multæ veræ sint revelationes, sunt et multæ falsæ, neque facile est unam veram distinguere inter centum falsas. Dein Monito XII Sancta arguit eum quod, uti sinistra fama jam propagarat, mortificationem negligat, et quod plura sibi permittat adversus regulam cum magno subditorum suorum dispendio; atque eum commonescit ut magni pendat laudetque pœnitentiam, et ut quælibet excessum reprimat, maxime in cibis; denique ut rigorem adhibeat, ubi non sufficit suavitas, ad arcendum quidquid regulam vel constitutionem relaxat; quippe cum talia in principio quidem parva sint, at in secuturis effectibus maxima. Tandem, adderet expostulator, eo Gratianus devenit ut sacra Carmeli veste fuerit spoliandus Ordineque expellendus: de qua ejectione moderatus P. Fredericus (lib. E II, cap. XXV) non veretur hæc scribere: Qui dixerit Gratianum injuste ab Ordine amandatum, injustos pariter dicat necesse est prælatos Ordinis, imo et judices illos binos suæ causæ, alterum exgeneralem Ordinis S. Hieronymi, alterum exprovincialem Dominicanum, deputatos a Philippo II, atque ipsum adeo Romanum Pontificem Clementem VIII, qui pœnam illam ratam habuit. Omitto ea quæ ultimo afferrentur ab accusatore crimina ex iis quæ capitulum Gratiano impropertavit. Nam, præterquam quod plura sint quam ut ea hic enarrem aut etiam enumerem, et quod legi possint in Chronico, ea non ita connexa sunt cum actis S. Teresiæ, cujus vitam dissero, non autem Gratiani.

1671 Contra vero hujus defensor allegaret egregia illa encomia quibus S. Teresia multis scriptorum suorum locis celebravit ejus virtutem, pietatem, doctrinam, zelum et in agendo dexteritatem. Citaret Foundationum cap. XXIII, ubi vix quidquam addi potest insigni quam Gratiano tribuit laudi. Allegaret numerum 6 epist. 3 tom. I, num. 2 epist. 4 tom. I, num. 2 epist. 7 tom. III; ubi illa ipsa Teresia, quæ familiariter egerat cum S. Petro de Alcantara, cum S. Ludovico Bertrando, cum S. Francisco de Borgia aliisque illustris sanctitatis viris, non veretur affirmare Gratianum esse e candidissimis animabus maximisque Dei servis quibuscum umquam ipsa tractasset, ac stupere se ejus perfectionem, grandemque animam illa inclusum esse Dei thesaurum. Diceret Gratiani causidicus S. Teresiam, in epistola scripta vi Januarii 1581, fateri se non mirari magnos illum concionibus suis gignere fructus, quippe qui tanta sanctitate præditus esset (tom. II, epist. 99, num. 1). Diceret Sanctam XVII Februarii 1581 (tom. III, epist. 27, num. 6) exoptasse ut in provincialem eligeretur, quod et revera factum est majori suffragiorum numero. Ac tandem adderet, sicut scribit P. Antonius (nota 4 ad epist. 7 tom. IV), S. Teresiam continuasse, quamdiu vixit, sua Gratiani elogio. Et quoad monita quæ ei S. Mater a sua morte danda curavit, non auderet quidem (quod audet Ill. Lataste in sua ad gallicæ versam epistolam 108 dissertatione de Gratiano) cum contemptu de iis loqui et ea pro spuris habere, sed diceret minime saltem constare peccatum grave in tantis illis dissidiis objectisque criminibus a Gratiano fuisse contractum, ut ipsimet auctori

sed et pro quo
afferuntur
argumenta
favorabilia

F

A auctori Chronici (lib. v, cap. xi, num. 2) in confesso est; allegareque omnia illa argumenta quæ Ill. Lataste (loco supra citato) late evoluit, et quæ plurimum saltem extenuant culpas Gratiano injectas: adderetque ea quæ, fidem fortiter confessus, Tuneti passus est; ac pro coronide memoraret reliquos vitæ ejus annos, sancte impensos propugnandæ Religioni propagandæque pietati et acciendo in Belgium ibique stabiliendo illi ipsi Excalceatorum e quo fuerat pulsus Ordini, patrocínio gaudens archiducum Alberti et Isabellæ, cui erat a Sacra Confessione, donec tandem sanctitatis fama diem supremum clausisset, cohonestantibus ejus funus quotquot Bruxellis viri erant dignitate illustres, ac magna facta relictæque post se spe, sicut dicit P. Antonius (nota 12 ad epist. 19 tom. III, et nota 2 et 25 ad epist. 20 tom. III), fore ut aliquando albo Sanctorum inseratur: quod tamen Montoya minime admittit, non ratus virum illum propositum iri in exemplum vere penitentium et sincere contritorum; eo quod enormia, ut ait durus ille hoc loco censor, data olim a se scandala humili, publica milliesque repetita confessione non expiaverit.

et utat fertur
judicium.

B 1672 Hæc de Gratiano necesse fuit memorare, eo quod spectant quoque ad S. Teresiam, quæ eo potissimum adjutore usa est ad plantandum reformatum suum Ordinem, quæ etiam a morte sua communicanda ei curavit plura monita, et quæ paulo ante suum ex hac vita exitum prædixisse fertur illum aliquando sacra sua familia abscissum iri (Chron. lib. viii, cap. lx, num. 8). At et pauca hæc, licet presse a me exhibita, sufficere debent, ne secus aberrem a proposito mihi in hoc Commentario argumento, quod unam spectat S. Teresiam. Interim ipsi jam lectori judicium relinquo in perplexa valde causa. Nolim equidem culpas Gratiani adeo, ac Montoya (diss. ii, cap. ii, § iii), exaggerare, neque ausim, quod ipse audet, in dubium vocare authenticitatem plurimum epistolarum laudem ejus continentium (diss. ii, cap. vi, § iv): at nec velim cum Ill. Lataste (memorata jam dissertatione) duriter vellicare omnes fere Carmeli Excalceati primarios illius ævi Patres, neque contemptui habere et declarare commentitia ea Monita quæ hactenus ab omnibus æstimata sunt venisse a S. Teresia. Id tamen affirmare non dubitem, utpote quod sponte fuit ex ipsius S. Matris litteris, Gratianum actum fuisse nimio subinde quam per munus ejus licebat, zelo animarum, ac nimia etiam quam prælato par erat, aliquando laborasse mansuetudine; quæ versa tunc est in exulcerationem, cum, officio provincialatus defunctus, absque indulgentia ab iis correptus fuit, qui parcere non noverant neque Ven. Annæ a Jesu neque ipsi adeo S. Joanni a Cruce: taliter ut, si in Gratiano fuit amor emolliens, fuit et in adversariis ejus rigor exasperans, utrisque interea certantibus pro bono Ordinis, etsi ratione plane diversa. Atque sic factum est ut longius æquo ab utraque parte processum fuisse videatur. Neque in sanctissimis etiam ciris id quispiam miretur: nam, ut recte adcertit D. Boucher (lib. v, not. h), vel in optima moralitate familiæ religiosa, penes quam sua ipsius est gubernatio, ut oritur dissensio, hæc vehementissime sæpe commovet corpus magnasque edit strages; atque in ea commotione ditissima aliquando oneraria e lecti primum rima in periculum venit ut turtices eam absorbeant. Accedit utrique bellantium parti nonnumquam bellum posse videri et esse justum, ut S. Casimiro principi Polono ac Matthiæ Hungarorum regi contigisse legitur, cum in hujus regnum ille invaderet. Atque id pariter non raro evenit in privatorum dissidiis.

1673 Sed ne diutius immorer excutiendis iis epistolarum Teresianarum annotationibus, mitto nonnulla alia quæ carpi in iis possint: v. g. cum affirmatur gravem cuilibet Christiano esse obligationem eligendi confessorium qui præ cæteris sit doctus et eruditus (not. 7 ad epist. 24 tom. IV); aut cum victoria Bethulæ relata adscribitur orationibus Judithæ et sociarum ejus, quarum sociarum S. Scriptura non meminit (not. 8 ad epist. 1, tom. III). Neque P. Antonio litem intentabo de stylo ejus inflato vagaque eruditione prolixo. Novi enim hunc scribendi modum, qui olim usitatus fuit apud omnes fere nationes, et permansit viguitque apud alias longiori, apud alias breviori tempore, scribenti ita habenas laxare ut, papilionis instar, dextrorsum et sinistrorsum, sursum et deorsum pro arbitrio ferri possit, ac quibuscunque obviis flosculis insidere, omniaque petere præter scopum. Quam divagandi licentiam non ita pridem (anno nempe præteriti sæculi trigesimo tertio) censores Anni Teresiani tam late præbebant, ut, tametsi opus id constet duodecim voluminibus in 4°, non dubitarent in sua primo tomo præfixa censura affirmare auctorem ejus tam presse scribere ut una ejus subinde sententiola adhuc protendi posset in totam justæ longitudinis dissertationem. Verum (quamquam et id communis fere olim fuerit mos) quod in P. Antonio magis reprobem, est quod nominibus falsorum deorum continuo nuncupet veri Dei servos et amicos. Horruissent certe aures Patrum primorum sæculorum hæc audire, multoque magis refugisset eorum calamus talia scribere. Adeoque nec hodie decet a Christiano religiosoque homine Sanctam Jesu Christi Sponsam Teresiam vocari modo Cererem (not. 3 ad epist. 15 tom. IV), modo Junonem (not. 14 ad epist. 5 tom. IV), modo veneratam Palladem adoratamque Minervam (not. 15 ad epist. 48 tom. III, et not. 9 ad epist. 15 tom. IV), modo denique Sireneam (not. 14 ad epist. 8 tom. IV) ac Amphionem (not. 22 ad epist. 59 tom. III); ac præcipue Jesu Christo, qui est super omnia Deus benedictus (Rom. ix, 5), nomen dari supremi Jovis (not. 7 ad epist. 37 tom. IV). Maxima enim Deo Optimo Maximo usque debetur reverentia, et, ut Salvianus loquitur (lib. i de Prov.) cavendum est ne idipsum quod pro honore Dei dicitur, injuria Dei esse videatur. Injuria autem est, imo, si recte sentiamus, fas omne excedit, vero Deo dare nomen falsi dei, id est spurcissimi demonis, quandoquidem et Jupiter et Juno et Minerva et omnes dii gentium diæmonia (Ps. xc, v. 5).

AUCTORE
V. D. M.
Prætermissa
critica alio
respectu.
D

§ LXXXVI. Graves contra Societatem Jesu vulgatissima pastoralis Instructione archiepiscopi Burgensis anni 1769 contentæ calumniæ refelluntur ex ipsius potissimum S. Teresiae testimoniis.

U t Societatis, ita et honos hic iterum vindicandus est S. Teresiae, cujus nomen, non minus quam Societatis, grave ex ea Instructione detrimentum capit. Etenim si, quod præsul asseverat, Teresia Societatem Jesu insinulaverit avaritiæ, duplicitatis, ambitus

Coactas eam
Instructionem
expendere

AUCTORE
V. D. M.

A bitus aliorumque vitiorum haud sane levium, ineluctabiliter et ipsa Teresia convicta est insinceritatis, fallaciarum atque mendacii. Tabulas quippe habemus, ejus, inquam, litteras et genuina alia scripta, in quibus saepe ac continuo et ad ultima usque vitae suae tempora alte et luculenter praedicat in Societate Jesu virtutes iis prorsus contrarias vitiis, quae, si fides sit archiepiscopo, S. Virgo eidem Societati in aliis suis litteris imputat: adeo ut prorsus sit necesse ut aut mendax sit S. Teresia aut mendax archiepiscopus. Ergo, quoniam, ut ait S. Augustinus (contra Cresconium lib. 1, cap. vii), puto nequaquam juste reprehendi ministerium nostrum, si contra quoslibet adversarios veritatis ferventi spiritu pro veritate certemus, in serium examen vocabo praefatam Instructionem, pro criminantis nimirum dignitate, pro impactorum facinorum gravitate, pro data solenni calumniae publicitate. Facili tamen negotio causa informabitur lisque dirimetur; quandoquidem, citatis accusatoris verbis, citabo ipsam S. Teresiam, inducamque quodammodo hanc loquentem, ut ipsa Sancta refutet crimen id multiplex quod nomine Teresiae archiepiscopus Societati exprobrat. Ingrata profecto necessitas conviciatoris sublimi in Ecclesia dignitate fulgentis calumnias retegere; sed tali etiam tiro potior veritas, potior S. Teresia, potior religiosa familia. Non sane parva est, dicit S. Augustinus (contra Petilian. cap. vi), parumque gloriosa consolatio cujuscumque nostrum, si ab inimicis Ecclesiae cum ipsa Ecclesia criminemur. At ex adverso durum nec tolerabile est ab Ecclesiae praesule reatu urgeri multorum scelerum, ac tanta lacessi injuria ut vel asseveretur perspicacissima S. Teresia in fine vitae suae Societatem Jesu ob comperta in ea crimina fuisse perosa. Multum interim doleo sat tempestive ad manus meas venire amplius non posse ineditum opus P. Josephi de Isla S. J., quod, hac qualicumque mea refutatione composita, inaudito Madriti latere in seriniis optimi viri, quem novi ultro eas paginas commodaturum mihi esse, si per locorum spatia aut magis per temporum circumstantias liceret. In eo opere, quod inscriptum est: Anatomia de la Pastoral del Ill. Arzobispo de Burgos, refellit P. de Isla valide et extense omnia argumenta quae contra Societatem continentur in litteris illis encyclicis.

ab alijs
quas continet
in Societatem
Jesu colum-
bias.

C 1675. Cum autem ea encyclicarum pars ubi de Teresiae a Societate aversione sermo est, proluxa sit, pauca tantum inde excerpam, sed quae sufficiant tamen ad declarandum quanto impetu praesul illic in Societatem invadat. En quomodo in dictis encyclicis temeretur Societatis gubernatio, institutum, doctrina, religio, fides. Proposito hoc dilemmate: Aut Teresia aut Societas condemnanda. Illustrissimus (num. 517) millenas Deo gratias acturum se dicit, si in ea quam pangenet argumentatione argui possit inconsequentiae, et si Jesuitae, dum ipse erroris convincitur, victores e luctatione illa abire possint. Dein (num. 518) dicit non esse cur Jesuitae habuisse se facient S. Teresiam in spirituali vita discipulam, cum Deus praecipuus fuerit ejus magister, et quidem immediatus. Concedit tamen (num. 519) fuisse in Societate viros aliquot frugi; quod mirum non est, ait, siquidem tum cum juxta S. Scripturam omnis caro corrumperat viam suam, in familia Noe reperire erat qui ab universali illa propositione essent excipiendi, ita ut sub Ordinis Jesuitici primordia etiam exceptioni locus esse potuerit. Verum brevi, subjungit (num. 521), Jesuita Teresiam multo affecere dolore, ferientes intimum ejus cor, accusando eam quasi allectasset Jesuitae ad Carmeli Ordinem, et pro somniis venditando commentitias quas S. Matri attribuebant revelationes. Dein (postquam num. 522

valde odioso locutus est de accusatione Burgensi ex epist. 50 tom. IV) exclamat (num. 523 et 524): Quanta ergo fuerit Jesuitarum adversus Teresiam persecutio! Quantaque vilitate responderunt ei, si mulier haec adeo sancta, adeo grata, et quae de nulla umquam religiosa familia seu scripto seu verbo vel minimam animi aegritudinem praese tulit, in amaros hos de Societate questus coacta fuerit prorumpere! Sancta quidem, ait (num. 527, 528 et 529), cum Jesuitis diu tractavit; sed, quia id vitare nequibat, cedebat necessitati, probavitque ob eandem causam ut etiam a quadam e filiabus suis talis simularetur gratitudo. Haec multaque alia congerit praesul. Ast piget et pudet istiusmodi contumelias, etiam ipsi S. Teresiae dedecorosas, exscribere. Sufficiat praebere hoc praesulis epiphonema: Ergo isti regulares totam adversus se habent Seraaphicam Doctrinam Teresiam a Jesu; quod totius pastoralis Instructionis aliquatenus succum jure dixeris.

1676 Praemissas autem indagemus e quibus praesul hanc suam conclusionem deducat: sique compertum fuerit eas deficere, vana erit illius conclusio; et qui minaciter stabat cataphractus argumentator, inermis jacebit. Imprimis itaque (ad num. 518) plane concedo Deum esse gratiarum omnium fontem; quis enim, nisi summa blasphemia, id neget? Concedo pariter, neque ullus Jesuita id hactenus in dubium revocavit, S. Teresiam ab ipso Deo plura edoctam. Attamen recte Palafoxius (nota 17 ad epist. 19 tom. I, ubi Sancta vel decem Patres Societatis Jesu enumerat qui ei initio extraordinariorum ejus gratiarum auxilio fuerunt: quem locum citatum inferius vide apud Riberam, lib. IV, cap. IV), recte, inquam, Palafoxius advertit non modico esse honori Societati Jesu quod hic Ordo S. Teresiam, quae ipsa fuit illustris spiritualis vitae magistra, habuerit discipulam. Novi equidem, ait ille, edoctam eam fuisse immediate a Deo: attamen examinatio spiritus ejus, praebita ei instructio, atque asseveratio qua illam a Deo motam esse declarabatur, eorum fuit qui spiritum ejus moderabantur. Ideoque Sancta multoties confitetur quantum deberet Societati Jesu, nec sine ratione; quandoquidem nullibi majus contrahitur debitum quam in spirituali commercio, in comparato animae praesidio et in complanata via vocationis. Insuper illinc videre est quantus numerus et quam excelsus spiritus esset primaeorum operariorum Sacri illius Ordinis; quippe cum Sancta solo hoc loco decem numeret Patres quibus fructuose admodum animam suam aperuit, pateatque insuper, ex iis quae Sancta ibi innuit, eam adhuc cum aliis tractasse pro locorum in quibus debebat opportunitate. Haec Palafoxius.

1677 Quod spectat numerum 521, ubi agitur de negotio P. Gasparis Salazarii et de unica alicujus momenti, et quidem ad speciem tantum, querela quam Sancta de Societate Jesu aut potius de uno Societatis viro protulit, id Patris Salazarii negotium exposuisse refutasse est quod praesul hac occasione Societati exprobrat. Videlicet P. Gaspar de Salazar discessurus erat a Societate ad Reformationem Carmeli: pervenit haec notitia ad aures P. Joannis Suarez, provincialis Societatis Jesu, et pervenit valde immutata in pejus; cum dictum illi esset S. Teresiam agere de tali discessu, et Dominum ei revelasse ut Salazar discederet. Provincialis valde obstupuit et de ipsa re et de modo quo dirigebatur, atque ad S. Matrem per rectorem collegii Abulensis ea de re querens litteras misit. S. Mater respondit se de tali discessu non egisse, neque scire se aliquid de tali revelatione, et reliqua quae contenta sunt epistola 20

probo has usse
sine funda-
mento,

F

ne speciatim
illas quae rem
spectant P.
Gasparis de
Salazar,

A *tomi I. Hoc Teresiae responso provincialis omnino contentus quoad ea quae spectabant ad Sanctam ipsam, praecepit rectori ut et ipse quoad ea quae scripserat, Sanctam placaret, illique insuper diceret, videri sibi litteras suas posse intelligi diverso modo ab eo quo S. Mater illas intellexerat. Rector Abulensis quod sibi praeceptum erat, perfecit, eodemque tempore rogavit S. Teresiam, ut ad conventus suae Reformationis scriberet, ne reciperent Patrem Salazarium. Indicavit praeterea rector timere se ne discessus ille Patris Salazarii causa foret gravium dissidiorum inter Reformationem et Societatem, Societate actura cum Salazario tanquam cum apostata, si discederet debita facultate Romae non obtenta. Ad epistolam rectoris respondit S. Teresia epist. 16 tomi II, ubi dolet parum ingenue secum agi in epistola provincialis, et in illa tanquam certum supponi quod ne sibi quidem in mentem venerat. Insuper Sancta ob graves rationes negavit scripturam se ad suos conventus, paratam se exhibens ad verum omnes quas Deus submittere sibi dignaretur. Atque hic res stetit, nec P. de Salazar propositum executus est. Quid ergo dignum hic sit cur tanto hiatu adversus totum Ordinem clametur? Ne multo rectius contrariam ex ea epistola consequentiam deducit Palafoxius (not. 26 ad epist. 20 tom. I). Cum enim Sancta ibi dixisset se ita erga Societatem affici ut citam pro ea profundat, nec aestimare se fore ut umquam Ordo Societatis Jesu adversetur Ordini Matris Jesu, quandoquidem ille huic reformando tantopere inseruiat, subjungit commentator: Illustris certe Teresiae testificatio de praesidio quod in reformando Carmelo a Societate accepit, et quod allegat in argumentum perpetuandi jugis illius amoris quo uterque Ordo tunc conjungebatur.*

1678 Pro num. autem 522, 523 et 524, non est cur retractem ea quae dixi de epistola 50 tomi IV, ex cujus mala interpretatione hausta sunt ea fictitium S. Teresiae de Societate querelarum scommata quae jam § LXXXIV dilui, ostendens illic de Carmelo Mitigato agi, non vero de Societate Jesu. Denique, si num. 528 archiepiscopus dicat S. Teresiam tempore servisse et ad speciem prae se erga Societatem tulisse aestimationem et amorem, quibus vacuum ejus erat cor, sive, ut congruo verbo utar, justam, fortem sanctamque Virginem mentitam fuisse, atrocior est in ipsam Sanctam calumnia quam ut ego decenter hanc refutare possim. Porro ea quae hactenus disserui, plenissime confirmabuntur ex iis quae, duce praesertim P. Montoya, modo demonstraturus sum, nempe S. Matrem, nedum ullo umquam tempore avversatam fuisse Societatis Jesu Ordinem, contra vero propensissima semper in illum fuisse voluntate.

1679 Venio jam ad conclusionem encyclicarum Illustrissimi, ita dicentis: Ergo isti regulares totam adversus se habent Seraphicam Doctrinam Teresiam a Jesu. Ad majorem claritatem tempus quo Sancta cum viris Societatis egit dividam in quatuor partes; et in his omnibus et singulis inveniemus luculenta argumenta eximia illius existimationis quam S. Mater de viris illis habuit. Prima pars complectitur decem illos annos qui effluerunt e quo Sancta anno 1557 manibus se tradidit Joannis Padrinos S. J. usque ad annum 1567, quo ea egressa est Abula ad incipiendas alias foundationes. Quoad hanc primam partem sufficit inspicere Sanctae Vitae ipsius manu scriptam; quandoquidem in ipsa, praeter magnificas laudes quibus celebrat particulares illos Patres Societatis qui gratiam habuere illum dirigendi, nempe Joannem Padrinos, S. Franciscum Borgia, Balthazarem Alvarez et Gasparem de Salazar, plurima alia occurrunt loca ubi S. Mater cum laude lo-

quitur non modo de hac illoque particulari Jesuita, sed de omnibus simul, sive de ipsa Societate Jesu. En aliquot loca ex autographa Sanctae Vitae. Cap. v: Septemdecim et amplius annos, ut puto, in illa caecitate mansi; donec quidam vir apprime doctus ex Ordine S. Dominici mihi aperuit oculos in aliquibus rebus, et Patres Societatis Jesu omnino mihi magnum timorem incusserunt (scilicet ne parvi faceret quaedam peccata, quae rudes quidam confessori dicebant non esse peccata) aggravando mea adeo mala principia, sicut postea dicam. . . Cap. xxiii: Intellexeram Patres Societatis Jesu huc nuperrime venisse: erga quos, tametsi neminem eorum in particulari nossem, mirifice affecta eram, solum quod eorum et vivendi et orandi modum intellexissem; sed indignam me reputabam quae eos alloquerer, nec validam satis ad illis obediendum. . . . Jam video id omne ad majus animae meae bonum factum et directum esse, ut sic in notitiam venirem viro- rum ita sanctorum, ut sunt religiosi Societatis Jesu. . . . Benedictus sit Dominus, qui mihi confessoribus meis obediendi, tametsi satis imperfecte, gratiam dedit. Et hi pene semper fuere e benedictis illis Patribus Societatis Jesu. . . . Cap. xxiv: Pergratum mihi erat non procul ab eorum collegio habitare, quo major esset cum ipsis identidem agendi occasio: magnum siquidem animae meae etiam e nuda sanctitatis, quam in omni conversatione sua praeferebant, fama et commemoratione commodum accedebat. . . . Cap. xxxiv: Mirum in modum me consolabatur quod in civitate ad quam me conferebam, collegium Societatis Jesu esset.

1680 Secunda pars includit alios novem vel decem annos, quibus Sancta plures fecit foundationes, donec, Hispalensi ad finem perducta, PP. Calceati illam coegerunt ut se reciperet in certum conventum, neque alia monasteria erigeret. Jam vero in foundationibus illorum novem vel decem annorum quantam operam S. Teresiae praestiterunt Patres Societatis! Quantam in Methymnensi, ubi, pro obtinendis necessariis facultatibus, utilem fore foundationem, etsi redditibus destitutam, quo erigendi licentia obtineretur, jurejurando asseverarunt! Quantam in Toletana, quae debetur magno P. Pauli Hernandez S. J. erga Sanctam ejusque Reformationem affectui; cui Patri, ut et rectori collegii S. J. illius civitatis, S. Mater misit honorificas procuraciones! Quantam in Salmanticensi, quae debetur pietati et ardenti zelo P. Martini Gutierrez, rectoris collegii Salmanticensis Societatis Jesu; uti dicit P. Fredericus a S. Antonio, qui pariter ponderat obsequia a rectore ejusque subditis Sanctae et filiabus ejus praestita! Quantam in Segoviensi, ubi, juxta eundem historicum, S. Mater, se in periculo constitutam videns ne vicarius generalis foundationem pessumdaret, Sanctumque Joannem a Cruce carceri manciparet, ad Societatem Jesu illico confugit, ubi pronae semper ei praebantur aures! Quantam in Veasensi, cujus fundatrix ad illam faciendam inducta est Patrum Eraso et Bustamante S. J. consiliis ac summe honorificis de S. Teresia ejusque filiabus datis testificationibus! Quantam eo tempore quo S. Mater versabatur in foundatione Hispalensi! Cum enim contra recens illud monasterium valida tempestas exorta esset, ac S. Mater ejusque filiae coram tribunali Inquisitionis per maximam calumniam accusarentur illorum quae Sancta refert epistola 47 tomi I, Sacrum Tribunal examen illius causae commisit P. Roderico Alvarez; qui multis jejuniis, servidis precibus aliisque industriis singularia e caelo lumina cognitionemque accepit sublimis

AUCTORE
V. D. M.
D

E

nec a 1567 ad
1576.

F

certumque
omnis:

gravidus Sav-
etiam alienato
a Societate
non fuisse
animo ab anno
1557 ad 1567,

AUCTORE
V. D. M.

A spiritus S. Teresiae, et tam strenue veritatis patrocinium suscepit ut magnus ille tumultus protinus cessarit, et ut illius Patris opera atque opera P. Didaci de Acosta provincialis et P. Henrici Henriquez magis nota plurisque pensa fuerit sanctitas Matris Teresiae probaque vita filiarum ejus. Quantam denique operam contulere Jesuitae ad foundationem Caravacensem! In cujus relatione S. Mater de fundatricibus loquens dicit: Noverant quidnam in horum monasteriorum foundationibus Dominus fecisset; etenim Patres Societatis Jesu, qui rei huic semper auxilio et subsidio, qua poterant, fuere, haec eis declaraverant. Certissime igitur illis novem vel decem annis S. Teresia Societatem minime aspexit torvis oculis, quoniam tantas Ordo hic suppetias ipsi eo tempore attulit. Præterea id quod S. Mater in civitate Abulensi, quam diu inhabitavit, cernebat atque experiebatur, pueri zelosæque mulieri Societatis amorem mirum in modum apta erant conciliare. En quid (tom. I, epist. 30, num. 7) fratri suo Laurentio mandet: Fugit me antehac tibi referre quam facile Abulae pueri rite institui possint. Habent Patres Societatis Jesu collegium in quo eos grammaticam docent, excipiuntque singulis hebdomadis eorum Confessiones, ac reddunt eos tam probos ut profecto sit quare Deo grates referantur. Traditur quoque philosophia et theologia ad S. Thomæ; ita ut alibi quærendæ non sint nec litteræ nec pietas: atque in toto oppido adeo viget Christiana disciplina ut advenis sit ædificationi. Frequens est precandi usus, frequens confitendi peccata: atque ipsos inter sæculares reperiuntur qui vitam ducunt apprime perfectam.

nec a 1576 ad
1579,

B 1681 Tertia temporis pars quo S. Teresia cum Jesuitis egit, reduci potest ad illud spatium quo Sancta novis foundationibus supersedendum fuit. Hispalensi fundatione jam constabilita, ait S. Mater (Fundat. cap. xxviii), a fundando per quadriennium et amplius cessatum est. Causa fuit quod magnæ ac graves derrepente adversus Excalceatos et Excalceatas exortæ sint persecutionum procellæ. . . . In Excalceatos, ac præsertim superiores ipsorum, gravis hæc falsorum testimoniorum et obloquiorum (quia omnes pene Patres mitigatæ regulæ illis se opponebant) procella deserviit. Præcipue haud dubie alludit ad infamem illam litem Hispalensem, continentem atroces calumnias (verba sunt P. Frederici a S. Antonio, lib. II, cap. xxix) contra P. Gratianum, contra monachas Hispalenses, et denique contra magnam nostram Sanctam. Lis fuit illa tanto magis iniqua, quod in illa accusarentur angelicæ illæ personæ in re delicatissima, et, pro virginali illarum puritate, tam scrupulose custodita. Cum interim PP. Calceati adeo persequerentur S. Teresiam ejusque Reformationem, quam arcta tunc exstitit communio inter S. Matrem et Societatem! Ad illam penitus declarandam plurima loca essent exseribenda e litteris quas Sancta eo tempore exaravit. Pauca eligam quæ ad illam patefaciendam sufficiant. Anno 1578 Sancta scripsit epistolam 3 tom. I ad Theotonium de Braganza, atque in ea declarat magnam existimationem quam de Jesuitis fovebat, dicens: Multum me recreat quod Dominatio vestra tantopere ut suam diligat habeatque Societatem, quia ad omnia maximum est utilitatis. Epistola quoque quæ plane manifestant qualis fuerit eo de quo hic loquimur tempore Teresiae animus erga Jesuitas, sunt illæ in quibus agit de dissidiis cum Patribus S. J., præsertim de dissidio ob Patrem Salazarium, quod eodem tempore evenit. Denique in suo Castello animæ, quod medio scripsit anno 1577, præcla-

rissimum edit encomium ipsius S. Ignatii de Loyola, D cuius nomen conjungit cum nominibus S. Dominici et S. Francisci, dicens illum, non secus atque hos, innumeras dæmoni evellere animas. Næ, ait, est quod plurimum Deum laudemus, dum perpendimus ab una aliquando anima salvari millenas alias, sicut per Martyres factum est, et per tenellam subinde sit virginem, puta per S. Ursulam. Cuique manifestum est, atque libri id testantur, Deum tale privilegium e dæmone eripiendi animas quamplurimas gratificatum fuisse S. Dominico et S. Francisco aliisque Ordinum fundatoribus, imo ipsis nostris diebus Patri Ignatio, Societatis Jesu institutori (Mans. v, cap. iv, n. 4). Hæc Ignatii laus dempta fuit in editionibus anno 1752 anterioribus.

1682 Transeamus modo ad ultimam annorum S. Teresiae partem, quæ annos complectitur 1580, 1581 et 1582, quando S. Mater, egressa carcere suo Toletano, extremas suas fecit foundationes. Die viii Maji 1580 misit Sancta epistolam 9 tom. I ad ducissam Albanam; et de hac epistola Palafoxius sic ait: Scribit Sancta ad magnam hanc matronam, petens ab illa litteras commendatitias pro Patribus Societatis circa foundationem Pampelouensem. . . . Ardenterque Sancta id urget, quia ardentem amabat ferventem cum Ordinem, compensare sic volens in illorum foundationibus auxilium quod ejus filii in Carmeliticis fundandis præstiterant. Obsecrat autem illam validissimis rationibus, ita ut ea intercessio non pro forma tantum fiat, cum amor ejus desideriumque non vacua fuerint tantum forma. Anno eodem die xxv Julii obiit P. Balthasar Alvarez: refert autem nobis Ven. Ludovicus de Ponte fletum S. Teresiae ultra horam productum, verbaque hac occasione ab ea prolata: Fleo, ait Sancta, quia probe novi magnam jacturam quam Ecclesia Dei per ejus mortem facit atque etiam postea factura est. Eodem anno, cum S. Mater Vallisoleti degeret, quo venerat ob foundationem Palentinam, se adeo derelictam sensit ut diceret: Tanta mea erat imbecillitas, ut et fiduciam quam mihi, dum aliqua harum foundationum inchoanda est, Deus Opt. Max. dare solebat, perdidissem. Omnia quippe mihi impossibilia videbantur. Unde si tunc in aliquem qui me animando corroborasset, incidissem, is sane quam maxime mihi profuisset. . . . Contigit forte ut quidam Societatis Jesu sacerdos Vallisoletum veniret, Pater ac Magister Ripalda, . . . vir doctrina æque ac pietate in Deum eximia. Huic ipsa animæ statum aperui, eumque me in Dei locum accipere velle dixi; declararet proinde mihi quid sibi videretur. Is ergo multum me exstimulare et animare cepit, . . . edixitque ut nullatenus cepto desisterem: idem quoque paulo ante Toleti mihi dixerat P. Balthasar Alvarez, Societatis ejusdem provincialis (Fundat. cap. xxix). Ita ut fundatio Palentina (idem est de Burgensi) magna ex parte Jesuitis debeatur. Quare et P. Fredericus a S. Antonio dicit: Magni duo viri Societatis Jesu, Balthasar Alvarez et Hieronymus Ripalda, alter Toleti, Vallisoleti alter, stimulos Teresiae addiderant ad opus aggrediendum; sed cum aliter sentiret P. Gratianus, Sancta amborum illorum consilio plene acquiescere non potuit (lib. II, cap. xxxvii). Perfecta fundatione Palentina ad finem anni 1580, S. Teresia commorata est ibi quinque primos menses anni 1581; et iv Martii, scribens ad D. Annam Henriquez, ita loquitur: In rebus animæ solitudinem reperio, quia nemo hic est illorum quos novi e Societate. Hanc equidem ubique invenio; quia, etsi absit noster Sanctus (P. Balthasar Alvarez), Societas tamen mihi adesse videtur, cum saltem litteris

nec denique
reliquis vitæ
ejus annis.

E

F

A litteris communicare quædam liceat (t. IV, epist. 15, num. 3).

quod præcipue
constat e fun-
datione Bur-
gensi

1683 Palentia transiit S. Teresia ad fundationem Soriensem, de qua (Fund. cap. xxx) ipsa dicit fuisse celebratum primum Sacrum magna cum solemnitate, et concionatum Patrem quemdam Societatis. Anno denique 1582, ultimo vitæ suæ mortalis, Sancta fecit fundationem Burgensem, ad quam tantopere illam excitaverunt PP. Alvarez et Ripalda ut ejus relationem S. Mater memorandis illis verbis exorsa sit: Jam sexennium et amplius effluxerat, ex quo quidam e Societate Jesu viri cumprimis religiosi, senio, litteris et spiritu commendabiles, mihi dixere non mediocriter ad Domini gloriam et obsequium futurum, si quoddam Sacri hujus Ordinis cœnobium in civitate Burgensi erigeretur (Fundat. cap. xxxi, num. 1). Et cum de die illa agit qua, magnis tandem superatis difficultatibus, fundatio fuit perfecta, ita loquitur: Doctore Mansio archiepiscopus potestatem fecit. . . Sacrum apud nos celebrandi et Sanctissimum Christi Corpus illic collocandi. Ipse ergo primam Deo Hostiam obtulit, et Pater Prior monasterii S. Pauli Ordinis Dominicanorum (cui Ordini, uti et Societati Jesu, permultum semper debui) Sacrum summum celebravit (ibid. num. 25). Hæc sola verba funditus evertunt et destruunt omnia argumenta Ill. Archiepiscopi. Cum enim S. Teresia in numero 25 de Jesuitis non ageret, neque de iis a viginti et amplius numeris mentionem fecisset, verba illa: uti et Societati Jesu, non videbantur necessaria, imo nequidem opportuna. Sed Sancta etiam importune asserit se multum semper debuisse Societati Jesu.

Conclusio pro-
bationum:

1684 Cum igitur S. Teresia multis in scriptis multisque modis crebro testata fuisset eximium amorem quo in Societatem ferebatur, quaviamque operam quam viri Societatis toties illi præstiterant (dicendo hos esse suos Patres quibus post Deum debebat omne bonum quod habebat; Deum elegisse Societatem ut instrumentum quo repararetur ac renovaretur Ordo Carmelitanus; Patres Societatis semper promovisse et adjuvisse suas fundationes; Reformationem suam multum semper debuisse Societati; magna hanc se veneratione prosequi, quia multum egerat cum Jesuitis, et viderat ipsorum vitam respondere iis quæ Dominus de ipsis sibi patefecerat; res se Societatis cordi habere, seque paratam esse ad vitam pro iis dandam), post hæc, inquam, omnia S. Teresia ultimo capite suarum Fundationum, in libro quem postremum composuit, et quidem ultimo vitæ suæ anno, referens suam ultimam fundationem, quasi rata cuncta habens quæ prius circa Societatem scripserat, et quasi relinquens responsum anticipatum iis qui olim in dubium traherent aut Societatis erga Sanctam et ejus Reformationem meritum aut Sanctæ erga Societatem perpetuam benevolentiam et gratitudinem, dicit clare se semper multum debuisse Societati Jesu. Equis igitur maledicus S. Teresiam arguat mendacii? E verbis porro S. Matris infertur, contra archiepiscopum Burgensem, Sanctam amasse non tantum aliquos Jesuitas, sed Societatem Jesu, et multum amasse, et semper amasse. Nam cum Sancta maxime grata fuerit, utique non potuit non multum amare illum Ordinem cui multum debebat: et adhibendo vocem debere magnam se agnoscit erga Societatem Jesu debitricem, et fatetur habere se hanc suam gratitudinem pro actu justitiæ. Quæ cum ita sint, Sanctaque diserte hæc affirmavit paulo ante mortem suam, quid jam Ill. Burgensis mutiet, qui intrepide adversus Teresiam affirmare non dubitavit, ipsam, quæ primis quidem initis aliquot Societatis viros estimarat et amarat, meliora postmodum

edoctam fuisse et palinodiam cantasse? Esset profecto, si Illustrissimus adhuc in humanis ageret, cur rueret in faciem, terramque fronte pulsaret, ac, pro suo, si refutaretur, voto, millenas Deo ageret gratias.

1685 Sat modo ex allatis argumentis probatum videtur hujus paragraphi thema. His tamen adde quod ea quæ de Societate Jesu S. Teresiæ calitus revelata fuerant, vix sinerent ut Ordinem illum aversaretur. Taceo Teresiam vidisse mortuum Fratrem quemdam S. J. magna cum gloria in cœlum evehi (Vitæ cap. xxxviii, num. 21), eamque bis vidisse in ecclesia ejusdem Societatis Fratres, dum ad Sacram Mensam accedebant, coopertos pallio ditissimo (ibid. cap. xxxix, num. 18). Sed alia generalia magis totumque spectantia Ordinem fusiùs evoluta videri possunt § lxxxiii; ubi demonstratum est Sanctam de Societate agere, quando narrat se religiosos conspexisse qui candida vexilla in cœlo gestabant (cap. xxxviii, num. 10); item quando ait revelatum sibi fuisse quam strenue sub finem mundi religiosa quædam cohors esset pro Ecclesia Dei certatura (cap. xl, num. 8). Atque hæc e scripto Sanctæ testimonio. Insuper et aliæ sunt de Societate Jesu habitæ ab ipsa visiones quas testes spectatæ fidei se ex ejus ore accepisse affirmarunt. Sic novit martyrii laurea donatum fuisse P. Martinum Gutierrez (uti retuli num. 557 et 558). Sic in spiritu vidit necem anno 1570 ab hæreticis illatam P. Ignatio Azevedo ac sociis ejus (uti latius evolvi § xxvii). Sic denique, ut narrat Ven. Ludovicus de Ponte in Vita Balthasaris Alvarez (cap. vi), S. Teresia, audiens quadam die hujus Sacrum, vidit eum toto tempore quo Sacrum durabat, habere in capite diademata quoddam magni splendoris. Agnovit quoque eum fore saluum, et celsissimam in cœlo occupaturum sedem (ibid. cap. xi). Ac, ut cognovit eum mundo ereptum, tota hora planxit, eo quod, ut interrogata fatebatur, Fides Ecclesiæ Catholice magnam illius occasu jacturam patiebatur. Denique mæste cuidam apparens Dei famulæ, quam in magna ejus afflictione solari volebat, inter alia multa ei significavit etiam se in cœlo colere et venerari pristinum suum confessorium P. Balthasarem Alvarez (ibid. cap. lxi). Mitto aliam de S. Ignatio visionem, de qua, ut Montoya (diss. i, cap. vii, § 1, num. 19) affirmat, P. Ludovicus Carnioli capite xxi Vitæ suæ Ignatiane loquitur, et in qua S. Teresia vidisse perhibetur S. Patriarcham Ignatium primas in circumstatione Sanctissimi Sacramenti tenentem, eo quod frequentiore divinarum harum epularum usum in orbe Catholico propagasset.

1686 Tandem occasio hic sese mihi offert mentionem faciendi cujusdam visionis, quæ refertur in Imagine primi sæculi Societatis Jesu (pag. 648 et 649) et hinc descripta fuit a P. Lancicio in opusculo de Præstantia Instituti S. J. (lib. ii, cap. i) atque a Cardinali Cienfuegos in Vita S. Francisci Borgia (lib. v, cap. x, § v). In ea visione perhibetur S. Teresiæ Cordubæ agenti fuisse divinitus revelatum religiosos Societatis Jesu gaudere privilegio ut cuique eorum, simul ac animam exspiravit, obviam eat Christus, animam ejus excepturus. Ita citati scriptores. Quod si quis me percontetur quid de veritate tantæ tamque optabilis prærogatice censendum sit, id responsum a me feret quod prudens P. Joannes Pinius (tomo VII Julii, pag. 852) olim dedit post narratas non absimiles visiones de beato exitu omnium in Societate Jesu morientium, sic inquit: Istius prærogatice veritati tantum tribues quantum rationibus pro ea allatis deferendum esse censueris.

AUCTORE
V. D. M.
D

quibus ex
abundanti ad-
duntur. Visiones
quas Sancta
habuit de
Societate Jesu.

E

F

Memoratur vi-
sio de anima-
bus morientium
in Socie-
tate:

AUCTORE
V. D. M.

A censueris. Et vero erunt sine dubio qui pro re adeo paradoxa, dicam pene incredibili, majora credibilitatis motiva requirant. Quæ cum mihi non sint in promptu, superest ut me contineam intra solos simplicis narrationis fines, relicta cuilibet in utramque partem sentiendi plenissima libertate. Hoc interim longe certissimum est, unicuique e Societate sedulo enitendum ut digne ambulet vocatione qua vocatus est, et satagendum ut per bona opera certam suam vocationem et electionem faciat.

suggestiturque
dubitandi de
eo ratione ra-
tia.

1687 Porro alia adhuc ratio est in dubium vocandi prætensam eam S. Teresiam visionem de excipiendis ab ipso Christo animabus omnium eorum qui in Societate Jesu moriuntur. Nam in Chronico (lib. XVI, cap. XXXII et XXXIV) fuse narratur percrebuisse anno 1594 in Excalceato Carmelo opinionem de prærogativa a Deo S. Teresiam concessa, qua nullus sacra sui Ordinis indutus veste damnaretur. Ast Sancta, Anna a S. Augustino apparens, mandavit ei ut id pernegaret, dicendo destinatum esse infernum cuicumque sua non explenti munia, cælum vero aut purgatorium destinatum esse cujusque merito. Cum autem refugeret Anna vulgare se dignatam fuisse apparitione S. Matris suæ, iterum et tertio idem Sancta ei injunxit, atque trina loca quorum unum singulos manet, nempe cælum, infernum et purgatorium, ejus oculis objecit, minaci vultu significans eam in stagnum projectum iri, ni morem gereret suosque dedoceret noxiam istam fiduciam. Cumque tandem Anna visionem acceptumque a S. Matre mandatum confessario plene aperuisset, hic de tota re prælatos certiores fecit: atque prælati per totam Congregationem publicarunt datum cælitus monitum, quo obviam iretur damno, et, ut ait Chronicum, recordarentur omnes non salvari per vestem, sed per bona opera quæ in religiosa veste præstantur. Quod si vaticinium quoddam de religiosorum salute aut arctiori ipsique Evangelio conformiori limite aut conditione quadam restringeretur, ei acquiescerem, modo probis synchronisque testibus asseveratum esset; quemadmodum Stiltingus ad diem XXVIII Augusti in Vita S. Augustini (n. 821) dubitandum non censuit de prophetia quam hic Sanctus S. Norberto fecit, sic inquit: Si sub conscripta a me regula Fratres tui, filii mei, bene militaverint, securi Christo adstabunt in extremo terrore judicii.

Epiphonema v.
P. Lancicio
oppositum
epiphonemati
Ill. Burgensis.
C

1688 Si quid igitur ratio, si quid auctoritas valeat, dum Illustrissimus Burgensis, inanibus nixus parallogismis, pronuntiat S. Teresiam fuisse Societati adversam, lectores, ut spero, calculum suum adjicient P. Lancicio, qui caput XIX opusculi sui de Gloria S. Ignatii his verbis claudit: Si gloria patris est filius sapiens, teste Scriptura, magnæ S. Ignatii gloriæ causa fuit Virgo Sanctissima Teresia, PP. Carmelitarum Discalceatorum illustrissima Fundatrix, excellentissimis virtutibus ac plane heroicis splendida, intimam Christi consuetudinem per evectissimæ contemplationis gradus experta, mysticæ theologiæ scriptione mirabilis, summorum laborum patientia clarissima, Carmeli reformatione orbe toto laudata, a Christo in sponsam accepta, præ divini amoris impetu sæpe extasim passa, ignito Cherubini spiculo præcordia trahentis admirabilis, inexplebili salutis animarum siti accensa, intemeratæ virginitatis flore candida, divinis visionibus, prophetante spiritu ac multiplici gratia sanctorum in vita et post mortem toto orbe celeberrima: hæc, inquam, S. Virgo magnæ S. Ignatii gloriæ causa fuit, quia Societatis Jesu per S. Ignatium institutæ se filiam agnovit, ejusque opera et in Confessionibus Sacris et in spiritualium

rerum magisterio usa est; et multa, Deo revelante, D in commendationem Societatis Jesu cognovit, verboque atque scripto testata reliquit.

§ LXXXVII. S. Teresia composuit monialium suarum Constitutiones.

Gravissimam nunc ordior tractandam questionem de Carmeli Excalceati Constitutionibus, quæ radix sunt pulcherrimæ illius a Teresia plantatæ arboris, cujus fructus alunt Ecclesiam Dei. Sed et quæstio simul intricatissima est, cum de iis Constitutionibus et præsertim de una alterave earum adeo disceptatum fuerit, ut ipse Ordo totus inde aliquando fuerit vehementer commotus: sicut legi potest in Chronico (lib. VIII, cap. XXXV) et in Vita S. Joannis a Cruce, auctore P. Marco a S. Francisco (cap. XLVII). Nimirum facultate consulendi viros spirituales, quam S. Mater filiabus suis a priorissis præberi voluerat, et quam primum capitulum generale anni 1581 confirmaverat, nonnullæ, adhuc Teresia vivente et multo magis ea mortua, sub molliori Gratiani regimine fuerant abusæ, non sine regularis disciplinæ gravi detrimento. Igitur, cum invalescenti malo obviam eundum esset, successor Gratiani P. Nicolaus Doria, zelosior quam prudentior, totam fere regiminis Carmeli Reformati faciem studuit immutare, neque dumtaxat temperare nimiam in monialibus a Gratiano solum licentiam eligendorum pro libitu confessariorum, sed et eam quoque adimere iis libertatem quam S. Teresia sanctam dicere non dubitaverat. Ergo multos inter dolores et questus, S. Matris auctoritas a filiabus inclamata est, et allegatæ quæ, dum in vivis ipsa erat, prodierant Ordinis leges: atque, ut de his passim magis constaret, illas ipsas Constitutiones quæ, consiliante Teresia, paulo post primum capitulum generale anno 1581 Salmanticæ editæ fuerant, moniales anno 1588 Madriti ad litteram revulgandas curarunt. Duce potissimum Ven. Anna a Jesu, tunc temporis priorissa conventus Madritensis, quæ, virago prudentia non minus quam fortitudine insignis, meruerat a S. Teresia se potior digniorque Ordinis institutrix et rectorix nuncupari, habebaturque a cunctis Teresianarum virtutum ex asse hæres, hac agente, inquam, itum Romam est, obtentumque fuit a Sixto V, ut quod ipse e mente P. Nicolai Doria s. Julii 1587 ediderat Breve, e mente jam Annæ a Jesu revocaret, novoque Brevi v. Junii 1590 dato pristinam ferme gubernandi Ordinis formam restitueret ac ratas haberet primævas Constitutiones quæ mense Martio anni 1581 in primo capitulo generali, dictante aut saltem afflante Teresia, conditæ fuerant. Vehementer hoc displicuit multis e Carmeli Patribus, ita ut paulo post decreto capituli generalis valere jusserint moniales, negata eis deinceps omni spiritualis regiminis cura. Ast, cum Philippus II, rogatu Annæ a Jesu, quæ sævo hoc Ordinis decreto perculsa erat et conterrita, apud Gregorium XIV pro monialibus intercessisset, XXV Aprilis 1591 providus Pontifex mandavit ut Ordo monialibus denuo impenderet curam, et ut provinciales per districtum suum moniales earumque monasteria gubernarent ac visitarent, nonnullis in Sixtino Brevi mutatis. Ergo composita qualitercumque pax est, ac sequenti anno 1592 Patres editionem Constitutionum anni 1581 verbotenus.

Prima causa
magna discep-
tationis ea
super re,

E

F

A verbotenus Madriti typis Petri Gomez Arragonii recuderunt, his inserentes quæ Gregorius XIV addiderat vel mutaverat, notata asterisco (vide P. Ludovicum a S. Teresia in gallica Synopsi erectionis Carmelitissarum in Gallia, cap. XLVIII).

nam, cum
silenti per-
terere non li-
cet

1690 Ea ratione in Hispania residens vicarius generalis, factus anno 1593 Praepositus Generalis, rexit aucta indies inibi monasteria ac simul etiam duo anno 1590 Genuæ condita, donec bina hæc cum erecto tercio Romæ sejuncta fuerint xx Martii 1597 a Congregatione Hispana, subditaque primum, cum xiii Novembris anni 1600 in distinctam Congregationem exaderent, commissario generali, ac dein anno 1605 creato alteri Praeposito Generali, una cum reliquis extra Hispaniam fundatis fundandisque domibus sub nomine Congregationis S. Eliæ, dum Hispana Congregatio titulo S. Josephi insignita manebat. Utriusque hujus Congregationis Excolectionum domus sub suo quæque capite usæ fuerunt lisdem prope Gregorianis Constitutionibus. Quod si forte singularia quadam tractu temporis is accreverint, non est mei propositi hæc disquirere, nedum (quod absit!) arguere. Verumtamen hæc aliæque silentio tunc præterire minimo possum,

B quando Teresia in jus vocatur; quippe qui omnia quæ ad S. Institutricem pertinent, assumpserim pertractanda. Inquirendum idcirco mihi est ipsane fecerit Reformati Carmeli Constitutiones necne; et, si fecerit, an immediate per se, an vero mediate per capitulum; dein an copiam monialibus suis voluerit factam deligendi sibi confessarios animæque directores; et utrum ad mortem usque eam libertatem quam ipsa introduxerat et quam confirmaverat capitulum generale anni 1581, voluerit sartam tectam, utrum vero lapsu temporis, præsertim cum sub Gratiano enascetur abusus, eam cupiverit restrictam magis; ac tandem an maluerit sequioris sexus Carmelum subesse Generali provincialique ejusdem Ordinis, an vero ei perinde fuerit, sive filia sue subesset immediate Ordini, sive immediate Ordinario loci aliæque apostolica auctoritate delegatis. Nam cuncta hæc, quantumvis discrepantia, audiens promiscue pro cuiusque libitu affirmari et negari, non possum non de his disserere, cum Teresiana vitæ pars sane magna sint, reponique inter potissima Sanctæ gesta certissime mereantur, utpote spectantia ad reformati ab ea Ordinis non tam disciplinam quam fundamentum. Enimvero truncum nimis opus erudito orbi porrigerem, si, insueto antecessoribus meis more, contrarias has gravissimarum virorum de Sancta ejus Vitam scribo, assertiones negligerem atque præterirem mutas, dum confusis mihi undique circumstropitur convibus, parique fronte asseveratur, Teresiam Constitutiones scripsisse, et non scripsisse; consilium de copia confessariorum siliabus suis facta mutasse, et non mutasse; Constitutiones quæ in uno regno servantur, esse primæcas genuinumque S. Institutricis factum, dum de contrariis quæ alibi vigent, idem non minus præfracte affirmetur; ubi tamen ex oppositis alterutræ saltem spuria sint oportet.

ob conflictum
sententiarum,

1691 Et ne quid temere a me asserti suspiceris, ut summam inter auctores super his discrepantiam videas, conferas, velim, sequentes auctores, quos doleo me non posse ob prolixitatem per excerpta hic proferre: P. Ambrosium a S. Angelo in epistola proœmiali Cæremonialis monialium, apud P. Fredericum a S. Antonio (lib. IV, cap. x, num. 11); P. Ferdinandum a S. Maria, Praepositum Generalem Congregationis S. Eliæ, in encyclicis anni 1630; R. P. Honoratum a S. Teresia, item Praepositum Generalem ejusdem Congregationis, in

litteris suis xiii Martii 1835 ad moniales Carmeli Belgici, annexis novæ editioni Constitutionum; P. Josephum a Jesu Maria, Praepositum Generalem Congregationis S. Josephi, in prologo Constitutionum anni 1616; P. Franciscum a S. Maria in Chronico (lib. I, cap. I, num. 5 et 6), ac plurimos alios ex utraque Congregatione S. Josephi et S. Eliæ; e Gallis vero Boucher, in Vita B. Mariæ ab Incarnatione (lib. III, not. h), qui ingenue dicit Constitutiones in Gallia esse ex integro conservatas, in aliis vero regionibus mutatas; ac potissimum Tabaraud, in Vita Cardinalis de Berulle (tom. I, lib. II, cap. v, n. 7) ita loquentem: Jure timebat Berullius ne in Gallia eveniret quod factum fuerat in Hispania, ubi PP. Carmelitani exegerant Constitutiones Teresianas, ut spurias substituerent: ita ut non amplius in Hispania moniales Reformationis S. Teresiæ jam existant, et ut cogantur Flandriæ, Italiæ et Germaniæ conventus qui Regula S. Reformatricis poliri cupiunt, accedere ad magnum conventum Lutetiæ Parisiorum. Quod ex Tabaraud haustum et allegatum invenis in ephemeridibus gallicis quibus titulus: L'Ami de la Religion (tom. LXXXI, pag. 406). Simili modo loquitur Marillac in libro de Erectione et institutione monialium S. Teresiæ in Gallia, edito Parisiis anno 1622: ubi (pag. 74) affirmat quæque Constitutiones quæ viva S. Teresia factæ sunt, in Gallia et melius observari et majoris æstimari quam ubivis terrarum, ac cœnobiales S. Matris virgines ad earum normam fideliter, imo fidelius quam alibi, illic institui. Quod si quis aveat scire quantum et quibus in rebus Carmeli Reformati Constitutiones inter se discrepent, comparet necesse est varias earum editiones hispanicas, italicas, belgicas, gallicas, etc.: quarum plures inspicere mihi licuit, v. g. Madritensem anni 1592 et Bruzellensem anni 1607; ne quid loquar de manuscripto authenticato Brevi Sixti V dato v Junii 1590, quod reperitur in Bruzellensi bibliotheca regia Manuscriptorum, sub num. 7398.

circumspecta
et solide tra-
ctare conabor.

1692 Ista igitur omnia, Teresiam certe proxime attinentia, a me ita disserenda sunt ut investigem quidnam S. Mater voluerit, fecerit, scripserit, sanxerit. Aliam interim omnem dissertationem, quæ non biographi S. Institutricis sit, sed historiographi Ordinis, plane devito. Atque insuper, cum hæc pro officio tractaturus accedo, procul a me abesse profiteor ut ullam hisce in rebus damnare aut taxare velim consuetudinem quæ usquam pro varietate temporum aut locorum in laudatissimo Ordine viguit vigetve. Næ judicii hoc sit in me temeritas, imo nefas sit, vel minime improbare omne id quod potestate apostolica (quæ fundatoribus Ordinum cunctisque religiosis Ordinibus longe major est) in hac illave sorte alicubi mutatum fuit constitutione modice regiminis, tametsi regiminis modus inter reliquas omnes Constitutiones Constitutio princeps dici mereatur. Ergo in nullarum inclinatus partium studium, S. Teresiæ facta simpliciter refero, et quæ dico, probabilibus conor munire historicis argumentis, nitens potissimum testimoniis scriptorum qui Sanctæ cœvæ vel suppare fuerunt, ac multo maxime, ubicumque potuero, auctoritate ipsius Teresiæ. Porro, cum in facto probando citatus testis plus polleat quam ratiocinium, quo clarius de afferendorum a me valore constet, plerumque allegabo ipsa auctorum quos testes invoco, verba, ut quodammodo lectores mei, cum judices una mecum pro tribunali sedentes, ex allatis tabulis collectisque testimoniis dicendi juris compotes fiant pro elicita perspectaque sibi veritate, aut, ubi hæc dubia mansit ob incerta instrumenta litis, ut judicium mecum

AUCTORE
V. D. M.

A suspendant, imitando Arcopagum, qui in causa ubi
jus inextricabile erat, litigantes redire jussit post
centum annos.

S. Virgo, licet
non intenderit
noctem erigere
Ordinem,

1693 Praenotare convenit (ex Chronico, lib. III, cap. XXXIX, num. 2) modestissima Virgini ne vel in mentem unquam venisset ut novam Religionem conderet (contra ac innuit Emery pag. XL), sed suam dumtaxat instaurare voluisse. Nam, ut testatur Gregorius XIII in Breve v. Junii 1580, studuit S. Reformatrix juxta primitivam regulam suam componere Institutum; atque, ut ait P. Joannes a Jesu Maria, regulam Alberti, ab Innocentio modice temperatam, et sub ipso temperamento pro primitiva habitam, tam cupide amplexata est ut primariam illam observationem quae Innocentii mitigationem antecessit, excelluerit (lib. I, cap. II). Quod si quis Ordinis successiones nosse cupiat, legere poterit in Chronico (lib. I, cap. XLVIII) qui B. Albertus, ex episcopo Vercellensi creatus ab Innocentio III patriarcha Hierosolymitanus, circa annum 1209 (vide Acta SS., tom. I Sept., pag. 576) primam Carmeli regulam compegerit; deinde quomodo anno 1248 Innocentius IV, ad instantias capituli generalis, sub B. Simeone Stock in Anglia celebrati, priorem regulam leniendo et in meliorem formam redigendo confirmavit; ac tandem quantum Eugenius IV anno 1432 hanc Religionem mitigavit, cujus ubere Sancta nostra in monasterio Incarnationis sequenti saeculo lactata et educata fuit. Speciales autem articulos reformati a Teresia Instituti nitide exhibet Ribera (lib. II, cap. I).

composuit
tamem Consti-
tutiones

1694 His praemissis, primo jam loco inquirendum mihi occurrit utrum Teresia fecerit reformati a se Ordinis Constitutiones. Extra controversiam, quod ad moniales attinet, hoc quidem esse oporteret, cum, ut brevi videbimus, multiplicia et certissima testimonia unanimi prope consensu Sanctam eas fecisse adstruant; attamen ratio agitando hanc de tanta re et pro Ordine et pro ipsius S. Matris gloria minime sane otiosam quaestionem, est quod non sat sibi consentiant graves nonnulli Ordinis Carmelitici scriptores, quando de primævis reformati sui Instituti Constitutionibus loquuntur. Ad unum quidem omnes, tunc praesertim cum exaltant legum suarum (quæ eximia plura sunt) prestantiam et sanctitatem, aut cum urgent earum executionem, dicunt has a S. Matre immediate profectas primitus esse, atque illas ipsas ex ejus mente et consilio apostolica auctoritate anno 1581 a capitulo generali sancitas: at, quando de libertate agitur monialibus in hoc capitulo concessa consulendi viros spirituales accendique confessarios, negant Constitutiones anni 1581 S. Teresiae proprie adscribendas, et insuper affirmant eam, meliora experientia doctam, parituisse concessisse aliquando a se hujus quoad confessarios libertatis. De posteriori hoc articulo circa confessarios delectum postea acturus, nunc refutabo eos qui S. Matri Constitutiones denegant. Quod ut præstem, aliquot ex his, non infimi certe subelli viros, qui dixere proprie Teresianas non esse priscas monialium Ordinis sui Constitutiones, prius citabo, referens ipsa eorum verba.

quæ male quidam Sanctam in protætu objudicant

1695 Primus itaque prodeat hujus sententia assertor P. Nicolaus Doria, qui in Memoriali quod anno 1590 compegit, quando totius Ordinis commissarius generalis erat, ita scripsit: Cum moniales (quæ cum Ven. Anna a Jesu ei, plura molienti et mutanti, obstitabantur) ad corroborandam suam opinionem pretendebant Constitutiones a S. Matre factas fuisse, sin malitia, apertissima saltem inscitia erat. Tametsi enim constet haustam esse majorem partem materiae Constitutionum ex ejus annotatio-

nibus, libris ac consiliis, vis tamen legis et virtus obligandi, quæ Constitutionum anima dici potest, non a Sancta, sed ab Ordine, ut a capite, derivabatur. Hæc ille, quem verum ad Constitutiones Ordinis sui pertinentium quarum esse oportebat; quippe qui cum Sancta Institutrice de penitiori Ordinis regimine tractaverat, qui interfuerat capitulo Complutensi ubi sancitæ fuerant Constitutiones, et qui, utpote commissarius generalis,ungebatur primario Ordinis sui munere. Similibus ferme verbis loquitur gravissimus scriptor Chronici (lib. VIII, cap. XXXVII), ita inquit: Concepta condendarum Constitutionum prima idea magnam partem a Teresia erat (sed, ut rectius lib. II, cap. I, num. 3, dicit, nil restringens: Teresiae erant in Constitutionibus res dictatæ, spiritus verbaque), legis vero robur ab Ordine, quia hoc legi tribuere ipsa nequibat: taliter ut diversimode Constitutiones et a Sancta sint et ab Ordine, qui etiam potuit ac subinde debuit eas immutare, prout revera, exigentibus rerum adjunctis, immutavit. Quare moniales quæ eas uni Teresiae adscripserunt, muliebri errore illuserunt sibi, et Religionem affecerunt injuria. Demum P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 39, not. 15) et auctor Chronici (lib. V, cap. XII, num. 11) referunt Ven. Annam a S. Bartholomæo in quadam epistola anno 1621 scripta (de ejus authenticæ ob acerbitatem styli plus quam dubium est) inter alia dixisse: Illi qui ad tuendum liberum confessariorum delectum imitti volunt Constitutionibus capituli Complutensis, contendunt a Teresia eas esse factas; sed non est ita.

1696 Ast multo magis falsum esse patet ipsum prædictorum ratiocinium quo Teresiae attribui posse negant Constitutiones non aliam ob causam quam quia Ordo eas confirmavit. Ullane enim hæc est ratio, ut Teresiana proprio verborum sensu esse desierint, ex eo quod capitulum eas ratas habuerit novamque vim legalem eis adjecerit? Certe simili omnino in casu ac pari ratione decem Constitutionum partes a S. Ignatio pro Societate sua compositæ Ignatiana permanserunt et ut tales ab omnibus prædicantur, licet tantummodo post S. Patris obitum congregatio generalis statuerit eas ratas ac firmas habendas esse, adeoque legali eas vi donavit quæ ante carebant (vide Institutum S. J. Congr. I, decr. XV post elect., et Orlandinum Hist. S. J. lib. X, num. 51 et 52): idque eo magis verum est, quod, si Ordinum religiosorum Constitutiones habendæ essent illius qui eis legale robur confert, non tam capitulis generalibus attribuendæ essent quam Summis Pontificibus, qui apostolica auctoritate ipsas condidit aut jam conditas muniri permittunt, sive interveniente sive non interveniente Ordinis capitulo. Quare mirum profecto est P. Nicolaum Doria, P. Franciscum a S. Maria, et (saltem ut perhibent) Ven. Annam a S. Bartholomæo, trinam hanc S. Matris spectatissimam prolem, insigne id sertum factorum ab ea Constitutionum de capite ejus velle demere, atque factum constans et patens negare imbelli adeo ratiocinio, quasi non composuisset eas, ex eo quod Ordo ipsas confirmavit, et quasi omnes qui dixerunt conditas a S. Matre Constitutiones, aliud asseverare in animo habuissent quam eam Constitutiones excogitasse et exurasse, sive earum subministrasse materiam et essentialem formam; quævis admitterent capitulum generale, verba redigendo, dolandoque suggestum a Teresia sensum, addidisse forsitan accidentalem, et sanciendo eas novo vestisse robore.

1697 Ergo, non obstante hac Constitutionum a capitulo ratihabitione, modo demonstraverim Teresiam aliquando pro sequiori sexu Ordinis sui Constitutiones,

quod Ordo eas confirmavit.

E

Fecisse Sanctam Constitutiones quæ in usu fuerunt ante annum 1581, probatur

A stitutiones, non solum eas quae vixerunt in primo suo conventu Abulensi et in fundatis postea a se ante annum 1581 aliis monasteriis, composuisse, sed illas quoque quae in generali capitulo confirmatae sunt, ordinasse, sin quoad verba, saltem quoad substantiam, confecta res erit, neque ulli alteri quam S. Matri obvio verborum sensu adscribi haec poterunt, ac Teresiana summa verborum proprietate erunt nuncupanda. Teresiam autem recte fecisse monialium suarum Constitutiones imprimis pro suo conventu Abulensi et dein pro reliquis a se ante capitulum generale anni 1581 erectis conventibus, nec clarius nec optius referre possum quam ipsis *Chronici* verbis. Postea quæram utrum S. Matri etiam illae Constitutiones attribui possint aut debeant quae prodierunt ex capitulo generali anni 1581. Audi igitur jam *Chronicum*: Spiritus quem Deus communicavit gloriose nostrae Reformatrici, tantopere illustratus fuit ad docendum, tanto robore auctus ad operandum, ut, cum exiguus ei videretur rigor regulæ primitivæ, ei superaddiderit pedum nuditatem, cibi vestiumque vilitatem, strati duritiem, asperitatem disciplinæ, orationem mentalem ad duas horas protractam, et huic præviam lectionem spiritualem, examen conscientiae, aliasque observantias; quæ Regulæ (S. Alberti) additæ constituunt vivendi modum multo rigidiorum, arduum et perfectissimum: atque hæc observantiae, quas Excalceatus noster Ordo fundamentales vocat (sustinent quippe pondus omnium reliquarum, vigorem tribuentes animæ), in tantum Sanctæ adscribendæ sunt ut religiosi et primi ejus in Ordine reformando coadjutores ab ea ipsas susceperint, ipsæque etiamnum servari pergant integre prorsus, prout eas S. Mater in suo Abulensi conventu plantavit. Et quoniam decebat ut non minus in modo observandi regulam et hæc gravia documenta, quam in conventus gubernio, uniformitas, quæ animos in vinculo pacis conjungeret, haberetur, addidit alia monita, prudentia et sagacitate conspicua. Porro prudentiæ atque experientiæ præceptum est, ut annotat Cassiodorus, res magnas et momentosas non uni credendas esse memoriæ, quæ, si gesta conservat, mutat verba et pedetentim utraque obscurat; et propterea eas recte litteris mandari, quo certius uno semper modo intelligantur. Quæ considerans S. Mater statuit scribere quæcumque sibi ad hanc uniformitatem conducere viderentur. Intendit hæc in re divina

C Providentia (nam Dei consilio id factum est) ut imago hujus sanctæ animæ, translata in librum et inde in suas filias, has ad ejus amussim ordinaret et normam, reddens eas puras, spirituales et sanctas. Communicavit sua de Constitutionibus scripta cum P. M. F. Dominico Bañez, suo pro tempore confessario, eoque jubente illa obtulit Ill. D. Alvaro de Mendoza, episcopo Abulensi hujusque conventus prælato, ut per ejus approbationem consequerentur meritam auctoritatem. Hæc scilicet est universalis uniformisque traditio monialium et Fratrum, testantibus omnibus veteranis a S. Matre nostra Constitutiones conditas fuisse, ut conventui S. Josephi primum usui forent. Quod et constat ex Brevi Pii IV, expedito Roma xvii Julii MDLXV (quo tempore unus conventus Abulensis penes eam erat), quo Pontifex, petente S. Matre, confirmat Constitutiones ab ipsa factas. Ambo gravissimi ejus biographi, qui eam noverunt, cum ea egerunt ejusque exceperunt Confessiones, P. Doctor Franciscus Ribera S. J. et R. D. Episcopus Turiasonensis Fr. Didacus de Yepes, in singularibus capitulis affirmant Constitutiones a Sancta factas fuisse: et posterior has late prosequitur. Ac pro

ejus testimonio idem asserunt auditores Rotæ in Relationibus a se confectis pro canonizatione nostræ Sanctæ.

1698 Anno MDLXVI venit in Hispaniam R. P. Joannes Baptista Rubens Ravennas. . . . Dedit hic Sanctæ licentiam plura monialium monasteria fundandi, adjecta conditione ut Ordini subessent, novumque postea mandatum dedit condendi novas Constitutiones, communes pluribus conventibus, et addendi Constitutionibus pro monasterio Abulensi conscriptis quidquid sibi in hunc finem necessarium videretur. Loquens nostra Reformatrix de multis bonisque officiis quibus P. Gratianus Excalceato Carmelo profuerat: « Fecit, inquit, Constitutiones pro Fratribus; nam nos moniales a » Reverendissimo Patre Generali jam Constitutio- » nes acceperamus. » Quoniam hæc verba occasionem dare possent cogitandi Constitutiones a nostra Sancta non fuisse conditas, verum aliunde acceptas, advertenda est non tantum magna ejus humilitas, qua cupiebat non se, sed prælatum, earum auctorem agnoscere, sed et alia magis legitima facienda est consideratio. In legibus scilicet inventio, verba, dispositio et inter eas servatus ordo probe distingui debent ab auctoritate et vi obligandi. Illud subditi opus esse potest, hoc opus est solius prælati. Sic videmus pragmaticas sanctiones et leges regias communiter consiliariorum opus esse, sed vis et auctoritas ex approbatione et subscriptione regis nascitur. Ad hoc absque dubio attendit S. Mater, quando non humilis tantum, sed et sapiens, dixit Constitutiones monialium a R. P. Generali confectas fuisse; quoniam is eas fecit qui eis auctoritatem addidit. Quocirca non nego inventionem, verba, ordinem, et quidquid reliqui per inferiorem fieri poterat, Teresiana esse. Præterea, ut ait P. Gratianus in prologo Constitutionum anno 1588 Madriti impressarum, hausit S. Mater quædam, suæ Reformationi non adversa, ex antiquis Constitutionibus generalibus, quas R. P. Generalis ad reformandos suos subditos fecerat. Ita hæc *Chronicum* (lib. 1, cap. 1). Atque Ribera (lib. II, cap. 1), postquam enumeravit notabiliores Reformati Carmeli regulas, idem sequentibus dicit verbis: Has omnes Teresia Constitutiones digessit et decrevit, accepta ad hoc per Pii IV diploma, xvi kalendas Augusti anno 1565 concessum, potestate: qui Summus Antistes, cum per hoc concessisset ut Constitutiones conciperet, easdem post digestas ni-

hil moratus approbavit.

1699 Hic tamen Ribera, una cum P. Montoya (diss. III, num. 62) aliisque multis qui Riberam exscripserunt, corrigendus est: nam in primigenia etiam editione anni 1590 erronee dicitur Pius IV die xvii Julii 1565 permisisse ut Constitutiones fierent. Pius enim designato hoc tempore approbavit quidem modo factas; facultas vero eas faciendi data jam erat vii Februarii 1562. Simili quoque, sed contrario errore, P. Helyot in sua *Historia Ordinum religiosorum* dicit Constitutiones Teresianas jam xi Julii 1562 a Pio IV approbatas. Idque habetur non solum in variis operis illius editionibus, sed etiam in versione italica. Idem quoque error occurrit in concervata ista impietatum et mendaciorum farragine quæ gallice *Encyclopédie méthodique* inscribitur. At non vacat refutare ineptias quæ isthic pro more reperiuntur, et ubi de Jurisprudentia (art. Carmélite), et ubi de Historia (art. Thérèse). Ibi exempli causa dicitur Teresia jam anno 1536 inchoasse Ordinis reformationem, hic vero plura de Sancta nostra proferuntur vel falsa, vel quæ certa sunt, sceptico modo.

AUCTORE
V. D. M.
D

*e Chronico, cui
subjungitur
testimonium
Ribera*

E

F

In hoc nota-
tur error, ut
et in Helyot,
at multo ma-
xime in Ency-
clopædia gal-
lica.

AUCTORE
V. D. M.
Illud quoque
probat e Di-
plomatæ pos-
sionis, atque
autentice.

A 1700 *Opera pretium est hic paucis repetere utriusque pontificii Diplomatis excerpta, prioris nempe quo datur facultas condendi statuta, et posterioris quo condita approbantur. Scilicet dicit Pius IV anno 1562: Super his quæ felix regimen et gubernium ejusdem monasterii concernent, quæcumque statuta et ordinationes licita et honesta et juri canonico non contraria condendi, et postquam condita et ordinata fuerint, illa in toto vel in parte juxta temporum qualitatem in melius mutandi, reformandi, alterandi, et etiam in totum tollendi, eaque abrogandi, ac alia similiter condendi, licentiam et liberam facultatem impartimur. Ac tam condita quam mutanda, reformanda, alteranda et de novo condenda statuta et ordinationes hujusmodi apostolica auctoritate ex nunc pro tunc et e contra confirmata fuisse et esse ac inviolabiliter observari debere. . . . decernimus, Anno vero 1565, cum postulatum esset ut omnia quæ eatenus acta fuerant, confirmarentur, respondet Pontifex: Nos igitur vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, erectionem monasterii, indultum, voluntatem, statuta, obedientiam eidem Ordinario ex indulto prædicto super dicto monasterio ac dilectis in Christo filiabus Teresa de Jesu nunc moderna Abbatisa, seu Matre forsitan nuncupata, Maria Elisabeth et Anna de Angelis, olim in monasterio monialium Incarnationis extra muros Abulenses, nunc vero in dicto monasterio S. Josephi degentibus, ac aliis dicti monasterii monialibus pro tempore existentibus, debitam dandam, et decreta ac omnia et singula alia in eisdem litteris contenta et inde secuta quæcumque, licita tamen et honesta, sicut rite et provide gesta sunt, rata et grata habentes, illa apostolica auctoritate confirmamus et præsentis scripti patrocinio communimus. Atque idem innuit Breviarium Romanum, dicens: Severiorem veterum Carmelitarum regulam, Deo afflante et Pio IV approbante, primum mulieribus, deinde viris observandam proposuit. Adhuc in Vita Ven. Balthasaris Alcares, mortui anno 1580, ait Ven. Ludovicus de Ponte (cap. XI, § II) eum in faciendis Constitutionibus Teresiæ auxilium præstitisse. Quod autem ad recentiores attinet, unus pro omnibus esse potest P. Fredericus a S. Antonio (lib. IV, cap. X), cujus verba in numerum mox secuturum citanda differimus, ubi uno ictu duplici questionem amputandæ subservient.*

C et quæ in spe-
ciem contraria
sunt, expli-
cantur.

C 1701 *Ex iis omnibus sequitur manifestum esse S. Matrem saltem pro primo suo Abulensi et subsequentibus a se erectis conventibus Constitutiones scripsisse: ita ut mirandum sit Marillæ et Boucher in libris jam citatis affirmare domos quæ sectantur Reformationem S. Teresiæ, anno 1580 necdum Constitutiones habuisse, sed Sanctam catenus fuisse vivam regulam domorum Reformationis suæ. Verum Boucher in Vita S. Teresiæ (tom. I, pag. 393) rectius loquitur, et Constitutiones antea fuisse factas agnoscit. Neque quis dicat primas eas Abulenses Constitutiones auctorem habuisse Præpositum Ordinis Generalem, non vero Teresiæ. Dicit quidem ille, in suo ad Teresiæ die XVI Maji 1567 misso diplomate, Constitutiones illas esse suas; ac ipsa Sancta ait (Fund. cap. XXIII, num. 8) moniales, priusquam Gratianus primas Constitutiones pro Fratribus compingeret, jam sibi proprias tenuisse a B. P. Generali acceptas. Sed hic, ut advertit auctor Chronicæ in iis quæ supra ex eo allegata sunt, humilis Teresia facturum Constitutionum honorem tribuit R. P. Generali qui eas approbarat, ibi vero idem Præpositus in publico diplomate pro dignitate nuncupat suas quas sancerat leges, quamquam a Teresiæ*

D erant compositæ ex facta sibi ab apostolica Sede potestate. Atque hoc diserte affirmat Sancta in sua ad Moyam epistola (quam vide num. 1632), dicens: Brevi papali adepta sum facultatem condendi Constitutiones; et cum huc venit R. P. Præpositus Generalis, approbavit illas: ac modo per omnia quæ fundavi carobia observantur.

1702 *Hactenus dicta e multis quos volvi libris Carmelitanis operose et studiose collegeram, atque hæc mea manuscripta typographo proxime excudenda tradideram, ut locus qui me hucusque præterierat, occurrat mihi in Anno Teresiano (tom. VII, pag. 159), quo omne hæc super re dirimitur dubium. Videlicet P. Antonius a S. Joachim, auctor illius tomæ (qui a congregato Madriti diffinitorio Ordinis XIV Februarii 1757 approbatus est, et sequenti anno ex Madritensi officina vulgatus), Madriti S. Teresiæ autographum primigeniarum earum legum codicem exstare affirmat sequentibus verbis: Originales quales S. Teresiæ manu exaratæ sunt leges, quas ad usum primi sui Abulensis S. Josephi conventus condidit, hodieque existunt in Madritensi Ordinis nostri archivo. Codex est forma, ut dicitur, in quarto, numeratque viginti quatuor paginas. Duabus ante scriptum a Sancta textum paginis duæ habentur aliena manu formatæ lineæ, hæc exhibentes vocabula: « Constitutiones nostri Sancti » Ordinis Carmelitissarum Excalceatarum. » Et dein tertia adhuc manu subscriptum est: « Erant » in conventu Carmelitissarum Excalceatarum » Methymnæ del Campo. » Venit deinceps scriptura S. Fundatricis, hoc modo: « J. M. Constitu- » tiones ad usum sororum Ordinis Domine Nostræ » Montis Carmeli primitivæ Regulæ, sine relaxa- » tione, datæ a Rev. Generali dicti Ordinis, anno » 1568. » . . . Postremæ voces illarum Constitu- » tionum hæc sunt: « Nemo ampliorem sibi arroget » licentiam, nec ullam agat pœnitentiam sine fa- » cultate. Deo gratias. » Codicis volumen compa- » ctum tectumque est levi africano corio, non sine aureo ornatu. Anguli obducti argento sunt, et fabrefactis ex eodem metallo fibulis clauditur. Utrunque in plana codicis parte scutum exstat, quorum alterum hanc fert inscriptionem: « Con- » stitutiones originales N. Matris Sanctæ Teresiæ a » Jesu; » alterum vero: « Ex pietate Reverendorum » Patrum generalium Indiarum procuratorum. » Mirum profecto tam altum duobus fere sæculis de momento eo autographo silentium. Mirum Consti- » tutiones illas postremis etiam Operum Teresianorum editionibus exulare.*

Denique res
conficitur e su-
perscriptis Con-
stitutionum
illarum auto-
grapho.

1703 *Probatæ ergo priore positionis meæ parte, scilicet saltem Constitutiones monialium pro conventibus ante capitulum anni 1581 fundatis factas esse a Teresiæ, probanda superest posterior, ostendendo quid ipsa præstiterit in condendis iis quas capitulum anni 1581 ratas habuit. Jam supra de his loquens, citavi verba auctoris Chronicæ, diserte dicentis in Constitutionibus a capitulo confirmatis a Teresiæ fuisse res dictatas, spiritum verbaque: El dictamen, espíritu y palabras fue de la Santa. Atqui, ut jam observavi, si in iis res dictatæ, spiritus et voces a S. Matre proveniebant, quis neget ei, atque ei soli, jure meritissimo, si verborum proprietati inhærens, illas adscribi posse ac debere? Nec quid obstat (quod ille auctor subjicit) auctoritatem et vim obligandi ac verborum ordinationem a capitulo fuisse; siquidem hoc non imminuit veritatem assertionis Teresiæ suppeditasse Constitutionum materiam et formam essentialem: quod abunde sufficit ut genuina Constitutionum parens ipsa habeatur. Quamobrem censendus est Chronicæ auctor omnino perperam alibi dixisse,*

Sancta illicen-
da est eaz quo-
que fecisse
anni 1581.

AUCTORE
V. D. M.
atque ex Pa-
tribus Excal-
ceatis,
D

A dixisse, moniales quæ allegaverant ut a sola Teresia factas Constitutiones, fuisse muliebriter deceptas, et ipsi Religioni injurias. Atque hoc utrumque eo magis a vero abhorret, tum quia id quod moniales asseverabant, perspectum esse debebat toti familiæ Carmelitanae, tum quia ab eorum causa stabant doctissimi et probissimi viri, quales erant archiepiscopus Eborensis, Ludovicus de Leon, Dominicus Banez, ac ipse S. Joannes a Cruce, qui, uti in Chronico (l. viii, c. xlv, n. 6) dicitur, monialium, ob notam sibi earum innocentiam et veracitatem, semper fuit pater et patronus, imo qui autumabatur a consiliis fuisse Ven. Annæ a Jesu, antesignanæ sororum suarum, quæ sartam tectam cupiebant eam accersendi confessarios libertatem quam concesserat S. Mater, et quam firmam habuerat generale capitulum anni 1581.

quod probatur
ex Ribera,
Yepesio et
Actis canoniza-
tionis,

1704 Ast, ne dicta repetam, cum jam supra argumentatus sim de præfato Chronici loco, recensimus modo alios qui etiam posteriores has Constitutiones Teresiae asserunt. Alter igitur opinionis quam tuor, vas, factique quod refero, testis sit Ribera, qui immediate post locum quem num. 1698 ex ipso attuli, ita prosequitur: Constitutiones a Teresia conceptæ et digestæ atque a Pio IV approbatæ, etiamnum ipsa superstitæ, eadem apostolica auctoritate fuerunt confirmatæ Compluti in quodam Patrum Excalceatorum capitulo tempore quadragesimæ anni 1581, per P. Joannem de las Cuevas Ord. Præd., ad hoc speciatim negotium a Summo Pontifice delectum, et P. Hieronymum Gratianum a Matre Dei, eorundem Excalceatorum provincialem, ac per ipsos diffinitores. Has ipsas septennio post sanctiones singillatim, facta singulorum titulorum qui capitibus illarum præfixi erant, mentione, probavit auctoritate sua Reverendissimus Caesar Specianus episcopus Novariensis, Sixti V P. M. in Hispania Nuntius, deditque eis in perpetuum firmitatem die x Octobris MDLXXXVIII (non 1584, ut in Ribera per mendam habetur, neque 1585, ut in P. Joanne a Jesu Maria et in pluribus passim). Nec minus aperte quam Ribera, id Yepesius enuntiat, libro secundo ita inscribens titulum capiti xxxvii: Ubi ponuntur præcipuæ Constitutiones quas Teresia fecit pro regimine monasteriorum filiarum suarum. Et antequam statuta ejus verbotenus referat, præmittit sequentia verba: Constitutiones quas hic dabo, iisdem enuntiabo verbis quibus ipsa eas scripsit, non tamen eodem ordine, quia tantum volo adducere præcipuas. Illas autem extraxi ex antiquis Constitutionibus quæ vivente adhuc Teresia typis editæ et observatæ fuerunt. Ergo, teste Yepesio, illæ Constitutiones quas ipse eo capite exhibet et quas præcipuas jure appellat, a S. Matre ipsissimis exaratas fuerunt verbis quibus anno 1581, paucis post capitulum generale mensibus, instante Teresia et curante Gratiano, Salmanticae vulgatæ sunt. Quæ omnia sedulo sunt notanda; nam in gravi de libertate circa delectum confessariorum secutura disquisitione serio agendum erit argumento ex his verbis deprompto. Porro Acta canonizationis consonant dictis Ribera et Yepesii. Relatione enim secunda auditores Rota sic habent: Fundamentum summæ prudentiæ B. Teresiæ elicitur ex legibus et Constitutionibus quas tulit ad istius Religionis regimen et gubernationem, adeo prudentes ut ex illis facile dignosci valeat illam divino lumine in illis condendis fuisse illustratam. In quibus inter alia illud valde notandum est (et de quo etiam sapientissimi viri mirantur), nempe illa temperies suavitatis et auctoritatis qua istam Reformationem instituit (num. 1237 hujus Commentarii).

1705 Quin Patres Excalceati illi ipsi qui putant S. Matrem mutavisse mentem circa copiam adhibendi confessarias, innumeris locis affirmant eam fecisse Constitutiones. Præter Chronicum jam citatum audi unum alterumve e multis, imprimis P. Fredericum, qui (lib. iv, cap. x, num. 11) sic ait: Constitutiones pro monialibus composita fuerunt a S. Matre Abulæ, examinatæ a P. Dominico Banez ejus confessario, approbatæ a R. D. Alvaro de Mendoza episcopo hujus civitatis, et confirmatæ generali formula a Pio Papa IV, dato Brevi die xvi Julii MDLXV. Deinde R. P. Generalis J. B. Rubeus, cum dedisset S. Reformatrici amplam licentiam erigendi nova monialium monasteria, ei mandavit ut Constitutiones ordinaret quæ omnibus conventibus aptæ essent, easque approbavit. Deinde revisæ fuerunt in primo capitulo provinciali Reformatorem, congregato Compluti anno 1581, approbatæ firmatæque subscriptione provincialis et diffinitorum, quorum unus erat S. Joannes a Cruce. Additque aliquot post lineas: Secundum P. Ambrosium a S. Angelo, in epistola præmiali ad Ordinarium seu Cæremoniale monialium nostrarum, supponuntur Constitutiones monialium nostræ Congregationis juxta originalem S. Matris scriptionem editæ esse. Item audi P. Ferdinandum a S. Maria, Præpositum Generalem Congregationis S. Eliæ, in suis ad moniales anno 1630 datis encyclicis, quæ præfixæ sunt Constitutionibus cum licentia Præpositi Generalis Honorati a S. Maria gallice editis anno 1835 in Belgio (sed innominatis typis), ubi inter alia dicit sequentia, quæ cogor e gallico in latinum vertere, cum desit mihi primigenius textus: Sciatis ergo, dilectissimæ Matres, has ipsas Constitutiones, quæ in hac Congregatione a xii Decembris MDXC in usu sunt, et quas quatuor moniales Genuam, ubi primum conventum fundarunt, secum tulerunt ex Hispania, sciatis, inquam, eas esse illas ipsas Constitutiones quas S. Mater nostra composuit, docuit et observavit a tempore quo primæva introducta fuit observantia. Hæ Constitutiones proin Ordinis capitulo non fuere propositæ et datæ monialibus nomine S. Matris aut ut ab ea composita, sed publicatæ sunt nomine ipsius capituli ob magnam viventis tum adhuc Sanctæ humilitatem, et etiam quia ei videbatur, si a capitulo proficiscerentur, plus ipsis auctoritatis et æstimationis accessurum, meliusque ipsas observatum iri. Atque ea ratione capitulum has Constitutiones auctoritate apostolica approbavit. Dein probat e Ribera loco supra citato, illas ipsas a S. Matre esse et factas et observatas: notatque Nuntium apostolicum Specianum, eas singillatim approbando, dixisse: Hæ sunt Constitutiones a S. M. Teresia factæ, atque Sixtum V Brevi v Julii 1590 dato itidem dixisse esse a S. Matre compositas, sequi eas qua tales confirmare. Quibus autem verbis usus sit Gregorius XIV, ignoro; non enim mihi, quantumvis multa perscrutato, contigit Brevis illius compoti fieri. Eo autem magis miror id exulare tum a Chronico (præter excerpta quædam) tum ab Ordinis Bullario, quod pro fundamento habeatur et allegetur introductæ circa confessarios disciplinæ. Citari quoque peropportune posset P. Ludovicus a S. Teresia, ex Appendice ad Annales Carmeli Excalceati Gallici, ubi de monialibus (cap. xlvii et xlviii); sed, ne longior sim, abstinco his aliisque afferendis, eo magis quod tantum repetita e Chronico eorum plerumque voces sunt: adeo sibi sunt similes.

1706 Post talia igitur testimonia tot tantorumque virorum, aperte dicentium a Teresia exivisse Con-
stitutiones,

AUCTORE
V. D. M.
epistologus Sanctae
epistolae
ita ut res hae
autem contro-
versiam non
debeat.

A stitutiones, non jam amplius locus relinquitur dubitandi de iis uni S. Matri adscribendis. Hoc tamen adhuc confirmatur e pluribus ejus epistolis. Scilicet, ut dicitur epistola 27 tomi III (numero 7, ac nota 21) et epistola 28 ejusdem tomi (numeris 1 et 8, ac notis 1, 3 et 12), a Gratiano per Teresiam corrogatae fuerant ex omnibus conventibus annotationes de mutationibus in Constitutionibus faciendis, quae annotationes recensendae veniebant ad Teresiam: hae tum eas videbat et revidebat, atque emendabat, propriasque sibi faciebat; ita ut quidquid ad capitulum deferretur, ipsius Sanctae postulata essent: tamque sedulo parva aequae ac magna in Constitutionibus ponenda S. Mater Patribus capituli suggererat, ut nil fugisse perspicax ejus iudicium dicendum sit, utque ejus memorialia, prout loquitur P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 28, not. 3), complecterentur omnia quae in Constitutionibus innovata fuere. Proin ex Constitutiones Teresianae sunt quae in Complutensi capitulo redactae fuerunt, typisque Salmanticensibus eodem anno 1581 vulgatae, ac Madritensibus ope Ven. Annae a Jesu anno 1588 revulgatae, ac tertio Bruxellensibus anno 1607; atque illae S. Matris mens, qualem versus **B** finem vitae suae circa varias Ordinis sui res habuit, cerni potest. Absit tamen ut inde concludam S. Matrem, si tempore Sixti V et Gregorii XIV in vivis fuisset, vel minimam animi aut iudicii aversionem naturalem (de ejus obedientia in exequendo, utpote quae perfecta erat, non loquor) habituram fuisse a mutationibus quas illi Pontifices in Teresianis Constitutionibus fecerunt. Nam tempori accommodare se norat, tenax quidem propositi, sed sapienter, ita ut ipsamet in iis quae primum statuerat, nonnulla mutavit: v. g. circa conventuum reditum, ad quem omnes propendebant; circa monialium numerum, quem ultimo non quidem magnum volebat, sinebat tamen majorem quam personarum in quoque conventu tredecim, quot prius fixerat; circa sorores veli albi seu laicas vel conversas, quales ante Ven. Annam a S. Bartholomaeo, quae prima admissa talis fuit, noluerat, etc.

§ LXXXVIII. Quid S. Mater senserit circa delectum et copiam confessoriorum pro monialibus suis, et nunc sententiam suam hac super re aliquando mutavit.

S. Mater initio voluit
non illam con-
fessoriorum
copiam.

Diluta jam difficultate de primario unde Constitutiones emanarint fonte, hisque Teresiae assertis, enucleanda venit questio altera de facta a S. Matre filiabus suis copia accersendorum etiam extra Carmeli Ordinem confessoriorum spiritualiumque magistrorum. Haec questio connexa est cum praecedente, siquidem agitur de una e primariis Constitutionibus, et quidem de ea quae potior causa fuit cur de genuino Constitutionum auctore disceptatum sit, et cur quidam S. Matri abnegarint propriam legum Carmelitarum genituram. Proin eo attentius a me agitata est haec controversia, quod occasionem olim praeberit multis in Ordine concertationibus, in quibus inelamata fuit S. Matris auctoritas. Ejus ergo super hac articulo mentem pro munere indagabo solenter, cum e testimoniis praecipue Riberae et Yepesii, tum ex ipsius Sanctae scriptis. Prius tamen, sicut initio

paragraphi superioris feci, hic iterato profitendum duco, me mera facto historico scrutando uniusque pungendae Teresianae historiae immorari velle, nolle vero exspatiari in campum non meum, neque excurrere in subsequentem Ordinis historiam, multoque adhuc minus improbare vigentem hodie disciplinam. Omnes, quaecumque pro secutis temporibus amplectantur sententiam, sateri coguntur S. Matrem initio reformati a se Carmeli magnam circa hoc libertatem filiabus suis non solum concessisse, sed et illius voluntatem fuisse ut perpetuo haec concederetur. Nihil aperte quam ut in dubium revocetur, hanc suam mentem manifestavit in libro ad usum Abulensis suae domus anno circiter 1565 conscripto.

1708. Nempe cap. IV et V. *Via perfectionis, consilium dans iis e filiabus quae sentirent confessorium suum sibi esse noxium, declarat ipsis plurimum confessoriorum factam esse copiam, quin tamen haec se extendat ad eorum permultos assumendos.* Consultissimum tunc foret, inquit, praeposita indicare non bene animae suae cum isthoc confessorio esse, atque alium confessorium deligere. Hoc porro securissimum et tutissimum est, si modo sine aliquo honoris ipsius detrimento fieri possit. Hoc autem in casu et aliis ei similibus, in quibus magnarum molestiarum et malorum pedicas homini nectere diabolus posset, et in quibus quid facto opus sit, non satis constat, longe optimum fuerit cum aliquo erudito viro satagere conferre (ad hoc enim, si quando opus est, facultas et libertas apud nos cuivis datur) nec non ei confiteri, ac quidquid ipse hoc in genere praescripserit, facere. Nisi enim aliquod remedium daretur et concederetur, gravissimis erroribus janua panderetur. Quam multi enim in mundo errores committuntur, quod in rebus agendis sine consilio procedatur, praesertim cum de damno alicui inferendo res est! Nullatenus ergo omittere debemus consilium et remedium aliquod hac in re suggerere: etenim, cum hac nos via diabolus adoriri incipit, magna haud dubie inde mala consequuntur, nisi quam celerrime filum hoc praecidatur. Quapropter, quod de alio confessorio deligendo dixi, longe optimum videtur, si modo ulla ad hoc faciendum sit commoditas, quam cum Dei gratia minime defuturam spero. . . . Quod si autem confessorius sit vanitati deditus, hoc profecto satis est ad omnes moniales perturbandas, cum conscientiae ipsarum aliter ipsis faciendum dicent quam confessorius ipsis indicet: et, si unum et solum dumtaxat confessorium habere cogantur, quo se vertant nesciunt, aut quomodo, pulsas molestias, ad quietem sint perventurae; quia ille damnum iis infert, cujus erat ipsum tollere et praevinire. Multas id genus difficultates et molestias in nonnullis locis occurrere credo; quorum me miseret: quare nolite mirari, si tanto vos impendio hujus periculi commonere satagam.

1709 Non sinat, obsecro, per misericordiam suam Deus, ut aliqua de domo hac monialis in eam quam dixi molestiam incidat, ita ut et quoad animam et quoad corpus angustiatam se inveniat; quod fiet si praeposita et confessorius ita bene inter se conveniant ut nec huic de illa nec illi de ipso quid moniales indicare audeant: unde contingat ipsas tentari, ad gravissima etiam peccata inter confitendum subticenda, quod vereantur ne aliquam sibi inquietem accersant. Quantum, Deus bone, damni inimicus hic inferre potest, et quam caro ipsis mala haec restrictio et honor constat! Religionem et monasterii sui honorem permultum se promovere putant, quod unum dumtaxat confessorium habeant: interim tamen diabolus hac

probat ex
decretorio libri
ejus loco.

ubi damna
saepe oritur.

A via animas luescere et capere satagit, cum alia id facere nequeat. Si enim afflictæ sorores alium confessarium petant, mox omnis ipsis Religionis observantia ac disciplina penitus pessum ire videtur; aut si alterius is Ordinis sit, tametsi singularis vir sanctitatis, magnam se universo Ordini, quod vel dumtaxat cum illo subinde conferatur, infamiam et probum inferre credunt. Singulares Deo gratias agite, filiae, et cum ob libertatem qua jam fruimini, laudate; quæ esto se ad permultos assumendos confessarios non extendat, cum aliquibus tamen, præterquam ordinariis confessariis, vobis agere et conferre concessum est, ut in omnibus vos illuminare et instruere possint. Et hanc ipsam sanctam libertatem semper ut procuret et ab episcopo aut provinciali instanter petat, quæcumque futura superior est, per amorem Dei rogo: ut scilicet præter ordinarios confessarios interdum tam ipsi quam aliis omnibus cum aliis viris doctis conferre et agere intimumque animæ suæ sinum iis aperire liceat; præsertim si confessarii eruditi non sint, quantumvis boni et sancti.

maxime et
confessarius
non sit doctus,
exponit.

B 1710 Non permittat Deus ut in omnibus dirigi seipsas patiantur ab aliquo qui doctus non sit, quemcumque demum habere spiritum videatur vel de facto etiam habeat. Doctrina et eruditio permagni sunt momenti ad omni in re lucem dandam; et erunt fortasse nonnulli in quibus utramque hanc dotem invenire sit: et, quo maiorem vobis in oratione gratiam Dominus elargietur, eo opera et oratio vestra firmitus habere fundamentum et magis solida esse debent. Hoc saltem scitis, primum hujus fabricæ lapidem bonam esse debere conscientiam, et omnibus vos viribus committi oportere ut puram, etiam a venialibus, habeatis conscientiam, et semper quod perfectissimum est sectemini. Omnes vulgo confessarios isthoc seire putabunt; sed graviter errant. Contigit quippe me cum aliquo qui universum theologiæ cursum absolverat, de rebus ad conscientiam spectantibus agere; qui per ea quæ mihi dicebat, utpote quæ valde parvi momenti erant, non parum mihi nocuit: scio autem illum ex industria decipere me noluisse; et ut deciperet, nulla eum movebat ratio. Sed quid? Melius non sciebat. Idem deinde etiam cum aliis duobus aut tribus mihi accidit. In hoc vero omne nostrum bonum situm est ut veram lucem habeamus ad Dei legem quam perfectissime observandam. Illius basi optime superstruitur oratio; et sine forti ac solido hoc fundamento omnis superstructio collabatur: adeo ut cum viris et spiritu Dei et doctrina donatis vos agere necesse sit. Siquidem fieri non possit ut confessarius utramque hanc dotem habeat, procuret ut saltem subinde per annum alteri liceat confiteri; et, si forte vetemini aliis quam ordinario confiteri, illis quales dixi, etiam extra confessionem animæ statum aperire et de rebus ad eam pertinentibus cum iis agere procuret. Plura etiam dicere audeo, scilicet, tametsi omnes omnino confessarius dotes haberet, nihilominus id quod dico, subinde usurpari et locum habere debere. Fieri quippe possit eum errare; unde consultum est præcavere ne per unum eum universæ in errorem trahantur: semper tamen ad obedientiam respectus habeatur, ne quid in ipsam peccetur. Nam nullum est malum, quia aliquod adversus id sit remedium: et vel anima una digna est ut illius bono et incolumitati omnimodis prospiciatur; quanto vero magis multarum animarum?

et magis bono;
si defectus
is concedatur,
promittit.

C 1711 Quidquid hic dixi, ad præpositam spectat: unde eam iterum atque iterum rogo, ut, cum nulla alia in hac domo quam animæ consolatio

queratur, hujus quoad hoc consolationem procuret: varias namque Dominus habet vias quibus animas conducat, et unus confessarius non novit universas. Hoc porro vobis promitto, nunquam viros spirituales defuturos, qui libenter vobiscum agere et animas vestras consolari volent, dummodo sitis quales esse debetis, esto sitis pauperes. Qui enim corpora vestra sustentat, etiam aliquos excitabit quibus desiderium inspiret ad animabus vestris lumen aliquod quam libentissime instillandum et hoc (quod maxime vereor) malum avertendum. Et si forte contingeret ut diabolus confessarium per falsa aliqua dogmata decipere tentaret, ubi tamen is videbit etiam alios vobis confessarios suppetere, sibi cavebit, et in omnibus quæ facturus est, longe erit circumspectior. Hac ergo janua diabolo præclusa, nullam aliam, qua ingrediatur, in hac domo illi futuram in Domino confido. Quocirca ex amore Dei episcopum vel superiorem quemcumque futurum rogo ut hanc monialibus libertatem indulgeat, ut, cum viri fuerint qui doctrina et virtute dotati erunt (hoc namque tantillo in oppido, quale hoc ipsum est, facile intelligitur), ipsas non impediatur aut prohibeat quo minus his subinde confiteantur, esto alios ordinarios confessarios habeant. Ad multa enim id expediens esse scio, et, quod inde promanare damnum potest, nullius prorsus momenti esse, et cum summo illo occultoque omniaque pene remedia longe superanti malo, quod in alia illa re situm est, nequaquam posse comparari. Hoc quippe monasteriis proprium est, ut ipsorum bonum, nisi summa cura et sollicitudine foveatur et alatur, quam citissime intercidat; malum contra, cum semel locum ceperit, non nisi summa cum difficultate tollatur, et quæ in rebus viliosis et imperfectionibus semel introducta est consuetudo statim in naturalem quodammodo agendi morem et habitum transeat.

F 1712 Quidquid hic dixi, reipsa vidi et intellexi et cum doctis sanctisque viris contuli; qui satis perspexerunt ecquid huic domo potissimum congrueret, ut ipsius perfectio promoveri et adaugeri posset. Inter omnia autem pericula (nam in rebus, quamdiu hic vivimus, ea occurrunt) illud esse minimum comperimus, nullum scilicet vicarium unquam constitui qui liberam exeundi, intrandi ac jubendi quidlibet facultatem habeat, non etiam confessarium qui hanc libertatem habeat, sed ut hi dumtaxat clausuram et honestatem domus et profectum tam internum quam externum cordi et curæ habeant, quo prælatum, si quando hac in re aliquis defectus erit, commonefaciant. At ipsimet superiores esse et præesse non debent. Atque hoc est quod jam hac in domo servatur; idque non meo unius judicio et arbitrio: nam episcopus quem jam habemus, et cui subsumus (multas enim ob causas Ordinis obedientiæ nos subicere noluimus), qui omnis religionis sanctitatisque amantissimus est, insignisque Dei famulus, Alvarus Mendozius nomine, illustri genere ortus, hujusque domus omnimodis promovendæ perstudiosus, virorum doctrina, spiritu experientiaque multa donatorum, ad hujus solius rei tractationem, conventum indixit. Hocque tandem, post multas, tum aliorum plurimorum, tum meas, tametsi indignæ, orationes, ita statutum ac decretum est. Aequissimum ergo fuerit postea secuturos prælatos hoc decretum et opinionem amplecti, cum id et a viris tam bonis statutum et permultis sit precibus a Domino petatum, lucem ut dare dignaretur ad id quod optimum est dignoscendum; et, prout quidem hactenus intelligere licuit, hoc certe optimum est. Det Dominus

AUCTORE
V. D. M.

D

E

F

inhibens ne
confessarius
superiorem
monasterii
agat.

AUCTORE
V. D. M.

Sunt qui con-
tentioni muta-
tum circa hoc
S. Matris
mentem.

ut id semper ulterius promoveatur et crescat, sicuti ad ejus gloriam magis futurum est. Amen.

A 1713 Igitur ex prolixo cloroque hoc fragmento constat aliquando decretoriam S. Matris voluntatem fuisse ut filia suae gauderent ampla facultate acciendi, cum consensu tamen priorissae, animae suae directores. Videndum nunc est utrum in hac perstiterit sententia, utrum vero eam mutavit, sive anterioribus ante Complutense capitulum annis, sive post illud, ultimis vitae suae mensibus. Interim nemo sensatus, nisi gravissima afferantur argumenta, sibi persuadere poterit S. Matrem abrogasse illam libertatem quam sanxerat post multas ad Deum, ne in re tanti ponderis sineret se in errorem labi, suas preces, postque multa a doctis sanctisque viris quaesita consilia; quam et ponderosis adeo verbis declararat, ut sat ei cautum non videretur condita super ea re Constitutione, nisi instanter commendasset ejus executionem, veris coloribus depingens optimos ex ejus adimplerione effectus, pessimosque ex ejus neglectu: nemo, inquam, credet S. Matrem revocasse, quam decreverat tam clare, tam solide, tam energice, tam impense, argumentis et a ratione et ab auctoritate deductis, libertatem, nisi revocationis illius exhibeantur potentissimae et authenticae probationes. Dicit quidem cum aliis multis P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 73, not. 17) de mutata Teresiae circa confessariorum delectum mente non magis dubitari posse quam de albedine nivis, et (ibid. epist. 79, not. 18) id ex multis litterarum ejus locis non minus clare quam ipsam lucem patere. Ast, cum in auctorum, praesertim recentiorum, verba jurare non liceat, in disquisitionem rem vocantes, interrogemus antiquos, ut, postquam exceperimus testimonia priorum, fundatum judicium feramus de assertionibus posteriorum. Hi enim, quotquot concinunt Teresiam aliam induisse mentem, nisi id probent vel ex S. Matris scriptis vel ex antiquis exactisque historicis, causa cadunt, nec fidem merentur.

At contra est
decretum ca-
pituli 1581,
quod a mente
ejus est con-
ceptum.

B 1714 Praeludii loco auctoritatem capituli Complutensis invocamus. Nam, si, ut paragrapho superiore ratiocinati sumus, Constitutiones quas id capitulum confirmavit, proprie Teresianae erant, sequitur illam quoque, non secus ac reliquas, ex ejus mente conceptam esse Constitutionem quae super libertate confessariorum ibi edita est sequentibus verbis: Priorissa cum provinciali vel visitatore quærat clericum, de cujus ætate, vita et moribus adsit conveniens satisfactio. Qui ergo habuerit istas qualitates, poterit esse confessarius monialium de consensu provincialis. Nonobstante tamen illo confessario ordinario, poterit priorissa non solum tribus iis vicibus quas permittit Concilium Tridentinum, sed etiam aliis, admittere aliquos Carmelitanos Excalceatos et alios religiosos cujuscunque Ordinis ad audiendas monialium Confessiones, modo ipsi priorissae constet de eorum probitate et doctrina. Idem poterit facere quoad concionatores. Ac provincialis qui nunc est et qui pro tempore fuerit, non poterit ab ipsis auferre istam libertatem. Novi equidem P. Antonium a S. Josepho (t. II, epist. 39, not. 15) nonnullosque alios perhibere id saltem decretum, non a S. Matre, sed a solo capitulo factum. Ast graus id ipse affirmat, cum duarum quas adfert rationum altera, nempe ingrata multa ex ea Constitutione orta esse negotia multasque in Ordine verumnas, nullius prorsus valoris sit, altera vero, scilicet Ven. Annam a S. Bartholomæo dixisse (ut perhibet Henriquez in hujus Vita) non a Teresia venire id decretum, admittenda omnino non videntur, ut paragrapho sequente dicemus.

D Multo igitur rectius alibi idem auctor, de eadem Constitutionum compositione loquens, contrarium affirmat, dicens omnino credendum esse nil a Gratiano aut a capitulo fuisse factum nisi quod optimum et quod conforme esset sententiae S. Matris. Porro, num verisimile est congregatos Patres, qui, pro sua erga S. Reformatricem reverentia et observantia, ad eam omnia priorissarum memorialia miserant, judiciumque ejus super his exceperant, nun, inquam, verisimile est illos, S. Matre inscia aut etiam invita, edidisse talem summi momenti Constitutionem, qualem tunc, ut adversarii contendunt, Teresia improbat et repudiabat? Quod si qui dixerint eo quidem tempore Sanctam idem ac capitulum de re confessariorum sensisse, sed tantum post id capitulum, ultimis vitae suae mensibus, animum mutasse, scilicet quando vidit grassantem ex ea libertate sub Gratiano abusum, jure requirimus ut argumenta afferantur mutati ejus animi, neque solum citentur nobis quædam S. Matris querelæ adversus Gratianum, qui, in exteriora diffusus, laxabat sibi aliisque plus æquo habenas, ac, quod confessarios attinet, limites prætergrediebatur cautæ illius libertatis quam Ribera pretiosam appellat et Yepes sanctam, et qua servata, ut ait Teresia, conservanda erat et religiosa perfectio.

E 1715 Uno Montoya argumento (diss. III, num. 154) confici res posset, quo ille demonstrat S. Matrem ne vel potuisse mutare Constitutionem istam, sequenti ratiocinio: Quærent theologi et canonistæ (Sanchez lib. VII de Matrim. disp. num. 30; Barbosa de Potest. Episc., II part., alleg. IV, n. 7) num statutum synodale, latum ab episcopo in sua synodo et a Summo Pontifice confirmatum, abrogari possit ab eodem episcopo, et num statutum, in quadam provincia a prorege latum et a rege confirmatum, a prorege queat abrogari: et negant, nitentes capite » Si apostolicæ » de Præb. in 6, in quo Pontifex ait: « Illa nostra facimus » quibus auctoritatem impertimur », et lege I, § « Sed neque » (Cod. de veter. jur. enucleand.), quo loco dicitur: « Ubi princeps confirmat, idem est » ac si sententiam ferat. » Et quandoquidem omnium sententia est statuta superioris non posse abrogari ab inferiore, patet in dictis casibus ab episcopo et prorege non posse abrogari statuta confirmata a Pontifice et rege. Atqui S. Teresia, ut ipsa nobis perhibuit, condidit Constitutiones, atque inter has Constitutionem de qua questio est: et hæc Constitutiones a principio clausula generali a Summo Pontifice approbatæ fuerunt et a R. P. Generali Carmelitarum confirmatæ, ac dein variis occasionibus a vicariis R. P. Generalis, et demum a commissario apostolico et a Nuntio apostolico in forma specifica anno 1581. Unde consequens est S. Teresiam non potuisse abrogare dictas Constitutiones. Poterat quidem in quibusdam casibus declarare talem vel talem Constitutionem, v. g. illam de confessariis, non obligare, vel in his aut illis circumstantiis ejus usum non expedire: sed hæc declaratio non idem sonat ac annihilatio vel revocatio vel abrogatio Constitutionis; et ad summum idem esset ac id quod auctores juxta Aristotelem dicunt: legem corrigere per epikeiam.

F 1716 Ergo serio considerent adversarii num injuriam impingant obedienssima Matri, quæ voluntatem et judicium suum studioso semper conformavit voluntati et judicio superiorum suorum. Adhuc, post collectas monasteriorum super Constitutionibus consultationes, post consilia a S. Matre capitulo communicata (in quibus ne vel iota unum aut unus apex opparet de alteranda mutandave Constitutione circa

et cui semel
facto ne vel
liciti Sanctæ
postea se op-
ponere.

Atque alia ar-
gumenta affe-
runtur.

A circa confessarios), post diligens de his omnibus a capitulo Complutensi institutum examen, applausu maximo et auctoritate apostolica cum reliquis cunctis Constitutio de confessariis publicata est, ut una eademque esset in omnibus monasteriis gubernandi ratio. Præterea ea erat novi provincialis Gratiani tunc erga S. Matrem observantia ut P. Fredericus (lib. II, cap. XXXVIII) eum sequentibus verbis laudat: Pastoralem suam curam cum tribus aliis quos viceprovinciales fecit, participavit, ac laudabiliter se gessit erga S. Matrem, deferendo ei supremam in omnia monialium monasteria auctoritatem, et majorem quidem illa qua potiebantur viceprovinciales. Quæ cum ita essent, S. Matrem quis credat a decretarum Constitutionum norma gubernando recessisse, vel coacte solummodo et quoad speciem eis se accommodasse; dum tamen notum est illam et vivam et morientem omnes semper fuisse ad regularem Constitutionum observantiam adhortatam?

punctum ex
Ribera et ex
Yepesio

1717 His, quia cum paragrapho superiore connexa sunt, præmissis, audiamus modo Riberam, qui eo loco quem jam indicavi et quem infra in Vita Sanctæ integrum legi velim (lib. II, cap. I), inter Constitutiones quas dicit a Sancta factas, approbatasque a Pontifice, ac confirmatas a capitulo, iterumque approbatas singillatim a Nuntio apostolico, numerat sequentem quam declarat his verbis: Nolit ut moniales solis sui Instituti Fratibus subessent, nec ut solis his illas aut verbo divino pascendi aut in Confessione audiendi jus esset; quin omnibus loqui et aures dare iis concessit quos ad animarum suarum regimen directionemque nossent aptiores, et cum his ipsis de interioribus rebus suis, nulla præsentis aut conscia, libere conferre. Eundemque deinde ita dilaudat: Quo suas ab omni humana consolatione et colloquio magis avocabat, eo majorem ad divinam familiaritatem comparandam ipsis libertatem indulgebat. Nam præter eximiam ac magni faciendam illam libertatem quam ad audiendas conciones et noxas aperiendas et cum viris spiritualibus quibusque communicandum suis B. Matrem dedisse nuper diximus, unde magnum ad animas bonum et consolationis præsidium et maxima verborum divinatorum pabuli abundantia derivatur, . . . mortificationis . . . et SS. Sacramentorum frequentem usum induxit. Ita Ribera. At non minus articulate loquitur Yepes, qui ipsa Constitutionis verba, qualia superius a me citata sunt, exhibet, et dein addit: Magnopere cupiebat ut moniales suæ gauderent libertate circa Confessiones; ac quamdiu vixit, procurabat, injungebat, et etiam atque etiam prælatos qui tunc temporis erant, rogabat, ut eis concederent sanctam eam libertatem, et ut eis quærerent viros doctos sincerosque servos Dei, qui filias suas ad majorem perfectionem evehere possent. Nam S. Mater sentiebat, dum hoc servaretur, conservatum et iri perfectionem (lib. II, cap. XXXVII, § V).

spontanea ex
Yepesio ob-
jectione

1718 Clarius enuntiari nequit Teresie de confessariis mens quam sit tum in ea Constitutione tum in verbis quæ Yepesius adjicit. At immediate subjungit ille idem Yepesius plura quæ ab adversariis graviter nec sine specie veri obijciuntur, sed quæ tamen explicando dilui possunt, dum e contrario allata jam pro nostra sententia argumenta et testimonia nullum prorsus adversariis effugium aut plausibile responsum relinquunt. Objecta autem Yepesii verba sunt sequentia: Verum, cum non existat ulla res, quantumcumque bona, quæ multis generandis malis obnoxia non sit, prolapsa tempore detexit S. Mater in venenum converti posse quæ in medicinam suarum monialium ordinaverat. Nam cum spiritus, non secus ac reliquæ res, fluentibus annis, minue-

retur, timere cœpit ne sub colore spiritualium communicationum confabulationibus et colloquiis portam apertam relinqueret. Alias quoque rationes in considerationem vocabat; quæ omnes simul ei metum creabant ne hæc Constitutio occasio relaxationis ejusdem in suis monasteriis foret: quod et aperuit alicui priorissæ etiamnum viventi, quæ sanctissimis sui Ordinis monialibus annumerari potest. Sancta quippe hæc ei dixit verba: « Hoc punctum, » quod Constitutionibus inserui, me valde confundit: etenim, licet spiritus et sinceritas florere, » cum hæc Constitutio facta est, timeo tamen ne in » posterum ex ea nostræ non proficiant; quoniam » frequentantur, et agunt de mæstis suis rebus » quas potius nemo, nisi ex nostro Ordine sit, » rescire deberet. » Quare Prælati illius Ordinis restrinxerunt hanc Constitutionem secundum S. Matris intensionem, dementes priorissis hanc licentiam, injungentesque provincialibus ut ex decreto Concilii Tridentini monialium cœnobii prospicerent. Quocirca, quod vivente S. Matre in usu fuit atque etiamnum est, prælatus, consulta prius priorissa, præter confessarios ordinarios nominat in locis, ubi monasterium Ordinis est, tres quatuorve viros gravissimos, doctos spiritualesque ex his locis, qui eas in Sacro Tribunali audiant, et qui, si quæ monialis in aliqua necessitate versetur, ei auxilio sint.

soluta a Montoya.

1719 Speciosa, fateor, objectio est: at non male solvitur a Montoya (diss. III, num. 218) sequenti modo: Circumstantiæ in quibus scribebat Yepes tales erant ut ea de re suam sententiam prodere non posset neque enuntiare sententiam S. Matris, quin aliquid adderet quod hujus libertatis revocationem sonaret. Scribebat ille viginti annis post Sanctæ funus: cernebat Constitutionem de qua agimus, a superioribus Carmelitanis revocatam: cernebat moniales jam subditas voluntati superiorum: cernebat hos animo paratos ad tuendam quam proclamarent revocationem Constitutionis illius, asserendumque S. Matrem id voluisse: noverat strepitus turbasque quæ inde jam ortæ erant. . . Ex una parte timebat ne ipse discordiæ faces adderet, si hanc S. Matris Constitutionem recenseret inter reliquas præcipuas et nullum apponeret signum mutati ab ea consilii, quod PP. Carmelitani multis monialibus suaserant. Ex altera parte adigi non poterat ad omittendam hanc Constitutionem, quoniam bene noverat voluntatem S. Teresie eam semper fuisse ut exacte hæc lex servaretur, ac ipse judicabat maximi interesse ut in usu maneret. In his rerum adjunctis usus est consilio enuntiandi Constitutionem et aperte declarandi sententiam S. Reformatricis ac suam ipsius; quam tamen temperavit, adjiciendo id quod PP. Carmelitani dicebant super sententia S. Matris, quod adornavit decreto Concilii congruentibusque rationibus o mento eorumdem Patrum. Pergit dein Montoya allatas a se rationes pro more suo copiose explicare; quas, utpote prolixiores, brevitatis causa contractas hic subjiciam. Expressius, ait, nequiebat Yepesius affirmare S. Matrem in voluntate perstitisse ut condita de confessariis Constitutio observaretur, quam facit iis verbis quæ adjicit citata illa se Constitutioni. Qua de causa, cum postea scribit eam e mente S. Matris ab Ordinis prælati fuisse restrictam, omnino dicendum est illum loqui de mente Sanctæ secundum filiorum ejus interpretationem, minime vero secundum proprium suum Yepesii intellectum. Secus sibi apertissime contradiceret; quippe qui paulo ante scripserat S. Matrem, quamdiu vixit, voluisse ut larga confessariorum copia concederetur. Porro fa-

F

AUCTORE
V. D. M.

A *teor ab Ypesio quoque scriptum esse, timuisse Sanctam ne tale remedium in venenum verteretur. At constat etiam ab eodem Ypesio esse dictum, Sanctam, non obstante hoc timore, mentem suam nullatenus mutasse: nam, ut ipsa inquit, hanc libertas multas ab causis expediebat, ac damnum quod ex ea concessa poterat oriri, nullius erat ponderis præ grandi, occulto et prope irremediabili detrimento quod e negata capi potuisset. Sic explicat Montoya longo ratiocinio hunc Ypesii locum apparentemque contradictionem. Quod ample legi apud eum potest.*

Atque vitium
tandem
argumentum
affertur
Chronica.

B 1720 Postremo demum argumento pro sententia S. Matris est ejus apparitio facta Annæ a S. Augustino, cum P. Alphonsus a Jesu anno 1622 minuerat confessariorum numerum in conventibus religiosorum. Ea qui ea apparitio in Chronico refertur: Sollicitudinem suam non posuit S. M. Teresia in hac occasione; verum considerans e caelo mœrorem in sua familia ortum, apparuit dilectæ suæ filiæ et acceptissimæ Christo sponsæ Annæ a S. Augustino, quæ, Villanovæ de la Xara versans, sanctitatis sue radiis totum Ordinem collustrabat: eique dixit hæc verba, quæ eadem Ven. Virgo cum juramento deposuit in ultima Relatione quam de sua vita nobis reliquit: « Mone prælatos ut caveant ne quoad » Confessiones tantopere restringant regulas; quoniam » hac occasione, non secus apud religiosos » quam apud moniales, plurimi fiunt errores ». . . . Atque eadem Ven. Mater sequentia narrat in jurata sua Relatione: « Quando obiit P. Angelus a » Jesu Maria, præpositus hujus provincie, eadem » die oranti mihi apparuit, dixitque se mortuum » esse et in purgatorio detineri, ac petiit ut eum » orationibus meis juvarem nec omitterem præ » latis dare id circa confessarios monitum quod » mihi mandaverat S. Mater nostra; quoniam multum » expediebat: atque sic evanuit ». . . . Huc usque Ven. Virgo; quæ licet obedire statuit, et monere ejus successorem, cum nihilominus ille venit Villanovam, tam frigidum eum reperit ut maluerit tacere quam adire discrimen ea dicendi quæ non bene a provinciali receptum iri et quibus debitam fidem addendam non esse præsumebat. Quare permisit Dominus ut a dæmonibus cruciaretur, uti dicemus in singulari et miraculosa ejus Vita. Atque tum hæc dixit id suis confessariis, et hi suis prælatis. Ita Chronicum (lib. XVI, cap. IV, num. 5 et 6).

C

§ LXXXIX. Prosecutio ejusdem materiæ: ubi solvuntur objectiones pro contraria opinione allatæ.

Plura ex Sanctæ
epistolæ
locis obijciuntur:

Objiciuntur imprimis loca quædam Epistolarum S. Matris, et quibus P. Frederico a S. Antonio (lib. III, cap. XII) in tantum persuasum est eam postremis istar suar annis de defectu confessariorum aliter sensit, ut nulla alia probatio illi desideranda superesse videatur. Longus essem, si examinarem singulas annotationes Epistolis per quatuor tomos appositas, ubi idem a P. Antonio a S. Josepho et a P. Petro ab Annuntiatione adstruitur. Sat mihi erit sola ea loca ponere quibus P. Fredericus a S. Antonio fulcit suam sententiam, ita loquens: Valeant mihi probationes desumptæ ex Epistolis S. Matris, quoniam in his ipsa nobis quam manifestissime suam declaravit voluntatem. In monasterio Malagonensi inter moniales orti erant varii questus adversus

monialem quæ absentis priorissæ locum supplebat. **D** Confessiones audiebat sacerdos bonus servus Dei; sed quoniam virtutibus non adjunctam habebat experientiam rerum quæ in religiosis cœlibus solent contingere, sopire nesciebat has femineas querelas. S. Mater, scribens ad P. Gratianum (tom. II, epist. 25, num. 2), defensionem suscepit impugnatæ præsidis, illique dixit: « Pater mi, etiamsi S. Clara » illic partes superioris ageret, credo in ea defectus » inventum iri, quamdiu iste sacerdos confessarius » illic erit. » Magis adhuc mentem suam aperuit adversus parochum Malagonensem in epistola scripta anno 1579 (tom. II, epist. 30, num. 2): « Ne permittas (non permitto habet textus hispanicus), » inquit, hunc virum cum aliqua loqui aut alij » ejus Confessionem excipere. Cæterum multam » gratiam ei ostendo; id enim decet. » In epistola 63 tom. primi promptum remedium proposuit procurandæ quieti monialis Hispalensis, dicens: « Ne » ei permittatur aliis quam Ordinis nostri Fratribus » confiteri, et omnia ordinata erunt. » Atque adeo, ut prospiceret communi quieti omnium Hispalensium monialium, in epistola 61 tom. item primi Matri priorissæ tale præceptum imponit: « Tantum te rogo procures ut quam minimum com- **E** » mercium sit cum his qui Excalceati non sunt: » quod dico ne istæ moniales neve tu cum illis de » animarum vestrarum statu agatis. Non magni » faciendum est si interdum Excalceati eis desint » et spirituales communicationes parciores sint; » quoniam multo magis expedit, ne iterum labamur in turbas quales ante fuerunt. »

1722 Objicitur itaque primum epistola 25 tom. II. En hispanice locum de quo agitur: A mi mi parece, mi Padre, que aunque vaya alli Santa Clara (estando el que esta, y la tema que ellas tienen), hallaran hartas faltas. Circumstantiæ autem erant hæc: Moniales Malagonenses, amota ob ægritudinem dilecta sibi priorissa, minus diligebant vicariam, probam quidem, sed ad conciliandos sibi animos non adeo dexteram; ac P. Antonius a Jesu, qui jussu Gratiani conventum illum tunc visitabat, auxerat malum, auscultando et faciendo queritantibus. In illo æstu confessarius, sive attrita ejus esset auctoritas, sive aliqua ejus culpa intervenisset (nuncupatur tamen ab ipso P. Antonio a S. Josepho vir idoneus, litteratus et probus), capita illa male agitata sedare motosque fluctus componere nequibat. His præmissis, jam ad disquisitionem veniamus. **F** Hispanice voces: Estando el que esta (quæ litteraliter significant: Illo manente qui adest; et quas P. Fredericus vertit per: Quamdiu confessarius quem jam habent, illic manet) æqualiter referri possunt sive ad confessarium sive ad P. Antonium a Jesu, qui visitatorem in eo conventu tum agens, vicariæ nullatenus favebat; quæ etiam de causa Teresia hic eam apud Gratianum defendit. Suppone tamen certo designari confessarium; et ultro finge eum revera inexpertum, sicut P. Fredericus eum appellat, circa ea quæ monialibus solent obvenire; quin dato hanc ejus imperitiam in causa partim fuisse eorum monialibus non bene cum superiore sua conveniret: quæ tamen logica vis ex hoc particulari facto exprimat S. Matrem per consequentiam voluisse ut soli Carmelitani filiabus suis a Confessionibus essent, easque soli dirigerent? Si tale staret ratiocinium, ipsos Excalceatos ad hoc esse inhabiles conficeretur vel ex ipsa hac S. Matris epistola, ubi ipsa dicit P. Antonium a Jesu talentum dirigendi moniales a Deo non accepisse (P. Antonius a S. Josepho, nota mea 15, detorquet quidem hanc phrasim ad confessarium Malagonensem; sed ipsemet hunc suum errorem

imprimis locus ex epistola 25 tom. II, qui hic solvetur:

A *carem corrigere videtur in Indice, verbo Antonius a Jesu). Fasne autem esset hunc unius P. Antonii Excalceati defectum ad totum extendere Ordinem, et inde concludere moniales regimini et spirituali directioni Patrum Carmelitanorum non posse subesse? Igitur infirmum reputari debet hoc primum P. Frederici argumentum. Atque vix magis solida est annotatio P. Petri ab Annuntiatione, ad hunc epistolæ locum subnectentis sequentia verba: Considerari hæc possunt, ut videatur malum quod monialibus parit directio confessarii qui ex Ordine non sit. Adverti tamen, in ultima anni 1793 et penultima anni 1778 hispanica Epistolarum editione, quas præ manibus habeo, hanc P. Petri ab Annuntiatione notam in notis P. Antonii a S. Josepho omissam esse.*

ut et solentur
objecti loca ex
epistola 30
tomi II, et
epistola 63
tomi I

1723 *Obijcitur deinde a P. Frederico epistola 30 tomi II. Judico hic me supersedere posse prolixæ disputationi quæ a me instituenda esset, si vellem tutam de qua hic agitur rem exponere cum rerum ac personarum circumstantiis. Nam, ut judicium ea de re quis formet, sufficere mihi videtur simplex epistolæ illius aut etiam solius a P. Frederico objecti loci lectio. De particulari enim moniali, a bono tramite devia, ibi S. Mater hæc habet: Non sino ut ea cum aliquo (extraneo) loquatur huicve peccata confiteatur. Cæterum ei me valde benignam præsto: convenit enim. Cui loco adjungi potest duplex ad eam epistolam annotatio, altera P. Petri ab Annuntiatione, dicentis: Audiant istud qui religiosas dicunt debere habere multos (pone, pro S. Teresiæ mente: plures) confessarios, nec solis PP. Carmelitanis debere esse contentos, et altera P. Antonii a S. Josepho, ex eo similique loco hanc conclusionem colligentis: Solus ergo ille qui de albedine nivis ambigit, ambigat et de Teresiæ mente. Licet enim verum sit eam aliquamdiu alios quam Ordinis sui confessarios filiabus suis indulsisse, tristis tamen experientia docuit eam expedire contrarium. Equidem, quamvis de albedine nivis non dubito, fateor, ni talpa oculis captus sim, me ibi non videre mutatam Teresiæ de confessariis mentem, dicente mihi nequiquam P. Frederico id ibi aperte declarari, et annotatoribus id adhuc fortius frustra asserentibus. Obijcitur tertio epistola 63 tomi I, ubi S. Mater dicit priorissæ Hispalensi: Si feceris ut Isabella a S. Hieronymo noxas confiteatur solis Fratribus Ordinis nostri, res finita erit. Sed dic, quæso, quid hujus epistolæ locus is, ubi de una moniali agitur, ad thesim generalem probandam? aut an Isabella a S. Hieronymo totus monialium complexus erat? Insuper annotator margini hic adscribit: S. Mater ob filiarum suarum pacem prohibet quominus aliis quam Excalceatis suis confiteantur. Ast hic adhuc magis a vero deviat, siquidem S. Mater ne vel Isabella a S. Hieronymo, nedum pluribus aut omnibus, vetat apud alios quam apud Excalceatos conscientiam exonerare; siquidem immediate post subjungit: Si aliquoties agni cum P. Roderico Alvarez (Societatis Jesu), dic illi Patri quid de ista penitente ego sentiam. Unde sequitur claudicare et affirmationem annotatoris et argumentationem P. Frederici. Atque hic cernitur a Teresia id fieri quod priorissas facere peroptabat, nempe ut quem incongruentem sibi animæ moderatorem monialis petierat, ille a priorissa huic denegaretur.*

et ad epistolam
lib. tomi I.

1724 *Obijcitur quarto epistola 61 tomi I. Adverte hic prius duplicem persecutionem vehementissimam Hispali in moniales zavisse. Prior fuit, cum aliqua inter illas, ab ignorantissimo confessario incitata, Teresiam cum filiabus suis deferre voluit ad S. Inquisitionis tribunal; posterior vero, cum Car-*

melitani Calceati deposuerunt priorissam, et alteram subrogarunt, ac juridice procedere tentaverunt in Gratianum, in S. Matrem et in aliquot e filiabus ejus: ita ut in extraordinariis circumstantiis versaretur is conventus. Præterea forsitan tunc ad manum non erant docti et pii sacerdotes, quales Teresianæ Constitutiones requirunt, ita ut pro illis rerum adjunctis soli Carmelitani essent adhibendi; dum interim constat Sanctam nunquam generaliter hoc jussisse, sed e contrario adhibitos in ejus conventibus fuisse plures alios confessarios qui Excalceati non erant, etiam posteriore ejus ætate. Sed, quod elidit objecti hujus loci vim, non agitur ibi proprie de confessariis, sed de familiaritate cum non Excalceatis. Insuper Teresia non vetat illic omne cum extraneis commercium, sed tantum optat ut quam rarissimum sit. Rursus itaque sequitur nec hoc esse solidum P. Frederico argumentum ad thesim generalem probandam, quasi Teresia unice voluisset Carmelitanos confessarios. Atque etiam sequitur adhuc minus accuratum esse lemma quod annotator in margine ponit, dicens: Sancta attribuit persecutionem quam filiæ suæ Hispali passæ sunt, Confessionibus quas instituerant aliis extra Ordinem suum, ac rogat ne id amplius faciant.

1725 *Alia deinde objectio desumitur ex Henriquez in Vita Ven. Annæ a S. Bartholomæo (lib. IV, cap. XIX), qui locus etiam legi potest in Chronico (lib. V, cap. XII). Dicit scilicet ille auctor: S. Mater in suis scriptis multum commendavit ut superiores concederent monialibus majorem in confitendo libertatem quam quæ in aliis Ordinibus in usu est: et in suis Constitutionibus facultatem illis reliquit advocandi varios viros doctos et spirituales, quibuscum conscientia suæ negotia communicare possent, æstimans perfectionem quam in suo Ordine stabilire cupiebat, servatum iri, quamdiu hæc sancta libertas servaretur. Verum deinceps plures ei obviaverunt rationes quæ ei creabant metum ne hæc Constitutio in suis monasteriis relaxationis causa foret. Sancta itaque in omnibus se accommodante menti superiorum Ordinis, ut et hi accommodabant se intentioni S. Matris, Constitutioni illi, cum ipsa adhuc in vivis erat, derogatum est; sicut asserit episcopus Turiasonensis, lib. II, cap. XXXVIII (sive XXXVII, pro menda), his verbis: « Prælati areta- » verunt eam Constitutionem juxta mentem S. Ma- » tris, dementes priorissas eam facultatem », etc. Ac paulo inferius: « Is itaque tempore S. Matris » usus fuit, viguitque postea in Ordine, ut prælatus » (audita prævie priorissa) in locis ubi non est con- » ventus, præter confessarios ordinarios, designet » tres quatuorve e gravioribus, doctioribus et san- » ctioribus illius loci presbyteris qui eas audiant in » S. Tribunali, et qui ad eas accedant, quoties mo- » nialis quædam auxilio indiguerit », etc. Nihilominus ex quo S. Teresia vitam mortalem cum æterna mutavit, inquietæ factæ sunt aliquot moniales; et, licet spirituales et bona intentione ductæ, studebant suam circa prætentam libertatem sententiam fulcire dicendo eam esse secundum spiritum S. Matris, et, quod ei oppositum erat, esse merum commentum inductum a Patribus Carmelitanis, qui moniales ultra modum sibi subjectas volebant. Constabat de contrario; et ad eas placandas non semel, sed sæpius, petierunt Carmelitani « Ven. Anna ut de- » clararet quæ mens S. Matris fuisset; quoniam hæc nulli melius nota esse poterat. Petit is annuit Ven. Virgo, dicens sententiam a S. Matre mutatam fuisse, quia censebat posterius esse magis tutum quam prius. Hoc pacto quies aliquamdiu parta est; sed identidem exurgebant novæ difficultates, quas*

AUCTORE
V. D. M.

D

E

Dein obijcitur
locus e Vita
Ven. Annæ a
S. Bartholo-
mæo.

F

AUCTORE
V. D. M.

A ab aliquot externis fctas fuisse arbitror, et quæ præcipue auctæ sunt, cum Ven. Anna Parisiis versaretur. Aliquantum turbati sunt superiores, et videntes sibi non esse oraculum a quo certius quam a Matre Anna a S. Bartholomæo responsum expectare possent, litteras ad eam dederunt, mandantes ut iterum declararet scripto quid circa Confessionum libertatem sentiret Sancta Fundatrix. Ad hæc quæsitæ respondit Anna epistola (cujus egraphum habeo) sequentibus verbis :

cujus epistola

1726 « Quod spectat ad confessarios, jam dixi » quibusdam e nostris Patribus quid viderim, ac » retuli me aliquoties audivisse S. Teresiam dicen- » tem : in principio scilicet cum non haberet Ex- » calceatorum provincialem, et ad sua peragenda » negotia amicis sibi opus esset, a se impediri non » potuisse quin secum et suis cum monialibus, » quando id illis placebat, consuetudinem habe- » rent, ac se iis amicis valde affabilem exhibuisse ; » sed deinde, cum provinciam suam fundatam » videret, paulatim mutasse sententiam, et in qui- » busdam adjunctis non tam suaviter esse actum : » quandoquidem magna erat ejus fortitudo, et » neminem timebat. Et si videret minimum defe- » ctum, etiamsi optimi sui forent amici, eos dese- » rebat », etc. Et aliquot lineis inferius : « Qua- » dam die, inquit, eam inveni valde mœstam, et » mihi secum loquenti hæc dixit verba : Anna, » video nos pessumcunt, cum januam aperimus » multis confessariis : nam licet in alia fuerim » sententia, nunc laudo Franciscanos, qui tutius » incedunt, quoniam, si quid bonum aut malum » est in suo Ordine, latet hoc sæculares ; id mul- » tum religiosorum Ordinum honori prodest. Hæc » dixit ; et credo, si viveret, ab ea scriptum iri » res valde diversas ab his quas scripsit. Non ego » cupio animas angere, sed firmiter teneo nostras » moniales reformatas esse debere contentas im- » plendis nostris officiis ; atque eis qui nos guber- » nant, multum esse attendendum vocationem no- » stram non esse ut gaudeamus libertate, sed ut » vivamus in hoc mundo tamquam mortuæ esse- » mus. »

et apparitio
præstentur.

1727 Dein narrat Henriquez S. Matrem Ven. Annæ a S. Bartholomæo apparuisse in Gallia, sicut ante ei apparuerat in Hispania, eique, cum cuperet hoc terreno exilio liberari et Matrem sequi, dixisse adhuc morandum, quia olim faciendum erat ab Anna, quod Teresia, si viveret, fecisset. Hæc autem quæ ab Anna facienda erant, confidenter judicat Henriquez fuisse efficacem ejus cooperationem ad restringendam inter moniales libertatem confessario- rum. Et demum sic prosequitur : Quando confessa- riorum delectus decretis capituli coarctabatur, non ut Anna, alii quidam religiosarum conventus sese eis submittebant, sed magis oblectabantur, cum magno in Ordine tumultu. Verum tunc Ven. Mater Eliano cum zelo exequabatur id quod ei S. M. Teresia in Gallia dixerat. Cordi scilicet habuit partes ejus defendere, asserens S. Matris mentem non fuisse tantam libertatem monialibus relinqui, addensque, si tantæ Matris filie esse vellent, potius ducerent illi obedire quam superiorum voluntati repugnare. Hæc verbo et scripto declaravit. Et ad melius adimplenda quæ ei dederat S. Teresia man- data, cum vices suas ei dedit, eamque vicariam suam constituit, scripsit memoriale in quo rationi- bus valde firmis probat quam tutum sit gubernium Patrum Carmelitarum Excalceatorum, quam con- forme spiritui et menti S. Matris, instans ut in omnibus et per omnia eis obediant, decreta capituli amplectantur, et non se regant alienis consiliis.

Nihilominus aliquot parere noluerant, et ab Or- dine sunt recisæ. Vehementer dolendum est quod quæ S. Mater tanto labore procuravit et, postquam procuravit, tanti fecit, ita immerito hæc vilipen- dant.

1728 Gravis profecto objectio est. At perpendamus singillatim validiores adhuc rationes quæ vim illius elidant. Prævic autem notemus immota nec refellenda stare ea argumenta quæ jam attuli ex facta in capitulo anni 1581 Constitutione et ex Riberæ ac Yepesii testimoniis. Quæ si invicta sunt et conciliari nequeunt cum Henriquezii assertionibus, necesse est dicatur aut falsus Henriquez, aut spuria ejus narratio, vel saltem hæc aliena manu esse temerata. Imprimis dicitur ab Henriquezio : Teresia se in omnibus accommodante menti superiorum Ordinis sui, ut et hi accommodabant se intentioni S. Matris, Constitutioni illi, cum ipsa adhuc in vivis erat, derogatum est ; sicut asserit episcopus Turiasonen- sis. Ast, edic, ubi aut quando, viva S. Teresia, Constitutio super libertate confessariorum mutata fuit ? Et num ab ipsa Sancta mutata ? Num vero a superioribus Ordinis ? Quod tamen utrumque per- peram innuitur per illa verba : Teresia se in omnibus accommodante menti superiorum Ordinis sui, ut et hi accommodabant se intentioni S. Matris suæ. Procul sane absuit ut hoc continge- ret sub regimine Gratiani, qui in illo ipso capitulo electus fuit provincialis in quo Constitutio de liber- tate confessariorum est condita, et qui provincialis mansit diu post Teresiæ obitum. Nam qua ratione dempsisset hanc Constitutionem ob largiorem ibi da- tam copiam, ipse qui ultra moderatam libertatem quæ ea Constitutione concedebatur, talem, teste Chronico (lib. v, cap. xii, num. 2), dedit monialibus licentiam ut unaquæque posset communicare suum spiritum quocum volebat, sive Carmelitanus esset sive non esset : taliter ut plures tunc numerarentur confessarii quam pœnitentes. Cedo itaque nomina illorum superiorum Ordinis quibus Teresia se ac- commodavit et qui se intentioni S. Matris suæ ac- commodarunt, ut Constitutioni illi tunc temporis derogaretur. Ergo procul abest ut Yepesius hoc dicat quod Henriquez eum dicere contendit. Contra vero is S. Matris biographus ante affirmarat, eam, quamdiu vixit, procurasse, commendasse, et etiam atque etiam sui temporis prælatos rogasse, ut filiabus suis sanctam eam libertatem non denega- rent. Quod si quid adjicit his quoad speciem contra- rium, censendus est, ut supra notavimus, loqui secun- dum mentem, non suam, sed Carmelitanorum. Ex quo sequitur incoherentia et veritati historicae con- traria verba esse quibus Henriquez affirmat S. Ma- trem se commodasse superioribus suis et vicissim superiores S. Matri suæ ad simul coarctandam Constitutionem de libertate confessariorum.

1729 Cæterum illo ipso loco ubi Yepes aliquid concedere videtur menti Carmelitanorum, modus eligendi confessarios quem jam sub S. Teresia viguisse ait, satis largus est, et, si bene attendatur, vix archior est asserta ibi ab Yepesio monialium circa confessariorum copiam libertas quam ea quam inculcatam a S. Teresia vidimus capitibus iv et v Viæ perfectionis. Quod enim rite notandum est, et quod ipse Montoya non satis explicat, Yepes ibi loquitur de monialium monasteriis quæ in eodem loco ad manum habent monasterium Patrum ejus- dem Ordinis, ex quibus ut confessarii ordinarii desumerentur, supra diximus Sanctam semper desi- derasse. Præter hos autem confessarios Ordinis sui, Yepes ait nominari solitos fuisse tres quatuorve alios, quos Carmelitanos non esse satis indicant eæ voces :

personas

Sed locus is
infirmitas,
quia falsa
continet.insuper mala
in eo fit inter-
pretatio Yepesii.

A. personas . . . en aquel lugar. Ergo moniales in illis locis habebant sufficienti numero confessarios, quibuscum, cum consensu priorissae, agere poterant. Ac de aliis locis de quibus Yepes nihil dicit, et in quibus monialium domus sola existebat sine existente in eodem pago vel civitate domo Patrum, plane probabile est, sin majorem, saltem non minorem numerum sacerdotum iis concessum fuisse. Ergo in utrisque locis, si supponas duos et forte tres confessarios fuisse ordinarios cum tribus aut quatuor de quibus Yepes loquitur, extraordinariis, pervenis ad numerum sex ferme sacerdotum, qui sane sufficit ad eam cuique moniali copiam faciendam delectumque praebeundum quem Sancta praeberi vult initio capitis v. Viae perfectionis; ubi quippe dicit illam libertatem ad multos assumendos confessarios extendi non debere.

enque, tum ibi cum in Chronico, verba gratissimè mutata videntur.

1730 Annotare hic omnino oportet, ad citatum supra Yepesii locum, ubi modum nominandi confessarios tradit, adjectam esse in Chronico (ut et in hujus gallica versione, atque in Henriquezii textu) particulam, ut dicitur, negativam, quae totum sensum non parum immutat. Videlicet Yepes (saltem in hispana editione anni 1776, qua utor) dicit: In locis ubi conventus habetur (en los pueblos donde hay convento) solent, praeter ordinarios confessarios, nominari tres vel quatuor viri spectabiles, etc. Atque idem habet anglica versio Woodhead (part. II, pag. 58). Ast Chronicum ponit: En los pueblos donde no hay convento; quod significat: In locis ubi non habetur conventus, nempe Excalceatorum. Quem sensum gallica Chronici traductio exprimit, dicens: Dans les lieux où il n'y a point de convents des Pères. Illa autem addititia vocula non gravissimam Yepesiani dicti immutationem inducit, quippe qua lectoribus innuatur dici ab Yepesio, in iis locis ubi Excalceatorum conventus est, acciendi alios confessarios copiam primis iis temporibus non esse factam. Ex gallica quoque Yepesii anni 1643 translatione concluditur genuinum textum habere: donde hay convento; quamvis inepte vertitur gallice: dans les lieux où elles ont un couvent: ubi moniales habent conventum. Improbabilis enim pleonasmus ille est quo gallice id refertur ad monialium monasterium: nam quando Carmelitanæ existere dicuntur in aliquo loco, insipide additur eas illic habere monasterium, quippe quæ vagari non soleant.

Atque alia plura in objecto Annæ epistola sunt suspecta.

1731 Quæri per transennam quoque posset qui factum sit ut superiores Ordinis pluries, et quidem viginti jam et amplius a morte S. Matris elapsis annis, adhuc ad Annam a S. Bartholomæo judicarent recurrendum, si ipsa S. Mater tam aperte, ut perhibent, in variis suis epistolis declaravit eam de confessariis mutandam esse Constitutionem. Neque enim ullum pondus tribuo dictis P. Ludovici a S. Teresa, qui in Synopsi de Erect. Carm. in Gallia (cap. XLVIII) dicit præfatam Annæ epistolam scriptam ante quartum capitulum generale anni 1594. Nam Henriquezio ille contradicit (quo uno nititur), qui affirmat Annam, cum consulebatur, jam Parisiis degisse, ac proin non respondisse ante annum 1604, quo Parisiis venit: ne quid dicam de defectu reverentiæ decreto apostolico debita, si verum foret, quod ait P. Ludovicus, capitulum prius Annam consulere voluisse quam corpori Constitutionum monialium id insereret. Ast, hoc prætermisso, scrutemur modo præfatam istam Annæ epistolam (vide num. 1726): mira enim continet. Quis scilicet credat Annam ita, ut in epistola est, fuisse locutam? Iste ejus sermo nonne delectori est et S. Matri et filiabus ejus et illustribus illis viris qui Sanctæ in Ordinis reformatione auxiliatrices manus præbuerunt? Næ solæ ista bene perpensa verba abunde sufficiunt, ut nemo credat tale

ab Anna datum fuisse responsum. Dein dissonum prorsus ab historia est quod citatis verbis innuitur, nempe Gratianum Teresiæ animos addidisse, et juvisse ad viriliter, seposito timore, abrumpendam omnem familiaritatem inordinatam et periculosam. Quod quam parum verisimile sit, liquet ex omnibus quæ super mitiore illo et de disciplina non sat sollicito provinciali referuntur. Insuper quid hoc refert ad probationem mutatæ Teresiæ mentis circa libertatem confessariorum?

1732 Neque minus me ferit alter jactatæ epistolæ illius locus ubi Anna a S. Barth. ait: Credo S. Matrem, si viveret, longe alia scripturam esse quam quæ scripsit. Quis enim sibi persuadebit inclytam hanc S. Matris filiam ita proterve locutam et tam parvi pendisse ejus scripta? eo magis quod hic de Constitutionibus agatur, de quibus Acta canonizationis dicunt: Fundamentum summæ prudentiæ elicitur ex legibus seu Constitutionibus quas tulit ad istius Religionis regimen et gubernationem, adeo prudentes ut ex illis facile dignosci valeat illam divino lumine in illis condendis fuisse illustratam; et de quibus Yepesius (lib. II, cap. XXXVII) sequenti modo non veretur loqui: Sunt plus quam humanæ Constitutiones illæ, aptaque sunt instrumenta ad tales sanctitatis gemmas perpeliendas: et consilia quæ viam aperiunt cælum versus tam divinam, tam securam, tam planam, certo non sunt a viro aut femina, neque ab ulla creatura humana aut angelica. Atque hæc verba in suis ad moniales anno 1630 datis encyclicis allegans P. Ferdinandus a S. Maria, Præpositus Generalis Congregationis S. Eliæ, monet ut primavæ eæ Constitutiones decretorum mandatorumque divinarum, a Deo per Teresiam datorum, loco ponantur, non secus ac Lex vetus populo Israelitico per Moysen data; imo dicit habendas esse ut rem vere sacram et ut Evangelii textum, juxta quas aliquando super ipsis a Deo judicium feretur: dum interim ab ipso P. Ferdinando, immediate post tanta Constitutionum encomia, dicitur S. Mater experta unam e præcipuis istarum non fuisse bonam, ideoque improbandam, et esse alium usum introducendum qui non sit contrarius consuetudini Ecclesiæ Romanæ et judicio omnium fere episcoporum, existimantium istiusmodi Constitutionis praxi laxitatem induci, subvertique et moniales et monasteria. Omitto quod in prætensa Annæ epistola ut a S. Matre dictum jactatur: Anna, video nos ire perditum reserando januam tot confessariis. Hoc enim, si revera ab Anna scripta fuisset epistola, ad nimiam sub Gratiano copiam referri deberet, non ad eum confessariorum delectum quem S. Mater filiabus suis concedi volebat. Et recte utique tunc sic quæstio fuisset Sancta, quoniam plures confessarios videbat quam pœnitentes et passim gloriæ ducebatur uno plures uni sanctimoniali esse confessarios (Chronicum lib. V, cap. XII). Quare mirandum non esset morem inter Franciscanos usitatum Sanctæ visum fuisse tanto abusu anteponendum; quin tamen, teste Ribera (lib. II, cap. I), unquam judicavit esse sibi mutuandum usum a S. Francisci Ordine, ut moniales solis sui Institutii Fratribus subessent. Certissime autem ad revocandam tanti momenti Constitutionem qualis erat illa de confessariis, et ad manifestandam suam mentem in re quæ filiabus suis non parum cordi erat, opus erat explicitis magis et disertis verbis, nec magis ad hoc sufficiebat laus quadam consuetudinis Franciscanorum, quam querelæ de Gratiano aut generalia quadam alia S. Matris dicta.

1733 Interim non abs re erit notare Henriquezium tantum descriptum exemplar, non vero authenticum, illius

v. g. reverens in S. Teresiam stylus, aliaque.

E

F

Imo authenticum sit ea epistola, jure dubitatur.

AUCTORE
V. D. M.

A illius epistola Annæ a S. Bartholomæo fateri se habere; ita ut nesciamus quis illud descriperit, per quorum manus transierit, et quomodo ad Henriquezium pervenerit. Neque huic meæ annotationi officit (quasi tota ista Henriquezii narratio disputationis seges esse deberet) quod in gallica hujus translatione a Gaultier dicatur Henriquezium habuisse authenticam ipsius Annæ manu scriptam hanc epistolam: nam hispanicus ipsius Henriquezii textus, qualis in Chronici loco jam citato habetur et repetitur in gallica Chronici versione et in italica Montoya citatione, contrarium dicit, nempe factum aliena manu dumtaxat fuisse exemplar. Adhuc adverti potest ea quæ Henriquezium ex præfata Annæ epistola dicit a S. Matre prolata, cum querebatur de relaxatione quam nimia in confessariis concedendis Gratiani indulgentia genuerat, multum discrepare ab iis quæ eadem de re Yepes habet. Quod autem ad dissertationem quam Henriquez ait ab Anna a S. Bartholomæo compositam, censendum est non continuisse efficacem aliquod argumentum quo probari potuisset retractatam a S. Matre fuisse libertatem accersendorum confessariorum. Secus fuisset indubie hoc insertum Vitæ Annæ a S. Bartholomæo ab Henriquezio, Chronico a P. Francisco a S. Maria, prolixis variorum annotationibus ad Epistolas Teresianas, aliisque passim Excalceatorum libris. Atque hoc aliæque quas jam attuli rationes in causa sane fuerunt cur Gaultier in eo videatur fuisse ut in gallica sua versione Vitæ Annæ a S. Bartholomæo totum hoc caput omitteret, quippe qui suo loco id non posuerit, sed ad calcem libri rejecerit. His itaque perpensis, judicet æquus lector utrum illud ex Henriquezio depromptum argumentum tale sit ut subvertere queat argumenta supra proposita. Quemadmodum jam dixi, ad primam respondens objectionem: Si valeant tria argumenta a Constitutione, ex Ribera et ex Yepesio, necesse est ut aut falsus fuerit Henriquezium, aut spuria ejus narratio, aut saltem aliena manu multum temerata. Sed addo nunc: Si tot sint in eo capite ac præsertim in præfata epistola Annæ a S. Bartholomæo res incoherentes et improbabiles, peremptoria altera adest ratio totum illud caput non admittendi. Atque hæc dicta sunt de tota hac ex Henriquezio super confessariis quaestione.

Ultima obijci-
tur altera An-
næ epistola

C 1734 Postrema demum objectio, quæ pariter reperitur in Chronico (lib. v, cap. xii), altera est epistola Ven. Annæ a S. Bartholomæo ad consobrinum suum Manzano, Antverpiæ scripta anno 1621; cujus fragmentum quod ad rem facit, hic accipe: Scripsi priorissæ conventus nostri Parisiensis litteras, quibus ei suadeo ut monialibus, sibi libertatem queritantibus, dicat, si maneant cum suis clericis, tale propositum in Ordine reformato, qualis noster est, non permittendum esse, et me primam futuram quæ eis bellum illatura sit. Aptane sunt tempora ad fovendas moniales hujus furfuris? Nequaquam revera, nequaquam nobis id expedit. Jam aliquantum conata sum hæc componere, et scripsi quidquid ab initio in nostro Ordine actum est, a tempore scilicet quo S. Mater nostra primum fundavit monasterium, usque ad tempus quo religiosos habuit, recensens persecutiones quas ipsa sustinuit, magnosque ejus conatus ad obtinendos religiosos. Sincere dico quod vidi, ut nunc sciatur et ut post meam mortem intentio noscatur nostræ Sanctæ, quæ valde aliena est a libertate quam nunc sibi volunt moniales; et hoc ex ejus ore audivi, et idem post suam mortem patefecit. Penes me habeo aliquot ex iis Constitutionibus in quibus concedebatur ea libertas, et in quibus dicitur factas eas

esse a nostris Patribus in primo capitulo in quo D. P. Gratianus provincialis electus est, ac perhibetur, ita ipsorum manu compositas, missas ab eis esse ad nostram Sanctam. Quique nunc illis inniti volunt, dicunt ab ea illas factas esse; at non est sic. Sed Deus bonus est, et prælati quos nobis dedit Deus, boni sunt, et promovebunt perfectionem. Deum precor ut eos custodiat, suamque gratiam in dies in eorum spiritu magis ac magis augeat. Corpore bene me habeo, et animus sat fortis mihi est ad resistendum his in rebus toti Galliæ; quoniam arbitror gratum me Deo præstare obsequium, eis veritatem indigitando, quæ tota est in his quæ scripsi. Deus e vivis sustulit M. Annam a Jesu, quæ a me in his dissentiebat, et dixi quibuscumque potui (inter alios Patribus nostris ac monialibus), ei a Deo non datum fuisse cælum quia prælati contraria fuerat, sed quia suum purgatorium in terris passa erat.

1735 Epistolam illam transilire hic possem, cum sermo videatur esse non tam de confessariis quam de monialium ab Ordinis regimine exemptione (quæ quæstio tunc temporis in Gallia vehementer agitabatur, et quæ, si epocham spectes, non ad Vitam Sanctæ, sed ad Ordinis historiam pertinet). Ast, cum hæc epistola etiam invocetur ut argumentum pro mutata S. Matris mente circa libertatem confessariorum, paucis saltem agendum de ea mihi hic est. Breviorem autem et simul tamen pleniorum ejus refutationem præbere me non posse reor, quam invitando lectorem ad attentam illius lectionem, ut ipse, ea perlecta et perpensa, judicet num imperiosa istiusmodi dictio stylique acerbitas quadret pietati, humilitati et charitati sanctissimæ fœminæ, et inter alia num vel minimum verisimile sit ut Ven. Anna a S. Bartholomæo talia scripserit de Venerabili consorte sua Anna a Jesu, cujus non tantum virtutes, sed et miracula, patrata ope ejus, vixdum a mense, cum epistola scripta dicitur, mortuæ, per totum Belgium celebrabantur. Certe, si talis, ut adagium fert, est vir qualis est viri stylus, magis ab implacabili et minace quadam fœmina hanc epistolam scriptam dixeris quam a mitissima sanctimoniali, quæ, agitato jam sæculo xvii et xviii beatificationis processu, gradum aliquando, ut spes est, faciet ad altaris honores. Has igitur ob causas, sive, post argumenta pro contraria sententia stabilita, assertorum in ea epistola veritatem inquiras, sive spectes totam ejus formam ac tenorem, non videtur isthæc epistola non posse non haberi aut ex integro aut ex magna parte falsa.

1736 Sat itaque a me jam probatum esse confido S. Matrem semper talem voluisse confessariorum libertatem, qualis in libro ejus de Via perfectionis, qualis a congregatis Patribus in Constitutione anni 1581, et qualis tandem a Ribera et Yepesio in Sanctæ Vitæ memoratur. Ast et justas posuit illi libertati Teresia limites. Nempe eam quæ ad perfectionem conducere, scripto commendavit, exemplo docuit usuque stabilivit; illam vero noluit et abhorruit quæ a perfectione abduceret profanasque affectiones apta esset generare. Ut dixi, media stetit prudens Teresia inter immodicam quovis accendi a Gratiana factam copiam, et inter nimium rigorem Doris, qui, dum cum sex consultoribus suis operoso et insueto modo monialium res tractabat, illis solitum confessariorum ex mente et usu S. Matris delectum pernegabat. Scilicet, ut sæpe fit, contraria contrariis curaturus, longius processit, et grassanti malo remedium æquo fortius applicuit, adinstar illorum qui, cum declinatam in unam partem corrigere volunt arborem, nimis in alteram inclinant; ac, pro amore Gratiani

quæ paucis
dilatatur.

E

F

Utriusque hu-
jus paragra-
phi epiphone-
ma.

A Gratiani, qui disciplinam emolliebat, vir cetero-quin optimus adhibuit rigorem qui primarias plures moniales, Teresianarum Constitutionum lenacissimas, exasperavit. Quos autem consultissima Reformatrix libertati terminos fixerit, et quæ ejus circa confessarios mens fuerit, e sequenti paragra-
pho adhuc clarius patecet.

§ XC. An et quousque S. Ma- ter cupiverit filiarum sua- rum cœnobîa a reformatis Carmeli Fratribus guber- nari, illasque ab his in spi- ritualibus dirigî.

Capit. San-
cta filias suas
subesse Ordi-
ni, et dirigî a
Fratribus.

B Accerrima a morte Teresiæ totos fere quadraginta annos circa utrumque hoc caput lis fuit, primum in Hispania, multas moniales inter et Patres Carmelitanos, ac dein in Gallia, hinc inter indigenas potissimum qui a partibus stabant eorum qui, priusquam in id regnum admissi fuissent Patres Carmelitani, monialibus præfuerant, et illinc inter sorores quæ ex Hispania in Galliam venerant Ordinem fundaturæ, et quas PP. Carmelitani sustentabant nec pauci e monialibus Gallis sectabantur. Licet sane meum non sit in Teresiæ Vita sequentem tractare historiam, nedum ullos corripere, subin tamen, quantumvis illubenter, cogor, S. Matris gesta et ordinationes dilucidando, attingere aliquos e posteris, et inter duos contendentes, qui opposita tuentur, alterutrum, etiamsi Ordo sit aut natio, indirecte perstringere: quod agendum mihi præsertim tunc est in rebus magni momenti, quando Teresiæ auctoritas ab una aut ab utraque parte invocatur. Atqui hoc in Carmelo factum esse circa Ordinis regimen et circa confessariorum delectum, cum Hispania et Italia, tum Gallia et Belgium locuples testis est: ita ut ardua hæc viscosaque tractatio vitari a me neutiquam possit. Proin exhibebo hic circa utrumque hoc caput S. Matris sensa, quantum valui ex attenta Operum ejus lectione assequi: quæ cum exposita probataque fuerint, facile cuique erit examinare opiniones multorum, contraria non raro sentientium in disputata adeo utraque questione de subdendis Ordini monialibus et de assumendis ex solis PP. Carmelitanis earum confessariis. In dubium recocari nequit quin S. Mater in reformatis viris cum sibi scopum proposuerit, ut cuncta filiarum suarum cœnobîa subjecta essent majoribus Ordinis et ut filia suæ a Fratribus Excalceatis acciperent regularem et ordinariam instructionem ac directionem; ut ea ratione monasteria sua majori uniformitate gubernarentur, ac filia suæ propria sibi disciplina melius instruerentur, a viris quippe eodem Instituto formatis eodemque spiritu imbutis. Sic Foundationum capite II (num. 5) perspectum sibi dicit necesse esse, si erigenda sunt monasteria sororum, ut Fratres quoque habeantur ejusdem Instituti: Considerando yo quan necesario era, si se hacia monasterio de monjas, que hubiese Frayles de la misma regla. Sic epistola 28 tom. III non levis momenti sibi videri ait ut Reformati Carmeli Fratres Confessiones excipiant monialium suarum: Con serlo tanto el confesarse con los Frayles, como V. P. dice, y lo veo. Atque hanc suam mentem etiam in pluribus casibus particularibus S. Mater

manifestavit, sicut videre est in variis Epistolarum locis, quorum aliqua attuli paragra-pho superiore, dicens ea quidem non valere ad generatim probandum S. Matrem nullos alios magistros spirituales filiabus suis dari voluisse quam Excalceatos; sed hæc nihilominus demonstrant eam existimasse sui Instituti viros in certis circumstantiis melius quam alios remedium asferre posse sive afflictis rebus alicujus monasterii sive turbatæ menti particularis ejusdem monialis: prout res se habuit Hispalî (vide tom. I, epist. 61, num. 7, et epist. 63, num. 7, ac tom. III, epist. 79, num. 9).

1738 Attamen, quidquid multi dicant, certum omnino videtur S. Matrem non eo animo extendisse Reformationem ad religiosos ut soli hi in particularibus quibuslibet casibus filias ejus instruerent, cum nil in S. Teresia, nil in Ribera, nil in Yepesio, nil denique in pontificiis Constitutionibus reperiatur quod illud adstruat, sive quod vel minimum innuat S. Reformatricem solos Carmelitanos, exclusis aliis, in spirituales filiarum suarum magistros voluisse; sicut et e contrario, quidquid olim dixerint nonnulli, præcipue Galli, nil usquam in Sanctæ scriptis, ne vel indirecte quidem, indicat eam consultius duxisse ut filia suæ Carmelitanis qua confessariis abstinerent, vel ut ab Ordinis regimine eximerentur. Quæ autem fuerit potior S. Matris finis in reformato virorum Carmelo, aperte significavit S. Joannes a Cruce in oratione quam habuit in capitulo generali anni 1591, et quæ memoratur in Chronico (lib. viii, cap. xlv, num. 6). Improbavit scilicet in ea oratione Sanctus Ordo manum suam retraxisse a gubernatione et directione monialium, ac gravibus verbis, ut ait P. Marcus a S. Antonio in Vita ejus (cap. xlvii, num. 4), tum disserens, ostendit quam parum charitati conforme esset punire omnes ob paucarum, si deliquissent, excessum; et quam alienum ab æquitate præterire in re tam momentosa præcipuum finem ob quem S. Teresia Reformationem inter religiosos induxerat, qui nempe erat ut moniales gauderent directoribus eodem spiritu imbutis; et denique quam evidens esset discrimen, ne, carentes Ordinis influxu, moniales prorsus ab observantia deciderent.

1739 Epistola S. Teresiæ adhuc melius id explicant. In epistola 28 tom. III, in qua S. Mater monitis suis instruit P. Gratianum ut in Complutensi capitulo negotia Reformationis ad moniales spectantia firmiter stabilirentur, sic loquitur: Mea sententia maximi faciendum est ne confessarii monialium perpetuo sint vicarii; quod tantopere harum domorum interest, ut, licet tanti referat Excalceatos nostros eis confessarios esse quanti tua Paternitas ait atque ego video, potius admitterem res in præsentî statu manere et moniales nostris non posse confessariis uti, quam quemcumque confessarium esse vicarium. Inde non pauca exurgunt incommoda, prout Reverentiæ tuæ declarabo, cum eam coram videbo. Mihi, precor, fidas: nam, cum monasterium S. Josephi conditum fuit, plurimum id fuit expensum, atque hæc una ex rationibus fuit ob quas a me et aliquibus aliis aestimabatur hanc domum bene Ordinario subjectam esse, ne scilicet ad hos vicariatus deveniretur. Ubi id obtingit, novi magna illic exstare incommoda; et unum, quod bene vidi, apud me sufficit: nempe, cum aliqua monialis vicario illi satisfacit, non poterit priorissa impedire ne loquatur cum ea, quoniam ipse superior est; et inde mille incommoda scaturiunt. Eam ob causam et ob alias multas necesse etiam est ut prioribus subditæ non sint. Si enim accidat ut aliquis parum peritus sit, jussa dabit

AUCTORE
V. D. M.
D

aliqua tamen,
quoad hoc po-
sterius, mode-
ratione, ut
probat e
S. Joanne a
Cruce,

E

et ex epistola
28 tom. III,

F

AUCTORE
V. D. M.

A

dabit quæ omnes perturbent; quia non omnes operantur sicut Pater meus Gratianus (nota Sanctam hæc ei gratulatam esse ante capitulum anni 1581): ac futuris temporibus prospiciendum est, cum jam tantis experimentis docti simus; et præsciendæ sunt occasiones, quoniam maximum quod priores monialibus creare queant bonum, est ut inter eas et confessarios non aliud commercium existat quam ut hi earum homologeses audiant.

quæ aspi-
tur.

1740 Ex hac epistola constat consilium S. Teresie quoad moniales Ordini subijciendas hujusmodi fuisse ut immediate subditæ essent provincialibus, minime vero prioribus, licet conventus religiosorum in loco ubi monialium monasterium esset, extaret. Et in provincialium gratiam scripsit mirabilem tractatum de Ratione visitandi monialium monasteria; quæ si bene servetur, absque dubio Ordinis influxus in moniales maximus erit, et apud eas semper florebit observantia. Constat similiter ex ea epistola S. Matris consilium quoad confessarios fuisse ut Carmelitarum Excalceati ordinarii confessarii forent suarum monialium, sed hoc pacto ut his non aliud cum suis confessariis commercium esset quam quod necessarium est confessarii officio; ita ut directio, instructio et magisterium, quæ Sancta Reformatrix cupiebat per Carmelitas præberi monialibus, ad munus confessarii assueti et ordinarii restringeretur. Et evidens sane est confessarium eandem regulam professum et bene doctum Constitutiones quas S. Mater præscripsit monialibus, rectissime posse suo officio fungi; sed nolebat Sancta hos confessarios gaudere in hoc monasterio auctoritate qua in aliis pollent vicarii. Atque hac in re reperiebat pia Virgo tanta incommoda ut mallet Carmelitanos non esse confessarios quam confessarios simul et vicarios, et ut satius duceret in capitula stabiliri ut filiarum suarum rerum statu non confiterentur apud Excalceatos, sed (quod usque ad hoc tempus in usu fuerat) adhererent in confessarios ordinarios sive sacerdotes seculares sive religiosos alios quam e Reformato Carmelo. Atque, ut ait P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 28, not. 17), et quoad immediatam subjectionem monasteriorum provincialibus, et quoad confessarios non constituendos vicarios, Ordo satisfacit S. Matris menti duabus iis rebus, quas tam ardentem S. Mater avebat, firmissime servatis tamquam inviolabilibus Constitutionibus. Porro de Excalceatis Carmelitis in ordinarios monialium confessarios assignandis in dicto Complutensi capitulo nihil mandatum est; quoniam facta ibi ea de re Constitutio his tantum constat verbis: Priorissa cum provinciali vel visitatore quærat sacerdotem qui ætate, vita, moribus suis convenienter satisfaciat; et, si vir idoneus sit, assentiente P. Provinciali, poterit monialium confessarius esse. Quo pacto nec jubetur nec vetatur eum regularem Calceatum vel Excalceatum esse; res temporis, ut maturescat, relinquatur; votum Sanctæ Matris approbatur; et penes prudentiam provincialium et priorissarum manet judicare sintne Excalceati designandi confessarii ordinarii necne.

C

1741 Dein ad declarandum num S. Matris, extendentis suam Reformationem ad religiosos, scopus fuerit procurare ut suæ moniales reciperent ab ipsis solis instructionem in casibus particularibus, satis est in memoriam revocare hæc pauca quæ Ribera et Yepes ex S. Matris scriptis hausserunt. Sancta, ait Yepes (lib. II, cap. XXXVII), in sua Constitutione statuit posse præter ordinarium confessarium a priorissa admitti ex iisdem Excalceatis vel ex aliis Ordinibus religiosos aliquot de quorum doctrina et virtute sibi satis constat, ut monialium Confessiones audiant, non tantum ter in anno, ut permittit

Hæc moderatè, etiam probatur ex Ribera et Yepes.

Concilium Tridentinum, sed etiam sæpius; et eandem potestatem penes priorissam esse circa conciones sacras. Ac Ribera: Nolebat, inquit, S. Mater suas filias Fratribus ita subdi ut his solis competeret ad eas concionari earumque peccata pro Confessione audire; sed ita ut ipsis liceret audire et consulere quoscumque qui magis ad suam salutem proficui esse possent, et ut cum illis animæ suæ res tractare fas esset. Ibi autem Ribera minime loquitur de prima solum Teresie sententia, quam adversarii postea mutatam dicunt; siquidem in binis locis, quorum unus (de sororibus conversis) immediate præcedit, et alter (de numero admittendarum) immediate subsequitur, ille auctor explicite dicit quid mutationis Teresia in utraque ea Constitutione admisit: quod sane in media (de confessariis) non neglexisset Ribera notare, si statutum illud S. Mater non reliquisset integrum. Yepesii dein, loquentis de prædicta Constitutione, verba sunt sequentia: Cupiit, inquit ille, multum S. Mater suis monialibus esse libertatem in confitendo, et, quamdiu vixit, eam procuravit, injunxit, et multo ardore prælatos qui tunc præerant, oravit ut eis concederent hanc sanctam libertatem: ita ut sancta libertas quam S. Teresia suis filiabus quoad confessarios extraordinarios e suo Ordine vel extra suum Ordinem assumendos reliquit, perbene componatur cum fine quem S. Mater habuit in extendenda Reformatione ad religiosos.

E

1742 Sed sciscitari quis posset quomodo inter se conveniat priorissas provincialibus esse subditas, hasque tamen sine prævia eorum venia admittere posse, in monialium confessarios et concionatores, viros de quorum doctrina et virtute satis illis constat. Respondeo primo, hoc ratiocinium cum ipsis S. Matris statutis pugnare; nam ex his solis quæ modo diximus, evidenter constat ejus de utroque voluntas. Quisquis igitur æstimat et veneratur sanctas et graves ejus ordinationes, debet curare ut eas inter se conciliet. Respondeo secundo, certum sane esse S. Matrem noluisse priorissas digladiari cum provincialibus de jurisdictione: ita ut, quotiescumque hi eas monerent, v. g. tempore visitationis, sibi non placere talem esse monialium confessarium vel concionatorem, hunc priorissa non admittere aut prudenter deberet amovere. Sed et provincialis erat relinquere priorissæ libertatem admittendi eos adversus quorum doctrinam et virtutem nihil ei perspectum erat. Si itaque monialis manifestaret priorissæ votum agendi de animæ suæ negotiis, v. g. cum P. Dominicano qui in civitate ut vir spiritualis et doctus habebatur, nolebat S. Teresia priorissam adstrictam esse, priusquam subditæ suæ annueret, ad petendam licentiam a provinciali qui forte quinquaginta leucis abesset. Si veniret in civitatem, exempli causa, missionarius Franciscanus sanctitate doctrinaque celebris, et cuperent moniales eum pro concione audire illuc confiteri, nolebat Sancta priorissam teneri ad recurrendum ad provincialem, ut suis monialibus hoc solatium impertiretur. Similiter fingi possunt plures alii casus practici: et in his omnibus, ac multo magis in adjunctis vere urgentibus, judicabat Sancta valde expedire ut priorissa in præsentem non subjaceret dispositioni provincialis, ubi de admittendo concionatore vel confessario extraordinario, litteris et virtute ornato, ageretur; quin tamen hæc facultas debitam submissionem tolleretur. Verbo, hæc subjectio atque hæc libertas valde bene concordant, dummodo spiritus regnet Teresianus. Atque hæc præcipue ex Montoya (diss. III, p. 62).

Neque ullam hæc involvit contradictionem.

F

1743 Cum opportuna hic sit occasio, sine animadversione prætermitti a me nequit quod ex præ-
tensa

Non placet
censuram
que affertur
auctoritati
S. Teresiae a
vicariis adhi-
bendis in suis
monasteriis.

A tensa quadam Anna a S. Bartholomaeo epistola narrat P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 28, not. 16), videlicet S. Matrem non aliam ob causam tam alienam a vicariis fuisse, et in primordio majorem libertatem circa confessarios indulsisse, quam quod, concitens in juventute sui monialibus Augustinianis, viderit has uno premi vicario qui strictissime amovebat quemvis alium confessarium. At prorsus a vero abhorret Ven. Annam a S. Bartholomaeo scripsisse istiusmodi, qualis refertur, injuriosam Augustinianis monialibus epistolam, et tam crudo inconditoque stylo ausam fuisse dicere S. Matrem puellaribus laborasse in re gravissima praedictis; dum ipsa Anna toties ex ore S. Matris suae exceperat, in libris ejus legerat atque usu ab ipsa inductam viderat laudatam eam circa confessarios libertatem quam supra retuli ex capite v. Viae perfectionis. Neque enim praedictis sese actam probat Teresia, quae citata supra epistola 28 tom. III exeret solidissimas rationes cur nolit ut confessarii vicarii sint (id est, cur nolit ut aliquod hi exerceant imperium, quod solis priorissis competere vult sub Generali et provinciali), et quae capitibus IV et V Viae perfectionis magna argumentorum vi nec minore styli claritate doctrinam suam tradit super patrum spiritualium defectu.

Certa Sanctae
monia ut fieri
sunt subessent
Ordini.

B 1744 S. Matris mente de confessariis et monialium regimine modo exposita, quae congrue hic potest quam alte sua haec ei mens inhaerit seu quos casus exceptitios vel revera admiserit vel parata videretur admittere in his suis statutis aut propositis, quantum scilicet id e scriptis ejus agendique ratione hauriri aut conjici potest. Supersedeo quaestioni de confessariis officio vicarii donandis, cum plane dicat malle se ut abstineant Carmelitani exercendo ullo inter moniales munere quam ut confessarii sint earum vicarii. Ordo in hoc S. Matri morem gessit, nec etiam in Gallia confessarii umquam administrant monialium conventus. Fixa quoque ei omnino videtur fuisse voluntas ut sub Ordine starent hi conventus: nam recusavit oblatas plurium fundationes, eo quod conditio esset appositae ne ab Ordine dependerent. Neque hoc mirum est: ut enim prius illi a Deo jussum fuerat ut Abulense monasterium eatenus episcopo subjectum sub Ordinis ditionem redigeretur, sic et Deus ei apparens, ut narrat ipsa Sancta, ipsi injunxerat ut quas fundaret imposterum domus Ordini submitterentur. Non est tamen quod ipsa probabiliter non liquisset hoc suum propositum, non dico, si Dei vel Ecclesiae nutus id exegisset, sed si graviores supervenientes rationes suavisent ut separati ab Ordine erigerentur monialium conventus, nec obstitisset nota Dei voluntas.

ita tamen ut
resistant, non
zime ad nu-
tum Summo-
rum Pontifi-
cum.

C 1745 Nam quae Abulensem primam suam domum ob justas causas Ordinario subjecerat, ob alias graves causas haud sane recusasset novas erectas domos subicere sive locorum Ordinariis sive commissariis apostolicis, nec pro spuris utique Teresia habuisset filiarum suarum canobia quae Summi Pontifices pro temporis et rerum adjunctis satius judicassent subiacere rectoribus extra Carmeli Ordinem assumptis. Etenim, cum caece semper superioribus pareret, etiam in hoc ad nutum supremi Ecclesiae Moderaturis, relicto suo sensu, illico sensisset aliter. Norat enim Teresia, obedientia filii, Ecclesiam, pacis religionis Ordinibus procurandam perstudiosam, nonnumquam temporis prudenter servire, ac demere vel addere Ordini constitutionem, ne totus Ordo aut notabilis ejus pars grave aliquod detrimentum patiratur.

qua, ex mor-
tali, curio tem-
porali.

1746 Qua ratione, cum in Hispania Reformata Carmeli equivaris sexus Religio ob regimen variamque

circa confessarios Ordinis disciplinam dissidiis intestinis agigaretur, intra decem ferme annos quatuor Constitutionibus apostolicis, quarum aliae aliis erant derogatoriae, pacare hunc conati sunt, diversa remedia tentantes, Gregorius XIII anno 1581, Sixtus V annis 1588 et 1590, ac demum Gregorius XIV anno 1591. Imo, quod hic apte ad rem facit, siquidem ad ipsum quoque Excalceatarum regimen attinet, tulit Ecclesia ac probavit, aut magis sancivit, ut in ipsa urbe Roma Ordini subesset alterum monialium Teresianarum monasterium (S. Egidii nuncupatum, quod in tabella Ordinis impressa erectum dicitur XXIX Julii 1610), alterum vero Ordine eximeretur (S. Josephi, fundatum juxta praedictam tabellam XIV Aprilis 1598). Pari ratione tulit et probavit ut olim in Gallia subessent pleraque monialium monasteria tribus viris a Sede apostolica delegatis, dum similiter probavit (quod Teresiae proplacuerat) vulgo alibi extra Galliam constitutas domus Ordini subesse, v. g. in Hispania, Italia, Belgio, Polonia, in comitatu etiam Avenionensi et Lotharingia, etc. Longissime autem absuisset humillima et obedientissima Virgo ut tota mentis pronitate diversas has de Ordine suo ordinationes non admisisset, si lata fuissent se vicia. Nam, quantumvis fortis in agendo, tam parum judicii sui erat tenax ut non raro aequalium et subinde etiam inferiorum sententiae cederet, sicut tomo III, epist. 28, num. 9, in re quae ei, utpote paupertatis amantissimae, cordi summopere semper fuerat, cedere videmus, sinendo scilicet rescari e Constitutionibus quidquid monasteria sua vetabat donari censibus.

1747 Queri tandem ultimo potest quam immotum S. Matri propositum steterit ut Patres Carmelitani essent sororum suarum confessarii. Solet in hac, ut in pluribus aliis rebus, Teresiae sensus ad opposita utrinque detorqueri. Taceo indignas honesto, nedum religioso viro, truncationes Operum S. Matris, v. g. in prima Epistolarum ejus gallica versione quae anno 1660 Parisiis prodit, ubi plura resecta sunt quae editori Gallo displicebant. Taceo quoque nonnulla variorum dictoria, ubi non sat paritum fuit reverentiae S. Matri debitae (v. g. nota 27 ad epistolam 89 tom. III edit. hispanicae). Sed sufficiet, pro specimine discrepantium circa hoc opinionum, citare binam sincerorum caeteroquin scriptorum diversam ea de re sententiam; quarum altera solos PP. Carmelitanos in monialium confessarios volebat adhibitos, altera vero hos malebat eo ministerio excludere, dum tamen uterque jactabat sententiam suam Teresiae auctoritati innili. Scilicet P. Fredericus a S. Antonio (lib. III, cap. XII), sequentia habet verba: Ultimus S. Matris sensus fuit ut in secreto Confessionis tribunali nulli alii quam Fratribus Carmelitanis filiae suae conscientiam aperirent. Atque ita passim loquuntur scriptores Carmelitani. Marillac autem (pag. 56 operis sui de Erectione et Institutione Carmelitissarum Excalceatarum in Gallia) ita habet: Ex eo quod expresse dicatur in Constitutionibus, viva Teresia conditis, facilitatem communicandi religiosos inter et moniales maximae mundo offensionis esse, et quod religiosi prohibeatur foeminarum adire monasteria, non male concluditur decreta haec prohibentia non posse melius servari, nec posse quid conformius fieri spiritui S. Matris, quam si interdicatur religiosi quodvis erga sorores sacrum ministerium. Atque in hanc plerique inclinantur auctores Galli opinionem, quam etiam in praxim redegerunt.

1748 In tali itaque sententiarum diversitate, antequam meam proferam mentem, quo plenius S. Matris sensus agendique ratio investigetur et

AUCTORE
V. D. M.
D

E

In re confes-
sariorum au-
ctoritas San-
cta in contra-
rium invoca-
tur.

F

Sancta ob vo-
pum enim,
qui erat maxi-
ma perfectio,

AUCTORE
V. D. M.

A

vindictur; considerare plane oportet temporum et rerum circumstantias. Ut jam dixi, certum est ipsam filiabus suis dari generalim maluisse confessarios sui Ordinis; sed et certum quoque eam nunquam in universum vetuisse quominus alii qui Carmelitani non essent, in confessarios adhiberentur. Ut autem relicta hujus libertatis in eligendis confessariis ratio capiatur, considerandus est finis quem Teresia sibi in monialium reformatione proposuit, ac etiam consideranda rerum et temporum circumstantiae in quibus egit et scripsit. Finis ille erat ut ad summum perfectionis apicem virgines suae educerentur; ac revera tanta virtutis magistra discipulas suas ad sublimem adeo sanctitatem evehit ut non paucæ earum a Deo donarentur visionibus, raptibus aliisque gratis gratias datis; sicut ipsa scribebat anno 1573, capite IV *Fundationum* suarum, num. 7, sic inquit: Tam multas ac tam singulares Dominus gratias hisce in domibus præstat ut omnes eas ad meditationem evehat; nonnullæ porro ad perfectam pertingant contemplationem; aliæ vero usque eo evehantur ut et raptus et ecstases patiantur; aliis quoque alio modo gratias Dominus elargiatur, nec non revelationes et visiones, quas a Deo provenire quam manifestissimum est. Nullum namque hodie monasterium est in quo non duæ aut tres quibus hujusmodi gratiæ fiant, reperiantur.

qualem reipsa
filia ejus atti-
gerant.

B

1749 Imo ob maximum erga ferventissimas Teresiæ sodales calidus concessum favorem necesse fuit ordinari ut vota non jam amplius publice ad cancellos, sed intra chori penetralia emitterent, ne scilicet, quod anno 1571 Annæ a Jesu contigerat, ecstasi ter pro Carmeli more repetendam votorum pronuntiationem absolvere impedirentur. Vide P. Angelum Manrique in *Vita Annæ a Jesu* (lib. II, c. IV, num. 6 et 7), de Montis in gallica ejusdem *Vita* (lib. II, pag. 40), Emery in *Vita S. Teresiæ compendiosa* (pag. XLVII), gallicas S. Teresiæ *Epistolas a Matre Maupœu versas* (t. II, nota ad epist. 101). Ac denuo Sancta, *Vita suæ* cap. XX, num. 15, memorat prodigia quæ Deus operatur in iis qui ad quartum (id est ad sublimissimum) orationis et contemplationis gradum jam eluctati sunt; et postea de domo sua Abulensi, quæ a brevi tantum tunc tempore erecta erat, addit: Causa vero cur me quoad hoc ita explicem et declarem, hæc est, quod sciam hodie nonnullas superesse, etiam hoc in monasterio, quibus id genus gratias Dominus confert: unde, si, qui ipsas dirigunt et regunt, in hisce rebus minime versati sint, putabunt fortasse eas in raptu debere ceu mortuas videri, præsertim si non sint docti. Et certe dolenda res est quod tam multa a confessariis harum rerum imperitis, uti postea dicam, pati homo debeat.

C

sapientissi-
ma sic unde-
quaque per-
cipit confes-
sarios.

1750 Hoc autem ipsum ab imperitis confessariis periculum potior sane causa fuit cur S. Teresia judicaret optimum quemque, id est doctissimum et sapientissimum, filiabus suis concedi debere ducein spirituales, sive Carmelitani esset sive non esset, et cur, sollicita semper ad auxilium et solatium familiæ suæ procurandum, cap. IV et V *Via perfectionis* tam diserte voluerit ut acciri possent, e judicio priorum, quicumque sacerdotes in discernendis spiritalibus versati. In ardua enim perfectionis via et inter rara hujusmodi Dei dona experta ipsa erat non affatim esse idoneorum consiliatorum, ut negligi posset aptior qui inveniretur pater spiritualis, ex quocumque obviis esset Ordine aut Clero. Secundum hoc ergo S. Matris principium, quo meliorem spirituales directionem suis comparare studuit, initio Reformationis quidem frequentius, post-

modum vero rarius, semper tamen aliquoties, utile esse potuit iis virginibus exquirere consilia etiam aliorum quam Carmelitanorum.

1751 Enascente primum sua Reformatione, Teresia non tam inducta quam compulsa fuit ut facilem se prorsus præstaret in admittendis desumptis extra suum Carmeli Ordinem confessariis. Non hic loquor de sexennio quo erecta sunt quatuor priora monialium monasteria et quo nullum existeret reformatum virorum, sed de reliquo usque ad mortem ejus tempore. Si enim spectes hæc primordia, Reformatus virorum Carmelus ornabatur quidem primariis eximieque sanctitatis et doctrinæ religiosi; attamen quatuordecim quibus ab ortu suo usque ad Teresiæ mortem Reformatio extitit annis, non eum certe numerum formatorum virorum habuit quem habuit postea, cum altiores radices egerat ramosque circumquaque extenderat, et cum in numerosiore et adultiore Ordine plures reperiebantur iis instructi dotibus quas S. Mater in spiritali filiarum suarum rectore peroptabat. Interim non abs re erit Reformationis sub Teresia progressum uno conspectu intueri, ac considerare quot, ubi et quando utriusque sexus cœnobia tempore S. Matris fundata fuerint; et patebit plura fuisse seminarum quam virorum, nec bina hæc utriusque sexus ubivis fuisse in eadem civitate.

D
quales pede-
tentim plures
Ordo suus
suppetebat.

1752 Atque hæc sunt quæ meditato mihi S. Matris acta et scripta videntur in ea intricatissima re probabiliora. Quare temperanda utrinque sunt, non minus veritatis quam pacis amore, extrema quorundam sibi oppositorum effata; ac fatendum, ut dixi, S. Matrem ita generatim maluisse confessarios Carmelitanos ut nunquam tamen excluserit alios, etiam ordinarios. Præterea æstimandum omnino est illam, quæ summa non minus animi temperantia quam prudentia prædita erat, et hic quoque, ubi fas fuisset, tempori servitutam, cessuramque ob æquas rationes fuisse in re confessariorum opinioni desiderioque suo, et quidem, ut videtur, multo facilius quam in subtrahendis omnimode Ordini filiarum suarum monasteriis. Satis itaque me fecisse ratus ostensis regiminis et spiritualis directionis principiis quæ S. Mater ut fundamentum habuit reformati a se Carmeli, aliis relinquo dijudicandum num bene semper hæc interpretati sint tum Teresiæ posteri tum qui res Carmelitanas tractarunt. Nam hoc inquirere, sicut prius adverti, spectat magis ad Ordinis historiam quam ad Sanctæ Vitæ. Interea tamen, sicubi de Teresia a quibusdam sermo fiat, ejusque auctoritas in discussa jam materia a contraria non raro sentientibus invocetur, jure lectorem rogatum velim, ut, nisi falsum quod exhibui rationum deprehenderit, varia illa variorum effata conferat cum sensu Teresianis quæ supra conatus sum enucleare; variisque iis dictis ad nota probataque S. Matris sensa, ceu ad lapidem lydiæ, examinatis, pronuntiet ipse lector quoniam e tam diversis sententiis veræ sint aut falsæ. Equidem in acerrima lite et multorum conflictu, contentus informasse causam, cæterum malim judicium sententiamque aliis pronuntiandam relinquere quam ipse proferre.

Dictorum
conclusio.

F

§ XCI. Ecstases, raptus, visiones, revelationes in S. Teresia a Dei spiritu profecta sunt.

Hanc tractationem orsurus, verba usurpo auctoris Chronici,

Ita S. Matru
charismata,
de quibus ju-
rea agerunt.

A

Chronici, sic loquentia : S. Teresie et S. Joannis a Cruce doctrina de visionibus et revelationibus timidum me reddit tamque parum audentem ut de his tacerem, nisi de narrandarum authenticis rerum mihi constaret. Ast authenticæ cum sint, non ausim eas celare, eo quod gloriæ Dei intersit ut dona ejus noscantur (lib. viii, cap. vii, num. 10). Ipsa S. Virgo in libro Vitæ suæ, in Additionibus ad Vitam suam et in epistolis suis ad Rodericum Alvarez (tom. I, epist. 18 et 19) enarrat hæc quæ toties experta fuerat celestia munera, simulque explanat quid ea sibi velint. Pariter Ribera, postquam initio libri xv Vitæ suæ Teresianæ sublime orationis ejus genus declaravit, ea dona, tamquam orationis effectus, fuse, docte et accurate capitibus sequentibus describit. Idem præstant lucide et breviter Acta canonizationis (Relat. ii, art. xxi). Id insuper argumentum tractant Yepes, Joannes a Jesu Maria, auctor *Chronici*, aliique scriptores bene multi, etiam recentiores. Interim, ut cœtaseon, revelationum aliarumque de quibus hic sermo est rerum justa habeatur idea, lectorem remitto præ cæteris ad Benedictum XIV (de Beatif. et Canoniz., lib. iii, cap. xlix et seqq.), tum quia nullum, ut antecessores nostri pluries fassi sunt, invenire est scriptorem certiorum seu cui tutius fidatur, tum quia ea quæ tractat, sæpe ad S. Teresiam refert et non raro auctoritatem ejus invocat ad stabilienda posita a se principia. Porro Ribera initio Vitæ Teresianæ multa congesta eruditione egregie disputat ad vindicandas ab incredulorum assultu Sanctorum revelationes. Visum tamen mihi est ad dicta Riberae adjicere hic quidam pro ævi nostri conditione, quo melius contundatur audacia eorum de quibus loqui videtur S. Judas versu 10, sic dicens : Quæcumque quidem ignorant, blasphemant : quæcumque autem naturaliter, tamquam muta animalia, norant, in his corrumpuntur.

Judicantur
autem et a Deo
fuisse tributa.

C

1754 Proficiscitur id genus rerum a spiritu aut divino aut diabolico aut humano. Ergo investigandum mihi est quænam, quod attinet Sanctam nostram, mirabilium sit eorum effectuum causa. Primis quidem quibus extraordinaria hac via incedebat temporibus, dubitatum a nonnullis fuit Deine an diaboli spiritu ipsa ageretur; sed brevi eorum qui in discernendis spiritibus minus versati erant eamque a malo spiritu agi autumabant, relicta opinione, omnes amplexi sunt sententiam S. Petri de Alcantara, S. Francisci de Borgia, Magistri Joannis de Avila, P. Petri Ibañez, P. Balthasar Alvarez, P. Dominici Bañez, P. Roderici Alvarez aliorumque multorum piissimorum virorum et excellentium theologorum, qui, S. Virginis conscientiam moderati, assueverant edicere Dei esse spiritum qui raris his donis animam ejus gratificabatur et exornabat : eoque id in dies firmitus credebatur, quo magis elucescebat constanti solidarum virtutum exercitio humilis Virginis sanctitas, omnimodaque in ea concurrere videbantur signa o quibus tuto judicari posset dona ea esse divina. At id maxime patescebat ex effectibus, juxta datam a Christo Salvatore regulam, qua spiritum Prophetarum discerni voluit : Ex fructibus eorum cognoscetis eos (Matth. vii, 16). Cui regulæ consonant pulchra quæ S. Catharina Senensis sibi a Deo dicta refert verba : Pro certo, inquit, noveris, quandoquidem ego sum veritas, ex mea apparitione semper in anima majorem existere veritatis notionem; ex veritatis autem cognitione id præstatur anime ut et me et se rectius cognoscat : unde porro consequitur ut se contemnat ex animo, neque honoret ac veneretur. Ita fit ut ex meis visionibus anima seipsam suamque vilitatem penitus intelligat, eamque intelligendo se contemnat

magis, humiliorque efficiatur. Cujus contrarium accidit ex satanæ visionibus (apud Eusebium Amort, tractatu de Revelationibus etc., part. i, cap. xx, num. 3).

AUCTORE
V. D. M.
D

1755 Certe nil magis perspicuum, nil tutum magis ad spirituum discretionem potest assignari indicium, quam hæc a S. Catharina aut potius a Deo mirabili brevitate et nexu statuta regula. Neque alio collineant multiplicia ea bonarum revelationum indicia quæ pulchre evoluit Cardinalis Bona capite xx libri de Discretionem spirituum, ubi ab Eminentissimo scriptore S. Catharinæ verba explicata dices et applicata revelationibus S. Teresie. Postquam scilicet eos qui animas regendas susceperunt, monuit ne facile credant mulierum revelationibus, illis exceptis quas longa experientia et diligenti examine probaverint a Deo esse, sic ait : Ab hominibus humana et divina sapientia præditis S. Teresie visiones et revelationes approbatæ fuerunt variis judiciis et argumentis; quæ operæ pretium est hic summam referre, ut ad hæc veluti ad lydium lapidem oblatas revelationes examinare bonumque spiritum a malo discernere valeant quicumque huic curæ incumbunt. Spiritum igitur Teresie bonum esse et veras revelationes hæc signa demonstrarunt. Semper timebat diabolicas illusiones, ac propterea numquam visiones petiit aut desideravit : imo potius Deum exorabat ut eam duceret per viam consuetam, hoc solum optans ut fieret in ea divina voluntas. Cum soleat dæmon præcipere ut quæ revelat nemini dicantur, illa semper a spiritu sibi apparente audiebat ut communicaret cum viris doctis, ne forte tacens deciperetur : ideo se virorum illustrium examini subjecit, qui tunc doctrinæ et sanctitatis laude in Hispania florebant, quales fuerunt Petrus de Alcantara, Franciscus Borgia, Joannes Abulensis, Balthasar Alvarez, Dominicus Bañez et alii. Suis directoribus exactissime obediebat, et post visiones magis in charitate ac humilitate proficiebat. Libentius cum illis agebat qui minus creduli et magis timidi erant; eosque magis amabat a quibus persecutiones patiebatur.

secundum re-
gulas quas
evoluit

E

1756 In ejus mente summa tranquillitas et jucunditas erat, exsuperans omnes mundi consolationes : ardentissimus in ea zelus salutis animarum, purissimæ cogitationes, magnus candor, fervens desiderium perfectionis. Si quæ in illa imperfectio, si quis defectus erat, de illo semper reprehendi ab eo solebat qui intus illi loquebatur. Dictum est ei, ut, si quæ justa sunt a Deo peteret, ea indubitanter obtineret : multa autem petiit, et semper obtinuit. Quicumque cum illa versabantur, nisi prava dispositio obstaret, ad modestiam, ad pietatem, ad amorem Dei ex ejus consuetudine excitabantur. Visiones ut plurimum ei contingebant post longam et ferventem orationem sive post Communionem; et in illa accendebant ardentissimum desiderium pro Deo patiendi. Carnem suam jejuniis, flagellis, ciliciis castigabat; et gaudebat in tribulationibus, murmurationibus et infirmitatibus. Solitudinem amabat, abhorrens ab hominum conversatione, et ab omni rerum terrenarum affectu prorsus avulsa. Tam in prosperis quam in adversis eundem semper tenorem, eandem animi tranquillitatem servabat. Nihil unquam in ipsius revelationibus earumque adjunctis viri docti observarunt quod a regulis Fidei et Christiana perfectione alienum esset : nec erat in illis quod posset reprehendi. Hæc signa si in aliquo deprehensa fuerint, nullatenus dubitandum quin ejus revelationes a Deo sint. Etiam timoratissimis illudit quidem interdum dæmon, sicut ex adverso Deus aliquando nequissimis gratias confert quæ dicuntur

Cardinalis
Bona.

F

AUCTORE
V. D. M.

A

cuntur gentis date (quo modo prophetaverunt Balaam et Caiphas); ast ex fine quem revelationes ultimato causant, ut ait S. Thomas, verè a falsis dignoscuntur (in 2 ad Cor. cap. XI, lect. III, ad illa verba: Ipse enim satanas transfiguratur se in Angelum lucis).

postquam ab
tributum est
ab Ecclesia
laudam.

1757 Quamplurimum autem non tam concaluit quam propagata est acceptissima illa opinio de visionibus aliisque divinis S. Teresiae donis, cum post felicem ejus mortem patrarentur ad ejus invocationem prodigia et maxima et plurima, et cum vidissent atque attrectassent testes innumerabiles incorruptum, lentum atque odoriferum ejus cadaver. Extra controversiam vero habita est hæc res, quando, Teresia fastis Sanctorum inserta, Ecclesia, honorificis verbis tum in Bulla canonizationis tum in Lectionibus Breviarii de ejus ecstasibus, visionibus et revelationibus mentionem faciens, visa est suum iis calculum adjicere; quævis decretoria non edebat sententiam, non solita quippe hujusmodi res definire. Quare, ne in his quæ super S. Teresiae donis asserturus sum, fines quos Ecclesia sibi ponit, excedere videar, atque etiam ne quis parum æquum judicium sibi effingat de loco sive numero quo Ecclesia ecstases, raptus, visiones, apparitiones aliæque hujusmodi in canonizandis Sanctis habet, sed ut menti qua Romana Sedes talia examinat, sensuique quo talia laudat aut etiam approbat, inhæreatur, utile duco quædam præmittere, ut nulli saltem qui sit Catholicus, habeat aut in defendendis Teresianis visionibus nimius, aut in refellendis earum detractoribus iniquus.

B

1758 Quod æstimationem attinet qua Ecclesia pensat raptus, apparitiones, revelationes et cætera id genus, imprimis animadvertendum est cum Benedicto XIV (de Beatif. et Canoniz., lib. III, cap. XLII, num. 5 et seqq.) ea omnia, non secus ac gratias gratis datas, quibus conneza quodammodo censi debent, communio esse peccatoribus et justis; quoniam per se a Deo pendent, et non ab homine aut a rectitudine humanæ voluntatis. Imo S. Teresia dicit Deum quandoque velle hominibus qui in malo sunt statu, tantum conferre favorem ut ad orationem contemplationis ascendant, cum nimirum ob finem ut eo modo e dæmonis manibus eripiantur (Via perfectionis, cap. XLVI, num. 4). Advertit Benedictus in canonizandis Sanctis nullam mirabilium earum rerum haberi rationem, si non adsint virtutes heroicae aut non constet de bona morte; ast, si de utroque hoc constet, earum rationem haberi, eo quod hæc res dispositivè hominem Deo gratum facere possint. Nec tamen necessarius eas esse ait ad canonizationem, siquidem ad hanc duo dumtaxat requisita substantialia exiguntur, virtutes nempe et miracula. Porro notat non omnibus justis ea dona conferri, quia ad communem Ecclesiæ utilitatem non necesse est ut justis omnes ministrent aliis vel subleventur iis gratis ad operandam aliorum salutem; quod confirmatur ex eo quod Bullæ canonizationum reperiuntur ubi nulla mentio de talibus est; unde arguitur Sanctos illos iis caruisse. Subjungit denique laudatissimus auctor, quod visiones et apparitiones attinet, non posse quidem hæc probari nisi verbo aut scripto ejus cui facta fuit visio vel apparitio Deive locutio; sed, cum in quavis canonizationis causa quæ abundat visionibus et cæteris ejusmodi, omnino requiratur ut spiritualium magistrorum accedant de qualitate visionum et apparitionum testimonia, et ut simul constet de eorum magistrorum probitate, prudentia et experientia (sicut revera factum fuisse ait Benedictus in causa S. Teresiae, cujus spiritum pro-

haverunt doctissimi et probissimi viri), hæc ratione, D quod unicum quidem primitus fuit testimonium, illius nempe qui gavissus iis fuit visionibus, communitur quam maxime testimoniis illorum qui Servi aut Servæ Dei conscientiam moderati sunt: ne quid dicam de testibus aliis qui testimonium deponunt super heroicitate virtutum.

1759 Dein, quoad examen visionum et quoad valorem tributæ his ab Ecclesia approbationis, sciendum est, ait idem Pontifex, approbationem istam nihil aliud esse quam permissionem ut edantur ad fidelium institutionem et utilitatem post maturum examen: siquidem hisce revelationibus taliter approbatis, licet non debeatur nec possit adhiberi assensus Fidei Catholice, debetur tamen assensus fidei humanæ juxta prudentiæ regulas, juxta quas nempe tales revelationes sunt probabiles et pie credibiles. Explicat dein Benedictus quomodo a Congregatione Rituum de visionibus, revelationibus et apparitionibus triplex instituat examina: primum, ut videatur num quid in iis insit quod reprobari mereatur, v. g. aliquid contra Fidem aut bonos mores aut aliqua doctrina nova et peregrina atque a communi Ecclesiæ sensu aliena; secundum, ut judicetur utrum is cui illa contigerunt, fuerit a Deo illustratus gratis gratis datis; tertium, ut sciatur an illæ visiones, revelationes et prophetiæ sint approbandæ, generatim scilicet: nam vix umquam hæc aut illa singillatim visio, revelatio aut apparitio approbatur. Quare bene ait Cardinalis Bona (loco supra citato, num. 1), quæ circumferuntur revelationes a sanctis viris et mulieribus scriptæ, eas non ideo approbatas censendas esse ut illis certitudine fidei assentiamur, sed ut eas tamquam probabiles recipiamus. E dictis itaque conclude, cum S. Teresiae visiones, apparitiones et prophetiæ a Congregatione Rituum (ne quid dicam de multorum scriptorum et testium auctoritate) examinatae fuerint, et modo quo dictum est, approbatae, conclude, inquam, secundum prudentiæ regulas assensum fidei humanæ iis deberi; ita ut qui hunc iis assensum denegat, non læsæ Catholice Fidei, sed mali aut insinceri critici notam contrahat, et quidem tanto pejorem quanto pluribus probabilioribusque argumentis Teresianæ visiones sunt communitæ.

1760 Præter allata modo argumenta alia adhuc ratio haud parum contulit ut generalis certaque evaderet Catholicorum persuasio non humanum, nedum diabolicum, sed divinum fuisse spiritum qui eas quibus scatet vita ejus ecstases aliæque mirabilia in anima ejus operatus sit. Scilicet excellentia scriptorum ejus et magna æstimatio quam libri illius ubivis terrarum nacti sunt, eo usque increverunt ut quas ipsa posuit ad discernendas veras a falsis revelationibus regulas, hæc habeantur certissimæ ac tutissimæ, et ut vix ullum reperias inter eos qui post S. Teresiae tempora has res scribendo tractarunt, quin ejus, præ cæteris omnibus, auctoritatem invocet, tum quia lucide hæc abstrusa extricat, tum quia ipsamet divinis, ut Lectio sexta Breviarii Romani loquitur, locupletata fuit charismatis. Porro cernere est quanta cum æstimatione, et prope dixerim, quanta cum veneratione auctoritatem verborum ejus inclament J. B. Scaramelli quaque fere pagina Directorii sui mystici, Bossuetius in libro: Mystici in tuto, Cardinalis Bona in libro de Discretionem spirituum, ipseque adeo, ut alios multos omittam, Benedictus XIV, qui honorificis verbis mentionem frequenter facit operum et judiciorum S. Teresiae.

Ecclesia solet
tributa facta
laudare.

E

F

Librorum ejus
præstantia
contulit quo-
que ad bene
de donis illis
sentendum.

§ XCII. Refutantur varia adversariorum argumenta.

Exposita igitur sententia quam Ecclesia de immissis divinitus S. Teresiae visionibus et revelationibus non obscure manifestavit, quamque Catholici generatim sequuntur, recenseamus modo atque refellamus eos qui contra sentiunt. Quandoquidem sermo mihi hic, ut confido, est cum iis qui inter cetera Sanctae Fidei nostrae dogmata credunt Jesum Christum Deum de Deo, et consubstantialem Patri, natumque ex Maria Virgine, passum et crucifixum, animadvertere in antecessum mihi fas est Christianos etiam homines non sufficientem quandoque in iudicando habere rationem divinae bonitatis et potentiae. Sicut enim probe notat auctor Chronici Carmelitani, ubi vindicare conatur a severiorum criticorum assultu mirabilia caelitus S. Teresiae collata beneficia, non debent praestita talia sanctis animabus charismata esse creditu difficilia illi qui credit Jesum Christum, e suo erga hominem amore, incarnatum, natum, passum ac saturatum opprobriis. Praeterea sibi parum quoque constare videntur nonnulli qui faciles sese praebent in admittenda circa animam hominis malorum spirituum actione, difficiles vero in admittenda circa eam operatione Dei et bonorum Angelorum. Videntur nonnulli, ait S. Teresia cap. viii *Foundationum*, vel ad solum visionum revelationumve nomen consternari. Quid tamen in causa sit nescio, aut cur adeo periculosum putent haec animam via a Deo conduci, aut undenam haec eorum consternatio ortum habeat. . . Neque haud pauci confessarii tam percelluntur et consternantur, dum e penitentibus audiunt diabolum multa blasphemiae genera ipsis representare, nec non alia foeda et turpia suggerere, quam percelluntur et consternantur, dum illi se Angelum aliquem aut vidisse aut allocutos esse, vel etiam Dominum nostrum Jesum Christum in Cruce positum sibi apparuisse dicunt. Quare assentiri non ausim religioso cuidam viro, qui in gallico edito nuper opere tam raras censet hodie esse familiares illas Dei cum homine communicationes ut regula pene generali repellendas velit quaslibet personas quae in sacro Penitentiae Tribunali tales aperiunt acceptas a Deo sibi gratias. Impendenda sane est magna cautela et prudentia; non eo usque tamen circumscribenda ullo tempore est divinae bonitatis largitio; sicut late videbis inferius apud Riberam (lib. 1, cap. 1), et sicut Theophilus Raynaudus scite explicat in sua tractatione de Stigmatismo sacro et profano, divino, humano, demoniaco (sect. 1, cap. XIV).

1762 Videlicet doctus ille vir, postquam memorarat monitum Apostoli de satana saepe se in Angelum lucis transfigurante, et postquam multis jam humanae jam diabolicae fraudis haustis e fidei probatisque scriptoribus exemplis ostenderat quum necesse sit ut monitum illud, quoties personae occurrunt quae insolitis gradiuntur viis, oculis obversetur, aurea sequentia subiicit verba: Qui caelestes hos favores aliis collatos accipiunt. . . non esse adeo credulos oportet ut illico bibula aure excipiant omne quod iactatur in hoc genere, praesertim circa mulierculas, quae imposturae, ob cordis inopiam, facilius patent. Est vero etiam haec cautio eidem sexui molliori maxime necessaria: ob iudicii namque imbecillitatem et cordis levitatem credendi facilitate laborant, et facilius etiam impla-

nantur. Ipse sane Spiritus Sanctus citam credulitatem levitati cordis adscribit Eccli. XIX. Non est quidem adeo obdurandum pectus ut nihil prorsus velit admittere narratum in hoc genere, etiam quod aeo nostro accidisse feratur. Deus quippe etiam nunc adest Ecclesiae suae, habetque in ea sub modio variis locis personas nitentissimas, quibuscum pignora benevolentiae suae et sanctimoniae argumenta, caelestes hosce favores, communicare haud indigne potest, si ita ferat ejus beneplacitum. Itaque non est putandum caelum nostrum usquequaque aeneum esse, nec posse in aliquas aevi hujus personas depluere caelestia munera, qualia in anteriores Sanctos defluxere.

1763 Removendum igitur est robur et aes triplex quod nonnullorum pectoribus insedit ad respicienda omnia hujusmodi charismata, tamquam ab his saeculorum finibus aliena. Fortius etiam repellenda sunt ea fortia ingenia quibus fortitudo censetur inficiari anteriores ullos Sanctos (ne Sancto quidem Francisco dempto) insignitos esse sacris stigmatibus. . . Omnia haec extrema studiose sunt declinanda. Tamen alterum quoque extremum nimiae in credendo facilitatis cavendum est in hoc negotio, et quidem sollicitius, cum ex hoc extremo grande omnino immineat discrimen. Qui enim cito et omnia quae pia et ex Deo videntur, credere adducuntur, nec morose nec attente ac caute probant spiritus si ex Deo sunt, juxta Apostoli monitum, facillime impingunt, hallucinationum alienarum participes fiunt, bibentes de calice erroris, qui est calix demoniorum, ac propinata alteri per satanam falsitate improvide inebriantur. Media igitur via iter tutissime: si nimirum neque omnibus in hoc genere temere in vulgus sparsis fides cito adhibeatur, neque ad omnia credenda quae nostra quoque aetate in hoc negotio vulgari contigerit, obdurescamus, sed tarde ac lente habeatur fides talibus narrationibus; admittantur tamen, cum ex regulis prudentiae videbuntur non aspernandae. (Vide haec egregie novisque argumentis probata ab anonymo scriptore § sequenti. Qua de causa ea fusius hic non tracto).

1764 Ast nigro calculo sunt notandi nec raro contradictionis rei sunt increduli ii homines qui cachinnis solent excipere quae S. Teresiae piisque aliis hominibus divinitus factae leguntur visiones, dum tamen parcunt sequacibus suis, mirabilia visionum monstra narrantibus, v. g. Luthero, non modo multis librorum suorum locis demones crepanti et eructanti, sed et fatenti ab apparente sibi spectro saepe se vexatum. Mitto alios multos tum veteres tum recentes heterodoxos et incredulos, qui serio narrant aut animas vita defunctorum spectabiles sibi factas aut se suosque dignatos fuisse apparitione spirituum, quamquam non semper iis constitit bonine essent an mali, atrine an albi. Quare verum est sensati ejusdem viri effatum, affirmantis, quo plura quis probata rite facta, et maxime quo plures a Deo revelatas veritates neget, eo etiam procliviorum illum esse ad nugas fabulasque admittendas: ita ut, rejectis factis sinceris riteque probatis, quoddam assumere videantur symbolum credendarum multarum nugarum, non modo Fidei Christianae, sed rationi sanoque hominis iudicio contrariarum.

1765 Istiusmodi homines Sanctorum visiones, apparitiones ac revelationes generatim omnes, et quidem illas S. Teresiae nominatim, non tam impugnant quam praefracte negant aut etiam ludibrio habent, haud aliam ob rationem quam quia visiones vel revelationes sunt, decretumque ipsis est nil quidquam ejusmodi quod in Ecclesia Dei contigerit, agno-

AUCTORE
V. D. M.

monita non
sequentes

illi, dum
quoad multa
creduliores
sese praestant.

F

incredulis se
jactant quod
collata a Deo
Sanctis dona:

AUCTORE
V. D. M.

scere. Verumtamen, uti rite probat ipse Petrus Bayle in Dictionario suo historico et critico (art. Spinoza, notis q, r et t), nemo unus, non Spinozista, non Pantheista, non Pyrrhonista, negare a ratione valet existentiam apparitionesve spirituum, ut nec existentiam demonum, nec infernum, nec miracula; quæ omnia a fortiori negare nequeunt Deistæ. Sicut enim fatetur ipse scriptor libri de Miraculis quæ Pythagoræ etc. tribuuntur, quo nemo in Catholicos iniquior et intemperantior est: Tam præclare, tam magnifice de Deo sentimus ut firmiter credamus nihil eorum quæ sub ingenium humanum cadunt et quæ possibilia vocantur, ejus vires atque potentiam superare (cap. II, pag. 7). Absurdum namque foret cogitare hominem phantasia sua plus valere quam Deum omnipotentia, sive nos concipere res posse quæ Deus non posset efficere. At non vacat ampliori ratiocinio rem prosequi: non enim tractatum pango theologicum aut polemicum. Sed apparitionum negatores rem componant cum Baylio, viro adversariis non inaccepto, quippe qui patriarcha est incredulorum et causidicus scepticorum; tententque ipsius, si valeant, convellere ratiocinia, et apparitionum demonstrare impossibilitatem. Quare istiusmodi mitto obstrigillatores, inermes cum de sua probanda thesi agitur, simul et ineptos ad logicæ et solide negandum quod nos et fieri posse ratiocinio adstruimus et revera factum fuisse auctoritate certisque testimoniis comprobamus. Præterea inutilem et quodammodo incongruam operam præstaremus, si iis qui revelationes repudiant in Sacris Libris contentas, persuadere vellemus veritatem revelationum privatis hominibus factarum; quæ, utpote humano tantum assertæ testimonio, assensum tantum exigunt fidei humanæ, ubi illæ, assertæ ab ipso Deo, assensum exigunt fidei divinæ.

ut illa huma-
na conatus
indivisi-
bilibus vi-
dentur;

1766 Ex adverso aliquos, et quidem inter ipsos nonnumquam S. Virginis defensores et admiratores, reperire est qui parum exacte et humano nimis modo de divinis ejus contemplationibus et ecstasibus loquuntur. Sic dum nuperus Gallus Sanctæ biographus poetice magis quam theologice (quod hodie in rebus sacris non infrequenter fieri dolendum est quam maxime) ait eam tanta luce cœlitus donatam esse ut nullum ei amplius existeret mysterium, scriptores alii supernaturalia S. Virginis dona uni humano ejus conatui adscribere videntur, quasi solo sue voluntatis nisu et naturali apprehensiva sui intellectus vi illa Deum tam intense meditata et tam alte contemplata fuisset, ut mentem ejus, extra se positam, fugissent omnes res præsentēs. Potest quidem e consideratione rerum supernaturalium oriri ecstasis mere naturalis, ut cum theologis tenet et Leibnitzius in sua Theodicea (num. 255) et Zacchias in suis Questionibus medico-legalibus (lib. IV, tit. I, quest. VI); sed accurate distinguenda est naturalis ecstasis quæ naturalem habet causam, ab ecstasi supernaturali quæ a Deo immititur, et quæ annumerari debet gratiis gratis datis, in quibus Deus est primus præcipuusque auctor et motor. Sic S. Teresia (cap. V Fundat.) non humanis viribus, sed divinæ bonitatis et potentie explicite adscribit illas contemplationes, ecstases, visiones et revelationes quibus multo e filiabus suis a Deo donata fuisse: Tantæ sunt gratiæ quas Deus confert his monasteriis, ut stuporem cieant: omnes enim ille ducit via meditationis; et sunt quæ perveniant ad perfectam contemplationem. Aliæ vero tam alte evehuntur ut vel ad ecstases et raptus pertingant: aliisque gratificatur Deus de locutionibus, visionibus et revelationibus; quæ evidentem auctorem habent Deum. Hodieque nullum est monasterium quod non nu-

meret aut unam aut duas aut tres ejusmodi moniales.

1767 Quia elati nimiumque sibi fidentes homines non sat distinguunt humanos nisus a supernaturalibus Spiritus Sancti operationibus, exortus identidem est in Ecclesia Dei pseudomysticismus, qualis hodieque in pluribus Europæ regionibus grassatur. Quippe hi sectarii, freti naturæ humanæ viribus, ad cœlestium rerum phantasticamque cum Deo unionem sese attollunt, sibi que arrogant cœlestia divinæ benignitatis pignora quæ Deus pro suo beneplacito humilibus tantum quibusdam amicis suis vult sponte conferre. Idcirco in pœnam superbiorum ausuum procacisque impietatis quæ sub pietatis et larva et nomine delitescit, isti divinæ Majestatis scrutatores et cœlestium donorum usurpatores, Deo sinente, incidunt plerumque aut in graves fidei errores aut in sæda morum vitia, atque in horrenda aliquando scelera quæ etiam lex humana carcere plectit aut capitali pœna. Fictitia quidem pietatis sensu tum in vivendi ratione tum in scriptis libris fucum facere conantur: at si eorum vitam, conventicula vagamque doctrinam consideres, nil illic invenies nisi Christianæ Fidei pericula castorumque morum damna, et concludes in tali mysticismo adulteratæ pietatis nihil supra, sed cuncta esse infra humanæ naturæ dignitatem.

1768 Opera pretium non duco istos insectari mysticos, nec varia eorum systemata aut magis somnia et deliria evolvere. Etsi enim imitari velle videantur Sanctos quos Deus cœlestibus donis locupletavit quique in Ecclesia Catholica coluntur, ac licet S. Teresiæ auctoritatem subinde allegent ejusque scripta citent, sole clarius apparet istiusmodi homines nil cum S. Teresia cæterisque Sanctis commune habere. Interea dolendum plane est quod plures hodie scriptores, inter Protestantes præcipue, dum juste carpunt deviorum mysticorum commenta et nœnias, proborum simul mysticorum vitam et scripta censura sua involcant. Ne quid dicam de splendidis verborum pigmentis inflatoque stylo, qui tale argumentum quam maxime dedecet et rem non tam dilucidat quam obscurat, cernere est quemque fere temerariorum eorum criticorum ad diversum fictum a se systema supernaturales Spiritus Sancti operationes inflectere, Deique actionem analytica ratione examinare et cœu anatomia dissecare, non raro intermixtis suæ de ignotis sibi rebus tractationi multis erroribus.

1769 Horum errorum unum pro specimine hic notabo, sed solemnem, et haud paucis qui recens de hoc argumento tractarunt, communem. Contendunt nempe vitam mysticam (quo nomine vitæ orationisque contemplativæ consuetudinem comprehendunt) vix aut ne vix quidem vivi sine crimine posse, eo quod, ut ipsi fingunt, homo tali vita inhabilis reddatur ad debita societati humanæ præstanda obsequia. Quæ ratione impetunt et haud levi probro afficiunt quamplurimos Dei servos qui rebus cœlestibus intenti prærogativam meruerunt supernarum communicationum. Verum perspicuum cuique est prudentem nullum conscientie moderatorem, multoque minus Sanctam Dei Ecclesiam, probatam habere velle aut posse cujusquam vivendi rationem quæ a debitis societati humanæ, familiæ ullive homini officiis præstandis avocetur. Sed, hoc misso argumento, ut simul cum vita contemplativa S. Teresia ab illatis injuriis vindicetur, satis est notasse frequentes ecstases etiamque mysticam non impedivisse quominus Sancta hæc Virgo absolutissime adimpleverit cæhibenda a se debita quibuslibet hominibus officia, insuperque reformavit Carmelitanum utriusque sexus Ordinem.

D
qui error ta-
dia est pseudo-
mysticismi.

E

quocum plures
malis confun-
dant a Deo
collata San-
ctis dona.

F

quæ S. Tere-
siam alioquin
multos San-
ctas

A *Ordinem, libros admirabiles et vel centies omnibus fere Europae linguis recusus composuerit, principem inter eloquentissimos Hispanos scriptores locum adeptam sit, non modo ob theologiae mysticæ explicata arcana et ob egregia morum præcepta, sed et ob suum vernaculæ linguae atticismum incomparabilemque styli leporem, quin imo ob altissimam philosophiam, qua, mirante vel ipso Leibnitzio, de anima cordeque humano disseruit.*

sum impetiverit
debita præ-
stante humani-
tas obsequit,

1770 Hoc uno ecstasica Teresiae allato exemplo, ad prædictum celestium rerum contemplationi divinisque donis impactum probrum refellendum opus non est nominare Moysen, populi Israelitici ducem omnibusque omnium temporum Lyncurgis nomothetam præstantiorem, qui ex consortio sermonis Domini (Exod. xxxiv, 29) exiens, navam publicis rebus dabat operam; aut Paulum citare, qui in tertium caelum raptus ac solitus sine intermissione orare, convertendo terrarum orbi nihilominus insudabat; aut memorare Benedictum, Franciscum, Dominicum, Norbertum, Ignatium cæterosque Sanctos religiosarum familiarum Institutores, quorum cor, multiplicia inter negotia ad Dei honorem animarumque bonum suscepta, divini amoris incendio conflagravit, mensque affixa erat meditationi rerum supernarum. Si quis porro infinitis prope exemplis deloceri voluerit mendacia eorum pseudocriticorum qui neglectorum officiorum reos habent pios illos homines quos rerum divinarum considerationi intentos Deus insuetis donavit gratis, nostri operis volumina aperiatur, et obvius ubique habebit, non modo ascetas et cœnobitas, sed et imperatores, reges, belli duces, pontifices, presbyteros, patres matresque familias, ac cujuscunque ordinis et status homines, quibus ea cœlitus accepta charismata impensumque considerationi rerum æternarum studium, non impedimento, sed adjumento fuerunt ad sua quacunque erga proximum munera omnibus numeris exequenda.

quomodo enim
eorum multi
solvuntur.

1771 Quod si multi rebus se non immiscuerint humanis, menti observari oportet non omnes obligari ad vitam vivendam actuosam, atque ipsi etiam reipublicæ conducibilius esse posse ut a nonnullis, pro actuosâ vita, vita ducatur contemplativa. Publica profecto quies et prosperitas nil quidquam detrimenti passa fuissent, si ea monstra quæ in multis regionibus a medio sæculo patriam cæde ac terrore impleverunt, sub Franciscano Carmelitano cucullo medias inter ecstases et animi raptus vitam egissent cœnobiticam. Unde perspicuum est dicaces istos scriptores ineptissime inveli in vitam multorum Servorum Dei inque mystica gratiarum dona quibus Sancti a Deo cohonestati fuerunt. Illi iniqui sunt Aristarchi, qui suo pede alios, meliores se, metiuntur, et qui de rebus loquuntur divinis quæ ipsis familiares non sunt. Norint ergo, e monito S. Hieronymi, fabrorum esse fabrilis tractare ac medicorum esse promittere quæ medicorum sunt, ac præsertim applicent sibi effatum S. Pauli pronuntiantis animalem hominem non percipere ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, et non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur (1 Cor. ii, 14).

Protestantes
male infelari
et duci

1772 At paucis disputemus cum iis Protestantibus, qui, SS. Bibliæ tuentes ac recerentes, in fabulam hæc non commutant, ut hodie sit a multis qui pro libitu genioque suo per sacrilegum nefas detorqueant obiectum et genuinum Scripturarum sensum, quoties de miraculis aut revelationibus sermo est. Igitur sinceris eos adversarios compello qui productissimam illam admittunt seriem visionum, revelationum et apparitionum quæ referuntur in SS. Scripturis a primis Geneseos capitulis ad extremam usque Apo-

calypsim, aut qui saltem eas admittunt quæ in Libris habentur protocanonicis, ac contigisse leguntur Adamo, Noë, Abrahamo, Agari, Isaaco, Jacobo, Moysi, Prophetis, Petro, Paulo, Anania, Cornelio aliisque prope innumerabilibus: ac sciscitor ex illis Protestantibus, quo illustrati lumine, quæve motivatione, Sanctorum, ac nominatim S. Teresiae, visiones rejiciant ludibrioque habeant, si modo hænitantur, ut revera nituntur, justis solidisque probationibus. Baylium vidimus adstruentem ne vel scepticum aut materialistam demonstrare posse impossibilitatem apparitionum. Adeoque nil antagonistæ, qualiscunque tandem sit, restat, si nos non solum accusare, sed convincere ac damnare velit erroris, quam ut subruat argumenta testimoniorum quibus apparitiones et visiones muniuntur, sed et quibus, si justa sint, assensus fidei debetur humanæ. Neque exaratis in Bibliorum codice verbis dictum invenitur abruptum et diremptum iri post Apostolorum tempora supernaturale ejusmodi Dei cum hominibus commercium; neque ullus ex refragatoribus ausit sane perhibere peculiari sibi revelatione revelatum fuisse revelationem nullam post Apostolos ulli mortalium factam fuisse aut factum imposterum iri, aut affirmare valeat se ulla alia ratione scire hunc exsiccatum esse divinæ benignitatis fontem.

1773 Attamen nemo, quantum novi, inter eos demonstratur, qui S. Teresiae revelationes rejiciunt, adhibet hanc unicum quam adhiberi fas est methodum, sive nullus justa tali argumentatione tentat subruere illas Teresianarum visionum probationes ex idoneis testimoniis confectas, quales hic reperiuntur tum in allegatis Actis canonizationis, tum in Riberiana Teresiae Vita, tum denique pluribus passim hujus Commentarii locis; ast solo arbitrario velut e tripode oraculo edicunt id genus rerum nil esse aliud quam farraginem inanum fallaciarum: qua ratione non verentur e Catholicis taxare alios turpium fraudum, alios stolidæ credulitatis. In confesso utique nobis quidem est testimonia hominum, ut ait S. Thomas, non habere infallibilem certitudinem, sed probabilem: æqua tamen ratio non tam suadet quam jubet ut probabili tali certitudini cedamus, velatque quominus testimonia ob id solum repudiemus quod non placeat argumentum assertum. Ita tamen peccare in omnem æquitatem solent ii qui data in canonizationum processibus de miraculis, revelationibus aliisque hujusmodi rebus testimonia ob præconcepta judicia globatim respuunt. Quos recte Gravina in suis Catholicis Præscriptionibus (tom. IV, p. 333) severo, sed justo, perstringit hoc effato: Quicumque testes graves, multos, districtè examinatos in Actis canonizationis repellit, et infirmare nititur eorum testimonium, cum ipsa etiam natura pugnat, omnia tribunalis evertit, hierarchicum ordinem pessumdat, humanumque commercium tollit.

1774 Pro omni ratiocinio solent adversarii, ut veras negent, obtendere, inter revelationes et visiones quæ passim venduntur, esse falsas multas: et inde inepte concludunt omnes esse rejiciendas. Ast, quia falsam monetam mihi ostendis, num ideo demonstratum est nullam esse probam ac genuinam? Num omnia falsa, quia falsa multa? Aut an certa nulla, quia non omnia æque probata? Parcissime et cautissime, per me licet, admittantur talia, nec nisi examinatis pensatisque testimoniis: imo cuique auctor sum ut ita agat; vetat enim sagax judicandi credendique ratio quominus cunctis ejusmodi quæ circumferuntur rebus faciles præbeamus aures. Atque ipsa Beata Virgo Maria, dum ab Angelo salutabatur, non continuo assensum præbuit, sed cogitabat qualis esset ista salutatio (Luc. i). Dixitque ipse ethnicus

ditata præci-
pua eorum
objectione,

AUCTORE
V. D. M.

A Cicero rectissime: Cum omnibus in rebus temeritas in assentiendo errorque turpis est, tum in eo loco maxime in quo iudicandum est quantum auspiciis rebusque divinis religionique tribuatur. Est enim periculum ne aut, neglectis iis, impia fraude, aut, susceptis, anili superstitione obligemur (*de Divinat. lib. I, cap. IV*). Verum eadem pariter sagacitas vetat quominus omnia generatim sola negandi prurigine rejiciantur, tametsi perspicaces et sinceri scriptores ea ob plausibilia quibus stipantur argumenta, vera esse judicent. Nunc enim, illarum sanæ criticae regulis, pro anuum nuntiis deliriorumque somniis cuncta globatum haberi ea nequeunt facta quibus adstipulati sunt Origenes, Tertullianus, S. Augustinus, totque alii Sancti Patres et Doctores, Pontifices et Concilia, innumerabilesque scriptores gravissimi simul et doctissimi.

ecce quoque
ineptia quæ
nisiuntur prin-
cipio,

B 1775 Si quem igitur ex Teresianarum visionum adversariis cupido invadat non modo facta præfracte inficiandi, sed hæc facta ratiociniis oppugnandi, sive si non jam neget apparitionum possibilitatem (quam frustra quis negare simul et demonstrare aggreditur, ex ipsius Baylii iudicio), sed negare ausit ipsa facta, ipsos eventus, seu ipsas quæ contigisse adstruuntur apparitiones; meminerit, non speculative et theoretice esse disserendum de natura apparitionum, sed ipsa facta sive factorum probationes esse impugnanda. Ac serio meditetur hic refragator volim has breves voces quas e Memorialibus Trivoltianis (ad annum 1724, pag. 889) latine facio: A recta ratione enormiter devii sunt increduli qui de veritatibus Religionis judicare volunt ea methodo quæ solis congruit scientiis mere speculativis, non advertentes in Religione agi de factis, de examinandis factorum probationibus, deque cognoscenda eorum factorum evidentia et infallibilitate. Quippe alia quæcumque methodus non convenit naturæ examinandarum illarum rerum: et quilibet philosophus qui aliam adhibere voluerit, inepte non minus agat quam qui de coloribus ex auditu vellet judicare aut de sonis ex visu. Attamen, pergunt prædicta Memorialia, ita egere Protestantes, qui se a Catholica Ecclesia avellerunt: imo veræ Ecclesiæ adhuc adhererent, nisi veritates Religionis cognoscere voluissent methodis philosophicis, dum standum erat evidentia quam pariunt testimonia certa, ad quæ, si secundum rationem agimus, recurrere semper debemus, quando de factis quæstio est; sicut e contrario abstractis solum ratiociniis uti oportet, quoties investigandæ sunt res speculativæ.

Meta para-
grapho poni-
tur repetita
ejus summa.

C 1776 Huic ergo paragrapho meta esto. Nam ex una parte certis argumentis abunde demonstratum est dilectam Deo Teresiam divinitus donatam fuisse omnibus illis ecstaseon, visionum revelationumque copiis quarum ipsa in scriptis suis meminit, et quas in ea eluxisse integerrimi oculatissime magno numero testes in canonizationis processu asseverarunt; et ex altera parte correpti confutatique sunt contra sentientes, sive illi critici fuerint qui se arquo difficiliore in fide talibus factis adhibenda præstant, sive increduli qui indiscriminatim cuncta præfracte negant quæ negare in antecessum stulte decreverunt, sive malexani quales hodie multi sunt scripturiones qui mysticæ Dei dona discernere nesciunt a sacrilegis pravi mysticismi et pietatis ineptiis, sive denique fuerint heterodoxi qui exsecratum post primæva Ecclesiæ tempora esse volunt illum divinæ benignitatis fontem, chronologicum, ut ita loquar, Deo ponentes limitem quo ipsi pro libitu et arbitrio suo ejus omnipotentiam infinitamque bonitatem circumscribunt, spernendo summa cum temeritate et contra

omnes critices regulas, Sanctorum Patrum et probatissimorum cujusvis ævi scriptorum certissima testimonia. Re igitur cum his absoluta, ad eos refutandos propero qui ad imaginationis vires recurrunt ut divina S. Teresiæ charismata humana faciant. Illorum autem antesignanus reputari potest Ludovicus Antonius Muratori. Quare cum hoc potissimum congregiur, sed alienum, quem obvium habui, mutuatus calamum.

§ XCIII. Vapulat Ludovicus Antonius Muratori, in italico suo opere de Viribus humanæ Phantasie, c. IX, inepte S. Teresiæ visiones imaginationi attribuens.

Acturus eram de singulari hac Muratorii opinione, cum incidi in anonymi scriptoris dissertationem in qua egregie opinio ista refellitur. Reperitur ea dissertatiuncula, appendicis loco et nomine, ad calcem Controversiarum scholastico-polemico-historico-criticarum, auctore Liberio a Jesu Carm. Disc. (Mediolani, 1755, tom. VII, pag. 725). Præstantis illius tractatiunculae auctorem non tam conjicere quam dignoscere mihi videor e sequentibus P. Frederici verbis: Ævi nostri scriptor, non ignobilis eruditione laudatisque moribus, sed, meo iudicio, subinconsideratus in promendis suis opinionibus, justum mihi dubium iniecit sentiretne recte, et non præpostere, de S. Matris meæ revelationibus, has, saltem ex parte, pro factu habendo ludificantis phantasie. Occasio id mihi fuit componendi dissertationem latinam, ubi demonstrare intendi unam causam omnium prodigiosorum effectuum quos in Sancta nostra miramur, esse supernam Dei omnipotentiam, minime vero eos adscribi posse deceptioni, imaginationi, artificio humano ullive alteri causæ naturali (*Proæmium ad Vitam S. Teresiæ, pag. XXXII*).

Proberefutata
jam ista Mu-
ratori opinio
olim fuit.

1778 Sic ergo ait anonymus: Quoniam Seraphicam Parentem Teresiam mihi vindicaturus, de visionibus revelationibusque præclaris, quibus largissime ditata fuit, instituendus est sermo, initio præmonitum volo candidum lectorem ne me injuria reprehendat, atque inter nimium faciles credulosque homines reponat. Non ego is sum qui pronus fidem præstem omnibus quæ vulgo venditantur narrationibus, feminarum præcipue, quæ, ut corpore, ita et mente pariter imbecilles existunt. Aliud sane est ut genuinas asserere atque a Divino Spiritu enatas propugnare Divæ Teresiæ revelationes, atque aliud singulas hominum, nullo habito delectu, amplecti ac venerari. Novi (Eccli. XIX, 4) levem esse corde eum qui cito credit. Me quoque non latet Apostoli monitum (1 Jo. IV): « Nolite » omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex » Deo sint. » Sed insuper me non fugit in Ecclesia Dei donum esse discretionis spirituum, quod certe non falsas solum ac inanes, sed et aliquando veras supernaturalesque revelationes supponat necesse est. Admonet insuper D. Paulus (1 ad Thessal. V, 19 et seqq.): « Spiritum nolite extinguere. Pro- » phetias nolite spernere. Omnia autem probate: » quod bonum est tenete. Ab omni specie mala » abstinete vos. » Meminisse etiam juvat longe ante ab Joële (cap. II, v. 28) de Evangelicis tempo-
ribus

Non nisi caute
quidem visio-
nes admitten-
dæ;

A ribus fuisse prophetatum, atque ab Apostolorum Principe (Act. ii, v. 17) confirmatum: « Et erit in » novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de » spiritu meo super omnem carnem, et propheta- » bunt filii vestri et filiae vestrae; et juvenes vestri » visiones videbunt; et seniores vestri somnia som- » niabunt. » Nullo igitur pacto a catholico viro negari potest caute quidem incedendum esse, ubi quis divina colloquia enarrat aut revelationes exponit; sed neque damnabili licet Pyrrhonismo adherere, adeo ut singula ad pueriles naniarum anilesque fabulas amendantur. Separandum est pretiosum a vili, discernenda sunt vera a falsis.

1779 Porro ubinam vera potissimum reperimus, nisi apud eas felices animas quae singulari sanctitate floruerunt, sincero ardentissimoque in Deum flagrant amore? Neque est quod reponas gratias quas theologi gratis datas appellant, a Deo vel ipsis peccatoribus non semel concessas fuisse. Non inficior id contigisse ac contingere posse; verum fateri insimul quisque debet communiter non nisi amicis suis Deum secreta sua revelare. Hinc D. Thomas (3 p., quest. xxvi, art. iii) non improbat id quod in argumentatione secunda sibi objecerat, dicens: « Manifestatio divinae veritatis » praecipue debet fieri ad amicos, secundum illud » Job xxxvi: Annuntiat de ea amico suo. » Jam pridem vero (2. 2, q. clxxii, art. iv), inquirens utrum bonitas morum requiratur ad prophetiam, postquam statuit in corpore articuli quod prophetia potest esse sine charitate, potest esse sine gratia gratum faciente, et per consequens sine bonitate morum, scite animadvertit: « Si vero conside- » remus bonitatem morum secundum passiones » animae et actiones exteriores, secundum hoc » impeditur aliquis a prophetia per morum ma- » litiam. Nam ad prophetiam requiritur maxima » mentis elevatio ad spiritualium contemplationem, » quae quidem impeditur per vehementiam passio- » num et per inordinatam occupationem rerum » exteriorum; unde de filiis prophetarum legitur » 4 Reg. iv, quod simul habitabant cum Eliseo, » quasi solitariam vitam ducentes, ne mundanis » occupationibus impedirentur a dono prophetiae. » Atque in resp. ad 1 non minus scite observavit quod » donum prophetiae aliquando datur homini, et pro- » pter utilitatem aliorum, et propter propriae men- » tis illustrationem » (quod frequentius est, atque in Diva Teresia apprimè adimpletum); « et hi sunt » in quorum animas Sapientia Divina per gratiam » gratum facientem se transferens, amicos Dei et » prophetas eos constituit. » Experientia ipsa plane nos edocet plerumque non nisi sanctos viros, eosque pietate insigniores atque praecipuos, hujusmodi divinis muneribus illustrari (*dein confirmat id auctor verbis auditorum Sacrae Rotae, ad num. 1325 recitatis*).

1780 Hiscè praemissis, Muratorium aggrediamur, qui in tractatu italice edito de Viribus humanae Phantasiae, cap. ix, a D. Teresiae ecstasibus ac revelationibus omnem supernaturalem virtutem subdole (meo quidem videri) eliminare studet, rejicitque in naturales intellectus contemplantis effectus. Utrum jure an immerito, prudens lector ex his quae paulo fusius subnectam, judicabit. Audire praestat quid ipse statuat principii loco: « Quoties » piae aliquae inveniuntur virgines aut quivis alius » recte admodum de Deo sentiens, qui totis lacertis » intendant animum in jugi meditatione aut Christi » Servatoris aut aliarum Fidei nostrae veritatum, » eorum ita jam gravidam mentem supponere » debemus sacris doctrinis piisque ideis, quas ex

» assidua lectione aut auditione asceticarum re- » rum hauserunt, ut facillime ex praconceptis sa- » cris phantasmatis studiosa quaedam colloquia » interius, eaque varia et ad uniuscujusque affe- » ctum aut contemplationem magis apta, elaborare » valeant, effingentes divina quaedam opera, aut » Angelorum aut quorumlibet ex Beatis, quae om- » nia sane et intra naturae vires et sine ullo pecu- » liari Divini Numinis influxu accidere posse quis » non videt? Sufficit ipsa sibi anima tot referta » ideis, sufficit talia sibi comparare. Nonne, ut pal- » mari res firmetur exemplo, nonne profani ipsi » creaturarum amatores, tot tantaque secum ipsi » animo agitant, plerumque mutuis se otiosi » confabulationibus, licet absentes, arbitrantur, » variosque jucundissimos fortunae casus effingunt, » ac si de facto ad invicem alloquerentur? Cum » vero mulieres, maxime adolescentulae, ab exci- » tatissimis corripantur phantasiis, necessario ve- » hementes erga Deum ejusque Sanctos insunt » animi sensus virginibus aut mulieribus singu- » lariter pietati addictis; quo fit ut paulatim medi- » tandi vis apud illas ita intendatur, ut, dimissa » sensuum consuetudine, sola tandem exspatiatur » anima in tam jucunda ac sacra contemplandi se- » gete, quam ecstasim vocitare malunt. Restituto » denique sensibus usu, si forte litteris meditata » concrescant, quot syllabis constet sermo, mox » veluti totidem oracula Coelitum aut Deiparae aut » Angelorum excipiuntur. » Principium hocce Muratorii ingeniosum plane est, atque, si iis solum accommodasset qui numquam divina passi sunt ac numquam supernas experti revelationes, refragari non auderem: verum jure displicet quod pag. 120 illud Seraphicae Matris Teresiae visionibus adapta- verit. Postquam statuisset non reprehendendas esse sacras virgines quae vividioris phantasiae excessus tanquam supernaturalia opera reputant divinaque effata, utpote quia, quamvis non aliud sint ipsarum narrationes quam ferventis imaginationis lusus, pios tamen continent conceptus atque ad informandos Christianorum mores conducere valent, ova tandem exclusit, subdens: « Propter quam » laudem plurimi praeter ceteris facienda sunt scripta » admirabilis Dei famulae D. Teresiae a Jesu, utpote » ab perspicaci parta ingenio, singularique Sancti » Spiritus unctione referta. » En tota Muratorii textura, ut D. Teresiae revelationibus fucum fa- ceret.

1781 Si ita est, quot miseros compellare possem, dignitate, eruditione virtuteque insignes viros, qui Teresiae volumina admirati, non ea solum ratione tanti fecerunt quia a perspicaci parta ingenio singularique Sancti Spiritus unctione referta, verum etiam quia mysticae theologiae arcanis explicandis aptissima deprehenderunt! Tunc, eminentissime vir Joannes Cardinalis Bona, tuque, praexcelse summissimeque vir Benedicte XIV, qui modo ad Ecclesiae clavum feliciter sedes, qui, de revelationibus agentes (primus quidem in tractatu de Discretionem spirituum, alter libro iii de Canoniz. SS.), eas quas Teresia passa est, proposuistis, ut tamquam ad lydium lapidem caeterae probentur vel reprobandae, Muratorio doctore indigebitis? Quid de te dicam, sanctissime vir Petre de Alcantara, qui dicere solebas quod, exceptis Catholicae Fidei assertionibus, nihil tibi certius quam quod Teresiae spiritus esset divinus? Quid de vobis proferam, o accuratissimi sapientesque Romanae Rotae auditores, qui non semel in ea verba erupistis: D. Teresiam caelestis doctrinae Magistrum a Deo Ecclesiae fuisse datam? O cur non potuistis audire Murato-

AUCTORE
V. M. D.
D

E

F

contra ac sen-
tiant doctissi-
mi et sanctissi-
mi quique.

hanc aliquot
aut verum,
maxime in
sanctis a-
mabilis.

Muratorium
Teresiam
visiones pro
phantasmatis
habet.

AUCTORE
V. D. M.

A

rium, arcanæ doctrinæ virum, subtilem adeo philosophum, qui potuerit sinceram, eamque ex naturali ratione petitam, originem tradere tot Sanctæ Virginis revelationum, quas vos singulari divinæ pietatis dispensationi adjudicatis!

*Ipsam Teresiam appropinquare
discernere visiones veras a
falsis.*

1782 Sed age, jurgia seponamus, ipsamque Teresiam advocemus egregie se ipsam defensantem. Ipsam sane non latuit Muratorii systema; illud in medium protulit, reprobavitque, quoties iis adaptebatur qui veras aliquando experti sunt revelationes. Audiat quid in rem hanc diserte satis docuerit Fundat. cap. viii (ital. edit. cap. xiii): « Animadvertendum satis infirmam esse naturæ habitudinem, maxime in mulieribus, quod longe dignoscitur in hoc orationis itinere. Quapropter opus est ut caute incedamus, nec adeo facile existemus omne id quod nobis apparet aut menti obijciatur, illud visionem esse. » En Muratorii systema. Accipe vero improbationem: « Quoties vera est visio, credite mihi, optime se ipsam novit manifestare. » Prosequitur vero excellens Magistra: « Ubi quem melancholica infirmitate paululum laborantem offenderis, majori animadversione opus est; siquidem ad me nonnulli accesserunt, hujusmodi phantasie illusiones narraturi, ut non leviter admirata fuerim qui fieri possit ut tam serio quidam se cernere arbitrentur id quod non vident. » Patet ex his haud ignaram fuisse Sanctissimam Parentem multipliciter posse aliquem imaginationis æstu corripere simulque decipi: patet insuper veras visiones satis se ipsas prodere. Credibile est, hisce non obstantibus, voluisse humillimam Virginem nobis visiones suas enarrare tamquam Deo auctore prognatas, cum non nisi nimium ferventis phantasie existerent? Cautos nos esse præcipit, ne aliquod nos cernere arbitremur quod reapse non videmus; ipsa vero nihilominus nos illudet, se vidisse certo affirmans quod de facto non vidit? Quæ alios ab errore, ipsa teste (ut patet ejus opera legenti), non semel subduxit, num dicere poterimus ita misere deceptam ut nequiverit se ipsam dignoscere?

*probatum
pioribus libris
eius lectis.*

1783 Testimonium alterum expendamus, ex Mansioni sexta, capite ix, Castri interioris: « Contingit nonnullos (novique hoc verissimum esse; percepi siquidem, non ex tribus vel quatuor tantum testibus, sed ex multis qui mecum hac de re pertractarunt) debili adeo præditos esse imaginatione, vel adeo præpotenti intellectione, aut alia nescio qua vi, adeoque imaginando effervescere, ut totum id quod cogitant, clare, ut ipsi putant, se videre asserant. » Quid clarius magisque apposite ad Muratorianam institutionem? Nativo hispanico Teresie idiomate textum profero, ne videar falsa proferre: « Acaece á algunas personas (y sé que es verdad, que lo han tratado conmigo, y no tres ó quatro, sino muchas) ser de tan flaca imaginacion, ó el entendimiento tan eficaz, ó no sé que es, que se embeben de manera en la imaginacion, que todo lo que piensan, dicen claramente que lo ven, segun les parece. » Quid hic subnexuit Seraphica Virgo? Num semper igitur refellendas esse visiones, num semper dubitandum? Absit. « Verum, inquit ipsa, si vera aliquando visione donati fuissent, errorem sine ulla prorsus dubitatione (sin quedarles duda) satis manifeste dignoscere: enimvero in hujusmodi lusibus ipsi illud componunt quod sibi imaginatione sua perspicere blandiuntur; nullum postmodum salutarem effectum percipiunt, magisque divino amore se calere sensissent, si piam imaginem intuiti essent. Satis apparet hæc nihili

» ducenda esse, atque talia esse ut facilius somniis ipsis memoria elabantur. Ubi vera contingit visio, diversa sane experimur. Cum anima longissime distet ab hac cogitatione aut spe visione fruendi, repente totum junctimque ante mentis oculos habet visionis objectum cum magna potentiarum ac sensuum perturbatione ingentique timore, post quæ illico magna succedit quies felixque tranquillitas. »

1784 Hactenus nervose satis D. Teresia in sui defensionem. Quibus positis, ita pergo argumentari: Per ipsum Muratorium D. Teresia aliquando veris donata fuit visionibus (cum etenim ipse ut unum inconcussum signum statuerit contingentium rerum vel futurarum vel longe dissitarum cognitionem, Diva autem Teresia insignita non leviter fuerit hujusmodi cognitione, ut ipsa capite xxxiv Vitæ suæ atque alibi fassa est, necessario consequitur visionibus auctore Deo fuisse illustratam); atqui ipsa Teresia firmiter asserit eos qui veris fruuntur visionibus, phantasie errores sine ulla prorsus dubitatione satis manifeste dignoscere, novitque discrimen satis latum assignare quod intercedit naturales inter ac supernaturales visiones: ergo dubio procul omnino est eam nunquam ita phantasie illecebris commentisque deceptam fuisse ut ea Divini Numinis colloquia supernaque beneficia reputarit. Ut quid mihi Muratorius obtrudit amatoria exempla profanorum hominum, qui jucundissimas aliquando confabulationes se conferre, cum tamen adstet nemo, arbitrantur? Itane demisse de supernis donis sentire licet? Jurene divinarum charismatum felicitatem jucunditatemque cum terrenis voluptatibus comparabimus? Adeone sanctos viros, qui cœlestia bona gustaverunt, Dei pace, quæ exsuperat omnem sensum, inebriati sunt, Beatorum Civium consortio potiti sunt, paradisi gaudia, obiter licet, contemplati sunt, hebetes rudesque judicabimus, ut æquam putent reperiri similitudinem a mundanis amatoribus desumptam? Sane D. Teresia de se ipsa testata est sibi cuncta viluisse, omnia arbitratam esse ut stercora, ut tenebras, ut inaniam, quæ in mundo sunt, licet ab hominibus tanti fiant, ut semel intueri licuit cœlestis Sponsi pulchritudinem: non ergo fieri potuit ut æstuantis cerebri ludificationes tamquam divina oracula supernaque spectacula venditarit. Audiat salubre monitum Thomæ a Kempis (lib. iii de Imitat. Christi, cap. lvi): « Taceant carnales et animales homines de Sanctorum statu disserere, qui non norunt nisi privata gaudia diligere. Demunt et addunt pro sua inclinatione, non prout placet æternæ veritati. In multis est ignorantia, eorum maxime qui parum illuminati raro aliquem perfectæ dilectione spirituali diligere norunt. Multum adhuc naturali affectu et humana amicitia ad hos vel illos trahuntur: et sicut in inferioribus se habent, ita et de cœlestibus imaginantur. Sed est distantia incomparabilis inter ea quæ imperfecti cogitant, et quæ illuminati viri per revelationem supernam speculantur. »

1785 At enim, inquit Muratorius: « Quousque mystici plene non probent hæc visiones omnino phantasie influxu excitatisque ab anima imaginibus esse expertes, eas semper suspectæ fidei fore quis prudens non dubitaverit? Nec plus movet, si dixeris hæc visiones omnino ab intellectu esse, secluso omni corporearum imaginum admiculo; ex quo novum non est dari Sanctas Virgines quæ, cum sublimiori ingenio magnam theologiarum rerum notitiam nactæ, in hac mentis elevatione subtilissimos confingere cogi-

*Neque Muratorius
logice ac decenter hic
est locutus.*

*et male negat
visiones distinguere
a phantasmatibus
sensu.*

A « tatus possunt, praesertim si in sublimi illo
 « mysticae theologiae studio aliquantulum profice-
 « rint. » Respondeo mysticos optime probare
 visiones existere omnino phantasiae influxu exper-
 tes. Perpendantur extrema D. Teresiae verba ex
 cap. ix Mansionem sextam Castri interioris superius
 allata, patebitque non vacuas esse ipsorum ratio-
 nes. Sed rursus confirmare juvat altero ejusdem
 D. Teresiae eoque validissimo testimonio, ex cap.
 xxviii suae Vitae deprompto : « Hanc visionem esse
 « lusum phantasiae inter impossibilia impossibilis-
 « est, nullamque obtinet probabilitatem. Etenim
 « sola pulchritudo et albedo alterius ex manibus
 « ejus » (scilicet Humanitatis Christi, quam sibi
 narrat ostensam) « longe omnem imaginativae
 « potentiae vim exsuperat. Absque ullo memoriae
 « usu, absque ullo studio aut cogitatione, obviam
 « habentur tot ac tanta uno ictu, quae neque per
 « longum temporis intervallum imaginatione com-
 « ponere valeremus. Ergo impossibile est hanc ab
 « imaginatione posse produci. Sed dato etiam quod
 « nos aliquid huic visioni adicere per phantasiam
 « possemus, ex altera ratione quam subjiciam,
 « manifeste evincitur nullum hic phantasiae opus
 « posse intercedere. Etenim si haec visio per intel-
 « lectum fuisset efficta, praeterquam quod nullum
 « ex magnis illis effectibus produceret, qui tamen
 « in hac visione sentiuntur, insuper, qui hanc
 « pateretur, instar illius esset qui necessitate somni
 « capiendi ob capitis infirmitatem correptus, cum
 « nullo modo dormire posset, vigilans tamen se
 « dormire effligeret. Hic sane, quoniam vere non
 « dormit, tantum abest ut levamen aliquod aut
 « utilitatem ex efficto illo sopore afferret, quin
 « potius aliquando longe vanidior infirmiorque
 « capite laboraret. Ita ex parte accideret in casu
 « nostro; siquidem animae nulla tunc virtus obve-
 « niret, robur nullum, sed potius infirmitas et
 « amarities : cum ex adverso tot divitiis locuplete-
 « tur, quas satis verba exponere non sufficiunt, et
 « vel ipsum corpus sanitatem et vigorem inde
 « acquirat. » Hucusque Seraphica caelestis doctrinae
 Magistra. Seposito partium studio, ejusdem ratio-
 num vis perpendatur, atque in spem adducor facile
 vel ipsos acutiores philologos mihi concessuros
 egregie ab ipsa id propugnatum quod scriptis con-
 signavit.

*Huc signa
 vera visionis
 dat, sed non
 accurate;*

C « 1786 Nondum vero Muratorius se victum fate-
 bitur. « Duo unice (inquit ipse) certa signa mihi
 « esse videntur quibus hujuscemodi ecstases au-
 « ctore Deo fuisse probentur. Primum quidem, si
 « divina haec patiens, nedum mente, sed corpore
 « pariter per idem tempus in sublime ferri ac
 « elevari se sentiat : hoc enim virtutis genus, quod
 « naturae vires omnino praetergreditur, in Deum
 « ipsum proxime erit refundendum; cum alias
 « optima vivendi ratio ipsius personae divina haec
 « patientis omnem diabolici influxus suspicionem
 « omnino avellat. Alterum vero, si inde confingen-
 « tium rerum futurarum aut longe dissitarum
 « hauriatur notitia, quam nonnisi summum atti-
 « git principium illud cui locorum ac temporum
 « omnes prostant intercapedines. Demptis igitur
 « duobus hisce indiciis, quorum primum aegre
 « adhuc nonnulli admittunt, a quibuscumque aliis
 « ventilatis visionibus aut revelationibus in quibus
 « praeterita aut attinguntur aut Religionis mysteria
 « explicantur, eadem dubium omnino fidei esse de-
 « bent; quippe quia prudens judicium non habet
 « unde evidenti decernat certitudine eas potius
 « caelesti afflatu quam naturali fuisse causa exci-
 « tatas. » Principio reprehendendus est Muratorius,

quod eos non improbaverit qui imperite dubitarunt
 an naturali vi corpus in aera sine ullo fulcramento
 elevari ac diu subsistere non possit. Hosce merito
 irridet Zacchias in Quaestionibus medico-legalibus
 (lib. iv, tit. i de miraculis, quaest. vi, num. 10)
 inconcussa hac ratione : « Sunt ecstatici qui a
 « terra in ecstasi elevantur, ut quasi in aere librati
 « permaneant. Hoc autem, quidquid conati fuerint
 « nonnulli affirmare in naturali ecstasi, est ab
 « omni veritate alienum : contra naturae enim
 « propensionem omnino est corpus grave a centro
 « propria virtute sublevari et in aere sustineri. »

1787 Dein, quod caput est, in iudicium vocan-
 dus, quod alterum, illudque praecipuum, genuinae
 supernaturalis visionis indicium praetermiserit. Ab
 effectibus D. Teresiae sinceræ visionis characteres
 deducit, atque non semel de iis sermonem instituit,
 quos ne leviter quidem Muratorius attigit. Porro
 quinam sint effectus isti, quos magnos Diva Virgo
 appellat, scire licet ex Venerabili P. Joanne a Jesu
 Maria, qui in tractatu de Discretionem spirituum
 (num. 13) eos hausit recitavitque ex ipsa Teresiae,
 hisce verbis : « Primum est Dei, animam alloquen-
 « tis, potentia ac imperium; quia loquitur simul
 « ac operatur. Unde exempli causa uno verbo
 « (puta : Noli timere) magnam nonnumquam per-
 « turbationem ipse quietat, animaque hoc auditu
 « tranquillitatem summam experitur. Signum hoc
 « Sanctae Matri nostrae caeteris visum est securius.
 « Secundum est pax, quies et recollectio interior,
 « devotio et magna in laudibus divinis promptitudo.
 « Tertium, si anima, quando loquentem Dominum
 « audit, longo verba ejus tempore, et nonnulla
 « etiam quoad vivat, memoriae insculpta gestet.
 « Quartum est magna de futuro eventu impressa
 « securitas, etsi illi de foris difficultates objiciantur.
 « Praeter haec signa aliquot alia S. M. N. annotavit,
 « quae in quodam Dei ad animam loquendi modo
 « consistunt, ut scilicet ei per aliquam visionem
 « intellectualem in intimis ipsius animae penetrali-
 « bus tam secreto loquatur ut ne ipse quidem
 « diabolus haec intelligat. Primum horum signorum
 « est ipsa verborum et locutionum Dei claritas,
 « quae supra omnem claritatem mirabilis est; nec
 « non tenacitas memoriae, qua anima verba illa
 « comprehendit et retinet, ut illorum etiam stylum
 « et vuculas et syllabas annotet. Alterum est, si
 « saepe nulla de illis rebus praecedat cogitatio,
 « divinaque verba ex tempore efformata alicui
 « cogitationi tunc per mentem magna velocitate
 « transeunt, vel alicui cuidam cogitationi ante illud
 « tempus habitae, respondeant. Tertium, quod haec
 « verba intimis auribus anima percipiat ad diffe-
 « rentiam illorum quae ipsa sibi imaginatur; cum
 « imaginatio proprie sit quaedam compositio. Quar-
 « tum, si ad horum verborum vel unum magna in
 « anima lux oboriatur, quod secus fit quando vel
 « ipsamet operatur vel diabolus. Quintum, si una
 « cum illis verbis sublimiora quaedam animae reve-
 « lantur quam verba ipsa significant. »

1788 Deficeret mihi dies, ac plus aequo eruditum
 lectorem fatigarem, si cuncta D. Teresiae testimo-
 nia recensere vellem, quibus valido rationum pon-
 dere firmi principii loco statuit veram discernen-
 darum visionum rationem ab effectibus potissimum
 repetendam esse, scilicet a singulari qui inde pro-
 manat in Deum amore, a generosa passionum
 cohibitione, a mira animae contemplantis quiete ac
 securitate divinae in se operantis virtutis, etc. Lege-
 sis Ambrosium Ansanum Tantucciū Ord. Praed.
 in Dissertatione critico-dogmatica adversus cen-
 suram quam abbas Fleury inverecunde protulit
 de

AUCTORIS
 V. D. M.
 D

*potissimum-
 que omittit si-
 gnum, tempus
 ab effectibus.*

E

F

*quod in San-
 cta nostra
 expenditur.*

AUCTORE
V. D. M.

A de Divae Catharinae Senensis revelationibus; ac perspicue deprehendes mire Angelici Praeceptoris doctrinam cum D. Teresiae effatis convenire. Ab effectibus quos sane admirabiles in Teresia deprehenderunt, rationem deduxerunt qua ipsius Teresiae revelationes tutati sunt D. Petrus de Alcantara, D. Franciscus Borgia alique clarissimi viri; neque reticendum eandem adhibitam esse rationem a Romanae Rotae auditoribus. Non abs re erit in medium proferre Petri Nicole auctoritatem, qui in libro quem gallice inscripsit: « Essais de morale », nos vero Specimina moralia nuncupare possemus, postquam tractatu IV de hominis finibus, cap. X, de quadam D. Teresiae visione sermonem habuisset, haec pronuntiavit: « Illud audeo dicere quod si » quis ad hanc narrationem vehementer non ex- » terreatur, sed potius in solius imaginationis lu- » sum illam refuderit, merito ille stolidioribus esset » accensendus. Ut enim jure narratio illa con- » temni posset, opus esset ut certi essemus de » ipsius vanitate et fallacia. Porro longe admo- » dum ab hac certitudine habenda hic distamus, » relate ad visiones quas illa refert: quinimmo e » regione libere fatendum est, quod, cum duo in » B » dubium vocari possint in visionibus, primum » quidem an persona quae illas enarrat, fidelis ac » sincera sit, alterum vero an phantasiae lusu » producantur, qui aequo judicio ad trutinam vo- » caverint scripta hujus sanctissimae feminae, non » poterunt non illico sibi persuadere de summa » scribentis fide ac sinceritate; multo vero minus » judicabunt vim tantam imaginibus quae phantasiae » obveniunt, tribui posse ut per ipsas animae pro- » vehantur ad elevatissimos sanctitatis gradus, in » quibus constituit Deus Teresiam per easdem » quas refert visiones. Quin absonum omnino vi- » detur Deum ipsum tot prodigiosos effectus con- » junxisse commentitiis illusionibus. » Haec Nicoli- » us; quae si attentius perpendisset Muratorius, forte cautior de mysticae theologiae inviis mysteriis sententiam protulisset. Visionum autem certitudinem ad duo tantum, vel, ut melius dicam, ad unicum signum concludere, periculosa res est, a veritate aberrat, ac quodammodo divinae beneficentiae minus aequa coarctatio.

et quod ad ap-
probandas
ejus visiones
maxime va-
leat.

C 1789 Hucusque audivimus ipsam Teresiam egregie scriptis doctrinisque suis se ipsam propugnantem: ast quid si nihil ipsa conclusisset? Quid si nihil posteritati tradidisset? Anne liceret revelationes ipsius contemnere, quia non omnes characteribus gaudent a Muratorio praedicatis? Nonne sufficeret tot illustrium praesulum, tot clarissimorum doctorum, tot sanctissimorum virorum calculus, qui nihil non genuinum, nihil non divinum, post accuratissimum examen, in ipsa deprehenderunt? « Constat quod inter alios fuerunt triginta » octo, a quibus fere omnibus, post factam cum » eis Confessionem, diversis in locis et temporibus, » spiritus B. Teresiae divinus fuit judicatus » : verba sunt haec Romanae Rotae, art. de sanctitate in genere. Pluribus in locis ipsamet Diva Parens testatur nullum non motum lapidem reliquisse ut apud sapientiores totius Hispaniae viros sua vivendi ratio et caelestia quibus affluebat dona probarentur an ex Deo essent: et nemo eorum, post accuratissimam censoriam virgam adhibitam, ausus est Teresiae dona reprobare, aut in dubium revocare, aut alteri quam auctori Deo tribuere. Consulat lector epistolam quam Teresia dedit ad P. Rodericum Alvarez e Soc. Jesu, quae incipit, suppresso nomine proprio: « Haec sanctimonialis quadra- » ginta abhinc annis habitum sumpsit », cujus-

que autographum propria manu conscriptum Vi- D terbi apud Carmelitas Discalceatos asservatur. Illi Sancta Mater longum indicem retexit theologorum doctrina ac pietate celeberrimorum, qui jam tum ejus probaverant ecstases ac visiones. Eos inter recensentur duo Romanae Ecclesiae decreto inter Divos relati, Petrus scilicet de Alcantara et Franciscus Borgia: alii vero qui publici juris fecerunt egregia quaedam volumina, scilicet Dominicus Bañez et Bartholomaeus Medina, ambo ex inclita Praedicatorum Familia, et sacrae theologiae in Salmanticensi universitate publici professores: alii denique fuerunt ex his qui onus sibi adjudicarunt etiam scripto Teresiae spiritum divinamque in ipsa operantem virtutem illustrandi vindicandive, nempe P. M. Petrus Ibañez apostolicusque vir Joannes de Avila. Quo tandem pacto tot inter sublimes cordatosque viros Muratorii dubitationes stare poterunt? Ipsiusque auctoritas tantorum hominum sententiis ac definitionibus praevaleret? Credendumne est ipsis non innotuisse eos characteres quos praefere debent genuinae revelationes?

1790 Ignorabant sane, reponit hic Muratorius; siquidem (ut ipse putat) antiquitus plus aequo homines ad credendum proni erant: tanquam divinum caeco impetu venerabantur id quod unice humanam causam obtinebat; atque theologi peripateticae scholae addicti erant, quod idem apud ipsum est ac indoctos fuisse atque praedictis plurimis obnoxios. Perbelle sane: tanquam si per vetusta hominis definitio: « Animal rationale », non nisi hoc saeculo adimpleta fuerit; donumque discretionis spirituum ad haec usque tempora Deus distulerit, ne Spiritus Sanctus se peripateticum agere anteactis saeculis cogeretur. Ego, ut quid sentiam, aperte proferam, homines ad credendum perdifficiles omnibus saeculis extitisse censeo; atque ex adverso homines etiam numquam defuturos nimium ad credendum pronos. Legenti historiam vitae D. Teresiae manifeste patebit quantum eam initio homines divexarint, utpote plus aequo nescientes ipsi fidem praebere. Num phantasiae aestus, ludificationes, atque, ut ita dicam, mira, veteres latebant atque a peripati notitia exulabant? Num D. Bonaventura, num Cardinalis Turrecremata, num Gerson, num D. Joannes a Cruce, num Franciscus de Sosa, Hieronymus Platus, Joannes a Jesu Maria, Thomas a Jesu, Antonius a Spiritu Sancto, alique sexcenti qui de revelationibus sermonem habuerunt, phantasiae vires ignorabant? Perlegantur ipsorum opera, veritasque satis in aperto erit. Saeculo etiam duodecimo D. Hildegardis revelationes ad inania phantasmata femineaque spectra amandabantur: aliter tamen D. Bernardus judicavit. En quid in rem hanc scripserit Joannes Trithemius tom. I Annal. Hirsaugiensium ad an. 1147 (pag. mihi 415): « Erat D. Bernardo Sancta Christi famula et scriptis nota et relatione multorum » in Domino comprobata: ad quam cum perve- » nisset, post orationes consuetas et salutationis » obsequia, praecipit sibi volumina exhiberi quae » illa divinitus inspirata conscripsit: quibus dili- » genter ex parte revisis, ultra quam dici potest » admirans, dixisse fertur ad socios: Haec scripta » non sunt humanitus adinventata, nec potest ea » mortalis homo capere, nisi ad similitudinem Dei » intus et in anima fuerit reformatus per amorem. » Ad haec praepositus virginum monachus devotus » et sanctus, nomine Heribertus, viro Domini re- » spondit: Reverende Pater, vera quidem sunt » quae dixisti; sed multi homines docti et indocti » religiosi et mundani animam famulae Christi » quotidianis

Objectioni de
majorum cre-
dibilitate re-
spondetur.
E

F

A » quotidianis oblocutionibus cruciant, dum cerebri
» phantasmata aut fallaciter per daemones indoctae
» feminae garrulantur immissa. Cui vir Dei : Non
» miramur, inquit, frater carissime, si dormien-
» tes in peccatis divinas revelationes existiment
» somnia, cum sciamus verum dixisse Sanctum
» Apostolum : Animalis homo non percepit ea
» quae sunt Spiritus Dei ». Absit ut hanc melliflui
» Doctoris censuram velim Muratorio plenius appin-
» gere, atque invidis ansam præbere ut claram ejus
» famam dilacerent : testor unice mihi animo esse
» ostendere non adeo rudes fuisse veteres homines,
» ut ipse non satis modeste censuit. Propius accedam,
» hominemque perquam abunde peripateticis sub-
» tilitatibus pastum in medium adducam. Is est
» Joannes Caramuel : virumne facillimae credulitatis
» dicam phantasieque imbecillitatis ignarum? Nihil
» sane. Accipe quid de se testetur in prologo Vitæ
» Ven. Servi Dei Dominici a Jesu Maria (edit. Vienn.
» 1655) : « Quo tempore Eminentissimi Principis
» Cardinalis ab Harrach, Domini mei clementissimi,
» nomine gubernavi Bohemiam, plurimas ecstases et
» revelationes plurimas Numinis, Deiparae, Angelo-
» rum, Divorum, et frequentius animarum purga-
» toriis ignibus detentarum apparitiones ex officio
» cognovi; universas rejeci, ne unam quidem tam-
» quam veram, aut probabilem etiam, admittens.
» Vides hic plane nimio non credulam indolem.
» Hisce tamen nihil obstantibus, acta Venerabilis Do-
» minici scribendi provinciam aggressus est, nihil
» territus tot visionibus quibus ejus Vita referta est :
» talesque revelationum Dei famuli insignes miran-
» dosque characteres deprehendit ut in hæc verba
» erumpere non dubitaverit : « Si decredere criticus
» pergat, nec velit illustrium virorum testimoniis
» acquiescere, paucis verbis me expediam. Dicam
» sic : Hæreticis nec lineam scribo, nihil viris odii
» aut invidiæ præjudicio præventis. . . . Et quid
» mea, si unus aut alter impius et indoctus reji-
» ciet quæ eximia pientissimorum et doctissimo-
» rum hominum approbat multitudo? »

exemplumque
citatur severè
adhibetur in
Teresiam cri-
ticas.

B 1791 Verum quid opus est exempla emendicare?
» Habemus inter viros D. Teresiae spiritum seculo
» XVI approbantes, qui certe usque ab illis tempo-
» ribus non minus Muratorio scrupulosus erat in
» fide revelationibus adhibenda. Bartholomeum Me-
» dinam intelligo, qui in commentariis ad 3 partem
» Summæ theologicæ Angelici Doctoris (quæst. XXV,
» art. III) præter morem satis fuse calamum acuit in
» eos qui passim se visiones habere venditant. Statuit
» igitur prima conclusione (pag. 324 et seq. edit.
» Venetæ 1602) : « Numquam istæ operationes
» sunt veræ; nam Christus Paulo apparuit Jeroso-
» lymis; sed illico adjungit : Veruntamen hu-
» jusmodi veræ apparitiones sunt rarissimæ, ideo-
» que sunt admodum suspectæ, et potius putandæ
» sunt delusoriæ daemone apparentiæ, qui sape
» se transfigurat in Angelum lucis. » Idem re-
» petere non dubitavit assert. V, hisce verbis : « Re-
» gulariter et communiter istæ apparitiones et
» visiones veræ non sunt. » Quod postquam mul-
» tiplici probaverit ratione, subdit : « Idem probatur
» ex strage horribili quam fecit daemon in personis
» utriusque sexus quæ his visionibus fidem adhi-
» buerunt, quæ sine lacrymis referri non potest. »
» Quia vero cogebatur aliquas admittere ut veras,
» admodum caute pergit supra viginti regulas recen-
» sere ad veras revelationes ab falsis distinguendas,
» præter eas quæ ex Tractatu de Vita spirituali
» S. Vincentii Ferrerii recitat. Aequè sapienter ani-
» madvertit aliquando excitari visiones posse corpo-
» ris habitudine contemplantis personæ, dicens : « In-

» genium, et judicium hominis diligentissime
» considerandum est. . . . Estimanda est quoque
» corporis temperatura, sanitas, judicium, . . . In
» somno potissimum periculum est ne his visio-
» nibus decipiamur. . . . Inspiciendum est diligen-
» ter an qui patitur visiones, sit nigro humore
» affectus, id est, melancholico, vel nimium macie
» confectus. » Ex his facile intelligere potest quilibet
» Medinam hominem non fuisse aut ad creden-
» dum nimium præcipitem aut ad omnes revelationes
» temere excipiendo proclivem, quin potius rigi-
» dissimum spirituum censorem. Porro quam sen-
» tentiam ipse protulerit de revelationibus D. Teresiae
» audiamus ab ill. Tarasonensi (dic. Turiasonensi) anti-
» stite Didaco de Yepes in prologo ad Vitam S. Tere-
» siae, § II : P. M. F. Bartholomæus de Medina, jam
» primæ antecessor in Salmantina universitate, cum
» audisset tot tamque mira de B. M. Teresia narrari,
» flocci eam faciebat, nullamque his quæ de illa præ-
» dicabantur, fidem adhibebat. Accidit autem ut
» Sancta Virgo Salmanticam veniret novum condi-
» tura monasterium. Sedulo ipsa curavit illum con-
» venire : amabat enim præ ceteris illos alloqui,
» suæque eisdem communicare, quos sibi magis ad-
» versari intelligebat suæque orandi rationi, ex spe
» qua incedebatur fore ut illam magis magisque
» examinarent, probarentque an cum Deo ambula-
» ret. Inuit igitur cum Medina colloquium, et gene-
» rali secum habita peccatorum Confessione sinceram
» reddidit rationem suæ orationis et omnium dono-
» rum in ea perceptorum : insuper ostendit quæ de
» se ipsa scripserat. Quibus omnibus rite perpensis,
» Medina animum mutavit; et factus ipsi Teresiae
» conjunctissimus, eam certam reddidit omnia quæ
» patiebatur, divino muneri esse tribuenda; professus
» in posterum Teresiae in sanctitate parem in uni-
» verso orbe non existere. Hanc ingenuam Medinae
» confessionem refert vel ipsa Teresia in superius
» laudata epistola ad P. Rodericum Alvarez, quam
» exscribere omitto, ut brevitati consulam : satisque
» mihi est conclusisse non incautos indoctioresque
» minusve acutos veteres fuisse; sed forte modestio-
» res minusque græcalorum sectatores.

1792 Aliud sequitur in Muratorio castigan-
» dum. Pagina 125 pergit eas sacras virgines tan-
» quam audaces carpere quæ visiones ac revelationes
» commentariis tradidere : « Cum ipsi (inquit) San-
» ctissimo Gentium Apostolo Paulo ex celesti
» munere plurima fuerint reserata mysteria quæ
» tamen, ut ipse testatur, non licet homini loqui,
» percunctari libet quid juris sit apud eos qui
» mysticis incumbunt rebus, ut in medium passim
» adducant impervia pariter arcana sibi revelata,
» ubi Paulus ipse id sibi ullatenus licere negavit? »
» Ita Christianæ pietatis reformator. O plane festivum
» delicatæ philosophi scrupulum! Itane, bone Mura-
» tori, omnes revelationes sanctis viris factæ idem
» obtinere objectum, eandem attingere excellentiam
» sublimitatemque eorum quæ Paulo Apostolo ad ter-
» tium usque cælum evecto manifesta fuerunt? Si
» logices sectari leges velimus, vana omnino est gene-
» ralis consequentia ex singulari propositione de-
» ducta. « Vidi arcana verba, inquit Paulus, quæ non
» licet homini loqui » : ergo (proh amœnam illa-
» tionem!) omnia occulta cæteris Sanctis manifestata
» non licet exponere. . . Ipsa D. Teresia experientia
» abunde edocta, ita edisserit cap. IV Mansion, VI :
» « Quando anima in hac suspensione reperitur,
» placet Deo ostendere illi arcana quædam cælestia
» et visiones imaginarias, quas postea refert, cum
» alte in ejus memoria delixæ remanserint. Cum
» vero visionibus fruitur intellectualibus, eas mi-

Perperum
quoque Mura-
torius genera-
tim improbat
revelationes
conseribi :

F

AUCTORE
V. D. M.

A

» nime referre valet ob sublimitatem cognitorum
» mysteriorum quæ non expedit, ut relata attin-
» gantur ab hominibus adhuc mortalibus.... Jacob
» quidem vidit scalam; præter ipsam tamen cum
» vidisse arbitror secretiora alia quæ referre non
» valuit. Etenim ex sola visione scale, per quam
» ascendentes et descendentes Angelos vidit, nequa-
» quam potuisset tot tantaque mysteria intelligere
» nisi illustriori luce fuisset donatus.... Neque vero
» Moyses ipse omnia litteris consignavit ex his
» quæ in rubo viderat, sed ea solum quæ Deus
» voluit ut scriberentur. Quod si Deus longe plura
» non ostendisset secretiora mysteria, et quidem
» certissima, præter exposita, ut facile percipere
» posset Deum esse allocutum, in tot sane discri-
» mina et angustias minime sese coniecisset. »

Quid ad hæc inquiet Muratorius? Non vult ipse
(exorta Divi Pauli auctoritate) arcana in visione
intellecta litteris concedi posse: habet Teresiam
quæ hoc aliquando fieri posse adstruit, aliquando
non posse nec expedire fatetur; ipsane reprehenda-
da? Si ipsa excerpserit, concludendum potius est:
Ergo quæ excerpserit, et poterat et expediebat ut
exscriberentur. Nonne quædam sunt revelationes

B

ad humanum captum accommodatæ, ad concutienda
peccatorum corda aptissimæ, ad insinuandam pro-
pria infirmitatis cognitionem virtutisque amorem
satis efficaces? Quisnam igitur absurdi esse potest,
si manifestentur? Re enim vera, ubinam reperies
ipsum Doctorem Gentium omnes suas revelationes
alto silentio obduxisse? Ipso capite Epistolæ 2 ad
Cor., quo, de raptu suo sermonem habens, asseruit:
« Non licet homini loqui, » statim subdidit unius
revelationis narrationem. « Ter Dominum, inquit,
» rogavi ut discederet a me (stimulus carnis meæ),
» et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. » Juxta
Muratorium aperte in hoc capite reprehendit ac
prohibet Apostolus ne quis revelationes describat:
ipse vero sine mora revelationem subnectit. Car-
pendus igitur in primis est ipse Paulus, quasi legem
a se latam primas atque illico violaverit: vel potius,
genuina apposita interpretatione, reliquos sanctos
piosque viros, revelata sibi manifestantes, lacerare
desinat; nisi velit ipsum quoque dilectum Christi
Discipulum Joannem Evangelistam tanquam apos-
tolice legis-violatorem criminari, qui Apocalypseo
volamen, tot visionibus refertum, ad annum repa-
ratæ salutis nonagesimum septimum, post Pauli
mortem, descripsit.

C

quod, Teresia
fecit coacta
jussu, et qui-
dem pruden-
ter dato.

1793 Verum, gratis etiam concessio incongruum
esse ut revelationum narrationes fiant, quamvis
ex iis non sint quæ sublimissimo D. Pauli raptui
valeant comparari, non video quo jure succensere
possimus iis qui eas experti eas scripto reliquerunt;
cum potius illi unice corripiendi essent præsidēs
atque animarum rectores quorum imperiis ut fieret
satis, ad revelationes conscribendas compulsi sunt.
Sane de Sancta Teresia indubie fidei est quod
nonnisi gravissimis superiorum mandatis adigi
potuerit ad supernaturalia dona litteris concre-
denda, cum e regione ab ipsis humillime expeteret
ut sibi libera facultas fieret, veluti alteri Augustino,
culparum suarum amplissimam texendi historiam.
Profecto, si quis locus objurgationi esset, num in
eam refundendus esset, quæ, licet secus suaderet
profundissima animi modestia, perfectissimam ad-
hibuit erga prælatos obedientiam? Absit; sed potius
in præcipientium cervicem tota criminandi licentia
erit rejicienda. Quamquam neque ipsis conscientiæ
moderatoribus ulla, etsi minima, imprudentiæ aut

levitatis nota inurenda, si non nisi perpensis omni-
bus circumstantiis, causaque serio cauteque exa-
minata, vel peculiari Divini Spiritus afflatu ad-
ducuntur ad hujusmodi præcepta imponenda;
quemadmodum Copezius judicat de D. Teresie
rectoribus. Hic postquam efficaci oratione suasisset
omnes conscientiarum moderatores ne qualibet
prætensa occasione permittant ut ab iis, quos di-
rigunt, litteris commendentur supernaturalia dona
a Deo recepta, Seraphicæ tamen Parentis nostræ
perpensis quæ occurrebant argumentis, eximia
præsertim animi demissione, quæ in limine ipso
enarrationis Vitæ suæ maxime elucet, subdidit in
Lucerna mystica (tract. v, cap. xxxi, num. 355):
« Hi sunt veri spiritus fructus, ex quibus digno-
» scere poterunt directores non solum utilitatem
» quam Deus ex Vita et scriptis hujus mirabilis
» heroinæ et mysticæ doctricis volebat comparare,
» sed etiam magnam rationem qua ducti sunt ejus
» prælati et directores qui tale tamque strictis-
» simum scribendi mandatum imposuerunt: et
» quandoquidem (ut nefas erit dubitare) divina
» inspiratione ducti sunt, nihilominus magna pen-
» satione et mora processerunt, antequam Teresie
» hoc præceptum imponerent. » Cumque anonymus
non pertimescendum esse hoc a voluntate Dei esse
alienum, probasset exemplo Raphaelis, dicentis bo-
num esse opera Dei revelare et confiteri honorificum,
sic claudit: Ecce conscientiarum moderatoribus
historicisque permittere nefas erit ut in lucem ali-
quando prodeant splendida quædam divinæ benefi-
centiæ dona in fideles suos effusa, cum vel maxime
ex eorum parta notitia tepidiores et imbecilliores
(ut sit de malesanis quibusdam qui nimium ter-
rena sapiunt) excitari valeant ad bonorum omnium
fontem appetendum ardentius, et prævaricantium
corda ad meliorem frugem revocari?

1794 Hactenus doctus anonymæ Dissertationis
auctor, qui ut genuinus Teresie filius egregie Sanctæ
sue Matris honorem celestique ejus dona adversus
infidam interpretationem vindicat. Ad solidam hanc
Muratorii refutationem adjiciam brevem in eundem
celeberrimum scriptorem animadversionem eruditissi-
mi Joannis Josephi Havelange, professoris quondam
in Seminario regio Luxemburgensi, qui in præstanti
suo opere de Ecclesiæ infallibilitate in factis doctri-
nalibus demonstrata et a Jansenianorum impugna-
tionibus vindicata, edito Trajecti ad Mosam anno
1788, (pag. 194 et seq.) damna ostendit nascentia
ex prolatis obliquis hujusmodi ab eo et ab aliquot
aliis incautis Catholicis in Ecclesiam conviciis. Sci-
licet, postquam dixisset nolle se inquirere quæ mente
quoque zelo, Janseniane an Christiane, ab his
dissertatoribus hæc arma cudantur et Ecclesiæ ini-
micis subministrentur, gravia in Muratorium hæc
addit verba: Erroris virus suis lectoribus propinat
eo periculosius quo veritatis fuco illud illinit accu-
ratus. Solet quoque quod dextera dedit, sinistra
illico retrahere, aut ea quæ certa sunt, in dubium
revocare (pag. 204). Si cui fors censura hæc sove-
rior videntur, certum tamen est male ominatis tali-
bus disceptationibus prima sæculi decimi octavi parte
prolusum ab improvidis scriptoribus fuisse secutura
altera ejusdem sæculi parte incredulitati pseudophi-
losophorum. Consule ita ratiocinantem eximium
Franciscum Xaverium de Feller in gallico suo Dia-
rio (Journal historique et littéraire, 15 Mars 1790
pag. 531), ubi meminit opinionis nonnullorum, esti-
mantium hæc Jansenismum olentes maculas Murato-
rianis libris superjectas fuisse a falsariis.

Animadversio
Joannis Havel-
ange in Mu-
ratorium.

F

§ XCIV. Perperam aliqui S. Teresiae ecstases magnetismo animali adscribunt. De magnetismi hujus existentia et natura controvertitur inter scriptores.

Praeter eos quos haecenus refutare conati sumus, quique divinas in sanctis animalibus operationes vel prorsus negant vel humani ingenii conatibus aut phantasiae perperam adscribunt, non ita pridem aliud genus prodiit hominum, qui novam et praeteritis saeculis inauditam causam visum assignant, magnetismum nempe quem dicunt animale: quo nomine quidam eorum non solum insolitas omnes naturae et animae, sed etiam cunctas Dei ac diaboli in hominibus operationes comprehendunt; adeoque hujus vocis praesidio explicant, aut magis negant, cum praestigias quae a caecodemone fiunt, tum prophetias, revelationes, apparitiones, visiones, miracula ceteraque divinae sapientiae, bonitatis atque omnipotentiae opera. Is quippe incredulorum plerorumque hodie mos est ut quae patrata a Jesu Christo et Sanctis mirabilia olim a veritatis osoribus negabantur, eadem contigisse quidem jam non negent, sed ita contigisse asserant ut non aliam causam habuerint quam naturalem. Cujus rei specimina passim occurrunt apud plerosque qui novam exegesis, ut vocant, Sacrarum Litterarum profitentur; dum scilicet sanctissimas Christi Salvatoris actiones ita interpretari non dubitant ut admirabilis illa Religionis Christianae institutio jam non opus dextrae Altissimi, sed fraus et dolus esse videatur. Verum haec exempli causa obiter attigisse sat esto, ne propositos mihi limites, cum de solo hic magnetismo animali quaedam me dicere necesse sit, latius divagando excedam.

1796 Quoniam autem historia magnetismi animalis, quem nonnulli organicum vel vitalem dicere malunt, quique ab Antonii Mesmer auctoris sui nomine interdum etiam Mesmerismus appellatur, vulgo satis nota est, ab ea hic enarranda jure abstinere possum, aliqua tantum, ubi ipsa disputatio id exiget, facta historica relaturus. Dumque hanc questionem mihi tractandam assumo, profiteor non eum me esse qui quidquid ad eam pertinet, ita prosequi velim aut possim ut integram absolutamque de magnetismo animali dissertationem instituiam et proposita de eodem capita singillatim perpendam; cum id potius ad eos spectet qui in rerum naturalium et propriis physiologicarum studio, non omissis utique psychologis, diu multumque versati, haberi debent legitimi hujusmodi rerum iudices. Neque mihi disceptandum est cum universis magnetismi animalis propugnatoribus, inter quos et doctos et probos non paucos esse libens profiteor, qui divina charismata a phaenomenis magneticis religiose discernant; sed cum iis tantum, qui, uti jam supra innui, S. Teresia illam non sane locum injuriam irrogaverunt ut assererent eam non supernaturali divinaque motione actam fuisse, sed magnetica ac proin naturali prorsus correptam potentia et impetu quodam quem oriri ex organorum compositione elicique arte perhibeant.

1797 Nimis longus forem ac lectorem frequenti earundem rerum repetitione defatigare, si singillatim afferrem quae hujus asserti propugnatores de

S. Teresia in suis elucubrationibus comminiscuntur. Quare specimini gratia e pluribus idem adstruentibus unum solummodo allegabo, qui non suam tantum, sed et simul magistrarum suorum de hac re doctrinam videtur propalasse, dum nuper Lutetiae Parisiorum, ut doctoris insignia obtineret, diatriben seu thesin de re medica edidit a se solemniter propugnandam; ubi capite IV, quod inscribitur: De effectibus magnetismi, postquam descripsit somnambulismum, insensibilitatem, magnetizati cum solo magnetizante communicationem, idearum cogitationumque unius in alterum immissionem, transpositionem sensuum et id genus alia, tandem agit de ecstasi, de qua sic ait: Finge summam quam potes insensibilitatem organorum, sensuum et motus, conjunctam cum summa vi sentiendi et cogitandi, vitamque omnem cerebrum versus contractam, atque animam quodammodo exutam materialibus organis: sic formam conceperis ecstaseos. Is status, licet quam maxime extraordinarius, in dubium tamen, ut alia magnetismi phaenomena, non revocatur, eo quod idem status identidem adhuc alibi naturaliter se exerat. . . Atque cognovi plures per Europam homines, qui multis abhinc annis gaudent eo habitu imperturbate. Illo in statu partem vitae suae trans-

1798 Pudet referre quas idem scriptor adjicit prolatae a se sententiae probationes et turpia dicta quibus contendit S. Virginem amore persecutam fuisse non illum infinitum et invisibilem Deum, sed corporalem sive humana specie indutum, qualem iste vult S. Teresiam sibi imaginatam fuisse. Verum audenti procaciter affirmare Sanctam hanc Virginem in suo quem scripsit Vitae libro pluries sibi exprobrare terrestres nimium neque puros satis quibus in Deum ferebatur animi motus, asseveranter respondeo plenissime tum e libro Vitae tum ex caeteris omnibus ejus scriptis constare nihil quod purissimum castissimumque non fuerit, ejus affecisse spiritum. Id ipsa, de se loquens, aperte fatetur: Jamas con cosa de su espíritu tuvo cosa que no fuese toda limpia (tom. I, epist. 19); id est, ut habet Arnould d'Andilly, ad cujus versionem auctor theses suos lectores remittit: Il n'est jamais entré dans son esprit une chose qui ne fût toute nette et toute chaste; aut, ut adhuc expressius reddit Chappe de Ligny: Jamais son esprit ne lui a rien représenté qui ne fût pur et chaste. . . Neque felicior est idem scriptor, cum potissimum istiusmodi affectuum quales in S. Teresia notari perhibet, causam conjicit in exuberantem aetatis vigorem, inque juvenilem, luxuriantem ac sui impotentem phantasiam: quippe cum praeterivit S. Teresiam, quae nata erat annos amplius quadraginta ut illa via a Deo duci caput, in dies magis ac magis in ea progressum fecisse, donec in senili aetate et fere septuagenaria vita excesserit.

1799 Equidem, si ita res ferret, plura id genus asserta in medium proferre nec difficulter certis historiae Teresianae monumentis discutere possem; sed, relicta reliqua errorum congerie, sat mihi sit probasse S. Teresiam in suis ecstasibus, raptibus, visionibus, revelationibus ac prophetiis magnetismo animali neutiquam fuisse actam: id quod etiam paratione valere poterit ad alios quamplures utriusque sexus Sanctos adversus similia in eos congesta pro-

fix scriptori-
bus

qui magneti-
smo animali

S. Teresiam
corruptam
fuisse

E

calumnian-
tur.

F

opponitur

AUCTORE
V. D. M.

A bra defendendos. Instituentur autem hujus probationis duplex est ratio. Aut enim, ut existimant non pauci, magnetismus animalis cunctaque ejus phenomena, tota quanta sunt, nihil sunt aliud quam inane commentum, mera fabula, phantasia lusus sensuumque fascinatio; atque horum certe opinione, ut negatur magnetismi animalis existentia, ita omnis magnetica in S. Teresia operatio neganda est. Aut admittitur, quæ aliorum sententia est, vel omnium vel certe aliquorum phenomenon magneticorum veritas; quæ admissa, facile ostenditur nullam esse Teresianas inter ac magneticas ecstases paritatem, sive causam utrarumque species, sive naturam, sive effectum. Unde consequens est, utramlibet probaveris hypothesein (neque enim mea sunt partes agitatam de re adeo adhuc intricata litem dirimere), Seraphicam Virginem nihil habere cum magnetismo commune.

magnetismum
fuit.

B 1800 Priusquam longius progrediar, notatum velim magnetismum animale strictiore quodam sensu a multis ita accipi ut admittatur naturalis quadam communicatio sive attractio et repulsio inter nonnulla corpora animata, non secus atque inter nonnulla inanimata, et cujus ope singularia aliqua produci quidem possint phenomena, sed homine naturaque non majora. Hac ratione non negatur existentia somnambulismi artificialis, multique non adeo mirantur delicatas puellas, sensibus, mente, fiducia et affectu alie defixas in unum e regione assidentem, gesticulantem, tangentem, et, si ita loqui fas est, voce, nutu, imperio animam earum suffurantem, non mirantur, inquam, tales personas, quasi absorptas uno magnetizatore, dum cætera omnia respectu earum silent et quodammodo absunt, sopori ad somnambulismum usque immergi illasque tunc temporis, ut ait L. Rostan in articulo de Magnetismo animali qui insertus fuit Dictionario medico Parisiis anno 1825 vulgato (tom. XIII, pag. 421-469), idem ac suum magnetizatorem sentire ac cogitare, atque ea ratione unum fere cum ipso evadere individuum, quippe quem unum, cum indormiscerent, videbant, audiebant, sentiebant et cogitabant. Unde et somnambulismus artificialis, et abolitio, eo durante, sensuum externorum, et oblivio eorum quæ tempore somnambulismi contigerunt, et excitatiores subinde eo in statu animæ facultates, præsertim phantasiæ ac memoriæ, atque alia ejusmodi plura naturæ possibilia esse videntur, et eo quidem magis quod somnambulatorum magneticorum status statum fere refertur somnambulatorum naturalium. De quo videatur Tractatus de somnambulismo, auctore A. Bertrand, Parisiis editus anno 1823 : ubi inter alia exponitur (pag. 242) quomodo tempore somni, adeoque et tempore somnambulismi, viva sæpe perduret cogitatio cui indormivimus. Ac præprimis consulatur Cl. E. Tandel, universitatis Leodiensis professor, de eo argumento docte disserens in suo Examine novo phaenomeni psychologici somnambulismi; quod insertum exstat tomo XV Commentariorum laurea donatorum ab Academia regia Bruxellensi, et cujus analysin tomo X Diarii historici et litterarii quod Leodii editur (pag. 90 et seqq.) exhibet Cl. P. Kersten, qui jam pridem alio tomo de eadem re egerat (tom. V, pag. 497 et 556). Ac de hoc quidem magnetismo seu somnambulismo disputationem instituere mihi propositum non est.

qualem ipsi
intelligunt,

C 1801 Verum alius est magnetismus animalis qualis multo latiori significatione a Mesmeri sectatoribus accipi solet, et cujus ope prodigia quam maxime extraordinaria patrari contenditur; quorum, ut ait quoddam vulgatissimum hodie in Germania Lexicon, tanta est admirabilitas ut suffocandum et extinguendum prius videatur quidquid hactenus

super mundi hominisque natura acquisitum est. **D** luminis quam intellectus suam convertere aciem audeat ad magnetismi animalis mysterium penetrandum. En quædam a Rostan in citato Dictionario enumerata phenomena, quæ, licet sane prodigiosa, e numero tamen eorum sunt quibus reliqui magnetizatores adstipulantur, etiam ii qui a jactantia præ cæteris sibi temperare dicendi sunt. Videlicet affirmat ab ecstatis somnambulibus res discerni trans opaca corpora (pag. 435); in iis sensum visus transferri ad epigastrium (pag. 431); sola interna magnetizantis voluntate absque ulla actione externa ulloque externo signo magnetizati membra paralysi constringi (pag. 436); si qui inter spectatores animo sint in magnetismum malevolo vel incredulo, eorum præsentiam nocere efficaciam magnetismi, quod quidem prorsus inexplicabile esse fatetur, sed et quod asseverat magnetizatores omnes fuisse expertos (pag. 443); somnambulos futura prædicere modo plane stupendo et incredibili : id quod crebro se ait animadvertisse; quamvis addat se iis quæ oculis suis vidit auribusque audit, fidem præstare non audere, at non aliam ob rationem quam quod id phaenomenon omnem excedat sapientiam omnemque humanum intellectum (pag. 439).

E 1802 Hunc porro magnetismum animale reapse existere negant haud pauci nec infimi subsellii viri, qui hæc omnia prodigia attribuunt aut circulatorum artibus aut secretæ plurium in fraudem conspirantium collusioni. Quantus autem sit horum magnetismi adversariorum numerus, concludi potest vel ex ipsis verbis quibus magnetistæ aperte declarant quam parvi pendatur ars cui se devocent. Sic L. Rostan, quem nonnulli existimant cæteris omnibus artis illius propugnatoribus doctiorem, in ampli memorandum quem jam citavimus articulo exordio hæc fatetur : Difficilem sane suscipimus provinciam. Magnetismi defensores inter et ejus refragatores violenta orta est lis. Prioribus rari annumerantur qui scrutati sint naturam, homines, scientiasque quas dicimus exactas. Tacite prope conventum est ut scientiarum medicæ artis cultor qui fidem præbet magnetismo, ludibrio afficiatur indelebili. Contra vero inter posteriores non invenio alios quam viros maximi meriti, quorum approbatio summa est merces, quorumque calculus albus in scientiis pro lege habetur, niger vero pro irrevocabili condemnatione. Pari modo sincerus magnetismi animalis encomiastes J. B. L. presbyter, in opere quod Parisiis anno 1844 gallica lingua edidit sub hoc titulo : Magnetismus et somnambulismus coram academiis, curia Romana et theologis, profitetur magnis opus esse animis ut sectator magnetismi exponere se audeat tot contradicentium telis. Tametsi, inquit, nitatur ille et captis ab ipso se experimentis et gravibus aliorum testimoniis, negari non potest eum nonnisi illata sibi vi propugnaturum esse magnetismum humanum et somnambulismum artificialem. His enim phaenomenis, simul atque denuo apparuerant, ut fieri solet quoties detecta recenter veritas multis damnosa accidit, haud pauci eorum qui scientiarum clavum tenent, cum magnetismi fundamentum subruere non valerent, ludibrio hunc verterunt et pro circulatorum lusu habuerunt, dictitaruntque esse omnes promiscue defensores ejus aut lusus et deceptos aut lusores et deceptores. Unde oportet mens putet certo se esse veri consciam, ut ultro objicere se velit istiusmodi scommatis et sarcasmis (pag. 43). Atque idem reliquorum fere omnium planetus est.

F 1803 Imprimis quod ad academias facultatesque medicas attinet, tota Europa pervulgatum est quid

tunc / academiarum
sociis

huc

A hac de re illa senserint, cum alibi, tum præsertim in Gallia, quoties ad eorum iudicium appellatum fuit. Ex Austria anno 1777 excessit Mesmerus non alia de causa quam quia ejus inventa non modo non probabant, sed etiam explodebant academici Vindobonenses; Londinenses vero ac Berolinenses, quos per litteras appellarat, ne responsione quidem eum dignati fuere. Nec melius ei cessit Parisiis apud academiam regiam scientiarum; quæ anno 1784, instituto per selectos viros examine, declaravit fluidum magneticum non existere, magnetismum animale esse inane nomen, et quæ ad hunc eiendum adhibebantur tentamina periculosa esse: a quo iudicio non dissonat alterum per medicos a Ludovico XVI deputatos circa idem tempus latum. Exinde per annos quadraginta nulla amplius in virorum doctorum sodalibus de hoc argumento mota questio est, donec anno 1825 academia medicæ Parisiensi propositum fuit ut ad novam de magnetismo animali, quæ jam nonnulla subiisse temperamenta asserebatur, investigationem deveniretur. Facto igitur eodem anno a medico Husson relatione, convenerunt qui experimentis magneticis explorandis operam darent academici novem; horumque illa fuit conclusio, ejusdem

B Hussonii ore anno 1831 pronuntiata, fovendas esse ab academia inquisitiones de magnetismo animali, utpote rerum psychologiarum et physicarum cognitioni nonnihil incrementi allaturas. Sed anno demum 1837, audita novem aliorum medicorum relatione, quam conscripserat doctor Dubois Ambianensis, supremam tulit eadem academia sententiam qua prorsus ab ea confectus fuit Mesmerismus. Non vacat censoria illa hic referre decreta; neque id facto admodum opus est, cum extent passim in obviis quibusque de magnetismo tractatibus: quanquam illius sectatores adversus ea decreta reclamant, contententes non iudicio, sed præiudicio contra novam inexploratamque scientiam processum esse, nec dubitantes affirmare academias haud fuisse ductas studio indagandæ veritatis, sed potius cupidinis studio voluisse artem medicam intra vulgares consuetosque continere limites. Vide sic in prologo suo (pag. 27, 28 et 29) ratiocinantem J. B. L. jam supra allegatum; nec non J. P. F. Deleuze, qui in Defensione magnetismi, Parisiis anno 1819 vulgata (part. 1, cap. III, pag. 48), dolet Parisiensem scientiarum academiam regiamque medicorum societatem facta a se admissa anno 1784 attribuisse phantasiam, affectus vel imitationi; item J. J. A. Ricard, qui in prologo Tractatus theoretici et practici de magnetismo animali (pag. VII et seqq.) acerrime academicos Parisienses ob latus annis 1784 et 1837 sententias insectatur.

Aut aliis viris
dictis.

1804 Quod si, extra academias, illos speciatim homines qui scrutandis magnetismi animalis secretis operam navaverunt, percontemur, occurrunt quam plurimi qui in eandem propendent opinionem. Inter hos R. D. Vincentius Tizzoni in dissertatione quam XXI Julii 1842 coram spectatissima corona in Academia Catholica Romana super magnetismo animali prælegit, valide eum impugnavit. Discussit, ait *Diarium Romanum* (VI Septembris 1842), et docta analysi membratim explicuit varia ejus phenomena. Ope luminis quod a medicæ artis disciplinis mutuabatur, exertaque justissimi ratiocinii vi, ac multiplicibus quoque celeberrimarum in Gallia Academicarum quæ pluries questionem hanc maxime qua potuerunt diligentia sunt perscrutata, allatis testimoniis, in evidentem eam tandem devenit conclusionem ut magnetismus animalis tam in his rebus quæ crises magneticæ dicuntur quam in somnambulismo mera sit chimæra, splendidum

mendacium ac fraus inimica non minus hominum societati quam perniciose castitati morum. Haud aliter P. J. C. Debroyne, medicinar doctor et monachus Cisterciensis e Congregatione Trappensi, tum in scriptis a se Cogitatis viri Catholici (gallice: *Pensées d'un croyant catholique*, pag. 259 et seqq. edit. Bruz. 1840), tum in Tentamine super theologia morali (gallice: *Essai sur la théologie morale*, part. IV, cap. I), æstimat magnetismi animalis ostenta vanam esse ludificationem: ac memorata incredibili systematis nervosi mobilitate stupendaque phantasia humanæ vi, adscribit ostenta illa subdolis artibus et fascinationi quam adhiberi contendit, dum viri vegeti et calidi gesticulationibus, attactu, imperio elicitisque multifariam affectibus vehementer agunt et corripunt imaginationem morbidarum plerumque aut debiliū et arcanæ artis præiudiciis occupatarum puellarum. G. G. Lafont-Gouzi, schola medicæ Tolosatis professor, eadem opinione ductus, Tolosa anno 1839 edidit de hoc argumento commentarium quo demonstrare nititur magnetismum animale nil aliud esse quam veteris magicæ simulacrum, phantasiæ ac sympathiarum naturalium humanæque debilitatis lusum, rationi et rerum naturalium scientiæ contrarium, valetudini æque ac moribus et juribus hominum nocivum. Item Cl. Kersten tomo V *Diarii* supra citati inseruit quatuor articulos seu paragraphos (pag. 402-409, 445-452, 497-505 et 554-565), quibus de hac materia disserit, simulque in dubium revocat veritatem omnium illorum mirabilium phenomenon quæ fines humanæ potentiæ excedere videntur.

1805 Multæ sunt rationes quæ virorum hactenus citatorum aliorumque complurium, quos inter præstantes numerantur medici, a fide magnetismo animali præstanda abalienant. Quarum aliæ summam spectant totius rei magneticæ obscuritatem multiplicemque in ejus usu incertitudinem atque instabilitatem; aliæ vero pertinent ad jactata ejus phenomena, quæ adeo prodigiosa sunt ut nulla hactenus probæ eorum explicatio vel interpretatio excogitari potuerit, quamquam id problema jam a septuaginta annis in omnibus Europæ academiis fuerit agitatum, dum interim aliæ quæ in dies prodeunt scientiarum artiumque inventiones certis experimentis testatæ fiunt et brevi extra controversiam ponuntur. Atque ut primo quidem densas quibus magnetismus premitur tenebras pensemus, non meus sit hic sermo, sed artis magneticæ patroni J. B. L., qui illam de qua supra meminimus concinnavit ejusdem apologiam, et cui in agnoscenda hac caligine consonant scriptores ceteri prope omnes. Candide itaque ille affirmat decem annorum studium uni illi argumento impendendum esse ut plenus de magnetismo tractatus absolvi possit; quin imo inter præcipuos ejus examinandi obices reputat magnam librorum de eo argumento tractantium numerum, æstimans scripta ejusmodi in Gallia prodixisse vel septingenta, totidemque in Germania, præter aliæ in aliis regionibus, quin tamen completum absolutumque hodiernum ullum de magnetismo opus lucem aspexerit (pag. 25 et 31). Neque id mirum est, si (quod putare se scribit idem auctor), ut questio hæc serio et convenienter tractanda assumatur, nil requiritur minus quam ut in antecessum conferatur physica cum physiologia, physiologia magnetica cum psychologia, ac tandem physiologia, psychologia et theologia, ut ex conflatu adunatisque cunctis his scientiis alia ad speciem nova creari possit scientia, nempe physiologia et psychologia theologica, quam theanthropologia nomine insignit. Quam vero, ait, longo annorum spatio, quam arduo labore, quantis animis opus foret, ut magnetica

ob perpetuas
ejus tenebras.

F

AUCTORIBUS
V. D. M.

A

disciplina eo modo promoveretur ac perficeretur! Ignoro equidem quoniam inter mortales tale maneant pensum, ob quod neque humanis premiandus sit plausibus nec humana mercede. Pulcher sane labor, sed adeo ingratus ut nemo sit cui cum apprecemur, rati usquedum sterili immanendum esse voto (pag. 435).

ob immanem
potentiam

1806 Nec minor apud multos negandi magnetismi ratio est stupenda quae humanae voluntati attribuitur efficacia, tum in magnetizante ad fluidum in cerebro suo excitandum indeque ejaculandum, tum in magnetizato et in ipsis etiam adstantibus ad fluidi a magnetizatore emissi vim reperiendum, aut, si fluida magnetismus non constet, alia incomperta ratione, nec tamen minus efficaci. Fatetur ipse Georget hominum mentes alienas esse a credenda hac humanae voluntatis potentia. Interim tamen, dum magna est inter magnetismi animalis sectatores multis in rebus dissensio, omnium, sive admittant fluidum sive negent, una sententia est qua cuncta magnetismi phaenomena oriri e sua voluntatis efficientia velint. Magnetismus, ait Rostan, vi voluntatis producitur: quare, ut effectus procreetur, in magnetizante firma voluntas, intensum desiderium

B certaue persuasio insit necesse est (Dict. med. tom. XIII, pag. 441). Ubi mederi volo aegrotis, inquit Delouze, vi meae voluntatis in eum dirigo effluvium quod ex me elicio et quo ille penetratur (Defens. magnet., pag. 172). Somnambuli, inquit rursus Rostan, inertis modo obediunt magnetizatori. . . Ei pro instrumento esse videntur. . . Eo solo aguntur. . . Omnimode subjacent ejus voluntati. . . Quin demit ille magnetizato facultatem agendi ac loquendi. . . Nec ullum est phaenomenon quod facilius obtineatur (tom. cit. passim). Dicit etiam Georget: Absque magnetizatore nequit magnetico statu somnambulus exire. Septem aliquando dies cum illi immersum reliqui (Physiologia systematis nervosi, Parisiis 1821, tom. I, pag. 293 et 294). Et rursus Dupotel in Praelectionibus magneticis (vulgo Cours de magnétisme, sect. II, pag. 97): Effectus magnetismi nunquam cessant nisi voluntate magnetizatoris. Atque ea est omnium magnetizatorum mens et loquendi modus.

quoniam huma-
nae voluntati
tribuitur ma-
gnetizatio,

C

1807 Ergo magnetizatoris est voluntas quae in magnetizato gignat pandiculantem oscitantiam, somnum, somnambulismum, ecstasin; quae membris ingratum rigorem; quae carum pro libitu imperet ejus corpori situm, quietem, incessum; quae ex tali somnambulo sermonem eliciat responsaque ad propositas ei quaestiones de rebus occultis, dissitis, futuris; quae efficiat ut somnambulus percipiat vel non percipiat quae coram eo a magnetizatore vel aliis proferuntur; quae inter somnambulum et tertiam personam instituat magneticam relationem per corporis contactum, si praesens ea sit, vel, si absens, per praebitum somnambulo capelliti ejus cirrum vestisse particulam aut aliud quodcumque contrectatum ab ea objectum. Voluntas denique magnetizatoris est quae magnetici effluvia interruptat, et, ut magnetizatus sibi restitatur, dispellat. Quin adstantium etiam voluntas, si magnetismo adversetur et obstat, impedimentum offert: quare Georget (lib. cit. tom. I, pag. 270), ex Rostan's sententia monet ut summopere caveatur ne male in magnetismum affecti homines circumstant; quod saepe expertum se dicat id damno fuisse sibi suisque somnambulis, qui ob incommodam talium spectatorum praesentiam in tormentis fuerint ac saepe male perpassi sint gravissima. Opera pretium videtur de hac re adducere verba Cl. Kersten, quae saltem illos feriant oportet qui paritatem quamdam inveniunt vim electricam inter et vim magnetismi

animalis, ac fluidum quoddam particulare admittunt D quod agens magneticum vocant. Generatim, inquit ille, magnetismus nihil valet in incredulos et invitos; nec tantum hos non somno immergit, sed vel mera eorum praesentia impedimento est quominus et aliis magnetizatores somnum incutiant. Hoc quidem omnia doctrinae magneticæ assecis in confesso est; atque Rostan: « Recte assertum fuit praesen- » tiam hominum qui animo sint in magnetismum » male affecto et alieni a praestanda ei fide, obicere » producendis effectibus obices. Me latet qua ra- » tione id fiat: attamen ab omnibus magnetizato- » ribus observata res est. Equidem dilucidandæ » illius rei periculum nullum faciam. » Merito sibi cavet is scriptor a ferendo judicio super facto adeo singulari. Si enim fluidum magneticum agnoscat, necessario quodammodo agnoscitur phaenomenon istud explicari non posse. Agedum, ratiocinio rem agamus. Corpus tuum fluido magnetico scatet: intra te est facultas et voluntas id circa te effundendi: adest physice et moraliter aptus qui id recipiat: ille e regione tui stat, contingisque illum. Edic, quæso, quo pacto tuum istud agens, si quod in te est, coerceatur incredulo spectatoris cujusdam animo. Num vis electrica vel galvanica, num lapidis E magnetis aut fluidi luminosi actio legitur cohibita aliquando fuisse incredulitate aliave quavis mentis affectione? Num a fulmine tutus est qui fulmen ridet? Ergo usquedum ob incredulum inhabitantis animum caelestes ignes a tectis nostris resiliunt, esse pernegabimus corpora quorum actio impediatur sola hominis cujuspiam abdita voluntate (tom. V, pag. 499 et 500).

1808 Adhuc, etsi inter magnetismi præcones summus est consensus circa ejus causam efficientem, quam non aliam esse declarant quam hominis voluntatem, ex adverso summus est inter eos dissensus circa magnetismi causam materialem. Hanc enim alii putant fluido constare, alii attractiva innataque entibus animatis vi quæ congener sit cum magnetica vi entium aliquot inanimatorum, de qua sub exordium hujus paragraphi locuti sumus; alii arbitrantur causam materialem phaenomenorum magneticorum nullam existere, sed magnetismi naturam consistere in actione nescio cujus spiritus qui operetur absque materia et instrumento, seu, ut vocabulo dicam magnetizatoribus usitato, absque agente; quamquam, uti caudice fatetur Delouze, nulla earum opinionum hactenus potuerit demonstrari (Introduct. ad instruct. de magnetismo). Tandem alii, si non melius, certe prudentius, simpliciter dicunt magnetismum esse ignotæ naturæ ens, quod intellectu nec conjicere nec assequi, nedum explicare, valeas. Infinitus prope sim si tot sibi contradicentium non tam opiniones quam dissidia singillatim exponere velim. Pauca attulisse sat erit. Saepè jam citatus J. B. L. longam exhibet seriem medicorum ac magnetizatorum qui stant pro fluido, additque se plura ita sentientium millia indicare posse (pag. 70); censet autem ipse id fluidum tenue adeo ac subtile esse ut spiritum id nominare ausit materialem (pag. 662). Quod si quis modum scire cupiat quo fingitur magnetizans suum excitare cerebrum ad fluidum conflandum, modumque quo id in corpora ob naturæ suæ affinitatem ad id capiendum idonea ejaculetur, item qua ratione saturata fluido corpora edant cuncta ea phaenomena quæ passim edi jactantur, quo denique pacto per contractam magnetizatores inter et magnetizatum relationem bini hi, multarum licet leucarum intervallo disjuncti, secum invicem communicare visumque officii sensibus perhibeantur, hæc, inquam, si quis cupiat scire, audeat ipsos magnetici fluidi patronos.

ob variorum
de magnetismi
natura

F

Prætermitto

A Prætermitto quoque sententiam aliorum, volentium tota dispersum esse natura magneticum quoddam fluidum, quod ferunt Joannem Baptistam van Helmont sæculo jam decimoseptimo magnalis magni nominis insignivisse et nuper Mesmerum nomine fluidi universalis. Horum opinione magnetizans nil procreat voluntatis suæ vi, sed motum dumtaxat infert magnetico illi fluido versus hoc illudve corpus quod ejus præ cæteris capax sit, et quod, cum saturum plenumque istius fluidi evaserit, magnetica valet edere phænomena (vide Relationem D. Husson eorum Parisiensi Academia medica). Interea, dum hinc affirmatur pro fluido vulgo stari, illinc contra affirmatur fluidum magneticum hodie pro chimæra haberi.

B 1809 Qui fluidum respuunt, in varias abeunt sententias, totque fere eorum sunt sensus quot numerantur capita. G. P. Billot, in suis gallicæ conscriptis Quæsitis de magneticis phænomenis, hæc ministerio tribuit Angelorum. Carolus Josephus Windischmann, in Tentamine conjungendi artem medicam cum Christiana philosophia, quod Lipsiæ anno 1824 iteratis typis vulgavit sub titulo : Ueber Etwas das der Heilkunst Noth thut (p. 203, 305, alibi passim), efficientem magnetismi causam ita collocat in intensa adeo potentique voluntate hominis ut hic, vi innatæ sibi connaturalisque facultatis, imperare naturæ valeat, ratus nimirum Deum semper præsto esse ad præbendam tali voluntati efficaciam. Aliud magnetismi systema condit J. v. Görres, tomo III (pag. 301-335) ampli sui de Mystica Christiana operis; sed per contractum mihi spatium ne vel primas complicatæ hypotheseos illius dare lineas licet : sufficiat notasse eum in hanc venire conclusionem ut in ecstaticis somnambulis centralis enascatur intuitio visioque quæ cognoscat ubivis locorum inque ipsis rerum, licet remotarum, visceribus quæcunque sibi affinis sunt naturæ (pag. 334). Præter hæc laudatorum scriptorum systemata non desunt qui magnetismi naturam commententur ex placitis pantheistarum, habentium totum universum pro massa divinitatis et singulas ejus partes pro divinitatis fragmento, quique negent verum Deum ac fingant nescio quem spiritum magneticum universalem quo sint cuncta confusa atque permixta et quodammodo animata.

C 1810 Alia denique quæ multos ad omnem magnetismo fidem abnegandam inducit ratio est comperta sæpe somnambulatorum fraus, quam vel ipsi ardentiores artis magneticæ encomiastæ fateri coguntur, inter quos numerandus certe est J. J. Ricard, cujus ex ore hæc veritas exiit. Scilicet in Tractatu theorelico et practico de magnetismo animali, quem Parisiis edidit anno 1841, postquam asseruerat se homines plurium leucarum spatio a se distantes solo voluntatis suæ actu somnambulismo affecisse, et ut ad ipsum accederent, effecisse (pag. 328); sequè, quoties tentasset, quemdam in atmosphæram dominatum exercuisse, cogendo nubes, eliciendo prohibendove pluviam, et produxisse phænomena nulli adhuc audita aut comperta (pag. 335); cæterum nondum opportunum quidem tempus adesse ut quæ magnetismus ipsum docuerat arcana divulgarentur (pag. 313), denique in Gallia quartum minimum ægrotorum partem conjici in somnambulismum posse, et inter viginti quinque somnambulos numerari ferme viginti duos qui extraordinaria edant phænomena, decemque qui lucidum maxime visum acquirunt (pag. 234); ita tandem profatur : Inter somnambulos ad quos consulendi gratia concurratur, si unus dormiat, vel quinquaginta sunt vigiles qui somnum mentiantur (pag. 535). Si ita res est,

concludunt magnetismi negatores, quidni facile et unus ille etiam mentiat? Ac simul inde deducunt tanta illa magnetismi encomia esse maxime incerta.

D 1811 Neque etiam fidem magnetismo conciliat quod multi artis magneticæ patroni, dum magnetismum laudibus efferunt, certam jam historiæ, jam Christianæ Religionis veritatem ledere non verentur. Hos inter numerandi imprimis sunt multi illi qui cunctorum temporum historias dolosa interpretatione contorquent ut eliciant extendantque inde magnetismum, et ut artem quam ætas nostra porrexit, adscititia vetustate nobilitent. Specioso scilicet argumento hi contendunt, cum magnetismus animalis, ut perhibent, a natura sit, cum nullo non tempore, nullo non loco existisse : unde fit ut innumeris locis se ejus vestigia deprehendisse jactitent, nec quemquam vel in libris legant vel in pictis sculptisque monumentis videant protendisse manus, quin continuo velint eum magnetizatorem egisse. Quod contigit ipsi Deleuze interpretanti signa zodiaci Tentyræ (hodie Denderah) inventa, ubi, secundum eum, Isis magnetizat natum suum Horum, quem genibus suis insidentem tenet. Contra vero adversarii qui nugatoriam æstimant hanc commentationem, cum non modo non certa, sed nec probabilia magnetismi vestigia omnibus retro actis sæculis appareant, concludunt eum a natura non esse, ac volunt omnia illa vetera prodigia quæ splendido magnetismi nomine hodie a quibusdam decorantur, fuisse aut mere naturalia facta, aut histrionum fallacias, aut opera technasque diaboli.

E 1812 Omnem præterea veritatis speciem magnetismo adimunt abnormes impique illi ejus laudatores qui miracula, prophetias et quidquid prodigiosum memoratur in sacra non minus quam profana historia, per consopitos magnetismo somnambulos actum fuisse scribunt. Ex opinione multorum id genus laudatorum, magnetizatores appellandi sunt una cum Apolline, Jove, Minerva, Serapide, reliquoque vaticinantium deorum et deorum grege, et Druidæ, et Sibyllæ, et Marcionitæ, et Montanistæ, et dæmoniaci, et magi, et sortilegi, et tremuli Cevennates, et convulsionarii Jansenistæ : quibus isti scriptores consociare non verentur Moysen, Samuellem, Prophetas, Apostolos, Sanctos Sanctasque omnes qui miraculis aut supernaturalibus donis claruerunt, inter quos S. Teresiæ non infimus assignatur locus. Horret calamus enarrare teterrimas blasphemias quas eorum plures in Jesum Christum, verum Deum et hominem, absurda non minus quam impia interpretatione, proferunt. Si adorandus hominum Salvator manuum impositione ægros sanavit, si, divina ex eo exeunte virtute, mulier tactu fimbriæ vestimenti ejus e vestigio convaluerit, si innumera qualiacumque alia miracula patriverit; infando sacrilegio dicunt eum illa omnia arte operatum esse magnetica. Adhæc, ut in somnambulismi Historia, auctore Albino Gauthier (tom. I, pag. 97), legere est, præci magnetismi vestigia hodiernum reperiri asseruntur in impositione manuum patrisfamilias super filios, sacerdotis super fideles, episcopi super confirmandos, necnon in exorcismis Baptismi atque in sparso super Christianorum caput initio quadragesimæ cinere; in quibus cæremoniis, ut dicitur ibi, nil ad magnetismum deest, dempta sola forte operantis intentione : adeo ut, si is qui manus imponit, robustam habuerit voluntatem, invadat benedicendos, baptizandos, confirmandos incinerandosque sopor magneticus, ac Christianorum templa transformantur in templa Delphica antraque Pythoniassarum.

1813 Accedit quod coram facultatibus medicis scientiarumque

AUCTORE
V. D. M.

D

ob frequentem in
multorum
scriptis men-
tationem

E

et impietatem,

F

varia abnormis
magisque spiritus

ob sæpe com-
pertam somnambulatorum
fraudem,

AUCTORE
V. D. M.
ob impotentiam
edendi curam assump-
sit principum
magnetica
extenta,

A

scientiarumque academiis, ut ipsis magnetismi pat-
ronis in confesso est, edī non possint ea prodigiorum
magneticorum specimina quae edī in dies jactantur
coram privatis. Ut primum, ait Firey, somnambula
per epigastrium in aperto libro coram scientiarum
academia legerit, fas erit istis prodigiis fidem adhi-
bere (*Diet. medic. scientiarum*, tom. XXIX, Pari-
sis, 1818, art. Magnétisme animal). Ad quod in
sua *Defensione magnetismi* (part. I, cap. VII, p. 140)
respondet Deleuze: Nunquam id praestabit somnam-
bula coram corona hominum qui eo convenerint
ut illam observent; nam ejus luciditas tali in eotu
non una impediretur affectione animi; atque ipsius
quoque magnetizatoris mens nec sat tranquilla
foret nec satis intra se collecta. Ac reapse, cum
anno 1838 Burdin junior, Parisiensis medicinae
doctor, palam sollemniterque promiserat se ter mille
francorum praemio donaturum somnambulam qua
tale suae luciditatis experimentum daret, in medio
relictum fuit praemium. Quo factum est ut magne-
tismi negatores non parum in sua confirmarentur
sententia.

et politicum
ob incredibilia
quae jactantur
phenomena;

B

1814 Ast palmare argumentum quo multi indu-
cantur ad omnem magnetismo animali fidem dene-
gandam, incredibilia sunt phaenomena quae perhi-
bentur patrari ejus ope, et quorum nonnulla jam
supra a Rostanio enumerata videre fuit. Nempe
plura ex his phaenomenis judicant praefati magne-
tismi adversarii esse naturae hominique plane im-
possibilia; adeoque negant et jactatos magnetismi
effectus et ipsum magnetismum, qui non aliter pro-
batur vel probari potest quam ab effectibus. Non
vacat longa ratiocinia referre quibus singula impu-
gnant phaenomena. Ecce tamen unum alterumve
quod ipsi pernegant, asserunt vero magnetizatores
etiam moderatiores. Tale imprimis est praesagium
quo ecstatici quidam somnambuli pluribus aliquando
ante hebdomadis aut mensibus vaticinari seruntur
diem, horam ipsamque temporis articulum quo vel
morbus ingruat vel recuperanda sit sanitas. Ut
omittam innumeros fere alios, id asseverant Husson
in *Relatione* facta anno 1831 coram academia me-
dica Parisiensi (num. 25), Georget in *Physiologia*
systematis nervosi (tom. I, pag. 287), J. B. E. in
opere saepius allegato (pag. 289 et 374, ubi compla-
cita benignitate verba Hussonii et Georgetii citat),
C. A. F. Kluge in germanice scripto *Tentamine*
super magnetismo animali (§ 138, pag. 195 versionis
batavae Amstelodami anno 1812 excusae), Joseph
Ennemoser in *Historia magnetismi animalis* (part. I,
introduc., pag. 13, edit. Lips. 1844): demum
A. M. J. Chastenot de Puiségur in suis *Quaestis de*
homine somnambulo, quae Parisiis vulgavit anno
1811, affirmat se per triginta annos observasse hoc
respectu lucidos somnambulos et ne vel semel editis
ab illis paroxysmorum prognosticis fuisse deceptum
(pag. 53 et 55); adjicitque clausulam qua nefas sibi
videri ait ut humanus intellectus investiget qua ra-
tione haec adeo mira praesagia fiant.

qualia sunt
distincta circa
naturam
praesagia,

C

1815 Verum opponunt adversarii: Humanae
scientiae datum profecto non est ut facta pathologica
adeo accurate pronuntientur; nec valet sagacissimi
et perspicacissimi ingenii acies tam elare diu ante
praesagire tempus quo paroxysmus ingruat, neque
intensitatis morbi gradum, neque spatium quo duret
momentumque quo desinat. Quippe id genus res, si
naturaliter oriuntur, dependent a plurimis quae sibi
succeedunt causis, a rerum quae percipi nondum
potuere viribus, a fortuitis eventibus, ab influxu
rerum adhuc usquequaque latentium. Nam varietas
aeris, frigidi calidique caeli temperatio, nascentes
animi affectiones, superveniens intellectus commotio,

animi quies vel inquietas, gaudium vel dolor, matu-
ritas corporis, alimentorum quantitas ac qualitas,
improvisa negotia varia, cuncta, inquam, haec, quae
magna ex parte casu veniunt, non possunt non
afficere corporis aconomiam: adeo ut pathologici
paroxysmi initium et finis, modusque item et inten-
sitas, dependant ex incertarum illarum causarum
multitudine; quod medicis plane perspectum est.
Inepte igitur quidam magnetizatores hoc phaenome-
non ita interpretantur ut ecstasice somnambulus
tam praecise possit ex latente in corpore germine
conficere bonam vel malam pro futuris temporibus
valetudinem, cum haec multis fortuitis rebus retar-
dari vel accelerari possit.

1816 Aliud est jactatum ab omnibus passim ma-
gnetizatoribus prodigium quo adversarii inducuntur
ad fidem ipsi magnetismo detrectandam. Nimirum
convenit inter hujus pracones de facultate qua ecsta-
tici magnetici gaudeant detegendi latentem omnino
mentem ac scrutandi voluntatem cunctasque affectio-
nes animi tum magnetizatoris sui tum illorum qui-
buscum relationem, ut dicunt, inierunt per corporis
attactum, si praesentes hi sunt; si vero absentes, per
contrectatos horum crines vel vestes. Ast, ne de gene-
rali humani generis persuasionem, imo de necessaria
naturae lege loquar, Sacrae Litterae omnesque earum
interpretes una cum SS. Patribus atque omnium
saeculorum theologis pronuntiant intimum hominis
cor uni patere Deo, adeoque latere mortalem quemvis
hominem. Quis enim hominum scit quae sunt ho-
minis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?
(1 Cor. II, 11). Cogitationes et spirituales affectiones
mentis humanae nullo externo signo manifestatas
solus Deus novit, ut dicitur 2 Paralip. VI: « Tu
» solus nosti corda filiorum hominum » (Suarez,
de Relig. tom. I, tract. III, lib. II, cap. VII, num. 9).
His accedit quod plerique hodie artis magneticæ pro-
pugnatores pro certo habeant ac doceant magnetismo
affici posse etiam inscium, v. g. dormientem, quin
ipsum quoque invitum et reluctantem, modo actor,
quam patiens, validiore gaudeat magnetica vi. Ex
quo, ut notant adversarii, absurda ea fluere conse-
quentia ignotum fortassis hominem, cum minime
cogitas, magnetica sua vi ingressurum esse penetralia
tui cordis, inopinatoque revelatum iri intima tua
desideria animique affectiones omnes, atque ab alio
rimanda esse voluntatis tue arcana penitissima.

ac notitia co-
gitationum et
affectionum,
aliaque ad ge-
neris,

E

1817 Volui prae caeteris bina haec phaenomena
memorare, quia omnes passim artis magneticæ pa-
tronu ea adstruere solent, dum magnetismi nega-
tores ea plane aestimant homine ac natura superiora.
At, praeter haec, jactantur et alia multa quae hi
putant vix magis esse possibilia; adeoque illorum
prodigiorum assertores modo ratiocinii, modo jocos
impugnant. Hoc pacto, cum praedicantur magne-
tizati absque oculorum ope posse per extremos digi-
tos vel per epigastrium discernere objecta ac legere
scripta, secreta detegere, futuros eventus lucido in-
tuitu praesagire, remota locorum spatia habere ut
praesentia, penetralia cordium scrutari, aliaque
patrare hujusmodi prodigia et portenta, petunt cur,
ubi sortes mittuntur, eorum ope meliores praemian-
dique numeri in urna non soligantur: aut cur cam-
psoribus et trapezitis praesago suo consilio non
adsint; cur denique, si tali industria polleant gau-
deantque praerogativa perspicendi abstrusa, remota
et futura, magneticæ artis magistri non Cræso di-
tiores evadant: adhuc, si, ut contenditur, magne-
tizati sua aliorumque intestina intraspicerent, si
morborum sedes et causas dignoscere, si apta ad
valetudinem recuperandam pharmaca designare va-
leant, advertunt antagonistae mirandum plane esse,
cum

quae variis
rationibus

F

A cum unitatis vitaeque cupidissimus homo sit, tam rarus ad laudatam eam panaceam recurrere.

refutatur;

1818 Certe, aiunt idem adversarii, si ex attri-
ciato capillitii cirro vestisve particula aut scripta
charta ecstasticus somnambulus revelare magneti-
zatori suo valeat quæ illius ad quem eæ res pertinent,
membrorum viscerumque sit status, quales ejus in
domus suæ penetralibus actiones, quæ animi illius
dispositiones, quæ consilia ac sensus, quæ denique
alia ejus et thesaurorum et litterarum et commercii
secreta; nemo est qui non videat quantus possit esse
italium nationum per magnetismum nanciscendarum
usus. Quos inter v. g. est aut futura est merca-
tura, matrimonii aliarumve rerum societas, quos
inter concertatio, lis aut bellum vel instat vel jam
agitur, hi omnes, ope somnambulae, explorare et
detegere facile valeant arcana complura quorum
notio maximo eis possit esse usui. Unde, si ita res
esset, consecrarium esse deberet ut magnetizator
cum sua somnambula primas ubique fere partes ob
magna præstanda obsequia haberet, non modo in
quotidiano hominum commercio et in medici comi-
tatu, sed et in gravissimis quibuslibet suscipiendis
negotiis, atque adeo in ipso regum sanctiori consilio.

B Hæc autem cum in tanta hominum sciendi aviditate
et necessitate nullatenus fiant, conficiunt magnetismi
adversarii cuncta ea magnetica prodigia aut ficta
esse aut exigui saltem momenti. Atque in sua non
parum confirmantur sententia, quod eo pacto omnis
prope in humano genere ordo subrueretur. Finge
enim ex una parte hanc aliquando disciplinam inter
homines propagatam passimque et a probis et ab
improbis adhibitam, et ex altera parte portenta quæ
ea effici feruntur, reapse patrari; non modo priva-
torum hominum habitum familiarumque statum,
sed et commune commercium, imo totius humanæ
societatis faciem haud modice, et quidem in deterius,
immutatum iri plane est agnoscendum.

missis aliis
ad hoc magis
incredulis;

1819 Adhuc plurima alia singularia phænomena
quibus scatent nominatissimorum etiam magnetismi
præconum libri, rejiciunt adversarii: quamquam ex
his alii rejiciunt plura, alii pauciora; neque omnes
eadem ratione a singulis admittendis sunt alieni, sed
prout cuique illa a verisimilitudine remota et certis
repetitisque experimentis destituta apparent. Ex
illorum phænomenon numero non paucis videtur
esse transpositio organi visus ad varias corporis
partes; nec multo facilius eis persuaderetur hominem
absque consueto præsidio oculorum videre posse
objecta, eaque discernere per epigastrium vel per
occiput, quam cum cibos digerere posse sine stomacho
aut olfactum habere in pedibus: refugit quoque
eorum mens credere corpora quæ vigili opaca sunt,
magnetico somnambulo diaphana fieri. Ad id genus
phænomenon referri quoque debet tanta illa somnam-
bulatorum quorundam insensibilitas ut carcinoma
quod mulieris ventrem exedebat, aliquando potuerit
durante magnetico raptu excindi, quin iegra signum
cederet dolorem sentiret; quod coram Parisiensi
academia XXI Junii 1831 retulit Husson, designatus
qui nomine delegatorum secum sociorum rei magne-
ticæ rationem et statum exponeret. Talis pariter est
auditus simul et tactus exstinctio, quæ tanta subinde
esse perhibetur ut possit non solum somnambuli caro
pungi, incidi et uri, sed et ad illius aures sclopetum
laxari et genæ ejus laxati sclopeti ictu lacerari, quin
vel minimum sentiat. Item talis est intima ea
magnetizati cum magnetizante conjunctio ut feratur
prior posse linguam loqui sibi ignotam, sed notam
socii magnetico; quod legere est apud J. B. L. (ubi
supra, pag. 95). Talia denique adhuc portentosiora
magisque incredibilia sunt multo, quæ audacioribus

magnetismi encomiastis celebrare solemus est, sed
quæ nata sunt nauseam creare lectori. Si quis forte
hæc nosse voluerit, passim ea prostant, ac nominatim
apud Jos. Ennemoser, qui non veretur affirmare
somnia lucido suo visu trans densum
terrarum orbem pertingere ad ipsos usque antipodas
ac persentiscere quid ultra immensa cæli spatia in
luna et in remotissimis planetis fiat, etc., etc. (Hist.
magnetismi animalis, loc. cit.). Quin imo nondum
hic meta consistit magneticorum prodigiorum. Dicit
namque J. J. Ricard in suo Tractatu de magnetismo
se phænomena conspexisse omnibus hactenus ignota
hominibus, diemque vaticinatur venturum quo ma-
gnetismus vigentia hodie principia et systemata sus-
deque sit versurus (pag. 313 et 335).

1820 At, quod cætera superat, ex pantheistarum
placitis tenent non adeo rari magnetica scientia
proselyti suum quod dicunt agens universalem esse
naturæ motorem et velut omnium rerum animam,
nec multum abest quin expresse dicant auctorem.
Etenim, ait D. Frere, nihil istis sacrum est: Deum
confundunt cum dæmone, ac dæmonem cum agente
suo magnetico sive cum cæca naturæ vi; ita ut
ipsorum judicio nullus sit spiritus, nec creatus nec
increatus, nec bonus nec malus, sed quidquid ap-
pareat seu intellectuale seu morale, seu ordinarium
seu miraculosum, seu verum seu falsum, id effici
contendant agente suo magnetico (Examen magne-
tismi, Parisiis 1837, pag. 168). Atque hæc sane
impiorum assertiones, quamvis certe non omnium
magnetizatorum sint, cum tamen sint multorum,
magnetismi commendationem minime habent, neque
animos disponunt ad fidem ei præstandam. Interim
adversarii, cum incidunt in eos magnetismi præcones
qui agenti suo magnetico non modo paganismi ora-
cula mediique ævi magiam et sortilegia, sed et
S. Scripturæ Historiæque ecclesiasticæ miracula ac
divinas Prophetias attribuunt, compellant eos et
etiam atque etiam rogant ut et ipsi aliquot miraculo-
rum specimina edant, et ut, exempli causa, mortuum
vel unum ad vitam revocent, aut, si egressam corpore
animam arripere inque sedem suam reducere arduum
nimis reputetur, magnetica sua industria saltem
efficiant ut cæci videant, claudi ambulent, mutorum-
que lingua aperiatur. Etenim, ut advertit P. Perrone,
si possent magnetismi patroni (ii scilicet qui mira-
cula magnetismo adscribunt) quinque panibus ac
duobus piscibus quinque hominum millium multi-
tudinem satiare, prout præstitit Christus (Matth. xiv,
17, et Joan. vi, 6), vel aquam in vinum convertere,
ut factum est in nuptiis Canæ (Joan. ii, 8), valde
commendanda esset eorum imaginationis vis, ac
libenter ab omnibus exciperentur. Hactenus tamen
hæc non præstiterunt (Prælect. theolog. tom. I,
part. I, num. 189).

AUCTORE
V. D. M.

D

que venditan-
tur non sine
summa ali-
quando insa-
nia

E

F

1821 Atque ita porro ab illis qui scribere audent
Patriarchas, non aliam ob rationem quam quod
manus imposuisse legantur, artem exercuisse magne-
ticam, et qui Moysis, expansis brachiis in monte
orantis Amalecitasque dissipantis, miraculum ita
enodant ut a valido illo viro, quem fidei plenissimum
dicunt, agens magneticum in adversos hostium
cuneos emissum fuisse velint, et qui benignissimum
Redemptorem nostrum Jesum Christum asseverant
Apostolos suos, injecto iis per manuum impositionem
fluidio magnetico, thaumaturgos effecisse, petunt ad-
versarii ut aliquod saltem hujusmodi prodigium
operentur quo assertis suis fidem concilient. Hæc
igitur potissima sunt rationes ob quas complures
spectatæ auctoritatis viri magnetismum animale,
eo quo a multis ejus præconibus intelligi solet sensu,
ut verum admittere recusant. Quorum sententia si

atque horren-
dis blasphe-
miis.

AUCTORE
V. D. M.

admittenda sit, evidens plane est, uti initio dixi, S. Teresiae charismata attribui non posse causa quae in rerum natura non existat. Reliquum est ut inquiramus num magnetismo, si reapse existat, adscribi illa charismata ullo modo queant.

§ XCV. Admissis licet magnetismi animalis phaenomenis, etiam mirandis, demonstratur nulla esse analogia Teresianas inter et magneticas ecstases.

Supposita
existentia ma-
gnetismi ani-
malis.

P. Perrone Praelectionibus suis theologicis (tom. I, part. 1, num. 193) annotationem adjicit, in qua ita loquitur: Animadvertendum porro hic nonnullos scriptores catholicos, non solum in Galliis, sed in Germania praesertim, non habere magnetismum animale ut merum praestigiatorum inventum, sed agnoscere atque admittere veram ac realem insitam vim producendi quosdam effectus, quorum causa inter naturae vires nos latet in tota sua extensione. At praeterquam quod isti scriptores simul fatentur magnetismum obnoxium esse daemonis artibus, absolute negant effectus supernaturales, quos in miraculis vel mystica Sanctorum vita cernimus et admiramur, quidpiam habere commune cum effectibus magneticis, imo istos ab illis toto caelo differre fatentur nec posse ulla ratione magnetismi ope explicari. Ill. Bouvier, episcopus Ceno-maneus, in sua Theologia morali pariter dicit non contemnendos auctores plura magnetica facta ut vera admittere. Ac revera, inter Germanos praecipue, probi clarique sunt viri qui aliquot saltem mirandorum illorum phaenomenon veritatem tueantur et ipsi in medicandis corporibus magnetismum adhibeant. Nec absque justis sane causis in plerisque septentrionalis Europae regnis lege cautum est ut ars magnetica statis tantum sub conditionibus exerceatur. Quod si porro magnetismi sectatorum auctoritatem invocare liceret, citarem selectiores quosdam qui magna sinceritatis specie asseverant multiplici longaque experientia sibi mira illa phaenomena constare, nominaremque DD. Windischmann, Georget, Rostun, J. B. L., et praeter alios Deleuze, qui in sua magnetismi Defensione testatur se millies et amplius, triginta duorum annorum spatio, ea signa observasse, et speciatim advertisse somnambulos mentalibus magnetizatoris sui jussis obediens esse, asserendo insuper nosse se in sola urbe Parisiensi homines vel mille quibus id captis experimentis persuasum sit. Taceo complures magnetismi antagonistas qui nec ipsi quaedam ex iis phaenomenis inficiari ausint, rati tot ea repetita esse vicibus, tot asserta testibus, talibus stipata adjunctis, ut omnem circulatorum ludum, omnem cum subornatis fraudis sociis collusionem, omnem physica chemicaque arte paratam industriam censeant certissime exclusam.

cujus usus
hactenus

1823 Verum nec in hac hypothesi qua vera habeantur magnetica phaenomena, ulla ratione per magnetismum ratio reddi potest supernaturalium S. Teresiae donorum. Quod priusquam argumentis ex ipsis rei visceribus desumptis demonstrari aggrediamur, Catholicis lectoribus, qui in rebus fidei et morum Sanctam Romanam Ecclesiam pro duce ac magistra habent, in memoriam revocare juvat Teresianas ecstases, visiones, revelationes, etc., jam dudum esse

Ecclesiae probatissimas; prout evidenter patet ex Actis canonizationis et speciatim ex ipsa canonizationis Bulla necnon e Lectione vi Officii ejus in Romano Breviario. Quod vero ad magneticas ecstases attinet, momento non carent quae non ita pridem vulgata fuere ad propositas de magnetismo animali quaestiones Sacrae Congregationis Inquisitionis responsa: quamquam fatendum sit ea hypothetica tantum esse, adaptataque postulatis quae magnetica exercitia supponebant in fidem et mores noxia vel periculosa, et nil proin responsa ea habere absolutum sive decretorium. Cum tamen illas quas praedicta postulata supponunt inesse magnetismo qualitates, illa adjuncta illosque effectus multi artis magneticae sectatores et praecones agnoscant, imo efferant, operae pretium erit responsa ea Romana una cum postulatis hic exhibere. Terna hactenus produsse testatum est, quae hic subjicio oculis lectorum; quos tamen praemonitos velim secundi responsi petitionem latine e gallico mihi vertendam fuisse. Responsum primum emanavit e Sacra universalis Inquisitionis Congregatione xxiii Junii 1840; secundum pronuntiatum fuit xxi Aprilis 1841; tertium denique i Julii ejusdem anni.

1824

Postulatum primum.

BEATISSIME PATER,

N. N. supplicat S. V. quatenus pro conscientiae suae instructione et tranquillitate necnon pro directione animarum, sibi significare dignetur an licitum sit poenitentes participes esse posse in operationibus magnetismi.

RESPONSUM.

Feria III, loco IV, xxiii Junii 1840, in congregatione generali S. R. universalis Inquisitionis habita in conventu S. Mariae supra Minervam coram Eminentissimis ac Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus etc. proposita supra dicta instantia, iidem Em. ac Rev. Domini dixerunt: « Consulat probatos » auctores, cum hac advertentia, quod remoto omni » errore, sortilegio, explicita aut implicita daemo- » nis invocatione, merus actus adhibendi media » physica aliunde licita non est moraliter vetitus, » dummodo non tendat ad finem illicitum aut quo- » modocumque pravum. Applicatio autem princi- » piorum et mediorum pure physicorum ad res aut » effectus vere supernaturales ut physice explicen- » tur, non est nisi deceptio omnino illicita et haere- » ticalis. »

Postulatum secundum.

Cum observetur in operationibus magneticis occasio proxima incredulitatis et malorum morum, ut tranquillitati conscientiarum consulatur, desideratur quae sit Sanctae Sedis circa eam rem sententia.

RESPONSUM.

Usus magnetismi, prout exponitur, non licere.

Postulatum tertium.

Eminentissime D. D.

Cum hactenus responsa circa magnetismum animale minime sufficere videantur, atque magnopere optandum sit ut tutius magisque uniformiter solvi queant casus non raro incidentes; infra signatus Eminentiae vestrae humiliter sequentia exponit. Persona magnetizata quae plerumque sexus est foeminei, in eum statum soporis ingreditur (dictum: somnambulismum magneticum) tam alte ut nec maximus fragor ad ejus aures nec ferri ignisve ulla vehementia illam suscitare valeant. Ab solo magnetizatore, cui consensum suum dedit (consensus enim est necessarius), ad illud ecstasis genus adducitur, sive variis palpationibus gesticulationibusve,

E
Ecclesia mi-
nime favit.

F

A huiusve, quando ille adest, sive simplici mandato eodemque interno, cum vel pluribus leucis distat. Tunc viva voce seu mentaliter de suo absentiumque penitus ignotorum sibi morbo interrogata, haec persona evidenter indocta illico medicos scientia longe superat; res anatomicas accuratissime enuntiat; morborum interiorum in humano corpore, qui cognita definitaque peritis difficillimi sunt, causam, sedem, naturam indigitat; eorundem progressus, variationes, complicationes evolvit, idque propriis terminis; saepe etiam dictorum morborum diuturnitatem exacte praenuntiat, remediaque simplicissima et efficacissima praecipit. Si adest persona de qua magnetizata mulier consulitur, relationem inter utramque per contactum instituit magnetizator. Cum vero abest, cincinnus ex ejus caesarie eam supplet ac sufficit. Hoc enim cincinnus tantum ad palmam magnetizatae admoto, confestim haec declarare quid sit (quin aspiciat oculis), cujus sint capilli, ubinam versetur nunc persona ad quam pertinent, quid rerum agat; circaque ejus morbum omnia supra dicta documenta ministrare, haud aliter atque si, medicorum more, corpus ipsa introspeceret. Postremo magnetizata non oculis cernit.

B Ipsi velatis, quidquid erit, illud leget legendi nescia, seu librum seu manuscriptum, vel apertum vel clausum suo capiti vel ventri impositum. Etiam ex hac regione ejus verba egredi videntur. Hoc autem statu educta, vel ad jussum etiam internum magnetizantis, vel quasi sponte sua ipso temporis puncto a se praenuntiato, nihil omnino de rebus in paroxysmo peractis sibi conscire videtur, quantumvis ille duraverit: quænam ab ipsa petita fuerint, quæ vero responderit, quæ pertulerit; haec omnia nullam in ejus intellectu ideam nec minimum in memoria vestigium reliquerunt. Itaque orator infra scriptus, tam validas cernens rationes dubitandi an simpliciter naturales sint tales effectus, quorum occasionalis causa tam parum cum eis proportionata demonstratur, enixe vehementissimeque vestram Eminentiam rogat ut ipsa, pro sua sapientia, ad majorem Omnipotentis gloriam, nec non ad majus animarum bonum, quæ a Domino redemptæ tanti constiterunt, decernere velit, an, posita præfatorum veritate, confessarius parochusve tuto possit pœnitentibus aut parochianis suis permittere: 1° Ut magnetismum animale, illis characteribus aliisque similibus præditum, exerceant tanquam artem medicinæ auxiliatricem atque suppletoriam; 2° ut sese illum in statum somnambulismi magnetici demittendos consentiant; 3° ut vel de se vel de aliis personas consulant illo modo magnetizatas; 4° ut unum de tribus prædictis suscipiant, habita prius cautela formaliter ex animo renuntiandi cuilibet diabolico pacto explicito vel implicito, omni etiam satanicæ interventioni, quoniam hac non obstante cautione, a nonnullis ex magnetismo vel iisdem vel aliquot effectus obtenti jam fuerunt.

Eminentissime D. D., Eminentiae vestrae, de mandato reverendissimi episcopi Lausanensis et Genevensis, humillimus obsequentissimusque servus Jacobus Xaverius Fontana, can. cancell. Episc. Friburgi Helvetiae, ex aedibus episcopalibus die XIX Maji 1841.

RESPONSIO.

Sacra Pœnitentia, mature perpensis expositis, respondendum censet, prout respondet: Usus magnetismi, prout in casu exponitur, non licere. Datum Romæ in S. Pœnitentia, die 1 Julii 1841.

C. Card. Castracane, M. P.

P. H. Pomella, S. P. Secretarius.

Concordat cum originali. — Friburgi, XXVI Julii 1841.

De mandato, J. PERROULAZ, Secretar. Episc.

1825 Ad tria hæc responsa apponam quartum, quod, simul cum præfixo ei monito, latine vertam ex Ill. Gousset, archiepiscopi Rhemensis, Theologia morali (tom. I, in appendice § 2, pag. 472 edit. Bruxellensis 1844). Cum responsum illud (scilicet tertium), ait Ill. auctor, non esset absolutum, anno 1842 visa nobis est de eadem questione consulenda Sancta Sedes, ac roganda utrum « sepositis rei » abusibus rejectoque omni cum dæmone fœdere » liceret artem exercere magneticam, vel eam adhibere in remedium quod conducere æstimetur ad sanitatem. Nihil ad id nostrum postulatum responsum est quam quod sequentes continent litteræ, quas Emin. Cardinalis de Castracane, Magnus Pœnitentiarius, gallico idiomate nobis permittere dignatus est 11 Septembris 1842: « Illustrissime » Domine, audiavi ex D. Brimont expectari a me » epistolam qua certior fias num S. Inquisitio » controversiam de magnetismo diremerit. Te, » Illustrissime Domine, rogatum habeo ut pen- » sare digneris eam questionem illius non esse » naturæ ut citum de ea feratur judicium (si modo » feratur unquam); eo quod nil subsit periculi in » trahenda mora, ubi, e contrario, immaturum » responsum honori S. Sedis obesse posset. Ecclesia, » sicut publicata ejus responsa testantur, numquam » in respondendo hæsitavit, quoties de magnetismo » in particulari casu agebatur. At modo non id » inquiritur an in singulari casu usus ejus sit » licitus; sed petitur generatim an ejus usus stare » possit cum fide et moribus. Quæstionis ita positæ » quantum sit momentum, sagacitatem tuam magnamque tuam eruditionem fugere nequit, etc. » Cardinalis Castracane. »

1826 His in antecessum prolatis, nunc causam, naturam et effectus ecstaseon aliorumque charismatum Teresianorum opponamus phenomenon magneticorum causæ, naturæ atque effectibus. Ad pleniorum rerum intelligentiam, præter ea quæ jam pridem §§ XCI, XCH et XCH allata sunt ad demonstrandum ecstases, etc. S. Teresiæ a Deo esse profectas, hausta potissimum probatione a virtutum incremento quod in ea post accepta hæc charismata observatum fuit, hoc loco operæ pretium fuerit ex ejus scriptis, maxime e libro Vitæ, divinorum donorum quæ ipsamet se expertam fuisse profitetur, compendiarium exhibere relationem. Qua occasione notari hic potest ecstaseon descriptionem quam indocta hæc fœmina velociter et ex mera obedientia chartæ mandavit, æstimari ab eruditis præstantiorem ceteris omnibus ecstaseon descriptionibus, atque adeo etiam illis quas clari scriptores medici et philosophi concinnaverunt: quod observatum invenies in Dictionario medicarum scientiarum (tom. XV, vulgato Parisiis anno 1815, art. Extase). Sic itaque ipsa, pro sua experientia, cap. XVIII Vitæ suæ, exponit quid soleat supernaturales ecstases antecedere, comitari et subsequi, allegoria utens qua hominem fingit esse hortulanum, animam ejus hortum, gratuitaque Dei dona imbres quibus hortus irrigetur: Cœlestis hæc aqua, ait, subinde delabitur, cum hortulanus minime id exspectat. Principio quidem id fere semper non nisi post longam et frequentem orationem mentalem constat accidere solere. Dominus quippe aviculam hanc ex uno gradu ad alium sustollit, et sic in nido collocat ut quietem tandem inveniat: nam postquam vidit eam longo jam tempore volitasse, et identidem, tum intellectū et voluntate,

quævis questionem non absolute dicitur meriti.

E

facile ostenditur

F

tum

AUCTORE
V. D. M.

A tum omnibus viribus suis Dominum querere, eique placere fuisse conatam, suum ei pro labore suscepto premium etiam hac in vita dare vult. Ecquod autem premium? quod scilicet vel unicum momentum, quo illud habetur, satis sit ad omnem laborem qui in hac vita esse potest, quam cumulatissime compensandum. Anima ergo hac Dei quaesitione occupata, summa et suavi quadam cum voluptate sentit, se prope totam a seipsa per modum quemdam deliqui excedere; nam paulatim eam deficit et halitus et simul omnes vires corporales, ut nequidem manus sine magna poena movere possit; adhuc oculi ipsius sponte clauduntur: quos si apertos teneat, nihil propemodum videt; et si legat in libro, ne quidem unam litteram designare potest, imo vix eam dignoscere: videt quidem esse litteram, sed, quia intellectus eam non juvat, tametsi vellet, legere nequit. Præterea audit quidem, at quæ audit, non intelligit. Adeo ut sensus in nullo eam juvent, nisi forte ad quietem ejus interturbandam; unde magis ei obsunt quam prosunt. Loqui si velit, incassum ad id conatur, quia ne unum quidem formare potest verbum; et, si id etiam posset, vires ei desunt ad ipsum efferendum: nam omnis vis exterior deperditur. Internum autem robur adaugetur animæ, quo hæc melius gloria sua frui possit. Exterior delectatio quæ sentitur, etiam est et magna et satis perceptibilis. Illa porro oratio quantumvis longo duret tempore, nihil valetudini nocet: mihi saltem numquam nocuit; nec memini, etsi subinde adhuc male valerem, cum hanc mihi gratiam Dominus daret, ullam me poenam tum sensisse; imo vero malum meum et infirmitas inde multum minuebatur. Ecquod vero malum e tam eximio nasci possit bono?

ecstases S. Teresie

1827 Quas autem anima in sua hac penitissima cum Deo omnium potentiarum conjunctione delectas sentiat, dicit Teresia non intelligi, nedum dici posse. Anima, inquit, tunc non vivit in se, sed vivit in eo Dominus. Voluntas amat; sed quomodo amet, non intelligit: intellectus, si quid intelligat, non intelligit quomodo intelligat; saltem nil potest comprehendere eorum quæ intelligit. Memoria, quæ secus papilionis instar facile divagatur, se ipsam movere nequit, cum alæ ejus ad divini amoris ignem sint adustæ (cap. XVIII). Ab hac oratione sentit homo suavis se irroratum et humectatum lacrymis. Nec tamen scit quando vel quomodo eas effuderit.

C Porro magnum, ait, inde anima robur et generositatem concipit, adeo ut, si hoc ipso temporis puncto propter Deum in frusta minutatim concideretur, permagna hoc ei consolationi foret. Hic quoque grandia quædam promittit, heroica proposita concipit, ardentia desideria efformat: hinc mundum abhorrere et odisse ejusque vanitatem clarius perspicere incipit; ad hoc longe hic robustior et valentior reddita est quam in præcedentibus orationis gradibus, et in humilitate dejectioneque sui fundatior: liquido enim perspicit, ad excessivam illam et sublimem gratiam accipiendam, diligentiam suam nihil penitus contulisse, neve ad eam alliciendam aut etiam conservandam, sese potentem fuisse: simul etiam ad oculum videt se illa plane indignam esse, quod suam miseriam intime perspiciat (nam in loco quem multus sol illuminat, nulla aranei tela abscondi potest), et tam ab omni vana gloria remota est ut ab illa tentari se nullatenus posse putet. Jam quippe ad oculum videt et manu prope tangit quam parum aut nihil ipsa possit (cap. XIX). Sancta, postea explicans sublimiorem adhuc ecstasos gradum, in hæc loquitur verba quæ per compendium refero: Si de ingenti hujus-

modi orationis beneficio Deo gratos nos exhibeamus, bonis operibus non segnem navando operam, ille animam nostram ad se colligit, eam extra se sustollens secumque rapiens et incipiens ei regni celestis gaudia ostendere. Anima tunc quasi corporis expers est, sentitque nativum ejus calorem deficere, quamquam interea magnam experitur delectationem. Quasi ab aquila, sub cujus alis delitescit, anima in sublime effertur, frustra obnitens. Equidem, omni adhibita contentione, raptui sæpissime conata sum reluctari, præsertim quando is me impetus coram aliis invadebat; sed quasi luctabar cum valido et robusto gigante... Aliquoties, raro tamen, totum corpus meum de terra sursum elevatum est. Quod semel contigit mihi in choro cum reliquis monialibus agenti et genua jam flectenti ut Sacram Eucharistiam acciperem... In eo statu anima, pendens cælum inter et terram, veluti crucifixa est mundo præ vehementissimo Dei, quem nosse cœpit, amplius possidendi desiderio. Atque hujus possessionis dilatio tantam illi parit poenam ut ei ferendæ homo vix sit par. Equidem interdum cogito, si poena hæc duret et increseat, Dominum, quæ ejus bonitas est, facturum aliquando ut simul cum vita hæc poena finem accipiat; ea enim, ut mihi quidem videtur, ad hoc plus quam satis est: sed hoc ego non mereor. Nihil adeo exoptans quam mortem oppetere, non recordor tunc purgatorii nec gravium quæ commisi peccatorum, propter quæ infernum promerita sum. Omnium scilicet obliviscor præ vehementia desiderii Deum videndi (cap. XX).

1828 Quem autem divina hæc charismata spiritalium in anima gignant fructum, ex S. Teresia numero proximo jam indicavi: atque id ipsa multis locis repetit, aperte declarans, nisi in tali anima crescant virtutes et nominatim humilitas et abnegatio sui, ecstases raptusque, non Dei donum, sed magis dementiam quamdam reputari debere (cap. XX). Ea ratione de se ipsa inquit: Simul atque mihi Deus magnam illam gratiam præstitit, media inter impedimenta peccandique occasiones mens mea Deo adhærebat et cunctæ me ferebant res ad eum cognoscendum et amandum (cap. XXI). Aptè igitur hoc donorum genus solet orationis nomine designari, quippe cum in oratione intellectus, voluntas et memoria Deo occupentur: et siquidem, ut ipsa ait, vera conjunctio tunc fit, quando duæ res in unam coalescunt et una fiunt, summus raptuum gradus est quædam animæ in Deum transformatio. Atque hæc contracta Teresie verba sunt quibus suas ecstases describit et e quibus cernitur Deus esse qui fuerit earum causa efficiens et qui eas in anima ejus operatus sit, ac fuisse fructus, inde ab ipsa perceptus, altior Dei cognitio ardentiorque ejus dilectio.

1829 Jam vero si suavissima illa in castæ Christi sponsæ anima operationes cum magneticis ecstasibus, de quibus plurimum testimonia jam attulimus, conferantur, harum longe aliam esse rationem nemo non videt. Imprimis causam harum efficientem, ut dictum fuit num. 1806 et 1807, magnetismi præcones non aliam esse declarant quam hominis voluntatem, quæ intensa insitque sibi vi magnetismum aut gignat aut eliciat; ipse vero magnetismus animalis vel fluido constare asseritur vel alia quapiam ignota re materiali aut etiam non materiali, prout n. 1808 et 1809 latius exposuimus: ubi contra S. Teresiam, citra ullius hominis operationem, ac plerumque dum sola cum solo Deo ageret, extra se raptâ, jure affirmat eas quas habuit ecstases a Deo esse, hoc inquitens modo: Dominus est qui tunc in homine operatur. Ratio autem cur operetur, est quod velit: et modus quo operatur est ille qui ei placet (c. XXI).

Quare

a Deo esse;

dum magnetica vel naturalibus causis,

A Quare merito dici potest tantum ecstaseon magneti-
corum naturam a natura distare Teresianarum
quantum res divinæ ac supernaturales a terrenis
naturalibusque distant.

vel, ut quidam

1830 Sed et alia inter magnetismi adversarios
existat sententia, quæ inter utrumque ecstaseon genus
multo adhuc major statuitur intercapedo. Quippe
censent nonnulli Deum aliquando hic fræna lazare
diabolo, ac sinere ut novo quodam oraculorum ge-
nere qui seduci voluerint, seducantur, hæc scilicet
nostra ætate, qua multi, fide in Salvatorem Jesum
Christum abjecta, concultatogue Sanguine Novi
Testamenti, a Christiana Religione apostatarunt.
Unde ipsi contendunt quædam quæ in magnetismo
notantur ostenta demoni esse tribucula; sicut vi-
deri potest apud P. Perrone in suis Prælectioni-
bus theologicis (loco supra citato ad num. 1822),
apud Illustrissimum Goussel in sua Theologia mo-
rali (Tractatu de Decalogo, capite IV, art. 2), apud
celebrem magnetismi promotorem Deleuze in De-
fensione magnetismi (parte II, capite IV, pag. 227),
multosque apud alios. Rationes autem quibus opi-
nionis illius assertores nituntur, potissimum sunt
sequentes.

B
partis rationali-
bus

1831 Imprimis, aiunt, ipsa multorum magne-
tismi præconum fiantia ansam præbet ad ita de
magnetica arte sentiendum; nam eorum complures
aperte declarant se successores esse priscorum vatum
paganismi maiorumque mediæ ævi, quos fingunt se-
questratos olim fuisse arcanæ magneticæ artis, qua usi
sint sive in promendis oraculis sive in patrandis
signis atque portentis. Unde adversarii illi deducunt,
si magnetizatores talium avorum sunt nepotes, eos e
genere esse illorum quibus adsit aliquando collusor
dæmon. Atque in hac sua opinione confirmantur,
quod, sicut demoni proprium est legere se velle, ita
multis magnetizatoribus solemne sit, ex mente ejus,
pronuntiare modo dæmonem inter et hominem nul-
lum haberi commercium nullamque umquam existi-
tisse magiam ac dæmonem in humana corpora agere
non posse, modo dæmones esse nullos; ne quid dicam
de aliis qui jam tectis jam apertis verbis docent non
tantum non dæmones, sed non alium existere Deum
quam pantheisticum seu vagum quoddam numen. Ad-
hæc, secundum prædictos magnetismi adversarios,
Deus juste sinit ut dæmon in quædam magnetica
phænomena interveniat, tum ad penam eorum qui,

C
canis observationibus sese implicant, effectus ha-
bere notionesque haurire volunt e causis quæ gi-
gnendis iis effectibus procurandisque iis notionibus
impares sunt (de quo vide S. Thomam 2. 2, q. xcvi,
art. III, ad 2), tum ad penam artificialium eorum
somniaulorum, qui, non alia ducti causa quam
curiositate experiendi in se mira aut quæstus fa-
ciendi stultæ gloriæ cupiditate, abdicant non alic-
nandum sui jus, exuentes se usu sensuum, voluntatis,
intellectus et memorie, atque hæc omnia totosque se
tradentes et committentes potestati alterius hominis
qui disparis sæpe est sexus ignotique ac incerta
malæ hæc raro famæ. Quippe, ut ait Rostan,
magnetizati vivunt in suo magnetizatore. Voluntas
eorum adeo hujus voluntati subjecta est ut merum
instrumentum esse videantur. Solius magnetiza-
toris ope agunt; valetque hic movere ipsa eorum
desideria et cogitata, ac eorum membra omnemque
motum paralyti cohibere: ita ut tota eorum anima
corpusque totum quasi vinculata sint. Atque, ut
comparationem qua utitur idem scriptor, usurpem,
magnetizator adeo campos est animi sensuumque
somniauli sui ut hic instar canis eum sequatur.
Desideria, voluntas cogitatioque confundantur:
huius unum sunt, simul sentiunt et cogitant, sed ita

ut alter alteri omnino subsit (Dict. medic. tom. XIII,
pag. 439 et 450). Adhuc tamdiu somnambulæ co in
statu perdurat seu perdurare cogitur quamdiu lubet
magnetizatori, fatente D. Georget se septem aliquando
dies somnambulam in tali statu reliquisse, ut vidi-
mus supra, num. 1806.

1832 Verum præcipua ratio qua ad eam ample-
ctendam sententiam præfati magneticæ artis adver-
sarii inducuntur, sunt stupenda illa prodigia quæ
magnetismi ope patrari perhibentur et qualia plura
enumeravi num. 1814 et seqq. Quippe censent illi de
aliquorum saltem mirorum istorum prodigiorum
veritate taliter constare ut fidem eis nulla ratione
negare ausint; siquidem, aiunt, non hic agitur de
aliquo præstigiatoris in compitis theatris plebe-
culam fallentis transitorio ludo, sed de factis quæ a
septuaginta jam annis per totam Europam percre-
buerunt et quæ multi medici atque philosophi docti-
que academiæ socii asseverant se conspexisse,
examinasse, patrasse. Nec moratur eos frustrare
ille successus, quo, ut dictum fuit num. 1813, ma-
gnetizatores causa cadunt quoties coram selectis
testibus designatisque ab academiis iudicibus experi-
menta edere volunt. Nimirum existimant illi esse a
bonitate et sapientia Dei alienum ut sinat pu-
blice et quodammodo authentice edi talia ostenta,
quæ tamen coram privatis edi Deus sinere juste
potest; eo quod hic soli decipiantur ii qui deceptioni
sese exponunt, dum ibi cordatis etiam hominibus, nil
tale merentibus, ansa præberetur erroris, adempta
iis potestate prudenter refragandi factis in doctorum
virorum corona testatis. Justa namque Dei provi-
dentia et bonitas, ait Fr. Xav. de Feller, non sinunt
ut dæmon talem veritatis speciem assumat tamque
speciosa opera edat ut Christiani etiam probi recti-
que corde ac veritatis amantes seducantur; quia
non patitur Deus suos tentari supra id quod pos-
sunt (Catech. philos., ad num. 322). Observatque
idem auctor Deum voluisse ut causa naturalis, quo-
ties in iisdem est circumstantiis, eodem semper agat
modo, et ut effectus ejus non dependeat a varia homi-
num intentione. Quod Deus ita ordinavit, inquit, ne
mendacium eandem ac veritas oblinere valeat fir-
mitatem, dicente Deo apud Isaiam XLIV, 25: « Ego
» Dominus. . . irrita faciens signa divinorum, et
» ariolos in furorem vertens » (Dict. biograph., art.
Aymar Jacques). Unde ipsi deducunt divinæ econo-
miæ esse consentaneum ut magnetizatorum ostenta
omni tunc frustrentur successu, quando edendorum
experimentorum solemnitate atque selectorum te-
stium ac iudicum præsentia et auctoritate plenum
certitudinis gradum essent assecutura.

1833 Admissa igitur ab iis adversariis veritate
extraordinariorum aliquot phænomenon, sic ipsi
pergunt: Cum ad mira hæc prodigia humana stu-
peant scientiæ, eorumque explicandorum tentatis et
exhaustis nequicquam modis omnibus, desperetur de
problematis hujus solutione, ita ut physici, medici
ipsique magnetizatores hodie confiteantur stupenda
illa phænomena non modo hactenus permansisse
inexplicata, sed et esse inexplicabilia, concludendum
est necessario recurri debere ad vires supernatura-
les; atqui sane non ad divinas: ergo ad diabolicas.
Neque fas putant, ut asseri mirissima hæc phæno-
mena possint naturæ, ad ignotas hujus vires re-
currere. Etenim, inquiunt, etsi non omnes notæ
sint naturæ vires, tamen aliqui earum certi perspe-
ctique sunt limites et fines, quos non modo omnis
ætas jugisque experientia ac sensus hominum com-
munis fixos habuit hodieque habet, sed et quos di-
cenda est naturæ, sibi relicta, præterire nulla ra-
tione posse, nisi omnis rerum notia subvertatur.

AUCTORE
V. D. M.
D

contendant,

E

F

diabolo

AUCTORE
V. D. M.

A humanumque genus, talibus pulsatum doctrinis nihilque certius habens, erat in pyrrhonismum extremamque dementiam. Tandem qui daemonum in quadam magnetismi ostenta interecutum tuentur, non lece opinioni suae robur accedere autumant ex noxia saepe multiplici sub respectu magnetismi effectibus, de quibus mox sermo erit, et quos ea ratione tanti quod homini inimicum sit, censent adscribi rectissime posse.

adhibentur
sunt.

1834 Ob has ergo causas ipsi contendunt illa extraordinaria phaenomena demoni esse tribuenda, atque adeo hodiernum magnetismum non esse nisi continuatam magiam mediæ ævi et priscorum sæculorum. Negari quidem non potest demonem arte magica saepe usum esse ad hominis perniciem, ut dictum fuit num. 92, et demonstratum videri potest apud auctores, v. g. apud S. Thomam (2. 2, quæst. xcvi et xcvi), Franc. Suarez (tom. I, tract. iii, lib. ii de Superstit., cap. xi), Ill. Bossuetium (Serm. in Dominic. Quadragesimæ), Fredericum Hoffmannum (Diatriba de diaboli potentia in corpora) et alios innumeros, qui invicte demonstrant unanimi omnium sæculorum, omnium populorum omniumque religionum consensu creditam fuisse daemonum existentiam eorumque (quantum Deus sinit) in res humanas actionem: adeo ut ipsamet gallica Encyclopædia fassa fuerit certissimam hanc veritatem, quam congrua verborum vi sic enuntiat: Amens profecto is sit oportet qui negare ausit daemones eam cum hominibus quam magiam appellamus, societatem habere (art. Sorciers). Sed de his satis esto. Ex iis enim quæ hactenus disserui super causa naturaque ecstaseon Teresianarum et magneticarum, tametsi posteriores hæc tales revera contingerent quales contingere jactantur, evidens plane est nullam haberi inter utrasque analogiam, neque eas citra absurditatem aut etiam impietatem ullo modo inter se æquiparari posse; quandoquidem magneticæ elici perhibeantur a natura, ab arte vel a demone, dum Teresianas a Deo provenisse demonstratum est congestis superius rationibus §§ xci, xcii et xciii, atque hoc ipso §, num. 1826 et seqq. Id autem adhuc magis elucescet, cum de utrarumque effectu pauca dixerimus.

Adhuc adjun-
cta in Teresia
propterea alia
erant

C 1835 Non ferat sane lector ut serio demonstrum procul a Sancta moniali Teresia, dum sublimibus illis donabatur charismatibus, absuisse adjuncta illa omnia quibus artificiales ecstases efficiuntur et stipantur. Non aderat apud eam magnetizator, qui voluntatis suæ nisu ac contentione, sine qua tamen magnetica phaenomena produci non posse magnetistæ conveniunt, fluidum in eam ejaculareretur aut ignotam illam vim ciceret, in qua, uti num. 1808 et 1809 latius exposuimus, magnetismum animale situm esse magna opinionum varietate contenditur. Citra ullius hominis operationem vel auxilium Teresiam non paulatim et quasi cum sopore quodam, sed subito ecstasis invadebat, ac plerumque in exercitio orationis et post longum tempus impensam meditationi celestium rerum et contemplationi perfectionum divinarum; idque sapissime in solitudine, solo actionum ac cogitationum suarum teste Deo, in quem ut in summam veritatem et summum bonum rapiebatur intellectus ac voluntas ejus: neque alio, toto tempore ecstaseos, mens et affectus divagabatur; sed omnes potentie animæ illius absorptæ erant alia consideratione et ardenti amore Dei. Porro non legitur ipsa in suis ecstasibus fuisse interrogata vel compellata ut responsa ederet: quin potius ipsa fatebatur se non tantum ea quæ audiret, non intelligere, sed ne unum quidem, etiamsi loqui conitetur, edere posse verbum; eo quod omnis vis exterior

præ interno mentis gaudio ac robore prorsus deficeret. Et quando eo statu emergebat, sua memoriæ, secus ac in magneticis ecstasibus locum habere plerumque asseveratur, retinebat clare ac vivide insculpta quæcumque sibi in mentis raptu contigerant; ut patet ex multis librorum et epistolarum ejus locis, quibus visiones suas distinctim enarrat, non secus atque Ezechiel alique Sancti Dei Prophetæ, dum suas describunt visiones. Ergo, ut paucis complectar, non videre erat spectacula oscitantior, pandiculationis, soporis, somnambulismi; non automaticus ad alienum nutum incessus; non jussa motio membrorum; non transpositio organorum sensuum; non frivola descriptio rerum procul dissitarum, non ad jocum evocatio rerum præteritarum, non incerta conjectura futurarum, non obliteratio earum quæ durante ecstasi evenerant.

1836 Verumtamen ea adjuncta magnetismum animum comitari solere affirmant ad unum prope omnes qui ejus laudes celebrarunt; ut, omissis aliis, videre est ex multis hæc mea dissertatione allegatis auctorum locis: v. g. num. 1806, ubi habes DD. Rostan, Delenze, Georget et Dupotet, adstruentes efficacem in gignendis singularibus effectibus magnetizatoris voluntatem; num. 1801, ubi ex Rostanio agitur de transpositione sensuum et de præsagitione rerum a somnambulis prævisarum; num. 1814, ubi DD. Husson, Georget, J. B. L., Kluge, Ennemoser et de Puiségur affirmant ab ecstasibus magneticis accurate prædicti bonæ malæ valetudinis tempora; denique e secuturo mox num. 1841, in quo Alphonsus Teste affirmat omnimodam corporis animique magnetizatorum a magnetizantium voluntate dependentiam: quamquam, hoc quod attinet, sciatur, inter superiores præsertim artis magneticæ patronos, esse aliquot qui contendunt magnetizatos compotes esse morales suæ libertatis, hosque, si quid mali tentetur, expergefieri; at judicent alii num hæc illorum assertio auctoritati prævaleat cæterarum.

quam in ecstasibus
magneticis.

1837 Si porro diversissimum utrarumque ecstaseon fructum pensemus, immensa earum differentia adhuc fiet evidentior. Quando tribus proximis §§ a Benedicto XIV, Card. Bona aliisque demonstratum fuit Teresiæ ecstases divinitus ei fuisse immissas, præcipuum haustum est argumentum ab incremento quod ipsa inde cepit virtutum, et speciatim humilitatis, qua, celestibus licet cumulata donis, amabat nesciri et pro nihilo reputari, omnibus se postponens et nulli se præponens, ac moderatoribus suis obsequens infantis instar. Quod plane constabit legenti, inter alias Teresiæ descriptiones, pulcherrimam illam totius suæ conscientiæ vitæque anterioris rationem quam reddit animæ suæ moderatori P. Roderico Alvarez S. J. (tom. I, epist. 18 et 19) et quam a lectore perlegi velim, imo hoc ipso loco insererem, ni prolixior esset et in Ribera infra (lib. iv, cap. iv) magna ex parte haberetur. Consulatur et totus Ribera liber iv, ubi amplissime de S. Teresiæ orandi modis ac virtutibus agitur, ac speciatim libri illius caput ultimum, necnon quæ Riberiæ lucubrationi subnectemus virorum doctorum ac sanctorum de S. Virgine testimonia ab Yepesio collecta. Adhuc notatum supra est non uni Teresiæ hæc profuisse charismata, sed et illam per ea egregie promovisse animarum bonum et Dei gloriam, tum reformato Carmelico Ordine, tum excellentissimis conscriptis libris, aliisque multis modis. Quare, dijudicatis jam superius Teresiæ charismatis ex effectibus eorum, seu bona arbore a bonis fructibus, cum illis modo conferamus effectus magnetismi. Constat scilicet ex multarum academiarum medicarum plurimorumque sagacium virorum judicio tales a magnetismo gigni solere fructus, ut,

Demum effectus in Teresia
erant excellentissimi.

AUCTORE
V. D. M.

D

A si rite asstimentur, parum habcant commendationis, multum vero periculi et dispendii. Ac tametsi prima fronte phenomena ejus aliquam utilitatis speciem subinde prae se ferant, ad extremum tamen non verum emolumentum, sed magis detrimentum homini saepe pariunt. Modo enim per ea inquinatur morum castitas, modo revelantur secreta familiarum, modo diruitur valetudo, modo denique in animis hominum Christiana quassatur fides. Etenim, ut de solo hoc postremo malo loquar, magneticorum prodigiorum spectatores, ad exemplum majoris partis magnetistarum, vana nugatoriaque ista ostenta facile equiparant sanctis divinisque miraculis et prophetiis quibus Christiana Religio veritas demonstrari solet. Atque ad id audendum summa facilitate indocta non solum inducitur plebs, sed etiam viri litterati, qui tam rudes hodie non raro sunt in scientiis sacris quam periti in profanis, et qui necessaria et aeterna plerumque ignorant ac negligunt, quia sola supervacua et fluxa didicerunt et colunt; dum nihilominus, ut primum naturalistarum vel philosophorum nomen sibi arrogarunt, fas sibi putant certissima Catholicae Religionis dogmata et miracula cum contemptu rejicere.

magnetismi
vero effectus
saepa sunt no-
centissimi,

B 1838 Si quis autem censoria adversus magnetismum quorundam judicia nosse velit, obvia ea passim habebit in multis de eo argumento tractatibus. Ex iis unum alterumve hic accipe, quae pro specimine sint ceterorum. Imprimis Ill. Episcopus Molinensis in pastoralibus ad dioecanos suos datis anno 1836 super Jubilaeo litteris sic profatur: In tenebrosa illa insurgemus inventa et arcana hodiernorum pseudosapientium, qui materialismo favent moresque evertunt. . . . Illam speciatim profligabimus funestam magnetismi animalis scientiam, cujus vel nomen improbos prodit mores sectatorum scientiae istius, quae perturbare nata est hominum corpora animosque. Item P. Debreyne, altero suo opere de quo num. 1804: Infames, inquit, hic scopuli sunt in quos horrendum in modum impingere potest morum puritas. Silere velim, nec tanti probri et ignominiae meminisse; at silere omnino vetat conscientia. Si morum perditio quae mihi nuper relata est, sit vera (et, cheu! neutiquam mihi de illa dubitare fas est), perspicuum mihi quam evidentissime est magnetismum animale m fœdam adeo perditorum morum occasionem præbere ut fœdior numquam inferno prodierit (part. IV, cap. I). Parique modo loquuntur magno numero alii, v. g. Parisiensis academia medica in Relatione, quam, instituta a se de magnetismo examino, præter alteram vulgandam, alteram (quæ secreta dicitur) ob argumenti obscenitatem non vulgandam composuit, sed quæ non multis post annis publicata tamen fuit.

ut non modo
sed infernario-
rum,

C 1839 Porro non modo artis magneticæ adversarii in noxios illius effectus invehuntur, verum ipsi quoque accerrimi ejus præcones. Inter hos solers sincerusque magnetismi tractator Rostan sequenti modo (resectis tamen pluribus, licet ad rem facientibus nec levius momenti verbis, sed quæ castam operis hagiographici rationem non satis deceant) loquitur de magnetismi sequela: Ex eo vidi aliquando corpus acutissimis percelli doloribus, cephalalgias gigni obstinatas, cardialgias quoque violentas, prætereuntes quidem, sed non sine magno incommodo et dolore; quassatum vidi totum nervorum systema cum periculo orituri cujuslibet inde mali, lassitudinem item nimiam, magnam debilitatem, extremam maciem, suffocationem et asphyxiam; nec dubito quin mors sequeretur, si magnetizator paralyticum immitteret in respirationis organa: mentis denique alienatio et melancholia nata inde

saepa sunt. Atque hæc lugenda quæ e magnetismo frequenter oriuntur damna corporis dumtaxat valetudinem afficiunt. Verum alia sunt mala formidanda magis. Qui sive vir sive mulier magnetizatus est, penitus subjacet arbitrio magnetizantis, nec aliam generatim quam hujus habet voluntatem: quinimo, etsi reniti vellet magnetizanti, valet hic pro libito, quoties voluerit, magnetizato facultatem adimere agendi etiam et loquendi; nullumque phenomenon est quod faciliori producat negotio. Quid ex ea omnipotentia consequens esse non possit? Quæ femina. . . . ? Ex magnetismo, dico aperte, familiarum honori damna impendent ingentia. Quare noverit oportet Respublica sibi ab eo esse cavendum. Libido, finge, comprimatur: quot alia superant discrimina! Valet magnetizator gravia elicere secreta, hisque abuti. Notum autem est domorum bonum non raro dependere a quibusdam quæ premi debent arcanis, v. g. circa originem, fortunam, membrorum infirmitatem, intentum quemdam scopum, etc.; quæ si revelentur, toti perniciem afferre possunt familiae. Adhæc sexus disparitas. Ergo magnetismus damnosus esse potest sanitati; damnosus quoque est publicis castisque moribus: easque ob causas, qui Rempu-

E

1840 Haud aliter fere loquitur Carolus Josephus Windischmann, philosophiæ et medicinæ in universitate Bonnensi quondam professor. Nimirum in suo Tentamine conjungendi artem medicam cum philosophia Christiana (pag. 215), postquam magnetismi vehementer exaggerarat vim (præsertim pag. 196 et 199), largas ejus laudes hoc claudit epitogo: Magnus plangendorum hominum numerus adhibito magnetismo aut male curati sunt aut in imam projecti perditionem, varia diruti ratione, et eo quidem magis quo magis ipse incantator (magnetizator) variis quateretur et abriperetur indomitis animi cupiditatibus. Perspecta nobis sunt ex iis temporibus quibus politici grassabantur motus, horrida exempla hominum extremam ruinam passorum, idque ob detestatissimos saepe quos magnetizator intendebat fines, exempli gratia, ut latentium naturaliter rerum, aut gravium clam contingentium factorum, et politico quidem nominatim sub respectu, notitiam e lucidis somnambulicis eliceret. Multi horrendum in modum mactati ea ratione sunt ut victimæ; hodieque hominum hostis in tenebrosis penetralibus perniciosas suas facit artes.

sed et ex pa-
tronorum ejus.

F

1841 Pari quoque modo Alphonsus Teste, ardens magnetismi propagator, in suo de magnetismi usu Enchiridio, vulgato Parisiis anno 1840, sic inflt: Ad humani generis opprobrium facia de quibus impossibile mihi est dubitare, promulgare non morabor. . . . Cum dolore vaticinor ex magnetismo familias plures esse desolandas et turpandas. Magnetizatam inter et magnetizantem fateor intimam existere necessitudinem et hujus in illam plenissimum imperium. Ipsa physicos omnes suos motus cogitur ejus accommodare arbitrio. Vicissim nescit magnetizator num magnetizata omnia cordis sui penetralia perscrutetur, et num suos sensus, suos affectus voluntatemque suam omnem commisceat cum suis magnetizantis sensibus, cogitatis, affectibus et voluntate. Illa in suo somno videt, audit, agit per suum magnetizatorem; nihilque in magnetizata corpore vel anima est residuum quod magnetizatoris imperio subditum non sit. . . . Liquido ergo constat quam tetram inde pestem libidinosus ope-

judicio con-
stat.

rator

AUCTORI
V. D. M.

A
Ex dictis con-
cluditur S. Te-
resiam nihil
habuisse cum
magnetismo
concommune.

rator haurire, quoties voluerit, possit. Atque ita
alii quam plurimi.

1842 Huic tandem dissertationi finem imposituro
rursus mihi proflendum duco me magnetismi pro-
blema, quod a tanto tempore doctos indoctosque oc-
cupat, in medio, quod ad me spectat, relinquere.
Judicent ergo alii utrum disputata, quæ a multis
asseruntur, magnetica ostenta attribui debeant cir-
culatorum præstigiis ac dolo, utrum vero naturæ
vel demoni. Donec lux e tenebris oriatur, aut Sancta
Romana Ecclesia ob ea quæ magneticis exercitatio-
nibus fidei morumque damna insunt vel inesse pos-
sunt, absolutam sententiam ferat, disceptationi cam-
pus manet apertus. Ast, ut meas hagiographi partes
explerem, non potui non vindicare et a calumniis et
a ludibrio Sanctam cuius vitam commentatus sum.
Cum enim cernerem Teresiam adhibiti magnetici
artificii a pluribus hodie insimulari, ut quæ Deus
ei contulit charismata naturæ artifice ludus habe-
rentur, et ut ea ratione in contemptum ac probum
veniret Ecclesie et fidelium mens, quæ laudatas San-
ctorum ecstases non naturales aut artificiales esse
reputat, sed supernaturales et divinas; ad confu-
tandos istos S. Teresiæ simul et Ecclesie detractores
B necesse omnino mihi fuit hanc exarare dissertatio-
nem, qua ad oculum ostenderem Teresianas ecstases
cum ecstasibus magneticis non modo nihil habere
commune, sed alteras ab alteris quam maxime abhor-
rere.

§ XCVI. Demum neque hy- steriæ aut catalepsi S. Te- resiae ecstases adscribi pos- sunt.

Plures qui
hysteriam vel
catalepsi vi-
siones S. Te-
resiae impu-
lant.

Reliquum est ut, post refutatam absurdam opi-
nionem qua magnetismi præcones aliquot, malesano
et nonnumquam etiam perverso animo, ecstasiam
S. Teresiam sibi in discipulam adseiscunt, aliam
adoriamur ecstaseon S. Teresiæ interpretationem,
eorum nempe qui fingunt eam non divino donatam
charismate, sed correptam fuisse morbo hysterico vel
cataleptico. Sic, ut alios taceam, auctor Nosogra-
phiæ philosophicæ (prima libri sui editione, prout
citatur in Encyclographia medica, Bruxellis recusa
1837, art. Extase, tom. XIII, pag. 12) ait S. Tere-
siam laborasse mystica, ut ipse vocat, catalepsi, quam
se asseverat exhibere graphice ipsis Sanctæ verbis
descriptam, dum tamen quæ citat ejus verba tam
male consuta et ita adulterata sunt ut infidelem
prorsus ecstaseon Teresianarum picturam referant
planeque absimilem a genuina illa earum pictura
quæ superius hic exstat num. 1826 et seqq. Item scri-
ptor articuli Hystérie in Dictionario scientiarum
medicarum (Parisiis, 1818, typis C. L. F. Panc-
houke), postquam inter potissimas hysteriæ causas
numerarat juniorum virginum mulierumque corru-
ptam phantasiam et memoriam, quarum ope earum
intellectus xixis a se antea obscænis formis auditisque
turpibus colloquiis pascitur, veritus non est dicta
sua confirmare exemplo S. Teresiæ, quam afflictam
fuisse scribit hysteria melancholica (telle était S^{te}
Thérèse, qui nous représente un exemple d'hystérie
mélancolique). Item alter in eodem Dictionario au-
ctor (tom. XXIX, pag. 539, art. Magnétisme animal)
non minus asseveranter hæc exaravit verba : S. Te-
resiam identidem invadebat catalepsi hysterica,
quæ vel totum durabat quatrimum. In mysticis

suis ecstasibus, quæ jejuniis succedebant orationi-
que contemplativæ, ipsa credebatur se in mentis esse
raptu, mirabaturque res grandes quas tum videbat.
Omnes tunc illam, quam alio quovis tempore igna-
ram hebetemque censebant, stupebant ita esse su-
bito illuminatam. Eo minus sentiebat illam corporis
ægritudinem quo mens ejus altius sese efferebat.
Ac latinæ linguæ secus indocta, norat tum latinæ
preces explicare. Percipiebatque voces internas quæ
eam in anima sua alloquebantur.

1844 Si hi scriptores admitterent patrata divi-
nitas miracula, crederentque a Deo pro suo bene-
placito amicis suis supernaturalia subiuncto commu-
nicari dona, illos remitterem ad canonizationis
Teresianæ Acta, in hocce Commentario exhibita,
ubi ex plurimis gravissimisque testimoniis cernere
est illam cælitus ditatam fuisse talibus privilegiis.
At cum omnem supernaturalibus donis fidem dero-
gare videantur, audeatque citati posterioris articuli
auctor pronuntiare solum esse dementem credere
miracula, ideo aliis mihi cum iis congregandum est
armis. Hæc autem potissimum depromam ex eodem
armamentario, Dictionario, inquam, scientiarum
medicarum, et quidem magnam partem ex ipsis
eorundem scriptorum articulis quibus tractant de
hysteria et de catalepsi; quo suamet auctoritatem
recusare minus valeant. Ergo dum hoc pacto demon-
stravero nullo niti fundamento ea quæ S. Teresiæ
affingunt, sive utriusque prædicti morbi causam
spectes sive ipsum utrumque morbum, confecta mihi
erit res, nec erit quod adversarii ultra mihi oppo-
nant.

1845 Prioris articuli auctor non erubescit com-
minisci S. Teresiam turpissimis incaluisse affectibus,
e quibus progenitum fuerit malum hystericum. Cum
similis huic calumnia convulsa jam fuerit num. 128,
ubi castissimæ Virginis legi possunt vindiciæ, non
est cur eas hic repetam. Sed nec ipse morbus in ea
magis exstitit quam mentiti mali causa, sive ille
hysteria dicatur sive catalepsi. Imprimis enim hy-
steria, quæ strangulatio uterina esse scitur diris
adeo cum doloribus ut et nervi horrendum in modum
contrahantur et mens haud raro sui impos fiat, hy-
steria, inquam (ut testantur qui de medicis discipli-
nis scripserunt, imo ille ipse auctor articuli ubi hæc
S. Teresiæ irrogatur injuria, pag. 233, 245 et 257),
juvenilem vexat ætatem. Verum S. Teresia anno
primum quadragesimo ætatis suæ, ut probatum fuit
in hoc Commentario num. 119, crebris illis gau-
dere cepit ecstasibus, quæ usque ad mortem ejus
perdurarunt, ita ut ipsa obitus sui die mentis raptu
gavisa fuerit, eique immortalis dici possit. Ergo qui
non modo adulta vel declivi jam ætate feminam, sed
anum seniculam ac prope septuagenariam hystericæ
affectioni sive strangulationi uterinæ fuisse obno-
xiam affirmare ausit, spernere ille dicendus est aut
certissima vitæ ejus documenta aut medicorum pla-
cita ac ipsa quodammodo naturæ jura. Quod si,
junior cum erat, ægritudinem passa sit in qua visio-
nem quamdam habuisse perhibetur, nullus est qui in
tali morbo qualis cap. v Vitæ ejus (ut et § VI hujus
Commentarii, et a Ribera lib. 1, cap. apud nos IV,
alias VII) describitur, inque exhausto tunc temporis
diris longisque doloribus corpusculo hystericam suspi-
cetur. Mirabitur præterea quicumque S. Teresiam
scripta voverit Vitamque ejus legerit, a præfati
articuli auctore eam dici afflictam fuisse melanco-
lia, quæ causa fuerit hysteriæ : ex adverso namque
constat læto festivoque illam fuisse genio atque pæro-
sam adeo fuisse melancholiam ut ne vel nomen ejus
ferre posset, cauteque cuperet ut malum illud suis
longe exularet monasteriis; quod nativæ suæ elo-
quentia

redarguntur
suamque potis-
simam verbis.

imprimis
quoad hyste-
riam.

F

A *quentia pulchre declarat capite vii Foundationum suarum.*

et deo quod
catalepsi
non modo se-
condariis.

1846 Dein catalepsi vel catalepsi hysterica, quod posterioris articuli vult auctor, S. Teresia laborasse non magis dici potest quam hysteria, imo adhuc minus. Taceo novam hanc ecstaseon Teresianarum explicationem seriuscule inveniri, tertio nimirum a morte ejus sæculo, adversus omnia historiae vitæque ejus documenta. Posset insuper justum forsitan contra eam interpretationem concipi præjudicium ex eo quod, teste ipso Dictionario medico (art. Catalepsie, pag. 280), illa ægritudo sit maxime infrequens. Quinimo, si Danieli Stenertio, sæculi sui cognominato Hippocrati, fides sit, catalepsi tam rarus affectus est ut credant inter centum, imo sexcentos, vix unum medicum reperiri qui catalepticum aliquem viderit (tom. III, lib. 1, part. II, cap. XXX, edit. Lugdun. 1676).

sed etiam de-
cretoria ar-
gumentis, tis-
que pluribus.

1847 At contra impactam S. Teresiæ catalepsin (quam sane non modicam fuisse auctor velle videtur, quoniam quatuordecim durasse asserit) palmarè ac decretorium est argumentum quod præcipua sympto-

B Sanctæ nostræ ecstasibus absint, ut patet ex ipso Dictionarii citato superius loco. Ac primo quidem Dictionarium (art. Catalepsie) affirmat, cum æger malo illo urgetur, suspensas, aut magis nullas esse animæ facultates (les facultés intellectuelles sont nulles); contra vero (art. Magnétisme), ut patet ex loco a me excerpto, non modo negat animæ ejus facultates fuisse intermissas, sed etiam asseverat eam præter morem intellectu fuisse multo acriore atque illuminatiore, taliterque excitatam tunc fuisse mentis ejus aciem, ut, quæ secus latine indocta erat, latinas eo tempore præces explicare valeret (Subitement éclairée, elle frappait d'étonnement les autres personnes, qui la trouvaient comme stupide et ignorante en tout autre temps. . . Elle parvenait alors à expliquer le latin des prières, sans avoir appris à le traduire). Dein, ipso rursus Dictionario teste, catalepsi obnoxius non conservat memoriam eorum quæ tempore paroxysmi sibi evenerunt (le malade ne conserve pas le souvenir de ce qui lui est arrivé): contra vero S. Teresia multa articulatim descripsit eorum quæ, cum ecstasi abrepta erat, sensit, vidit, audivit; idque exaravit tam dilucide, tam exacte, tantaque cum eloquentia, ut ipsummetidem Dictionarium (art. Extase) fateatur a nemine forte descriptam esse disertius ecstasin quam a S. Teresia, et ut complacitum fuerit illius articuli auctori hinc ex autographa Sanctæ Vita allegare loca, his præmissis verbis: Nulle part l'extase n'est peut-être mieux décrite que dans la vie de S^{te} Thérèse par elle-même. En voici les principaux traits, etc. Demum tertio, ut habet Dictionarium, quamdiu catalepsi urgetur æger, hujus nervi contracti sunt (les muscles sont dans une contraction permanente), non secus ac in hysteria, de qua ait Georget (art. Hystérie, in altero medicinae Dictionario, Parisiis edito, anno 1824): Signum quo a cæteris

morbis dignoscatur hysteria, convulsio est; quæ si adfuerit, hysteria non habetur. Ast illa ipsa quæ Dictionarium (art. Extase) excerpta e S. Teresia fragmenta præbet, ostendunt eam summa tempore ecstaseon suarum fruentem quiete: Gaudet tunc homo, inquit ipsa cap. XVI Vitæ suæ, genere quodam somni omnium animæ potentiarum, intellectus, memoriæ et voluntatis.

1848 Ejus porro quam articuli auctor cæteris suis commentis adjicit affirmationis, videlicet S. Teresiæ fuisse æstimatam extra tempus suarum ecstaseon (sive, ut ipse intelligit, hystericæ catalepsyos) stupidam hebetemque, non est quod tempus teram aperta falsitate coarguenda. Certe mirabitur Hispania, mirabitur Christianus et litterarius orbis, tale quid hodie de Sancta hac pronuntiari, cujus libri tria jam sæcula et theologis pretiosissimum sacræ doctrinæ tractatum, et eloquentiæ cultoribus perfectissimum styli exemplar, et ipsi Leibnitzio optimum philosophici systematis nucleum continere visa sunt (sicut ample demonstratur ubi de libris Teresianis sermo est). Interim non est quod miremur istius articuli scriptorem ita tractare quæ ad S. Teresiæ pertinent supernaturalia charismata: nam nihilo secius quælibet in Sacris Codicibus disertissime comprobata miracula procaciter aspernatur et inepte ad alienum sensum detorquet. Sic pag. 511 fabulatur Ananiam et Saphiram fuisse S. Petri incantamenti necatos; sic pag. 540 exaltationi mentis, concentrationi et tensioni cerebrali ac somnambulismo adscribit donum linguarum in Apostolis; sic denique, ut multa ejus scommata taceam de miraculis, de prophetiis, de Sanctorum Reliquiis, de demonibus etc., pag. 543 insipida simul et horrenda blasphemia, quæ adorandus hominum Redemptor de efficacia fidei protulit promissa joculariis sagarum naniis æquiparare non veretur.

1849 Ineptissime sane is quocum agimus scriptor comminiscitur catalepsin, tensionem cerebralem ac somnambulismum in Teresia; dum tria jam sæcula sapientissime ab ea reformatus virorum ac mulierum floret religiosus Ordo, dumque centies et amplius æstimatissima ejus scripta prelo subjecta fuerunt. Sed multo adhuc magis carpendus est quod tales quoque vesaniæ morbos in Apostolis comminiscitur; dum ad purissimam, sanctissimam altissimamque Christianam Religionem conversus orbis demonstrat divinum esse Christianæ Religionis ædificium, cujus fundamentum fuisse Apostoli et Prophete, ipso summo angulari lapide Christo Jesu (Ephes. II, 19): adeo ut intelligi plane nequeat esse in mortalium numero qui præfracte asseverare ausint excelsa illa et divinissima opera a catalepticis, a somnambulibus, ab affectis tensione cerebrali hominibus patrata fuisse. Lubuit autem paulo fusius prosequi gravem S. Virgini Teresiæ illatam calumniam, ut e luctuoso uno hoc exemplo viri docti, profanam quidem scientiam lectoribus suis propinantis, sed et historicam veritatem Christianamque Religionem et pietatem infide subvertentis, patescat qua fronte quæcumque sacra sunt, a veritatis osoribus impetantur.

AUCTORE
V. D. M.
D

Exploditur
unus eorum,
qui S. Teresi-
am pro he-
bete habet.

E

et sancta quæ-
que blasphem-
at.

F

VITA MATRIS TERESIAE,

AUCTORE P. FRANCISCO RIBERA S. J.

*Ex prima editione Salmanticensi anni 1590, secundum
versionem Coloniensem Matthiae Martinez anni 1620.*

Summa quinque librorum.

- I.** Teresiae primordia usque ab fundat. Abulae.
II. Sequentes foundationes usque ad Albanam.
III. Reliquae foundationes. Ejus obitus.
IV. Dona illius naturalia et supernaturalia.
V. De Teresiae corpore. Miracula per eam patrata.

*Hæc librorum apud Riberam partitio servata est,
sed nova facta est capitum. Antiqua erat hoc modo:*

Lib. I. Prologus. De fructu e Vitis Sanctorum.
 Cap. I. De revelationibus.

- II. Nominatim de iis hoc libro contentis.
 III. Sanctæ patria, parentes, ortus.
 IV. Infantia et educatio.
 V. Pericula quibus se exponit.
 VI. Ingressus in Religionem. Professio.
 VII. Morbi. Oratio neglecta et resumpta.
 VIII. Num peccata ejus gravia.
 IX. Emendata vita, adhibitis PP. S. J.
 X. Agit cum P. Francisco Borgia.
 XI. Obnitiur donis cœlestibus; quæ crescunt.
 XII. Tractat cum P. Petro de Alcantara.
 XIII. Prima de erigendo Abulae cœnobio mens.
 XIV. Plures hanc ei dissuadent.
 XV. Sed tamen id erigitur, volente Deo.
 XVI. Teresia Toletum it, reditque Abulam.
 XVII. Ædificium absolvitur. Primæ moniales.

Lib. II. Prol. De servando in monasteriis spiritu.

Cap. I. Teresiae scopus in cœnobiorum erectione.

- II. De primitiva Carmeli Regula.
 III. Non vult censu stabiliri conventum suum.
 IV. Procella commota in Teresiam.
 V. Quies redit.
 VI. Ei copia fit fundandi alias domos.
 VII. De virorum domibus. Methymnam cogitat.
 VIII. Ubi fundat alteram domum.
 IX. Quid illic contigerit.
 X. Fundatio Complutensis.
 XI. Item Malagonensis.
 XII. Item Vallisoletana.
 XIII. Item Toletana.
 XIV. Quid ibi evenierit.
 XV. Fundatio Pastranensis.
 XVI. Item Salmanticensis.
 XVII. Item Albana.
 XVIII. Teresiae itinerandi modus.

Lib. III. Prol. De Ordinis Constitutionibus.

Cap. I. Teresia Incarnationis domum petit.

- II. Fundatio Segoviensis.
 III. Item Veasensis.

IV. Fundatio virorum Mancera et Pastranae.

V. Item monialium Hispali.

VI. Quid ibi contigerit.

VII. Fundatio Carayacana.

VIII. Quid subsequenti quadriennio evenierit.

IX. Fundatio Villanovana.

X. Item Palentina.

XI. Item Soriensis.

XII. Item Granatensis.

XIII. Item Burgensis.

XIV. Quæ inibi facta sint.

XV. Teresiae mors.

XVI. Circumstantiæ mortis et sepultura.

Lib. IV. Prol. Selectu opus in admittendis novitiis.

Cap. I. Naturalia Teresiae dona.

- II. Gradatim a Deo evehitur in oratione.
 III. Modus orandi ejus declaratur.
 IV. Inde naeta est rerum cœlestium notitiam.
 V. Spiritum prophetiæ obtinuit.
 VI. Composuit libros spirituales.
 VII. Examinatus ejus spiritus.
 VIII. Quem orandi modum præscriberet.
 IX. Eximia ejus fides.
 X. Item in Deum amor.
 XI. Item in proximum.
 XII. Pietas ejus erga S. Eucharistiam.
 XIII. Devotio erga Sanctos.
 XIV. Fiducia ejus in Deum.
 XV. Ejus humilitas interior.
 XVI. Item exterior; ac mortificatio.
 XVII. Patientia in laboribus.
 XVIII. Maceratio corporis.
 XIX. Amor paupertatis, junctus cum largitate.
 XX. Singularis obedientia illius.
 XXI. Potentia ejus in verbis.
 XXII. Gratia sanitatum qua pollebat.
 XXIII. Summa ejus erga beneficos gratitudo.
 XXIV. Maxima ejus prudentia.
 XXV. Item discretio spirituum.
 XXVI. Quædam Relationes factæ confessorio.

Lib. V. Prol. Cur de virtutibus hic latius.

Cap. I. Corpus Teresiae Abulam transfertur.

- II. Albam reportatur.
 III. Describitur status brachii et corporis.
 IV. Teresia a morte saepe apparuit.
 V. Miracula per corporis ejus Reliquias.
 VI. Item per contactum vestium ejus.
 VII. Item per ejus imaginem.
 VIII. Item ad ejus invocationem.

*Atque hæc est antiqua Vita a Ribera edita parti-
tio; nostra vero sic se habet.*

LIBER

LIBER PRIMUS.

PROLOGUS.

Quem afferant fructum Vitae Sanctorum, et quod hujus sit libri argumentum.

Vitas Sancto-
rum Ecclesiae
Patres

Sanctorum Dei visione in caelo perfruendum vitas scripto consignandi labor adeo semper jucundus ac suavis visus est Sanctis etiamnum in hoc mundo viventibus, ut eundem quam libentissime subierint, non modo quibus majus erat otium, verum etiam alii, quibus ob assiduas cum in commissarum sibi ecclesiarum regimine, tum ad acceptum a Patre luminum Jesu Christo lumen mortalibus per scriptas in Sacram Scripturam commentationes communicandum, occupationes et onera, vix ullum ad aliud quidpiam agendum tempus superesse posse videbatur. S. Clemens Pontifex et Martyr a Apostolorum principis Petri, quem doctorem atque institutorem habuit, iter omne ac peregrinationem scripto complexus est: S. Athanasius b Magni Antonii gesta conscripsit: S. Dorotheus Martyr Tyrionum antistes c breve quoddam Prophetarum veterum et Apostolorum vitae mortisque texuit compendium.

utique viri
sanctissimi
evangelici,
d

2 Epiphanius Constantiae in Cypro episcopus d Prophetarum etiam elogia, tametsi succincte, concinnavit: S. Hieronymus Pauli Protoanachoretæ, Hilarionis et Malchi monachi vitas posteris scriptas reliquit: Nyssenus Gregorius Gregorii alterius, cognomento Thaumaturgi, id est, mirabilium patris, vitam divulgavit: S. Theodoretus Cyrensis episcopus e Historiam religiosam edidit, qua piam Sanctorum aliquot in orientali plaga monachorum, quorum vitas admirandas et inelyta facta litteris mandavit, memoriam ab interitu vindicatam nobis etiamnum vivam praestat: Magnus Pontifex Gregorius in Dialogis non satis habuit S. Benedicti vitam scribere, nisi et illustria plurimorum per Italiam Patrum facinora sparsim recenseret: S. Isidorus f denique Sanctorum qui Deo in utroque Testamento vitae sanctimonia placere, vitam et mortem in scriptum breve redegit. Quid vero in re adeo liquida et manifesta probanda diutius immoror? An non ipsum fecerunt SS. Joannes Damascenus, Beda, Bernardus, Bonaventura, Antoninus aliique viri sancti, tam qui olim in Ecclesia Dei claruerant, quam qui nostra aetate vivere, quorum hic nomina producere operosum non foret?

divinus amore
moti,

3 Ad hanc vero scriptionem duae hos omnes potissimum causae impulere, ab uno eodemque ambae fonte promanantes, ab ardentissimo, inquam, quo in Redemptorem nostrum Jesum Christum ferebantur amore et illius continenter amorem ac gloriam promovere satagebant. Primo namque videbant quantopere earum lectione mortales excitarentur, et quam potenter Sanctorum exemplis ad vitam sancte pieque traducendam inflammarentur, illorum praesertim qui eadem cum ipsis aetate vixerant; et efficacius hos iis moveri quam tractatibus aut eximiam doctrinam aut consilia salutaria spirantibus aut ad vitam honestam adhortantibus.

Deinde, ut indubitatum habebant, magni hujus Domini, quem ex intimis diligebant praecordiis et quem ab omnibus passim agnosci colique tam ardentem desiderabant, gloriam et magnitudinem nulla posse re hominibus planius manifestari quam si integerrimae Sanctorum vitae et praeclarae illorum victoriae iis ad mentem et oculos revocentur. Certi insuper erant, Christo ductore et auspice hae eos magnalia operatos, inque illius virtute humanarum ita longe virium limitem transiluisse superando.

4 Hinc, quod nemo negarit, secum ipsi etiam statuebant, inelyta e Sanctorum vitis facta commemorare aliud non esse, quam hominibus reapse ostendere quanta sit gratiae a Redemptore Jesu Christo conferri solitae magnitudo, quanta potentia, quamque pretiosissimi illius Sanguinis vis et efficacia admiranda; quod hae in Sanctis mira quadam ratione, et longe magis quam in reliquis hominibus eluceat: sicut et ipsa Dei Omnipotentis magnitudo ac sapientia in caelis illorumque splendore ac decore et ordinata motus illorum harmonia magis et clarius quam in terra rebusque reliquis inferioribus patescit. Hinc ut plurimum in Sacris ii Litteris ita colorum dicuntur nomine, uti peccatores terrae, ut bene notat S. Augustinus: (lib. ii de Serm. Dom. in monte cap. ix). Atque eodem loco hoc ille modo uti et S. Ambrosius, (lib. v de Sacram., cap. iv), exponit illa Orationis Dominicae verba: « Pater noster, » qui es in caelis; » et non aliter etiam S. Augustinus intelligit illa pene sequentia: « Fiat voluntas » tua, sicut in caelo, et in terra: » et ante illum S. Cyprianus hanc etiam sic exponit et declarat Orationem (de Orat. Dom., circa medium). Hos itidem caelis Regius Propheta designat, dum ait: « Caeli » enarrant gloriam Dei; » quod in iis ad oculum pateat quanta sit gratiae Salvatoris nostri potentia, quanta efficacia: licet plurimi e contrario Christianorum (ea nostra inertia et animi est ignavia) sanctissima Ecclesiae Sacramenta, et ejusdem Redemptoris gratiam et passionem, quod exiguarum illa in ipsis sint virium, quadamtenus dedecorent.

5 Merito quidem hic subvereri debere videor, ne, qui hanc, quam texere aggressus sum, sanctae Matris Teresiae a Jesu vitam legerint, alicujus me forte temeritatis accusent, meque hoc potissimum carpant nomine quod hujus conscriptione aliquod ceteris meis lucubrationibus, quas idcirco cogar intermittere, et alia quae praemanibus habeo opera, quae majora dignioraque cuipiam videantur, interrumpere, ex parte afferam detrimentum. Sed tot tantorumque nixus exemplo Sanctorum ac Doctorum, quos in gloriae Domini nostri Jesu Christi enarrantae, mirabilium, quae suis in Sanctis operari dignatur, celebrandum studio quam maxime velim imitari, nihil est quod metuam, quin imo primarium

E

ad gloriam
Dei conscripserunt.

F

Quas Ribera
imitatus.

AUCTORE
RIBERA.

A rium meum studium, etsi idem sit quod fuit ipso-
rum, Sacras scilicet Litteras interpretari, cum longe
per me minorem quam per illos fructum pariat
atque illorum sit studio longe inferius, majorem
sane mihi alterius illius quem significavi laboris
suscipiendi occasionem subministrat. Ut vero juxta
communem hominum sensum loquar, sicut hac in
parte infelix quodammodo Mater Teresia dici queat,
quod tam ineptum, puerilem infantemque sit nacta
præconem, digniorem longe promerita, ita ipse
vicissim extiti felicissimus, cum mihi sanctissimæ
generosissimæque heroinæ scribere vitam gesta-
que obtigerit, quæ sane patientissimus latissimusque
quidam est campus, in quo se præstans, insignis
ingenioque pollens scriptor exerceat.

præclara S.
Teresiæ gesta.

6 Sanctitatis quidem illius hic nullam compara-
tionem cum aliorum instituam (hoc namque judi-
cium ad sola Dei spectat arcana; et hæc etiam
quanta in ipsa exstiterit, cognosci quadamtenus
poterit ex iis quæ toto hoc opere prosequar); at
quæ eam abhinc annis plurimis animi generositate
et magnitudine superavit, aut legi, aut novi nemi-
nem: adeo ut, quemadmodum Alexander Macedo
edicto vetuit ne quis se præter Apellem pingeret,
B aut præter Lysippum, in sua quemque arte eximios,
sui statuam effingeret (Val. Max. lib. viii, cap. ii; et
Cic. lib. v ad Famil., cap. xii); ita mihi hæc quam
scribere aggredior, de manibus historia exeutienda
videatur, et nonnisi maximi nominis historiogra-
pho consignanda, qui singularem sanctæ hujus
Virginis virtutum magnitudinem pari verborum
stylique sublimitate consequatur. Illinc vero me
plurimorum sanctitatem illius, ut quidem æquum
et rationi consonum est, magni facientium et erga
eam singulariter affectorum, id a me pro jure suo
efflagitantium consilium ac judicium consolatur;
hæc accedente præsertim cogitatione, sinceram pu-
ramque intentionem ac bonam voluntatem Deo
Sanctisque longe esse, quam sublimia ingenia et
oratorias verborum facultates, acceptiorem. Ut vero
quod res est dicam, nihil hoc meum scribendi desi-
derium magis animavit, quam eximia solidaque in
Deum Opt. Max. fiducia: spero namque ab illo,
qui mutorum aperit ora, et linguas infantium facit
disertas, os etiam meum apertum iri, et sanctæ ejus
ancillæ suffragiis calamus dirigendum, ut ad id
ipse scriptis mandandum pertingere queam quod
gratiæ ipsius adminiculo adeo illa perfecte operando
C adimplevit. Ex dictis hactenus perspicere quivis
potest quibus ad hanc vitam pertexendam rationi-
bus sim impulsus, cum ejus in familiis viri non
deessent et auctoritate et doctrina præstabiles ad
has longe me dignius scribendi partes implendas,
qui Societatis Jesu sum membrum, quem id
proinde scriptionis genus minus tangere videatur.

plures ob va-
tiones

7 Quoniam autem singularem aliquam nonnemo
forte a me rationem rei hujus petiturus est, huic
paucis, Societatem Jesu ad Dei gloriam et salu-
tem animarum jam inde ab initio fundatam esse,
respondeo; hinc illius sodales ac membra minime
inderens esse huc spectantia ac facientia litteris
tradere. Altera ratio sit, in hanc ipsam Societatem
non minimam Matris Teresiæ a Jesu laudum par-
tem transferendam videri, utpote quæ illius auxilio
non mediocriter, ubi primum spiritualis ædificii
fundamenta posuit, ac semper deinde, profecit.
Tertio, quia quicquid ad Sanctos, cujuscujus de-
um familiæ conseantur, pertinet, id ipse velut
proprium ac meum duco, cum invicem omnes
fratres simus et eidem universi Domino famulemur,
quo etiam simul omnes in cælo perfruturos nos
speramus, quemque in terra pariter quam maxime

extollere ac glorificare par est. Hinc etiam plerique D
eorum qui Sanctorum vitas scripto consignarunt,
non semper, sui num forent, spectarunt, cum ra-
tionibus quas ante produxi, velut efficacissimis
moti, tum proprium affectum et divinum, quo ad
hoc faciendum se sentiebant impelli, instinctum
seculi. Hinc sanctus præsul Antoninus, Ordinis
sui Sanctorum elogia dum texeret, S. Francisci
ejusque collegarum præconia celebrare sibi turpe
non duxit. Neque exspectavit Athanasius ut Magni
Antonii vitam anachoretæ socii et discipuli conscri-
berent; sed eam ipse monumentis consignavit. Nec
de solo Benedicto præposito suo scripsit Gregorius,
verum etiam de aliis plurimis sanctitate excellenti-
bus: quem etiam Ven. Beda, qui ejusdem fuit
Ordinis, post est imitatus. Ut autem de veteribus
illis taceam, duos ipse hodie viros g et auctoritate
et eruditione conspicuos novi, qui, quoniam spe-
ctabiles sunt et singulares, in omnium oculis ver-
santur, et aliud ambobus vitæ institutum professos;
quorum primas, uti mihi quidem narratum est,
hanc ipsam historiam vitæ Matris Teresiæ modo
adornat, alter vero se haud ita pridem mihi dixit
ad idem scriptionis genus animum, ubi primum
per negotia liceret graviora, applicuisse.

8 Quarto, quia cum ejusdem Religionis viri nec-
non alterius eandem quoque conscribere queant,
ad Dei magis gloriam facere videtur ab alterius
hanc instituti viris litteris mandari, ut eo scriptis
major accedat auctoritas quo ad scribentem res
minus videtur spectare. Quinto h, quia piam hanc
mihi mentem Dominus videtur inspirasse, quod
insignes ipse sanctæ hujus Matris virtutes ac san-
ctimoniam quam maxime suspiciam, et singulares
illius patrocinio a munifica Majestatis ejus dextra
gratias obtinuerim. Nec vero est quod arrogantiam
aliquam redoleat, hanc mihi mentem cœlitus datam
esse prædicare, quod plurimis usque manifestissi-
mis ad hoc credendum argumentis compellar. Adeo
ut, cum hac mea scriptione nec sui Ordinis nec
aliorum sodalibus ad eandem, etiam magis ex
dignitate, historiam pangendam januum præclu-
dam, minime videam cur novam cuiquam aut
insolens videatur, in re adeo salutari pio me meo
satisfacere desiderio, uti suo aliis in re simili aut
dissimili evulganda satisfecisse vitio nemo vertit.
Etsi vero nullum quæ dictæ sunt rationes locum
haberent, mihi tamen sufficiens ad hanc scribendam
historiam causa videatur quod ita ampla et illustris F
scribendi materia in mea inciderit tempora, dein
quod cum ea ipse familiariter sim conversatus,
sæpius sermones miscuerim, rerumque illius pluri-
marum conscius fuerim, in quas, ut singulari mei
ipsius desiderio facerem satis, diligenter diu ante
inquisivi quam aliquam ejus quod modo molior,
operis cogitationem in animum admissem.

9 Cum ergo, ut ad cœptum sermonem revertar, integra fide
qui Deum glorificare commemoratione eorum me-
morabilium quæ Sanctorum suorum opera edere di-
gnatus est desiderat, idipsum mentiendo fingendove
haudquaquam facere possit, dein cum natura ipse
detester omne id quod commentitium esse novi,
atque a viro sapiente alienissimum eoque indignis-
simum censeam dubia pro veris indubitatisque ob-
trudere; quicquid non certissimum erit, omitam;
queque dicturus sum, cum veritate ipsa usque-
quaque constabunt: atque hanc ob causam perso-
narum singillatim nomina adscribo et ad minutias
sæpe descendo, liquido ut constet qua in veritatem
reique certitudinem diligentia, in iis etiam quæ
exigui ponderis alioquin videbantur, inquisierim.
Hinc fixos semper in narrationis veritatem oculos
habebo,

et ex grato
erga Sanctam
animam.

integra fide

A habeo, quæ ab ipsis etiam ethnicis scriptoribus ut prima et potissima historiae pars semper fuit iudicata (Cic. lib. II, de Oratore). Quæ de se ipsa scripto prostridit, obiter perstringam, quod ea malim in illius quam meo libro perlegi: adeo ut, sicuti qui hocce meum volumen lecturus est, illius idcirco scriptum negligere minime debet, quod, præter ipsam historicam narrationem, sublimem divinamque quandam complectatur doctrinam, ita et qui in illud incidet, si sanctæ hujus Matris vitam et institutum nosse voluerit, hunc etiam librum evolvat oporteat, ut qui ad plurimarum ipsius commentario proditarum rerum lucem enodationemque mirifice faciat, et quæ ipsa subiecit aut omisit, suppleat.

ut cum toto e
scriptis ab
ipsa libris,

B 10 Quod hæc in historia melius quam in alia quapiam fieri poterit: nam, cum ad hunc quo scribo diem nonnisi quinque a decessu sanctæ Matris effluxerint anni, et etiamnum plurimi qui eandem jamdudum novere ac familiariter cum ipsa versati et locuti sunt, supersint, non deerunt tum qui de quibus dubitem, me abunde instruant, tum qui, sicubi a veritate historica deflectere me contingeret, id manifestent, meque coarguant. Non parum huc etiam opis mihi attulerunt privata illa, quæ sedulo pervolutavi, scripta et commentarioli quos superiorum jussu ipsa conscripsit, quibus complura de suis singillatim rebus complexa est: ex his mutuabor suo loco quæ ad historiam hanc necessaria fore existimem. Inter alia scriptum quoddam i exstat quo vitam scribentis contineri volunt, quod sæpius ipse adhibebo, quamquam suam in eo vitam sancta Mater non descripsit, sed ea dumtaxat quæ præpositorum imperio scriptis mandare jussa fuit, ipsum nimirum iter per quod eam Altissimus in rebus spiritualibus deduxit, necnon permulta quæ ab eodem est dona, ad usque erectionem monasterii Abulensis quod a S. Josepho cognominatur et omnium fuit primum, consecuta. Suas autem hic ipsa virtutes minime refert nec ingentia quæ Deo præstitit obsequia, sed ea solum quæ a liberali supremi largitoris manu ad annum usque sæculi currentis alterum et sexagesimum dona accepit: ea enim tenuis historica libelli illius narratio tantum extenditur; ipsa vero dein viginti amplius annis supervixit.

litteris man-
dare decrevit.

C 11 Hoc porro nos volumine complectemur universa cunctorumque monasteriorum illius foundationes, ut plena ac perfecta omnibus suis sit numeris historia; et in lucem ac publicum proferemus quæ ipsa adeo studiose suppressere semper elaboravit. Illius hic vivam, quoad poterimus, effingemus imaginem, eam coloribus veris atque illustribus quibus enituit virtutibus depingendo: quam deinde etiam expolimus, illustre ac pretiosum omniem, quæ tum vivens tum post mortem operata est et etiamnum sæpenumero operatur, prodigiorum, quibus opus suum summus artifex perficere voluit et quibus imago hæc futura est et perfectior et longe spectabilior, decus addendo ac lumina. Idque ad Redemptoris nostri Jesu Christi, qui tot ancillam suam virtutibus heroicis condecorare est dignatus ac fœmineo in pectore viriles et masculos animos inferre, gloriam, necnon ad gloriosissimæ Dei parentis Mariæ honorem, quam Teresia ut matrem nunquam non est venerata, utpote ejus cultui mirum in modum devota, cujusque ipsa Ordinem ac familiam restituit; deinde ad gloriosi Josephi, quem ut patrem est reverita, cujusque ope et intercessionem tot tantaque a Domino munera obtinuit, exaltationem; tum vero in sanctæ hujus Matris laudem, ut nimirum nomen illius ubique locorum innot-

seat et celebretur, neu tempus rerum omnium edax illustrium operum ejus destruat memoriam; quin etiam ad filiorum ejus ac filiarum spiritualium consolationem, ut cum ipsi tum ipsorum posteris perfectum quod imitentur omnis religionis et sanctitatis exemplar et imaginem habeant; denique ad commune totius Ecclesiæ Christianæ emolumentum, cui hæc adeo illustria virtutum omnium exempla ad imitandum præluceant et magnos dabunt animos. Spiritui ergo divino supplicantes ut propitium nobis auxilii subsidique sui favorem aspirare dignetur, jam portu solvemus et magna cum fiducia ventis vela laxabimus, in nomine Patris et Filii et ejusdem Spiritus Sancti. Amen.

AUCTORE
RIBERA
D)

ANNOTATA.

a *Itinerarium S. Petri a S. Clemente conscriptum non exstat. Libri vero Recognitionum, e doctorum sententia, S. Clementem auctorem non habuerunt. Vide de his tom. V Junii, ad diem XXIX (pag. 398).*

b *Bollandus ad diem XVII Januarii hanc S. Antonii Vitam contra novatorum quorundam scrupulos (ut ait Papebrochius ad diem II Maji, p. 245) S. Athanasio vindicat.*

c *De S. Dorothei scriptis agitur ad diem V Junii (pag. 436); ubi Synopsis de Prophetis, Apostolis et Discipulis Christi, fabulis referta, atque a Baronio, Possevino, Bellarmino, Raynaudo, Labbeo aliisque nigro obelo notata, ei Sancto abjudicatur.*

d *Liber de Vita Prophetarum, ait Papebrochius in synopsi marginali ad diem XII Maji (pag. 49), licet non demonstratur certo suppositus esse, malim tamen non recipiatur, ut non satis dignus S. Epiphania et ex Rabbinicis figmentis consutus, sicut etiam is qui S. Dorotheo fuit latine suppositus.*

e *Lectura digna sunt quæ de Theodoretii Historia religiosa, quæ Philotheus inscribitur, annotavit Garnerius capite V Dissertationis de libris Theodoretii, editioni Operum ejus adjectæ.*

f *Disquiratur ad diem XXV Julii (pag. 83 et seq.) et tomo VI Septembris in Dissert. de Fratribus Domini (pag. XXI) utrum de Sanctis opusculum id attribuendum sit S. Isidoro Hispalensi necne. Affirmantem sententiam, in quam nostri Decessores saltem propendisse videntur, multis rationibus propugnat Nicolaus Antonius in Biblioth. Hisp. veteri (t. V, c. IV, n. 114 et seq.), et in nova hujus Bibliothecæ editione plura in eadem sententiam argumenta affert Franciscus Perez Bayer.*

g *P. Fredericus in Proæmio ad Vitam S. Teresiæ (pag. XV) memorat quatuor inclytos viros qui animo conceperunt vel tentarunt, sed non absolverunt, scriptorem illius Vitæ. 1º Dominicus Banez Ord. Præd., professor theologiæ in universitate Salmanticensi et confessorius S. Matris, ab hujus morte chartæ mandare cepit spiritualia illius dona, quorum fuerat testis oculatus: at quominus pergeret, impeditus fuit gravissimis a se agendis negotiis. 2º Suasu imperatricis Mariæ Austriacæ, sororis Philippi II, lubens ad idem opus se accinxit P. Ludovicus de Leon Ord. S. Aug., mihi lector Sanctæ Scripturæ: sed vix quinque vel sex pagellas complerat, ut vita cessit (Yepes, Introd. § IV). 3º Julianus de Avila, sacerdos sæcularis et comes itinerum S. Teresiæ, longius rem promovit, testante doctore Vaquero in Vita Mariæ Vela: « Scripsit » Julianus historiam vitæ et foundationum Sanctæ; » in qua ego aliquantisper eum juvi. Mihi legavit » hæc sua scripta, quæ ego maximi facio. Ex eo » protographo apographum Romam missum est. » 4º Legere est in Vita Benedicti Buonmatti, composita ab abbate J. B. Casotti, præclarum hunc italicæ linguæ cultorem orsum fuisse scriptionem Vitæ Teresiæ et eam feliciter perduxisse ad foundationem usque Toletanam. Verisimile est a Ribera in-*

E

F

AUCTORE
RIBBIA.

nui duos priores, nisi fors P. Didacus Yepes inter
binos illos fuerit.

A h De his quæ sequuntur, plura vide in *Commen-
tario prævio* § 1, num. 3.

i Vide de hoc scripto § LXXVI *Commentarii*
prævi.

CAPUT I.

*De visionibus ac revelationi-
bus quæ multis Sanctis
aliisque Dei servis conti-
gerunt.*

CAP. I.
Visiones ac
revelationes

Antequam narrationis seriem aggrediar, non
mihi abs re alienum, imo pernecessarium videtur,
hoc loco præmittere quod tum iis quæ post dicenda
sunt miram lucem afferet, tum vero magno me
post suis locis labore levabit. a. Narrandæ mihi
hinc inde variæ sunt visiones et revelationes Matri
Teresiæ factæ, non quidem omnes quas aut illa
habuit aut ipse novi, sed eæ solum quæ rei quam
prosequor magis quadrare videbuntur; nam præ-
terquam quod optime cum ipsa coincident, salu-
tarem ac perutilem doctrinam continent et lecto-
rem imprimis ædificabunt. Atque ut revelationes
SS. Brigittæ, Gertrudis, Catharinæ Senensis, An-
gelæ de Fulgino aliarumque innumerarum maximo
lectores suos et fructu beant et exemplo juvant,
sic quæ Matri Teresiæ contigerunt atque a supe-
riorum Sanctarum apparitionibus ac visis nequa-
quam discrepant (ab uno enim eodemque omnes
venerunt spiritu), eodem dubio procul gignent
effectus. Quoniam autem minime defuturos arbi-
tror qui narrandis fidem abrogaturi sint, vel quod
rerum prope rudes sunt et ne fando legendove
quidem ea audire quæ in omnibus Sanctorum
vitis passim obvia sunt, vel quod quam familia-
riter suos dilectos suavis ille animarum Sponsus
habeat, numquam experti sunt, siquidem, ut probe
Magnus monet Gregorius, « carnales quique, quia
» illa invisibilia scire non valent per experimen-
» tum, dubitant utrumne sit quod corporalibus
» oculis non vident » (Dial. l. iv, c. 1); consultum
fuerit illo in quo versantur errore, jam inde ab
initio eos educere, et ad ea quæ post dicenda sunt
iter illis complanare, ut sine omni prorsus metu ne
a quoquam narratio in deteriorem partem acci-
piatur, historiam meam et exordiar et prosequar,
et eam ipsi sine omni prorsus remora aut scrupulo
ad calcem usque decurrant.

multis conti-
gius Dei ser-
vis.

2 Futuri sunt alii qui doctiorum litteris imbu-
torum ac spiritualia sectantium esse credent nul-
lam penitus revelationi cuiusquam fidem adhi-
bere velle, at eas quotquot sunt explodere, et illi
quo eæ enarrantur, libro auctoritatem derogare.
« Non credent forsitan (inquit Gerson, de Distin-
» ctione verarum visionum, Signo v, circa me-
» dium) mundani sapientes talem fieri illumina-
» tionem; quoniam verissime pronuntiatum est
» ad Deum per Prophetas: Illuminans tu mira-
» biliter a montibus æternis; turbati sunt omnes
» insipientes corde: qui non sapiunt videlicet quæ
» cordis sunt et spiritus, qui nec secum habitant
» in corde suo, sed foris in plateis vanitatum. »
Doctissimus juxta ac spiritus magister versatissimus
abbas Ludovicus Blosius tractatum evulgavit, cui
Mouile spirituale nomen indidit, divinis revelatio-
nibus tamquam præclaris quibusdam gemmis ex-
ornatum, cujus in exordio sic præfatur: « Præ-

» monendus lector est, ne perversum quorundam D
» hominum iudicium sequatur, qui revelationes
» ac visiones divinas cœu vanissima somnia con-
» temnendo se parum spirituales et humiles esse
» ostendunt: neque enim parvi pendendæ sunt
» revelationes divinitus exhibitæ, quibus Ecclesia
» Dei mirifice illuminatur. . . Dominus semper
» potuit semperque poterit operari quod vult in
» mundis animabus electorum suorum. » Plura
hac de re habere qui volet, apologeticam Joannis
Lauspergii Carthusiani consulat epistolam, quam
S. Gertrudis Revelationibus præfixit. Utrosque au-
tem rogatos velim ut quæ hic scripturus sum, omni
sinistro affectu exuto legant, nec ante de iis judi-
cium sententiamque ferant quam omnia ad cal-
cem usque perlegerint, seque a veritate non invitos
nec rationi obliuctantes duci sinant, eique indivulse
adhærendo faveant.

3 Primo enim, si mature rem perpendere vo-
luerint, a Scripturis tam divinis quam humanis se
redargui convincique comperient. Porro de Sacra-
rum Litterarum scriptoribus jam non necesse loqui:
fide namque magistra edocti sumus has esse verba
divinitus ipsis inspirata, et Deo inspirante, quidquid
scripserunt, eos didicisse. Moysen sæpius Deus est E
allocutus; quin etiam plura illi revelavit quam is
scripto commisit, cum de se ipse testatum reli-
querit: « Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad
» faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum »
(Exod. xxxiii, 11). Unde et Maria soror ejus
et Aaron frater invidiose de ipso jactant: « Num
» per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne
» et nobis similiter est locutus? » (Numer. xii, 2).
Adhæc, si suas dicat Deus « delicias esse cum filiis
hominum », quomodo non loquitur iis quibuscum
adeo sibi volupe est conversari? Idem ipse Salo-
mon, cujus ore superiora verba locutus est, alio
quodam loco scribit: « Cum simplicibus sermo-
» cinatio ejus » (Prov. iii, 32), id est, cum sinceris,
neminem decipientibus, nemini malum irroganti-
bus. Hoc ipsum porro jam inde a mundi exordio
declaravit, multoties cum Adamo, Eva priscisque
illis Patribus loquens, atque imprimis cum familia-
rissimis suis Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Josue, pa-
rentibus Samsonis, Samuele, Jobo ejusque amicis,
Davide, Salomone, cum omnibus denique Prophetis.
Tanta autem Veteris Testamenti tempore Prophe-
tarum erat multitudo, ut etiam ingens illorum F
turba Sauli obviam prodierit, cum cum plausu
exceptura; quibuscum ille divina oracula effundere
cœpit, occasionemque vulgari illi adagio dedit:
« Num et Saul inter Prophetas? » (1 Reg. x, 11).
Multa de hac re in libris Regum et Paralipomenon
legere est. Ipsius etiam Moysis tempore palam dixit
Deus: « Si quis fuerit inter vos Propheta Domini,
» in visione apparebo ei, vel per somnium loquar
» ad illum » (Numer. xii, 6).

non solum in
Veteri Testa-
mento

4 Quid deinde de Legis Evangelicæ dicam tem-
pore, de qua jam olim Joel prædixit: « Et erit post-
» hæc: Effundam spiritum meum super omnem car-
» nem: et prophetabunt filii vestri et filiae vestræ:
» senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri
» visiones videbunt » (Joel. ii, 28)? In illa siquidem
sponsus Deiparæ Josephus a Deo revelationes ac-
cepit et monita; nec non Ananias, a quo ipse gen-
tium Doctor sacro Fonte est ablatus; tum quoque,
ut etiam post, idem ipse Doctor tot tamque su-
blimes revelationes habuit, ut illi Angelus Satanae,
a quo colaphizaretur, ne magnitudine forte ipsa-
rum extolleretur, dandus fuerit, ut de se ipse scri-
ptum reliquit; Apostolus quoque Petrus, ceterique
cum eo Apostoli, Cornelius Centurio, etiam ante-
quam

et novo aposto-
lico,

A quam Christo nomen per salutare lavacrum dedisset, Stephanus item Protomartyr, Agabus Propheta, nec non Philippi diaconi filia, aliique eo tempore permulti, uti primam ad Corinthios Epistolam legenti non obscure patebit. Dei denique cum amicis suis familiaris communicatio et congressio adeo semper nota inter homines fuit, ut et ipse Homerus viris præstantibus atque heroibus aliquem prope semper Deum, qui illis adhæreat ac cum ipsis loquatur, affingat: hinc Ulyssi et Telemacho Minervam præsidem ac tutricem nec non Tydeo filioque ejusdem Diomedæ assignat: quod ipsum et in Æneide sua Latinorum Homerus imitatur Virgilius. Dicturos forsitan olim quidem crebras hujusmodi Dei visiones et familiaritates fuisse, at longe secus hodie se rem habere, equidem percontabor, num, quod e Salomonis Proverbiis jam ante produximus, Dei nimirum esse delicias cum mortalibus familiariter agere et cum simplicibus illum sermocinari, ad solos ejus ætatis homines dictum censeant, an vero in nostri sæculi mortales etiam quadret? Cum autem Dei dextra minime abbreviata sit, sed tam hoc quam superioribus sæculis, ad insignes amicos sanctosque sibi comparandos, æque late pateat, cur misericordiam et charitatem ejus erga ipsos ita restrictam coarctatamque censebimus, ut nec cum iis, uti cum priscis amicis, tractando familiaris loquatur, nec solita eos benevolentia complectatur? Quæ porro major potiorque hujus obijciendi ratio sit nostri sæculi hominibus quam fuisset iis qui idem abhinc trecentis aut quadringentis, quin imo a centum tantum annis objectassent? Quanto vero, si qui id tum dicitassent, pudore hodie suffunderentur, videntes tot, medio illo temporis intervallo, toto orbe Christiano passim Sanctos exstitisse, quibus tam præclara tamque varia a Domino legimus interea fuisse revelata?

sed secutus
etiam tempo-
ribus.

5 Et sane hoc ipso quo vivimus sæculo, quot vixisse sanctos utriusque sexus homines constat quibus se mira quadam Deus ratione communicavit? Sane Magister ac Dominus Joannes Avila, eximius ille Dei servus, de id genus arcanis loquens, quæ e plurimis ipse quibuscum tractabat, noverat, hoc ipso Deum tempore cum creaturis suis adeo miranda quædam aiebat agere, ut, si evulgerentur in publicum, fidem vix invenirent. Constat autem cum amicis suis Deum peramice versari, et, quamquam valde apparet absconditus iis quibus non videtur, se tamen clare spectandum illis exhibere qui suum illi sincere cor offerunt, magnaque illis arcana solere communicare. Quamobrem cui hujusmodi negatur prerogativa, Deo idipsum non adscribat, neu persuasum habeat posse nemini eam concedi, quia sibi forte non datur; cum id nullo non tempore datum sit, et etiamnum quotidie permultis concedatur: quin sibi ipsi id potius imputet, si, secum ut Deus loquatur, se non disponat. Monentem ergo audiat Richardum de S. Victore scriptorem et gravem et veterem: « Quamdiu » (inquit) gratiæ hujus excessus in nobismet ipsis » minime sentimus, quid aliud de nobis sentire » debemus nisi quod minus diligimus? Si enim, » quisquis es, plene perfecteque diligeres, forte » dilectionis tue nimietas æstuantisque deside- » riî anxietas in ejusmodi te abriperet exces- » sum. Item, si divina dilectione plene dignus » exstitisses, si tantæ dignationi te idoneum » exhibuisses, forte tanta luminis sui claritate » intelligentiæ tue oculos inundaret, tanta dul- » cedinis suæ suavitæ cordis tui desiderium » inebriaret, ut teipsum super teipsum raperet

» et per mentis excessum in superna elevarer » (de Arca mystica, lib. v, cap. v). Atque huc etiam eodem in libro paulo post (ibid. cap. viii), refert quod de Abrahamo in Genesi memoratur, trium Angelorum sibi apparentium in occursum properante: quod cum in ipso fervore diei factum Scriptura testetur (Gen. xviii, 1), per hunc ipse fervorem divini vult amoris ardorem representari, ac tum potissimum sancto huic Patriarchæ eximiam hanc visionem obtigisse, dum veri summique boni amore ac desiderio cor illius interne vehementer æstuebat: qua forte dignus redditus non esset, si suo in tabernaculo rerum terrenarum occupatione distortus hæsisset.

6 Quis vero non videt equod sit orationi rerumque divinarum contemplationi addictorum et ab eadem alienorum discrimen? Quotnam in oratione Deus veritates revelat, quantum inter meditandum luminis instillat, quantum cautelæ ad nusquam impingendum suppeditat! Qui autem orandi precandique studio non vacant, vix quidquam horum experiuntur. Dein, quod inter hos est discrimen, idem, quin etiam majus, reperire est inter eos qui, præterquam quod precationis studiosi sunt, vitam honestam probamque, sed nonnisi juxta vulgarem hominum consuetudinem ducunt, et illos qui magno animi robore rebelles affectuum passiones edomant, nullum cum rebus creatis habent commercium, soli Deo corde colligati et uniti sunt, atque præ omnibus et desiderant et amant, ipsum solum qui, quo se hi a rebus creatis magis alienant, eo se illis communicat amicus, aperit planius; quin fieri potest tam illos Deo fideliter famulari ut adeo se vicissim illis familiarem exhibeat, ut non raro cum iis blandos, amicorum se mutuo alloquentium ritu, sermones misceat, sicut cum Moyse fecisse constat: adeo ut, si consideremus quanta sit Dei cum hisce familiaritas, ea quam cum communem vitam agentibus aliquando habet (uti dixi), nulla prorsus et vix ullius meriti ac numeri esse videatur. Quare, secundum S. Bonaventuram, « hanc » visionem nullus habet, nisi sit vir desideriorum; » nec potest habere nisi per magnum desiderium. » Unde ait Propheta: Gustate et videte quoniam » suavis est Dominus (Ps. xxxiii, 9). Primo dicit: » Gustate »; gustus enim suavis non est, nisi » præcedat appetitus gustabilis ad gustabile susci- » piendum » (Illuminat. Eccl., Sermo xx). Varii autem Deo sunt loquendi modi, prout singulos quibuscum agere vult, dispositos videt. De qua re late tractant Didymus (lib. ii de S. Spiritu) et S. Augustinus (lib. xvi de Civ. Dei, cap. vi), latius vero et pereleganter S. Gregorius (lib. xxviii Moralium, sub initium). Tametsi non ignorem Deum non omnes amicos suos per hancce viam deducere, ea tamen multos omni ætate deduxit hodieque deducit. Quod qui plenius et apertius videre voluerit, S. Bonaventuræ tractatum quem de septem Contemplationis gradibus conscripsit, et Richardi a S. Victore Arcam Mysticam, aliosque id genus libros permultos a rerum spiritualium magistris compositos consulat; qui frustra editi libri fuissent, si non iis exstitissent temporibus plurimi quos similibus prerogativis beasset Deus. Quapropter credere olim quidem amicis suis loqui Deum consuevisse, hodie vero conticescere, et priscis quidem temporibus ac majorum ætate permultas plurimis revelationes ab eodem factas, sed eas modo penitus desisse, non id quidem in homines judicio sapientiaque præditos, sed in prorsus ignaros rerumque aut lectarum aut visarum pene expertes arbitror posse cadere.

negari non
potest.

E

F

AUCTORE
RIBERA.
Afferuntur
nonnulla

7 Hanc ob causam minime rationi dissentaneum fore existimo, omnibus, tam quibus hic error jam insedit quam quos is occupare deinceps posset, eum penitus eximere, quam potero brevissime ostendendo, non Apostolorum solummodo aetate, sed etiam postea ad nostra usque tempora revelationes has in Ecclesia fieri solitas et quantam eis auctoritatem fidemque adjunxerint qui iisdem florere doctores et Sancti. Dionysius Areopagita *b*, Apostoli Pauli discipulus, non minus vitae sanetitate quam scientia apud veteres notissimus, Demophilo (epistola viii) narrat, se, dum in Cretam trajecisset, Carpi viri sanctissimi domo exceptum fuisse; quem adeo divinae aut Majestati exstitisse familiarem ut non ante ad Sacra celebranda Mystera accederet quam propitium ei aliquod a Deo visum obtigisset. Refert deinde Dionysius harum visionum unam, tunc temporis ipsius Carpi ore exceptam, longam illam quidem et admirabilem, in omnibus tamen iis quas in sequentibus ipsi recensebimus, similem. Vidit is namque caelum apertum atque in eodem Redemptorem Jesum Christum multis Angelorum millibus stipatum: inferne patentem tartarum, ac duos in eundem prope praecipitantes, quorum crura immanes circumplectebantur angues, ut stare nescii in patulam voraginem ruerent; exinde ad eosdem descendentes cum Angelis Redemptorem Christum, manibusque illorum apprehensis, discrimine eos educere satagentem; ac dein ad Carpum iis ipsis indignantem, conversum dixisse: « In » me saevi, si videatur, Carpe; paratus enim sum » mortem denuo, humani generis redimendi causa, » subire. » Si de quoquam hoc tempore viventi idipsum referremus, quam multis, licet doctrina et spiritualium rerum scientia eximiis, id in risum ac fabulam verteretur? Cum tamen S. Dionysii, viri et litterarum et spiritualis scientiae cognitione clarioris, tempore res evenerit, illam ipse ut inauditam non rejecit neu ut nugacem explosit, quin potius narrationem hoc epiphonemate concludit: « Haec » ipse audiui, et vera esse mihi persuadeo. » Tertullianus, auctor vetus, utpote Apostolorum aetatem proxime secutus, scripsit in haec verba: « Nam quia » spiritualia charismata agnoscimus, post Joannem » quoque prophetiam meruimus et consequi. Est » hodie soror apud nos revelationum charismata » sortita, quas in ecclesia inter Dominica solemnia » per ecstasin in spiritu patitur: conversatur cum » Angelis, aliquando etiam cum Domino. Et videt » et audit sacramenta, et quorundam corda di- » gnoscit, et medicinas desiderantibus submittit. » Jam vero, prout Scripturae leguntur, aut Psalmi » canuntur, aut allocutiones proferuntur, aut pe- » titiones delegantur, ita inde materiae visionibus » subministrantur. Forte nescio quid de anima » disserueramus, cum ea soror in spiritu esset. » Post transacta solemnia dimissa plebe, quo usu » solet nobis renuntiare quae viderit, » etc., (lib. de Anima, cap. ix).

8 Quod Graeci ecstasin, Latini raptum dicimus: cui vero similia contingunt, hunc raptum dicimus vel extra spiritum raptum esse. Placet autem magis propriis terminis modisque loquendi uti quam alienis, ne cui forte ii novi aut peregrini videantur. Paulus, primus eremi cultor, postquam multas easque admirabiles revelationes caelitus habuisset, quas per tot quibus in spelunca ignotus delituit annos factas illi indubitatum est, tandem Deo revelante didicit S. Antonium eodem quo ipse in deserto solitariam vitam agere, et hujus se conspectu, priusquam de vita migraret, recreandum. Unde et Antonius alio in loco Deum vicissim monentem

audiri, Paulum ut adiret. Ergo alter in alterius D conspectum cum venisset, suis invicem compellarunt nominibus, cum ea tamen ante ignorarent. Suae mortis eum certiore reddidit Paulus, et acceptum olim a S. Athanasio corpusculo involvendo pallium ab ipso postulavit: ad quem reversus Antonius, animam illius multis Angelorum, Patriarcharum et Apostolorum agminibus stipatam in caelum subvehi conspexit. Nec vero solas has, sed et alias multas praestantes S. Antonio revelationes contigisse ex S. Athanasio, Palladio aliisque qui de ipso scripsere, discimus. Etsi vero nihil harum a quoquam proditum esset, sufficientis testimonii loco foret quod apud Cassianum in Collationibus his verbis refert abbas Isaac: « Et ut orationis verae percipiat effectum, non meam vobis, » sed B. Antonii sententiam proferam: quem ita » nonnumquam in oratione novimus perstitisse, ut, » in excessu mentis ipso frequenter orante, cum » solis ortus coepisset infundi, audierimus eum in » fervore spiritus proclamantem: Quid me impedis » sol, qui ad hoc jam oriris ut me ab hujus veri » luminis abstrahas claritate? Cujus etiam haec » quoque est super orationis fine coelestis et plus- » quam humana sententia: Non est, inquit, E » perfecta oratio, in qua se monachus, vel hoc » ipsum quod orat, intelligit, etc. » (Collat. ix, cap. xxxi). Quam is extra potestatem sensuum erat, qui hoc ritu precabatur? Quis deinde referat monachorum illorum in Aegypti, Palaestinae aliisque solitudinibus agentium ecstases, qui nimirum cum Angelis familiariter tractabant, et videbant abscondita ab hominibus saecularibus, dum tamen (quam multas referat Cassianus Collat. xix, cap. iv) illae pars minima sint quae ad hominum notitiam pervenerunt? Hoc nobis sufficiat, quod, illo testante, septem secum panimaciorum paria in sporta, juxta septem dierum hebdomadis numerum assumerent, ut hoc indicio, si forte sui ipsorum obliti essent, admonerentur, quando expletus jam hebdomadis esset cursus, quo ad Sacra solemnia Dominicis diebus solita celebrari convenirent: alias enim per crebros illos excessus, raptus et mentis alienationes fiebat ut ignorarent num de pane gustassent necne, neu quot in oratione versati essent dies. Eodem de se abbas Joannes loco testatur: « Pio Domini nostri munere memini me in hujus- » modi raptum frequenter excessisse, ut obli- » scerer me sarcina corporeae fragilitatis indutum, F » mentemque meam ita omnes exteriores sensus » subito respuisse, et a cunctis materialibus rebus » omnimodis exulasse, ut neque oculi neque aures » meae proprio fungerentur officio; et ita divinis » meditationibus ac spiritualibus theoriis animus » replebatur, ut saepe ad vesperam cibum me per- » cepisse nescirem, ac sequente die de hesternae » solutione jejunii penitus dubitarem, etc. »

9 Tam ii quos memoravimus quam plures alii quos suo adferemus loco, viri erant; ne solis id feminis datum a Deo ter Maximo donum quis opinetur. Quam saepe id quod tractamus, S. Martino Turonensi concessum sit, pro dignitate ac sufficienter nemo explicet, quum singulari cura tales ipse gratias celarit ac studiose suppresserit. Ex iis tamen quae de ipso notavit Severus Sulpicius, harum nonnullae erui possunt. Refert is in Vita ejus, cap. ii, illi etiamnum catechumeno ac nondum Ecclesiae inserto de nocte visum esse Salvatorem Christum, media illa tectum chlamyde quam egeno propter se Martinus erat pridie elargitus, atque adstantibus Angelis Christum dixisse: « Martinus hac me veste contextit. » Aliam factam illi visionem eodem

cum ex anti-
quioribus

A libro prodit capite viii. Capite autem xxiv indubitatum ait esse multos saepenumero Martino apparuisse Angelos et cum eo locutos. Non raro etiam cacodæmonia et quidem variis in figuris vidit (Epist. ad Bassulam). Cum Valentinianus imperator Martinum regia arceret, apparuit pio viro Angelus, et quid futurum esset, prænuntiavit. Alio quoque loco (Dialogo ii) profitetur multoties ad eundem præsulcm descendisse Angelos : alias quoque SS. Agnetem, Theclam ac Deiparam auditas revera cum ipso colloqui : cæterum id sibi frequens esse, ipsum Martinum referre solitum, ac gloriosos Apostolorum Principes Petrum ac Paulum crebro sibi visibiles adesse. Dialogo tertio de alio meminit Angelo cum viro sanctissimo clara voce loquente, et alio qui ad eum consolandum cælo erat dilapsus. Ipsemet qui hæc scripsit Sulpicius duas sibi obtigisse narrat visiones : prima apparuisse sibi a morte Martinum specie conspicuum ac venerabilem, manu librum quo Sulpicius vitam illius complexus erat, gestantem, sacraque cum benedictione signantem; alia conspexit Clarum, ejusdem Martini discipulum, in cælum ab Angelis subvehi (Epist. ad Aurelium). Neque enim novum vel insolens est suas ab ipsismet Sanctis aut narrari aut conscribi revelationes, Deo sic ad nominis sui gloriam disponente : has enim ipsi si tacerent, ecquæ earum noscendarum esset ratio?

plurium San-
ctorum

d

C

f

10 His affinia, magna tamen et præclara in vita S. Nicolai commemorat Simeon Metaphrastes. S. Methodius Martyr et Patavensis antistes non plurimas modo accepit revelationes, sed eas ipse etiam scripto ad posteritatem transmisit, atque etiamnum in manibus versantur. Cum S. Ambrosius divini verbi sementem spargeret, quidam adstantem ei conspexit Angelum, auribus inserentem quæ in populum effunderet. Ab illo conspecti quoque sunt Gervasius et Protasius Martyres, atque ei, quo sui reconditi essent cineres loco, revelarunt : nec non deinde SS. Vitalis et Agricola, ac tandem Nazarius et Celsus, iidem Martyres. Qua ipse e vita migraturus esset dies divinitus illi etiam innotuit, et quis sibi in Ecclesiæ gubernatione dandus esset successor : atque utrumque ipse suis enuntiavit. Supremo in morbo ab illo ei Sacra Mysteria sacerdote data sunt, quem ad pium hoc officium peragendum divina bonitas per visum exciverat. S. Joanni Chrysostomo pie credimus multa ab Apostolo Paulo in revelatione dictata, quæ aut in scripta referret aut ad populum pro concione proferret. Is ipse, referente Nicephoro (Hist. Eccl. lib. v, cap. ii), cum ad sacros esset assumendus Ordines, candida illi advolare est conspecta columba, capitique initiandi insidere. Paucis antequam vita defungeretur diebus, cum insomnem precando noctem ageret, adstantes sibi vidit Petrum et Joannem Apostolos, qui familiariter cum ipso sermonem miscerent, et propediem corporis illum ergastulis solvendum, et ad quam esset apud cœlestes gloriam evehendus, prænuntiaverunt : quo dicto, cœleste quoddam cibi genus illi porrexere. Ejus autem diei quo ex hac vita excessit, nocte prævia apparens illi S. Basiliscus Martyr, postera eum decessurum loco et in ea cui præfuerat ecclesia humandum prædixit. S. Hieronymus etiamnum adolescens in spiritu rapi se coram Christo iudice et Angelis vidit, ab iisque acriter vapulare, quod plus æquo profanis gentiliis scriptis lectitandis incumberet. Quas autem illi jam canescenti et ad præsepium Bethlemiticum commoranti visiones obtigisse credendum est, cum juvenem adhuc, in deserta solitudine agentem, medios inter Angelorum choros

se versari saepenumero crederet? Idem (ut quidem a pluribus advocatur g, vel, quod mihi videtur potius, Sophronius, ejusdem Hieronymi collega) sermone de Assumptione insignem miramque S. Paulæ oblatam visionem recenset; nec ea vel prima vel postrema foret, nisi eas Hieronymus omnes silentio involvisset.

11 Eadem tempestate vivebat sanctus ille anachoreta Joannes, cum ob divinas quibus illustrabatur revelationes, tum ob spiritum quo donatus erat prophetia, notissimus : quem, ut testatur S. Augustinus (lib. de cura pro mortuis, cap. xvii), de futuro belli civilis eventu imperator Theodosius Magnus supplex consuluit. Hujus quoque meminit in Historia sua ecclesiastica Nicephorus (lib. xi, cap. xxxiv), nec non et aliorum per Orientem monachorum, uti Beni, Theonæ, Eulogii, Marci (cap. xxxv), Sacram Eucharistiam nonnisi ex Angelorum manibus accipientis, Silvani (cap. xxxix), cui famulorum ritu ministrabant Angeli, Viti (cap. xl), qui priusquam corporeis imperatorem Constantinum coram spectaret oculis, saepius eum spiritus luminibus in visione conspexerat. Plura nosse qui volet, historias adeat, Lausiacam Palladii, et Theodoretæ Religiosam. Ad S. Benedictum veniamus, de quo nihil dicere est necesse, cum toto secundo Dialogorum libro Gregorius tot et tam illustres illius visiones referat, aliisque eorundem Dialogorum libris alias aliorum tum quidem in Italia, tam virorum quam fœminarum, florentium sanctitate, quas omnes ipse et credit et confirmat et approbat. Illas autem S. Gregorii aliorumque ejusdem monachorum, libris quatuor de Vita ejus complexus est Joannes Diaconus. Finem nunquam facerem, si omnes quas plurimi sanctissimæ illius familiæ monachi ac monachæ divinitus habuere in spiritu apparitiones et incognitas inquirere et inquisitas recensere velim. Producam tamen nonnullas, atque illis potissimum factas viris quorum sunt a Ven. Beda (in Vita Sanctorum passim) conscripta elogia, cum quod aliquot illorum familiariter ipse noverit et sæpe sit cum iis locutus, tum quod tantam iis adjungat fidem et maximi ponderis ipsius sit auctoritas, propterea denique quod sanctorum illorum gesta vitæque non adeo passim omnibus innotuerint.

12 Sanctus Cuthbertus episcopus Angeli ope sanitatem est consecutus, et aliorum sæpe operam et opem variis in concertationibus expertus. Nocte etiam quadam ab innumeris Angelorum turbis ingenti lumine coruscantibus animam S. Ardani episcopi in cœlestem vidit requiem deportari; uti et post Hadwaldi pastoris animam. Multa illi summis de rebus post eventuris, quas multis capitibus complectitur Beda, miro quodam sunt revelationis genere cœlitus detecta. Eodem prope tempore Boisilus multa per visionem divinitus didicit. Felix presbyter Nolanus (cujus vitam primo Paulinus, civitatis ejusdem episcopus, stricta, post Beda soluta est oratione complexus) in spiritu carcere quo tenebatur egressus est. Maximumque episcopum suum, cui illius etiam erat adventus a Deo declaratus, adiit, et toto illo quo delituit semestri sæpe et ab Angelis et ab Angelorum fuit Domino frequentatus. S. Columbanus abbatis mater, cum cum utero gestaret, splendidum sibi visa est videre ventre suo solem egredi, qui Columbanum ipsum designabat; cui in deserto agenti abbas quidam de cœlo commonefactus cibum misit, uti et duo post episcopi piaque quadam matrona, divinitus item moniti. Ipse quoque Columbanus Deo insinuante cognovit cibum sibi ab illo, tametsi longius distaret, mittendum.

AUCTORE
HIBERA

A

Hac etiam ipse ratione suorum ægritudines fratrum absens perspectas habuit, ac multa alia, quæ eventura longe ante prædixit. Ab Angelo in somnis præmonitus fuit ne in Sclavoniam, quo properabat, concederet: in somnis itidem de bello Theodorico inter et Theodebertum reges suscitato, deque ejusdem successu factus est. Deo revelante certior. Columbano superioris Columbanus discipulo morti proximo conspectus fuit ipse Redemptor Jesus, a quo narrante didicit quibus vitam illius prorogari votis magister in cælo a se contenderet. Attalæ, cœnobii in quo Beda monasticam profitebatur, abbati, mortis fuit dies prænuntiatus; et is ipse, priusquam animam ederet, multarum horarum spatio cælos apertos spectavit.

insignem
sanctitate

13 S. Patricius, Hibernorum et Apostolus et episcopus primus, etiam juvenis et compedibus vinctus, secundo Dei voce excitus, in patriam se conferre solum jussus est. Significavit illi exinde peramice quanta ob divinum esset nomen præstiturus obsequia, quæque passurus adversa. Multa illi in spiritu in patria revelata sunt a Patre luminum: unde ad nulla se conferebat loca nisi Angeli ad ipsum cælo descendentes suasu et consilio, atque id prope semper. Vidit is in mentis excessu absentem se a pueris materno in utero reclusis in Hiberniam evocari, ac rogari ut properaret, quo illius opera salutis redderentur consortes. Cum vero nec Angeli suasu iter hoc vellet ingredi, ipsemet Salvator Jesus apparens, in viam ut se daret, imperavit, ac mira illi ultro est pollicitus. Multa eaque gravia vaticinando sæpe suis prædixit: occultas regis Hibernorum aliorumque cogitationes perspexit. Quot hebdomadis Angelus cum compellabat; adeoque hæ frequentes illi revelationes erant ut fidem pene exsuperet narratio. Vidit inter alia cælos apertos, et ipsum Dei Filium majestate magna consistentem multisque Angelorum millibus circumdatum. Quadraginta ipsis diebus in montis cujusdam vertice commorabatur, continenter orationi intentus; quo tempore plures et stupendas revelationes habuit. Angelicæ porro aliaque visiones perfrequentes ei fuere; quæ quia numero plurimæ sunt, hic tacitus præteribo: unum hoc dixero, apparuisse illi, non secus atque olim Hebræorum ductori Moysi, Angelum in rubo ardenti, quem tamen flamma non adureret; nec non nocte a mortis ejus die proxima Angelos illi funebres exequiarum ritus suavissimo vocum concentu persolvere, et Angelum omnibus qui ad exequias illius undique confluerant, clara esse voce locutum.

virore

14 Eustasius abbas, S. Columbanus discipulus, cælo monente didicit fore ut adversarius ipsius anno evoluto ex hac vita tolleretur; rursus, priusquam ex hoc mundo migraret, alia illi facta revelatio. Bertulphus abbas ex ægritudine decumbens accedentem ad se conspexit Petrum Apostolum, et repente sospitatem est consecutus. Agibodus monachus, S. Attalæ discipulus, in raptu mortem sibi imminuentem cognovit, et qua inter cœlites donandus esset gloria. Stephano cuidam S. Arnulphi episcopi ortum ac futuram vitæ sanctimoniam Deus præsignavit: eidem quoque Arnulpho, quæ post eventura erant, patefacta cœlitus sunt; sic et monacho cuidam factum a sancto hoc viro miraculum innouit. In Vita porro abbatis Burgundophoræ cœlestes plane refert visiones, quas nonnullæ de virginibus monasterii illius viderunt. Harum una S. Eustasium abbatem ad se brevi accessurum in spiritu cognovit, ejusque ope et precibus oculorum sibi usum, quo jam dudum carcerat, reddendum. Alia, Sisintrudis nomine, post quadragesimum se

morituram prænovit diem: et ecce, septimo et trigesimo post die duo ad eam delapsi de spiritibus cœlestibus animam illius ad superna gaudia subvexerunt; sed ipsa, ad corpus denuo reversa, visa ex ordine narravit sodalibus, et post triduum se e vita excessuram. Tum vero rursus iidem ad ipsam accesserunt Angeli, animam ad cœlestia deportaturi. Quotquot autem illius præsentibus adfuere exequiis, canentes audierunt Angelorum choros, a quibus carmen suave modulantibus intra æterna tabernacula invecta fuit.

15 Gibitrudis cum pro præpositæ suæ Burgundophoræ sospitate Deo supplicaret, ex eo didicit tam se quam cæteras sanctimoniales ante illam hinc emigraturas: hinc anima ejus Angelorum ministerio extra corpus educta, intra ipsum denuo rediit, et certum decessus sui diem designavit. Erkentrudi de nocte apparens Angelus monuit ut Sacra Eucharistiæ Myseria susciperet. Hæc morti propinqua alterius monachæ arcanum, quod corde premebat, divina revelatione cognovit, ac modulantes coram se Angelos quam frequentissimos audiit. Idipsum harmoniæ angelicæ melos et alii cuidam virgini a Deo submissum testatur, cujus et ad aliorum adstantium aures symphonia accidit. Alia a Deo se cœlis patentibus evocari conspexit, et cum quam mater pro delictis actura post esset poenitentiam prædixisset, venientem ad se Salvatorem tum vidit, cum jamjam in manus ejus suam esset animam consignatura. Domnæ, dum sacrosanctam Eucharistiæ mensam accessisset, in ore igneus quidam est globus a duabus dumtaxat visus puellis, quæ id visi miraculum non nisi in mortis suæ hora evulgarunt; qua veniente, diem hæ integrum suavissime jucundissimoque cantantes, et locum in quo decumbebant, odoris fragrantia replentes, innoxias animulas Creatori suo reddiderunt. Quilinda de excessu suo e vita aliisque rebus post futuris facta certior, Pentateuchum Moysis, sacrum Euangeliorum contextum nec non aliquot e S. Pauli aliorumque Apostolorum Epistolis in mortis hora exacte recitavit, cum tamen nihil horum, dum viveret, memoria teneret: simul etiam omnium qui in eo vixerant monasterio, monialium cælo jam receptas animas ad se descendentes conspexit, quarum in comitatu cælos peteret. Auditus dein, non eo dumtaxat, sed remotis etiam in locis Angelorum concentus. Leudebertam in revelatione monuit Deus ut sacris præsidis suæ consiliis acquiesceret, quod propediem corporeis esset vinculis exsolvenda: migrationis vero cum jam tempus instaret, Principis Apostolorum Petri fuit visione et alloquio recreata. Landeberte jamjam vita egressuræ lectulo splendida quædam nubecula visa est incumbere, et Angeli auditi modulari. De solis cœnobii illius virginibus hæc Beda, de quorum est fide minime ambigendum.

16 Idem quoque Beda in Justini pueri et Martyris Vita, quam carmine descripsit, hunc prophetico donatum spiritu et revelante ait Deo scivisse quo frater esset carcere conclusus, et hunc ante sibi de facie ignotum protinus agnovisse, et multa alia suis eventura temporibus inspirante Dei spiritu prænovisse. S. Malachiæ episcopo (cujus, utpote amicissimi, Vitam S. Bernardus contexuit) revelatum est quo sororis nuper defunctæ res in alio mundo essent loco. Hic Edanum e discipulorum suorum numero in episcopum assumpsit, quod eum in visione vidisset annulum digito præferentem: quare eum ipse ad hanc dignitatem sacravit. Sicarus presbyter, qui et ipse prophetiæ donum acceperat, cum forte per locum in quo Malachias agebat,

ac fœmina-
rum

E

F

a Venerabili
Beda scriptis.

A agebat, transibat, eum, tametsi antea invisum, digito commonstrans omnibus : « En, inquit, sanctus » ille præsul, quem in Hiberniam venturum vobis » prænuntiavi, quique hominum novit cogitata. » Malachiae porro multa, tum sua tum sociorum quibuscum venerat, arcana revelando detexit : prædixit quoque paucos illorum qui aderant, secum unde venerant redituros; nec caruit eventu prædictio. Sanctus hic episcopus, quoddam moliens templum, cujus ædificium plane, prout ipse conceperat, fieri ab operariis non posse videbatur, illius ipse ideam in spiritu vidit et insignem et capacem, et ejus prorsus formæ quali exstrui id ipse cupiebat : quare manus operi admoveri jubet, et secundum impressas in raptu notiones et exemplar sibi cœlitus monstratum structura assurrexit. Alias simile quid illi contigit, in quo non templum solum, sed et monasterium integrum illi per visionem exhibitum fuit; ad cujus formam illa ipse construi jussit. Per confertam quamdam hominum multitudinem dum transiret, adolescentem vidit inter alios qui efflictum eum videre connitebatur : tum sancto fuit viro cœlitus indicatum quid adolescens hic se vellet et quid huic futurum esset. Multa id genus alia huic obtigerunt, eximiaque sunt per visum ostensa et de futuris eventibus revelata : S. Malachiae ergo merito S. Bernardus, e quo hæc mutuati sumus, nec prophetiae donum ac miraculorum nec cœlestes defuisse revelationes testatur.

ANNOTATA.

a Vide de eodem argumento § XCI et seq. *Comment. prævii; nostra passim Acta Sanctorum; Dissert. de SS. Perpetua, etc., auctore Card. Orsi; illamque Dodwelli in epist. viii S. Cypriani, ubi de visionibus per prima Ecclesiae sæcula; Benedictum XIV de Beatis SS. (lib. II, cap. XXXII, et lib. III, cap. LIII), etc.*

b Adisio Cornelium Bycum, ad diem IX Octobris (pag. 802), ubi ostendit scripta, S. Dionysio Areopagita a sæculo septimo ab omnibus fere adjudicata, fuisse post sæculum sextum decimum a plerisque abjudicata.

c Ad diem XX Junii (p. 5) adcertit Henschenius noster Card. Bellarminum et Philippum Labbe æstimare eas Revelationes S. Nicolao esse suppositas.

d Hæc hausta sunt e Vita S. Ambrosii, quam non Paulinus episcopus, ut Ribera in margine posuit, sed Paulinus S. Ambrosii notarius conscripsit.

e Stillingus egregie disputat de collato hoc Sancto Joanni Chrysostomo a S. Paulo juxamine, ad diem XIV Septembris (pag. 687), item de prænuntiata illius morte (pag. 663).

f Consule denuo Stillingum, ad diem XXX Septembris (pag. 439), ubi ita de hac S. Hieronymi visione tractat ut refellantur hominum malorum ludibria et corrigatur inepta quorundam Catholicorum interpretatio.

g Illum sermonem de Assumptione B. Mariæ inter pseudopigrapha docta computat Erasmus apud Martianay (Oper. S. Hier., Parisiis, 1706, tom. V, col. 1169), cumque Sophronio attribuendum esse suspicatur (ibid. col. 82).

CAPUT II.

**Prosecutio ejusdem materiae:
quid de visionibus S. Teresiae censendum sit.**

Non minora porro quoad hæc de ipso S. Bernardo dicenda occurrunt, si illius quam Guilielmus

et Bernardus a abbates conscribere Vitam consueamus. Ejus namque mater, utrum dum ferret, vidit in somnis quemnam enixura esset filium, ut illi ante pius quidam vir, cui id divinitus ostensum erat, indicarat (lib. I, cap. I). Ipsi etiam juveni revelatum fuit fratrem Gerardum lancea ferendum, ac deinde ad meliora conversum monasticen secum professurum. Idem vero Gerardus voce quadam divina monitus fuit ut loco quo vinctus tenebatur, egrederetur et cum fratre abiret (cap. III). Vidit quoque adstantem sibi de nocte puerum miro fulgore conspicuum, ac magna sibi auctoritate præcipientem ut sine ullo prorsus metu et fiducia plenus diceret quæ sibi dicenda occurrerent (cap. VI). Alia nocte ingentem Angelorum vidit multitudinem, qui in suos distincti choros suavissime eo modulabantur loco quo deinde cœnobii constructa fuit ecclesia (cap. VII). Multæ quoque illi animæ defunctorum apparuerunt, deque suo eum statu ac salute docuerunt (cap. X). Gravi ex morbo cum decumberet, in spiritu ad thronum Dei raptus accusantis se diaboli calumnias evasit et illusit. Alia exinde illi visio missa, qua cognovit non se tum, cum cogitabat, demoriturum : et alia rursus haud ita multo post, in qua Deipara, Martyre Laurentio et S. Patre Benedicto comitata, manu caput et partem corporis male affectam tangente, sanitati pristinae fuit restitutus (cap. XII). Revelabantur identidem illi fratrum etiam longius remotorum tentationes, lapsus, morbi ac denique interitus. Fuit cum videre sibi visus est duos qui cum morte instante luctantes paternam a se benedictionem efflagitarent (cap. XIII). Multa alia id genus inter orandum illi innotuerunt per visum. Ut alia omittam, universos Sacrae Scripturae libros subitus se expansos vidit et explicatos (lib. III, cap. III). Piaculare vero pro S. Malachiae anima Sacrificium celebranti indicatum est illam cœlicis perfrui gaudiis, et quam de fidelibus defunctis lecturus erat, Collecta omissa, eam quæ de Sanctis Episcopis legi consuevit, legere orsus est (lib. IV, cap. IV). Quos præter hæc raptus et mentis excessus pateretur, hinc sit manifestum, quod sæpe extra sensuum potestatem ac sui ipsius impos esset. Unum huic rei testandæ exemplum satis sit : cum enim die toto in lacus Lausannensis ac Genevensis ripa iter habuisset, oculos ad eundem, etsi longum ac latum, non reflexerat, donec tandem, sociis inter sese de illo loquentibus, ex iis percunctatur ubinam locorum agerent (lib. III, cap. I). Plura qui nosse volet, tam quoad S. Bernardi quam aliorum ea tempestate virorum sanctorum revelationes, quartum simul et quintum de vita illius libros adeat.

18 Eadem tempestate florebat S. Elisabetha, cœnobii Schonaugiensis antistita b, sanctitate illustrationibusque divinis notissima : intervisebant eam namque frequenter et ipse Redemptor Jesus ac cœli terræque Regina nec non Sanctus Ordinis auctor Benedictus et potissimum Angelus tutelaris. Erat illi solemne Dominicis festisque diebus extra se rapti, et obscurissima S. Scripturae sensa clarissime exponere. De S. Elisabetha Spalbecensi hæc scriptis prodidit abbas Blossius : « Purissima hæc » virgo septies quotidie ita rapiebatur in Deum, » ut nullus sensus, nullus motus, nullus flatus in » ea appareret : totum enim corpusculum illius » prorsus obrigescebat, nec ulla pars ejusdem sacri » corporis tunc moveri poterat, quin in totum corpus moveretur » (Monile spirit., cap. II). Illuxerunt deinde splendida illa orbis luminaria Dominicus et Franciscus, in quibus admiranda etiam divina operata est manus : quæ quod plerisque nota

S. Dominicum.
b

AUCTORE
RIBERA

nota sint, nonnulla paucis attingere satis fuerit. A Dominicum mater cum eniteretur, cœlitus edocta fuit ecquis futurus aliquando esset; nam etiamnum prœgnans divino in somno gestare sibi visa est catulum faciem ardentem ore prœferentem, qua universum ille orbem videbatur succendere: quasque cum de sacro fonte suscepit matrona, vidit in jam abluti fronte stellam collucere, a qua totus qua patet orbis illustrabatur. Romana is in curia cum ageret, Ordinis ab se instituti confirmationem ab Innocentio ejus nominis tertio petiturus, vidit in somnis Pontifex Basilicæ S. Joannis Lateranensis jam collabescenti humeros subjicientem Dominicum. Idem Patriarcha cum in Vaticana S. Petri Basilica Romæ precibus vacaret, venientes ad se conspexit gloriosos Apostolorum Principes Petrum et Paulum, a quorum illo baculum, ab hoc codicem accepit, et ad Euangelium per orbem divulgandum missus est, ad hoc ipsum singulari quadam ratione a Deo segregatum dictitantibus. Eodem quoque loco suos in spiritu vidit Fratres binos per orbem ad euangelizandum gentibus discurre. Atque ut quoad sacri hujus Instituti (quod hactenus semper Ecclesiæ rem adeo B gnaviter fideliterque gessit) confirmationem revelatione quadam a Deo fuit illustratus, sic, dum de vestis assumendæ genere secum ipse deliberaret, ipsa Deiparens Maria Reginaldo viro religioso se spectandam dedit, ipsi tum amissam valetudinem reddens, tum habitum quo etiamnum hodie Ordo universus ulitur, deferens. Futura adhæc multa prophetice prœscivit et prœdixit. Quodam etiam in itinere Angelum habuit comitem. Noctes cum precando insomnes duceret, infestum sæpe cacodæmonia patiebatur: tum quoque multa illi revelata sunt. Quoties salutaris in Sacrificio Missæ elevabatur Hostia, sæpius extra sensuum potestatem abripiebatur. Morituro denique ipse Christus ejusque Mater clementissima adstiteret: tum quoque Fratribus duobus qua divinus hic ipsorum Pater in cœlo perfruebatur gloria fuit manifestata (S. Antonin. in 3 p. Chron. tit. xxiii).

S. Franciscum
Assisiatum,

19^a S. Francisco sub vitæ suæ spiritualis primordia videre datum est amplum quoddam speciosumque palatium, militaribus armis cruce signatis refertissimum; petentique quorum omnia futura essent, Christus respondit: «Tua et commilitonum C tuorum.» Non multo post tempore oblata illi nova revelatione, prior illa fuit ei visio declarata, et ab itinere quod instituerat, insigni quadam pollicitatione sibi a Domino facta, fuit revocatus (S. Bonavent. in ejus Vita, cap. i). In alio raptu cruci confixum Redemptorem conspexit, cujus deinde amara passionis recordatio animæ illius quodammodo insculpta mansit. Apparens illi etiam e cruce Redemptor, suam ut domum fatiscentem repararet, imperavit (cap. ii). In ecclesia sua, quam S. Mariæ de Angelis vocavit, jam inde ab ejus exordio, frequentissime ab ipsis fuit compellatus (cap. iii). S. Bonaventuram cœperam percurrere, Francisco factas revelationes, ab eodem conscriptas, inde deprompturus; sed eas adeo frequentes et eminentes, et non ipsi modo, sed et sociis ejus oblatas comperio, ut in rebus passim cuique notis adeo prolixus esse non ausim. Celebres illæ duæ instar erunt omnium: prima, qua apparens illi Seraph Dominicorum Stigmatum corpori ejus impressit vestigia *e*; altera, qua plenariam peccatorum Indulgentiam illi apparens Salvator indulsit omnibus templum Portiunculæ adituris *d*: ut alias, quæ hoc afferri loco possint, permultas prætermittam. Verum quid eas necesse est afferre, cum sui cum

collegæ sæpe in ecstasibus sublimem in aera etiam D corpore sublatum viderint. His porro S. Bonaventuræ verbis huic de S. Francisco tractationi finem imponam: «Suspendebatur multoties tanto contemplationis excessu, ut supra semetipsum raptus et ultra humanum sensum aliquid sentiens, quid ageretur circa se exterius, ignoraret. Transiens namque semel per Burgum S. Sepulcri, castrum utique populosum, pro debilitate corporis subvectus asello, obvias habuit turbas in eum præ devotione ruentes. Tractus autem et detentus ab eis, compressus quoque et multipliciter attrectatus, insensibilis videbatur ad omnia; et velut exanime corpus de iis quæ fiebant circa ipsum nihil penitus advertebat. Unde cum jam diu transito castro, turbisque relictis, pervenisset ad quoddam domicilium leprosorum, quasi aliunde rediens, cœlestium contemplator, sollicitè requisivit quando propinquarent ad Burgum. Mens quidem ipsius in cœlestibus fixa splendoribus varietates non senserat locorum, nec temporum, nec occurrentium personarum. Quod ipsi accidisse frequentius sociorum ejus experientia multiplex comprobavit.» Hactenus quidem Bonaventura capite x; capite vero proximo plurimas illi factas de futuris rerum eventus revelationes ex ordine recenset.

20 Si vero de utriusque hujus Patris filiis sermonem texere vellemus, ecquando tandem finem haberet narratio? De S. Petro Martyre, inquam, cujus in cubiculum frequenter sanctæ de cœlo virgines illabebantur, quicum de ligno loquebatur Christus, et cui rerum arbiter Deus facienda præsignabat. De illustrissimo quoque ac sanctissimo Doctore Thoma Aquinate, cujus S. Antoninus (in 3 p. Chron. tit. xxiii, cap. vii) animam ita in Deum absorberi solitam scribit, quasi corpore ille carnali caruisset, quod remoram raptui injiceret: sæpe quoque illum inter tremendorum Mysteriorum celebrationem in ecstasi rapi consuevisse; ad hæc SS. Petrum et Paulum illi perobscuri alicujus in Scriptura loci sensum declarasse; quin etiam e cruce manifeste a Domino Jesu illum compellatum, confirmatumque bene se de augustissimo Sanctissimi Corporis et Sanguinis ipsius Sacramento scripsisse; permultas quoque beatas illi mentes apparuisse: cui nimirum, ut summam complectar omnia, adeo facile et solitum erat in oratione extra se ferri et a sensu avocari, ut quotiescumque aut vellet aut videretur, hunc mentis excessum pateretur. Vincentii Ferrerii sanctitas futura parentibus, etiam antequam in lucem ederetur, a Deo fuit declarata. Ipse autem Deiparam vidit Virginem, quæ quasdam cacodæmonis technas illi detexit. Hunc ægrum Redemptor Jesus multis succinctus Angelis, et SS. Patribus Dominico et Francisco stipatus, invisit, utque per orbem euangelizaturus discurreret, indixit, necnon præter redditam valetudinem multis eum gratiis cumulavit. Fuit cum et S. Dominicus illi apparuit, miro fulgore resplendens, deque multis eum rebus magni momenti edocuit. Matris et mortem et gloriam a morte absens ipse cognovit, uti et defunctæ deinde sororis. Revelata insuper illi multa sunt eorum quæ post erant eventura, et ea quidem momentosa (Petrus Banzanus in Vita ejus). De S. Catharinæ Senensis Virginis revelationibus longe fuerit satius penitus tacere quam pauca dicere; imo nec pauca quidem afferenda sunt, cum in pene omnium manibus versentur Dialogorum illius libri, quibus factæ a Deo illi revelationes continentur, et in vitæ ejus historia tot tamque admiranda, tum de illius cum Domino Jesu familiaritate, tum de iis quas

pluresque ex
Ordine Prædicatorum

F

A quas ab eo recepit gratiis et prærogativis, conscribuntur, ut apud mundanum spiritum habentes fidem vix inventura sint. Qui vero de gloriosa sanctæque illius familiæ Sanctorum visionibus illustrationibusque scire plura volet, Elogia quæ Leander *e* de illustribus Ordinis hujus viris feminisque concinnavit et quæ Joannes Gerson scripto prodidit, consulere ne gravetur, atque imprimis generalem illius Historiam, quam pietate et doctrina magnus F. Ferdinandus del Castillo *f* non minus religiosam quam eloquentem, veram et omnibus numeris absolutam evulgavit.

et Ordine Mi-
norum,

9

21 Si vero gloriosi Patris Francisci familiam *g*, in paupertate quidem et humilitate Christi opulentam, sed tot virorum sanctitate et scientia illustrium altricem excutiam, quamprimum et ante omnes occurret B. Antonius de Padua (Chron. Ord. Min. l. v.), in quo prophetiæ spiritus adeo manifeste eluxit ut multa futura prædixerit intimaque multorum arcana patefecerit, quæ nonnisi divina illi innotescere revelatione poterant. Redemptor Jesus, in pueruli rutilantis specie, libro illius insidere non dubitavit, nec amplexus ulnarum ejus est dedignatus; quin et revelatione deinde

B Antonius cognovit, hospiti suo ea omnia patuisse. Huic quoque epistolam quamdam attulit Angelus, et responsum ad eandem retulit: mortuus vero abbati Vercellensi se videndum dedit. S. Bernardus, primus S. Francisci discipulus, sæpenumero per montium avia solus ferebatur, a Spiritu Sancto conductus inque Deum raptus; ac tam iter faciens quam domi agens, illustres animi patiebatur excessus. Hinc de rebus piis et ad Deum spectantibus cum illo perlibenter Franciscus agebat: unde et factum est ut sæpe ambo intra silvarum abdita reperti sint præ sanctorum colloquiorum dulcedine a corpore abstracti. Sancto Missæ Sacrificio quadam vice cum adesset, ad horam usque nonam ita extra se raptus fuit, nullus ut in eo sensus et motus appareret (ibid. lib. vi, cap. iv). F. Leoni, ejusdem Patriarchæ socio, hujus fuit sanctitas multis visionibus indicata; hinc et a morte gloriosum illum conspexit: utque alias silentio præteream, ostensum illi in spiritu extremum et generale fuit iudicium, cui Redemptor Jesus ut iudex, innumeris Angelorum adstantibus myriadibus et gloriosissimo Patre præsentem Franciscum, præsidebat (ibid. lib. vi, cap. xvi). Quid de FF. Junipero, Christophoro, C Ægidio dicam? Ad quorum visiones et apparitiones singillatim enarrandas cum temporis hujus brevis non sufficiat, de horum postremo satis fuerit dicere illustrem illi quamdam de Deo visionem, quæ admirabiles in animo ejus effectus impressit, obligasse. Inde enim factum est, ut, si quis illi de divino amore faceret aut de cælesti gloria mentionem, illico extra se raperetur, ac sensus omnis expers manens ceu mortuus haberetur. Quod cum in vulgus jam emanasset, illi, quoties in publicum prodibat, pastores et pueri periculum facturi acclamabant: « Cælum, F. Ægidi, cælum »; ad quæ ipse verba velut attonitus ac stupens, quietus in loco hærebat et sui impos: ut, quoties de rebus piis sermo incidisset, sedulo caverent Fratres ne qua cælestis gloriæ apud illum mentio a quoquam fieret, ne amica illius conversatione ac præsentia in superna illo sermone rapiendi frustrarentur (ibid. lib. vii, cap. xi).

SS. Clara et
Coletam,

22 Urbe in qua S. Clara cum suis commorabatur, ab hoste obsessa, cælo ipsa revelante cognovit, nullum sibi aut monialibus, nullum urbi ab hoste malum illatum iri (ibid. lib. viii, cap. xiii). Nocte Natalis Dominici visus illi in mentis excessu pau-

perculo in præsepio Jesus parvulus reclinatus (cap. xvi). Sermonem quoque cum S. Francisco dum miscet, alter ex alterius fuit colloquio in Deum præ consolationis ubertate abreptus. Nefas hic fuerit silentio prætereire (tametsi brevitate secter) B. Coletam Ordinis a S. Clara olim instituti Reformatricem. Hæc cum in oratione versaretur, visa sæpe est in aere sublimis et igneum ore vaporem exhalare, ut universum illius conclave æstuarere et scintillare videretur. Vidit illam Vincentius Ferrerius Deo quam ferventissime pro hominibus supplicantem, atque hunc illi familiariter ad postulata respondentem: quam ut coram videret et alloqueretur, ex Aragonia in Galliam transire non dubitavit. Huic etiam S. Anna cum filiis ac nepotibus apparuit. Hanc etiam alias pro se vidit orantem et suas aureo in vase Deo orationes offerentem. Sacrum quoties Eucharistiæ Mysterium sumeret, deliquium animi sensuumque patiebatur: idipsum quoque illi frequens erat, cum pius aliquis de Deo sermo apud ipsam incidisset. Sacerdos cum illi Communionem, hostiam consecrandam assumere nolens, negaret, descendens cælo Christus suum illi Corpus sumendum porrexit. Horrendas easque frequentes spirituum malignorum specie visibili infestationes passa est. Spiritu donata prophetico multos edocuit quæ ipsos scire intererat, multos etiam futura. Notus erat illi, eodem operante spiritu, omnium quibus præerat monasteriorum status et occultæ suarum a dæmone impugnationes: denique mortis illi fuit dies, priusquam adesset, præsignificata (in Vita ejus). Sicut autem de utriusque Religionis Sanctis, si modo temporis id sineret brevis, et id ipse necessarium existimarem, dici plura potuissent, ita de aliarum viris illustribus similia dicenda occurrerent, si ipsarum evolveremus annales et prisca monumenta; sed ea quam dixi, quo minus id fiat, impedit ratio.

23 Pedem ergo nonnihil referamus, et ad SS. Dominici et Francisci tempora, a quibus parumper deflexeramus, ut de ipsorum filiis aliquid proferremus, retro rursus delabamur. Haud multis post ipsorum ætatem annis floruerunt S. Gertrudis abbatissa, ex inclita S. Benedicti familia, et S. Mechthildis, quæ uno eodemque vixit tempore et loco: quibus multæ eæque singulares obtigere revelationes, quibusque sæpius a Redemptore Christo, familiariter apparente, e corporea præsentia communicata consolatio, uti licet animadvertere e libris *E* ea de re editis, qui etiamnum hodie exstant, et magnum attente matureque legentibus fructum afferunt. Illustris vero abbas Blossius illarum revelationes tanti facit, uti ex illis, ceu auro et gemmis pretiosis, non minimam libri quem Monile spirituale nominavit, partem contexuerit. S. Gertrudis præsertim revelationes tam sunt frequentes tamque sublimes et familiares ut eodem ipse Blossius libro dicere non vereatur, nisi scirent homines infinitam Dei esse potentiam et bonitatem, vix fieri posse videri familiariter Salvatorem Jesum cum Matre sua in terra et amicus esse conversatum. In Gertrudis hujus etiam cœnobio plurimæ virgines clarebant sanctimonia insignes, quibus non paucas factas revelationes colligere est e primo Insinuationum libro cap. iii, iv et aliis, libro sequenti cap. v et xii, et libro v plurimis jam inde ab initio capitibus. Non est autem cur curiosus aliquis temporum et rerum indagator miretur quod Sanctas hasce Virgines Dominico et Francisco coevas faciam. Sciat enim non eandem hanc esse Gertrudem *h* cum illa cujus ad xvi Aprilis diem in Martyrologio memoriam consignat Beda, nec cum illa

AUCTORE
RIBERA

D

E

F

memor SS.
Gertrudem,
Mechthildem,
Angelim,

b

AUCTORE
RIBERA.

A
i
k
i
C
m
n

cujus festum Surius et Martyrologium Romanum ac Usuardinum in xvii Martii diem volunt incidere. Nam quam Surius et Usuardus designant, in cœnobio Nivellesi (Brabantiae id oppidum est) antistitam egit; hæc vero quam hic noto, in cœnobio Helffediensi Islebii (comitatus Mansfeldici civitas est) abbatissa præfuit, claruitque Rodulphi imperatoris temporibus: quo enim ille die et hora ad imperium electus fuit, hanc ipsa, quamquam distaret longius, præsignavit, uti e tertio primi de vita ejusdem libri capite legere est. Imperare autem Rodolphus cepit anno Redemptoris MCCLXXXIII, ut quidem Matthæus Palmerius Florentinus in sua supputat Chronologia: decessit vero ex hac vita Franciscus ejusdem sæculi anno XXVI, et triennio ante hunc S. Dominicus. Denique post Dominici et Francisci tempora illam vixisse, liquido colligitur e quarti Revelationum ejus libri capite LII. i. lisdem etiam temporibus claruit S. Angela de Fulgino, e tertio B. Francisci Ordine, Dei donis notissima, ut patet ex ejus Vita quam F. Arnaldus ex Ordine Minorum conscripsit et quæ lingua etiam Castellana exstat, quamque ingenti nemo sine admiratione legat k.

Lutgardem,
Brigitam,

B
i
C
m
n

24 S. Dominico in universali Ordinis regimine successit F. Jordanus, vir sanctitate celebris, eique æqualis fuit S. Lutgardis l ex S. Benedicti Ordine, cui etiamnum parvulae apparens Dominus, sacri lateris sui plagam velut sanguine stillantem ostendit: visa illi deinde S. Catharina Virgo et Martyr, quæ eam est majorem in modum consolata. Sæpe numero se Redemptor illi spectandum dabat, et cum ea sermonem conferebat, et quæ illi facienda erant, manifestabat. Deiparæ quoque aliarumque Sanctarum pio sæpe est conspectu recreata. Non raro illi etiam apparuerunt animæ igni purgatorio adjudicatæ vel eodem ipsa deprecante egredientes, aliæ item cœlo receptæ: multa quoque illi circa futuros casus e cœlo sunt manifestata. E morbo quo etiam exstincta est, decumbens, quinta ante augustissimæ Trinitatis festum feria cœnobium ipsum Angelis multisque Sanctorum ac sanctimonialium quæ in eodem olim vixerant, animabus cœli jam gloria fruentibus repletum conspexit: unde factum est ut die sequenti toto miram sit mentis alienationem passa et sabbato proximo soluta fuerit corporeo hoc carcere (Thom. Cant. in Vita ejus). Successit his Sancta Brigitta vidua m, cujus revelationes numero plurimæ sunt, et familiaritas cum divina Majestate fuit maxima. Testimonio sit ingens illud volumen in quo revelationes illa suas et raptus omnes ex ordine commemorat. Haud multo eam post secuta est Catharina filia, quæ etiam miris decorata fuit visionibus et prophetiæ dono. Porro de harum quatuor Sanctarum, quarum jam ante memini, Gertrudis, Mechtildis, Catharinae Senensis ac Brigittæ revelationibus hocce perhibet Blosius ad Monilis spiritualis calcem testimonium: « Revelationes prædictis feminis factæ toti orbi » innotuerunt, et a piis eruditisque viris jam olim » fuerunt approbatæ: nam et Sancti Patres passim » eas citant in scriptis et libris suis. »

Lidwinam,
Hec,

n

25 S. Lidwina virgo n Angelum custodem aliosque de cœlestibus spiritibus sæpe alloquebatur, eosque de nomine singillatim noverat, et quorumnam ipsis esset concredita custodia. Apparuit illi quoque diversis in figuris ipsemet Salvator Christus: revelatum illi adhuc fuit permultas se deprecante animas in supernam gloriam e purgatorio invectas, patrem quoque suum eadem jam potiri. Secreta cordium in plurimis ei innotuerunt: sæpe etiam in spiritus excessum rapiebatur, ac

D
o
p
E

tum ita sensum omnem amiserat ut quodam tempore hujusmodi in raptu carnem et partem costæ adusserit, nec adustionem senserit. Alios quoque passa est mentis excessus, quibus durantibus Romam, Hierosolimam aliaque ad loca sanctitate illustrata in spiritu ferebatur; dein ad se reversa singillatim et accurate quæ in iis viderat mira adstantibus referebat. Hanc, priusquam de ærumnosa vitæ statione decederet, Redemptor Jesus una cum Matre sua carissima Apostolisque interfuit: illius denique jam demortuæ gloria et salus tam confessario quam aliis nonnullis a Deo fuit patefacta (Joan. Brugman in Vita ejus). Eadem tempestate pius in Ægypti eremo anachoreta floruit, Gerardus o nomine, cui etiam mirabilia cœlitus revelabantur: item in Italia S. Laurentius Justinianus p, Venetorum Patriarcha, cui adhuc puero divina se Sapientia per visum, in speciosissimæ virginis specie, spectandam dedit, se ut in sponsam seligeret, invitans. Prophetiæ præterea nactus est spiritum, et multa longe ante quam contingerent, eventura prænuntiavit. Ipsa Natalis Dominicæ nocte parvulum Jesum in præsepio conspiciens diuturnum excessum passus est, uti et prope semper, quoties divinum Missæ Officium celebrando sacrosanctum Consecrationis opus jam peregisset. Quodam tempore in ecclesia cathedrali divinam rem faciens, alienatus a spiritu, sanctimoniali cuidam venerandum Christi Domini Corpus detulit (Bernard. Justinian. in Vita ejus). Beatus quoque Franciscus de Paula, Minorum auctor, propheticiis fuit revelationibus donatus (Leo X in Bulla canonizationis).

26 Ut vero alios non ita celebres ac notos omit-
tam et ad nostra tempora propius descendam, sanctus Pater noster Ignatius de Loyola q, Societatis Jesu auctor et parens, etiam sæcularem agens vitam, æger in lectulo decumbens, Apostolorum Principem Petrum in visione conspexit, atque exinde in alium cepit paulatim mutari virum (Ribadeneira in Vita ejus, lib. 1, cap. 1). Apparuit eidem haud multo post Deipara Mater parvulum suum Jesum ulnis gestans, miro splendore nitens: quæ quidem visio utcumque diuturna fuit, et in eadem castimonie ipse est gratiam a castorum Regina consecutus (cap. II). Manresæ mirificum de augustissimo SS. Trinitatis mysterio lumen menti illius affulsit, nec non magnus pietatis rerumque divinarum sensus inditus, qui tota deinceps vita illi perpetuus fuit. Alias Sacra Missarum Mysteria dum auscultat, clare animo illius representatum est quo sub speciebus panis modo verum Redemptoris nostri Jesu Christi Corpus contineretur. Eodem quoque modo sæpius sacram Jesu Christi Humanitatem, et interdum gloriosam ejus mortem coram se spectavit. Alia in ecstasi magnam illi rerum tum fidei nostræ tum ad scientias humanas spectantium notitiam Deus inspiravit. Atque hæc quidem sub conversionis illius exordia, ac tum etiam octo ipsis continenter diebus a sensibus avocatus mansit, divina se interim præsentia illi commodante, idque multis inspectantibus (quippe in templo publico exanimis jacebat), ita quidem sui impotens, ut, nisi de adstantibus quidam, venarum pulsum explorans et levem in corde palpitationem percipiens, vivere virum asseruisset, terræ velut exanimem mandassent (cap. VII). Romam cum sociorum nonnullis dum peteret et in proximo urbi sacello preces funderet, Pater illi æternus apparens suo illum et socios Filio crucem humeris bajulanti quam diligentissime commendavit, a quo velut ratam commendationem habenti illico audiit: « Romæ vobis » propitius

denique S.
Ignatium de
Loyola,
q

F

A » propitius ero »; unde et familiae abs se institutae Societatis Jesu nomen deinde imposuit (cap. xi). In monte Cassino cum ageret, animo a sensibus alienatus vidit unius e sociis animam luce clarissima circumfusam, eamque inter Angelorum manus evectam ad paradisi gaudia pervolare. Cumque ad Missae Sacrificium aliquanto post se conferret, atque in concipienda generalis Confessionis formula omnes rite Cœlites, « et omnibus Sanctis » dicendo, invocaret, splendidissimum Beatorum agmen ejus repente se aspectibus obtulit, socio (Hozius ei nomen) sic coruscante ut exuperantia fulgoris ac lucis secerneretur a cæteris (cap. xii). Eventura suis post temporibus plurima divina illi providentia patuerunt, ut et arcana ita abdita ut nulla naturali ea ratione eniquam perspecta esse possent. Præter eas quas dixi revelationes multa tum illi revelata sunt, cum Societatis Constitutiones et vivendi formulam conscriberet.

S. Fructuatum
Xaverium
aliosque recen-
tiores

27 Francisco Xaverio de primoribus Ignatii sociis uni videndum se dedit B. Hieronymus, qui et virum est consolatus, et quid sibi futurum erat, declaravit. Inter precandum quoque tanta interdum illi de cælo consolationum affluentia affundebatur, ut, cum eam humani cordis non caperent angustiae, gaudio absorptus et ebria mente exclamaret: « Aut vitæ filium, Domine, abrumpe, aut » consolationum ubertatem inhibe: neque enim » has ferre possim, et te coram non cernere. » Spiritus propheticus illi sicut unquam datus est amplissime: mira multa prædixit: interdum etiam cogitationum abdita perspexit. Inter celebrandum, Deo declarante, cognovit quemdam magno locorum intervallo disjunctum animam agere: quare ad adstantem populum conversus, precibus omnium expirantem commendavit. Inter dicendum ad populum Malacensem absens Christianorum vidit ex Saracenis navali bello victoriam. Alia quoque id genus non pauca de ipso circumferuntur. Si vero Societatis nostrae hominibus oblatas hic visiones referre propositum haberem, quorum aliquos ipse etiam familiariter novi, novam contexere opus esset historiam; quod permultae eae sint et variis in orbis partibus contigerint. Qui factas Beatis Patribus F. Ludovico Bertrando r et F. Petro Nicolao Factori s revelationes illorumque prædictiones nosse desiderat, ipsorum vitæ historiam jam abhinc paucis annis contextam adeat: illius quidem cap. xv, hujus

C vero a capite xxxii usque ad xliii. Nemo vero in animum inducat credere hic eas desiisse et cessasse; cum hodie multa id genus admodum frequentia sint. Quin nonnullis ipse novi non minus commemoratione digna obtingere quam quæ de aliis supra singillatim exposui. In his porro recensendis opinione fui prolixior; tametsi nimis quam pauca attulerim, si quæ dici possent, consideremus. Nulla namque prope Sancti alicujus edita est vitæ historia, in qua non simile quid occurrat; adeo ut quæ dicta sunt hactenus, nihil esse videantur, tametsi ea ipsa extendere longius potuissem: nam studio ac data opera multa succincte comprehendere sum conatus. Quod vera plus æquo varia sim per exempla exspatiatus, id ejus quod initio proposueram, probandi studio factum puta, nunquam scilicet jam inde ab Apostolorum temporibus, et postea ad hodiernam usque diem hæc Dei dona in Ecclesia Catholica defecisse aut desiisse. Etsi vero plurimi tot tamque variis argumentis et exemplis ad hocce credendum opus non habeant, ea tamen nonnullorum in non credendo futura pertinacia ut etiam illos mihi verisimile sit aum post tot tamque aperta testimonia errorem non deposituros.

28 Ex iis porro quæ hactenus produximus, duo eruere licet: primum erit, neminem unquam Sancti alicujus vitam scripto prodidisse, qui non quas nosset iis cœlitus oblatas revelationes et privatas a Deo gratias acceptas litteris mandarit. Hinc si in Vita B. Matris Teresiae a Jesu scribenda id ipse omitterem, a communi solemnique cunctorum SS. Patrum, et omnium quotquot hoc scriptionis genus usurparunt, consuetudine deflecterem, tum vero historiae fidei et integritati aliquid defuisset, multoque magis in Deum ipsum injurius existissem, mirificas illas prætermittendo gratias, quas sanctæ huic Matri visum est communicare, hacque illum frustrando gloria ac laude, quam hoc in eum nomine non injuria effudissent quotquot harum aliquam notitiam habuissent. Ita etenim id ipse Redemptor Jesus famulae suæ Gertrudi revelavit. Nam cum quas ei communicarat gratias, scripto ut ederet, in mandatis daret, ipsa vero satis esse censeret eas oretenus ad proximi utilitatem enarrasse, etsi scripto non comitteret: « Dominus, inquit, » objecit verbum illud, quod ipsa nocte ad Matu- » tinas audieram lectum: Si Dominus doctrinam » suam præsentibus tantum dixisset, dicta tantum » essent, non scripta; sed nunc etiam scripta sunt » propter plurimorum salutem. » Et addidit Dominus: « Certum divinæ pietatis meæ testimonium » volo habere in scriptis tuis his novissimis tem- » poribus, in quibus dispono benefacere multis. » Cum vero alias eadem secum Gertrudis animo volveret æquem hæc sua afferre scripta fructum hominibus possent, cogitationibus suis respondentem Dominum audiit: « Et quid tibi utilitatis videtur » provenire ex iis quæ de Sanctis meis leguntur, » nisi ut legentium audientiumque augeatur de- » votio, et erga humanum genus pietas mea revele- » tur? » Subjungensque: « Pari, inquit, modo » aliquorum potest accendi devotio ad eorundem » desiderium, quæ de te legunt, accepisse ex me, » considerantium gratiam ac liberalitatem boni- » tatis meæ, qui subinde studebunt suam mutare » vitam ad meliora. » Alias cum non parum secum ipsa miraretur cur hæc litteris mandari tantopere Deus vellet, quod defuturi non essent permulti qui non modo nihil inde sumerent ædificationis, verum etiam vilipenderent et calumniarentur, respondit illi Altissimus: « Ego meam gratiam tali » modo in te posui, ut magnum inde fructum » exigam. Quare vellem eos qui similia dona ha- » bent per negligentiam parvipendunt, cum de » te hæc audierint, admonitos fore, quo etiam ipsi » collata sibi dona agnoscant, atque in gratitu- » dine (unde mea in illis gratia augetur) crescant. » Porro, si qui maligno corde maluerint ea calum- » niari, peccatum illorum sit super eos, te im- » muni perseverante, etc. »

29 Alterum quod e dictis colligitur, est, nemini aut nova aut peregrina videri debere quæ de revelationibus, visionibus, raptibus, ecstasibus vel prophetiis hic traduntur; cum tempore Apostolorum adeo fuerint hæc ipsa frequentia, nec ab eo die ad usque hodiernum in iis unquam defecerint qui vel majorem in divino obsequio fervorem vel eminentiorem in vita sanctitatem prætulere. Nec etiam mirari quempiam debere nostris eadem fuisse crebra temporibus et etiamnum esse, cum eadem Deo modo sit liberalitas ac bonitas quæ fuit semper, nec minus eosdem possit hodierna die concedere favores, et concessurus sit iis qui iisdem recipiendis per gratiam illius se disponunt, quam olim. Hinc etiam anathematis diras Sacra Tridentina Synodus imprecatur illi qui certissime ac sine du- bio

AUCTORE
RIBERA:
caelitus revela-
tionibus
D

E

F

a Deo illustra-
tus fuisse,

AUCTORIBUS
RIBERA.

A bio ullo habiturum se perseverantiam donum asserit, nisi speciali id ipse a Deo revelatione didicerit (Sess. VI, can. XVI). Sanctissimus quoque Pater Sixtus Papa V damnat ac rejicit eos qui futura a libero nostro arbitrio dependentia quocumque demum modo praedicere conabuntur, nisi haec illis Deus ante patefecerit (in Motu proprio contra astrologos). Quamobrem nisi hoc tempore revelationes et esse possent et revera essent, superfluum meo iudicio et absurdum foret velut clausulam restrictivam et exceptivam addere: « Nisi id illi » Deus revelasset » aut: « Nisi speciali id Dei illi » esset revelatione declaratum. »

CAP. II.
Porro, ut te-
gulis et mysti-
cis doctoribus
traditis.

30 Haec quamquam ita se habeant, non idcirco tamen sibi quisquam persuadeat, omnibus quae sparguntur, temere esse revelationibus fidem adjungendam; cum falsae ac mendaces esse plurimae queant et de facto etiam sint. Nam esset non minor, imo intolerabilior error, omnibus indiscriminatum credere, quam nullis omnino. Examinandae primum sunt, ut constet cujus illae sint spiritus: ait namque Joannes: « Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint » (1 Joan. IV, 1). Quare non hoc agimus num omnibus in genere revelationibus credendum sit, sed num ea quae B. Matri Teresiae obtigerunt, hoc contentae libro, fidem mereantur. Eas ergo jam examinemus et ad coticulum probemus: si enim moneta haec non sit proba nec genuina, nec ejusdem aurum sublime vel purgatum, ad lapidem lydium ubi revocaverimus, statim patebit. Aliquot in Sanctorum libris notae et signa traduntur e quibus hoc evidenter cognosci poterit; quae e D. Bonaventura peti potissimum poterunt (in processu relig. processu 7, cap. XVIII, XIX, XX). Nullus tamen de iis scripsit accuratius quam Joannes Gerson cancellarius Parisiensis, magna doctrina, prudentia et auctoritate vir, qui duos ea de re tractatus edidit: primum de spirituum probatione; alterum de verarum et falsarum visionum discrimine. Doctissimus cardinalis Turrecremata libro apologetico pro S. Brigittae revelationibus etiam probe doctique rem hanc est prosecutus. Qui duo eodem prorsus tempore singulari quaestione hanc studio in Concilio Basileensi versantes (quod in eo de sanctae illius viduae revelationibus comprobandis disceptaretur) pertractarunt. Hos, et Gersonem imprimis, secuti sunt, ne latum quidem ab eis unguem deflectentes, qui eandem deinde materiam tractarunt, ut Magister Avila, libro qui vulgo « Audi, filia » dicitur, nec non R. P. F. Magister Bartholomaeus de Medina, qui doctrinae nomine tam in cathedra lectae quam libris editis traditae notissimus est (in 3 p. q. 25, art. III, lib. I, cap. XV et seqq. usque ad XXIV), quin etiam doctissimus licentiatus Joannes de Orozco archidiaconus Cuellariensis, in tractatu lectissimo et elegantissimo quem de vera ac falsa prophetia elucubravimus: quorum omnium medullam ad quinque redigere capita possumus.

S. Teresiae re-
velationes.

31 Primum ipsasmet spectat revelationes, num ea scilicet verae sint, num Sacrae Scripturae et Ecclesiae Romanae doctrinae consentaneae, num quid contra eadem dissentaneum, num quid in se falsi complectantur, quamvis caetera cum veritate coincident. Alterum ad ipsas revelationum materias refertur; num circa ea quae nullum ad salutem fructum afferunt, sed circa curiosa vel vana, quae scire nihil interest, vel quae citra revelationem aliunde percipi possint, versentur. Tertium, quosnam in iis quibus contingunt, gignant effectus: ex illis namque potissimum apparet num a Deo aut potius a cacodemone deriventur. Quartum ad

ipsum pertinet cui quid revelatur; ante omnia enim considerandum eamque ejus sit animi corporisque constitutio: num videlicet iudicio polleat ac discretionem uti norit; num ratio in ipso morbis debilitateve aliqua turbata sit, quibus liber ejusdem usus impediatur (qualis haud dubie vehemens quaedam est melancholia aliique morbi similes); num facile ac temerario impetu ad amandum odiove prosequendum aliquid feratur; num in imaginando sit nimius; num in Dei obsequio recens aut nuperus tiro, rerumque divinarum ac spiritualium exiguum notitiam usumve habeat. Deinde quod ad ejus mores: num arrogans sit, num gloriam famamve e suarum narratione rerum capiet, de iis alios loqui cupiat; num suas pluribus revelationes referat; num libenter et non interrogatus in earum commemorationem feratur; num eas celari ac suppressi velit; num suum malit iudicium opinionemque quam eorum quibus easdem communicat, sequi; num fidem adjungat iis quae in his sibi revelationibus dicuntur, atque eadem exequatur, tametsi viri docti et spirituales contrarium ei consulant et asserant; num quempiam de iis consulere nolit quae sibi revelata credit; num ex curiositate quadam ad orandum concedat, exhiberi sibi revelationes desiderans; num a Domino sciscitetur curiose ea quae ad se vel alios spectant, ipsum rogando, revelare ut dignetur ea quae se aliis respondere oporteat; num in vitae ratione, externa conversatione ac vestitu ab aliis suae conditionis ac status hominibus discrepet. Quintum, num a viris earum peritis ac probe judicare gnaris hujusmodi revelationes examinatae sint et approbatae. Circa horum singula plurima mihi dicenda occurrebant, probaturo scilicet B. Matri Teresiae a Jesu factis revelationibus omnia illa signa et notas inesse quae ad revelationem aliquam ut veram admittendam eamque a Deo factam censendam requiruntur. Verum, quod omnia prope quae in hac re declaranda afferre opus erat, sparsim in variis historiae hujus locis inveniuntur, paucis ea perstringam, ad ea lectorem loca remittens in quibus singula horum singillatim ac studio pertractantur.

32 Primum signum est num verae haec sint. Harum porro revelationum B. Matris Teresiae aliae de rebus sunt futuris, aliae continent aut documentum aliquod illi traditum aut aliquod rei quam agere jubetur mandatum. Si quidem circa res futuras ea versentur, ipsemet Dominus clarissimum nobis signum proponit, quo manifeste cognoscamus num ab ipso venerint necne, dicens: « Quod si tacita » cogitatione responderis: Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum: Quod in nomine Domini Propheta ille praedixerit, et non evenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui Propheta confinxit, et idcirco non timebis eum » (Deut. XVIII, 21, 22). Quidquid autem ipsa venturum praedixit, jam reipsa adimpletum est (uno excepto, cujus nondum tempus advenit): cujusmodi illud est, quod suis diebus Ordinem B. Mariae de Monte Carmelo magna incrementa praedixit facturum; Deum illi quoque auxiliaturum; mira se visuram quae ejus esset causa Deus editurus opera, neve omni suo conatu et contentione eadem adversarii ut subverterent unquam fore; atque alia plurima quae libri IV capite V (hic cap. III) pluribus deducuntur. Quae vero doctrinam et documenta spectant, ea sunt omnia sacrorum voluminum et Ecclesiae Catholicae ac Sanctorum doctrinae conformia, ut quae toto legentur libro, abunde fidem faciant. Quidquid vero in iisdem

quarum veri-
tas.

E

facere

A facere ipsa jubeatur, erat et salutare et utile : puta, monasteria fundare, eaque de causa, aut alia ad Dei obsequium cultumque spectante, varia itinera suscipere; nulla vero illi facta dabitur revelatio, quin sit hujuscemodi. Quod vero dixi, vel de omnibus his est revelationibus vel de aliqua earum parte intelligendum. Monendum autem (quod probe recteque Gerson consulit Tract. de distinct. verarum visionum a falsis, nota 5), si quam similes homines vel in totum vel ex parte falsam revelationem haberent, hanc quidem ut a Deo non profectam habendam, nullum tamen ab eadem aliis eidem personae factis debere revelationibus damnum accedere, quasi, quia sola haec a Deo minime descendit, ita aliae nihil cum Deo haberent commune. Probationis loco sit, quia non perpetuo prophetiae spiritum, uti evidenter id ostendit et docet Papa Gregorius (Dial. lib. II, cap. XXI), Prophetæ habebant, et, quod verbo Dei audiendo assuevissent, fieri potuit interdum illos Deo adscripsisse quod humanum erat et a se descenderat : uti Nathani Prophetæ accidisse testatur idem qui supra Gregorius (Hom. I in Ezech.), cum Davidi indixit templum Deo ut construeret, quod tamen illi Deus non injunxerat (2 Reg. VII). Non id eo dico quod hocce in libro quid simile inveniatur; sed quod, si forte tale quid occurreret, non id esse sufficiens causa debet ut idcirco aliis revelationibus fides abrogetur.

utilitas ut solidi fructus liquido patet.

33 Alterum est, num circa res vanas aut curiosas hæc revelationes versentur. Multis trium priorum librorum locis, ac praesertim lib. IV, cap. IV et V (*hic cap. II et III*), liquido patebit quam omnes sint utiles et quam nullam penitus curiositatem vanitatemque redoleant. Tertium erit perpendere quosnam in animis producant effectus. Solum hæc, etsi deessent alia, sufficiat ad unicuique persuadendum revelationes has a bono esse profectas spiritu, quod in illarum abscessu novum semper spiritus ipsa emolumentum sentiret, ferventioris Dei amorem, majorem criminum detestationem, majorem suiipsius neglectum, intensius Deo famulandi desiderium : uti e quotidiano illius fructu colligere licebat, cum nimirum indies in virtutum exercitio proficeret. Patebit id libro hoc a cap. VIII (*hic cap. V*) deinceps, et iis qui de ea confessarius scripta reliquit, sicut id lib. IV, cap. VIII (*hic cap. IV*) redditur, et iis quæ confessario suo ibidem et cap. ultimo tradita transmisit. Tanti vero S. Gregorius signum hoc faciebat, ut de monacho quodam, cui Petro nomen, quem in sæculo adhuc agentem ita in anima elevatum scribit ut damnatorum supplicia coram contempleretur, sic testetur : « Hic deinde assiduus jejuniis ac vigiliis ita corpus affligebat ut, etsi lingua ejus tacuisset, facile vitæ clamaret institutio, infernales illi visos esse cruciatus et timorem inde ipsum salutare concepisse » (Dial. lib. IV, cap. XXXVI). Ait etiam Redemptor : « A fructibus eorum cognoscetis eos : numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficos? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit : mala autem arbor malos fructus facit » (Matth. VII, 16, 17). Est porro signum hoc evidentissimum, et, si mature examinetur, numquam, quantum equidem mihi persuadeo, nos fallit.

quæque sunt ipsius Sanctæ virtutes

34 Quarta nota, quæ ex natura, moribus et qualitatibus ejus cui revelationes exhibentur, sumitur, ita causæ B. Matris Teresiæ ancillatur et lavet, ut ne majus quidem patrocinium optari queat : nam quotquot conditiones et partes necessarias exigunt si qui enucleatius ac minutius hac de re scribunt, ut alicujus revelationes eam veræ ge-

minæque habeantur, junctim et simul omnes in Teresia locum habuere. Judicium in primis sanum, subtile, maturum, insignis discretio ac singularis prudentia, hilaris, suavis et blanda in conversatione ratio, corporis constitutio bona et a melancholia quam maxime remota, uti tum dicemus uberius, cum de naturalibus ejus dotibus dicendi locus erit, libri quarti capite primo, et norunt omnes quotquot illam tractarunt et familiariter cum ipsa sunt conversati. Deinde, quem non excellens ejus sanctitas, maturitas, morum gravitas, nec non eximia, quam in omnibus etiam minimis rebus maxime spectabat, veritas, et maxima rerum omnium spiritualium et quas cacodæmon texere solet fraudum experientia et usus, uti non obscura ex iis quos ipsa concinnavit, tractatibus conjectura ducitur, in pia opinione confirmabit et ab omni prava suspicione eximet? Quid vero de illa dicam humilitate, quæ in ea adeo manifeste relucebat ut eminens etiam conspici et procul posset, et quæ in hac parte omnem viris prudentibus et judicio præditis metum anxietatemque eximere debet? « Si unum hoc humilitatis signum, inquit Gerson, bene excuteretur et pateret, alias inquirere notas necesse non foret : nam ex humilitate et superbia in rebus spiritus facillime quis dicat quænam veræ sint, et quænam falsitatem oleant » (lib. de distinct. verarum visionum a falsis, nota 4).

35 Nunquam Teresia aliquam a Domino revelationem petiit vel optavit, ne quidem ullam sua in oratione consolationem, præterquam semel : quæ etiam tum petita se ipsa illico reprehendit, et ecce post reprehensionem e cælo consolatio submissa est, tametsi minime eam quæreretur. Supplicabat ipsa identidem Domino, et illa postulante etiam alii, alio ut eam itinere deduceret, quin etiam magno quoad hoc ipsa conatu elaboravit; sed quo tales ipsa Dei magis a se gratias amoliri satagebat, eo ipsæ influebant uberius ac frequentius : ut legenti manifestum fiet in libro I, cap. IX et X (*hic cap. V*). Et hoc velut indubitatum Gerson duobus supra indicatis commentariis ponit signum e quo de revelationum quasi a Deo proficiscentium sinceritate judicium feratur. Nulli adhuc suas ipsa revelationes enarrabat, nisi aut consilium petitura et directionem, aut ut, si qua forte in iis lateret diaboli fraus, ab eadem per viros prudentiores expediretur : cui vero eas communicabat, summum huic ipsa silentium indicebat, ne cui dein has ipse patefaceret; a quo si quid evulgaretur, id ipsam quam maxime affligebat. Denique ad hoc probandum sufficiat, quod in scripti quo suam ipsa vitam confessarii jussu complexa est, primis capitibus quidquid se umquam admisisse compererat mali, haud dissimulanter prodat, et, cum revelationum gratiarumque a Deo Opt. Max. receptarum narratio jam exordienda esset, capite scilicet decimo, confessarium ipsa magna animi demissione roget ut quæ in sequentibus scriptura esset, horum ipse neminem conscium faceret : hanc ob causam et propriam, et monasterii in quo tum agebat, et eorum quibuscum conversabatur, nomen studiose suppressit, ne forte a quopiam per ea quæ libro illo exarata cerneret, agnosceretur. Culparum vero, tam quas scripto credidit quam quas toto dein vitæ tempore commisit, confessariis plenam libere jam inde ab illa hora et momento divulgandarum potestatem fecit, nominisque sui manifestandi. Plura de hoc nosse qui cupiet, libri IV capita XV et XVI (*hic cap. VII*) evolvat. Revelationes porro ipsa flocci pendebat, passimque eas nec optandas aiebat nec desiderandas; sed toto homines studio ac conatu

et profunda animi demissione.

F

AUCTORE
RIBERA.

A in verarum solidarumque virtutum exercitia malebat incurrere: uti ejusdem libri caput vigesimum declarabit. Omnium revelationum suarum confessario rationem sedulo reddebat, nihilque in iis auditorum umquam ad opus et effectum, nisi ejus quem Dei in terris loco acceperat, accedente consilio perducebat; qui si refragaretur, etsi alias revelationes eadem de re ingeminarentur, parvi eas ipsa faciebat, uti eodem legetur capite in quo ejusdem sit obedientiae mentio. Quamvis vero tot tantaque illi a Domino revelarentur, ab illo tamen nec sibi nec aliis quid umquam privatim postulavit. Vestitus et communis vitae ratio penitus sancta erat, vitaeque illius instituto ac religioni admodum consona.

Item virtutum
gratum op-
probatione
commendan-
tur.

36 Quintum signum, confirmatio ac comprobatio scilicet eorum qui aliqua hac in re auctoritate valent, sufficere non raro solet. Teresiae vero oratio, spiritus et revelationes a viris gravissimis, doctissimis spiritualiumque rerum maxime gnaris in Castella aliisque quae ipsa frequentavit locis, sunt insigni cum testimonio approbata, sicut cap. vii libri iv videbimus. Ex his ergo liquidissime patebit has M. Teresiae revelationes esse a S. Bonaventura, B Cardinali Turrecremata, Joanne Gersono, Magistro Joanne de Avila, Bartholomaeo de Medina, et a Joanne Horozcio archidiacono Cuellariensi, ut alios praeteream, quorum supra indicato capite seriem texam, approbatas et luculenta commendatione laudatas. Imo Horozcius (lib. de vera et falsa prophetia, cap. vii), non eas in genere modo, verum etiam singillatim, idque verbis admodum honorificis, comprobavit. Nec minus eas approbavit ac laudavit R. P. Magister F. Ludovicus de Leon Ordinis S. Augustini, sacrarum litterarum apud Salmanticenses professor; de cujus eximia eruditione ingenique acumine nihil hic attinet dicere, cum ejus id scripta apertissime loquantur. Hic a regio consilio ad B. M. Teresiae opuscula scriptaque quae praelo subjicerentur, examinanda destinatus, non ea modo censura sua ac judicio digna praelo censuit, verum etiam elegantem admodum iis praefixit epistolam, qua de illis tale dedit testimonium quale a viro et litterarum scientia et judicii maturitate magno erat expectandum, quamquam Teresiam ipse ante nec vidisset nec convenisset, sed e solis scriptis eam velut e speculo perspexisset. Quibus omnibus hoc ipse demum C adjuugo, diligenter me ac studiose multa de Sanctis quarum nuper meminimus quaeque de revelationibus scripsere, legisse, et eas ipsas a viris doctissimis et gravissimis esse examinatas et comprobatas, atque illas et B. Matris Teresiae revelationes adeo invicem similes existere ac si ab una eademque essent universae manu conscriptae; quin imo in illarum plurimis majores legentibus haud dubie scrupulos quam in his Teresiae occurrentes.

non minoris
faciente sunt

37 Dicit forte quispiam eam nonnisi foeminam fuisse, ac proinde foeminae factas revelationes non tanti esse faciendas. Huic ipse respondebo plura superiori me capite virorum quam mulierum exempla attulisse: at si foeminae quibus ea contingunt, vitae sunt inculpatioris et Deo acceptiores, quam qui haec obijciunt viris, cur foeminis ea mirantur concedi, quae sibi, quod Deo non ita intimescunt conjunxerint, vident denegari; praesertim cum nulla apud Deum sexus sit distinctio, nullum virorum aut foeminarum discrimen, et omnes illius sint creaturae, quique illi se communicat liberalius, erga hunc etiam se ille vicissim liberaliter refundat? Parum etiam morabor haec illos obijcere, si modo advertant ad ea quae dicunt: quia quae vio-

lenter ac genere effrenos passionum motus comprimunt mulieres, easque Deo subjiciunt ac parentes reddunt, inclyto virorum dignae sunt nomine; qui vero ab iisdem expugnantur et reguntur viri merae sunt foeminae. Neque vero hoc in corporis sexusve diversitate, sed animae situm est robore. Videant porro num is Christianae sit Ecclesiae sensus, cum Virginum haec generosarum ac fortium memoriam, quales Agnes, Agatha aliaeque, solempi Martyrum Officio cohonestet, ut hoc nos illa pacto edoceat eas ceu viros generosos et invictos a nobis habendas. Hoc adeo quidem evidenter patet, ut non sit illi adstruendo diutius immorari necesse, cum et ipsa Ethnicorum scripta sint plena, canatque de virgine quadam priscus Romanorum Poeta Ennius:

» Vos etenim, juvenes, animos geritis muliebres;
» Illa virago, viri.»

38 Quamobrem fixum illud maneat, foeminarum, id est, imbellium et passionibus obsequentium revelationes parvipendendas, sed mulieris quae longe viriliores quam multi illustres viri animos praetulit, et mulieris adeo generosae et strenuae et aliarum illi similium revelata magno esse numero habenda. Si Deo Optimo Maximo perquam sit volupe cum hominibus conversari, necnon certissimum quoque sit Nabuchodonosor regis ariolos perperam censuisse, negando omnem coelitus cum hominibus conversationem; cum quo demum ille familiariter ager ac loqueretur, si non cum eo qui ejus nomine omnia abdicat, suamque illi animam penitus dedicat et immolat, et solo illo delectatur ac pascitur? Vereor autem ne quis stupidus ac rerum ignarus in medium prodiens mihi calumniando objiciat, haec quidem repertura fidem, si alius quispiam ea enarraret, sed, quod de se ipsa Teresia haec referat, fraude et dolo suspecta censenda. Satis, meo judicio, foret, non aliter hisce respondere quam objectas calumnias surda aure praeterire. Dico tamen hoc potissimum nomine viros cordatos et prudentes ad iis credendum assentiendumve invitari, quod haec de se ipsa commemoret. Sane si alio quopiam narrante fidem haec invenirent, quanto magis cum tanta fidei et auctoritatis testis, omni exceptione majoris, adeo a propria gloria aucupanda remota, quaeque omnem semper vanitatem tanta contentione ac studio fugit, testimonium accedat? Pervolvamus, quod variis in locis de Sanctorum gestis S. Hieronymus, S. Augustinus alique, atque imprimis suo in Dialogo S. Gregorius, produnt; atque ad oculum patebit quam illi plenam hujusmodi in rebus multo minoris auctoritatis testibus fidem adhibuerint, cum quod sanctimonia hi spectabiles essent, tum vero quod scirent quid suis cum Sanctis Deus agere soleat, et praeterea quod permagni interesset fidem illis adungere.

nec minoris
fide dignae.

39 Non animadvertunt autem haec interiora quaedam esse et illis solis nota quibus revelantur; qui si eadem tacerent, numquam fore ut ulli innotescerent. Quidquid enim revelatorum aut ad hominum notitiam venit aut scripto commissum est, id eo factum quod ipsi ad divini nominis gloriam ac proximorum utilitatem vel haec sua descripserint manu vel aliis scribentibus patefecerint: adeo ut, si hanc ob causam hisce revelationibus auctoritas denegetur, pari ratione omnibus prope aliis quae ab ipsis sunt Sanctis conscriptae, neganda esse videatur. Undenam enim omnes quae exstant SS. Birgittae, Catharinae Senensis, Gertrudis, Mechthildis, Angelae Fulginatis aliorumque Sanctorum ac Sanctarum revelationes ad nos, nisi

praesertim
cum eas ipsa
nonnisi jussu
conscripserit.

unica

A unica hac via, pervenerunt? Si vero aliis easdem commemorantibus credimus, etsi vel auditu tantum acceperint et testes sint auriti, quanto magis ac potius ea nobis credenda sunt, cum qui eas a Deo accepit, et non testis auritus, sed oculatus est, enarrat? Tum vero maxime et potissime, quod quidquid quoad hoc Mater Teresia conscripsit, non suo id instinctu arbitraturque, sed Dei, qui id ab ea fieri volebat, ac confessoriorum, quos Dei vicarios habebat, jussu sit aggressa.

Merito igitur
Ribera de ill.

40 Hinc factum est ut multo plura silentio involverit, quæ dicere alioquin potuisset, uti ipsa testatur, satis esse rata ea scripto tradere quæ ad jussus superiorum parendum aliquatenus sufficerent. Quodam tempore dixit illi Dominus (ut sua id ipsa manu notavit): « Quæ tibi do monita, conscribere ne negligas, ne forte eorum te capiat oblivio. Cum hominum consulta ac monita in scriptis habere velis, cur tempus male impendendum arbitraris in iis quæ ipse tibi propono, conscribendis? Veniet aliquando dies, qua omnibus opus habebis. » Alia in schedula hæc exaravit verba: « Dedit mihi Dominus quodam tempore lucem in re quapiam quam intelligere peroptabam; sed ejus statim haud multo post penitus sum oblita, adeo ut ejus in mentem mihi deinde nunquam venerit; quam cum memoriæ refricare satagerem, illico vocem audiui: Cum jam tuoris me tibi interdum loqui, noli negligere ea scripto committere: quia, licet tibi inde nulla accedat utilitas, aliqua inde aliis poterit accedere. » Dictum igitur hic semel esto, nec post in cæteris quæ dicturus sum, repetendum, me, cum Sanctæ hujus vitam ac gesta scribere constitui, gratias illi et charismata divinitus communicata silere nec potuisse nec debuisse; quod unicam Dei hic spectem gloriam: ad quam mirifice facit quod suis se creaturis sincere et ex animo sibi obsequentibus adeo amice ac familiariter exhibeat. Fecerunt id olim SS. Athanasius, Hieronymus, Gregorius, et omnes tam veteres quam nuperi Vitarum Sanctorum scriptores. Nec vero me latet intimam hæc in rebus sanctitatis substantiam minime sitam esse: unde nec idcirco eas ipse litteris trado, tametsi eam aliquo modo declarent et quadamtenus spectandam dent, præsertim cum eos quos supra indicavimus in animis effectus et pietatis motus relinquunt; nec quid aliunde appareat quod ipsis contradicendo adversetur, earumve auctoritatem imminuat.

sed brevius
quam de ejus
virtutibus
acturus est.

41 Quocirca revelationes nonnisi per transennam atque obiter, prout in Vitæ ejusdem filo occurrunt, enarro: de veris porro genuinisque virtutibus, in quibus omnis consistit sanctimonia, singillatim et data opera libro IV sum locuturus, qui et ideo duos alios magnitudine æquabit. Quod hisce temporibus magis etiam necessarium atque opportunum censeo, ut verarum revelationum signa ac notas propius dum intuemur et humilitatem illam atque amorem divinum quem in animis gignunt, falsæ et quæ a patre mendacii et fraudis immissæ sunt, evidentius pateant, nullaque iis fides vel auctoritas addatur, nemoque per has in fraudem inducatur: cum, quibus hæc obijciuntur, arrogantia eos et privato suiipsorum amore palam videamus turgescere, et soli honori, nomini, existimationi auctoritatisque apud homines parandas totas intendere. Atque ut albor nigro comparatus et oppositus magis enitet et quodammodo albior apparet, nec non nigredo furvior et obscurior, sic, si falsæ cum veris revelationes conferantur et simul spectandæ proponantur, et illarum evidentius pa-

tebit falsitas, et harum fulgor ac splendor effulgebit magis. An non eo quo veri Prophetæ exstiterunt tempore, etiam fuere pseudoprophetæ, et una cum Apostolis Jesu Christi surrexere apostoli satanæ? At non idcirco verorum Prophetarum imminuta est aut fracta auctoritas: quin potius eo claruerunt magis et majori habiti sunt numero. Denique cum hisce famulam suam prærogativis exornare visum sit Deo, cur eas ipse divulgare verear, cum Raphael Archangelus unumquemque nostrum doceat: « Sacramentum Regis abscondere » bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum » (Tob. XII). Quod vero virtuti per alios qui ficta ejus specie mortalibus imponere sunt conati, infamia quodammodo irrogetur, ingens idcirco mihi fore nefas visum est veræ virtutis patrocinium ac tutelam non suscipere.

ANNOTATA.

a Super his S. Bernardi biographis consule nostra Sanctorum Acta ad diem XX Augusti (pag. 250).

b Merito, ait Papebrochius ad diem XVIII Junii (pag. 605) de his revelationibus dubitatum est. Quare earum mentio, quam Molanus in prima sua Usuardina editione fecerat, omisa fuit in Martyrologio Gregorii XIII. Eas egregie discutit Eusebius Amort in suo de Revelationibus tractatu (part. II, num. IX).

c Consule super S. Francisci stigmatibus tomum II Octobris (pag. 648).

d Vide amplum tractatum de Indulgentia Portunculana eodem tomo II Octobris, parte III Analectorum de S. Francisco (pag. 879). Vide etiam Addenda ad diem IV Octobris (postrema tomi ejusdem pagina).

e F. Leander Alberti scripsit de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum opus accuratum et puriori elegantiorique latinitate nitens, ait P. Echardus (Script. Ord. Præd. tom. II, pag. 138).

f Hujus Historiæ Ord. Præd. obiter memini in Commentario prævio, num. 746.

g Hæc de Sanctis Franciscanis Ribera hausit e Chronicis Ord. Min., lusitana primum lingua scriptis a F. Marco Ulyssiponensi et in hispanam translatis a F. Didaco de Navarra.

h In Bedano Martyrologio fit mentio S. Gertrudis Virginis, non ad XVI Aprilis, ut hic dicit Ribera, sed ad XVI kalendas Aprilis seu XVII Martii: estque proinde eadem illa Gertrudis Nicellensis de qua Surius, Martyrologia Romanum et Usuardinum, aliique passim fasti sacri eadem die agunt.

i Agitur videlicet illo capite de meritis SS. Francisci et Dominici, qui S. Gertrudi apparuerunt. ... in præfulgenti gloria, consimiles in meritis glorioso Patri Benedicto, amœnitate florentium rosarum ac rutilantis sceptri venustate decorati, etc.

k Edidit hanc S. Angelæ Vitam Bollandus ad diem IV Januarii (pag. 186).

l S. Lutgardis Vitam habes ad diem XVI Junii (pag. 231).

m De S. Birgittæ revelationibus late disseruit Bueus ad diem VIII Octobris (pag. 406). De S. Catharina, ejus filia, vide ad diem XXIV Martii (pag. 503).

n Vitam S. Lidwinæ, auctore J. Brugman, edidit Papebrochius ad diem XIV Aprilis (pag. 267).

o De hoc Gerardo agitur in Vita S. Lidwinæ. Eum Prætermisiss annumerarunt Majores nostri ad diem XX Septembris (pag. 105), Sancti titulum, quo a nonnullis donatus fuit, ei abjudicantes.

p Quam Bernardus Justinianus descripsit Sancti patris sui Vitam, habes a Bollandis editam ad diem VII Januarii (pag. 551).

q S. Ignatii Vita a Ribadeneira composita inserta est operi nostro ad diem XXXI Julii (pag. 655).

r Indicat hic Ribera Vitam S. Ludovici Bertrandi anno

A anno 1582 et iterum anno 1583 hispanice editam Valentia a Vincentio Justiniano Antistio; quam latinitate donatam Majores nostri edidit ad diem x Octobris (pag. 305).

s De Nicolao Factore, quem Pius PP. VI anno 1786 inter Beatos adscripsit, disserendum erit ad diem xxiii Decembris. Vitam ejus Christophorus Moreno publici juris fecit Compluti anno 1588.

t Non possum hic non profligare exaggerata ab Edgardo Quinet in Sanctam nostram elogia, quibus divinam visionem singulari modo intermiscet. Protulit illa in Parisiensi dicto Franciæ Collegio mense Majo 1845, cum meos de Teresianis ecclasiis et visionibus paragraphos prelo jam submisseram. Sane, si viri descriptiones momento suo ponderentur, in Actis Sanctorum spongia eas haud dignas quisque necum ultro fatebitur. Ast, cum illæ e genere earum sint quæ dedita opera a Religionis hostibus late sparguntur et ficta mendacique fama alte deprædicantur, quo valeant apud incautos lectores, non modo (quod Quinetio solemne est) odium excitare in Societatem Jesu, sed et labefactare auctoritatem Romani Pontificis et episcoporum, imo omnem subruere Religionem Christianam; non abs re duco hominem paucis reprehendere qui profari sequentia ausus est verba: Verus Reformationis adversarius fuit Teresia.

B Ordinem erexit qui pugnaret oratione, dolore, lacrymis et amore. Plus ipsa adversus Reformationem valuit quam Philippus II, quam Inquisitio et quam Jesuitæ. Ejusmodi gemitus auditus non fuerat a temporibus descensus Golgothæ. Neque Reformatio eam vincere potuit, eo quod cor ejus inhæreret visioni amoris divini. Teresia relevavit Ecclesiam, sed max de novo ruituram. Ita nocuus Teresiæ encomiastes inter atroces quæ hunc locum præcedunt et subsequuntur adversus Catholicam Ecclesiam calumnias splendidaque contra historię veritatem mendacia. Igitur Teresiam ab Ecclesiæ hostibus ideo invictam permansisse tenet ille, quod cor ejus inhæreret visioni amoris divini; ita ut, si verba grandiloqui doctoris assequar, magnos Teresiæ animos dotesque fateatur adscribi debere divinis iis charismatis de quibus hic sermo fuit. Attamen, utut sit et de inaudito illo Teresiano gemitu, et de descensu Golgothæ, et de validiore adversus protestantismum Teresiæ obitu præ obitu Philippi II, Inquisitionis et Societatis Jesu (quæ omnia doctori qui ea profatus est, seu nova interpretatione enucleanda seu justis argumentis comprobanda relinquo), non eo quo Quinetius vult modo ante Teresiæ tempora prostrata jacuit Ecclesia, neu a Teresia erecta est, neu post Teresiam est collapsa. Sed trina hæc assertio trinam continet cum historiæ tum Catholici dogmatis gravissimam offensionem. Neque lubet mihi tantas has in Ecclesiam simul et in Teresiam injurias sine correptione tacito præterire, eo quod apud multos hodie sit moris, ut Ecclesiam Catholicam despicibilem reddant, eam ut caducam fluxamque traducere, imo ejus funus asseveranter annuntiare aut etiam in presenti celebrare; sed opera pretium duco hos viva et immortalis Ecclesiæ humatores castigare paucis, et errorem quem e suggestu inque libris loquaciter docent, strictim dedocere. Noverit igitur Quinetius et totus ille pseudomagistrorum chorus Ecclesiam Catholicam æternum esse ædificium et miraculum immutabilitatis consiliorum Dei. Volentibus sæculis videt illa et morituras hæreses enasci et avia humanæ rationis deliria obliterari. Sexcentis sæculis una cum octodecim sæculis eorum ipsa evanescere; atque imperatorum et regum in ejus ruinam conjuratorum collapsis thronis, sospes Ecclesia in Romanis Pontificibus, seu in dynastia Christi, persistat et æternum perstabit. Vix dum enata, contra orbis dominos longa trium sæculorum pugna certabat, pluresque e pugilibus suis miliones evalebantur: aut sub gladiatorum crescens acie, Sponsa Christi e tanta luctu victrix evasit. Adhuc et alterum haud raro in Ecclesia oriebatur bellum, domesticum scilicet discordia cum hæreticis, qui, ut ait Tertul-

lianus, veritatis sunt interfectores hostiumque genus D tanto atrocius, quod ipsa Religionis viscera discerpant, animamque perimant, intactis corporibus. Sed Ecclesia Dei vivi, quotiescumque impetebatur, contra hæreticorum tela invicto Apostolicæ traditionis clypeo illæsa sua dogmata obtegebat; et erroris impatiens, quia vera, illos damnabat desertæ Religionis, dissectaque de magno corpore membra in pulverem jubeat abire. Sic Petri navicula, cum jactabatur procellis, eo sublimius semper fuit erecta quo vehementiores eam subvertere fluctus tentabant: siquidem Religio nostra non minus flexibili hærescon pravitate quam doctorum scientia firmatur, non minus hostium assultu splendescit quam Martyrum confessione, præconum zelo et gentium accessione. Enimvero, opinionum commenta delente die, dum hæreticorum filii recoquant damnatas prædem patrum suorum fabulas, Catholica Ecclesia, ab infidelibus oppugnata, ab hæreticis impugnata, expugnanda a nullo, veritatis stabilem tenuit tenetque principatum. Docet quod ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo accepit. Fides Gregorii XVI, fides Petri; fides hodierna, fides omnium sæculorum usque ad consummationem mundi. Quotquot igitur nequam doctores in columnam et firmamentum veritatis, in Dei, inquam, Ecclesiam, furibundi irruerunt hodieque irruunt, deciderunt hodieque decidunt enecti, contrita turpiter fronte. Sed hæc satis sunt de isto Quinetii elogio, quod malus laudator non aliam ob causam quam ut Ecclesiam impeteret, S. Teresiæ affixisse videtur. Atque hic clauditur longa de visionibus et ecstasibus tractatio, qua Ribera binis his capitibus adversarios pro ævi sui conditione confutavit, et qua ego (§§ xci—xcvi) pro conditione ævi hujus confutare conatus sum alios qui Sanctorum charismata adscribere non verentur phantasie, magnetismo animali, hysteriæ vel morbo cataleptico.

CAPUT III.

S. Teresiæ nativitas, pueritia, adolescentia et in Ordinem Carmelitanum ingressus.

Mater Teresia a Jesu Teresiæ de Ahumada nomine antea est vocitata; hoc vero a Jesu cognomen eo assumpsit tempore quo monasteriorum suorum primum a S. Josepho denominatum Abulæ fundatum est. Exinde enim Teresia a Jesu dici cepit, id ipso exterius indicans nomine quod intimo clausum corde tenebat: non se jam nimirum amplius mundi nec suorum nec demum suiipsius, sed totam solius Jesu esse, cui se toto animo et corde jam penitus consecrarat. Quod salutare piæ matris exemplum filiæ æmulantes, quo sacram Religionis vestem assumunt die, novum cognomen, vel a Jesu vel ab illorum quopiam qui Domino nostro Jesu Christo fidelius ac ferventius servierunt, pro suo quæque affectu ac pio sensu induunt, ipsum familiæ ac generis, tametsi illustrissimi, et quem in sæculo tenuerant honoris ac dignitatis titulum exuentes. Etsi vero aliquot intercesserint anni, antequam hoc a Jesu cognomen diceretur, hoc tamen nos eam nomine jam inde a principio donabimus, cum hoc illi præ patrio et gentili longe fuerit gratius et carius. Teresiæ nomen nec Græcorum est nec Latinorum, uti quidem nonnullorum est opinio, sed Hispanorum proprium, et quidem antiquum, qualia Elvira, Sanchia, Urraca aliaque similia mulierum nomina. Sic et in Hispania permanserunt Sanchius, Gutierrez, Garcias, Mendus, Alphonsus, Fernandus aliaque virorum cognomena,

CAP. III.
S. Teresia.

F

cognomena,

A cognomenta, quorum aliquot in Canone Missæ Mozarabice, cujus olim in Hispaniis usus erat, videre est, cæterorum Sanctorum nominibus permista. Unde et Teresia alicujus Sanctæ Hispanæ nomen esse mihi verosimile sit, et forte filia illius regis Bermudi cujus Rodericus archiepiscopus meminit in IV rerum Hispaniensium libro, cap. XVII a, quo loco Alphonso Legionis regi, Bermudi filio, sororem refert fuisse Teresiam nomine (qui vero Latine historias hascō conscripsere, Tarasiam appellant). Hanc pater invitam Toletano regi Abdallæ in conjugem dedit, quod sibi hunc propter affinitatem adversus Cordubensem regulum suppetias speraret laturum. Quæ cum Mauri amplexus et tactus pati renuisset, illique, nisi ab impuris conatibus desisteret, Domini, cui ipsa serviret, ultionem comminaretur, nihil minas moratus barbarus violenter illius pudorem imminuit; sed extemplo vindicem Angeli cœlestis manum sensit. Unde, cum mortem sibi propterea imminuentem cerneret, Legionem eam egregio cum comitatu et multis dotatam muneribus remisit. Hæc deinde monasterii septis se includens insigni in sanctitate vitam traduxit: tandem cum ad cœnobium a Sancto Petro cognominatum venisset, in eodem et diem clausit et sepulturam invenit *b*.

*Abula die
XXVIII Martii
1513*

43 Abula, Castellæ Veteris civitas et nobilis et vetus, prima nascentis Teresiæ vidit incunabula: quæ civitas cum non inter postremas regni illius censeatur ac celebretur, posthac tamen longe futura est notior, quod beata et pulchra hæc arbuscula ibidem et orta sit et educata: quæ, quanquam sua sub initia exilis videretur, jam paulatim suos per universum qua patet Hispaniæ regnum ramos extendit; et modo etiam eosdem in alias trans mare provincias cœpit extendere (exemplo sit Genua), quin et ad Indos usque, et, quantum Deo dante spero, etiam remotiora ad loca suas propediem stirpes emittet. Parentum in ædibus illius ortus contigit, e regione ædis Dominicanæ sitis et ædi S. Scholasticæ contiguis: quas suo vir nobilis Didacus Bracamontius jam ære comparatas paternis irredimibilibusque suis possessionibus adjecit. Has ipse, simul et locum in quo nata, et conclave haud procul inde in quo quindecim annorum spatium et amplius dormivit, sum ingressus et contemplatus. Si vero qui harum jam dominus est ædium, tanti quanti fieri revera deberent, eas faceret, e duobus illis cubiculis oratorium, ad rei adeo solemnem memoriam conservandam, construeret; et spondere ipse ausim nihil his pietatis operibus rebus illius derogatum iri aut diminutum, sed eam fortassis in causa futuram, ut domestici omnes, tum qui hanc hodie domum incolunt, tum qui post futuris temporibus incolent, divina benedictione compleantur *c*. In feriam quartam natalis illius incidit, v kalendas Aprilis ac profestum S. Bertholdi Confessoris, qui ejusdem fuit Ordinis, anno post partum Virginis MDXV, regnante in Castella Joanna Caroli V imperatoris matre, et patre illius Ferdinando rege Catholico absentis filia loco regni gubernacula moderante, Ecclesiæ universali presidente Leone X Pontifice Maximo, Romani imperiū habenas tenente Maximiliano I Caroli imperatoris avo, biennio antequam funesta illa Ecclesiæ pestis Martinus Lutherus impium Romanæ Ecclesiæ bellum nefariis suis dogmatis indiceret. In quo divinam mirari licet providentiam, ut, cum sacrilegus hic sponsas Deo sacras monasteriorum septis eductas impiis copulaturus erat nuptiis, tum paulo ante sancta hæc virago ederetur in lucem, qua monente et faciem præferente, multi passim intra eadem cœno-

biorum claustra se aretarent suamque Deo castimoniam voto sacarent.

44 Orta est nobili et claro imprimis genere. Patrem habuit Alphonsum Sanchez de Cepeda, Joannis Sanchez de Toledo et Agnetis Cepedæ filium, et Alphonsi Sanchez de Toledo et Teresiæ Sanchez nepotem. Matrem Beatricem de Ahumada, Matthæi de Ahumada filiam, de genere Ahumadiorum, quod et nobilitate et antiquitate inter Abulenses familias numeratur, uti et familia Tapiarum, e qua oriunda erat hujus Beatricis mater, Joanna de Tapia. Quæ autem de Teresiæ nostræ avis et proavis huc attulimus, e priscis de illorum nobilitate fastis ac tabulis deprompta sunt; quæ adeo quidem evidens erat ac manifesta, ut, licet Alphonsus Sanchez de Toledo Abulensis non fuerit, sed advena, suas tamen proles nobilissimis ac primariis urbis illius matrimonio elocarit. Cepedii e Tordesillis originem ducunt, quorum nota est claritudo et splendor. Porro Alphonsus Sanchez binas iniit nuptias: primas cum Catharina del Peso, quæ illi filiam peperit Mariam Cepediam; alteras deinde cum Beatrice de Ahumada. Felix autem et beatum id utriusque connubium fuit: ut enim generis natalibus, sic et virtutibus ambo illustres fuerunt: testimonio sunt liberi, quos genuere, octo vel novem; inter quos tertio nata loco fuit Teresia nostra, cum mater nondum primum supra vigesimum annum explesset. Ex his etiamnum hodie aliqui sunt superstites.

45 Ut B. Teresiæ nihil, quo minus ad eam sanctitatem ad quam post pervenit, pertingeret, omnino deesset, de tam piis providisque Deus illi parentibus prospexit, ut, cum bono quod ab ipsis promanabat exemplo, tum quam ejus habebant sollicitudine adjuvante, sanctimoniam calcare ipsa semitam etiamnum parvula cœperit. Mater quippe honestissima erat matrona, quæ etsi forma utcumque æqualibus præstaret, nullam tamen cuiquam suspicionem movit aut se formæ colendæ studio teneri aut ob eam insolescere. Quamquam enim tertium supra trigesimum nondum superasset annum, cum de vita migraret, provectionem tamen mores vitæque ratio ætatem redolebant. Non minor etiam in patre elucebat honestas morum ac sanctimoniam, quem nemo vel temere jurantem vel aliis detrahentem audiit. Sanctorum is lectione librorum mirifice capiebatur, quorum et magnam domi vim habebat, ut liberis quod legerent minime deesset. Dabat is operam ut precationi hi quotidianæ statis horis vacarent; præ cæteris vero elaborabat ut singulari omnes erga Deiparam Matrem aliosque Cœlites studio et affectu ferrentur. Horum autem librorum lectione et quam pius parens tenellæ instillabat ætati pietate factum est ut Teresiæ animum tangere jam tum de cœlo Dominus cœperit et ad sese pellicere, cum vix septimum ipsa attigisset ætatis annum. In studio pietatis socium habebat e fratribus Rodericum Cepediam, qui deinde in Novo Orbe in fluvio cui ab Argento *d* cognomentum est, mersus interiit, cohortis eo missæ ductor constitutus. Hinc cum Teresia ut martyrem e habebat, quod fidem Christianam propugnando occubisset. Peculiari erga hunc præ cæteris fratribus amore ferebatur, quod ejusdem prope ambo ætatis essent, et eodem uterque mense et die in lucem editus (quamquam hic quatuor ante Teresiam annis, ut fidem is facit liber cui filiorum pater solitus erat inscribere nativitatis diem): unde et magno cum gustu affectuque ambo historias et gesta Sanctorum pervolutabant.

46 Non mediocrem vero tenellis ejus præcordiis ardorem

AUCTORI
RIBURA

D
parentibus
tum generis

E

CAP. IV
tum pietate
præclaris
nata.

F

d

e

AUCTORE
RIDEUA.A
in ipsa pueri-
tiam martyrium
desiderat.

ardorem injiciebant lecta Martyrum nonnullorum supplicia ac cruciatus. Quocirca luce coelesti illustrata, secum ipsa puellula reputabat, vili admodum exiguoque a Sanctis hisce aeternae quietis divinique conspectus possessionem pretio, etsi acerbissimis toleratis cruciatibus, comparari; quare eandem ipsa laborum mercedem perceptura ac praeium, eodem etiam mortis genere occumbere summopere desiderabat. Quoniam vero etiam tum ingenti excelsoque erat animo et insignem erga divinum obsequium generositatem prae se ferebat, non satis illi fuit mortis hujusmodi ardorem concepis-
B
se, verum etiam cum fratre Roderico tractare accurate coepit equaniam desiderii illius opere exequendi tamque gloriosae mortis illico appetendae ratio suppeditaret. Acribus illum verbis ita puella commovit ut, tenui secum sumpto viatico, paterna ambo domo sint egressi, proxima Maurorum petituri regna, a quibus pro divini nominis gloria cervices tenellae ipsis praeciderentur. Egressi jam portam erant ab Adaja (lumen id est Abulam perfluens) dictam, et pontem superarant, cum longius progressis occurrens patruus, ambos, magno matris cum gaudio, quae illos tota conquiri urbe
C
jusserat mœre confecta ac metuens ne forte in puteum quemdam domesticum prolapsi interissent, domum confestim reduxit. Hic purgare se Rodericus, et omnem in parvulam sororem, a qua ad hoc suscipiendum iter esset incitatus, culpam congerere. Percellebat autem utrumque non mediocriter quod tam gloriam in cœlo quam cruciatus apud inferos aeternos fore passim in libris lectitarent: quae etiam de re ambo identidem inter sese colloquebantur, et vocem Aeternum accurate ponderantes, magno ipsum animi sensu saepius repetebant: Aeternum, Aeternum, Aeternum! Hac assidua de aeternitate commentatione factum est ut magnum animo illius Dominus desiderium illius sectandae viae injiceret quae ad perpetuo et aeternum duraturam gloriam sectatorem perduceret.

aliaque plura
praebet

47 Cernens porro coronae martyrii, ad quod subeundum tam vehementem in se ipsa ardorem et animum persentiscibat, oblinendae sibi esse iter obstructum, illa suadente, eremiticum ambo ac solitarium vitae genus consecrari decreverunt. In horto ergo domestico qua poterant arte casulas ac cellulas sibi construunt, non adinstar aliorum puerorum e voluptate aliqua per ludum, sed ut suum in iis animum in solitudine recolligerent. Sed frustra: extemporaneum namque hoc opus diuturnum non fuit, ut suo satisfacere desiderio piisque votis nequaquam possent. Nondum quippe id venerat tempus quo solidiores et capaciores ipsa casulas construeret, et quo in orbem eam sanctitatem vitaeque rationem induceret quam veteres eremicolae et Patres in montis Carmeli solitudine inierunt. Solitudinem ergo, quantum sibi fas erat, sectabatur, ut in ea suae pietatis exercitiis, quae plurima erant, vacaret, ac praesertim suam Deiparae inibi coronam legendo. Mater namque ejus, Virginiei Rosarii studiosa, hujus usum suis liberis familiarum reddiderat. Mirifice vero erga illam ex Evangelio historiam afficiebatur in qua Redemptor ad puteum cum Samaritana loquens inducitur (Joan. iv): quare rei hujus imaginem suo semper in cubiculo, quo perpetuo ob oculos versaretur, depictam habebat, hac addita epigraphe: « Domine, da mihi » aquam » (cap. xxx Vitae ejus). Nesciens autem quam ingens sibi bonum peteret, Deo identidem supplicabat ut sibi aquam illam vivam impertiret, magnum hac in petitione illi vicissim gustum Domino inspirante, ut qui postea eam aqua hac co-

lesti tam copiose esset inebriaturus. Hinc et continenter illam in mente habebat, et in iis quae scripsit, non parum ex illa hausit, quo orationis magnalia declararet.

48 Egentibus, quantum poterat, stipe data succurrebat. Si quando cum aequalibus luderet, monasteriolis struendis mire delectabatur, ut jam tum hoc Dominus praemonstraret argumento, iis qui idipsum intelligere potuissent, quae deinde cum tanta divini nominis ac sanctissimae Matris gloria Teresia fundatura esset. Ita quoque in omnibus se gerebat quasi jam revera monasticam vitam professus esset, ipsamque etiam profiteri desiderabat, tametsi non eo fervore ac studio quo alias ad martyrium et vitam solitariam aspirarat. Haec tum quidem Teresia, cum Beatrix mater illius ex hac vita tollitur, duodecimum ferme puella tum annum agente. Cum talis matris illa decessum pro eo ac debebat peracerbe ferret, mœre prostrata, ante quamdam Deiparae imaginem sese abjecit, multisque cum lacrymis illi supplicavit, ut, cum matre jam orbata viveret, sui ipsa deinceps ut mater curam gereret, seseque in filiam haud gravate admitteret. Tam opportuno fuit haec oratio tempore et tam sincero ardentique fusa pectore, ut ejus
E
reipsa effectum senserit, a clementissima illa Matre ex eo tempore in filiam suscepta, uti post tum ipsa in omnibus necessitatibus, tum et mundus universus in mirabilibus rebus quas ejus opera Deus sanctissimae Matris suae interventione operari est dignatus, quam clarissime perspexit.

49 Non ferebat sancta haec pia virginis principia humanae salutis hostis satanas: neque enim eum latebat quam ipsius natura ultro in virtutem propenderet. Notabat adhuc perspicax et acutum in illa ingenium, maturam sedatamque prudentiam, animum ad ardua et excelsa suscipienda generosum, necnon industriam ad haec ipsa exequenda singularem, perseverantiam quoque et infractum adversus omnem languorem qui obrepere posset, constantiam, tantam denique dicendi efficaciam et vim ut, si majores in ea virtutum radices agere sineret, multas ejus opera animas Deo vindicandas formidaret. Haec, inquam, cum videret, omni sibi ope enitendum putavit ut bona subrueret quae dotes illae singulares jam tum pollicebantur. Quare omni qua potuit ratione conatus est eximia illa naturae dona a Deo Creatore accepta pravo eorum inducto usu corrumpere. Commoda ad hoc ipsum
F
faciendum nupera illius in adeo imbecilli aetate materna vigilantia et cura destitutae orbitas videbatur. Duplicem ad hoc adhibuit machinam.

50 Prima fuit persuasa veterum per Hispaniam heroum bellorum et armorum, carmine conscriptorum, lectio. Haec haud dubie inventionum ipsius una est, qua ille multas solitudinis et honestatis amantes animas in perniciem pertraxit: quod persaepe in familias a quibus alioquin impudicae et castitatis expugnatrices mulieres arcentur, illorum librorum introducatur lectio, quos nonnulli otio abundantes et vanitate, magna quidem elegantia ac lepore, sinistra tamen voluntate composuerunt, ut hostis inde noster, velut e pharetra, prompta ad nos oppugnandos tela depromeret; et clam et occulte id afferre animabus damnum assoleant quod fortasse illae administræ et parariae diaboli minime afferrent. Hos igitur non heroum, sed vanitatum panegyricos ipsa perstudiose et assidue evolvebat, eorumque lectioni multas bonas horas impendebat; utque ingenio excellebat, ita hanc phrasin et elegantiam tam profunde in animum dimiserat ut paucis post mensibus ipsa et Rodericus Cepedius
frater

futura sancti-
tatis specimi-
na.CAP. V.
Deinde in vir-
tute tepescitlectione futi-
lium librorum

A frater similes componere ipsi odas, heroum gesta fictione poetica deducendo, non dubitarint, ita quidem ætatis illius captum superantes ut apud multos etiam laudem invenerint. His ipsa e studiis non alium sane fructum tulit quam qui semper inde referri solet, etsi non tam depravata prodiret quam cæteri harum nugarum lectores; quod eam Dominus, a quo ad tam magna et excelsa reservabatur, nonnisi modicum a sua aberrare manu permittebat. Cæpit proinde corporis ornatui studere, peregrinos nidores circumferre, comam struere, manus curare et compta in publicum prodire velle; etsi sinistra omnis abesset intentio, et nemini ullam in Deum offendendi occasionem dare vellet. Quamquam autem in hisce similibusque vanitatibus consecrandis ipsa quam maxime incumberet, nihil tamen tum quidem admittebat quod noxam aliquam putaret includere.

et virtutis com-
positus.

51 Alterum invidi adversarii stratagemata quod adversus hanc Dei famulam produxit, fuit hoc ipsum quo multos non raro tum ætate tum virtutum studio majores expugnavit, pravorum nempe contubernium. Cum enim domum illius cognati quidam frequenter adirent, pariter cum illa ætatis, vanitatibus mundanis jam tum addictissimi, et sæpe cum illa de iisdem sermonem sererent, hos ipsa non illibenter audiebat, et vicissim quæ illis grata fore noverat, de suo ipsa in medium afferbat, non sine illorum voluptate. At fuit de consanguineis quæ longe illi exstitit damnosior. Hæc magno patris cum dolore illius ad ædes accessum habebat: quod enim moribus esset non sat gravibus, domo quidem eam excludere voluisset; negare tamen aditum non poterat, quod arcta illi secum sanguinis intercederet cognatio. Hæc et alia eorumdem morum sodalis, cui illa nota erat, cum Teresia quartumdecimum explente vel aliquantum excedente annum familiariter tractantes, hanc paulatim sui similem reddiderunt, ut omnis Dei timor ejus ex animo sensim evanesceret atque illius loco sæculares inaniæ et affectus terreni et noxiæ familiaritates mentem illius subreperent; tametsi, ut de se ipsa scripto testata est, non usque adeo prono in malum ferretur affectu. Ipse vero Dominus, cui singulariter ipsa curæ erat, duos illi velut frenos injecit, ne in hoc lubrico laberetur, animæque hic jacturam faceret. Primum fuit naturalis quædam ab omni impudicitia ac sordibus carnalibus aversio, quam etiam ipsa numquam exiit; alterum, tantus honoris amittendi metus, ut violentum quidem illi, salutare tamen fuerit retinaculum. Et licet ipsa (utpote quæ in omnibus mira ingenii dexteritate valebat) sexcentas excogitaret artes ut quæ agebat, patre clam fierent nulloque honor suus detrimentum caperet, impedire tamen non potuit quin deterior aliqua de ipsa suspicio nonnullorum animis insideret et aliquod nomini ejus probum affricaretur. Arridebant læta hæc cæcodæmoni initia, jamque sibi majorem ex illa victoriam spondebat; sed excelsus ille ac potens Dominus, Teresie non obliviscens, et mirabilia magna per ipsam aliquando ad ampliorem nominis sui laudem operaturus, tum cum nihil minus opinaretur, e manibus satanæ prædam hanc excussit.

ad hunc in
monasterio
educatione

52 Cum ergo nonnisi trimestri has ipsa vanitates sectata esset, virginum in monasterio Ordinis S. Augustini, quod a B. Maria de Gratia nomen habet, in quo id genus puellæ alebantur, a patre collocatur, quamquam sæcularem habitum non deposuerat. Ipse etiam Dominus, cum jam ante ejus esset sollicitus, effecerat ut nunc ei hæc vana nauseam afferrent, et, si quod crimen consciret, in-

solitus repente Dei timor menti illius oboriretur, ipsumque quamprimum confessarii in sinum abjicere satageret, animum compositura. Hoc ergo loco Dominus eam ad se reduxit: atque, ut omne ferme malum quod animam hanc eatenus purissimam occuparat, promanaret a pravo malorum consortio, sic omne vicissim bonum in eam e sancto sanctæ cujusdam virginis hoc in cœnobio agentis contubernio voluit derivari. Hujus namque e familiaritate ac colloquio ita immutata est, ut pravos quos imbiberat mores paulatim exueret, et ad bonos, quos ante exuerat, postliminio reverteretur, atque ut paulatim quod in religiosum Institutum conceperat odium deponeret, et de æternis assidue bonis meditari ac tota ad eadem animi contentione aspirare inciperet; multas ad Deum funderet et ipsa preces, et ab virginibus omnibus pro se fundi peteret; ut vitam denique quotidie in melius commutaret, etsi nondum plane monasticen profiteri animo constitisset. Nec vero, quod intra monasterii hujus septa conclusam Teresiam cerneret, ab ea pro more infestanda spiritus malignus destitit: quin imo et hic grave illi indixit bellum, tam internum pravis suggestionibus, quam externum mittendis ad eam aliorum nuntiis. Sed cum inanis omnis ejus conatus foret, illico cuncta in ventos abiere, et quam ille ejus inescendæ spem conceperat, penitus tum evanuit et concidit. Hoc in monasterio sesquiannum commorata, tum demum paternas ad ædes redire compulsus est, cum gravis illam afflixit infirmitas.

AUCTORE
RIBERA.
D

53 Confirmatis jam e superiori ægritudine nonnihil viribus, Teresia ad sororem Mariam Cepedian in pago commorantem a suis mittitur, ut ad dies aliquot apud ipsam animum relaxatura diversaretur. Sed dum ei alius, Hortigosa nomine, quatuor ab Abula passuum millibus distans pagus pertrans-eundus esset, in quo patruus ejus, Petrus Sanchez Cepedius, jam uxore viduus, ea tempestate habitabat, apud hunc pauculis diebus diversando hæsit: cujus honesta sanctaque vitæ conversatio miros Teresie ardores injecit. Spiritualium namque librorum lectioni sese dedere, eo hortatore, cæpit; erga quos licet ipsa parum afficeretur, ut patruo tamen morem gereret, eos frequenter volutabat. Unde factum est ut non ita multo post illam pernosse veritatem cœperit quam illius tenero cordi Deus olim inculcasset, esse videlicet cuncta hæc mortalia vere nihil, et in ictu oculi subito ad nihilum redacta evanescere: hinc in statum religiosum magis animo propendere, quod tamen a se ipsa hætenus impetrare haud potuerat ut firmiter statueret. Tres hic menses anceps hæsit et nutabunda, assidue secum ipsa pugnans; demum ita secum ratiocinando, sui victrix exstitit: religiosæ vitæ acerbitates et gravamina majora esse non posse iis quæ in purgatorio ab animabus feruntur; quare, cum delinquendo infernales ipsa cruciatus promeruerit, parum videri, si, quod reliquum esset vitæ, in purgatorii quodammodo penis traduceret. Legebat tum Teresia S. Hieronymi Epistolas, quarum illam lectio ita concitavit ut secum statueret Religioni sese vovere: quod cum patri decretum animi indicasset, ad hoc exequendum ab illo impetrare facultatem minime potuit; quod ipsam mire præ reliquis liberis diligeret. Porro cum jam reapse Dei famula esset experta quam sibi hominem parum fidere oporteret, et cum etiam quadamtenus didicisset quanta mundi esset vanitas, uti in omnibus quæ aggrediebatur, ingentem semper et excelsum animum præferebat, sese in tuto collocare, et quod proposuerat, perficere secum ipsa statuit.

CAP. VI.
piusque libris
legendis ad
frugem redit

54 Quare quadam die summo mane, postridie kalendas

E

F

AUCTORE
RIBERA.ut dicitur in
tome monastie-
rum

kalendas Novembris, qua fidelium animarum anni-
versaria in Ecclesia recolitur memoria, anno post
natum Christum MDXXXV /i. cum jam post exa-
ctum annum aetatis vigesimum septem effluxissent
menses, nemine propositi conscio, praeterquam An-
tonio de Ahumada fratre, qui ipsam est comitatus,
clanculo se domo paterna proripuit, rectaque ad
primarium Abulae monasterium ab Incarnatione
cognominatum, Ordinis B. Mariae de Carmelo,
properat. Huic ipsa Antonio iis ipsis diebus quibus
non ita pridem fugam meditabatur e mundo, per-
suaserat, saeculo ut valedicens religiosam vitam
iniret. Par scilicet erat ut per quam tot post animae
in viam caelicam revocandae erant, jam tum quod-
dam zeli ardentissimi erga proximos specimen da-
ret. Ambo igitur paterna se domo subducunt, ut
Religionis in portum se recipiant; tametsi impari
eventu. Teresia namque jam intra Incarnationis
caenobium recepta, Antonius inde recta ad S.
Thomae Ordinis S. Dominici contendit, admissio-
nem postulaturus. Admittere illum tum quidem
illius domus superiores noluerunt, nisi de parentis,
quem familiariter noverant, voluntate ac mente
ante facti certiores: quare post in familiam S. He-
ronymi cooptatur; at, cum nondum expleto tiro-
cinio in morbum incidisset, coeptum vitae cursum
minime tenuit. Redeamus ad neophytam nostram,
cui novas majoresque de caelo indies gratias Re-
demptor impertiebatur, quantoque eam amore ac
studio complecteretur, jam tum aperte satis decla-
rabat. Ab initio hoc illi praeter caeteris monasterium
placuerat, quod in eodem ageret Joanna Suarez,
cui Teresia animo conjunctissima erat, cujusque
necessitudo et contubernium illi postea non parum
utilitatis attulit, ut suo reddam loco: verum cum
jam reipsa religiosa vita esset assumenda, ita in
omnem aeque propendens se indifferenter habebat
ut non invita ad aliam transisset familiam, si hanc
e divino magis futuram obsequio existimasset: plus
namque de animae incolumitate et quiete quam de
corporis consolatione ac recreatione erat sollicita.

generosa ani-
mo

55 Porro e parentis terreni domo in Patris coe-
lestis habitaculum tanta animae suae oblectantis
contradictione transiit, et tam vehementem in illa
separatione doloris est experta sensum, ut singula
prope sua ossa sede moveri, ipsa quoque anima de
corpore violenter avelli sibi videretur. Verum, di-
vina auxiliante gratia, et sui qua excellabat animi
magnitudine et generositate superante, e duro hoc
certamine tenera virguncula victrix abiit, et ex-
celsa quadam mentis constantia et robore ad caeno-
bium properavit, Religionisque vestem supplex
petiit, tanta quam sentiebat luctam dissimulatione
tegens, itaque mentis serenitatem ac quietem men-
tiens, omnes ut illam existimarent maximo, quae
peteret, desiderio et ardore petere. Extemplo igitur
Dominus (qui nihil optat magis quam ut quae in
suo obsequio occurrunt difficultates generose per-
rumpamus, quo suam in nobis misericordiam pate-
faciat) tanta mentem illius voluptate ob status hujus
electionem delinivit ac perfudit, ut haec nunquam
illi postea defuerit. Mutata ergo quamprimum
animae ariditas est in tenerrimi amoris sensum; et
rerum saecularium gustus ad religiosarum delicia-
rum sensum coepit desipere. Viso itaque se jam
prorsus ab hisce vanitatibus adeo gravibus esse
liberatam, internum animi capere ipsa gaudium
vix poterat. Non cessabat tamen toto ipso tirocinii
anno variis servam suam Dominus exercere rebus,
quae licet in se molestiae non essent, ipsam tamen
non mediocriter affligebant et vexabant. Quotidie
vero magis et magis de caelo Dominus ostendebat

non temere hanc aut fortuito ab ipsa esse Religio-
nem susceptam, sed mirabili quadam providentiae
suae nutu ac directione, ut nimirum reipsa jam im-
pleretur quod multis ante annis praenuntiaturum erat
futurum. Fama tum erat plurimis abhinc annis
fossorem quemdam q thesaurorum inquirendorum
gratia eo venisse (hoc monasterium ruri est haud
procul a muris civitatis), cumque hinc inde per
domum aurum indagaturus fodiendo vagaretur,
praesagis prophetae oculis alium pretiosorem longe
thesaurum ac pignus praeter illo quod suis fossoris
oculis querebat, detexisse, et vaticinando praedi-
xisse futuris hoc in monasterio temporibus mo-
nacham quamdam sanctimonia illustrem fore, no-
mine Teresiam.

56 Sunt qui praedictionem hanc in sanctimoniali
quadam pietate incluta, quae sub prima foundationis
exordia ibidem floruit, adimpletam volunt. Fieri
autem potest ut tam hi verum quam ille dixerint,
ut nimirum in duorum testium ore hoc adeo verum
verbum consisteret. Certissimum porro est vatici-
nium hoc enuntiaturum fuisse; nam Teresia nostra,
utpote comis et jocosa, per risum a religiosa qua-
dam quae ibidem tunc ejusdem secum erat nominis,
petere solebat num ipsarum alterutra illa futura
esset Teresia, quam oraculum designaret. Hoc
igitur pacto tirocinii tempus traduxit, multis qui-
dem illa quoad corpus morbis vexata, sed incredi-
bili animi hilaritate et gaudio cumulata: quo tan-
dem decurso, vota professionis illico nuncupavit.
Etsi vero iis ipsis diebus vehementer eam tartareus
hostis exagitaret, et in votis ipsa concipiendis ta-
tam senserit spiritus repugnantiam ut postea exag-
geratura quamdam quam experta erat in re aliqua
difficultatem, similem unquam se sensisse negarit,
ne tum quidem cum vota emisit monastica, nisi
forte tum cum domum paternam desereret, mona-
sterium primum ingressura, uti postea suo loco
narrabimus; tamen, nequidquam omni obnitate
carnis contradictione, ita in ipsa divina vis pra-
valuit gratiae, ut vota hilari generosaeque mente
conceperit, toto ex corde illi se Domino in sponsam
tradens qui tam potenti eam manu eduxerat vani-
tatibus, fraudibus et periculis in quibus aliquo
versata erat tempore.

ANNOTATA.

a In Roderici Toletani editionibus quas nos ha-
bemus, haec Tarasia sive Teresia, Alphonsi regis
germanae, historia occurrit lib. v, cap. xviii: nempe
inter Rerum Hispanicarum Scriptores Francofurti
anno 1579 in lucem datos ex bibliotheca Roberti
Beli Angli (pag. 222), tomo II Hispaniae illustratae
ibidem excuso anno 1603 (pag. 90), et tomo III
PP. Toletanorum a Francisco Card. de Lorenzana
editorum (pag. 110).

b Nominare insuper Ribera potuisset S. Teresiam
Lusitanam, de qua Papebrochius noster egit ad
diem xvii Junii (pag. 471 et seq.) et quam nos
quoque memoravimus in Commentario praevio, n. 54.
Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hispana Veteri
(lib. II, cap. III, n. 89) plures faminas enumerat olim
hoc nomine appellatas, quod e graeco etymo derivan-
dum esse asserit.

c Qui tandem pio huic Ribera voto factum fuerit
satis, vide in Comm. praev. num. 55. Quem ibi
promisimus monasterii ac templi S. Teresiae Abu-
lensis conspectum, exhibebimus ultimo de gloria
Sanctae posthuma paragrapho. Principium vero il-
lius templi altare e regione hujusce paginae delineat-
um vides.

d Rio de la Plata hispanice hic fluvius nominatur,
e Peruvia Paraquariam praeterfluens, et se immit-
tens

amplectitur.

E

F



W. H. Stiles del.

Cut by J. H. Stiles

ALTARE ALTARE IN MUSEO REGIO. REGIO. REGIO. REGIO. REGIO.



A *teus in mare Atlanticum : ab eo nomen accepit respublica quam Argentinam dicunt.*

c *Rodericum fratrem S. Teresia pro martyro habuit eo sensu quo S. Ludovicus, Gallorum rex, in Epistola de captione et liberatione sua profitetur se pro certo credere et sperare fratrem suum Atrebatensem comitem, qui in bello occubuerat, cum corona Martyrii ad caelestem evolasse patriam et ibi cum SS. Martyribus perenniter congaudere (Gesta Dei per Francos, tom. I, pag. 1197); quo item sensu S. Joannes a Capistrano (apud Waddingum ad an. 1456) Martyres sapius vocat milites in praelio a Turcis interfectos. Verum hæc non de vero Martyrio, sed quodammodo de Martyrio similitudinario intelligi oportere docet Benedictus XIV in opere suo de Beatif., lib. III, cap. XVIII, ubi plura de hoc argumento reperies : nec prætereundum quod ibidem Benedictus annotat (n. 17) martyrium esse posse aliquando coram Deo quod non sit coram Ecclesia.*

f *In Commentario prævio, num. 82, exponuntur rationes ob quas magis videtur probabile Sanctam monasterium fuisse ingressam anno 1533, quando septem supra duodevigesimum ætatis annum explebat vienses. De ipso monasterio vide num. 76 et seq.*

g *Hispanice Zahori, thesaurorum et metallorum in terræ visceribus aliarumque rerum latentium indagator.*

CAPUT IV.

Initia vitæ monasticæ S. Teresæ : culpæ ab ea commissæ; quas non graves fuisse ostenditur.

C *Corporis quotidie in Teresia infirmitates deliquaque assidua, accedente maximo cordis languore, aliæque ægrotudines invalescebant, e quibus fiebat ut sæpe omnis expers sensus ac motus videretur : cumque medicorum Abulensium in ipsa sananda ne hilum proficeret industria et scientia, pater, cui ipsa erat carissima, monasterio eam compulsi egredi, comitante sanctimoniali illa quam habebat amicissimam, quo mulieri cuidam quæ variis mederi malis ferebatur, in loco cui nomen Becedas, valetudinis curandæ ergo traderetur. Porro anno pene toto tunc a monasterio abfuit.*

C *Brumæ sub initium eo egressa est : quoniam vero nonnisi ineunte æstate medicæ tradenda erat, in loco cui a Castellanis de la Cañada nomen est et in ipso situs est itinere, tantisper apud Mariam Cepediam sororem, quam patri Catharina del Peso prima conjux peperit, Martino de Guzman y Barrientos nuptam, commorata est. His ipsa conjugibus ac præsertim sorori Mariæ erat carissima. In eo loco dum versatur, ad orationis studium famulam suam efformare Dominus cepit, viam illi ad hanc præmonstrante pio quodam quem a patruo acceperat libro, tertio scilicet Abecedario Osunæ. Dedit Deus statim id illi orationis genus quod a quiete contemplativi scriptores denominant; quin etiam interdum unitiva illi orandi ratio communicabatur, cum tamen nec hanc nec illam ipsa intelligeret. Quoniam autem, ut ante monui, iis quæ de se in libro Vitæ Teresia scripsit, diutius immorari non est animus, sed ea breviter perstringere, eo dumtaxat animo ut historiæ contextum deducam ac cætera planius suo loco legantur, hoc solum dicam, in his orationis ejus principiis evidentissime Dominum demonstrasse quot quantaque illi communicaturus post caset dona, quin imò in tam gravibus diuturnisque*

morbis illorumque medicatione maximam illi et perfectissimam contulit tolerantiam.

58 Trimestre una cum sorore in Becedas hæsit, muliere quam dixi ejus valetudinem curante. At quoniam quæ adhibebantur medicamenta vehementiora erant quam ut imbecillis illius corporis constitutio ea ferret, major fuit illius inde redeuntis quam accedentis infirmitas : quare Abulam paternas in aedes remissa est, ut a medicis inspiceretur, qui omnem ejus curandæ spem abjicientes phthisi eam consumptum iri ajebant. Ipsa porro Assumptionis Virginæ nocte tantum tanque diuturnum passa est paroxysmum ut quadriduo ipso omnem amisisset sensum et velut exanimis videretur; unde et Sacro fuit Oleo velut suprema in lucta versans inuncta, ac Symbolum illi Apostolicum sæpius prælectum, quod singulis expirare momenti videretur. Nihil penitus horum Teresia percipiebat, ut ne liquefactam quidem ceram in carnem decidenter sentiret : nam exinde ad se reversa in oculos eam decidisse comperit. Jam tumultum illi suo in cænobio parant, et cadaver in horas expectabatur terræ mandandum. Circumstabant jacentem religiosæ ex Incarnationis eo emissæ ut funebrem pompam comitarentur. Et sane sepulchro eam intulissent, nisi, omnibus tamen secus sentientibus, sæpe parens, quod magnam venarum pulsus explorandi peritiam haberet, sibique persuadere non posset illam exspirasse, impediisset. Quare dicentibus eam sepeliri sineret, respondebat : « Nequaquam; nondum enim eo redacta est filia » ut sepelienda sit. »

59 Tum quidem et aliud discrimen, hoc non inferius, adiit. Frater ejus Laurentius Cepedius quadam ex illis quatuor noctibus apud ægram cum vigilas duceret, somno gravatus in somnum incidit : et ecce, candela quæ supra Teresiæ lectum collocata erat, ad extremum redacta, ignem illico concepit cervical, stragula et linteamina : quem nisi evaporans fumus somno excitasset, ægra aut incendio perisset, aut certe, uti jam quidem cœperat, exspirasset. Quadriduo elapso, ad sese rediit : atque, ut a viris et auctoritate et religione spectabilibus (quibus plurimum credo, quod mihi sint notissimi, et quos scio quam veritatis sint amantes, quique ex ipso Teresiæ ore id acceperunt) audiui, quærere ab adstantibus cœpit quamobrem se evocassent; se enim in cælo tum fuisse, necnon ad infernale barathrum in spiritu delatam esse; quin patrem suum et Joannam Suarez familiarem suam sanctimonialem in Incarnationis, sua intercessione æternæ salutis compotes futuros; vidisse tum quoque quæ a se fundanda erant monasteria, et quid in Ordinis ipsa gratiam factura esset, quot sua opera salutem essent animæ consecuturæ, seque sanctitatis opinionem ante comparata ex hac vita migraturam; denique corpus suum, priusquam terræ mandaretur, aureo integendum panno. Nihilominus fateamur necesse est, quoties hac de re Mater interrogaretur, dicere solitam mera hæc fuisse deliria et phreneticorum somnia, seque, comperto deinde patrem hæc tunc narranti adfuisse et hæc illum suo ex ore audisse, pudore non modico illius causa suffundi, quod ipse vir gravis esset. Cæterum ii quos supra indicavi viri satis intelligebant hoc nonnisi rei dissimulandæ gratia ab illa dici : quidquid enim tum prædixit, post reipsa completum est, uti videre legenti licebit. Et sane ipse anno MDLXXXVII R. P. F. Magistrum Dominicum Bañez, primum sacre Theologiæ apud Salmanticenses professorem, pro concione in festo quodam Patrum Excalceatorum dicentem audiui, multis annis se

AUCTORE
RIBERA.

D *et inde in domum paternam, ubi paroxysmum patitur.*

E

sub qua vas futuras prænotat

F

CAP. VII.
Ejus vitæ
Teresæ ruz
adducitur.

AUCTORE
RIBERA.

A

Refertur in
suum cœno-
bium, ibique
apud S. Josephi
convalescit.

Teresiæ a Confessionibus fuisse, et testantem quadriduo illo quo advocata a sensibus velut mortua habebatur, inferiorum illi penas a Christo monstratas, idque ex ejus se ore accepisse.

60 Deinde vero sorori sue Joannæ de Ahumada aperuit se eo quo tum erat loco optasse manere, quod in bona tum via esset. Mihi saltem verisimile sit tum quidem illi monasteriorum foundationes revelatas fuisse, uti colligere poterit lector ex iis quæ libri sequentis capite ut narrabo. Et sane reliqua quæ tum illi visa fuerunt, non tanti mihi videntur momenti; et forte quedam in imagine fuerit representatio cui et ipsa Mater parum fidei attribuebat, atque ideo deliramenta ea dicere solebat. Exinde, prout potuit, Confessionis sacræque Synaxeos Mystéria celebravit multis cum lacrymis. Gravissimos, qui intolerabiles videbantur, patiebatur dolores; sed eos ipsa excelso quodam animo et singulari patientiæ exemplo ferebat. Ad ferias Paschales, quia id illa maxime urgebat, semianimis ac velut mortua ad suum delata cœnobium est. Octo ipsis mensibus omni membrorum usu destituta jacuit; triennio autem toto gravis ac diuturnus hic morbus ipsam confecit. Morbi tamen gravitatem ac molestiam piis de Deo rebusque divinis leniebat colloquiis; quibus magis capiebatur quam ullo de re alia sermone. Sæpe quoque Confessionis et Eucharistiæ Sacramenta usurpabat; librorum spiritualium lectione mirifice delectabatur; si quam contraheret noxam, hanc et concepto protinus dolore et pœnitentiæ lacrymis expiabat. Et ita quidem gravis is dolor erat (etsi vitio id potius ei verti debeat) ut ad orationem redire denuo non auderet, quod gravissimam quam in eadem ex offenso Numine sensura erat, perhorresceret pœnam. Nec vero e metu aliquo hæc in ipsa pœna nascebatur, sed quod recogitaret equas sibi inter orandum gratias munificus Dominus communicaret, videretque quam exigua ingentibus illius beneficiis gratitudine responderet: quod ipsum æquo animo ferre non poterat; adeo ut et ob lacrymas, quibus culpas suas eluebat, non parum postea contristaretur, cum ad oculum cerneret quam parva vitæ inde sequeretur emendatio. Sed gloriosi Confessoris Josephi, cujus illa perstudiosa cliens erat, cujusque quotannis qua poterat solemnitate festum celebrabat, intercessionem, letulo tandem surgere et pedem figere ambulando cepit.

C

Enimvero cum
secularibus
familiaritate

61 Quamvis autem hæc novi hominis indicia cerneret humani generis inimicus, nondum tamen omnem ejus recuperandæ spem abjecerat, sed qua poterat, laqueos illi et insidias struebat. Multi ea tempestate sæculares cœnobium illud frequentabant: et quoniam Teresia perhumana erat, inque conversatione suavis et blanda, censebatque turpe sibi bene natæ fore, si non vicissim eos a quibus ipsa benevole habebatur, reciproco amore ac benevolentia foveret, ad id genus familiaritates sectandas impellere eam satanas cepit; nec irrita conatu: ita namque iis sese dedit ut ipsa orationis exercitia paulatim intermitteret, tum quod sua culpa solitis inter orandum deliciis frustraretur, tum quod familiariter et amicorum ritu cum Deo erubesceret in oratione conversari, quippe quæ hominum contubernia adeo vane consecrabatur: atque ipsa hæc orationis intermissio majoris illi esse humilitatis videbatur argumentum. Ad illas autem frequentandas confabulationes eo magis alliciebatur, quod has ab aliis quas ut præ cæteris religiosas suspiciebat, usurpari passim cerneret. Non parum huc etiam faciebat quod tales ipsa tum

nacta esset confessarios, qui, rerum ignari, libere D assererent licite contrahi quod veniale esset; quod vero mortale, id nonnisi veniale esse illi persuaderent. Unde factum ut in sua ipsa vanitate permaneret atque ignorantia, iis salutem exponens occasionibus, quæ, etsi nullum ipsa metueret, summum discrimen involvebant; unde sæpe etiam ipsa sauciato animo ac læsa inde decedebat. Non tamen idcirco elementissimus Dominus eam deseruit: cum enim quodam tempore familiare colloquium inciperet (quod colloquium ipsam maxime inquietabat), internis animi oculis Redemptorem nostrum Jesum conspexit in specie severe increpantis et indignantis; unde aperte intellexit quantopere hæc illi conversatio displiceret. Visio hæc clarior et evidentior longe fuit quam si corporis eam oculis exceperet; ejusque imago et species animo illius adeo infixæ hæsit, ut etiam multis post annis hanc sibi semper velut præsentem habere videretur.

62 Non tamen propterea solitas, quibus affixa penitus erat, deserebat familiaritates. Interim cum jam elapsus esset annus ex quo orationis exercitationem omiserat, hortatore Vincentio Baronio, S. Theologiæ lectore, Ordinis S. Dominici, cui jam conscientiæ committere arcana cœperat, ad orationis usum denuo rediit, non abruptis licet istis colloquiis. Non parum porro ipsam angebat, quod inter precandum suos quidem ipsa errores agnosceret, eosque deserendi ardens desiderium persentisceret, nec tamen, ex pristina consuetudine, abrumperet assueta consortia. Cum deinde in cœnobii ab Incarnatione dicti vestibulo cum aliquo illorum quos indicavimus, ageret, saucium ac convulseratum illi Dominus brachium ostendit, e quo non minima carnis pars revulsa videbatur, scilicet eo tempore quo ad columnam vinctus fuerat, plangebatque quodammodo quod ad hunc ejus causa esset reductus statum, et quod nihilominus, sic agendo, tam ingratam se præstaret. Monitos autem hic lectores velim, ignorare me nec commode distinguere aut discere potuisse eademne hæc visio atque illa anterior fuerit an diversa. Haud parum id juvit ad confabulationes istas imminuendas, etsi nondum penitus iis nuntium remitteret. Adeo ut viginti propemodum illi effluerint anni, dum alternando ac velut ludificando modo præcipitat, modo se in pedes post lapsum erigit; ut nec plene divinis consolationibus potiretur, quod ad easdem recipiendas non quo par erat modo sese disponderet, nec etiam mundanæ illi plane sapienter aut placerent. Nam cum his se applicaret, quominus eisdem absorberetur, impedimento erat eorum quæ Deo debebat obsequiorum et gravium quas in ipsum contractabat culparum recordatio, qua quasi frigida superflua intepescebant. Interim tamen, dum sic nutabunda nunc huc nunc illuc propendit, aliquot interdum menses et etiam annum solidum quam diligentissimam dabat operam ne in Deum offenderet, orationique assidue incumberebat: ita ut toto illo tempore quam paucissimi præterirent dies quibus non longo temporis spatio cum Deo per orationem locuta sit. Quare, quod tandem plane mundanis vanitatibus inanibusque sollicitudinibus Deus famulam suam expedierit sibi penitus secreverit, uni adscribendum orationis assiduitati censeo.

63 Antequam de suprema B. M. Teresiæ a Jesu conversione sermonem instituam, qua tandem aliquando sincerius et magis ex animo potenti illi Domino, a quo tot tamque diversis invitabatur modis, manus dare vocanti cepit, visum est nonnulla

nonnulli dam-
ni spiritualis
patitur

E

F

Cap. viii.
Interim tamen
peccata nulla

A nulla de delictorum ejus, de quibus hactenus multa commemoravimus ac de quibus ipsa toties tanto cum doloris sensu et exaggeratione meminit, gravitate a præmittere. Equidem probare non possum eos qui Sanctorum Vitas evulgantes, eorum subtere et celare peccata defectusque, in quos, utpote homines, aliquando impegerunt, omni ratione student: quod hoc pacto immensam quodammodo tegere et obscurare videantur magnitudinem bonitatis, misericordiae et sapientiae Dei, qui ipsos in eisdem tamdiu volutantes benigne toleravit, sed inde tandem per potentissimas, efficacissimas ac vere admirabiles rationes eduxit, et ex iis qui erant prius, tales effecit deinde quales postea comparuere. Hinc, si Teresiae nostrae singillatim ipse peccata nossem, equidem ea vulgare non dubitarem, quod et ipsamet eadem minime suppresserat, sed evulgari cupiebat, ut divina hoc pacto bonitas clementiaque magis innotesceret illiusque magis per eadem gloria eniteret. At quod nefas et iniquum sit hæc illi peccata affingere quæ revera non admisit, et quod qui hanc ejus Vitam legent, facile sibi persuaderent eam insigniter in corporis castimoniam pudoremque virgineum delinquere oportuisse, quantum quidem hoc ipsa verbis exaggerat; ideo hunc ipse præsentem hoc capite errorem iis eripere conabor. Sæpe et ipse mecum cogitavi et alios quibus hoc notum esse poterat, consului equanem esse potuerint peccata quorum illa recollectione continenter in lacrymas et planctus erumpebat: ac nisi ipsa capite xxxii Vitæ suæ palam testata esset monstratam sibi apud inferos sedem sibi præparatam, in animum ipse meum inducere non potuissem ullum ejus peccatorum in lethali gradum videri referendum. Imo ne hæc quidem ejus assertio omnem mihi dubitationem eximit. Potuit quippe hæc illi in gehenna sedes ostendi, non quod ipsa eam tunc revera promerisset, sed post facile, ceptum iter proseguendo, mereri potuisset, nisi eam inde Dominus revocasset.

64 Quæ autem me in hanc sententiam impulerunt rationes sunt hæc. Prima, quod a culpis ac nævis quibus reliquæ mulieres obnoxie sunt, contentione, inquam, rixis, litigiis, æmulationibus, detractatione similibusque nimis quam fuerit aliena. Qua de re sic ipsa superius indicato Vitæ suæ capite locuta est: « Quandoque mecum ipsa perpendo, in

C « me, licet miserrima ac pessima essem, semper ali-
« quam Deo serviendi curam ac desiderium existi-
« tisse, et ab aliquibus abstinendi continenter de-
« lictis, quam non aliter a mundanis passim obibi
« et deglutiri video ac si nihil penitus essent; de-
« nique gravissimis me divexatam fuisse morbis,
« et singulari illos patientia, quam mihi Dominus
« elargiebatur, tulisse, non fuisse etiam ad detra-
« hendum proximo aut calumniandum maledicen-
« dumve proclivem. Videbar adhuc nulli prorsus
« malum optare; avaritiæ sordibus infecta minime
« eram, neu memini suam cuiquam me unquam
« sortem ita invidisse ut hoc pacto in Deum gra-
« viter offenderim; denique nec aliis fui vitiis
« addicta: etsi enim adeo essem misera, uti revera
« eram, timor tamen divinus mihi ut plurimum ob
« oculos versabatur, » etc. Omne ejus delictum in eo situm erat quod familiariter et amice nimis cum viris conversaretur. Exploratum porro et indubitatum est nullum in omni hac conversatione ab ipsa lethale crimen quo corporis honestas ac puritas vel minimum inquinaretur, admissum esse, imo ne consensum in similia carnis inquinamenta dedisse; nec modo postquam jam monasticam vitæ professionem ediderat, utpote jam secum ipsa collectior et

modestior atque in sui custodiam intentior, verum etiam tum cum et ætas erat imbecillior et ad lapsum pronior nec non peccandi libertas major et ad sui defensionem minus judicii ac prudentiæ. Quocirca de hac ipsa ætate sic Vitæ suæ capite ii scribit: « Numquam graviter in malum propendi, quod » naturaliter abhorrerem quidquid inhonestatem » redoleret, captans solummodo nimia ad tempus » fallendum honesta cum aliquibus colloquia. » Ante vero præmisit: « Non videor mihi ob culpam » ullam lethalem Deum derelictura fuisse, nec illius » timorem animo meo proscriptura, tametsi majori » honoris amittendi metu tenerer. Timor hic in » causa fuit ut non eum penitus amitterem. Nec » sane videtur me res ulla in mundo ab hac sen- » tentia revocatura fuisse, nec alicujus demum » ipsa amore eo pertrahenda. Utinam vero pares » mihi fuissent vires ad honorem Dei in omnibus » integrum inviolatumque conservandum, quales » mihi natura suggerente suppetebant, ne quid » agerem, aut paterer, quo honori meo apud » homines vel minimum decederet! »

65 Sed audi etiam plura. Scio, cum apud illam jam seniore e filiabus quædam quoad tentationes carnales sermonem intulisset, illico B. Matrem respondisse: « Nihil horum intelligo, filia; hanc » mihi quippe benignus ille Deus gratiam dedit, ut » toto vitæ tempore non meminerim me quidquam » hoc in genere admisisse quod confessario expo- » nendum esset. » Narravit hoc mihi aliquoties præposita unius e primariis Ordinis hujus monasteriis, quæ tum verax, tum religiosa cumprimis, cui nimirum hoc Teresia tum respondit. Quibus si adjungamus, quod illa quinto ejusdem libri capite scriptum reliquit, se videlicet, etiam tum cum vanitates mundanas consecraretur, nullam unquam, etiam venialem ac levem, noxam omisisse quam non sacerdoti aperiret, liquebit ad oculum quam singulari Deus animam hanc, quam ad res adeo arduas et excelsas reservarat, gratia prævenit, dum ei miseratione quadam inaudita corporis simul et animi puritatem integram illibatamque conservavit, ut post hanc vitam videlicet immortalem ipsa virginitatis coronam consequeretur. Equidem, quantum conjectura assequi possum, non alia ejus fuisse crimina existimo quam quod præsentem peccandi graviterque in alia impingendi se exponeret periculo, quod hujusmodi conversatio, colloquia, commercia et familiaritas, cum id genus præsertim hominibus, creabant: erant namque aut ætate juvenes aut virtutibus destituti, ac proinde ad lapsum proni; ipsa vero natura ad amorem alliciens et blanda, et nata ex animo bene velle iis quibuscum amicitiam contraxerat. Hoc ex ipsius colligi potest verbis: quo enim loco testatur numquam ad malum se multum propendisse, quod natura omnem immunditiam et probrum carnale abhorreret, sed solis honestis recreationibus se ac remissionibus deditam fuisse, hæc statim subdit: « Verum cum » occasiones non evitarem, præsens erat lapsus » periculum, cui et patrem et fratres exponebam; » sed ab hoc me Dominus vindicavit ac protexit. » Unde manifestum fit Deum, etiam invita me, » providisse ne penitus ipsa perirem, » etc.

66 Ac licet tanta esse queant discrimina adeoque præsentia ut peccatum lethiferum includant, in ea tamen, quæ adeo hoc in genere circumspecte et provide ambulabat, cujusque voluntas ab omni carnis contagio adeo remota et aliena erat, vix crediderim mortalia esse potuisse, præsertim cum nullum tale ipsa unquam admittere constituisset, et quos tum quidem nacta erat confessarios, mor-
talia

AUCTORE
BIBERA
D

imo nec ullum
quodcumque

E

F

mortale peccatum.

contra casti-
tatem,

AUCTORE
RUBERA.

A

taliam ejus esse delicta negarent. Quod etiam libere de se ipsa confitetur eodem capite II: « Edocta ab illo qui conscientiae meae rationibus praeerat, et ab aliis etiam, qui in Domino mihi asseruere, in multis me, quae ceu crimina habebam, in Deum non offendere. » Capite vero V de eo quod ab imperitis sibi confessariis accedebat damno sic ait: « Eruditus omnis et scientia conspicuus numquam me decepit, uti nec illi alii me circumvenire volebant; sed ignorabant potiora, licet ipsa eos ut gnaros et peritos haberem, neve ad plura me, quam ad iis credendum, teneri existimarem: uti erat quaedam, quod mihi consulebant, relaxationis indulgentia, et quae majorem mihi libertatem spondebat: si enim mihi libertatis habenas constrinxissent, ea mea erat nequitia ut alios ipsa mihi confessarios quæsissem. Quod veniale commissum erat, adeo peccatum non esse suggererant, ut etiam licitum dicerent; quod vero lethale et gravius, inter venialia ab ipsis annumerabatur. Tantum hoc mihi in spiritu nocuit, ut parum sit hoc me id loco ad multorum utilitatem referre, » etc. Capite vero VIII ita de se loquitur: « Exprimere equidem et effingere

B « velim, in qua tum quidem anima mea versabatur, captivitatem: facile namque intelligebam eam velut captam detineri, sed in quo illa servitus et captivitas consisteret, intelligere haud poteram: neque enim percipere penitus volebam, quomodo, quod confessarii non adeo exaggerabant neu reprehendebant, tam malum id esset ut in animo ipsa meo sentiebam. Alius, quem scrupulis divexata consilii petendi gratia adibam, salutare mihi et utile esse dixit id genus angustis divexari, etsi in sublimes ipsa raperet contemplationes. Hæc quidem circa finem, quando jam, adjuvante Dei gratia, majora ipsa peccandi declinare incipiebam pericula, licet occasiones nondum penitus evitarem. » Ac paulo inferius: « Miseret me jam mei, dum recolo quanta passa sim, et quam parum mihi aliunde affulserit auxilii nisi a solo Deo, et quantam mihi darent in captandis recreationibus ac relaxamentis libertatem, ea mihi licita esse asserentes. »

sed, quantum
vis sua ipsa
culpam exag-
geret.

C 67 Ex iis quæ dicta sunt hactenus, perspicui licet peccatorum ejus maximum fuisse quod peccandi se periculis temere exponeret, quæ visitationes et compellationes illæ sæcularium, quibus tenebatur, afferre poterant. Idcirco autem eadem postea adeo exaggeravit, seque mille gehennas promeruisse dicebat, quod eadem aliis tunc intueretur oculis quam cum olim admitteret. Nam quod vehementi erga Deum amore ferretur, nulla offensarum illi exigua videbatur, sed quodcumque demum facinus conscisset, gravissimum illi apparebat; illa vero omnium gravissima ac teterrima, quæ in hujusmodi se discrimina conjiciendo patrarat; tum vero quod, Domino eam ad sese misericordia et prærogativis amabilibus alliciente, id genus ipsa occasiones, a quibus et distrahebatur, et impediiebatur, quo minus Domino qua par erat gratitudine ac gratiarum actione responderet, fugere noluisse. Hoc illius e verbis colligi posse videtur: capite namque III sic de se scribit: « Intelligere tum illius cepi veritatem rei, quam etiamnum in puerili ætate ex parte cognoram, esse nimirum omnia quæ mundo continentur, merum nihil, ejusdem quoque vanitatem et inanitas, quodque brevi omnis ejus gloria in nihilum recideret; simul etiam vereri, ne, si mortua forem, ad tartara detruderer. » Si revera hæc peccata ut lethalia habuisset, non dixisset haud dubie, metueret se ne infernalibus suppliciis addi-

ceretur. Verum sic locuta est, quod hac in parte non adeo sibi constaret, sed adhuc anceps nutaret. Deinde capite VII, cum diceret quare conversationem et necessitudinem quam cum quodam contraxerat, non desereret, licet per unum atque alterum visum a Domino ad hoc ipsa allici monerique videretur, hæc adjungit: « Hæc eo dixi ut mea manifesta fiat nequitia et eximia immensaque Dei benignitas, quamque ob hanc ipsa ingratitude inferorum digna sim cruciatibus. »

68 Hæc porro ingratitudo lethiferum includere scelus non videtur: at, quæ Deum tam ardentem amabat, ob hanc ipsam tartaro quæ adjudicaretur, dignam se existimat. Hoc quoque sensu capienda sunt quæ de aliis ipsa peccatis profitetur. Conversationes quoque et visitationes, tam quas aliorum ipsa excipiebat, quam quibus alios adibat, adeo quidem longe tum aberat ut noxam eas mortalem involvere crederet, ut et quæ similes frequentarent monachæ, verbis ipsa velut rem honestam usurpantes in opinione confirmaret. Quare illico subnectit: « Tum etiam, ut, si, Deo disponente, forte aliquando religiosa aliqua hæc legerit, mei exemplum imitetur. Equidem eas per amorem Domini nostri Jesu Christi obsecro ut similes recreationes devitent. Utinam vero divinæ placeat Majestati, ut quas ipsa in fraudem pertraxi, id negans malum esse et in tanto eas periculo securo esse animo jubens, quod mentem meam tum obscura teneret cæcitas (neque enim data opera eas involvere in errorem volebam), harum vel una in rectam, me revocante, viam reducat! » etc. Et, si nec hæc sufficiant, multo id etiam clarius capite VII significat hisce verbis: « Missa sum ut a morbo illum suo curarem; sed majori anima mea morbo tenebatur, utpote vanitatibus obcæcata, quam illius corpus; non ita tamen ut (quantum ipsa conjectura tum assequi poteram) mortali in culpa toto illo tempore exulceratissimo de quo loquor, versarer: si enim illam me quoquo modo existimassem consciscere, illico me inde proripuissem. »

non nisi in
malis,

69 Et, si aliis interdum locis e B. Matris verbis colligi clare posse videatur lethalia aliqua illam commisisse peccata, ideo equidem fieri credo quod illi tum, cum hæc scriberet, talia hæc aliquoties esse viderentur. Non propterea tamen constat talia hæc fuisse, dum admitterentur, spectatis scilicet omnibus quas proposui circumstantiis, quas numquam non, si modo rectum ac defæcatum futurum sit judicium, circumspicere et attendere necesse est, siquando de re quapiam, peccatumne sit, necne, judicandum est. Cæterum Deo id dirimendum relinquo, cui rei hujus veritas perspectissima est, quod nulla mihi, cur in hanc potius quam in illam partem totus propendeam, ratio suppetat. Porro hoc dumtaxat loco illud visum est afferre (commoda ejus dicendi se offerente occasione) quod sæpe mihi hac de re cogitanti in mentem venit, ne omnino tacerem de hoc dubio, de quo et ipse dubitabam et quotquot hanc ejus Vitam lecturi sunt, dubitare forsitan possent. In quo et Dei gloriam spectavi, qui quæ in immensum extolluntur, rejicit, dum nimirum plus ipsi dicimus quam revera subsit aut animo sentiamus. Et mea quidem sententia satis id jam evidens est ex iis quæ huc allata sunt. Constat enim non minus ejus misericordiam ac magnitudinem decere quempiam corporis animique puritate sospite, et virginitate ita integra, e tot tamque periculososis peccandi occasionibus eripere nec eum in præceps ruere sinere, quam post ruinam iis ipsis peccatis educere.

Deo illam in
periculis pro-
tegenti,

F

A 70 Adhuc etiam, postquam hæc jam scripto mandassem, quo certior redderem, verioraque proderem, virum gravissimum quem Teresia et plurimum amabat et cui sua arcana committebat, hæc super re per litteras consulendum putavi; a quo id demum accepi responsi: « Peccata ejus, quantum » quidem et ipse audiui et prope ut indubitatum » teneo, fuerunt pauca, et vix ulla gravia. Magna » namque et animæ et corporis illius erat puritas: » neque enim aut carnales motus aut cogitationes » inhonestas, quales aliis naturaliter occurrere » solent, in se sentiebat; imo ne noverat quidem » quidnam essent motus impuri. Quod autem in » tantum suas extolleret culpas, id eo fecisse credo » quod, cum in Incarnationis cum aliquot viris » gravibus, qui tum temporis devoti dicebantur » eamque diligebant, ageret familiariter, et reci- » proca hinc inde frequenter instituerentur visita- » tiones et conversationes, eas et ipsa sectari cœ- » perit, etsi divinum semper timorem præ oculis » haberet, rectaque intentione procederet. A parte » illorum forte sincera non fuit intentio, cujus » rei cum Teresia causa et occasio foret, hinc ita » suas ipsa culpas extollit. » Idipsum et alius vir » B gravis mihi perscripsit, qui insuper addidit: « In » rebus omnibus et actionibus exacta erat, in » vestitu scita et elegans: narravit se ipsa mihi, » cum vespera integra ad claustrum cancellos cum » externis collocuta inde ad oratorium suum re- » vertisset, totam in lacrymas resolutam fuisse, » quod ex id genus conversatione nonnisi insi- » gnem totius temporis illius jacturam retulisset. » Hæc quidem hoc referre loco volui, ut melius ve- » ritas patesceret.

ANNOTATUM.

a Vide super gravitate peccatorum S. Teresiae
§ VIII Commentarii prævii.

CAPUT V.

*Sanctæ ad meliora conversio,
et magni in via spirituali
progressus.*

C J am a peccatis digredientes, ad historię con-
textum et ad postremam vel potius pene postre-
mam Teresiae conversionem redeamus. Sanctis hæc
est adscribenda imaginibus, quarum aspectu multas
Redemptor animas ad sanctiorem viam viteque
emendationem provocavit, et quas proinde non
sine ratione S. Ecclesia et servat et veneratur. Te-
resia igitur quodam die suum ingressa oratorium
(nam tale sibi ubique conclave deligebat, ut in
ejusdem latebris et solitudine colligeret mentem
orationique insisteret) in vulnerati confossique
Salvatoris Jesu Christi imaginem forte oculos con-
jecit: qua conspecta, insolito ipsa introrsum turbari
motu in animo repente cepit, tot illum oppletum
plagis et livoribus cernens. Inde secum ipsa mente
cogitare quam huic post tot plagas Domino ingrata
hactenus exstitisset, atque adeo vehementi cordis
dolore compungi ut ipsum dissecari medium ac
distringi videretur. Hoc pii doloris sensu ante ima-
ginem supplex sese prosternit, cum magnam lacry-
marum vim effundens, tum Dominum quam pote-
rat maxima animi demissione obtestans tantam sibi
daret fortitudinem ut nunquam in ipsum deinceps

peccando delinqueret. Adeo sincera ac fervens
prostrata fuit deprecatio, ut, singulari in Deum
accedente fiducia, cujus hactenus clementiam in-
dulgentiamque variis erat in casibus experta, et
desiderio quo jam tota ipsius esse percupiebat,
plena, audacter non se ante inde surrecturam dice-
ret quam votorum reddita compos foret. Nec vero
suo pia illius et humilis deprecatio fructu caruit:
nam exinde majora quotidie spiritus incrementa
fecit, et auctiore in dies et intensiore, quam fecerat
hactenus, amore se ei conjunxit.

72 Non parum tum quidem emolumenti illi at-
tulit S. Augustini Confessionum liber, in quo velut
pellucido in speculo se suamque se contemplari
vitam existimabat. Cum ad ipsam Augustini con-
versionem et ad illam quam in horto audivit vocem
sub finem libri octavi pervenisset, sibi illam factam
quodammodo credebat, et lacrymarum habenas
laxabat. Exin cepit orationi insistere frequentius,
rarius vero se dedere iis quæ oranti officerent:
nondum enim penitus ea exuerat. Ipse vicissim
Deus, qui et ipsam de suo aliquid præstare volebat,
manum aperuit, et majores quam solebat, illi ora-
tionis tempore gratias est elargitus, ut suo tem-
pore, cum de oratione ejusdem dicendi erit locus, E
ostendamus. Omnes has illa aliasque id genus,
quæ post narrabuntur, gratias, intercedente ac de-
precante Deipara ejusque sponso Josepho potissi-
mum est consecuta. Ita namque id illi Dominus
quadam in visione, quam suis ipsa manibus in
schedula separata exaravit, significavit. Ait enim:
« Intellexi singulari me in Deiparam Matrem ac
» sponsum ejus Josephum ferri affectu obsequio-
» que debere: cum enim in extremum sæpius
» interitum ipsa ruerem, illorum patrocinio fa-
» ctum est ut, qua pene excideram, salutem mihi
» Deus elementissimus reddiderit. » Inter reliquas
quas tum ab ipso cœlitus obtinuit gratias, fuit hæc
quod novum illius in anima exoriri timorem per-
mitteret, ne, quam magnam in oratione experieba-
tur, dulcedo hæcque animæ in eadem suspensio
diaboli foret illusio et impostura, qui eam hoc pacto
ab oratione mentali et passionis Dominicæ medi-
tatione divertere vellet, et impedire ne quem sole-
bat, inde fructum eliceret. Nec vero hac de re
dubitabat, dum jam orationi intendebat; sed tum
cum mentem aliena distraheret cogitatio, hic subre-
pebat timor. Timendi causam augebat quod mira
iis forte diebus de diaboli præstigiis, fœminis præ-
sertim illudentis, certa fama spargerentur, et im-
primis de Magdalena a Cruce a, quæ universam
Hispaniam et sanctioris vitæ fama et imposturæ
detectæ nomine percelluit. Salutaris hic timor ve-
hementer et diutius quidem eam torsit, sed insignem
illi attulit proventum, occasioque fuit a mundo sese
penitus avertendi. His porro angustiis et anxietati-
bus liberari sibi non aliter posse videbatur quam
cum viris spiritualibus, harum rerum peritis et
gnarīs, qui sincere, quod sentirent, exponerent,
rem propius communicando.

73 Illis forte diebus Societas Jesu Abulæ sedem
ac domicilium fixerat, erga quam ipsa, licet singu-
latim neminem de sociis nosset, mire affliciebatur,
quod præclara de ejusdem functionibus et institutis
inaudiebat. Quamvis vero apud illam inventuram
se quod desiderabat, speraret, numquam tamen
suum inducere animum poterat ut in collegium sese
conferret. Hinc namque se credebat indignam quæ
cum iis, quos tantopere suspiciebat, coram loque-
retur, illinc quoque non eam experiebatur in se
constantiam ac robur ad monita ipsorum sequenda.
Nam ea sibi ab his ablatum iri prævidebat erga
115 quæ

AUCTORI
RIBERA.
D

ac de gratiis
in ea acceptis
anxia.

a

consulti Fran-
ciscum Sale-
dum

CAP. IX.
Sancta, oratione
magis magisque in-
tenta.

AUCTORE
RIBERA.

A quæ ipsa adhuc non modico affectu ac studio rapi-
ebatur; quod ipsa deponere posse minime sibi
videbatur. Crescebant indies divina charismata et
dona, crescebat et salutaris hic timor. Cum videret
autem nihil se solam posse hac in re efficere, virum
quemdam nobilem, de primariis civitatis Abulensis
civibus, Franciscum Salcedium (quem sanctum ipsa
equitem identidem vocitare solebat) ad se evocavit.
Salcedius, etsi matrimonio junctus, sese jam abhinc
annis multis orationi dederat impensius, virtu-
tumque erat exercitio et sanctioris vitæ exemplo
optimo cuique notissimus; et qua poterat ratione,
saluti animarum consulebat. Hic, uxore demortua,
sacros sumpsit Ordines, et vitam sanctam sancto
concludens fine, Abulæ in sacello quod sibi propter
templum monasterii a S. Josepho cognominati con-
strui jusserat, est sepultus.

ac Gasparum
Diazam.

B 74 Hujus ergo viri opera, cum quodam Theo-
logiæ magistro, viro ob virtutes sanctitatemque,
quam multos dein coluit annos, claro ac divino
obsequio addietissimo, animarumque zelatore acer-
rimo, agere sapius Teresia aggressa est. Huic et
orandi rationem et omnia animæ arcana cum pate-
fecisset, ipseque ad oculum perspiceret quas in
oratione a Deo reciperet gratias, et ad quantam
inde esset obligata gratitudinem, eam illico indu-
cere est conatus ut suis de reculis et minutis ali-
quid abjiceret; sed nondum id ipsa mentis nacta
erat robor ut iisdem prompte se exueret. Non
ferebat enim tantam sui tum rationem haberi, quod
imbellis et imbecillis adhuc esset; quod deinde in
majus animæ illius bonum (ut de se ipsa testatur)
vertit, ut hoc nimirum pacto in Patrum Societatis
Jesu notitiam veniret, et cum iisdem suis de rebus
conferret. Interim Salcedius eam sapius intervis-
bat, animum simul addens, et quod poterat subsi-
dium afferens. Verum quod hinc illius videret in
orando spiritum, et illinc imperfectiones quas non-
dum ipsa a se penitus abjecerat, sibi persuadere
plane non poterat a bono sanctoque ea dona spiritu
proficisci. Addebat tamen plane se in eam non
transire sententiam, donec se ipsa, cum bene ma-
tureque omnia quæ de sua oratione dicenda erant,
librasset cogitando, minutius de eadem edoceret.
His auditis, non mediocriter Teresia animo afflige-
batur, et lacrymis penitus conficiebatur, in incer-
tum et anceps fluctuans, cum hinc sibi persuadere
nequaquam posset, talia, quæque tantam illi utili-
tatem afferebant, a peccati auctore dæmone pro-
ficisci, illinc vero metueret ne ob suas se Deus
sineret culpas in tantam caliginem et intellectus
cæcitatem prolabi. Accedebat ad exteriorem hanc
mentis afflictionem alia non inferior, quod nimirum
verbis ipsa exprimere non posset quid rerum
secum in spiritu ageretur. Utque se utraque libe-
raret angustia, ad spirituales, quibus legendis as-
sueverat, recurrebat libros, num quid in iis scri-
ptum occurreret quod ad sensum animi sui clare
exponenda conferret, consultura.

In quo suadet
liber.

C 75 Quod quærebat, invenit in libro cui Ascensus
in montem Sion nomen est, auctore quodam ex
Ordine Franciscano. Locum ipsa signaculo notavit,
cumque Francisco Salcedio exhibuit, ut cum cum
suo spiritus magistro communicaret, illius responsa
dein ad se referret. Addebat, si dæmonis his im-
postura subesset, atque ita ipsi censerent, ab ora-
tione fore ut penitus desisteret, ne his se periculis
sciens exponeret, etsi alioquin nonnisi invita ejus
exercitium abrupisset. Experientia quippe et usu
jam didicerat quam secum male, dum orationem
intermiserat, actum esset, et quantum vice versa,
ex quo ad eam se denuo applicaverat, in spiritu

profecisset. Interim dum responsum expectabat, in
summo versabatur metu: illo jam habito, angores
perplexitatesque spiritus invalescere augerique cœ-
perunt. Asserebant quippe illi, quantum quidem
conjectando assequi possent, omnium horum fon-
tem ac causam cacodæmonem esse: proinde consul-
tum sibi videri, si cum quodam e Societate Jesu
hac super re conferret, apud hunc omnium jam
inde ab eo tempore quo primum ratione uti cœpis-
set, commissorum homologesin ederet, illi se totam,
tam bona quam mala quæ fecisse meminisset expo-
nendo, committeret, demum quæ facere ipse sua-
deret, exequi ne gravaretur.

D 76 Nec vero temere illi Dei famuli hoc de ipsa
judicium ac censuram tulere: videbant enim quod
ipsi inter orandum contingebat, nonnisi perfectissi-
mis quibusque communicari solere; hanc vero a
perfectione longissime distare, quod imperfectiones
in ea permultæ se proderent: censebantque tam
sublimia Dei dona et tam vulgarem vitam bene
simul non posse consistere, ac proinde a Deo illa
non venire sibi videri. Huc quoque non parum fa-
ciebat, quod, cum viginti elapsi jam essent anni ex
quo orationi se ipsa deditisset, si hæc a Deo dona
proficiscerentur, a multo jam illam tempore vitam
in melius commutare penitus oportuisset. Deo
autem dante, factum ut quod quærebat, quamprimum
id in Societate inveniret: agere quippe pri-
mum cœpit cum quodam e nostris, viro et apprimè
religioso et prudenti, etsi non usque adeo provec-
tæ ætatis. Hic, quantum quidem auditu accepi, per
solita orandi præcepta quæ in Exercitiis B. Ignatii
præscribuntur, eam exercuit, etsi non per omnia:
cui cum suam ipsa vicissim vitam per Confessionem
penitus aperuisset, animavit illam, et vere Dei esse
spiritum confirmavit; sed denuo opus esse ut ad
orationem se applicaret. Neque enim bona solidaque
jecerat fundamenta; neu sensuum hactenus aut af-
fectuum motus effrenos edomuerat. Ante omnia illi
in mandatis dedit ne ab orationis studio umquam
defatigata deficeret, sed vim quamdam sibi faceret,
cum tam singularibus eam Altissimus gratis præ-
veniret. Cumque per os illius Dominus loqueretur,
addebat: « Quid scis an forte multorum per te
» Deus velit salutem consulere? » et alia his non
absimilia quæ recte deinde visa sunt contigisse.

E 77 Consuluit adhuc ut quotidie aliquod passio-
nis Dominicæ membrum orando meditandoque ex-
citeret, ut illius consideratione mortificationi stu-
dere institueret, itaque paulatim ad perfectionem
contenderet; solam humanitatem Salvatoris nostri
perpetuo ante oculos haberet, et, quoad poterat,
solitis spiritus recollectionibus ac suavitatibus re-
sisteret, donec aliud illi suaderet. Hisce Teresia
consiliis non mediocriter profecit; quod ejus mentem
probe prudens Pater intelligeret, illiusque naturam
et conditionem, et per quam esset viam deducenda,
perspiceret. Insinuavit illi quoque clam nonnulla
quæ animo ejus deinde semper insculpta manserunt.
Hæc vitæ superioris detectione facta, majorem
opinatio in anima tranquillitatem ac quietem per-
sensit, multisque in rebus alios cœpit mores in-
duere, ea mentis generositate eas a se abdicans, ut
non domesticis modo, sed et exteris prodigiis simile
videretur et extremum, ita penitus deserere adeo-
que contemptim ducere quæ paulo ante tantopere
auspexerat. Magnam hæc Societatis sacerdos in ea
dirigenda gubernandaque adhibebat prudentiam ac
discretionem, nec eam violenter urgebat, quin po-
tius parvi omnia pendere videbatur, expectans
donec divina Majestas in anima illa pro placito
operaretur, eamque immutaret. Teresia quidem
jussa

confessarium
e Societate
Jesu eligit.a quo, multum
juvatur.

A jussa ejus omnia quam exactissime exequabatur, at quos ipse orationi præfixerat limites transgredi compellebatur: quo enim magis divinis oblectabatur consolationibus, eo uberiores cœlitus immittebantur. Unde himestri illo (tantum enim spatium intercessit) longe pluribus eam Deus visitationibus prævenit, quam solebat. Injecit adhuc pius hic Pater affectum illi ad spontaneas de corpore penas sumendas, quibus ipsa ob frequentes infirmitates hactenus non assueverat, imo neglexerat: asserebat enim, si extremas asperitates assumere in corpore non posset, at posse eas a quibus nullum sanitas pateretur dispendium; atque ideo forsitan hæc illam morbis a Deo affligi, quod se ipsa ultroneis cruciatibus non affligeret, quasi sua id ille suppleret manu quod ipsa neglegebat. Multis proinde ultro susceptis mortificationibus sese ut exerceret, illi auctor erat. Unde fiebat ut solidis duabus jam ejus oratio niteretur basibus, penitentia, inquam, et mortificatione: has enim habeat necesse est, si esse velit qualis debet. Qui vero inde resultabat fructus nimis quam erat manifestus: aperte quippe agnoscere cepit quæcumque in Deum admisisset peccata, tametsi levissima, eorumque malitiam perspicere, ac, si quid superflui gestaret, non ante mentem componere aut colligere posse quam id ipsum procul a se abjecisset.

CAP. X.
S. Franciscus
de Borgia ap-
probat spiri-
tum Teresie.

B 78 Non multo post Abulam appulit R. P. Franciscus de Borgia, qui Gandiensi ducatu repudiato abhinc annis aliquot in Societatem Jesu sese receperat. Cujus adventu cognito, confessarius illius simul et Franciscus Salcedius ipsam induxerunt ut hunc convenire ne gravaretur, illique orationum suarum quam poterat exactissime rationem redderet. Dictum, factum. Hanc ergo ut Borgia audivit, respondit extemplo Dei hic spiritum habitare; quare consultum videri diutius illi non oblectari: quidquid sibi conligerat hactenus, sincerum ac verum fuisse; cæterum deinceps ab aliquo semper passionis Salvatoris articulo orationem auspicaretur, tum, si contingeret in spiritu a Deo sustolli, nequaquam refragaretur, sed libere rapi se sineret. Magnopere porro eam Borgia colloquium recreavit; nam cum de multis eum percunctaretur rebus, illius ipse interrogatis, quod multo valeret usu et rerum harum experientia, abundantissime satisfacit. Quodam in tractatu calamo exarato, quem Viam perfectionis inscripsit, capite xxxi, hæc Teresie manu scripta verba reperi, quibus seipsam haud dubie denotat: «Novi quamdam quam sæpenu-
C » mero Deus eo sustollebat; ipsa vero nihil penitus
» capiebat: quare virum contemplationi mire de-
» ditum, P. Franciscum b, Societatis Jesu, olim
» ducem Gandiensem, consuluit: a quo didicit id
» fieri haud difficulter posse, imo id sibi nonnun-
» quam evenisse, » etc. Interim contigit alio Pa-
» trem spiritualem cui se ipsa crediderat, ablegari: unde non mediocriter animo est contristata; nam-
» quo illi similem nusquam se crederet reperturam: sed in hoc ipso Societatis Jesu collegio alius ejus-
» dem plane spiritus non defuit. Quod vero sanctimo-
» nialibus illius loci liberum esset, quoties alluberet, foras prodire, ad multos ipsa dies apud matronam viduam, non parvi nominis, sibi per familiarem, haud procul a collegio Societatis commorantem, est diversata. Hinc factum est ut sæpius illi cum Patribus S. J. loquendi agendique daretur ansa; quos unice complectebatur et quorum e consortio non nisi doctior et melior abibat.

Deus illum ju-
bat comitibus
humilis re-
stantia.

79 Quamquam autem sic eam Pater blande admodum et leniter ad majorem perfectionem sa-
» tagebat provehere, nihil illi, quo penitus Deo satis-

faceret, omittendum, sed quidlibet etiam faciendum asserens; hic tamen ipsa non mediocrem difficultatem sensit, persuasa nimirum ab eo aliquorum familiaritates et necessitudines omnino sibi rejiciendas, non tam quod iisdem in Deum offenderet, quam quod nimio opere erga easdem afficeretur. Quoniam vero generosa erat indole, et nullum in amicitii illis fovendis delictum suberat, insignem ingratitudinis effugere non posse notam se arbitrabatur, si easdem jam dudum contractas dissolveret; et hoc suo ipsa confessario declarabat. Respondit ille, rem Deo inter comprecandum aliquamdiu commendaret, et Spiritus Sancti lucem, qua illustrata introrsum, utrum foret consultius, agnosceret, recitando hymno «Veni Creator Spiritus», continenter deposceret. Fecit quod jubebatur: cumque quodam die diutius in oratione perstitisset, Deum obtestans ut sibi lumen immitteret, quo illustrata illi in omnibus posset satisfacere, ecce hymnum solitum exordienti subito raptus adeo vehemens insedit, ut prope sui impos videretur. Hactenus simile quid nondum experta erat. Interea hanc in intimis animæ penetralibus vocem audivit: «Nolo posthac cum hominibus, sed cum Angelis » converseris. » Evidenter colligi licuit hanc a Deo gratiam factam esse; et tum liquido patuit, quod multis ipsa annis maxima a se diligentia nunquam impetrare potuerat, tametsi summa contentione anniteretur et sanitatem non parum læderet, unico id momento a Domino cordium fieri posse. Exinde ergo ita immutata est, nulli ut posthac esse familiaris aut consolationem alicujus admittere potuerit, quam ejus quem Deo familiarem nosset; quin grave illi atque acerbum fuerit cum quopiam agere qui orationem familiariter non usurparet.

80 Hoc quidem sermocinationum Dei cum ipsa initium fuit: quod deinceps illi solemne admodum fuit et frequens. Quis vero harum sit modus, et quo dignoscatur signo a Deone hæc proficiscantur an a patre mendacii, luculenter id ipsa capite xxv Vitæ suæ est prosecuta. Non idcirco tamen a vano eam timore complendo cessabat cacodæmon, cum nullus aliunde ad eam pateret accessus. Quinque vel sex Dei servi, permagnæ illi omnes apud Teresiam auctoritatis, hac super re tractaturi unum in locum convenerant: qui omnes, ut quidem confessarius apud illam affirmavit, in eam pariter venire sententiam, ut quod ipsa in oratione persentisceret, a dæmone id proficisci assererent: quamobrem consultum videri tam frequente illi vivifici Corporis Domini Communionem interdicere, ipsamque in externas se functiones, solitudinis evitandæ gratia, effundere. Confessarius vero, quo illius exploraret constantiam, in eandem cum sex illis censoribus propendere videbatur sententiam. Teresia ergo, tum quidem vano pavore consternata, et quodam etiam cordis languore, qui eundem fovebat, divexata, ut sæpe etiam soli sibi in cubiculo securâ fidere non auderet, a Sancto Ægidio (est id nempe collegio Societatis Abulensis nomen), magno mœnore oppressa, ad suum rediit cœnobium. Ipsa ergo probe monentibus parendo jam ad multos dies Sacra se abstinerat Communionem, et solitudinem, quæ unicum tamen ei erat solatium, declinarat, nec habebat quibuscum suis de rebus ageret (omnes enim illi adversari videbantur); nondum tamen hic illius exagitandæ fuit finis. Erant namque qui confessario consulerent ut ab ea sibi caveret. Alii addebant sole meridiano clarius esse diabolicum hoc commentum esse. Solus illi confessarius addebat animos, cum diceret, etsi diaboli fraus et impostura foret, nihil ab hac illi posse damni accedere, modo

atque mustum
ejus animum

F

AUCTORE
RIBERA.

A modo in Deum peccando non offenderet. Has inter angustias et animi afflictiones pia Dei famula gemens quam eximissime eidem supplicabat ut alia sese via deduceret; quod ipsum ab aliis etiam fieri petiit.

consolatione
explet et erigit.

81 Nec vero ulla interim consolatione caelesti perfundebatur, sed maxima cordis amaritudine, dum secum recogitabat fieri omnino posse diabolum secum loqui. Biennio toto iis in angustiis duravit. Ergo, cum angore vehementissimo oppressa in quodam oratorio versaretur, nulla vel e caelo vel ab hominibus consolatione percepta, ecce post quatuor horarum laborem, qui numquam illius oblitus fuerat Dominus, introrsum eam in cordis penetralibus allocutus est, dicens: « Noli timere, » filia, noli metuere; quia numquam te deseram: » nam ego sum. » Ad hæc porro verba momento, omnibus doloris eturbationis quæ animum inobscurabant nubilis evanescentibus, caelestis quædam lux illi et confidentia exoriri visa est, tantaque securitas ut adversus omnes, quotquot in mundo erant, doctores atque eruditos rationibus evincere posse sibi videretur hunc qui sibi loqueretur, Deum esse. Serenatum posthæc omnino cor illius erat; ex oculis vero assidui suavissimarum lacrymarum rivi quasi e fontibus prorumpere; ipsa se exinde mirari, quod tanta in se mutatio dextræ Excelsi appareret. Et facta animosior adeo contra cacodæmonas sese animavit, ut, omni inani pavore seposito, arrepta eos cruce in certamen generosa virago provocarit, dicens: « Proditæ jam in aciem, » quotquot estis; videre namque volo, cum fida » Dei ancilla et cliens sim, quid facere possitis. » Tali vero post quiete mentis perfruita est, ut, etsi suis eos interdum oculis præsentem cerneret, minime exhorresceret ac flocci duceret. Et qua erat in Deum beneficientem gratitudine, donum hoc fortitudinis tanti fecit ut inter primarias a Deo acceptas hanc se referre diceret gratias. Exinde, cum hujusmodi divinarum gratiarum præsidio ab omnibus rebus esset terrenis dissoluta et libera, divinæque se providentiæ ac directioni totam committeret, non minus prospero per spiritualis vitæ viam ferri cepit cursu, nec minus celeriter, quam per oceanum secundis tum ventis tum æstu refluo propulsata navis, ut omnia illius cursum accelerare viderentur. Quotidie enim novas illi Redemptor gratias infundebat, quotidie favores ingeminabat, partim variis eam rationibus alloquendo, et profundissimas veritates aperiendo, partim magnas ac sublimes illi visiones exhibendo.

Hinc interm
vires

C 82 Admirabiles porro motus et effectus eximios hæc ciebant, quibus quotidie in melius vitæ suæ rationem mutabat. Hic illarum sermocinationum et visionum dicendarum esset locus, nisi ipsa eas Teresia a capite xxv referret, quo loco legere eas omnes possunt. Referam tamen quæ singularia sunt quæque ad historiæ quam scribo filum connectendum non parum faciunt. Non deerant qui ei timorem creare pergerent atque omnia quæ divinitus illi accidebant, demoni esse adscribenda dicerent, a quo turpiter illuderetur. Ad hanc eos sententiam potissimum movebat, quod Mariam Diaziam, cujus sanctimonia erat et notissima et ab omnibus approbata, quæque eodem vivebat in loco, via viderent communiori a Domino deduci, neu id genus illi visiones colloquiaque contingere: quasi una Deo dumtaxat sit via qua animas deducat, et non eadem qua Teresiam a Jesu dirigebat, hæcenus Sanctorum et Sanctarum conduxerit plurimos. At ipsa, quæ velut archis acceptis de summo illo erat hospite, qui eam familiariter visitabat, securissima,

præsertim cum et eorum quos supra memoravi D Patrum eam confirmaret opinio, non jam, uti quidem solebat, hisce male opinantium oblocationibus turbabatur; sed magnum illum Dominum pretiosa sibi in manus, quæ antea non habuerat, in amoris signum monilia tradere, seque jam opulentam et ornatam, cum antea pauperrima esset, videri asserbat: se quoque videre, necnon confessariis suis manifestissimum existere, quam sua anima mutata et in melius conversa esset; id se proinde credere non posse, tametsi quidem vellet, neu sibi persuadere, ab eo qui animas omni conatu ad tartara pertrahere allaborat, jam ad hoc ipsum exequendum tam contrarias rationes, puta peccatorum detestationem, virtutum exercitationem et constantiam continenter suam in animam inserendo, adhiberi. Ipsum identidem idem ille Societatis Jesu sacerdos quem ipsa animæ suæ præposuerat, aliis contradicentibus respondere solebat; nam solus hic illius patrocinium partesque susceperat. Et sane hac ipsa sacerdoti huic erat virtute et fortitudine opus ad tantas adversariorum injurias et calumnias, quæ ad ipsum referebantur quotidie, infringendas. Consulebant illi siquidem amici, sibi ut ab illa caveret, videret ne sibi dæmon imponeret, illi in re quapiam, E quam diceret, fidem adjungendo: quam in rem illi cum vetera tum nova afferebant exempla illorum qui per similes dæmonis imposturas et illusiones tandem in fraudem illecti essent.

83 Qui vero Teresiæ familiares erant, animæque ipsius bonum optabant, de multis eam sæpe rebus consulebant; quibus illa quam simplicissime satisfaciebat, nec satis quæ diceret advertendo: hinc ipsam jactabant arroganter docendi doctiores officium velle assumere et doctrinæ nomen aucupari, et hoc ipsum non adeo bonum sibi signum videri. Si quod in ea notabant erratum vel minimum, hoc adeo in immensum extollebant ut quidquid demum in ipsa cernerent, id vel in sinistram partem interpretarentur, vel ad confessarium illius extemplo referrent. Hic vero eam solabatur et confirmabat, hic turbatum illius animum tranquillabat, simul etiam mandans ut nihil sese posthæc celaret. Verum enimvero nimia ipsius humilitas anxie huic Dei ancillæ magnorum laborum post fuit seminarium: quamquam enim semper in ea ipse opinione fuerat omnia hæc a Deo descendere, quod tamen tum eruditione tum spiritu Dei conspicuos viros longe aliter de hac re tota sentire cerneret, dubitare et ipse ac nutare cepit, metuens ne forte, quod sua unius ipse niteretur magis quam tot aliorum iudicio majori donatorum sententia, delinqueret. Tam igitur ipse quam Teresia triennio et amplius propter hæc et similia, quæ quotidiana prope erant, non parum a malevolis exagitati sunt; ut taceam exagitationes, persecutiones et alia quæ sine ulla prorsus causa ac subito in illam insurgebant: quamprimum enim ad confessarium illa omnia referrebantur. Nihil porro B. Matrem cruciabat magis quam cum eos qui Dei obsequium cordi quam maxime habebant, sibi etiam cum aliis videret adversari. Et sane tanta hoc in genere pertulit ut post ipsa confessa sit, quamvis acerbissimos toto vitæ tempore labores subisset, nullum tamen hoc majorem exstitisse. Eo demum res processit ut non unus ab ea, eeu enegumena, sacris Ecclesiæ exorcismis rite pellere satanam decreverit: quam tamen illa infamiam ac probrum parum morabatur. Maxime autem illam, uti jam dixi, vexabat quod viros adeo bonos ac probos tam vehementer tamque diu sibi adversari cerneret, ipsos quoque nonnumquam confessarios nonnisi dubios ac suspicaces ad sua

non parum
S. Virgini ad-
versantur.

F

A sua excipienda peccata accedere; demum quod metueret ne tandem eo res deveniret, ut, qui sibi confidenti aures dare vellet, nullus reperiretur. Verumtamen omnibus his sinistris de Teresia opinionibus fieri non poterat ut ob frequentes, hasce de celo sibi immissas visiones aliquam animo tristitiam conciperet. Adeo namque hae mentem illius recreabant ac delectabant ut ne unam quidem earum visionum cum omnibus bonis ac voluptatibus quibus homines in mundo frui possunt, commutare voluisset.

ANNOTATA.

a *Præter ea quæ de Magdalena a Cruce in Comm. prævia (num. 491) referuntur, legatur quod Theophilus Raynaudus super ea refert in suo libro de Stigmatismo sacro et profano (Sect. 1, cap. XIV), adeanturque auctores quos inibi indicat. Non Corduba solum, inquit, ubi res contigit, sed universus Christianus orbis novit eam deceptricem; simulque enumerat alias huic similes sive illusas a dæmone sive artificiose fucum facientes mulierculas, quarum una vel ipsi Ludovico Granatensi, viro per omnia summo, imposuisse deprehensa est. Simon Majolus quoque (libro Dierum canicularium, tit. Sagæ)*

B *ejusdem Magdalene a Cruce meminit, quam in prima pueritia Cordubæ ingressam refert S. Clara cœnobium, quod ipsa postea ex collata stipe de fundamentis extruxit. Dæmon, ait, per orbem... quæcunque memoratu digna acciderent, Magdalene renuntiabat. Sic de Francisci I Galliarum regis captivitate, sic de Romanæ Urbis direptione certior facta, divinitus sibi hæc ab Angelo revelata dictitans, in principum virorum dignationem summam pervenit et abbatissæ dignitatem, ultro cedentibus tantæ sanctimonie reliquis monialibus, maxima totius Ordinis Seraphici cum lætitia, qui ad se quoque, tamquam ad præceptores et institutores, partem gloriæ hujus pertinere putabant. Miraculis interea clarebat plurimis, sed inanibus atque ludicris. In solenni pompa festorum dierum ad tres et amplius cubitos in sublime efferebatur. Sæpe etiam imaginem Jesu recens nati manibus gestans, imbre lacrymarum profuso, comam ad talos usque repente evatam producebat, quæ sensim evanesceret. Quotiescunque monachæ statis diebus sacra Communionem uterentur, sacrificulo ex enumeratis prius diligenter panis mystici orbiculis unus semper deerat, quem Magdalena, ministerio Angelorum acceptum, se in ore habere palam ostendebat. Hinc tanta ei sanctitatis fama accrevit, ut Pontifices, Imperatores, Reges per litteras ejus sese precibus commendarent; atque adeo Caroli V uxor Philippum filium iis fasciis quas Magdalena suis precibus consecrasset, primum excipi curavit et involvi. Exactis ita annis fere triginta... sub annum 1546 ad seipsam Magdalena redire cepit... et visitoribus Ordinis præter omnem expectationem seculi ingenue aperit, auxilium implorat, carceri includitur, cognitaque ex integro causa, excluditur cœnobio. Atque hæc per compendium ex Eusebii Amort tractatu de Revelationibus (part. II, num. III). Neque abs re fuerit hæc attulisse, cum pluries in Vita S. Teresiae mentio fiat de hac Magdalena a Cruce, quæcum tum plures improvidi moderatores tum principissa de Eholi aliique Sanctam nostram comparabant.*

b *Vide num. 1633 Commentarii prævii, ubi hoc P. Francisci S. J. nomen in uno alterove quod Teresia hujus libri fecit autographo omissum esse notatur.*

c *Invenit quidem hic Ribera, et aperte dicit Yepes (lib. I, cap. XI), allatas mox voces fuisse primas quas a Deo Teresia excepit. Non adverterunt Sanctam clavis verbis capite XIX. Vitæ suæ asserere primas fuisse illas quas citat Ribera sequenti hic numero: Noli timere, filia, noli metueri; quia nunquam te deseram: nam ego sum.*

CAPUT VI.

Præclara Teresiae in re difficili obedientia; insignes ei oblatae visiones; colloquia cum S. Petro de Alcantara; tentationes variae.

NON ita ancillam suam Dominus angustiari affligique permittebat ut eam vel consolari, vel verbis quibus mirabiliter eam interne in anima alloquebatur, confirmare, vel amorem denique suum quotidie magis magisque in ipsa adaugere oblivisceretur. Ipsa vero, quæ adeo eximiis a Deo se cumulari donis videbat, his omnibus de rebus apud pietissimum Dominum expostulabat, apud quem solatio erat omnia magna amoris significatione et teneriore quodam animo commemorasse. Numquam ab oratione, nisi nova cœlitus consolatione accepta novisque ad patiendum collectis viribus, surgebat. Nihil omnino horum aliis dicere audebat, quod qui audiebant, arrogantiae id illius libenter sua commemorantis adscriberent; soli vero confessario, quem ex eadem sibi Societate Jesu tum selegerat, arcana qualibet revelabat, qui vicissim illi continenter animos addebat, mœrentem consolando. Erat is Balthasar Alvarez a, vir insigni probitate præditus, prudentiæ singularis et rerum spiritualium magister experientissimus; qui tum quidem in Abulensi S. Egidii collegio ministrum agebat. Hic aliquot post annis, in Dei obsequio indefatigabilis, quod orationi mortificationique passionum mire deditus esset et tum suis tum externis perutilis exstitisset, quia potens erat in verbis quibus corda hominum concitabat et in animabus ad Deum perducendis mira dexteritate præstabat, sancto fine, qui vitam instituerat sanctam, in collegio Bellomontano, cum universam Toletanam provinciam præpositus regeret, diem clausit. Hic ei Balthasar plus cæteris ad perfectionem adjumenti attulit, quod mortificationibus eam assiduè attereret, ita ut non raro alium seligere constitueret. Verum quoties hoc secum ipsa statuebat, semper introrsum in anima quemdam velut dissuadentem audire videbatur ne hoc faceret, simul et magnæ se levitatis coarguentem: quare et ipsa miro posthac erga ipsum affici amore cepit. Unde et mihi ipsa postea subridendo dixit: « Hunc confessorium meum, tametsi austeriorem et immitem, diligo et complector. » Austeriorem, inquam, et severum, quod intra disciplinæ limites illam mortificando contineret, uti et confinebat Mariam Diaziam, illustre sanctitatis exemplum, et clarum speculum mirabilium gratiarum quas Deus in animabus sui sincere diligentibus sibi adhaerentibus operatur.

85 Etsi vero Alvarez rerum ad spiritus disciplinam spectantium mire gnarus esset et peritus, Teresia tamen adeo sublime evolabat ut magna illum celeritate contendere oportuerit, ipsam ut consequi posset. Memini, cum Salmantica cum eo versarer et de spiritualibus scriptis variis deque horum cujusque fructu et utilitate sermo incidisset, dixisse mihi Balthasarem: « Hos omnes ipse libros » evolvi, ut Teresiam a Jesu spiritum intelligam. » Cum autem frequentiores jam illi visiones acciderent, alius ex eodem collegio Pater, qui antea

CAP. XI.
Sancta a P.
Balthasare
Alvarez in
virtute promo-
vetur.

E

F

Obedit eisdem
confessorii
mandanti ut
visiones cum
contumelia
repellat.

AUCTORI
RIBEDA.

A

illam direxerat, et jam etiam interdum illius, P. Balthasare aliorum impedito, confitentis excipiebat peccata, dicere non est veritus demonis fraudem hic subesse; cui cum jam ipsa resistere non posset, se salutifero saltem crucis signo, si quid adhuc cerneret, communiret, et apparentem, ostendendo pollicem *b*, irridens exciperet, quod demonis essent ludibria, dicens hoc pacto fore ut non amplius reverteretur. Grave et abominabile hoc illi videbatur; ut quæ plane sibi jam et indubitanter persuaserat sibi Deum, et non alium, apparere. Verum ea ancillæ Dei fuit obedientia ut quidquid præciperet director animæ, id quam promptissime exequeretur. Interim multis ipsa cum lacrymis Dominum obsecrare, ne se ullo pacto decipi sineret, seque ex animo gloriosis Apostolorum Principibus Petro et Paulo commendare; erga quos peculiari quodam affectu ac studio rapiebatur, quod, cum primo se illi visibilem Redemptor dedit, id eorum in feriis natalibus contigisset: quin etiam illi Dominus fidem dedit, sedulo hos ipsos invigilatos ne qua unquam deceptionis illi fraus obreperet.

Fidel gemmas
in cruce suas.

B

86 Non raro quoque illos clarissime ad latus suum adstantes vidit, idque modo quodam visionis sublimiori quam ordinario. Si quando etiam hæc illi occurrebant visiones, dubitare non poterat quin revera se Deus ipsi spectandum daret: ut tamen confessarii consiliis acquiesceret, apparentem subsannabat ludificans; non tamen semper: erat id namque illi acerbissimum. Signo tamen crucis se signabat; et si quando signando defatigaretur manus, crucem in manus accipiebat, ut hoc pacto jussa confessarii compleret. Sed non poterat non rogare facti veniam ab eo ipso cui hanc injuriam irrogabat, non aliter id a se fieri asserens quam ut morem servis ejus, qui illius supplebant vicem, gereret. Cui deinde apparens Dominus optime illam facere affirmavit quod illis obtemperaret; se vero effecturum ut veritas tandem patesceret: uti dein hi ipsi intellexerunt, et errorem quem imbibant, deposuerunt. Hinc quadam die, cum, apparente sibi Domino, manu crucem quæ ad coronam precatorium dependebat, cepit, Dominus crucem, quam minime timebat, sumpsit, sumptamque mox reddidit, at longe aliam quam acceperat. Videbatur ea namque e quatuor gemmis majoribus, adamante longe rutilantioribus, compacta, in quarum una eleganter sciteque ex arte quina sacra Domini Stigmata insculpta videbantur. Ac Dominus talem ei hanc posthac crucem semper visum iri confirmavit. Nec vana ea fuit sponsio; non enim jam amplius lignum e quo compacta erat, ipsa conspiciabatur, sed gemmas. At soli ipsi gemmea apparebat; aliis vero non alia quam qualis ante fuerat, videbatur. Idem propemodum S. Catharinæ Senensi contigisse referunt F. Raymundus et S. Antoninus (3 p. Chron., tit. xxiii, cap. xix, § vi): aureum quippe Virginis hujus digitis annulum, gemmis conspicuum, pius Virginum Sponsus Christus inseruit, quem exinde numquam ipsa exuit, ac sola videbat, cæterorum vero nullus. S. Cecilie quoque, ut Simeon Metaphrastes in Vita ejus litteris prodidit *c*, duas attulit Angelus de cælo corollas e lectissimis floribus consertas, quas etiam sola ipsa cum sponso Valeriano conspiciebat.

que cruce in-
venio postea
invenit.

d

87 Ut S. Gertrudis *d* de se ipsa refert (lib. ii, cap. xxi), cum insignis cujusdam sponsionis a Domino sibi factæ pignus ac fidejussionem peteret, suum ille ei Cor spectandum dedit, ipsa vero manum suam eidem inseruit: qua inde educta, aureos septem in digitis circulos, seu annulos, con-

spexit, in singulis quidem digitis unum, in medio vero tres. Sic et Clemens Papa et Martyr fertur vidisse agnum qui sublato pede fontem illi com-monstraret, quem tamen e tot Christianorum adstantium millibus nullus videre potuit, uti in ejus Vita Metaphrastes *e* scriptum reliquit. Adeo ut novum minime sit singulares Deum servis suis prerogativas et gratias concedere quibus soli ipsi, alii nulli, gaudeant ac fruantur. Martinus Turo-nensium præsul, referente Severo Sulpicio in ejus Vita (lib. ii), cum in basilica sua Missarum celebraret officia, magnaue hominum vis iisdem præsens ad-esset, ignitus capiti illius imminere visus est globus, quem quædam virgo unusque sacerdos et tres dumtaxat monachi conspexerunt. Hanc porro ab ipsa Teresia crucem Joanna de Ahumada soror, quæ hodie Albæ commoratur, multis precibus dissi-mulanter extorsit, quasi nihil penitus eorum quæ de ipsa ferebantur, scivisset: penes Joannam hæc hodie est *f*, mihi quæ hanc ipsa aliquoties ostendit, et, uti revera par est, seu pretiosum pignus permagni facit. E quatuor hæc constat ebeni granulis mi-nime exiguis, quales appendi vulgo usitatis majori-bus rosariis solent. Albani monasterii sanctimonialis quædam Magdalena de Toledo nomine, illustris viri E Francisci Fonsecæ, toparchæ in Coca et Alaejos, matertera, cum post oculorum usum ex humorum suffusione amissum, medicorum industria denuo recuperatum, et eundem rursus ter postea subito perditum, Teresia jam defuncta, Joannam de Ahu-mada adiisset, rursus jam videns; monstratam a Joanna crucem hanc oculis apposuit, et ecce num-quam deinde amplius aliqua oculis offusa caligo est. Quod ipsa miraculum omnibus ex se id per-contantibus passim certa fide enarrat; quin imo signatum nomine suo rei hujusce testimonium Nicolao a S. Cyrillo, Excalceatorum tunc Mance-ranorum præposito, tradidit.

88 Nec vero propterea visionum aliarumque Dei gratiarum erat finis, quin imo major illarum indies accessio et incrementa: cumque animum alio divertere satagebat, numquam ab oratione cessabat. Sæpius autem Dominum Jesum Christum coram conspexit, atque enim ut plurimum a resur-rectione et gloria donatum. Duas ipse vidi icunculas quas continenter penes se habebat; in quarum una Redemptor Christus a mortuis resurgens, in altera vero Beata illius Mater spectabantur. Has Joannes de la Peña, tum præbendarius Salmanticensis, et deinde Societatis nostræ, in qua et diem extremum clausit, delinearat secundum datam a Teresia no-tionem figurarum quas ipsa memoriæ impressas tenebat: nam et pingenti adfuerat et quomodo ex-primendæ essent, ipsa suggererat. Ea quidem in his imaginibus elucet ars et elegantia, ut, licet omnium pictorum industria longe sit inferior quam ut pulchritudinem quæ in similibus visionibus re-lucet, aliquatenus penicillo æmuletur, nihil tamen crediderim umquam ab eo depictum quod cum his conferatur. Præsertim Deiparæ icon blandissima est. Multas quas ille pictor delineavit tabulas vidi; tantum tamen harum duarum a cæteris omnibus operibus illius, meo judicio, est discrimen ac diffe-rentia, ut, nisi qui rem norat, mihi id certo certius asseruisset, vix ab illius eas esse perfectas manu credidissem. Ipsarum alteram, in qua Redemptor expressus, hodie asservat Maria de Toledo, Frederici de Toledo ducis Albani vidua: at comitissa de Alba Alistana aliam ad illius imitationem sibi ex-primi jussit. Altera vero penes quemdam de Excal-ceatis Patribus, insigni virtute virum, asservatur.

Jesu et Mariæ
apparitiones
sæpius fuit
tur, et utrius-
que imaginem
pingendam
curat.

F

89 Ne quidem hæc satis Domino fuerunt; sed ut evidentius

Angelum ve-
dit transfor-
mationem sibi
cor.

A evidentius claresceret, quidquid in ancilla sua conspiciebatur, non a cacodæmone, sed a sese proficisci, illius in animo, sicut promiserat, confestim tam ardentem vehementemque amoris divini ignem excitavit ut Dei videndi desiderio absumi et prope emori videretur, nec penes seipsam manere posset. Ac revera tantus erat motus ut animam sibi violenter avelli putaret: vulnerata siquidem erat ac velut emoriens, et morte quidem longe suaviori optatiorique quam omnis hic est vita. Neque hanc tamen a se tolli plagam velle poterat, ut huic ipsa tormento ac vulnere omnes mundi voluptates ac delicias posthabendas censeret. Unde illud Psalmistæ amantis carmen identidem repetebat: « Quem » admodum desiderat cervus ad fontes aquarum, » ita desiderat anima mea ad te, Deus »; quod vere id ipsa in se locum habere cerneret. Iis ipsis diebus oblata illi aliquoties est admirabilis quædam et divina visio. Astantem quippe ad latus sinistrum sibi vidit perexiguum Angelum forma corporea indutum; quem ob ardorem ejus de Seraphinorum, præ amore æstuantium, numero fuisse Teresia credebatur. Ille aureum manu jaculum oblongum, et loco cuspidis, flammula obarmatum vibrabat; quod ipse cordi illius infixum cum educeret, simul evelli sibi præcordia credebatur et ingenti divini amoris æstu cor penitus flammescere. Ea autem doloris erat vehementia ut in concisos interruptosque gemitus interspiraret; intensius enim gemere dolor prohibebat. Et simul dolor hic animo dulcedinem afflabat talem ut nec desiderare finem intermissionemve valeret, nec præter Deum quidquam ei posset satiem afferre. Quibus id contingebat diebus, velut sui impotens erat; optasset quoque neminem tunc videre vel alloqui, sed sapidam illam pœnam continenter persentiscere, quæ illi longe majoris gloriæ erat seges quam quæ omnibus junctim e creaturis poterat dimanare. Pluries deinde in mentis excessus rapta est, et adeo quidem frequenter et vehementer ut etiam cum aliis agenti acciderent et ut resistere ultro se oggerentibus non posset. Ex quo vero iis habendis assuevit, hæc paulatim vehemens adeo pœna cœpit evanescere.

Ribera visio-
nis hujus veri-
tatem confir-
mit

90 Quoad hanc Seraphini vel Angeli apparitionem nonnulla necesse fuerit advertere, tum quod præ reliquis hæc visionibus quid peculiare continere videatur, tum vero quod non desint qui a se impetrare vix possint ut in hisce spiritus negotiis quidpiam credant quod in se non experti sunt vel conspicati, et quod sæpe etiam contingat ut risu et ludibrio excipiant ea quibus ad bonitatem Dei admirandam illiusque laudes deprædicandas, quod creaturis se suis adeo amice impertiri dignetur, potius excitari deberent. At quoniam secundo libri hujus capite de Teresiæ revelationibus ac de fide quæ illis adjungenda est, generatim sum locutus, impræsentiarum tantum ea prosequar quæ ad hanc spectant visionem. Nefas igitur et absurdum fuerit dicere meram hanc vanæ imaginationis chimæram ac muliebrem commentum fuisse, cum ante statuerimus quæ virginis adeo sanctæ ac veraci habenda sit fides. Ipsa enim, quæ tantum jam cum hujus generis rerum, tum etiam earum quæ a maligno spiritu proficiscebantur, usum habebat et experimentum, quæque ter cum ac quater, dum illam alloqui in Angelum lucis transformatus instituit, haud difficulter e vestigio agnovit, non adeo facile pellici in fraudem poterat.

allatis rationi-
bus aliquot

91 Porro si semel tantum hæc illi Seraphini visio oblata fuisset, major omnia in dubium revocantibus aliquatenus subdubitandi hic esset occasio; verum cum sæpius neque obiter Angelicum id

visum ancillæ Dei objectum sit, quis credet impositum hic illi a cacodæmone fuisse? Idque eo magis quod meticulosa esset, imo ne sibi quidem ipsa crederet, et quod sæpe in rebus clarissimis anceps hæreret. Accedit quod hanc ipsa visionem, eodem plane modo quo nos, sine ulla hæsitazione aut dubitatione commemoravit. Neque id eo quo contigit die scripto commisit, sed aliquot post annis, cum accurate considerasset, sciretque certissime minime se decipi. An non (ut alia argumenta taceam) ex ipsis effectibus quos visio hæc semper in illa ciebat, colligere liceat illam minime deceptam fuisse? Ea siquidem Dei amorem in ipsa vehementius succendebat, simul et ingentem in illius anima doloris amaritudinem nec minorem suavitatem Deique videndi desiderium excitabat, ut nihil quod Deo esset minus aut inferius, satiare illius anhelantis pectus posset. Equidem novos hosce rogare academicos velim credantne non alia quam quæ vel manu tangunt vel oculo cernunt, et dum in omnibus donis quæ Deus animabus confert, semper de quo vel ambigant inveniunt, utrumnam, cum Deus hic solus agens sit omniaque efficiat, ejus attributum certis constringere limitibus velint, ejusque potentiam, an vero bonitatem? Si potentiam certis ipsi definere terminis non possunt (est namque omnipotens), cur bonitatem, cum illa potentia minime sit inferior? Cur non plura et majora divinam bonitatem operaturam credent in animabus huc sese multo melius quam ipsi disponentibus, quam in ipsis? Si quidnam hoc sit, nesciant, faciant quod illæ fecerunt, et propter Deum laborent, uti laborarunt quæ id sciunt, ac tum fiet ut et ipsi id non sint ignoraturi.

et exemplis
S. Catharinæ
Senensis

92 Anne Deus forsitan in gratiis in animas Sanctorum effundendis ita futurus est parcus, ut scilicet hi in illis ipsis credendis restrictiores? Hoc saltem iis dixerim (quod et Teresia ipsa persæpe dicere solebat), qui Dominum hæc et id genus alia aut etiam his majora in animabus penitus illius obsequio devotis operari negabit charismata, eadem hunc in se nunquam perspecturum. Qui autem horum quidpiam experimento comperit, et vere gustare cœpit Dominum perquam suavem esse, non ægre his omnibus fidem adjuncturus est. Hinc et universa quæ ipsa de se Teresia narravit, apud Franciscum Borgiam, quicum primum sua charismata communicavit, facile fidem habuerunt; uti et apud Petrum de Alcantara, nec non apud Magistrum Joannem de Avila, ad quem quæcumque de vita sua scripto concedidit, Teresia transmisit: qui etiam, ut suo dicemus loco, cuncta ex ordine miro assensu approbavit. Itaque, cum illi horum prorsus sint expertes, quamobrem ea tractare satagunt quæ vere ignorant? Quos dixerō, ut vulgo dicitur, cœcōs judicare de coloribus. Anne hoc novum quid et hætenus inauditum vel invisum? Quotnam harum non absimiles sunt de aliis Sanctis scriptæ visiones, quas tamen viri prudentissimi et quibus infinita Dei bonitas quoquo modo perspecta ac nota est, gratanter et crediderunt et ut veras admiserunt? Quid, obsecro, dicent, cum S. Catharinæ Senensi, ut illius prodidit spiritualis Pater F. Raymundus nec non post eum S. Antoninus (p. 3 Chron., tit. xxiii, cap. xix, § x), tam ingentem aliquando amoris divini copiam ac vim infusam legent ut quatuor horas illius anima a corpore exulans mirificis visionibus potiretur? Eadem, ut iidem eo quo supra loco testantur, cum Dominum ex intimis cordis penetralibus rogasset ut suum sibi cor et voluntatem auferret, eorumque loco cor et voluntatem sibi conformem redderet, videre sibi

F

visa

AUCTORE
RIBERA.

A visa est descendente ad se Dominum, et, latere sinistro reserato, cor inde sibi auferentem sibi reservantem, adeo ut tantisper excors existeret; donec tandem rediens Dominus rursus latus adaperiret, et quod manu præferbat cor elegantissimum alterius loco corpori insereret. Et nondum in Sanctorum catalogum erat relata Catharina, cum S. Antonius hæc legit, credidit, scripsit.

aliorumque
Sanctorum.

93 Nec Serenus abbas Sanctis adscriptus erat : cum tamen Cassianus (Collat. vii, cap. ii) scribit, cum integram animæ a Deo castimoniam impetrasset, simul etiam quam enixissime corporalem postulasse; et tum illi de nocte sequentem visionem fuisse oblatam. Venit scilicet ad ipsum Angelus, qui aperto ventre quamdam carnis partem æstuantem exemit et foras eiecit; et priori formæ ventrem hiantem restituens, perpetua puritate posthac ut niteret fore promisit. Non absimile est quod de Equitio abbate refert S. Gregorius, scribens ei apparuisse Angelum, qui eum castrando, omnem ad illicitas carnalesque cupiditates motum, quoad viveret, e corpore abstulit (lib. i Dial., cap. iv). Idem et S. Joannes Baptista in sancti cujusdam sacerdotis anima et corpore fecisse visus est, cum ventrem illius ter repetito crucis signo consignavit, ut in Prato suo spiritali (qui et vetus est et approbatus liber) capite in tradit Sophronius patriarcha Hierosolymitanus. Bis (lib. ii, cap. iv et xxiii) S. Gertrudis commemorat quia sua Christum cordi suo vulnera insculpsisse g. Quin et aliis duobus ejusdem libri locis (cap. v et xxiii) sese in corde a Domino vulneratam prodidit. S. Angela de Fulgino h apparuisse sibi ait Christum, jussisseque ut os suum laterali vulneri applicaret; se vero pretiosum illum Sanguinis qui e patenti Domini latere proflueret, liquorem exsugendo obbibisse sibi visam. Eadem etiam Gertrudis a Christo se vidit aurea quam manu tenebat sagitta transadigi, itaque ex eo se vulnere sauciari ut ad pristinam exinde sanitatem numquam redierit; quod idem pene est cum eo quod hic de Teresia prosequimur. Alio scriptum loco (lib. iii, cap. lxxvii) cor illam a Domino rogatam fuisse, et hoc ipsam quam libentissime tradidisse; hoc deinde Christum acceptum suo applicuisse. Alia his affinia de aliis feruntur Sanctis. Potentia namque et bonitas Dei, et quas servis ipso suis adfert delicias, longe profecto majores sunt, quam ut humana ad easdem ingenia, nimis quam debilia et infirma, aspirent. Quamobrem hæc etiam de aliis hoc in genere post enarrandis dicta sunt : nos vero historiam quam cœpimus, prosequamur.

C

CAP. XII.
Securum Teresiam esse
jubeat S. Petrus
de Alcantara.

94 Illæ ergo visiones eam ancipitem reddebant; cumque omnino non intelligeret qui fieri posset ut tantus dolor spiritus cum tanta suavitate consisteret, simul etiam reipsa experiretur Dei se donis resistere nequaquam posse, et nullum videret hæc intelligere (quam ob causam non parum ipsa affligebatur), visum est Domino ad Petri de Alcantara, Excalceatorum Franciscanorum tum commissarii, adventum dolorum nebulam dissolvere. Igitur Guomara de Ulloa, rerum Teresie imprimis conscia eique carissima, a Carmelitarum provinciali petita licentia, Teresiam suas in ædes eduxit. Interdum ergo partim hic, partim in variis locis sacris sanctum hunc virum Teresia convenit, illique sui rationem reddidit. Et si vero in rebus istis adeo spiritalibus commode ipsa explicare mentem tunc non posset, ipse tamen, ut erat vitæ asperitate et orationis dono conspicuus, ejus quamprimum mentem cepit, ac multum ei lucis afferendo securam reddidit ac certiorum, spiritum Dei hunc esse ejusque hic digitum operari; et adeo quidem vere,

ut, una dempta fide, nihil ipse aut verius aut indubitatus haberet. Cumque evidenter perspexisset quam in animam Deus illam beneficia contulisset, quantaque in ipsa ad eadem majora indes excipienda esset dispositio, mire erga eam affici, sæpiusque cum per literas tum in familiari colloquio ab eo tempore cum illa cœpit agere, simul et obnixè rogare ut sui apud Deum causam ageret.

95 Addebat is jam tum quidem laborum anxietatumque omnium quæ fingi potest maxima, contradictione, inquam, honorum, illam superiorem evasisse, verumtamen alia non pauca illi subeunda restare. Ad hæc P. Balthasarem Alvarez convenit, ut quam ille de spiritu Dei hic operante opinionem conceperat, nova sua ipse opinione et testimonio confirmaret; simul et Franciscum Salcedum, qui eam præ aliis quidem maxime diligebat, attamen gravissime infestabat, dum in ea is semper opinione versaretur diabolicis ipsam præstigiis fascinari. Et adeo quidem alte hæc illi opinio insederat, ut, tametsi luculentam sanctissimi viri Petri super ea re testificationem audiret, numquam a se impetrare potuerit ut quam conceperat mentem penitus exueret; licet alioquin in ea exagitanda paulo se gereret mitius. Quamquam hæc dolenti Teresie animo consolationem uberrimam afferrent, a demonis tamen tentatione plane immunis non erat : nam is subinde eam infestabat, redibatque formido : unde et intellectus obscurabatur, ipsaque anceps animo nutabat. Occursabat identidem aut non recte se forsitan Petro mentem explicare aut ejus respondentis sensum intelligere non potuisse; ac proinde sufficere ipsam solam deceptam esse, ut necesse non esset ipsos Dei servos in fraudem pertrahere. Volebat nimirum ancillam suam Dominus, quo puriorem sublimioremque eam redderet, duro tribulationis igne persæpe probari, et talis quidem tribulationis qua nulla infligere majorem homini pœnam potest. Nec vero brevis ea tentatio erat; quin vehementer ad duas tresve hebdomadas interdum perseverabat, ita ut suffocari sibi videretur.

Nondum tamen ipsa interioribus angustis

96 Alias ad superiorem retro ipsa vitam oculos reflectebat, sibi que omnibus fucum facere videbatur : suosque adeo confessarios adibat et præmonerat, viderent ne sibi a se imponi sinerent. His eam porro timoribus, afflictionibus aliisque omnis generis tentamentis probari voluit et explorari Dominus, quod tot filiarum post esset futura mater et tot animarum auxiliatrix. Quin per ipsos etiam confessarios eam non mediocriter exercere placuit : nam cum frequenter summis cum corporis tum animi laboribus ac molestiis opprimeretur, ipsosque solatii accipiendi ergo adiret, acerbis ipsam verbis objurgabant, et adeo non recreatam abs sese dimittebant, ut etiam asperius duriusque corripere : ut et ipsi non raro deinde mirarentur. Ipsam, quod consolatione indigere quam maxime videbant, consolari quidem et delenire verbis volebant (unde sæpe etiam metuebant, ne, sic eam desolatam abs se ablegando et increpando, noxam inde aliquam contraherent); sed id in sua negabant manu fuisse. His sanctitas ejus rebus mirifice celebrari atque evulgari in vulgus cœpta est; et, quamquam obstar, quin imo maxime abhorreret, insignem nemo non de ea æstimationem concepit. Cum enim suis confessariis clare exponeret omnes quas a Deo recipiebat gratias, idque faceret aliis interdum etiam spiritalibus viris et litterarum eruditione conspicuis (nam vehementissima erat tentatio qua metuebat ne a fraudis mendacique architecto diabolo descenderet id quod manifestissime a Deo venire videbat,

externisque molestiis vacaret.

F

A videbat, quamdiu ab illa tentatione libera erat, et multo adhuc magis cum celestibus illis deliciis affluebat, hi deinde eadem cum aliis communica- bant; unde fiebat ut nominis ejus fama quotidie per hominum ora magis magisque crebresceret. Hoc etiam in causa fuit cur a primariis interdum matronis summis precibus suas in ades invitaretur, ut apud ipsas aliquamdiu conversaretur: in quo R. P. Provincialis auctoritatem invocabant: unde, cum iis id negari ob nominis splendorem non pos- set, factum est ut suo sæpe Teresia egredi mona- sterio cogeretur.

ANNOTATA.

a *Require quæ de P. Balthasare Alvarez retuli- mus in Comm. prævio, num. 184, 185 et 880. Iis tamen quæ num. 880 diximus, addere juvat egregiam illam Dei ancillam cui S. Teresia apparens dixit: Et ego sum filia Societatis, etc., esse Marinam de Escobar, virginem Vallisoletanam; ut liquet e prima parte Vitæ ejusdem Marinæ (lib. iv, cap. xxvii, § ii), quam P. Ludovicus de Ponte, ipsa adhuc vivente, descripsit, quæque anno 1766 typis Madritensibus simul cum altera parte a P. Andrea Pinto Ramirez adornata in lucem prodit.*

b *Hispanice dar bigas. Vide n. 207 Comm. præv.*

c *Acta martyrii S. Cæciliæ, quæ Metaphrastes e latino-græca fecit, et quæ e Metaphraste Lipomanus et Surius latinitati reddiderunt, non magnæ apud eruditos auctoritatis sunt.*

d *Consule Eusebium Amort de Revelationibus, Visionibus et Apparitionibus (part. II, n. viii, § lxi, loco 8), ubi congesta exquisita eruditionis doctrina expendit quicquid ad S. Gertrudis Islebiensis reve- lationes spectat.*

e *Scribit Card. Baronius Metaphrasten Acta martyrii S. Clementis e præcis monumentis edidisse, eaque exstare apud Lipomanum et Surius, atque iis adstipulari S. Gregorium Turonensem; quæ vero latine olim scripta habemus, valde esse depravata (Martyrol. Rom., not. ad xxiii Noe.).*

f *Vide num. 221 Comm. prævii quo hæc crux postea evaserit; ut et num. 1467 et 1468 de aliis S. Teresiæ cultis crucibus.*

g *Vide Eusebium Amort, libro quo supra (num. viii, § lxi, loco 2).*

h *Vide latum ab eodem Amort judicium de re- velationibus B. Angelæ de Fulgino (libro quo supra, num. x).*

C

CAPUT VII.

**Propositum fundandi Abulæ
monasterii in honorem S.
Josephi, non sine remoris
in opus deduci cæptum.**

Q uæ Teresiæ tunc vitæ fuerit ratio, constare aliquatenus e quadam ad alterius Ordinis reli- giosam missa ab ipsa epistola potest. Sic igitur habet: « Antequam hæc fundari inciperent cœno- bia, quinque ac viginti annis in quodam vixi in » quo centum octoginta virgines sacræ mecum » commemorabantur. Quoniam vero plura narrandi » mihi otium non suppeditat, hoc unum dixerò, » hæc Deum diligenti omnia crucis ejusdem loco » futura, et in non tenue animæ commodum cessura, » nullum vero salutis inde illi eventurum dispen- » dium, si modo tecum serio cogites Deum ac te » solam in illa domo versari. Interim vero dum

» ab omni munere vacas, nulliusque tibi rei cura » a superioribus concedita est, reliqua curare ne- » glige; sed soli virtutis quam in unaquaque per- » spexeris, comparationi incumbere, ut ob hæc » singulas virtutem diligas, eamque in usum tuum » convertas: si quos vero in iis defectus notaris, » ab eisdem longissime removeare. Tantum hæc » mihi consideratio fructum peperit, ut, quam- » quam is monialium esset, quem dixi, numerus, » non magis mihi is officeret quam si nulla penitus » fuisset: quin potius quæstum inde mihi non me- » dioerem eliciebam. Omni quippe loco, carissima, » magnum hunc Deum amare possumus. Sit ipse » benedictus, quod omnino nullas ab illius nos » possit caritate separare. »

98 Licet vero sodalibus suis domi virtutis exem- plo prodesset, et insignes in illarum animis motus, vitæ probitate et quod ex operibus ipsius emicabat lumine, quo id ipsa magis suppressere conniteba- tur, eo magis excitaret, parva tamen hæc erant, si cum iis quæ illius post opera magnus proficere Dominus decreverat, comparentur: hinc ad majora eam paulatim excitare ac vocare incipiebat. Ut vero ad oculum pateat quam suis in operibus Deus sit mirabilis, quamque tenuibus interdum e principii res molitur ingentes, visum est mona- steriorum a Matre Teresia a Jesu postea erectorum exordia paulo hic altius repetere. Habebat ipsa consanguineam, quam singulari semper est amore prosecuta, Mariam Ocampiam a, quæ deinde Ex- calceatarum etiam Institutum complexa, a S. Joanne Baptista cognomentum assumpsit, et post monaste- rio Vallisoletano multis annis, vitæ religiosæ omni- bus præbens exemplum, præfuit. Hæc tum quidem vestium consecrabatur elegantiam, quam etiam conquisitis et ab ingenio et industria ad stuporem usque excogitatis artibus fovebat. Ergo cum sæcu- lari schemate in Incarnationis ageret cœnobio, et quadam ipsa nocte cum sorore aliisque consobri- nis ac cognatis Teresiæ, partim sæculum adhuc sectantibus, partim Religionem professis, simul et Joanna Suarez, magna illa B. Matris amica, de qua jam superius nonnulla tetigimus, in materteræ cu- biculo versaretur, per ludendum ac jocantium speciem dicere omnes inter se cœpere, permole- stum imprimis id vitæ genus quod in hocce mona- sterio viverent, ob maximam inhabitantium copiam videri. Ad quæ Maria Ocampia confestim respon- dens, ait: « Quin igitur quotquot hic præsentibus » convenimus, aliud vitæ institutum inimus, quod » veterum anachoretarum more, majorem solitu- » dinem spiret? » Cum vero hic a Deo sermo pro- ficisceretur, tametsi id tum ipsa ignoraret, in ter- ram eum prolabi minime est passus, sed in omnium mentes ac voluntates dilabi. Cumque is placuisset universis, et mutuis hæc de re colloquiis noctem traherent, disceptari cœptum quæ iniri monasterii alicujus minoris, in quod pauciores admitterentur sodales, ratio posset, et quæ in ipsum construendum expensæ requirerentur.

99 Tum Maria Ocampia mille aureos de hære- ditate sua deducendos hoc se in opus spopondit collaturam; quod et cordi ipsa habere et serio ur- gere videbatur. Placuit offerentis animus piæ Matri, dum tanto hanc ardore de novo hoc vitæ genere inchoando audit disserentem, vanitatibus sæculi etiam tum penitus absorptam. Ipsa tum Teresia novis austerioris vitæ inveniendæ solitudinisque se- ctandæ ac Deo se de novo dedicandæ desideriis majorem in modum æstuabat, assiduoque secum ipsa recogitabat ecquod dignum ipsa præstare Do- mino posset obsequium, qui ardentibus has animo

AUCTORE
RIBERA.
D

de novo sub
arctiori disci-
plina mona-
sterio.

E

F

extruendo, co-
gitare incipit.

CAP. xiii.
Teresia, dum
foras in
dies Deo in
Incarnationis
cœnobio famu-
latur.

AUCTORE
RIBERA.

A suo faculas subiceret. Hos in ipsa motus horrenda illa et admirabilis concitarat visio, qua, exhibente Domino, locum simul et tormenta apud inferos conspexit sibi, si, quod alias coperat, iter insistere perresisset, parata. Etsi vero visio hæc et narrari et sciri digna sit, eam ipse tamen silentio involvo, quod Vitæ suæ capite XXXII pluribus eam B. Mater prosequatur *b*. Secum ipsa jam constituerat nihil esse sibi debere antiquius quam vocationi suæ respondere et quam poterat maxima integritate Instituti suscepti præscripta observare : ac quamquam suo in cœnobio multæ fideles Dei ancillæ versabantur, ad id tamen quod in animo habebat, arctiora longe claustra majoremque solitudinem necessariam arbitrabatur. Cum ergo hoc quo diximus ritu disponere eam Dominus jam cœpisset, et ipsa nuperum illarum virginum sermonem præsens audisset, incredibilem in animo voluptatem sentiebat et omnia suo in corde conservabat. Haud ita multo post ipsam quædam matrona de maxime familiaribus *c* adiit, cui velut per speciem ridentis dicere instituit : « Nuperrime virgines illæ de novo a » nobis cœnobio ad Franciscanarum Excalceatas » rursus imitationem instituendo multis sermonibus » agebant, variaque hac super re proposita concipi- » piebant. » Quod velut joco dictum Guimara non putavit; sed serio rem cordi accepit, eam executioni mandandam, seque ut necessaria vitæ subsidia non deessent, elaboraturam addens.

Deus confir-
mat hoc illius
propositum.

100 Quamquam vero id ipsum Teresia non mediocriter exoptaret, ab eo tamen erat alienior, quod in qua commorabatur domo, optatissima lætissimæque mentis perfrueretur quiete illiusque hæc erat exercitiis studiisque pietatis aptissima; quam ob rem non adeo ad hanc ipsa mutationem propendebat. Ambæ demum assiduè statuerunt negotium Deo precibus commendare. Postera vero luce, postquam vivificum Eucharistiæ jam epulum adisset Teresia, in mandatis illi Dominus dedit ut qua posset contentione in monasteriū hujus excitationem incumberet : cumque ipsum ad exitum feliciter perductum iri et sibi rem fore quam gratissimam atque ad nominis sui gloriam non parum collaturam spopondisset, S. Josepho ipsum voluit dedicari; quem ad unam portarum et ad alteram Sanctissimam Matrem suam excubituos, se vero diligentissimum ipsarum custodem futurum nec ipsas umquam deserturum, denique monasterium hoc, stellæ in morem, insignes radios quaquaversus vibraturum affirmavit. Hanc ob causam ad vestibulum illius cum Deiparæ, tum dilectissimi sponsi ejus Josephi, collocari B. Mater imagines postea etiam curavit. Addidit adhuc Dominus : « Neque » est quod tibi ipsa persuadeas parum mihi in » cœnobio, tametsi a primævo fervore degeneran- » tibus, cultus obsequiique deferri. Quid enim » mundo esset futurum, si auxiliares religiosi ma- » nus ei non afferrent? Hæc tuo confessario dicas » velim, quem tibi hocce in negotio refragari aut » impedimento esse nolim. » Ea horum verborum vis fuit, tamque mirabiles in animo illius motus producere, ut a supremo ea Domino provenire sibi plane persuaderet. Verum enimvero hæc animus illius res maxime lancinabat, ut quæ jam tum innumeros illos quos postea in ejus executione est experta labores difficultatesque sibi proponeret. Tum vero grave illi imprimis videbatur, studiis suis atque exercitationibus animi adeo commodum domicilium relinquere. Huc accedebat quod non jam a suo res amplius nutu arbitrioque, uti quidem ante, dependeret, sed eodem ab Altissimo impelleretur; demum quod magnarum se turbatio-

num atque oblocutionum in populo causam fore D prævideret : adeo ut quo se verteret, prorsus nesciret.

101 Domiaus porro, qui cœpta intermittere negligique penitus nolebat, rursus eam, et post etiam crebrius, hoc de negotio est allocutus, multis etiam ad ipsum persuadendum productis rationibus, quibus illa quod objiceret, nihil habebat. Quocirca manifesto ita Deum statuisset perspiciebat, minime ausa est refragari, sed scripto quidquid transactum erat, concedidit, et Balthasari Alvarez, cui tum animum suum regendum dabat, tradidit. Quod autem hic prudentia atque eximia Dei reverentia excelleret, plane quidem ab hoc eam opere revocare noluit, tametsi ejus ad exitum deducendi perficiendique nulla appareret ratio (res nummaria quippe perangusta erat) : at auctor illi fuit ut Angelum de Salazar provincialem suum hac super re consuleret, et hujus sententiam sequeretur. Tum vero illa matrona quam supra significavimus, provincialem convenit, hoc se construere ac dotare monasterium paratam indicans. Hic pium illius consilium probavit, et quam oportuit in eodem opem ei addicens, hoc sese monasterium ratum habiturum spopondit. Verum antequam etiam hæc agerentur, ad Petrum E de Alcantara, quidquid tractarent, ex ordine perscripserant. Respondit hic ut in re concepta minime deficerent, et quo in hac se gererent modo, consuluit; qui et ad Abulensem episcopum, ut deinde commemorabimus, rem omnem retulit *d*. Læta negotii initia videbantur, cum humanæ salutis adversarius, jam tum quod inde sibi immineret, præsa-giens dispendium (etsi non tantum hunc sibi credam finxisse damnum quantum dudum jam sensit et post etiam sentiet), turbulentam excitare cœpit toto oppido tempestatem.

quod et a Sa-
lazario pro-
vinciali ac S.
Petro de Al-
cantara ap-
probatur.

102 Ut enim primum res hæc vulgari cœpit, variū in circulis omnibus sermonis materiam dedit, nec non malevolis cavillandi ansam ac subsan- nandi. Omnes namque stultitiæ passim Teresiam insimulabant; bene illam suo in cœnobio agere jactitabant; demum tam de illa quam de socia ejus multa id genus in vulgus spargebant : adeo ut non mediocriter hac de causa malignæ plebeculæ linguis vapularent. Sed hac in tempestate Dominus ancillam suam animabat, hinc illam haud obscure per- specturam asserens, quanta qui prima sanctarum Religionum fundamenta jecissent, essent adversa et contradictiones perpassi; verum longe etiam vehementiorem quam crederet persecutionem suis sciret cervicibus impendere. Jam plena illius rumoris erat civitas, nullusque prope in eadem erat aut civis aut religiosus quem non ipsæ operi ad- versantem experirentur. Eo demum res processit, ut, cum Guimara ipso Natalis Dominici die mane noxas declaratura confessarium (quem ipse novī) adisset, is absolutionem ei dare noluerit, nisi ab hac ipsa sententia propositoque discederet, quod scandali proximo passim dandi occasionem ei diceret præcidendam videri. Patrum Societatis Jesu hac in re operam adhibere quidem ipsæ per se cupissent; sed aliter id Guimaræ, ob singularem quo erga ipsos ferebatur amorem, visum est. Cum enim haud ita pridem Abulam illi venissent, et, quia res ipsis domi satis angusta erat, omnium auxilio subsidioque opus haberent, consebat, si huic se nostri negotio immiscuissent, omnium facile odium indignationemque fore ut incurrerent : quapropter longe satius videri (ut post ipsiusmet ego ex ore accepi) alterius cujuspiam viri magni indu- striam implorare.

Oriuntur hinc
in Sanctam
obloquia :

103 Ambæ ergo ad insigne S. Thomæ cœno-
bium

A biam Ordinis inelyti Patris S. Dominici se conferunt, et Petrum Ibañez e præsentatum, virum et scientiis clarum et religiosis virtutibus spectabilem, de rei totius successu edocent illiusque sententiam explorant. Teresiæ porro quas hac in negotii directione habuerat revelationes minime hic visum est patefacere; quia nec hoc negotium nec alia post perficienda ex revelationibus dijudicari voluit. Hinc rationes quibus ad hoc faciendum movebatur, et bona quæ inde promanare poterant, solummodo proponebat; dein aliorum super hoc seiscitabatur iudicium, perinde ac si sola humana id sapientia consilioque niteretur, quin Deus intervenisset. Ita quidem in hoc negotio sese gessit. Ibañezius vero, uti prudentia pollebat, atque ipsum rei etiam pondus exigebat (tametsi huic, non minus quam aliis, fatuum id molimen videretur, secumque ipse decrevisset rem penitus intervertere, ut post ipse ingenue est confessus), responsum in præsens distulit, octiduumque sibi dari petiit, quo rem Deo commendaret ac rationum momenta in utramque partem libraret maturius. Haud ita multo post missus ad eum a principe viro nuntius, significans videret quid ageret, ac mulierculis his auxilium et opem omnem denegaret; aliaque his non absimilia. Cæterum Ibañezius, ut penitus excutere rem aggressus est, illico in alia omnia transiit, censuitque e divino eam obsequio non parum fore, ac proinde nefas videri ab inchoato desistere. Quamobrem ut maturarent, suasit, ac simul rei rite perficiendæ rationem præscripsit: adhæc, tametsi nummorum copia modo non suppetere, Domino confiderent; ac, si quem disturbare negotium velle scirent, ad sese hunc mitterent: se abunde rationibus ei facturum satis. Hæc illis verba animum dederunt, tum vero quod hosce Dei famulos quos antea adversarios expertæ erant, adeo jam ab iis cernerent oppugnandis desistere: ut ope etiam consilioque adjuvarent.

C 104 Quocirca domum ante omnia coemerunt, exiguam eam quidem (quo loco etiam hodie monasterium est), quæ tamen Teresiæ tum quidem satisfecit, tametsi iis quæ animoolvebat, impar. Mandarat illi namque Dominus ut quocumque posset modo rem exordiretur: visuram enim illam subinde quid facturum ipse esset. Jam de emptione inter partes convenerat, et postera erant die rei tabulæ conficiendæ, cum tanta per civitatem contradicentium orta est contentio, et in ipso Incarnationis adeo varius rumor atque obloquutio, ut provincialis, temporis servendum ratus, tot scopum in unum conspirantium opinionibus refragari velle rem duram judicaret. Quare Guionaræ hanc se negavit foundationem posse ratam habere, cum quod tenues ad vitam essent census, iique parum stabiles, tum vero quod multorum obtreccionibus esset obnoxia. Teresia vero, quæ gravissimos et labores subierat et afflictiones, antequam eo rem loci quo modo erat, perduxisset, ipsam in his remoris etiam plane deposuit, non minori quidem promptitudine animique sui quiete ac si ne unum ejus causa pedem movisset; quod provinciali invito et Balthasare Alvarez confessario secus sentiente nihil omnino exequi vellet aut constituere: hic enim, cognito provincialem resistere nec rem approbare velle, huic ipsam vetuit curæ ulterius insistere.

105 Multa quidem antea sermonum fuerat materia; jam vero multo etiam major, quod quæ de levi mulierum suo e cerebro hocce comminiscendum proposito dicta ante fuerant, per hoc confirmari viderentur. In Incarnationis quoque malevo-

larum proscindebatur linguis, non modicam sibi ab ea irrogari injuriam jactantium: non minus hic illam quam alibi accurate famulari Deo posse, cum aliæ etiam ipsa meliores ibidem commorarentur. Hæc et id genus alia ab obloquentibus cum spargebantur, non deerant etiam quæ eam in custodiam compingendam suaderent. Pia vero Dei famula insigni tolerantia significatione ferebat universa, suas, quibus ad hoc faciendum incitabatur, in medium afferens rationes; quamquam primariam, hanc sibi nimirum cœlitus rem injunctam esse, minime attingeret. Cumque a parte sua quidquid demum poterat opis ad perficienda sibi a Domino concredita negotia attulisse videretur, securâ quietaque mente hanc penitus curam seposuit: attamen rem suo tempore executioni mandandam sperabat; quamquam ejus adeo tenuia apparerent principia, et tanta contra subversio, ut qua demum id via esset futurum, minime perspiceret.

106 Nihil vero Teresiam dejecit magis quam quod ab eo se affligi cerneret a quo consolationem expectabat. Balthasar enim Alvarez per litteras illi significavit jam non obscure ex iis quæ facta erant videri posse mera esse somnia quæ conceperat: proinde posthac meliora saperet, inania hæc molimina amplius nec aggredere nec de iis cum quocumque ageret; præsertim cum magnam populi, cujus ipsa causa exstiterat, offensionem cerneret. Contristavit hæc piam virginem epistola; quod metueret ne ipsa forsâ causa violati ab aliis divini Numinis exstisset, ac secum ipsa judicaret, si quæ sibi quoad hanc rem cœlitus contigerunt visiones, falsæ fuere, omnem etiam quam instituebat orationem imposturis patere debere. Qua occasione diabolus eam solita tentatione timoris vehementer infestavit. Sed post tetras hæc afflictionis nebulas ingens mox ad vocem consolantis Domini serenitas menti oborta est. Ait quippe illi Dominus non esse quod angeretur; ingens namque sibi ab ea præstitum esse obsequium nec se ab ea offensum fuisse: sequeretur porro monita confessarii, donec rei rursus aggrediendæ tempus afforet. His verbis ita recreata B. Mater mansit, ut quidquid adversitatis esset passa, in nihilo poneret: nec vero tum, sed et deinde sæpius verbis illam quam suavissimis est consolatus, ut grave illi et peracerbum ex amoris erga illam teneritudine videretur ancillam suam diutius anxiam et desolatam sinere. Hoc porro ex hac afflictionum acerbitate consecutum est, ut amor Dei aliaque mentis charismata mirificos in ea facerent progressus, et his amoris torrentibus longe ipsa quam antea obrueretur vehementius, et raptus sublimiores experiretur.

107 Interim Ibañezius, cui semper ut certissimum insederat rem hanc optatum ad finem perducendam, cum pia illa vidua mira eam sedulitate tractabat, quod ab ea curanda Teresia, ne confessarii jussis adversaretur, modo desisteret: atque etiam Romam de eadem perscripserunt. Teresia vero Ibañezio orationis ac revelationum et eorum omnium quæ sibi a Domino communicabantur, rationem dabat, etiam atque etiam rogans eadem examinaret, sibi libere indicaret num quid Sacris Litteris repugnans continerent; is autem, cum hæc omnia ei viderentur optima, quietam eam esse jubebat. Ita quinque vel sex elabebantur menses, quin Teresia de copto monasterii negotio quidquam audiret aut loqueretur, et quin ei Dominus quidquam ad rem hanc pertinens aperiret. His forte diebus P. Gaspar de Salazar,

AUCTORE
RIBERA
D

CAP. XIV.
Jussu Alvarezii
confessarii a
copto opere.

F

quod interim
ab Ibañezio
promoveatur,
desistit.

Teresia ta-
men, proinde
exali suam
approbatio-
nem revocante

et mandatis
Incarnationis
obscuremuran-
tibus.

AUCTORE
RIBERA.

A lazar /, qui hodie in Bætica agit provincia, collegio S. J. Abulæ præficitur; cuius, ut quidem postea compertum est, adventus videbatur, ut denuo res indicata resumeretur, necessarius. Cujus opinionis meæ hanc rationem statuo. Præerat tum P. Balthasar nonnisi cum secundaria ministri potestate collegio; et, quoniam in Societate nostra viget consuetudo ut negotiorum quæ ab inferioribus geruntur, superioribus reddatur ratio, nihilque illis inconsultis aut insciis cuiquam aggredi liceat, hanc Balthasar consuetudinem secutus, ad rectorem ipse suum ea de re retulerat: qui, quod eandem etiam minime probaret, ab ipsa Alvarezium revocarat, ejusque cura penitus illi interdixerat. Hinc, quamquam summopere rem perfici optabat, sese prodere aut quidquam de eadem decernere non audebat. Paucis vero antequam P. Salazar Abulam veniret diebus, Teresia, cum moriens admodum et dejecta, quod confessarium sibi minime fidere perspiceret, in oratione sese coram Deo totam effunderet, audiit ab eo: « Noli » timere aut turbari, filia: brevi hac animi amaritudine liberaberis. » Id per mortem futurum sibi persuadebat, et se propediem ærumnoso hoc e carcere educendam lætissima cogitabat. At longe alia et altiora spectabat Deus, qui aliis ad majorem sui nominis gloriam spectantibus operibus ancillam suam reservabat; ac tum, cum jam depositam prorsus et finitam rem putabat, denuo eam jussit ordiri.

Tandem illorum, hortantibus P. Gaspare de Salazar.

108 Qui vero rei secutus est successus, quo modo intelligenda prædictio hæc foret, satis patefecit: ex eo namque didicit afflictionem suam hujus rectoris Abulam adventu finem habituram. Is ergo cum appulisset, P. Balthasar Alvarez Teresiæ consuluit ut quam clarissime ac liberrime de omnibus rebus suis cum illo conferret. Fecit id ipsa perlibenter, et magnam inde animo consolationem et commodum cepit. Horum omnium certior factus rector Balthasarem noluit ab hoc negotio divertere: quin imo suasor et auctor illi fuit ut morientem Teresiam solaretur: nihil esse quod metuere oporteret; neve per arctum adeo angustumque posthac eam iter dirigeret, sed exspatiari pia mentis vota sineret; spiritum denique Dei in ipsa operari non impediret. Mox rursus monasterii hujus excitationem urgere apud ancillam suam per visum Dominus orsus est, ac mandare ut aliquas apud confessarium ac rectorem rationes afferret, quibus persuasi rem minime impedirent. Sedulo accurateque ipsam rector examinabat, rationumque momenta librabat; unde non dubitavit quin huc illam Dei spiritus impelleret: quare nec ipse nec Alvarezius ei ullatenus repugnare sunt ausi.

et quæ, ejus animam Deus immutavit, Alvarezio.

109 Dei porro voluntatem hoc pacto Alvarezius cognovit. Ancillæ suæ Dominus quodam die dixit: « Confessarium tuum mone ut crastina die mane » hunc Prophetæ versum: QUAM MAGNIFICATA SUNT » OPERA TUA, DOMINE! NIMIS PROFUNDÆ PACTÆ SUNT » COGITATIONES TUE, meditando ruminet. » Verba sunt hæc e Psalmo nonagesimo primo deprompta. Teresia ergo voluntatem Domini scripto ad eum quamprimum cum transmisisset, is illi morem gerere non dubitavit. Atque ut stellæ apparitione Deus tres Magos stellarum cursus peritissimos edocuit, omnia suaviter disponens et ordinans, sic per orationis præsidium multum ipse infundere lucis solet eam frequentantibus et exercentibus. Exemplo sit Pater hic Balthasar, cui hunc versiculum meditantem manifeste adeo patefactum est hanc Dei esse voluntatem, et feminæ ope illum mirabilia sua perfecturum, ut a meditatione surgens

dixerit non esse jam de negotio hoc amplius dubitandum, sed serio diligenterque de monasterii novi erectione agere instituerit. Hoc ex ore Patris fide dignissimi accepi, cui ea ipsa vespere Alvarezius transmissam a Teresia schedulam monstravit. Hoc responso accepto, Teresia, quæ omnem erectionis cogitationem jam animo abjecerat, sed soli animæ culturæ bonoque intendebat, veris eam quotidie divitiis locupletans et pretiosis virtutum monilibus exornans, tota denuo in eam curam incubuit, tametsi magnam gravaminum molem in caput se suum arcessere cerneret, tum quod ardua esset rei hujus susceptio, tum quod ipsa sola, omni ope destituta, et a rebus ad molitionem monasterii necessariis maxime esset imparata. Quocirca ante omnia magno labore quod potuit argentum sibi comparavit, ad domum illam quæ modo in monasterium conversa est, coemendam: quoniam vero res occulte erat peragenda (provincialis enim si quid intellexisset, in nihilum mox conatus omnis recidisset), commodissimam optimamque, qua erat prudentia, rationem ad hoc excogitavit; qua etiam utendum censuit.

110 Habebat Teresia sororem Joannam de Abumada, Joanni Ovallio nuptam et Albæ tum commorantem. Ovallium ergo Abulam evocatum jubet eam domum velut in usus suos emere: quem post non multos dies secuta est uxor. In quantum idus Augusti anni MDLXI is dies incidit. Tum demum cœpta manus est operi admoventi. Aliquis jam tum ejus progressus erat: quoniam vero soror jam Abulæ versaretur, per speciem ejus intervendæ B. Mater interdum foras prodeundi facultatem petebat, revera autem coram inspectura quid ad fabricæ molitionem requireretur, quomodo assurgeret, illius quoque perfectionem maturans. Porro jam inde a foundationis hujus initio ad finem usque, insigni sua prudentia, sanctitate, ac præsertim Dei Optimi Maximi, qui ipsam numquam deserebat, cooperatione, ita semper omnia direxit ut structuræ ergo ne latum quidem unguem ab obedientiæ, quam juxta Instituti sui leges præpositis suis exactissimam debebat, præscripto deflecteret; etsi alioquin ejus perficiendæ magno desiderio teneretur, et jam toties hanc illi supremus rerum arbiter Deus imperasset: quod certe admiratione non vacat. Aliquid quidem opis matrona quædam, B. Matris amica, conferebat, sed perexiguum; ita ut tota rei moles in illius solius humeros recideret: quod sane sanctimoniali adeo in Deum recollectæ, quamque aut clam facere aut penitus omittere opus id oportebat, intolerabilis quodammodo labor erat. Interim vero dum moles assurgeret, nonnulla ad memoriam digna contigerunt, quæ post recensebo. Horum de numero est quod jam afferro. Cum majorem operarum ac fabrorum Teresia hoc in edificio maturando desideraret copiam, et eos ipsa conducere præ rei nummarie tenuitate non posset, gloriosus sponsus Deiparæ Josephus, erga quem peculiari studio ferebatur, illi per visum apparens, cum fabris ipsa de mercede stipularetur edixit: nam quod in mercedem persolveret, ei minime defuturum. Alio tum quidem instigatore opus non habuit, accedente magna qua nitebatur fide; quare omnes ad unum conduxit: interim Dominus de pretio ipsis persolvendo prospexit, illius ad liberaliter sumptus necessarios præstandos animum movens a quo id ipsa minus expectasset: quæ res omnibus ad quorum dein cognitionem pervenit, non parum stuporis injiciebat: sed illi propter eminentem quam in Deum conceperat fiduciam facile id fieri posse videbatur.

in monasterii sui edificationem incumbit. E.

A

ANNOTATA.

a Maria de Ocampo filia erat Didaci de Cepeda, patruelis S. Teresiæ, ut in *Comm. præv.* num. 52 dicitur.

b Visionis hujus descriptionem vide § xv *Comm. præv.*

c Guimara de Ulloa, quam Ludovicus de Ponte in Vita P. Balthasaris Alvarez hisce verbis dilaudat: Undevigesimo ætatis anno orbata viro, cum forma spectabilis esset, spectari ob eam laudarique ab aliis, addito etiam muliebris mundi suffragio, cupiebat. Adire cepit hæc affarique Balthasarem; atque hic tantum in eam valuit auctoritate verborum, ut, quod fieri vix posse putaret, illius animum ab humanarum rerum, pompæ ineptiarumque oblivione, ad sincerum etiam ac serium Christi Domini amorem obsequiumque perduxerit: cujus instinctu atque ope in nobilem venit mundanæ pompæ contemptum; pueros ab se famulosque dimisit; propectoque dein ævo, in comitata templum adibat, cellula in qua consideret, subvecta sibi sub stolam. Largis porro muneribus aucta a Deo est, honoribus illos afficiente qui sese habent ipsius causa despectos, eosque divinis illecebris perfundente qui ab se delicias repulere terrarum (cap. xi).

B

d Diximus in *Comment. prævio*, num. 283 et 284, etiam S. Ludovicum Bertrandum et forte S. Franciscum de Borgia hac occasione a Teresiâ consultos fuisse.

e Vide quæ de P. Petro Ibañez in *Comm. prævio* retulimus a num. 287 ad 294.

f Plura de P. Gaspare de Salazar afferuntur in *Comment. prævio*, num. 301, item num. 787.

CAPUT VIII.

Fundatio primi monasterii virginum Carmelitanarum Excalceatarum.

CAP. XV.
Animatur
sancta divinis
alloguans

C

Paulatim moles assurgebat; sed Teresiæ domus hæc exilis nimis apparebat: ea namque ejus erant angustiae ut dormiendi comedendique necessitatibus apta nulla in ea perspiceret loca, imo prorsus nullam habere monasterii speciem eadem videretur. Adhæc ad templum aptandum necessaria videbatur domuncula configua; sed deerat ad coemendum pecunia, et unde comparari eadem posset, nulla se offerebat ratio. Has ergo inter angustias ac perplexitates pia virgo dum fluctuat, his illam a Sacra Synaxi redeuntem Dominus verbis compellavit: « Jam ante te monui ut quo possis modo in » domum hanc commigres. Proh generis humani » cupiditatem, ut etiam terram tibi putes defuturam! Quoties ego sub dio somnum cepi, non » habens ubi caput reclinarem! » Hæc eam verba cum mire percellerent, domum illam adiit; quam cum curiosius explorasset, in monasterii formam redigi commode posse, etiam perangusti et exigui, visum est: quare de ampliore spatio minime laboravit, hoc unum spectans, ut hoc ipsum, rudi licet atque incondito, quoquo modo et in quantum habitationi sufficeret, perficeretur. Hanc illi potissimum mentem nova dedit visio festo S. Claræ Virginis die ad Eucharisticam Mensam accedenti oblata. Scilicet gloriosa hæc Virgo pulcherrima specie se ei spectandam dedit, hortans ut animum sumeret ac cepta promoveret, seque auxilio ei futuram spondens. Nec sane fidem fefellit: nam moniales quæ in cœnobio a S. Maria de Jesu dicto

Institutum S. Claræ profitebantur, necessaria vitæ subsidia novis Excalceatis aliquamdiu subministrarunt.

AUCTORE
RIBERA
D

ac visionibus.

112 Exhibita illi deinde et alia visio, qua magis etiam in proposito fuit confirmata. Agitabat tum animo cuinam post monasterii erectionem obedientiam præstare expediret; et quidem ipsa propendebat in Ordinis sui provincialem: sed ab hoc eam consilio Redemptor divertit, affirmans conveniens esse ut non alteri quam episcopo monasterium subiceretur, et injungens ut certa quadam via, quam ipse designabat, Romam Teresiâ mitteret: se porro curaturum ut litteræ apostolicæ inde afferrentur. Cum autem per idem tempus die Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ in templo cœnobii S. Thomæ PP. Prædicatorum Teresiâ ageret, atque animo revolveret peccata quæ olim eodem in templo confessa fuerat, tantus eam occupavit raptus ut prope a sensibus avocaretur: quo in raptu candidissima ac splendidissima veste se videbat circumdari. Initio non videbat a quonam indueretur; sed deinde adstantem sibi a dextra Deiparam, a læva S. Josephum conspexit, et ab his se vestiri. Intellexit inde se jam a peccatis suis purgatam esse: viditque manus suas a Sacratissima Virgine apprehendi. Ac tum quidem hæc Teresiâ dixit pergratum sibi esse quod S. Josepho sponso suo peculiari famularetur affectu. Spopondit præterea, monasterium hoc perfectum iri, et magnum inde in Filium suum ac se sponsumque honorem et obsequium redundatura: nec vero hac de re dubitaret; certissime namque ita eventurum, etsi non usque adeo obedientia episcopo deferenda arrideret: adhæc a se et Josepho sponso moniales conservatum iri; Filium quoque suum cum ipsis futurum et ambulaturum, uti et is ante apparens se facturum receperat; in quorum fidei signum hoc illi se tradere monile: aureum namque videbat monile, cui par nullum terra ferebat, et pretiosissimam inde dependentem crucem suo tum collo a Deipara injici per visum: quos dein pariter in cœlum, innumera comitatos Angelorum multitudine, invehî in spiritu cernebat. Hæc illam visio inusitato piæ consolationis sensu et interiori cumulavit gaudio; ut omnis expers motus et in verba laxare linguam impotens, ad horas aliquot velut alienata a sensibus videretur, et incredibiles ardores et motus ad se totam pro Dei gloria impendendam experiretur.

E

113 Dum ædificium paulatim paratur et cum Joanna sorore Teresiâ versatur, nonnulla, quæ ipsa quidem silenter præterit, contigerunt; quæ hoc loco prosequi visum est. Adierant ambæ S. Thomæ ædem, cum prædicator qui ad populum tum verba habebat, adeo acerbe in Teresiâ, tacito tamen nomine, invehî cœpit, velut si publicum aliquod probum contraxisset, adeoque in ipsam contumeliosis ac virulentis verbis ferri ut rubore soror præsens suffunderetur. Quam ille peteret, adeo liquidum erat ut sola digito monstratio deesse videretur. Ita hisce probis et injuriis Teresiâ mota non est, ut, quo erat pro Christo patiendi desiderio, in animo sibi veluti de præclara relata victoria congratularetur, et præ gaudio non secus rideret ac alia quæ se deprædicari extollique coram audiret. Soror vero tantam, his auditis, animo indignationem concepit, ut non ante quiesceret quam beatam Matrem in suum monasterium reduxisset: quam præeuntem hæc illico consecuta est, ne vel minimum stomachata. Verum cum eam fabricæ quæ surgebat, adesse præsentem oporteret, per sororem a provinciali facultatem petiit ut domo abesse liceret; quo facto, unde venerat, reversa est.

Alteri sororis
sue filio.
F

AUCTORE
RIBERA.

Hic cum ageret, illustre per ancillae suae merita miraculum operari dignatus est Deus. Joanni Ovalio filiolus erat nomine Gonzalvus *a*, quem ego optime novi, et qui paucis abhinc mensibus in aetate juvenili tam sanctum piisque vitae exitum habuit ut facile appareret sanctam illi in caelo materteram esse. Hunc pater, domum quodam die rediens, in limine sensu destitutum ac rigido corpuseculo jacentem comperit. Statim ergo ad pectus applicitum compellat, sed frustra: nullum quippe in puero vitae apparebat indicium. Unde hoc contigisset aut quidnam esset, haecenus nemo novit, imo nec an vere mortuus fuerit: hoc constat eo jacuisse quo dixi modo. Nec mora: ad Teresiam Gonzalvulum defert pater.

animum resti-
tuit.

114 Interim Joanna mater alio in cubiculo versabatur. Audiverat haec quidem aliquem strepitum, quo excita turbatae coeperat; at matrona quaedam, quae eam tum salutatum venerat, prudenter factum dissimulans (nam utrum ferebat Joanna et erat partui proxima; unde et aliud forte incommodum secutum esset), mentem verbis serenaverat. Verum, ingredientibus domesticis, non ita clam res esse poterat, quin, cognito quid rerum actum esset, mater foras illico ejulans prorumperet, filium in clamans ac queritans et ad Teresiam sororem ocius evolans. Habebat haec puerum genibus insistentem, sorori comploranti silentium, uti et reliqui, indicens; omnes vero rei eventum cum stupore expectabant. Statim ergo, velo una cum capite puerum versus demisso, nullum prolocuta verbum, de intimis cordis penetralibus, Moysis ad imitationem, ad Dominum clamavit ne contristaret eos quos ipse in operis a se designati cooperatores selegerat. Hoc illa situ mansit, usquedum puer, vitae redditus, per materterae faciem manus in speciem ludentis amicae ac suaviantis ita prompte circumducere coepit ac si nihil insolens illi accidisset, sed placido e sopore experrectus esset. Quem Teresia matri afflictae reddens, ait: « Deus bone! quanto » pere ob filiolum angebaris! Eccum, et tecum » tolle. » Nondum quidem firmus consistere in pedes puer poterat praeter virium defectum; sed his sensim redditus, perque cubiculum cursitans ad suam identidem materteram recurrendo, eam quam blandissime constringebat. Rei hujus etiamnum hodie testes oculati et fide digni supersunt, quorum ex ore rem omnem accepi. Idem Gonzalvus mihi narravit se Teresiae materterae dicere fuisse solitum eam teneri efficere ut caelestis gloriae compos redderetur, cum per ipsam stetisset quominus jam dudum ad eandem admissus esset. Quin etiam aliquoties e matrona quadam, beatae Matris amica, audivi petisse se ab illa interdum: « Qui fieri hoc » potuit, carissima? Puerni hic jam expiravit? » Tum illam, placide subridendo, nihil respondere consuevisse: cum tamen, si quando similia alias ab illa peterentur quae vere negare poterat, illico curiositatem illius blande castigando rogare soleret quare haec adeo praeter rem et propositum adferret. Ad hoc vero interrogatum nihil prorsus respondere solita erat.

alterum ab
Angillis in
cubum ferri
videt.

115 Haud multis post diebus peperit Joanna filium, cui Josephi nomen imposuit, quod Teresia erga S. Josephum magno devotionis sensu rapere-
tur. Puero huic, cum brachiis eum interdum constringeret, dicere beata Mater solebat: « Utinam » te, pusio, si e virtute vitam instituturus non sis, » hinc ante praematurem Deum obitu in statu hoc » angelico praeripiat quam in eum offendas! » Vix tres effluxerant hebdomadae, cum hunc vita defecit; quem morti jam vicinum in manus Teresia

sumens, eum fixis est oculis intuita. Dum vero in illum obtutum defigit, attente eam Joanna soror est contemplata: tum illi repente vultus mutari, exardescere, et tantam induere pulchritudinem ut Angelo similis videretur. Cum jam puer exspirasset, et cubiculo se Teresia proriperet, ne sororem contristaret, ab hac confestim audit: « Ne te hinc, » germana, auferas; video namque jam puellum » decessisse. » Tum blando ore ac stupenti similis Teresia: « Laudemus, inquit, oportet Deum, viso » quot Angelorum descendant millia, ad animas » parvulorum talium angelorum, si quando e vita » emigrant, excipiendas. » Unde manifestum fit illos Teresiae tum conspectos, cum pueruli hujus anima a corpuseculo decessit.

116 Redeamus ad ceptum et intermissum non-nihil de domus constructione sermonem. Dubitarat jam ante Teresia cumam potissimum obedientiam deferret, ac durum illi videbatur, uti supra demonstravimus, alii cuiquam praeterquam sui Instituti superioribus subesse. Ab hac tamen illam dubitatione suo Redemptor praeepto eripuit, monens ut Abulensi episcopo sese subiceret. Erat is per id tempus Alvarus de Mendoza, qui deinde Palentinus antistes decessit: Abulae tamen, quod beatae Matris perstudiosus esset, primarium novi hujus monasterii sacellum *b*, in quo sua demortui ossa post conderentur (quod et Teresiam eo condendam loco putarat), aere suo construere decrevit. Ut vero ea qua oportebat firmitate negotium perficeretur, curavit Teresia ut diploma apostolicum a Summo Pontifice obtineretur. Quo autem ceptum caenobii opus indies magis excresceret, eo novam hanc fundationem cacodemon exosio-
rem habebat, quam sibi nimirum adeo damnosam fore metuebat, et quo poterat studio et conatu ei se opponebat. Solidus jam et ingens eductus erat murus, cujus fundamentum e saxo constabat, pars reliqua caementitio opere lapidibus lateribusque valde firmis structa erat; nec modico pecuniae magnis laboribus collectae pretio steterat.

CAP. XVI.
Solidus, novus
monasterii
murus.

117 Is ergo, quantus erat, nocte ad terram deturbatur, etsi peritis a fabris constructus esset. In hos Joannes Ovallius cum insurgeret, quasi artis suae parum gnarus, et suis eos impensis restaurare murum vellet, quod id ipsi opus ex fide suscepissent, Joannam sororem ad se Teresia advocat, dicens: « Marito dicas velim ne hasce operas adeo inse- » ctetur aut increpet: neque enim ipsorum culpa » ruina haec adscribenda est, sed cacodemonum » invidiae, qui magna vi murum solo affligerunt. » Taceat igitur, et tantundem quantum prius, » ipsis persolvat. » Post rursus eidem sorori ait: « Quam huic Satan operi adversatur! Quanta con- » tentione connititur! Sed frustra erit. » Haec ruina Guomarae animum etiam non parum prostravit; quae subtristior Teresiam adiens, negavit e voluntate Dei esse videri opus hoc suscipi, cum adeo solidus ac firmus murus ita repente ad terram concidisset. Cui Teresia serena mente ac vultu: « Si collapsus est, inquit, surrigendus est. » Ut vero aliquod nummorum subsidium corrogaretur, Guomara a matre sua e Tauri commorante certum per virum, Teresiae jussu, nummos aureos postulavit triginta; quamquam metuebat ne id irritum conatu fieret. Plus biduo non transierat, cum Teresia Guomaram bono esse animo jubet: triginta enim illos aureos jam in viri missi manibus esse, et quidem in atrio quadrilateri inferno numeratos. Nec vana verba: ut enim nuntius Abulam rediit, compertum est ea ipsos hora illi traditos Tauri qua Teresia id Abulae praedixerat; ut nihil horum gene-
rosorum

a demonibus
deficitur.

c

A rsum B. Matris animum aut deicere aut contristare potuerit. Non tamen mediocriter illam angebat, quod, tametsi res quam poterat occultissime perageretur, suspicari nonnemo coperit id quod erat: hinc ipsa metuere, ne, si provincialis ad aures ea veniret, is pergere in ceptis prohiberet; cui ipsa parere in omnibus erat paratissima. Sed huic timori hac est ratione occursum.

Provincialis
eius iussu

118 Per id tempus ex hac vita Toleti emigravit Arias Pardo, vir genere nobilis, Malagonis aliorumque locorum dynasta: cujus uxor Aloisia de la Cerda *id*, ducis de Medina Celi *e* soror, casum adeo tulit peracerbe ut de valetudine illius timeri ceptum sit. Acceperat illa jam dudum non dubia fama quae de Teresiae virtutibus passim spargebantur, simul et tali eam in cenobio agere e quo potestate facta egredi foras liceret. Statuit ergo hanc ad se evocare, ut dierum aliquot alloquio quam e morte conjugis nuper conceperat tristitiam leniret. Quamprimum igitur, quibus poterat rationibus, ad Angelum de Salazar provincialem, etsi procul inde absentem, litteris missis rem retulit. Negare hanc illi provincialis non potuit, quod spectatissima esset magnaeque auctoritatis femina. Ergo pridie festorum Natalium eodem anno MDLXI Teresia in virtute obedientiae per litteras praecepit ut una assumpta comite ad viduam ocus sese conferret. His illa perfectis, ad matutinas Horas abiit, Deoque se enixissime commendavit; quod Abulae commorari maluisset. Matutinis durantibus, aut certe magna earum parte, novam rapta est in ecstasi, in qua sic sibi loquentem Dominum audivit: « Noli negligere » huc abire, filia, et aliorum de hac re sermones » contemne: pauci enim id tibi sine temeritate » consulunt. Etsi labores minime tibi sint defuturi, » ii tamen in nominis mei gloriam cedent; et in » monasterii inchoati rem futurum est te ad tempus » abesse, donec apostolicum diploma transmittatur: » ingentem namque telam orsus est daemon, quam » in provincialis adventum differt. Ne metuas: eo » equidem tibi loco adero. »

Sancta profectus
Toletum;

119 His illa verbis animum resumpsit et mœorem posuit; et, tametsi iter hoc dissuaderent non pauci, id demonis esse commentum affirmantes, utque ad provincialem ea de re referret, contra suaderent, nihil omnino mota est nec mentem mutavit; sed, re cum rectore collegii Societatis Jesu communicata, ab illo didicit iter hoc nequaquam esse intermittendum. Ad ipsum ergo se accinxit, comitante Joanne Ovallio sororio; qui, Teresia Toleti relicta, Abulam, unde abierat, revertit. Hoc ex itinere nullam Teresia jacturam fecit: nam Aloisia talis hospitae adventu et luctum ponere et aliam vitae rationem inire cepit mirificeque erga Teresiam affici; quo factum est ut Malagone ipsa monasterium, ut suo narrabitur loco, deinde Excalceatis fundaret. In ipsam quoque Teresiam eo loco diversantem singularia cœlitus charismata collata sunt: ipsa etiam familia aliam longe faciem induit, mores alios. Nam quotquot in eadem numerabantur, Patribus Societatis Jesu animi sui arcana per homologesin credere, Sacramenta capessere frequentius et crebra in pauperes subsidia erogare inceperunt. Omnes domestici Teresiam in oculis ferebant, et excellentem ejus sanctitatem indices suspiciebant, illorum percupidi videre specimen quæ in ipsa operari Deum consuesse audierant. Hinc, si quando intra conclave ipsam agere scirent, per januae rimas illam interdum sublimem raptam furtim conspiciantur, inde vero foras ita re dissimulata prodire mirabantur, ac si nihil divinitus sibi accidisset. Habitabat tunc eadem in domo

Maria de Salazar, virgo honestissima. Hæc maximum ex novæ hospitis congressu aspectuque questum fecit: nam vivo illo quod ob oculos versabatur exemplo mirum in modum permota, solitudinem captare orationique sese crebris dare instituit, et vitæ totius noxas sacerdoti, vitæ melioris auspicandæ ergo, aperuit. Denique iis rebus quas modo in Teresia viderat, quasque iterum postea vidit, quando ad Malagonensem fundationem Teresia Toletum transivit, effectum est ut Maria Carmelitanaum Excalceatarum Institutum suscepit; in quo sub nomine Mariæ a S. Josepho *f* etiamnum agit, olim per plures annos Hispalensi, hodie vero Ulysiponensi monasterio præposita: de cujus laudibus multa dicere possem, nisi propositum mihi esset de superstitionibus nonnisi pauca admodum referre.

AUCTORE
RIBERA.
D

120 Sub id tempus pia quædam virgo, ejusdem cum Matre Teresia Ordinis, excellenti sanctitate et austeritate in corpus suum singulari, cœlitus ad simile monasterium excitandum inspirata, et eodem quidem anno ac mense quo hanc beata Mater cogitationem induit, tum primum nostram nosse Teresiam cepit. Virgo illa hanc ob causam quidquid possidebat, divendiderat, ac nudis pedibus Romam abierat, Sedis apostolicæ auctoritatem impetraturæ; cum ante illi sacratissima Christi Mater per visum apparens, eam ad id monasterium excitandum impulsisset. Magno quidem intervallo a Toletum distabat; sed in itinere constituta multis viarum ambagibus deflexit, quo Teresiam Toleti agentem conveniret. Quindecim illis diebus quibus mutuo fruebantur conspectu, de monasteriorum suorum excitandorum ratione pluribus inter se contulerunt, altera alterius colloquio recreata, ac divinas gratias et mirum mutuarum voluntatum consensum agnoverunt. Nomen hæc Dei ancillæ erat Mariæ a Jesu, quæ novum Compluti dein Excalceatis virginibus cœnobium erexit; in quo illa cum ad annos aliquot insigni cum probitate omniumque approbatione vixisset, mira sanctitatis opinione exspiravit. Unum hoc monasterium fundavit, quod anno sæculi hujus octogesimo quinto ipse adiit, eque præposita multa tam de Maria a Jesu quam de rebus ad ipsum monasterium spectantibus sum percontatus. Multa mihi de Mariæ hujus sanctimonia narrabat, quorum utinam meminissem, quo hisce insererem: nec illa etiam præposita communem mihi spirare vitæ sanctitatem videbatur. Servabant hæc virginæ omnia B. Matris Teresiae a Jesu statuta, eaque sequi exactissime volebant, etsi Patribus Carmelitæ non subessent, sed soli antistiti Toletano.

unde

E

E

121 Semestri circiter Teresia Toleti apud Aloisiam de la Cerda est versata; quo pene tempore Joanna de Ahumada Albam, ineunte Junio, anno MDLXII revertit. Joannes quoque Ovallius, longiores Teresiae Toleti pertæsus moras, Toletum excurrit, eidem vale dicturus; unde reversus, Abulam rediit, postero inde, uti cum Teresia statuerat, die decessurus, sua posthac præsentia in domo erigenda minime opus esse arbitratus. At quoniam huic eadem pernecessaria erat, et hoc Deus opus jam perfectum cupiebat, aliter longe quam is secum decreverat, supremo rerum arbitratori visum est. Ut enim primum civitatem est ingressus, et domum, ubi modo est monasterium S. Josephi, subiit, illico inopinatum membra frigus incescit, quod acris mox secuta est febris; ut hæere præter opinionem Abula sit coactus. Quindecim jam evolutis diebus, Toletum rediit Teresia, nulla ante de reditu cogitatione suscepta. Repentini Toletum discessus causa fuere missæ a provinciali ad ipsam litteræ, quibus eam et ab injuncta ibidem manendi

post sex fere
menses

AUCTORE
RIBERA

A manendi obedientia exemit, et liberam aut redeundi ad suas aut diutius ibidem morandi, prout videretur, copiam fecit. Verum, quod aliquot post dies nova in suo Incarnationis monasterio eligenda antistite causa futura essent comitia, et de se assumenda Abulæ jam deliberatum esse intellexisset, non ante Toletum movere se voluit quam comitiis inaudisset finem jam impositum esse, ne ad hunc magistratum eligeretur.

Abulam rediit.

122 Hæc animo dum volutat, sic illam Dominus est affatus: « Abulam redire nequaquam negligas, » carissima; cum enim crucem secteris, non exigua » sane tibi præparatur: hanc tuis noli humeris » excutere; tibi siquidem auxilio futurus sum: » perge interrita, et quidem ocuis. » His compertis, animi sui rectorem quemdam de Societate Jesu adiit subtristior, cruce hac dignitatem antistite designari existimans. Consuluit ille quidem discessum, sed non adeo properum; ut Toleti adhuc ad dies aliquot hæreret, donec intensiores per æstatem calores deferverent: satis esse ratus, si comitiis eo tempore appelleret. Parere monenti constituerat; sed nullam illi Dominus quietem indulgebat: tanta namque animum interne exagitabat inquietas ut orationem interturbaret; et aperta se voluntati Dei refragari, et, quod Toleti utcumque in deliciis ageret, idcirco se incommoda atque ærumnas quæ sese Abulæ manerent, subterfugere censebat: aliaque his similia menti obversabantur. Illius quoque tum confessarium ita Deus emovit ut abeundi ei Toletum potestatem faceret. Ergo, cum Aloisia ægre ipsam dimittere volenti multas discessus sui causas retulisset, læta tandem inde abiit, persuasa hoc in majus Dei obsequium fore: cætera nihil esse penitus videbantur. Adeo porro celer illius inde discessus foundationis monasterii sui interfuit, ut, si diutius abfuisset, ipsum forte opus impeditum aut minime suum ad finem inchoata perducta fuissent, ut sequenti sumus capite ostensuri.

CAP. XVII.
S. Petrus de
Alcantara

C 123 Cum jam Petrus de Alcantara manifeste perspiceret quas Teresiae dotes et gratias Christus communicasset, excelsam quoque animi illius magnitudinem et ardens ad perfectionem pertingendi desiderium, et quam quod præ manibus erat opus Dei obsequio gloriæque promovendæ idoneum futurum esset, qua poterat ope ac studio continenter et institutrici et institutioni pro viribus auxiliabatur. Unde etiam, Teresia absente, Alvarum Mendozium, Abulensium antistitem, missa epistola, inducere est conatus ut novi monasterii obedientiam admitteret. Hanc epistolam ad plurimos dies mea in potestate habui, vix medium chartæ folium implentem, sed tantum dumtaxat quantum scriptiioni quam continet, sufficiat, ita ut totam eam repleat. Cujus hæc est epigraphe: « Illustrissimo » ac Reverendissimo Domino Episcopo Abulensi, » quem Dominus sanctificet. » Quæ cum a viro adeo sancto tantæque auctoritatis sit perscripta, visum est eam hoc loco attexere. Initio nulla præfert parerga aut captationes benevolentiae; sed duorum dumtaxat digitorum relicta in summo vacuitate, in hæc verba auspicatur:

scriptis ad
episcopum
Abulensem

124 « Spiritus Christi repleat mentem Dominationis Vestrae, cujus sanctam benedictionem postulo. Ita me nupera prostravit invaletudo, ut » negotium quoddam ad Domini nostri obsequium » cumprimis spectans tractare minime potuerim. » Quod cum sit hujusmodi, utque per negligentiam » nostram minime intervertatur, paucis Dominationem Vestram de eodem visum fuit commo- » nere. Abhinc diebus aliquot ardens quædam

» pietatis cultrix, vero animarum inflammata zelo, D » hoc ipso in oppido quoddam molitur monasterium, in quo et summa religio et integra flortura sit perfectio, et virgines aliquot primam » Regulam et Ordinem B. Mariæ de monte Carmelo » profitentes admittantur. Hujus rei ergo, ad observationis prædictæ primæ Regulæ finem ac remedium melius obtinendum, visum fuit hujus » civitatis Ordinario obedientiam præstare. Dominationis igitur Vestrae sanctitate et eximia bonitate » nixæ, siquidem hanc Deus ipsis in præsulem dederit, eo negotium hoc hactenus perduxerunt ut » quadringentos et amplius aureos in rei impensam insumpserint et eandem ad rem Romanæ » Sedis etiam diploma impetrarint. Res ipsa talis » est ut mihi perplaceat: quam ob causam per » viscera misericordiæ Domini nostri D. V. etiam » atque etiam rogo ut ipsam amplectatur et in » tutelam accipiat, quod eam in divini cultus » incrementum ac civitatis hujus commodum ces- » suram intelligam.

125 » Hanc si D. V. approbet, cum sanctam benedictionem vestram coram petito ire nequeam, nec apud vos de re hac agere, abunde » mihi satisfactum putaro, si D. V. ad me miserit » magistrum Dazam, quicum eadem de re coram » loquar, aut alio quolibet, quem ad me mittere » visum fuerit. At, quantum conjectura colligere » possum, committi res hæc tuto concredique magistro Dazæ poterit: quod si fiat, non mediocri » id mihi consolationi ac caritati futurum est. » Ipsum igitur cum magistro Daza, Gonzalvo de » Aranda ac Francisco de Salcedo, quos omnes » D. V. perspectos habet, et plura hac de re » meipso norunt, D. V. agere communicareque » poterit: tametsi abunde satis mihi faciant ac » perplaceant primariæ quæ in novam hanc Reformationem dare nomina volunt virgines, quarum omnium mihi perspecta est virtus, et in » quarum principe ac ductrice spiritum Domini » nostri Jesu Christi inhabitare confido; quem » spiritum divina ejus Majestas Dominationi V. ad » majorem gloriam suam et universale Ecclesiæ » suæ bonum elargiatur et conservet. Amen. Amen. » D. V. indignissimus servus et sacellanus, F. » Petrus de Alcantara. » Hæc invicem cohærebant, nullo a cæteris intervallo disjuncta, uti et eadem ipse hic exhibui. Diploma apostolicum cujus meminit, illud ipsum est quod ad Guiomaram de Ulloa quoad monasterii foundationem transmissum erat: quod quoniam erat restrictius nec plenam absolutamque facultatem continebat, nec non et aliquam difficultatem involvebat, visum est aliud apertius postulandum. Vidi quoque epistolam quam idem Petrus Matri Teresiae a Jesu proximo mense Septembri transmisit: quatuor tantum lata est charta digitos, quantum scilicet ad ea quæ scribebat, spatium necessarium erat. Ejus hæc est inscriptio: « Magnificentissimæ ac religiosissimæ Dominae, Dominae » Teresiae de Ahumada, Abulæ, quam Dominus sanctificet. » In hac magno eam rogat affectu ut de sua valetudine se certum reddat, et quo res monasterii sui sint loco, significet, Deoque se in oratione commendet, utpote continentibus morbis divexatum: denique nonnullarum suarum illi rerum rationem familiariter reddat.

126 Causa igitur ob quam Toletum adeo celeriter Teresiam Dominus juberet recedere, fuit quod litteræ apostolicæ jam Abulam appulissent, quibus dabatur facultas construendi monasterii et obedientiæ episcopo præstandæ; adeo ut qua nocte Teresia Abulam pervenit, eadem et veniret diploma,

litteris

E

F

et alia qua
potest ope Teresiam juvat:

A et ea quidem via quam jam ante illi Dominus significarat. Aderant quoque tum Abulæ episcopus ipse, Petrus de Alcantara et Franciscus Salcedius, cujus in ædibus F. Petrus diversabatur : qui ambo apud antistitem ita rem transegerunt ut non invitum monasterium admiserit. Quod sane parvi momenti non erat, quod tenuia admodum monasterii essent vectigalia : quamquam episcopus piis operibus et hominibus numquam, qua poterat, decrat. Potissimum porro hac in re operam præstitit pius ille senex F. Petrus, pro ea qua pollebat apud cives auctoritate, illam verbis approbans ac dilaudans, tum quod apud præsulem civitatis et alios qui huc opem attulerunt, permultum valeret; qui si Abulæ iis diebus non fuisset, nihil forte actum esset. Non nisi ad octiduum ibidem ipse est commoratus, et quidem imbecilli valetudine. Inde vero haud ita multo post eum e vita hac ærumnosa Dominus eduxit, ut pro adeo sanctis illi laboribus et diuturna vitæ austeritate sensuumque mortificationibus mercedem in cælo persolveret; ut nonnisi ad sanctum hoc opus perficiendum tamdiu eum vivere Dominus sivilisse, et eo demum confecto, ad se eum voluisse evocare videatur.

quæ tandem,

B 127 Hanc igitur ob causam illo temporis articulo Abulæ Teresiam adesse oportebat, et Joannem Ovallium ante in morbum incidere, ne, uti statuerat, Alham concederet : cum enim hic Abulæ æger decumberet, et solus quidem, Joanna uxore aliquot ante diebus Alham reversa, Teresiæ ad eum curandum abeundi, simul etiam inchoatæ foundationis fabricæ promovendæ, facta potestas est. Hoc enim ni fuisset, sufficientem Toletæ abeundi causam non habuisset; præsertim absente Guimara de Ulloa, quæ Taurum etiam concesserat, quod hoc, quo res melius per dissimulationem occultaretur, ita necessarium videretur. Joannes porro Ovallius toto eo tempore æger decubuit quo beatam Matrem extra Incarnationis, ad sua perficienda cœpta, agere oportuit. Facile tum ipse perspexit quamnam sibi ob causam febri Dominus immisisset; quamobrem, iis quæ necessariæ videbantur a Teresia jam peractis, illi ait : « Jam amplius me morbo hic detineri non est » necesse. » Quocirca pristinam, Deo dante, illico valetudinem, magno cum suo tum aliorum stupore, recuperavit. Interea temporis ædificii opus urgebat Teresia, utque in cœnobii formam adaptaretur, elaborabat : videbat namque longiores æquo moras non mediocriter illi posse officere. Quare curavit ut soror ejusque conjux inde excederent, et aliquam domus particulam in oratorium convertit; ac locum in quo moniales Sacra Missarum spectarent Mysteriorum, parvis quibusdam e duplici crassoque contextis ligno cancellis secrevit, angusto quoque addito vestibulo, per quod et in templum et in domum aditus patebat : quæ omnia tam angustia quam tenuitate stabulum Bethlehemiticum representabant.

sed et amplexus
rite paratis,

C 128 Etsi vero hæc eo provecta essent hactenus, et jam ipsa opus perfectum videre perciperet, pedem tamen non movebat, nedum quid majus auspicabatur, nisi lectissimos ante theologos in consilium adhibuisset, quibuscum rem omnem communicabat; ut, quod studebat imprimis, ita actiones suas dirigeret ut ab ea quam superioribus debebat obedientia ne latam quidem unguem deflecteret. Qui unanimi consensu adeo nullum in hoc crimen subesse asseruere, ut et in maximum Dei obsequium Ordinisque sui decus id cedere affirmarent. Si enim vel minima in hac re delicti apparuisset suspicio, eadem hanc animi tranquil-

litate ac pace penitus abruptisset, qua jam ante, dum primum inchoaretur, seposuerat. Et quamquam tum quidem beata Mater de ædificio terreno ac materiali domo summopere laborabat, in vivis tamen lapidibus, qui in firmum et immobile domus spiritualis, quam moliebatur, fundamentum coaptarentur, seligendis conquirendisque majorem multo adhibebat industriam. Undique ergo quæritans, in quatuor pauperculas virgines, parentibus orbas, Dei tamen obsequio mire deditas (ut eas Petrus de Alcantara in iis quas supra produxi litteris appellat), oculos conjecit, easque sine ulla dote primas domus hujus esse bases voluit.

AUCTORE
RIBERA
D

129 Quarum hæc sunt nomina. Primæ Antonia de Henao, quæ deinde Antonia a S. Spiritu dicta est, ac Petri de Alcantara consilio ductuque locum hic invenit. Hanc ille instituerat, sæpeque cum eadem familiariter egerat (erat enim insignis spiritu fœmina); et cum in remota aliqua, Religionis incundæ gratia, abire loca constituisset, hanc illi ipse perfectionem dissuasit, quo nimirum in recens hoc monasterium nomen daret : unde et beatæ Matri hanc commendavit. Altera Maria de Paz vocabatur; quam jam inde, cum in Guimaræ adhuc familia versaretur, Teresia noverat, et cujus erat virtutibus semper delectata : hæc a Cruce cognomen sumpsit. Tertia Ursula a Sanctis, quæ hoc etiam dicebatur nomine antequam nomen Religionis dedisset, nec in ipsa post est aliter cognominata : nuper elegans et ornatus studiosa fuerat; at talem deinceps modestiam induit ut permagni ab omnibus sanctitatis nomine existimaretur : potissimum vero ejus celebrabatur simplicitas, candor, humilitas et mira in morbis sine ullo prorsus solatio nec querule ferendis tolerantia. Hæc e magistri Dazæ disciplina prodierat, qui eam Teresiæ indicavit. Quarta demum Maria de Avila, quæ deinceps a S. Josepho fuit vocitata. Sola Ursula a Sanctis ex quatuor his in hocce monasterio, anno sæculi currentis quarto et septuagesimo, demortua est, Teresia Albæ versante; quam etiam gloria circumamictam in cælum abeuntem absens conspexit, uti Abulam reversa post ipsa suis narravit : quare, die et hora qua expirarat, cum ea qua ipsam Teresia (ut jam diximus) gloria donatam est contemplata, diligenter collatis, nonnisi quatuor eam horis igne purgatorio expiatam esse compertum est. Aliæ vero hoc ipso quo hæc evulgamus tempore adhuc sunt superstites, sanctitate et bono exemplo notissimæ, Antonia a S. Spiritu Malacæ, Maria a Cruce Vallisoleti, Maria a S. Josepho Abulæ.

quatuor pau-
peres virgines

E

F

130 Instabat jam sacer Apostolo Bartholomæo dies, quem Teresia monasterio suo inchoando faustum fore præceperat : quare opus urgere quam poterat maxime instituit, ut cuncta essent in eam diem parata. Quam ejus mentem et Redemptor Christus ratam habuit. Unde hac ipsa Apostolo glorioso sacra die, quæ in ix kalendas Septembris diem incidit, anno partæ salutis MDLXII, magister Daza, qui opus hoc numquam non cordi habuit, Sacratissimum Altaris Sacramentum in sacellum intulit; atque hoc demum pacto sub S. Josephi titulo dedicato monasterio, uti id Christus imperarat, finis est impositus. Quo etiam die idem Dei famulus Daza sacram primis illis quatuor quas dixi virginibus Religionis vestem, inspectante Matre Teresia una cum aliis duabus ex Incarnationis monialibus, quæ tum fortuna foras prodierant, quarum altera erat Agnes de Tapia, de qua sequenti narrabimus libro, contulit. Hisce cum novitiis Teresia habitabat, interim ad suum monasterium redeundi et non ante egrediendi quam ad

in cœnobium
S. Josephi
introducitur.

AUCTORE
ROBORA

A manendi obedientia exemit, et liberam aut redeundi ad suas aut diutius ibidem morandi, prout videretur, copiam fecit. Verum, quod aliquot post dies nova in suo Incarnationis monasterio eligendae antistitae causa futura essent comitia, et de se assumenda Abulae jam deliberatum esse intellexisset, non ante Toletum movere se voluit quam comitiis inaudisset finem jam impositum esse, ne ad hunc magistratum eligeretur.

Abulam visit.

122 Hæc animo dum volutat, sic illam Dominus est affatus: « Abulam redire nequaquam negligas, » carissima; cum enim crucem secteris, non exigua » sane tibi præparatur: hanc tuis noli humeris » excutere; tibi siquidem auxilio futurus sum: » perge interrita, et quidem ocus. » His compertis, animi sui rectorem quemdam de Societate Jesu adiit subtristior, cruce hac dignitatem antistitae designari existimans. Consuluit ille quidem discessum, sed non adeo properum; ut Toleti adhuc ad dies aliquot hæreret, donec intensiores per æstatem calores deferverent: satis esse ratus, si comitiorum eo tempore appelleret. Parere monenti constituerat; sed nullam illi Dominus quietem indulgebat: tanta namque animum interne exagitant iniquas ut orationem interturbaret; et apertæ se voluntati Dei refragari, et, quod Toleti utcumque in deliciis ageret, idcirco se incommoda atque ærumnas quæ sese Abulae manerent, subterfugere censebat: aliaque his similia menti obversabantur. Illius quoque tum confessarium ita Deus emovit ut abeundi ei Toletum potestatem faceret. Ergo, cum Aloisia ægre ipsam dimittere volenti multas discessus sui causas retulisset, læta tandem inde abiit, persuasa hoc in majus Dei obsequium fore: cætera nihil esse penitus videbantur. Adeo porro celer illius inde discessus foundationis monasterii sui interfuit, ut, si diutius abfuisset, ipsum forte opus impeditum aut minime suum ad finem inchoata perducta fuissent, ut sequenti sumus capite ostensuri.

CAP. XVII.
S. Petrus de
Alcantara

123 Cum jam Petrus de Alcantara manifeste perspiceret quas Teresiae dotes et gratias Christus communicasset, excelsam quoque animi illius magnitudinem et ardens ad perfectionem pertingendi desiderium, et quam quod præ manibus erat opus Dei obsequio gloriæque promovendæ idoneum futurum esset, qua poterat ope ac studio continenter et institutrici et institutioni pro viribus auxiliabatur. Unde etiam, Teresia absente, Alvarum Mendozium, Abulensium antistitem, missa epistola, inducere est conatus ut novi monasterii obedientiam admitteret. Hanc epistolam ad plurimos dies mea in potestate habui, vix medium chartæ folium implem, sed tantum dumtaxat quantum scriptioni quam continet, sufficiat, ita ut totam eam repleat. Cujus hæc est epigraphe: « Illustrissimo » ac Reverendissimo Domino Episcopo Abulensi, » quem Dominus sanctificet. » Quæ cum a viro adeo sancto tantæque auctoritatis sit perscripta, visum est eam hoc loco attexere. Initio nulla præfert parerga aut captationes benevolentiae; sed duorum dumtaxat digitorum relicta in summo vacuitate, in hæc verba auspicatur:

scriptis ad
episcopum
Abulensem

124 « Spiritus Christi repleat mentem Dominationis Vestrae, cujus sanctam benedictionem postulo. Ita me nupera prostravit invaletudo, ut » negotium quoddam ad Domini nostri obsequium » cumprimis spectans tractare minime potuerim. » Quod cum sit hujusmodi, utque per negligentiam » nostram minime intervertatur, paucis Dominationem Vestram de eodem visum fuit commo- » nere. Abhinc diebus aliquot ardens quædam

» pietatis cultrix, vero animarum inflammata zelo, D » hoc ipso in oppido quoddam molitur monasterium, in quo et summa religio et integra flortura sit perfectio, et virgines aliquot primam » Regulam et Ordinem B. Mariæ de monte Carmelo » profitentes admittantur. Hujus rei ergo, ad observationis prædictæ primæ Regulæ finem ac remedium melius obtinendum, visum fuit hujus » civitatis Ordinario obedientiam præstare. Dominationis igitur Vestrae sanctitate et eximia bonitate » nixæ, siquidem hanc Deus ipsis in præsulem » derit, eo negotium hoc hactenus perduxerunt ut » quadringentos et amplius aureos in rei impensam insumpserint et eandem ad rem Romanæ » Sedis etiam diplomæ impetrarint. Res ipsa talis » est ut mihi perplaceat: quam ob causam per » viscera misericordiae Domini nostri D. V. etiam » atque etiam rogo ut ipsam amplectatur et in » tutelam accipiat, quod eam in divini cultus » incrementum ac civitatis hujus commodum ces- » suram intelligam.

125 » Hanc si D. V. approbet, cum sanctam benedictionem vestram coram petito ire nequeam, nec apud vos de re hac agere, abunde » mihi satisfactum putaro, si D. V. ad me miserit E » magistrum Dazam, quicum eadem de re coram » loquar, aut alio quolibet, quem ad me mittere » visum fuerit. At, quantum conjectura colligere » possum, committi res hæc tuto concredique magistro Dazæ poterit: quod si fiat, non mediocri » id mihi consolationi ac caritati futurum est. » Ipsum igitur cum magistro Daza, Gonzalvo de » Aranda ac Francisco de Salcedo, quos omnes » D. V. perspectos habet, et plura hac de re » meipso norunt, D. V. agere communicareque » poterit: tametsi abunde satis mihi faciant ac » perplaceant primariæ quæ in novam hanc Reformationem dare nomina volunt virgines, quarum omnium mihi perspecta est virtus, et in » quarum principe ac ductrice spiritum Domini » nostri Jesu Christi inhabitare confido; quem » spiritum divina ejus Majestas Dominationi V. ad » majorem gloriam suam et universale Ecclesiæ » suæ bonum elargiatur et conservet. Amen. Amen. » D. V. indignissimus servus et sacellanus, F. » Petrus de Alcantara. » Hæc invicem cohærebant, nullo a cæteris intervallo disjuncta, uti et eadem ipse hic exhibui. Diploma apostolicum cujus meminit, illud ipsum est quod ad Guomaram de Ulloa quoad monasterii foundationem transmissum erat: quod quoniam erat restrictius nec plenam absolutamque facultatem continebat, nec non et aliquam difficultatem involvebat, visum est aliud apertius postulandum. Vidi quoque epistolam quam idem Petrus Matri Teresiae a Jesu proximo mense Septembri transmisit: quatuor tantum lata est charta digitos, quantum scilicet ad ea quæ scribebat, spatium necessarium erat. Ejus hæc est inscriptio: « Magnificentissimæ ac religiosissimæ Dominae, Dominae » Teresiae de Abumada, Abulae, quam Dominus sanctificet. » In hac magno eam rogat affectu ut de sua valetudine se certum reddat, et quo res monasterii sui sint loco, significet, Deoque se in oratione commendet, utpote continentibus morbis divexatum: denique nonnullarum suarum illi rerum rationem familiariter reddit.

126 Causa igitur ob quam Toletum adeo celeriter Teresiam Dominus juberet recedere, fuit quod litteræ apostolicæ jam Abulam appulissent, quibus dabatur facultas construendi monasterii et obedientiae episcopo præstandæ; adeo ut qua nocte Teresia Abulam pervenit, eadem et veniret diploma,

et illa qua
potest. opa Teresiam juvat

et

A et ea quidem via quam jam ante illi Dominus significarat. Aderant quoque tum Abulæ episcopus ipse, Petrus de Alcantara et Franciscus Salcedius, cujus in ædibus F. Petrus diversabatur : qui ambo apud antistitem ita rem transegerunt ut non invitum monasterium admiserit. Quod sane parvi momenti non erat, quod tenuia admodum monasterii essent vectigalia : quamquam episcopus piis operibus et hominibus numquam, qua poterat, deerat. Potissimum porro hac in re operam præstitit pius ille senex F. Petrus, pro ea qua pollebat apud cives auctoritate, illam verbis approbans ac dilaudans, tum quod apud præsulem civitatis et alios qui huc opem attulerunt, permultum valeret; qui si Abulæ iis diebus non fuisset, nihil forte actum esset. Nonnisi ad octiduum ibidem ipse est commoratus, et quidem imbecilli valetudine. Inde vero haud ita multo post eum e vita hac ærumnosa Dominus eduxit, ut pro adeo sanctis illi laboribus et diuturna vitæ austeritate sensuumque mortificationibus mercedem in cælo persolveret; ut nonnisi ad sanctum hoc opus perficiendum tamdiu eum vivere Dominus sivilisse, et eo demum confecto, ad se eum voluisse evocare videatur.

que tandem.

B 127 Hanc igitur ob causam illo temporis articulo Abulæ Teresiam adesse oportebat, et Joannem Ovallium ante in morbum incidere, ne, uti statuerat, Albam concederet : cum enim hic Abulæ æger decumberet, et solus quidem, Joanna uxore aliquot ante diebus Albam reversa, Teresiæ ad eum curandum abeundi, simul etiam inchoatæ foundationis fabricæ promovendæ, facta potestas est. Hoc enim ni fuisset, sufficientem Toletum abeundi causam non habuisset; præsertim absente Guiomara de Ulloa, quæ Taurum etiam concesserat, quod hoc, quo res melius per dissimulationem occultaretur, ita necessarium videretur. Joannes porro Ovallius toto eo tempore æger decubuit quo beatam Matrem extra Incarnationis, ad sua perficienda cæpta, agere oportuit. Facile tum ipse perspexit quamnam sibi ob causam febrem Dominus immisisset; quamobrem, iis quæ necessaria videbantur a Teresia jam peractis, illi ait : « Jam amplius me morbo hic detineri non est » necesse. » Quocirca pristinam, Deo dante, illico valetudinem, magno cum suo tum aliorum stupore, recuperavit. Interea temporis ædificii opus urgebat Teresia, utque in cænobii formam adaptaretur, elaborabat : videbat namque longiores æquo moras non mediocriter illi posse officere. Quare curavit ut soror ejusque conjux inde excederent, et aliquam domus particulam in oratorium convertit; ac locum in quo moniales Sacra Missarum spectarent Mysteria, parvis quibusdam e duplici crassoque contextis ligno cancellis secrevit, angusto quoque addito vestibulo, per quod et in templum et in domum aditus patebat : quæ omnia tam angustia quam tenuitate stabulum Bethlehemiticum representabant.

rebus cœnobiis vite paratis.

128 Etsi vero hæc eo profecta essent hactenus, et jam ipsa opus perfectum videre perciperet, pedem tamen non movebat, nedum quid majus auspicabatur, nisi lectissimos ante theologos in consilium adhibuisset, quibuscum rem omnem communicabat; ut, quod studebat imprimis, ita actiones suas dirigeret ut ab ea quam superioribus debebat obedientia ne latum quidem unguem deflecteret. Qui unanimi consensu adeo nullum in hoc crimen subesse asseruere, ut et in maximum Dei obsequium Ordinisque sui decus id cedere affirmarent. Si enim vel minima in hac re delicti apparuisset suspicio, eandem hanc animi tranquil-

litate ac pace penitus abruptisset, qua jam ante, dum primum inchoaretur, seposuerat. Et quamquam tum quidem beata Mater de ædificio terreno ac materiali domo summopere laborabat, in vivis tamen lapidibus, qui in firmum et immobile domus spiritualis, quam moliebatur, fundamentum coaptarentur, seligendis conquirendisque majorem multo adhibebat industriam. Undique ergo quæritans, in quatuor pauperculas virgines, parentibus orbas, Dei tamen obsequio mire deditas (ut eas Petrus de Alcantara in iis quas supra produxi litteris appellat), oculos conjecit, easque sine ulla dote primas domus hujus esse bases voluit.

AUCTORE
RIBERA.
D

129 Quarum hæc sunt nomina. Primæ Antonia de Henao, quæ deinde Antonia a S. Spiritu dicta est, ac Petri de Alcantara consilio ductuque locum hic invenit. Hanc ille instituerat, sæpeque cum eadem familiariter egerat (erat enim insignis spiritu femina); et cum in remota aliqua, Religionis ineundæ gratia, abire loca constituisset, hanc illi ipse perfectionem dissuasit, quo nimirum in recens hoc monasterium nomen daret : unde et beatæ Matri hanc commendavit. Altera Maria de Paz vocabatur; quam jam inde, cum in Guiomaræ adhuc familia versaretur, Teresia noverat, et cujus erat virtutibus semper delectata : hæc a Cruce cognomen sumpsit. Tertia Ursula a Sanctis, quæ hoc etiam dicebatur nomine antequam nomen Religionis dedisset, nec in ipsa post est aliter cognominata : nuper elegans et ornatus studiosa fuerat; at talem dein modestiam induit ut permagni ab omnibus sanctitatis nomine existimaretur : potissimum vero ejus celebrabatur simplicitas, candor, humilitas et mira in morbis sine ullo prorsus solatio nec querule ferendis tolerantia. Hæc e magistri Dazæ disciplina prodierat, qui eam Teresiæ indicavit. Quarta demum Maria de Ayila, quæ deinde a S. Josepho fuit vocitata. Sola Ursula a Sanctis ex quatuor his in hocce monasterio, anno sæculi currentis quarto et septuagesimo, demortua est, Teresia Albæ versante; quam etiam gloria circumamictam in cælum abeuntem absens conspexit, ut Abulam reversa post ipsa suis narravit : quare, die et hora qua expirarat, cum ea qua ipsam Teresia (uti jam diximus) gloria donatam est contemplata, diligenter collatis, nonnisi quatuor eam horis igne purgatorio expiatam esse compertum est. Aliæ vero hoc ipso quo hæc evulgamus tempore adhuc sunt superstites, sanctitate et bono exemplo notissimæ, Antonia a S. Spiritu Malacæ, Maria a Cruce Vallisoleti, Maria a S. Josepho Abulæ.

quatuor pauperes virgines

E

F

130 Instabat jam sacer Apostolo Bartholomæo dies, quem Teresia monasterio suo inchoando faustum fore præceperat : quare opus urgere quam poterat maxime instituit, ut cuncta essent in eam diem parata. Quam ejus mentem et Redemptor Christus ratam habuit. Unde hac ipsa Apostolo glorioso sacra die, quæ in ix kalendas Septembris diem incidit, anno partæ salutis MDLXII, magister Daza, qui opus hoc numquam non cordi habuit, Sacratissimum Altaris Sacramentum in sacellum intulit; atque hoc demum pacto sub S. Josephi titulo dedicato monasterio, uti id Christus imperarat, finis est impositus. Quo etiam die idem Dei famulus Daza sacram primis illis quatuor quas dixi virginibus Religionis vestem, inspectante Matre Teresia una cum aliis duabus ex Incarnationis monialibus, quæ tum fortuna foras prodierant, quarum altera erat Agnes de Tapia, de qua sequenti narrabimus libro, contulit. Hæc cum novitiis Teresia habitabat, interim ad suum monasterium redeundi et non ante egrediendi quam ad

in cænobium S. Josephi introducti.

AUCTORE
RIBERA

id sibi a provinciali potestas fieret, opportunitatem expectans.

ANNOTATA.

a De Gonzalvo de Ovalle egimus num. 50 Commentarii prævi.

b Recurre ad num. 1040 et 1043 Commentarii prævi, ubi de sacello hoc et sepultura Mendozii episcopi aliqua memoravimus.

c Guionara mater, teste auctore Chronici Carm. Exc. (lib. 1, cap. XLII, n. 1), erat Aldonza de Guzman; cui simul et Guionara filiae inscribuntur litteræ S. Penitentiariæ quas in Commentario prævio num. 334 descripsimus.

d Aloisia de la Cerda, uxor Antonii Arias Pardo de Saavedra, anno 1561 defuncti, filia erat Joannis de la Cerda, secundi ducis de Medina Celi, adeoque genus suum repetebat a SS. Ferdinando ac Ludovico regibus. Videlicet cognomen de la Cerda, a magno pilo quem a nativitate in dorso habuit (cerda quippe hispanice pilum designat), primus accepit Ferdinandus, regis Alphonsi Sapientis filius natu maximus, cui nupsit Blanca, S. Ludovici Gallorum regis filia. Porro Ferdinandi Blancaque proneptis Isabella de la Cerda conjugem habuit Bernardum Fuziensem sive de Foix, Gastonis Phæbi comitis Fuziensis et vicecomitis Bearnensis filium, ab Henrico II Castellæ ac Legionis rege insignitum titulo comitis de Medina Celi, qui titulus anno 1491 a Ferdinando et Isabella Catholicis in ducis titulum commutatus fuit. (Cfr. J. F. F. de Ricarola y Pineda in Monarchia Hispanica (tom. I, lib. II, cap. 1), Imhof in Stemmata Desideriano (tab. VIII, XXV et XXVI) et in Hist. geneal. Italiae et Hispaniæ (pag. 368 et seqq.), P. Anselmus in Hist. geneal. et chronol. regiæ domus Francicæ (tom. III, pag. 351 et seqq.).

e Erat is Joannes de la Cerda, quartus dux de Medina Celi; qui, postquam Siciliam primum, dein Navarram prære administrasset, aliisque muneribus functus fuisset, anno 1570 in ducis Albani locum designatus fuit Belgii gubernator: sed, ubi Bruxellus biennio post devenit, rebus Belgicis præesse detractavit; unde in Hispaniam revocatus, præfecturam domus Annæ reginæ gerendam suscepit.

f Frequenter in Comment. prævio a num. 735 Maria a S. Josepho occurrit mentio; speciatim vero a num. 816 ad 824.

bilem universis mortalibus stuporem et admirationem incutiant. Mature autem mirari incipio: majora et plura longe nobis restant videnda. In omnibus siquidem quæ lucusque commemoravimus, divina sapientia non nisi quasdam veluti locandis fundamentis aperuit fossas, quamquam humilitate profundas et charitate latas, et ita ut ex iis jam facile colligi possit quanta iis inædificanda sit substructio.

2 Atque ut prisci illi Hebræi qui primum Salomonis templum in juvenili ætate viderant, in lacrymas, visis secundi, quod post reditum e captivitate Babylonica condebatur, fundamentis, prorumpabant, quod e jactis principiis haud difficulter conjicerent, referente Esdra (1 Esd. III, 12), id quod jam ædificandum erat, magnitudine ac splendore primo longe fore inferius, imo ne quidem comparandum; sic contra qui Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo primordiorum vel aliquam nactus fuerit notitiam, ac primævæ illius sanctitatis atque austeritatis, ubi læta hæc perspexerit initia, secum ipse merito gaudere posset, et in Domini nostri Jesu Christi, a quo omne bonum nostrum descendit, laudes prorumpere, quod hæc jam inde a primo suo exordio spem suggerant primigeniam illam pietatem et summam vitæ severitatem tandem aliquando postliminio restitutum iri. At quemadmodum, tametsi solidissima atque optima sint fundamenta et altissimum ac sublimissimum ædificium, si qui post inferuntur lapides primis haud quadrent, et ambo non recte symmetricæque inter sese connectantur (dum nimirum calcis loco recte singula ferruminantis et convincientis lutum aut inepta in cæmentum argilla adhibetur), ad terram tandem concidere idipsum consuevit; sic hæc quam Dominus construxit domus paulatim fatiscens collabascet, si non quam diligentissimus admittendarum habeatur delectus: non quod quotquot huc animum applicant perfectas jam esse velim, sed ut bonæ sint indolis et ductiles; ut quæcumque eas in formam flecti velis atque aptari, eam non invitæ subeant, et quem demum locum iis censueris optimum ædificioque convenientissimum, eo se transferant et statui velint.

3 Si juvenes et tenellæ sunt, uti lapides molles et arenosi, si quando malleum tusionis applicueris, destruantur et perdentur; si vero proveciores, novaculam et scalprum non ferent. Ad formam tamen hæ accipiendam non adeo ineptæ sunt et inutiles: sed aliquæ duntaxat, quæ rerum spirituum expertibus magnam tum in corpore tum in animo aptitudinem quidem præ se ferre videntur, cæterum adeo obstinata sunt mente, adeo corde præfractæ, ut multarum eæ novacularum et runcinarum aciem obtundant; ut, cum eas operi jam idoneas et ad formam necessariam accipiendam paratas judicaris, in frustra dissiliant et frustra sint. Hæ sunt scilicet quæ parere nesciunt, sed proprio suiipsarum judicio plenissimæ, quod se vel prudentes vel genere illustres credant, vel quia multis per eas possessionibus sit aucta Religio, se præesse et in suam alias sententiam transire et a superioribus se coli sibi in omnibus fieri debere satis existimant. Ille porro bonus aptusque est lapis, qui formam admittit nec formanti obliuctatur, et quemcumque se fabri spirituales in locum velint inserere, facile in eum se coaptandum illico sibi persuadet, eo quod sine ullo prorsus negotio in quam velis formam et figuram transeat. Cum boni sunt lapides, facile cum reliquis combinantur; quod tum demum fit, cum aliis se conformes reddunt et ad eorum se mores et consuetudines accommodant.

4 Atque ut lapides jam ædificio insiti et coaptati nullam

Institut Tere-
siani præstan-
tiam.

in coque non-
nisi morigerus

LIBER SECUNDUS.

PROLOGUS.

De delectu in admittendis inter Carmelitanas Excalceatas fæminis habendo.

Exstitit Ri-
bera

Admirabilia profecto et excelsa sunt magni illius Domini ac Dei nostri opera, ut qui unico disponat, efficiat et perficiat in momento, quod hominibus, etsi alioquin sapientibus et navis, fieri penitus non posse videtur, ac nemo illius aut se opponere potentie, aut quæ potenter ipse operatur, ullo modo valeat evertere: quod secundo hoc libro pluribus exemplis spectandum dabimus. Consilia quippe illius sublimia sunt ut quæ maxime, profundissimæ plena sapientiæ illius molimina, quibus vel sapientissimos magistros percellit atque aciem perstringit, et ad altissimos quos propositos habet fines, quorumcumque tandem visum fuerit opera adhibita, pertingit; demum eos ex iis quæ in oculis hominum nihil esse videbantur, elicit effectus qui incredi-

A nullam amplius dolabram aut malleum experiuntur, ut qui de novo accedunt, jam locatis adaptentur, sed illos dolari aptarique oportet, ut prioribus æquantur et quadrent; ad eundem plane modum, quæ primum monasterium ineunt, ad suos pellicere mores ac vitæ formam non oportet eas quæ jam diutius in eodem egerunt: sed novam illæ formam admittant itaque concinnari se sinant necesse est, ut senioribus ac veteranis conveniant, in virtutum in ipsis relucantium decora continenter oculos conijciendo, easque pro viribus imitando. Hinc veteranis, si modo recte id intelligere velint, non plus honoris auctoritatisve, sed oneris incumbit et obligationis: cum enim aliarum ipsæ exemplum, norma et prototypus sint constitutæ, diligentiores eas sui habere rationem est necesse, et, quoad quidem fas fuerit, quaslibet imperfectionum superfluitates rescicare, ne ad juniorese cæ promanent, et perfectissimo exemplari quod ipsarum Deus oculis objecit, sanctæ, inquam, Matri Teresiæ a Jesu, sese reddere quam simillimas. Porro in adeo excelsum opus et in lapides adeo bonos, non lutum aut argillam, per quam invicem connectantur et cohæreant, quærere studeant, eas, inquam, admittendo quæ aut majores opes invehunt aut nobiliores; opulentiores potentioresve nactæ sunt parentes, aut alias id genus mundi dotes adeptæ. Hæc enim nonnisi cæmota sunt terra, ædificiisque ætatem facturis inepta.

B 5 Lecta autem quærenda calx est, quæ arte juncta conglutinet et convinciat, id est, vera sensuum interiorum exteriorumque mortificatio, quæ utrisque pernecessaria est: hanc ob causam conquirendæ potius sunt quæ ad obediendum et sensus edomandos optime sunt dispositæ, quin etiam, si necesse sit, eadem, quamquam tenues et ignobiles, orandæ, quam aliæ allegandæ, quibus superiora spiritus charismata desunt, etsi complures illarum apud superiores causam enixe agant ac luculentos census spondeant. Argentum siquidem expenditur et minuetur, inepta vero præfractaque monialis in loco manebit; harum vel una sufficiat quæ cæteras exagitet et fatiget. Calx quamdiu viva est, ædificando est inepta; at ubi aquæ injectu subacta et emortua, aptissima est ac pernecessaria. Sic, in quibus indomitæ passiones adhuc vivunt, societati reique publicæ maxime officiant, et fieri omnino non potest ut aut cum aliis aut secum ipsæ recte conveniant: at si passionum impetus generose retundant, excellens quædam in domo efflorescet unio, caritas, concordia, quæ ad religiosi Instituti bonum, confirmationem incrementumque cumpromis necessaria est.

C 6 Nihil quidem eorum quæ dicta sunt hactenus, dicere constitueram: at, quod unice hoc Dei opus cupiam excrescere quotidieque inaugeri, ad hæc præmittenda sum incitatus; et, si id impræsentiarum minime sit necesse ob mirificum quod in hisce monasteriis viget perfectionis studium, fieri fortasse poterit ut ætate labente id sit necessarium futurum. Si vero libro huic dare ætatem Deo visum fuerit, volupe mihi futurum est me etiam jam demortuum aliquem hisce scriptis meis posse effectum operari, quem et dum vivo, voce jam facio et post etiam sum factorus. Atque hoc pacto sanctæ Matri Teresiæ a Jesu aliquatenus pro omnibus quibus ipsi obstrictus sum nominibus satisfaciam: quod, qui ejus constitutiones et scripta legerit, facile perspecturus sit quantopere id ipsa desiderarit et faciendum etiam suaserit quidquid hic ipse scripto sum prosecutus. Hunc quoque laborem meum utilem esse velim iis qui nullam ad ea quæ dicta

sunt, aut natura propensionem aut animi generositatem præferent; ut nimirum hæc ingredi monasteria non præsumant: neque enim iis bene hic succedet; sed alia genio suo convenientiora, et in quibus melius agant, conquirant.

AUCTORE
BIBERA.
D

CAPUT I.

Scopus S. Teresiæ in fundandis monasteriis; Constitutionum ab ea conditarum summa.

Præter decorum mihi videtur fore ulterius hujus in historiæ contextu provehi, nisi ante desiderio satisfecerim scire cupientium quem sibi in hujus monasterii fundatione Teresia a Jesu proposuerit finem, quas leges, quod vestis genus, quam denique vitæ formam in ipsum induxerit: quod cum de uno hoc dixerimus, de reliquis omnibus de quibus suo loco agemus cænobitis id intelligi dictum volumus. Primo quidem aliud non spectavit quam aliquod condere monasterium in quo cum ipsa tum reliquæ illius sequaces ætiori in solitudine et claustrum factam Deo sponsonem, juxta Instituti sui et Ordinis præscriptum, possent exactius servare: de nova enim Religione instituenda ne cogitavit quidem, veterem duntaxat suum B. Mariæ de Monte Carmelo Ordinem ad primæviæ institutionis perfectionem revocare contendens. Deinde vero maximas Ecclesiæ perspicuens necessitates, et quantum poterat, suppetias defensoribus ejus, pro singulari sua qua ardebat charitate, ferre gestiens, etiam sublimius cogitata mentis extulit, et ad penitentiam ac paupertatem hæc ipsa addidit quæ ante excogitavit, et alia ratione rem omnem direxit.

2 At quia hæc omnia illius malo verbis quam meis describi, quæ hac ipsa occasione libro quem Viam perfectionis nuncupat, est prosecuta, haud invitum adferam; non quidem ut hactenus Eboræ ac Salmantiæ excusa exemplaria præferunt, sed ut ea ipsius beatæ Matris autographo continentur, unde ea ipse deprompsi: atque hoc dictum esto de omnibus quæ hoc e libro suis afferam locis. Ait igitur: « Principio quidem cum hocce S. Josephi » monasterium Abulæ excitaretur, non mihi » propositum erat tantam, quoad exteriorem vitæ » rationem, asperitatem ac rigorem inducere, aut » omnes ab eo prorsus annuos proventus ac vectigalia excludere; at vero possessionibus id dotari » cupiebam, ne quid ei de necessariis opportunitatibus ac subsidiis deesset: tandem, etsi misera » et impotens, cum aliqua bona desideria propositaque haberem, ea ipsa longius efferebantur » quam reipsa exequi poteram. Eadem vero tempestate, dum auditu acciperem quæ in Gallia » Lutherani patrarent mala, quæ Ecclesiæ inferrent damna, et quomodo virulenta hæc propago » indies magis ac magis sese diffunderet, animo » affligi corpi, et perinde ac si aliquam ipsa afferre » opem possem aut aliquo essem numero, coram » Domino plangens, suppliciter illum sum deprecata tanto ut exterminio auxiliares supponeret » manus: et mille ipsa vitas impendere velle mihi » videbar ut vel uni de tot millibus ibi pereuntium » possem animæ succurrere.

3 » Comperto autem me mulierem esse eamque » admodum imbecilem, et nullum me valere in obsequio

CAP. I.
Sancta Reformationem
suam

E

ad plura monasteria extendit.

F

ut saluti animarum procurreret

AUCTORE
RIBERA.

A » obsequio Domini promovendo praesidium quod
» cupiebam afferre, cum quod inimici essent plu-
» rimi, tum amici paucissimi, in hoc ipsa potissi-
» mum incubui, et etiamnum incumbere allaboro,
» ut qui amici dicerentur, ii sinceri ac perfecti
» essent. Statui igitur paucillum illud quod pote-
» ram praestare, omni nimirum qua possim per-
» fectione evangelica sequi consilia, et eniti ut
» paucula illae quae mecum hic versantur, idipsum
» sequendo amularentur: summa scilicet Dei bo-
» nitate freta, qui numquam ferre suppetias ne-
» gligit illi qui ejus amore terrena omnia abji-
» cere grave non ducit; simul etiam sperans, cum
» tales haec sint quales eas in animo meo fingebam
» et esse cupiebam, prae virtutum illarum fulgore
» vitiorum meorum caliginem absconditum iri,
» atque hoc pacto aliquatenus me Domino Deo
» satisfacturam: ut, cum omnes, quotquot sumus,
» pro iis qui Ecclesiae partes naviter defendendas
» susceperunt et pro concionatoribus aliisque viris
» eruditis eandem omni ope tuentibus sedulo in-
» stanterque oraverimus, huic Domino meo qua-
» damtenus pro viribus auxiliemur, quem contra
» ii in quos ille beneficia contulit, tam indigne
B tractant ut hi illum proditores denuo vere cruci-
» figere velle videantur, vixque ipse habere possit
» ubi suum caput reclinet. » Inde vero subjungit:
» Auxilio mihi estote, meae in Christo sorores, ut
» hoc a Domino deprecet: ob hanc enim causam
» divina ejus Majestas nobis facta est persimilis;
» atque haec vestra est vocatio, haec sunt quae tra-
» ctare debetis negotia, haec sunt desideria quibus
» vos necesse est repleti, hic vestrae sint lacrymae,
» hic vestrorum petitionum sit finis. » (Via per-
fectionis, c. 1).

pro statu sui
ratione.

C 4 Ex hisce beatæ Matris verbis evidenter quis
perspiciat quis illius in hac renovatione ac nova
monasteriorum erectione fuerit scopus, quæ in illis
viventium religiosarum vocatio. Et quamquam pri-
mum illius magnæ perfectionis laude clareret mo-
nasterium, tot id tamen ipsa gradibus promovit et
ad tantum nova hac intentione et fine quem specta-
vit valorem elevavit ut vix in ullo foeminarum
cœnobio possit major haberi perfectio et sublimior
vocatio. Nam, prout S. Thomas (2. 2, q. 188, a. 1 et
6) inculcat secundum veritatem, non eo una Religio
dici alia potest perfectior aut sublimior quod au-
sterius illius quam hujus vivant membra ac cul-
tores, sed quod illa prae hac altiore propositum
habet scopum, simul et convenientiores ad scopum
hunc pertingendi continet rationes. Unde efficit eas
aliis omnibus Religiones et digniores et excellen-
tiores esse quæ ad docendum verbumque divinum
hominibus annuntiandum sunt institutæ; proximum
tamen illis locum occupare quæ contemplationi
totæ vacant, animamque propriam orandi medi-
tandique exercitiis perpetuo excolunt. Nam, ut
quid dignius est et excellentius accendere quam
dumtaxat collucere, ita majus in alios ea quæ con-
templatione privata collegeris, publice effundere,
quam uni contemplationi rerum divinarum inten-
dere. Cum igitur mulierum Religiones ad docendum
praedicandumque minime sint institutæ, ea profecto
ceteris erit sublimior quæ ad Ecclesiae propugna-
toribus per orationis ac severioris vitæ praesidia
succurrendum fuerit excitata: cum id ceteris longe
sit perfectius quod ad id quod est perfectissimum
accedit propius. Nulla vero monialium habere fa-
milia finem sublimiorem potest quam si propter
Ecclesiae Catholicae conservationem protectionem-
que nec non animarum salutem procurandam con-
tinenter orationi, jejuniis aliisque corporis austeri-

D tatibus vacet: quarum in exercitationum usu unum
hoc spectant ut et Christi fideles ad Christiani no-
minis et vocationis suae praescriptum vitam insti-
tuant et infideles ad procreatoris sui cognitionem
pertingant; cum omnium ex sententia id S. Gre-
gorii (Hom. xii in Ezech.) dictum sit verissimum,
non esse animarum zelo Deo holocaustum acce-
ptius.

5 Unde et hoc necessario sequitur, quod Instituti
hujus sectatricibus semper insculptum sit oportet,
numquam se, etsi gravissimos asperitatum rigores
usurpent, diutissime precationi vacent, Psalmorum
cantui sedulo intendant, denique quam perfectis-
sime exequantur quæ religiosissimas atque optimas
agere moniales par est, universas vocationis tamen
suae partes et quæ ab ipsis Deus Optimus Maximus
exigit, adimplere, nisi singulari quodam studio
et proposito orationes, jejunia et rigores de quibus
meminimus, eum ad scopum dirigant ut in eorum
illa proventum et adjumentum cedant qui in Ec-
clesiae palæstra naviter desudant, et pro Omnipoten-
tis Dei gloria gregisque ejus universi incolumi-
tate, salute, incremento generose decertant, in
eorum denique qui totos se et impense saluti et
procuratori animarum devoverunt. Hinc quod
E aliis forte monialibus facere sufficeret, hisce mi-
nime est satis, et quod ad perfectionem assequen-
dam sufficere aliæ forsitan existimabunt, eo ipsæ
contentæ esse minime possunt, si modo ad sum-
mum perfectionis apicem pertingere velint; secus
enim a vocationis et Religionis suae fine declinarent.
Gaudeo quoque non mediocriter hæc a me hoc esse
loco conscripta; nam quotiescumque hoc a quo-
piam legetur, post mortem id ipse quodammodo
inclamabo, uli jam id vivens inclaro. Sibi vero
familiae hujus sectatrices, hæc dum legunt, persua-
deant Deiparam Virginem Mariam, quæ horum est
monasteriorum mater, nec non B. Josephum, qui
pater, ac sanctam Teresiam a Jesu, illorum funda-
tricem, desiderare ut hæc in illis doctrina prædi-
cetur. Sane si illius diligenter scripta evolverint,
haud dubie comperient, quidquid a me hactenus
quoad has religiosas dictum est et post etiam suo
dicetur loco, aliud non esse quam beata ipsa Ma-
ter illis maxime in mandatis dedit. Adeo ut hæc
ipsa de quibus modo agimus, postquam hanc in
rem complura salutaria capite tertio libri Viæ
perfectionis ipsa attulisset, his tandem verbis con-
cludat: « Fixum ac statutum vobis sit, si orationes,
F » vota, corporis castigationes ac jejunia demum
» vestra non eum ad finem quem dixi referantur,
» non facere vos aut adimplere ea ob quæ hocce
» vos Dominus in loco congregavit; ipsum vero
» Dominum precor ne vestra sinat hæc umquam
» memoria elabi. »

6 Teresia igitur, ut sublimem illum quem specta-
bat finem consequeretur, itaque in via Domini filias
se suae gererent ut illarum preces in divino con-
spectu valde efficaces essent, statuit ut primigenia
illa Regula quam prisci Patres qui religiosorum in-
morem in monte Carmelo vivere primum incepere,
observarunt, in suo hoc monasterio ad unguem
servaretur. Quoniam vero illius austeritas Pontifi-
cum indultis ad mitiorem redacta fuerit formam,
ideoque a primævo suo rigore permultum degenera-
rit, visum ei fuit pretium operæ se facturam, si pri-
stinam illam severitatem denuo ad usum revocaret,
ac de B. Maria Virgine optime se merituram, si
Religionem illam quæ ipsius est cultui devota, ad
primum Instituti vigorem reduceret, talemque in
eam vitæ duritiem sanctitatemque postliminio in-
veheret, qualem prisci illi et sancti Eremitæ colue-
runt.

quam posset
plurimum al-
laboraret.CAP. II.
Primitivum
Ordinis Car-
meli Regulam

A runt. Hanc primum Regulam patriarcha Hierosolymorum Albertus in ordinem digessit; quam dein Innocentius IV quinto pontificatus sui anno confirmavit, correxit et meliorem in formam redegit anno MCCXLVIII, kalendis Septembris.

7 Hæc, præter ista quæ religiosorum Congregationibus communia sunt (puta, quemdam e suo numero constituere cui omnes pareant, tribus se castitatis, paupertatis et obedientiæ votis Deo devovere, statuto tempore silentium servare), in his quæ sequuntur, ab aliis Institutis peculiariter distinguuntur. Suis in cubiculis aut non procul inde Fratres in lege Domini die ac nocte meditantur; inque oratione, nisi honestis debitisque distineantur exercitiis, assiduo vigilando. A die Exaltatæ Cruci sacro, qui in XIV Septembris diem incurrit, ad usque ferias Paschales jejunt, nisi aut morbo aut legitima aliqua ratione impediuntur. Carnem numquam degustant, nisi id morborum exigat violentia. Continuo aliquod manuale opus, cui diligenter incumbant, exercent. Statutum porro Teresæ jejunium et a carne abstinentiam ad litteram exactissime servari voluit: uti et silentium summo in rigore, jam inde a Completorii Officio pridie peracto, usquedum postridie Prima recitetur. Ipsum quoque reliquis per diem horis accurate custodiri volebat, etsi non adeo stricte atque horis designatis; præterquam forte a prandio et cæna, quo ipsum tempore præposita relaxare poterit, ut per horam scilicet moniales honeste invicem recreentur.

8 Præceptum vero de diurna nocturnaue in lege Domini meditatione ac de exercitio manuum hoc ritu suis in Congregationibus statuit servari: ut nimirum post nonam horam vespertinam Matutinum Officium persolvatur; quo penso decurso, per quartam horæ partem animi quæque sui latebras, diurnas actiones examinando, excutiat, et mysterii postera luce meditandi materiam perlegat, ita tamen ut ad usque undecimam aut circiter hæc omnia extendantur: tum signo dato, quæque cubitum concedat. Ineunte vere, hora quinta e somno surgant, inde ad sextam usque meditationi insistant: hibernis vero diebus sexta lectum deserant, ad septimam in oratione permaneant. Qua peracta, statim sacrarum pensum Horarum persolvant, antequam Sacro Missæ Mysterio intersint. Operis vero manualis nomine nullum operosum aut industrium intelligi voluit, sed simplex ac quietum, puta nere ac similia mulierum exercitia, quibus operantis mens non ita distrahitur quominus interim pii aliquid ruminare libere possit. Nolu it adhuc ullum monialibus pensum præstitui, ne, dum plus nimio operi intentæ ac de penso decurrendo sollicitæ sunt, in oratione mens divagetur aliorum distracta. Nec vero in ergasterio communi, pro aliarum monacharum more, sed in suo quasque operari voluit cubiculo, ne cuiuspiam hoc pacto silentii violandi daretur occasio, aut mentis ad Deum libere sustollendæ præriperetur opportunitas. Paulo ante prandium signum dari jussit ad exacti eatenus diæ horas coram Deo examinandas. Hora post meridiem secunda Vesperarum Officium decurri; quibus persolutis, aliquid e libro quopiam spirituali coram omnibus ad horam usque tertiam legi: hoc item tempus, si cui ita videatur, orationi poterit impendi. Inde ad cubiculum unaquæque se conferat, donec Completorii signum detur: post Completorium horam integram orationi incumbatur. Ipso etiam recreationis tempore manuali operi intendere suas volebat. Tam porro exacte paupertatem coli jubebat, ut nulli, quod apud alias nonnullas monachas obtinet, ullum proventum an-

nuum sineret, sed omnia esse communia præciperet, et cuique quod ei opus foret, suppeditari, aequæ vestem ac reliqua quæ ad usum necessarium requirentur; ne de ulla hoc in genere re sollicitæ sint aut anxie laborent, vel suis a parentibus notisque quid horum exigant: ita namque gravia præcaventur incommoda atque ingens tentationibus satanicis janua obstruitur.

9 Nihil vero cuiquam seu in victu seu vestitu præcipuum aut proprium permittebat, ne arcam, ne scriniolum quidem. Quin imo, si quam superiores alicujus reclusæ notarent nimium amore teneri, tam libri quam cubiculi vel alterius rei cuiuspiam, hanc illi ab his auferri. Habitum suis præscripsit paupertati, quam ipsa imprimis adamabat, maxime consentaneum, eumque e panno rudi et aspero ac nativi laneique coloris, nulla tinctura imbuta, cujus manicas voluit esse angustas et ejusdem tam inferne quam superne latitudinis; illum non sinuosum, non rotundum, non antrorsum quam retro longiorem, at in talos usque demissum. Scapulare ex eodem constare jubet panno, quatuor digitis veste interiori brevius. Pallium album, quod indutæ chorum adibunt, simili sit etiam e panno, et ejusdem cum scapulari longitudinis, quod lignea superne committant fibula. His omnibus in vestibus quam posset minimum adhiberi voluit materiæ, quo sint angustiores. Tunicas interiores esse voluit laneas levidenses, vittas cannabinas aut e lino secundario ac spissiori, sine ulla plica, quas nigrum cooperiat ac vile velamen; quod solæ gestent religiosæ, non vero laicæ aut novitiæ. Calceamenta e sparto vult esse aut funibus contexta. Lectus non lana sit, non pluma, sed palea suffultus; stragula vero interiora, uti et cervical, lanea, at superiora et lodices ex panno rudi ac nautico. In veste aut lecti instrumento nihil appareat coloratum, ne minima quidem fasciola. Suffartam pelibus nulla vestem habeat; at si quæ ob necessitatem suffarta indiguerit, rudiori illam materia farciri permisit. Denique insigni cum prudentia, quod in cæteris feminarum familiis institutum laudabiliter erat, id ipsa accurate dispiciebat, atque ex iis quod suæ commodum videretur, omissis communibus, derivabat. Vallisoleti Excalceatarum cœnobium a B. Virgine de Pietate denominatum (est id Ordinis S. Francisci, insigni regularum observantia ac religione illustre) ingressa, mensurarum tenuitatem, singularem victus frugalitatem ac paupertatem aliaque singularia notavit, atque in suam deinde familiam transtulit.

10 Principio quidem consultum videbatur nullas operum domesticorum administras admittere, sed sorores ipsas vicibus suis culinæ aliaque domestica obire officia; sed postea id visum mutare, quod tanto corporis labore spiritum diceret suffocari. Ne id quidem in aliis monialibus visum imitari ut solis sui Instituti Fratibus a subessent, solis his illas aut verbo divino pascendi aut in Confessione audiendi jus esset; quin omnibus loqui et aures dare iis concessit quos ad animarum suarum regimen nossent aptiores, et cum his de interioribus rebus suis, nulla præsentis aut conscia, libere conferre. Censebat enim iis quibus nulla aliunde accederet consolatio quæque per orationis ac mortificationis iter tot offendiculis ac tentationibus obnoxium incederent, quam maxime concedi oportere ut cum illis communicarent viris quibus se totas aperiendo in spiritu juventur, ne qua forte in re decipiantur. Unde et sæpenumero ipsis suadebat ut semper viros doctos atque in spiritualibus rebus versatos consularent. Ipsa namque experien-

AUCTORE
RIBERA
D

et victus ac vestitus normam

E

F

aliaque ad spirituales profectum utilia

a

b

AUCTORE
RUBERA.

lia noverat quantum inde animabus bonum, et, secus si fieret, quantum inde dispendium accederet. Monialium quoque exiguum esse statuit numerum, ut majori inter se unione et caritate jungerentur et ut minori confusione paterent: ultra decimumtertium vel decimumquartum extendi eum nolebat, comprehensis sub eodem etiam tribus laicis. Postquam vero ordinatum est ut suae annuo censu dotarentur domus, ne tum quidem vigesimum excedi voluit, rursus tres illas adiutrices eodem includendo.

monialibus
suis

11 Aliarum porro familiarum moniales recipi vetuit, ne quidem de Carmelitarum Mitigatorum. Quod autem hoc permagni referat, et illud ipse quam exactissime servari velim, ob multas quas experientia docuit rationes, hoc loco producam quod alterius cujusdam Instituti monachae in Excalceatarum admitti poscenti Teresia perscripsit. Hanc ipse epistolam *e* illius manu penitus exaratum vidi in haec verba: « Quoad primarium litterarum tuarum caput tibi morem gerere nullatenus possum; quod in familiam nostram, me potente, statutum introductum sit ne qua ex alio Ordine monialis ad hasce se domos transferat: tanta enim fuit et est huc transire voluntium multitudo, ut, quamquam gauderemus non mediocriter aliquam harum admittere, plurima tamen quae hinc sequerentur incommoda impediant quominus rei huic januam aperiā. Quare paucis sic habeas velim id fieri penitus non posse; et hocce meum tibi in hoc gratificandi desiderium nonnisi molestiam et poenam mihi gignit. » Id autem ante omnia cautum voluit, ut quotquot in Ordinem cooptarentur, orandi imprimis studio tenerentur, ad summam perfectionem mundique contemptum aspirarent, bonae essent valetudinis, ingenio pollerent, et septimum ac decimum aetatis annum attigissent. Si quae autem praedictis animae ornata esset dotibus (quam et praemisso examine diligenter vult explorari, accurateque inquiri num eas quas exigit dotes habeat), tametsi nullam temporalem adferret, non eam propterea ab Ordine vult excludi (quod et ipsa nunquam non observavit); inque admittendo nullum emolumentum atque opum, sed solius probitatis personaeque qualitatibus jubet intuitum haberi: ut ubique manifestum fiat, ejus ad quam voto se obstrinxerunt, amore se paupertatis teneri, et spem in Dominum conjecisse, semperque praee oculis habere, non opibus sese terrenis, sed fiducia ac perfectione et in solo Deo spe sustentari debere. Claustrum suis esse arctissimum voluit, et quam potest haberi maximum: adeo ut nonnisi rarissime cancellos in locutorio aperiri et sine velo monachas loqui permittat, et non aliter quam ubi patres, fratres aut alii boni exempli ac spirituales ad loquendum accesserint; et in hac detectione magis ad aedificationem ac fructum spirituales quam ad recreationem spectari vult. Cum consanguineis agere suas voluit quam rarissime, nec alios ad intervendum admitti quam quales descripsimus: aliis vero, et qui nonnisi confabulandi deque vanis rebus agendi causa accedunt, aditum omnem interdicat.

sapientissimi
praescriptum

12 Novitias liberam alloquendi facit copiam, quo libere declarent num placeat ipsa Religio; quae si displiceat, quamprimum egrediendi potestatem concedit. Quo vero ab omni humana suas consolatione ac colloquio magis avocabat, eo majorem ad divinam familiaritatem comparandam ipsis libertatem indulgebat. Nam praeter eximiam ac magni faciendam illam libertatem quam ad audendas conciones et noxas aperiendas et cum viris spi-

ritualibus communicandum suis Teresiam dedisse D nuper diximus, unde magnum ad animas bonum ac consolatio et maxima verborum divinarum pabuli abundantia derivatur; ut taceam quoque liberum mortificationis cum publicae tum privatae, quae non exigua est, usum, ultra singulares austeritates, tam eas quae singulis ex Instituti legibus praescriptae sunt, quam quae ab unaquaque ad libitum frequenter, permissu tamen superioris et confessorii, suscipiuntur, et admirabile illud humilitatis exercitium, dum singulis hebdomadis errata sua in capitulo palam enuntiant, in quo altera alteri insigni cum caritatis argumento auxilio est, edicendo etiam ea quae ipsae non commiserunt (quibus omnibus mirum in modum spiritus vigor corroboratur ac gaudio interno repletur); non modo suis ipsa licentiam et potestatem fecit, sed et praeepto jussit, omnibus Dominicis et Jesu Christi ac Deiparae festis, die item BB. Josephi et Alberti, feria item quinta in Coena Domini, sacrosantas Eucharistiae epulas adire, necnon diebus omnibus quibus prudentis confessorii arbitrium id expedire judicaverit, accedente tamen venia superioris.

13 Has omnes ipsa leges digessit et decrevit, accepta ad hoc potestate per diploma Pii IV, datum xvii Julii MDLXV: qui Summus Antistes cum per hoc concessisset ut Constitutiones faceret, eas post digestas nihil moratus approbavit *d*. Eae etiam deinde, etiamnum superstitae beata Matre, eadem apostolica auctoritate confirmatae fuere Compluti in Patrum Excalceatorum capitulo in Quadragesimali jejuniis anni MDLXXXI *e*, per Joannem de las Cuevas Ordinis S. Dominici, ad hoc singillatim negotium a Summo Pontifice delectum, et per P. Hieronymum Gratianum a Matre Dei, eorundem Excalceatorum provincialem, et per Ordinis diffinitores. Has ipsas septennio post sanctiones singillatim, facta singulorum capitibus illarum praefixorum titulorum mentione, sua probavit auctoritate Reverendissimus D. Caesar Specianus, episcopus Novariensis, Sixti V Pontificis Maximi in Hispania Nuntius, Madridi x Octob. MDLXXXVIII *f*, atque in perpetuum confirmavit; quin et edicto vetuit ne aut Generalis ejusdem Ordinis aut ejus consultores in iis quidquam immutare, revocare vel derogare ausint, et hanc ipsam revocationem derogationemque irritam fore decrevit. Quam ob causam perpetuos harum sanctionum conservatores esse jussit archiepiscopos Toletanum et Hispalensem necnon episcopum Abulensem. Ex dictis haec evidentem colligi licet: primo, quam hoc Institutum sit sublime et perfectum, quia Religionis alicujus praerogativam et perfectionem (uti jam ante dicere memini) in eo sitam S. Thomas asserit, quod primo sublimiorem praee aliis sibi scopum praefixum habeat, deinde quod constitutiones ac media ad hunc consequendum finem convenientiora in eadem sint stabilita. De finis sublimitate superiori egimus capite; admirabilis vero mediorum huc tendentium excellentia et congruentia ex iis, quae praesenti capite sumus prosecuti, erui potest. Eruiaturque secundo, ex hisce Constitutionibus, etsi de Teresiae sanctitate nihil aliud aut haecenus dictum esset aut posthac dicendum, illius et prudentiam et admirabilem sapientiam et ingenii sublimitatem et perfectionis magnitudinem quam manifestissime patescere: nam, ut de S. Benedicto S. Gregorius (lib. ii Dial., cap. xl) asserit, qui ejus vitam et vitae rationes exactius scire voluerit, illius Constitutiones consideret. Neque enim tam sancta mulier aliter quam vixerat, docere potuit.

cum Sedis
apostolicae ap-
probatione.
E

Cap. III.
Monasterium
sua aliquot
reditu funda-
re.

14 At nondum hic finis est ejus quam suis in monasteriis Dei ancilla Teresia voluit elucere perfectionis; cum primaria ad ejus complementum pars, paupertas, inquam, deesse videatur: quam adeo servari ipsa exactam a suis voluit, nulla ut annua in eadem nunquam induci vectigalia, census assignari nullos, sed solis piorum subsidiis vivere suas juberet. Ab initio quidem non ea beatæ Matris erat mens, uti e verbis illius primo libri hujus capite a me allatis clare patet; quin imo eadem certis dotanda proventibus censebat, ne qua temporalium rerum cura suis incumberet: donec, cum Toleti ageret, e colloquio congressuque beatæ illius mulieris, ejusdem secum Ordinis, quæ Complutense Excalceatarum cenobium fundavit, didicit, si modo primæva Carmelitarum regula institutioque servaretur, redditibus annuis penitus carendum esse. Hoc quamquam B. Matri mire probabatur, et, si sui solius dumtaxat habenda fuisset ratio, ita jam tum haud dubie statuisset, verebatur tamen ne aut aliter ei peritiores consulere, aut, si non eadem aliis, quæ sibi dederat, Dominus paupertatis desideria sanctimonialibus forte inspiraret, in hoc sibi ipsæ statu minime satisfaciētes, longe alia spectarent, ipsaque rerum necessariorum penuria magna fieret (uti in cenobiis nonnullis videre fuit) distractionis occasio. Quamobrem, ne in tanti ponderis negotio graviter erraret, doctiorum virorum et confessoriorum suorum sententiam petiit. Unanimi quidem omnes consensu permultis ei suadere rationibus sunt conati, quod ipsa spectabat, minime expedire ac consentaneum videri: attamen, cum et ex regulæ præscripto pauperiem observandam ac longe hanc majorem perfectionem cerneret involvere, illorum ut sententiæ accederet, haud facile a se ipsa impetrare potuit.

Deo ita volente.

15 Quamquam vero interdum illorum cedere rationibus debere videbatur, cum tamen ex altera parte Redemptorem Jesum sua in cruce inopem et nudum videret, animum ipsa suum inducere ad stabiles possessiones admittendas non facile poterat. Hinc illi aiebat, ad non sequendam vocationem suam et Jesu Christi Domini nostri consilia summa perfectione non amplectenda, ulla se theologiæ placita sensaque nolle admittere. Denique, antequam Toleti ipsa abiret, Aloisiam de la Cerda a piæ memoriæ Petro de Alcantara intervisi contigit. Hunc igitur per occasionem Teresia cum convenisset, et super re quam agitabat, consulisset, illius accedente consilio, firmiter statuit census omnes excludere, nulliusque posthac quoad hanc controversiam sententiam explorare. Cum deinde quadam vice enixe illam in precibus Deo commendaret, insignem passa raptum, in eodem ab ipso audiit: « Monasterium tuum, charissima, nullis » censibus dota: id namque et Patris mei et mea » est voluntas: ipse tibi præsto futurus sum. » Alias miris paupertatem modis apud ipsam deprædicavit, et magnam certis in proventibus consistere dixit confusionem; quin imo nihil illis opportunitatum ad vitam necessariorum defore spopondit, qui sibi sincere et ex animo servirent. Placuit hæc illi responsio atque adeo satisfacit, ut, cum e corrogata collataque vivere stipe jam penitus animo sederet, omnes mundi facultates et thesauros sibi possidere videretur. Quamquam vero jam tota in sententiam hanc transierat, postea tamen nonnulli in aliam visa est autare, etsi nondum prorsus propenderet. Quod enim non mediocriter metueret, ne, Abulensibus summa vi committentibus ut inchoata monasterii molimina evanescerent, tota rei

domesticæ moles in suum caput prorueret, si ex eleemosynis suas vivere oportuisset, visum illi fuit tum quidem vectigal stabile admittere, quod deinde, rebus compositis ac tranquillatis, haud difficili negotio abjiceret. Nocte autem ejus diei qua tale a se pactum ineundum esset, cum jam orationi insisteret, apparuit illi Dominus, dicens: « Id pacti genus » inire noli, filia: si enim semel reditus annuos » possidere cœperis, eos non ita facile post poteris » repudiare. »

16 Ut vero de hac Dei voluntate securior ac certior esset, eadem ipsa nocte, qui haud ita pridem e vivis excesserat, beatæ memoriæ Petrus de Alcantara illi sese exhibuit: qui etiam morti jam proximus, comperto quæ tota urbe hoc nomine essent turbæ, quæ commotio, ad ipsam perscripserat et in mandatis singillatim dederat ne ullos quoquo modo census admitteret; hoc enim pacto fore ut, omnibus ex animi sententiâ, et prout optabat, rebus confectis, superior tandem evaderet. Ingenti porro tunc virum sanctum gloria circumdatum vidit, licet vultu ad severitatem ac rigorem nonnihil composito (quem tamen alias, cum jam aliquoties illi visus esset, non prætulerat), iteratoque suadentem audiit ne redditibus inducendis ullo modo consentiret, petentemque qui fieret cur sibi bene suadenti ac consulenti credere cunctaretur? Hisce dictis, repente ex oculis evanuit. Postera ergo luce Franciscum Salcedum Teresia adiit, ut quidquid de certa stabilienda possessione ageretur, se dissuadente, penitus concideret: qui etiam piæ Matri morem gessit. Nec vero hæc ante quievit quam apostolicum obtinisset diploma, quo hæc inops et redditibus destituta vita confirmabatur; quibus tandem controversiæ huic finis est impositus. Nec unas modo, sed et binas super eadem re impetravit litteras; quas ego ipse vidi. Primas Illustrissimus Ranutius tit. S. Angeli Cardinalis destinavit, anno MDLXII, qui tertius Pii IV pontificatus erat annus: quibus, accepta ex ore Pontificis potestate, sanctimonialibus S. Josephi Abulæ facultatem sine redditibus, sed collatiâ vivendi stipe impertit. Alteras idem Papa tertio post anno xvii Julii concessit, quibus et ante datum de construendo monasterio diploma confirmavit, et de eleemosynis oblati vivendi episcopoque Abulensi sese summittendi copia facta, iisdem omnibus gaudere jussit favoribus ac privilegiis quibus reliquæ ejusdem Ordinis familiæ gaudent.

17 Aliquot vero post annis Teresia mentem mutavit, non suo quidem ad id judicio propendens, sed virorum doctissimorum atque in rebus spiritus versatissimorum, identidem monentium, ac præsertim Dominici Banezii, consilio verbisque efficacissimis, ad hanc mutationem adducta. Cum enim S. Tridentina Synodus monasteria censibus annuis stabiliri consentaneum judicasset, ac de sanctimonialium præsertim congregationibus id intelligi oporteret, nefas videri ipsam Concilio, quod a Spiritu Sancto illustratum erat, plus velle sapere. Fas etiam credere est (tametsi de rei veritate usque adeo mihi certo non constet) ipsummet Redemptorem Christum illi, ut servorum suorum consiliis acquiesceret, in mandatis dedisse, et hoc ipsam quam libentissime esse amplexam, ut quæ Deo ejusque ministris perquam diligentissime pareret, illorumque sententiâ nunquam non suam posteriorem duceret. Non tamen propterea revelationibus illius, quasi minus constantibus sibi invicem consentientibus, minor adhibenda fides est: quin imo insignis hic Dei apparet, primum sic, deinde secus suadentis, providentiâ. Si enim suum non ante monasterium

AUCTORE
RUBERA
D

primum decre-
vit.

E

F

sed postmo-
dum non sine
Dei nutu

AUCTORE
RIBERA.

A nasterium Teresia fundasset quam certus illi fuisset in perpetuum census attributus, nulla ejus umquam perficiendi spes extitisset, quod ne minima quidem illius habendi ratio affulgeret; et rem hanc ante divulgatam oportuisset: qua sane jam cognita, tam provincialis singillatim quam universa simul civitas totis ei obstitissent viribus. Hoc vero non fundato, de reliquis, quæ facili deinde negotio, non exspectato ut census assignaretur, fundabantur, fundandis nulla cuiquam penitus spes fuisset: etenim si exspectato fuisset opus, numquam ullum fundatum esset; nam qui annum reddituum vectigal attribueret, nullus erat.

reditus admitti
si possent statu-
tunt.

18 Adhæc, cum tot deinde construenda cœnobia essent, quia hæc ipsa Deus ad tot animarum magna in iisdem perfectione ac religione viventium salutem reservarat, haud facile, cum imbelles mulieres essent tamque arcto conclusæ claustrum, nullo annuo habito censu, constitissent; vel si forte constitissent, a magna illa perfectione et integritate, qua modo vigent, non mediocriter degenerassent: adeo ut illud initio pernecessarium fuerit, hoc vero successu temporis non minus visum sit expedire. Addo ex ipso quoque usu manifeste satis jam patere, tametsi B annuæ assignatæ iis sint possessiones, eam tamen quam in iis desideres perfectionem integram et inviolatam perstitisse, simul et insignem quamdam in singulis elucere pauperiem; cum nullam prorsus sanctimonialium invenire sit cui aliquid quotannis pendendum, uti in cœnobiis nonnullis fieri consuevit, aut pecuniarum quidpiam aut vestem, imo ne condimenta quidem aut tragemata privatim possidere concessum sit: sed omnibus necessaria abunde ex iis quæ domi fuerint, suppeditantur, prout cuique expedire superior censuerit. Unde fit ut nec a parentibus aut consanguineis debeant, nec amicitias inire cum externis necesse sit, aut familiaritates alienas contrahere, quo sibi de necessariis prospiciant. Hæc igitur quam dixi experientia beatam Matrem non parum ad hoc faciendum impulit. Franciscus ergo Salcedius, cognito monasterio annuos licere proventus possidere, a morte sua ex testamenti tabulis centum ac triginta frumenti sextarios, nec non triginta aureos de prato quodam quotannis deducendos, uti et lignosas quasdam montis partes, ipsi ultro obtulit. Hos deinde census ipsemet Dominus adauxit, piorum corda emovens, et operi huic adeo suo mirabile post incrementum C addidit.

ANNOTATA.

a Num voluerit S. Teresia filias suas solis Instituti sui fratribus subesse, examinatur § xc. Comm. præv.

b Item examinatur § lxxxviii et § lxxxix quid senserit S. Mater de delectu et copia facta filiabus suis eligendi moderatores animæ suæ.

c Epistola hic citata refertur tomo II, ep. 48.

d Vide num. 1699. Comm. prævii cespitare hic Riberam. Pius IV approbavit anno 1565 Constitutiones modo factas; sed facultas eas condendi jam data erat anno 1562.

e Hæc fusius tractata habes in Commentario prævio, §§ xlvii et lxxxvii passim.

f Cavendum hic est a menda qua in prima Ribera editione ponitur 1584, loco 1588; quæ menda ab ipso auctore corrigitur ad calcem sui voluminis.

CAPUT II.

Turbæ ob fundatum a Teresia monasterium Abulæ

coortæ, sed feliciter demum D sedatæ.

J am ad cœptam monasterii novi foundationem redeamus. Teresia itaque gaudio exultavit, viso vota sua et (quod pluris longe ducebat) Salvatoris nostri promissa executioni esse mandata, et novum accessisse oppido templum in quod Venerabile Altaris Sacramentum illatum esset, atque hoc templum suo protectori Josepho esse dedicatum, a quo nulum aliud Abulæ nomen traheret; demum quod videret quatuor illis puellis orphanis quæ se tam serio in Salvatoris nostri brachia fidentes conjece- rant, abunde prospectum jam esse. Maximum vero in animo gaudium sentiebat divinam erga se misericordiam considerans, quod sua esset opera ad negotium adeo arduum auspicandum uti dignatus. Hinc sui velut impos erat, alta gaudens oratione. Interim autem dum præ lætitiâ gestit, veteranus ille generis humani hostis, invidia ac dolore tumens, occasionem explorabat, ut, facta sibi a Deo potestate, quam poterat vindictam de illa sumeret a qua tantam sibi irrogari injuriam cernebat. Equidem il- lum censeam (si modo ea a Deo facta sit potestas) ad divinum tribunal ultro citroque commisse sæpius (sicut fecisse constat, cum sanctum Job exagitavit), ut sibi in Teresiam sæviendi copia fieret. Igitur ea crux quam illam manere Dominus prædixerat, paulatim accedebat: nam omnibus quæ nuper commemoravimus, jam ex voto absolutis, post tres quatuorve horas plenam salutem Deus facultatem dedit illius, quoad posset, suis exagitandæ artibus.

20 Tanto is ergo cogitationum ingruentium atque inanum terriculorum turbine mentem occupat, tantamque ei afflat tristitiam, ut, quæ ante adeo hilaris fuerat, jam prorsus alia videretur, seque ipsa adversus impetum oppugnantis tueri non valeret. Igitur metuere cœpit ne forte hac monasterii erectione in debitam prælato suo obedientiam peccarit, ne recentes moniales tantam austeritatem non ferrent, denique ne alimentorum delicerent subsidia. Deinde cogitare animo institit quis ipsam ad hoc opus aggrediendum perpulisset, cum sanctum adeo haberet in quo agebat monasterium: num ad in tam concluso restrictoque vivendum loco sibi vires sufficerent, tam gravibus, quibus indies opprimebatur, morbis afflictæ; quamam ipsa ratione tantam subire vitæ austeritatem posset. Recurrebat identidem bonam se reliquisse domum, in qua et cubiculum haberet et socias ad mentem suam factas; et quas in novo hoc habitura esset, non ita fortassis ad placitum futuras; adhæc forte diabolicum hoc ad animæ qua fruebatur pacem et quietem interturbandam commentum esse, qua si careret, nullam commode ipsa posthac peragere orationem posset: quarum duarum rerum si jacturam faceret, salutis contingere posse ut forsitan faceret. Hostis ergo cum spissas unico momento animæ tenebras offunderet, tanta spiritus caligine opplebat ut ad pauxillum luminis admittendum ne minima quidem patere rima videretur. Ita namque omnia, cum quæ sibi a Domino quoad monasterii constructionem dicta erant, quæ item ab eodem promissa, tum quæ in horum confirmationem a variis Dei servis acceperat consilia, et quæ illi Deus hætenus exhibuerat mirabilia, denique pacem mentis, tranquillitatem ac gaudium quod ante paulo persenserat, et quidquid demum illi opitulari hic poterat, tum oblivioni tradiderat, quasi nihil horum omnium vel audisset vel percepisset.

CAP. IV
Gaudium Teresia de monasterii fundatione

succellit in-
gens mentis
obscuritas

A 21. Hoc temporis momento vix ullum ipsa toto vitæ tempore passa est aut tristius aut acerbius, quia hac in desolatione ejus anima conjecturare videbatur quanta se adhuc ærumnarum tempestas maneret. Cæterum per densam hanc offusamque caliginem pauxillum illi lucis radiolumque subte-
 quæ ipsa orando dispo-
 lit.

B 22. Mox igitur ut in vulgus emanavit monaste-
 rium hoc perfectum esse, cives pariter omnes in Dei laudes prorupere; sed breve id gaudium fuit : nam rem omnem non multo post cæcodæmon invertit, et primariis civium persuasit, nisi in-
 choati rebus monasterii obstaculum objicerent, toti inde civitati extremam perniciem obventuram. Hinc passim indignari ac stomachari populus, et sinistris actus rumoribus quaquaversus tumultuari. Teresia vero secunda cum ageret, utpote concitationis per oppidum motæ penitus inscia, et pauxillum a pran-
 dio capere quietis constitisset, quod superiorem noctem insonnem traxisset multisque ante diebus ac noctibus nullam sibi a laboribus quietem in-
 dulsisset, minime illi licuit somnum pacifice car-
 pere. Ut enim in Incarnationis cænobio ac reliqua
 civitate cognitum est quod matutino peractum erat tempore, non exiguus utrobique oriri tumultus coëptus est : hinc illam antistita quamprimum ad se evocavit. Ut superioris suæ jussa vidit Teresia, illico deserens omnia, ad pristinum cænobium, vale quatuor suis novitiis maximo mœrore pro-
 stratis dicto, rediit. Redemptoris ergo Jesu et glo-
 riosi illius nutritii Josephi supplex opem deposcens, sibi ut adessent et ad dilectum gregem brevi sospi-
 tem se reducerent, Ursulam a Sanctis tantisper cæteris præfecit. Jam se credebat in carcerem com-
 pingendam et miris modis divexandam : hinc cum magno adversa pro Deo patiendi desiderio abibat, simul et gaudens quod tam commoda ferendi tristia se modo obtulisset occasio. Ut præposita in con-
 spectum venit, facti sui rationem apud illam red-
 didit, et placidis eam verbis nonnihil serenavit. In eam autem ambæ venere sententiam ut Angelum de Salazar provincie præpositum evocandum, et rem omnem ad ipsius arbitrium referendam pariter censerent.

C 23. Provincialis ut adfuit, Teresiam coram se sistere jussit ut facti sui rationem redderet. Re-
 ferre post ipsa non raro solebat, se, cum hoc

tribunal adeundum sibi foret, tanto lætitiæ sensu delibutam fuisse, quod aliquid Christi causa sibi adversi ferendum esse cerneret, ut vix a risu tem-
 peraret, et qua ratione gaudium ac risum hunc coram provinciali dissimularet, penitus nesciret. Multa quidem et gravia in illam piacula coram provinciali moniales depromebant; quam propterea ipse acerbius perstrinxit : subdebant ipsæ faces in-
 crepanti, instigando et delictum aggravando : ipsa contra supplex veniam petens, dignis ut in se pœnis animadverterent, suggerebat, nec quidquam in sui defensionem afferebat; quod firmiter secum ipsa statuisset nulla sese ratione purgando defen-
 dere. Quo viso, provincialis edixit ut suam causam coram monialibus omnibus tueretur. Fecit id ipsa magna animi tranquillitate ac pace (nam hætenus nec minimum turbata fuerat), ut quod deinde ob-
 jicerent, neu provinciali neu monialibus occurreret. Inde omnem illi clarius rem aperuit, productisque rationibus adeo satisfacit, ut, civitate pacata, ple-
 nam se illi daturum mox ad cœptum monasterium redeundi spoponderit veniam. Jam quidem Incar-
 nationis monachæ et Carmelitanus Ordo quiesce-
 bant; cæterum non minus concitata omnis erat multitudo quam si ingens illi derepente accidisset calamitas, cui illico toto esset conatu occurrendum.

24. Ac præterquam quod varia hinc inde spar-
 gerentur, et libere de hoc quisque negotio passim loqueretur, ecce triduo post civitatis præfectus et rectores ac nonnulli de capitulo, et postridie pri-
 maria Ordinum religiosorum capita, magistratus, eruditi ac reliqua populi multitudo unum in locum de rei summa deliberaturi convenerunt, quasi jam-
 jam extrema oppido immineret perniciēs. Quo in conventu magna contentione et ardore hoc super negotio, necnon summa malorum quæ hoc e mo-
 nasterio in civitatem redundatura videbantur, exaggeratione disceptatum est. In eam tandem pa-
 riter omnes ivere sententiam, quod magnum e domicili hujus fundatione damnum civitati esset accessurum, ipsum impediendum, et sublato inde Eucharistiæ Sacramento, evertendum videri. Nemo non rem hanc cordi habebat, itaque in eam serio incumbatur, ut, nisi Dominicus Banez ex Ordine S. Dominici, S. Theologiæ magister et ejusdem modo in academia Salmanticensi professor prima-
 rius, universis viriliter esset obluctatus, quæ in se-
 natu decreta erant, illico opere essent executi. Qui
 quamquam auctor et suasor exstiterat ne sine
 annuo possessionum censu id monasterium con-
 deretur, reipublicæ primoribus modo palam dicere non est veritus non esse in tanti momenti negotio tam præcipiti utendum consilio, sed maturius ipsum ponderandum videri : numquam ad hoc exequendum temporis occasionem defuturam : adhuc episcopi partes esse de eodem disceptare; aliaque in hanc rem complura ea prudentiæ signi-
 ficatione in medium attulit, ut quod in conventibus adeo præcipienter decretum erat, quominus opere cives exequerentur, sua solus ipse auctoritate im-
 pedierit a.

25. Ingens interim toto passim oppido motionis exoritur procella, et nullo non loco hac de re sermo pro vario cujusque judicio miscetur, quo æque Teresiæ atque omnium huc cooperantium nomina in computis traducebantur. Ad Incarna-
 tionis et provinciales varii ultro citroque com-
 meabant, sparsos in populum rumores et quidquid inaudiebant nuntiantes. Satanas quoque suis hic partibus minime defuit, sed acres undequaque faces miscebat, ne quo modo res componeretur, quin potius quam jam concitaret in populo, procella

AUCTORE
 BIBERA
 D

E

P. Dominicus
 Banez Tere-
 siam coram
 magistratu
 defendit.

F

Deus illum
 consolatur et
 animat.

delude in In-
 carnationis
 cænobium re-
 vocata.

superiores ac
 inferiores, vult
 placent.

AUCTORE
RIBERA.

A validius ingrueret. Ipsa interim Mater minime ad instar Jonæ in carina navis dormitabat segnescens, sed ex intimis cordis penetralibus ad Dominum clamabat, tantaque animi etiam tranquillitate perfruebatur, etsi quæcumque dicerentur pernosset, perinde ac si nihil penitus diceretur. Indicio sit quod postridie quam illa civium conventicula indicta essent, ad Guimaram de Ulloa, Tauri tum agentem, rem omnem quæ per urbem agitabatur, perscripsit, ac tum, cum de opere demoliendo consentiens omnium Abulensium erat sermo, illi in mandatis dedit ut sibi Sacris dicendis librum destinatum, et campanulam, qua opus imprimis habebat, mitteret. Recurrebat nihilominus identidem tentator, ipsamque miris torquebat modis; simul etiam occasionem ingerebat metuendi ne coeptum tandem opus everteretur. Quadam igitur vice hancce ob rem contristatæ Redemptor Jesus, qui semper ad consolandum illi erat proximus, apparens ait: « An omnipotentem me esse ignoras? » Quid igitur metuis? Ut certissimum habeto numquam hoc monasterium dissolvendum: quæ tibi sum pollicitus, reipsa præstabo. » Interim cives ac magistratus, quibus hæc res adeo cordi erat, omni in eam contentione ferebantur. Præfectus quoque loci, viso neminem omnino sese opponere, et jam rem confectam esse ratus, ad monasterium S. Josephi abijt, ac quatuor illis religiosis edixit ut illico foras prodeant; sin minus, ostia se violenter perrupturum. Illæ insigni mentis constantia respondent non dubitare se quin qui ipsas hoc loco collocarat, cum necesse fuerit, etiam ediceret ut egrederentur: nihil illi secum esse negotii, nec ad forum ejus se spectare, cum suum ipsæ præselem haberent.

Juridica institutio

26 His auditis, præfectus moderatius se gessit, ac nemo assecularum ejus intemperantius quid ausus fuit moliri: sed omnes re infecta abiere. Visum illis ergo longe fore satius violentia abstinere et rem jure proseguere. Hinc statim in utramque partem varia interrogata et responsa deprompta sunt. Quia vero præfectus et magistratus actionem movebant, hinc nullus omnino in civitate vel causidicorum vel scribarum repertus est qui monasterio patrocinari vellet. Quocirca P. Julianus de Ayala, Mariæ a S. Josepho frater b; præfecto supplicem offerre libellum aliæque judiciorum propria actitare coactus fuit. Quod enim clericus esset ac Dei honoris studiosus ac neminem metueret, ultro citroque cum litteris responsisque ad Incarnationis commeabat; et ejus opera industriaque suam Teresia causam propugnabat. Hinc cum interdum causidici, interdum tabellionis sustinere personam oportebat. Monasterii vero nomine ad regium fuit consilium appellatum; a quo in favorem monialium missus est Abulam commissarius, qui in negotium sedulo accurateque inquireret. Non defuit suo hic utraque pars officio; nam cum in rem monasterii, tum etiam adversus eam multa utrimque scripta sunt et examinata. Jam coepta plena et formata lis erat: jam suo nomine in curiam actores respublica destinarat; quales et suo monasterium mittere oportebat, nisi causa cadere vellet. Sed nemo voluit ejus nomine proficisci, et quod actoribus persolveretur, deerat argentum: quare quo se verteret, Teresia nesciebat. Accedebat ad hoc, quod, abente provinciali, illi quoad hoc negotium antistita silentium indixisset. Undique ergo angustiis oppressa (quod superioris sui reluctari præcepto nollet), ad solitum suum rebus in afflictis asylum, Deum videlicet, confugit, et ait: « Domine, non mea hæc domus est, sed tui unius

» in gratiam condita: quamobrem, cum ejus nemo D
» tutelam suscipiat, tuum est illius defensorem
» agere. » Quo dicto, tanta mentem illius opplevit lætitia, tanta consolatio, quasi a se omnes mortales stetissent, exitus rei plane secura.

27 Vix dies aliquot intercesserant, cum ad oculum patuit quanti essent ponderis stabilis in Deum fiducia ac spes: statim namque pii aliquot viri rem cordi habere ac promovere cœperunt; quos inter fuit magister Daza, Franciscus Salcedius, Gonzalvus de Aranda, sacerdos magni ob virtutem suam nominis apud Abulenses et alios. Non minori hi in eam rem contentione incubuerunt quam si suam actitassent, imo majori, quod Dei esset causa. Arandius Madritum ad curiam Teresiæ nomine est profectus. Jam frequentissimus denuo Abulæ conventus celebrabatur, cui etiam Daza ab episcopo delegatus interfuit. Omnibus monasterium evertendum censentibus intrepide Daza se solus opposuit, et id ne fieret, insigni sua prudentia tum impedivit: sed mox rursus omnes quo poterant conatu in illius demolitionem intenderunt. Semestre circiter hæc duravit tempestas; qua durante, illam haud dubie beata Mater portavit crucem quam illi impendere Dominus prædixerat. Nec ab illa immunes fuere servi Dei qui ejus defensores sese præbebant. Quare beata Mater dicere merito potuit (quod subridendo de hac re multo cum lepore postea mihi dixit) voluisse se ut dic Apostolo Bartholomæo sacro hocce monasterium fundaretur, ut se ille protegeret et a maligno spiritu tueretur: omnes namque, tartaro laxato, ad sese exagitandam cacodæmonas emissos videri.

CAP. V.
per sex fere
menses

28 Quam autem interim quatuor illæ tirunculae vitæ rationem inirent, hæc fuit: Antistiti Abulensi Teresia monasterium hoc, uti et piis illis viris qui negotium illius agebant, commendarat. Suis hi minime partibus defuere, dum ancillis Christi de sacrificante ac Sacramenta ministrante prospiciunt, nec raro ipsas illimet intervisunt, atque ut in inchoatæ vitæ ratione pergerent, verbis ardentissimis animos addunt. Daza præsertim, cui ad id suas singillatim episcopus vices delegarat, utque sedulo rem hanc curaret, injunxerat, in spiritualibus ad ipsas exhortationibus habendis orationisque ac vitæ totius ratione a singulis exigenda erat assiduus et navus. Errata palam ipsæ invicem enuntiabant, in quo etiam alteri altera magna amoris significatione auxilio erat. Huic quoque poenitentias ac mortificationes corporis indicenti omnes quam exactissime morem gerebant. In choro Officium B. V. Mariæ dumtaxat decurrebant, quod majores Breviarii Horas ex Ordinis præscripto recitandi rationem a quo edicerent, non haberent; nec ante eas usurpare cœperunt quam ad ipsas se Teresia postea referret.

de S. Josephi
monasterio

29 Interea horrenda illa tempestas assiduus B. Teresiæ ejusque filiarum orationibus ac piis exercitiis dispulsa paulatim desavire quidem coepit: sed, ecce, aliunde inopinus quidam turbo insurrexit, qui aliquam malaciam spondere videbatur, sed quæ nondum penitus detumuerant undæ, rursus illo flante attolli præter opinionem cœpere. Nam vir quidam pius bono impulsus zelo suasit ut eruditorum arbitrio res omnis committeretur, ut quod illi arbitrati essent arbitrium, eo partes starent. Hæc optima quidem dissidii componendi ratio videbatur, et nonnullis etiam Teresiæ defensoribus probabatur; sed eam ipsa penitus improbat, quod universam prope civitatem sibi adversari non ignoraret: quare maximis eam coniti viribus oportuit ut hæcce arbitratio rescinderetur. Eodem porro

controversia
qua dircepta.

A porro tempore Abulam, Deo dirigente, venit Petrus Ibanez, quem ob præsentem dumtaxat necessitatem tum potissimum eo adduxisse divina providentia videbatur: nam nulla cum Abulam negotia vocarant. Hic tandem ibidem est commoratus quamdiu ad multorum componendos animos opus esse videbatur; et, quod auctoritate cum ob litterarum eruditionem tum ob sanctimoniam vitæ apud plerosque civium valeret, multos in suam sententiam pertraxit. Abula vero cum recessisset, quæ potuit ratione (ac præsertim episcopi Mendozii, quem quatuor illæ tiruncule totis ad hujus causæ promotionem viribus incitabant, opera) apud provincialem Carmelitarum egit ut Teresiæ a Jesu copiam ad novum S. Josephi monasterium transcendendi suasque edocendi regendique filias in Christo genitas faceret. Is quidem tum rerum erat status ut hæc tam cito impetrari facultas penitus non posse videretur: tandem tamen votorum ipsa composita facta est.

*Sancta, cum
Teretia provin-
cialis, eo redit.*
c

30 Ergo anno MDLXIII sub mediam Quadragesimam c, lætitia exultans et facultate ac benedictione a superioribus accepta, ad novas filias suas, quæ illius adventum continenter a Deo efflagitarent, transiit; a quibus tanta gestientis animi significatione fuit excepta quantis fuerat lacrymis ac suspiriis expetita. Facta illi insuper potestate aliquas ex Incarnationis cœnobio moniales secum ducendi, ducem secutæ sunt Anna a S. Joanne, Anna ab Angelis, Maria Isabella et Isabella a S. Paulo Teresiæ consobrina, quæ quidem ad annos aliquot in Incarnationis commorata sacrum jam habitum ibidem assumpserat, sed solemnia nuncupare distulerat vota, quo eadem in S. Josephi, Teresiam secuta, conciperet. Ex hisce unam in cæterarum delegit præpositam, Annam a S. Joanne (quod id ipsa onus a sese excuteret); illius vero vicariam Annam ab Angelis constituit. Verum antistes æquum esse ratus illam aliis præesse quæ omnium reapse mater erat ac magistra, munus id Teresiæ concedidit, tametsi longe illi foret subesse acceptius quam præesse. Quocirca, ne superiorum adversari jussis videretur, regendi eam partes accipere oportuit. Peramanter quidem a suis monialibus Teresia excepta fuit, multo tamen adhuc magis amice eam habuit cœlestis Sponsus, a quo se, cum extra sensus raperetur, ea ipsa die insigni cum gratulatione excipi et pretiosissimo diademate redimiri conspexit; qui illi immensas etiam visus est gratias agere, quod suæ esset Matri hoc in opere tantos per labores gratificata. Alia etiam die, cum, Completorii Officio persoluto, Dei famulæ omnes in choro precibus insisterent, Deiparam vidit miro splendore nitentem candidoque amictam pallio, quo cunctas ex ordine moniales visa est complecti ac protegere. Eodem quoque tempore, Deo revelante, cognovit ad quam celsum gloriæ gradum monasterii illius sanctimoniales essent evhendæ.

*Cloak Abulen-
ses facient
novæ domui;*

31 Erga ipsum porro monasterium mox universa mire afflicti civitas cepit, et illius paulatim sectatrices numero augeri: Deo namque corda tangente, ita repente omnium mutata voluntas, ut quos ante acerrimos expertæ erant adversarios, jam benevolentissimos experirentur fautores ac munificentissimos adjutores, et hi jam laudarent et depredicarent quod ante vellicassent. Paulatim quoque a litigando disceptandoque cessatum est, cum jam nemo non evidens esse diceret opus hoc a Deo proficisci, ut quod, nequiequam freudentibus et oblectantibus adversariis, quotidianis semper incrementis medias per adversitatum procellas auxisset. Nec vero post ardens hic affectus refrixit, cum longo secus se rem

habere optimus quisque perspiceret quam sibi principio persuaserat: viso præsertim quæ quantaque ab hoc monasterio bona profluxerint, quantumque illud divini nominis gloriam atque honorem promoverit. Et sane ea illius hactenus fuerunt incrementa, ut novena ferme abhinc sexennio aureorum in chori, sacellorum lateralium ac domus fabricam, nullo tamen inde a domesticis ære alieno contracto, insumpta sint millia. Unde manifeste patet divinarum id manuum opus esse, et reipsa jam Deum ostendere quod ante Teresiæ perobscurè dixerat: « Ingredere prout potes: videbis » enim quænam ipse facturus sim. »

32 Omni eo tempore quo in S. Josephi beata Mater est commorata, quinquennio scilicet (ut suo infra significabo loco), cum Dominico Bañezio, S. Theologiæ magistro, perfrequenter egit; dum nimirum non eruditionem modo ac doctrinam (quo ille ob doctissimos in lucem editos libros nomine hactenus claruit et posthac clarebit), sed et insignem discretionem ac prudentiam nec non eximium pietatis ac religionis spiritum cœlitus illi cerneret communicata. Ex illius ipsa directione tota pendebat, suæque cum illo cum exteriora domus tum interiora mentis negotia integre communicabat; unde non vulgarem et sibi et suis frugem ipsa cepit. Turbis ergo compositis, extemplo varias ad hoc cœnobium cogere virgines Redemptor instituit, quæ in opere hoc Dominico auxiliares manus attulere: inter quas facile fuit princeps Maria Ocampia, Teresiæ consanguinea, quæ miram suo huc ingressu (incidit is in diem quo S. Joannes ante portam Latinam oleo injectus colitur, sesquianno circiter a condito monasterio) notis omnibus et pietatem et stuporem movit. Quam illa huc contulit dotem, ea et debitum quoddam annuum quod jam monasterium contraxerat, dissolutum est, et solitarias quasdam Teresia construi jussit cellulas, in quibus collecta in se mente orationi moniales vacarent quietius. His eas appingi jussit imagines quæ in intuentibus pios animorum excitarent motus; nec aliud ab illius patre argentum quam hunc in usum postulavit. Proxime sequente Septembri alia Teresiæ cognata loco huic nomen dedit, Maria de Avila, Alphonsi Alvarez de Avila (qui, quod generis claritatem virtutum ornamentis magis nobilitaret, Sancti cognomentum invenit) filia.

33 Venit illa quasi de mundo proculcato triumphum agens, egregie ornata, bysso auroque operta et quibuslibet elegantissimis condecorata, universa procerum stipante caterva; quod primarios civitatis sanguinis necessitudine attingeret. Hos illa omnes stupore complevit, quod unica paternarum esset opum hæres, et haud ita multo ante tam de se sublimia præsumpsisset ut quæcumque illi offerrentur matrimonia ut se indigna rejiceret. Hanc non ita pridem manu potenti Dominus tetigerat: hinc, cum multos in mentis afflictione et lacrymis anxia hæssisset dies, cum vocante Deo luctata, et hinc ille ipsam ad Religionis quietem sevocaret, et ipsa illinc obniteretur trahenti, tandem victas manus dedit et monasticen profiteri decrevit. Ac tum quidem tantam ipsa in animo experta quietem et tranquillitatem est, perinde ac si tota vita hoc votum desideriumque habuisset. Principio gravissimas quidem variorum obtrectiones passa est; sed eam mentis prætulit virgo generositatem ut ipsæ etiam adversantium calumniæ voluptatem illi facerent. Non longo post admissionem temporis intervallo publice in templum producta est, omnibus mundum redolentibus vestibis depositis, ac vili spissoque panno, qua

AUCTORE
RIBERA.
D

*In eamque duæ
S. Matris con-
sanguineæ*

E

F
*aliæque insi-
gnes virgines
admittuntur.*

AUCTORE
RIBERA

A quæ ante bysso auroque radiant fulgere solebat, induta, et S. Hieronymi cognomine patrii ac gentilitii loco donata. Quo illa schemate nonnullos ad pietatem, alios ad commiserationem sui excitavit, eam jam pauperem conspicatos et humilem quam paulo ante comptam ornatamque conspexerant. Hæc uti Deo sese ex animo devovit, ita et quicquid possidebat, illi quam libentissime detulit: cujus pecunia sacello cuidam annuus attributus est redditus et templi sunt limites dilatati. Multis illa deinde annis monasterio huic præfuit et etiamnum præest. Per idem quoque tempus eidem cœnobio annumerata est Mater Isabella a S. Dominico, de qua suus erit postea loquendi locus, ut quæ ad Ordinis incrementum dein mirifice profuit; nec non aliæ complures, quarum accessione domus hæc paulatim cœpit impleri.

ANNOTATA.

a Idem de P. Bañezio narrante audivimus S. Teresiam num. 351 Commentarii prævii. Notat autem scriptor Chronici (lib. I, cap. XLV, n. 4), in autographa S. Matris Vita, quæ in bibliotheca Escorialensi asservatur (Cfr. num. 1491, 1492 et 1493 Comment. prævii), ad marginem hujus narrationis adscriptum fuisse ab ipso Bañezio: Accidit hoc anno 1562, et ego hanc sententiam protuli. Fr. Dominicus Bañez.

b Julianus de Avila (frater Mariæ a S. Josepho de qua Ribera loquitur num. 129, non illius de qua num. 119), honestis parentibus Abulæ natus, mercaturam adolescens fecerat; dein, inchoatis anno ætatis circiter vigesimo studiis, piissime se præpararat ad sacerdotium: ad quod cum fuisset ab Alvaro Mendozio episcopo promotus, sedulam gravamque operam S. Teresiæ præstare cepit, tum in gerenda lite de qua hic sermo est, tum in spirituali directione monasterii S. Josephi Abulensis, tum denique in itineribus pro Sancta vel cum ipsa susceptis ad novas procurandas perficiendasque fundationes. Quin et postea Julianum jam senem Garcias de Loaysa, archiepiscopus Toletanus, fama zeli ac virtutum ejus permotus, ad reformanda diocæses sue cœnobio felici cum successu adhibuit. Obiit Abulæ vir S. Matri Teresiæ carissimus XXV Februarii 1605; sepultusque fuit in sacello quod amicus ejus Gaspar Daza in ecclesia S. Josephi construendum curaverat. Hæc a me breviter dicta auctor Chronici (lib. II, cap. V, n. 2 et 3), P. Fredericus (lib. I, cap. XXXIV) et Boucher (lib. IV, not. III) aliquanto prolizius referunt.

c Putat auctor Chronici id contigisse mense Decembri 1562; de quo vide num. 365 Commentarii prævii.

CAPUT III.

Adventus Generalis Carmelitarum in Hispaniam; facultas fundandi plura monasteria ab eo Teresiæ concessa. Iter Sanctæ Methymnam Campestrem.

CAP. VI.
Primarium S.
Matris filia-
rum tertium.

Q uam scripta sunt a me hactenus, ejus commentarium quodammodo dicas libri quo Teresia suam vitam ex parte complexa est; quibus equidem plurima, ab ipsa ibi studio et data opera suppressa, adjei. Idipsum jam deinceps in libro quo suorum

D ipsa domiciliorum fundationes comprehendit, sum facturus. Jam Teresia in tenui suo, si sæculi rationibus rem libes, pauperculoque, sed magno coram Deo ac donis cœlestibus opulento monasterio, incredibili pace et animi tranquillitate perfruens, agebat. Nam tempestatibus compositis, illi, ut paulisper requiesceret, clemens Deus indulserat; quin ipsas Jerusalem filias animæ ejus dilectus adjurarat, ne eam ante excitarent aut evigilare facerent quam ipsa vellet. Jam quoque sibi maximæ in voluptatis agere paradiso videbatur, et sanctas illas animas inter quas versabatur, ut Angelos quosdam suspiciebat. Nec vero id mirum erat ipsam sentire, cum ipsemet Dominus illi in oratione versanti hanc sibi esse domum paradisi quemdam voluptatis dicere non dubitavit. Jam tredecim universum erant (quem ipsa numerum volebat) et quidem sanctimonialia in choro cantantes; nondum enim ea tempestate administrarum adlegendarum usus increbuerat. Et licet inopia premerentur, stipem non corrogabant, sed non petentibus de omnibus necessariis Dominus ultro prospiciebat. Quæ si interdum tamen deesse contingebat, tum demum beatissimas sese atque optime secum agi putabant. Tam parum enim omnes de temporalibus rebus laborabant, ut ne ipsa umquam Mater, etsi præposita et cui ex officio hæc curare incumberebat, de his sollicita esset. Sed orationis omnes studio tenebantur, cui quo quietius vacarent, solitudinem sectabantur. Compellationes, tametsi a consanguineis intimisque factæ, graves ipsis accidebant et molestæ.

35 Vigeat mira in singulis parentia mundique despectus, simul et sanctæ paupertatis studium et amor. In illud vero tota cogitatione ferebantur, ut, quænam Deo magis ac perfectius placendi esset ratio, invenirent: nova etiam quotidie Teresiæ anima charismata a Sponso accipiebat proficiebatque in melius: unde fiebat ut et illius sodales, obviis ac frequentibus illius exemplis ac sermonibus animatæ, divino amore vehementius inardescerent, et excelsa pro Deo opera aggredi desiderarent, quod suis ipsa dux ac magistra in omnibus semper antecederet, instar aquilæ provocantis (ut Scriptura loquitur Deut. XXXII, 11) ad volandum pullos suos et super eos volitantis, ut volantem sequantur matrem. Verarum solidarumque ipsas virtutum exercitio assidue exercebat ac probabat; e quibus quantus animabus fructus accederet, nemo non videbat. Illarum hic aliqua specimina producam. Contigit in mensa ante Matrem cucumerem parvulum atque introrsum putredine scatentem apponi. Hunc ipsa, evocata ad se ex omnibus illa quæ reliquis ingenii dexteritate excellere videbatur majoribusque dotibus donata erat, Matre Maria a S. Joanne Baptista, cujus facere periculum obedientiæ volebat, in exiguo illo quem domi habebant horto terræ inseri jubet. Maria nihil cunctata, jussuque ulterius non examinans, petit erectumne an vero in latus jacentem telluri cucumerem committeret. Teresia jacentem seri jubente, illico ipsa hortum adit, mandata factura, nequaquam secum ipsa disceptans antea siccandum illius necne foret semen, sed cæca obedientia in mandatum ruens. Ab ea autem se ait dubitatione adeo tum remotam fuisse ut etiamnum hodie eadem animi sit simplicitate, atque ita fieri debere sibi persuadeat.

36 Alteri cuiusdam sex septemve uno simul tempore peragenda imperabat, et talia quidem imperia quorum unius executio alterius impediabat: hæc tamen ipsa, ne verbo quidem secus sentiens, grantanter admittebat, se omnibus rata, cum a superiore eadem injungerentur, laud difficulter posse simul

mira simplicitas.

F

obediencia singularis

A simul satisfacere. Si vero singillatim omnes primarum illarum, imo etiam earum quæ hodie ibidem degunt, monialium virtutes dicendo persequi vellem, novum de illis solis concinnare volumen opus foret. Unum tamen penitus admirabile nefas fuerit silendo prætermittere, quod Teresie per id tempus contigit, in quo et suam alicujus ex filiabus fides etiam laudis partem habeat necesse est. Coemerant moniales non ita pridem aream quamdam domui suæ vicinam. Habebat hæc puteum altissimum, sed hic aquam adeo insipidam ac putrescentem ut ne ipsis quidem aquandis sufficeret animalibus. Hanc per subterraneos tuberum meatus in quamdam monasterii areolam derivare Mater volebat, eam rata, si profluens fieret, potabilem reddi posse: sed quoniam maxima putei erat altitudo, fieri non posse videbatur ut in aream derivaretur. Advocat ergo rei aquariæ peritos; quibus insanire et argentum profundere casso labore velle visa, quod illi tum quidem valde erat exiguum. Suas deinde in consilium adhibet: quarum una, Maria scilicet illa a S. Joanne Baptista, tentandam fossionem suasit. Hoc illa consilium hac, quam viva efficaxque in Deum fiducia suggessit, ratione constabiliavit: « Vi-

B « rum, inquit, Dominus nobis dabit qui aquam » aliunde afferendo nobis procuret, simul etiam » cibum quo eum alamus: igitur viliori pretio » domi eam nostræ daret; unde mihi persuadeo » hanc ipsum nobis non denegaturum. »

et rixu fides,
quam prodigi-
um

37 Ratio hæc, quæ sapientibus et prudentibus hujus sæculi risum fortasse moveat, ita Matri satisfacit, utpote fiducia plenæ et altioribus quam soleat mundus res omnes rationibus libranti, ut eam extemplo et approbarit et executioni mandari præceperit, renitente licet peritissimo aquilege, qui tum forte aderat, et frustra rem hanc suscipi asserente; tum quod aqua plane desiperet, tum quod post sumptum omnem ac sudorem nonnisi tenuissima in monasterium venula per meatus illos tubales fluxura videretur. Aquæductum igitur effodi Teresia præcipit; nec fefellit eventus: nam per meatum hunc tam sapida decurrit unda, ut qui gustarent, fontanæ nihil eam assererent concedere, et gustatam in potum adhiberent. Ipse etiam, qui puteum ante viderat, antistes Mendozius, aquæductum hic parari potuisse summopere miratus, multos eandem gustaturos secum huc adduxit. Hæc inde aqua fons Mariæ a S. Joanne Baptista dici C captus est, et octennio eoque amplius potum monialibus dedit, quamdiu scilicet is necessarius videbatur: qui deinde etiam non sine prodigio fluere desiit. Cum enim limpidissimum in horti irrigationem puteum a civitate obtinuissent (quod prior ductus nonnisi in postica domus area prorumperet), fontis illius prodigium cessavit. Quamvis enim hactenus numquam plane defecerit, ab illo tamen tempore nonnisi subtilissima fluit venula; quod peritorum ante fuerat judicium, plus deduci per venam posse negantium.

comprehendere
videtur Deus.

38 Eisdem diebus aliud accidit quod plerisque etiam prodigii simile visum est. Ingentes domus erant angustæ, ejusque dilatandæ nulla ratio suppetebat, nisi forte vicinis coemptis ædibus: at illas dominus nullo dicebat ire se vivo redimibiles, nec inde se nisi mortuum emigraturum. Adeo scilicet caram domum suam habebat, quod amoenus eam hortus recrearet, quem occultus quidam aquæductus irrigabat, ab ipso e ponte fossarum civitatis, nemine prorsus a tot annis conscio, derivatus. At postquam de domo divendenda cum ipso agi cœptum est, res tandem patuit. Quare vena aquæ a republica intercessa, omne illius erga hortum stu-

dium et amor refrixit: neque enim aliter quam hoc aquæ meatu irriguum eum facere poterat. Inde et domus illum capere cœpit nausea, ut monasterio eam venundare jam grave non duceret. Hujus accessione illius ampliata ac producta sunt pomeria.

39 Nullum unquam hoc Teresia tempus quietius, nullos experta dies est tranquilliores: ut quæ jam reipsa et usu experiebatur quam a diabolo afflati et menti objecti pavores, quibus in perangusta illa domo optata perfrui quiete se non posse videbatur, utpote quibus in alio monasterio assueverat sodalibus jam carens, inanes et mendaces essent. Et jam demum pervidebat quantam quietis suæ fecisset jacturam, si aures invido præbuisset tentatori, et quam se præsentem exponant periculo qui hisce timoribus consternati animum despondent. Sed animi magnitudo et quod in corde ejus æstuebat divini amoris incendium nullam ipsi quietæ quietem indulgebant. Ingens namque animarum quoquo modo juvandarum desiderium continenter ad alia atque alia piam illius mentem exstimulabat. Plura quidem quæ hanc in causam ageret, non habebat; non tamen propterea majora semper animo agitare cessabat. Cum enim tam eximias in filiabus suis virtutes et generositatem non vulgarem E perspiceret, sibi non poterat non persuadere quin ob majus aliquod bonum tantis cœlitus illæ charismatibus donarentur. Se quoque dicebat persimilem esse viro ingentem possidenti thesaurum, et in omnes eundem dispertiri optanti, sed cui arcte colligatæ sint manus, ne cui ipsum communicet. Quocirca cum aliud non posset, ad hoc saltem pia ipsam rapuere desideria, ut continentes pro incremento Ecclesiæ funderet preces et ad hoc ipsum suas sectatrices exstimularet, et qua poterat ope in ipsis excitare zelum animarum satageret.

40 Inter hæc quadriennium, uti jam indicavi, elapsum est; cum quinto labente anno, Alphonsus Maldonatus, Excalceatus Ordinis Minorum, qui paucis abhinc diebus ex India in Hispaniam redierat, Teresiam convenit, et quot in remotis illis regionibus animæ salutarem doctrinam propinantium defectu perpetuum ruerent in interitum, tristi narratione commemoravit. Recreavit piam Matrem ardens in viro religiosissimo ad animas proximorum adjuvandas flamma, utpote quæ eadem flagrabat: unde sancta quadam æmulari Alphonsum cœpit invidia, quod suos illi quidem animæ exercere ardores proximum ad meliora instigando et quoquo F modo adjuvando liceret, sibi vero id possibile non esset. Audito igitur infinitas doctrinæ defectu animas pessum ire, tantum animo concepit dolorem ut se prope ipsa continere præ ardore mentis non posset. Quamobrem extemplo in solitarium quemdam recessum (quales in horto domestico construxerat) se abdidit, ut ibidem majori in quiete mentem colligeret. Hic lacrymas oculis ac gemitus corde imo exciens, ad summum animarum Creatorem incessanter clamabat ut aliquam sibi rationem suggereret qua vel ad unius salutem animæ posset cooperari, cum tot cacodæmon sibi illarum vindicaret myriadas, et, cum alia ipsis auxiliari via sibi non liceret, suæ huc saltem lacrymæ aliquam conferrent opem. Hic illi ardor continua orandi erat materia, donec nocte quadam in oratione vigilantia, qua solitus erat forma, se illi spectandum Redemptor magna amoris significatione dedit, et per speciem consolantis hæc illi verba locutus est: « Expecta paulisper, carissima, et mira videbis. » Hæc verba intimis illius insculpta medullis hæserunt, ut sua eadem e memoria delere non posset.

41 Recurrebat namque identidem animo equa-

122 nam

AUCTORE
RIBERA.
D

Zelo S. Teresie.

novos addit
stimulos P.
Alphonsus
Maldonatus
Ord. Min.

F

AUCTORE
BIBERA
R. P. Rubeus,
Generalis
Carmelita-
rum.

A nam hæc tandem mira essent, et quonam pacto eventura. Sed nihil dum eruere cogitando poterat: hoc unum dumtaxat certum erat, quæ sibi a Domino prædicta erant, aliquando eventura, quamquam quo id modo futurum esset, haud intelligeret. Paucis post diebus id demum cepit cognoscere: cum opportunum nimirum jam tempus erat, quo fulgentissima illa lucerna, quam intra exiguas septorum monasterii illius angustias conclusam quodammodo et coarctatam Dominus continebat, magis exereretur, et undequaque rufilos fulgoris sui radios diffundendo illuminaret omnes qui in domo Dei, id est, Ecclesia, versarentur. Quam ob causam, Deo statuente ac dirigente, factum ut non in Hispaniam modo, sed Abulam quoque delatus sit R. P. Joannes Baptista Rubeus, Ravennas, Carmelitarum Ordinis Præpositus Generalis. Numquam id visum fuerat, nec deinceps etiam visum est: nam Generales Ordinis hujus in Italia, ac potissimum Romæ semper agere solent. Teresiae, quam tum quidem latebat quidnam divina moliretur Sapientia, longe acceptius fuisset, si is Abulam non venisset. Verebatur namque, ne, quod non Ordinis superioribus, sed civitatis episcopo obedientiam addixisset, ipse secius id interpretatus atque stomachans se ad Incarnationis denuo reverti compelleret. Non mediocriter nova hæc illam transmigratio affecisset, neque aliam sane ob causam quam quod primævæ regulæ rigorem cœptamque austeritatis, paupertatis ac coarctationis, quam tanto animi gestientis sensu hic jam servari videbat, exercitationem sibi priori in loco interdiciendam prævideret.

facultatem
Sancti imper-
tit

B 42 Abulam Rubeus cum appulisset, conscientiae sinceritate freta Teresia, cum nec in debitum præpositis honorem deliquisset, nec præter Domini ac Sanctissimæ ejus Matris gloriam quidquam hocce in opere spectasset, se minime subduxit, neve Adæ peccantis exemplo (Gen. III, 8) latebram petiit, cum nequiquam offendisset; sed cum ipsa, ut venire ad S. Josephi ne gravaretur, verbis officiosissimis invitavit. Quo cum venisset, exactam non hujus modo foundationis, sed vitæ fere universæ apud illum rationem reddidit, eo mentis sinceræ candore et genuina veritate, perinde ac si Deo, cujus ille vices gerebat, hæc reddenda ratio fuisset. Hinc ipsa causæ æquitate ac justitia nitebatur, illinc etiam æquissimus erat judex et religionis promovendæ pietatisque studiosissimus: et Deus in defendentis corde et lingua residebat. Ea namque partes suas gratia, eloquentia rationumque momentis adeo efficacibus est tutata, ut magnopere Generalis eam consolatus, animos ad majora addiderit, fide insuper data illam inde jussu suo minime egredi cogendam. Cum videret autem vivum nascentis Ordinis sui hocce in monasterio exemplar et primigeniam sine mitigatione ulla hic regulam observari (quod nullo alio in cœnobio fieri norat) et ingenti ipsam animarum Christo asserendarum desiderio succensam, mirifice novo hoc est spectaculo recreatus, simul et ex animo hancce rem et perfici et indies provehi longius optavit. Quapropter amplissimam illi, datis ad hoc litteris, potestatem fecit plura, sicubi posset, condendi monasteria: quin etiam obedientiæ præcepto injunxit ut quam posset plurima erigeret; provinciales vero, si qui forte remoram piis machinationibus injicerent, gravissimis esse voluit penis obnoxios.

plura mona-
stia.

C 43 Jam tum igitur Teresia videre mira illa cepit quorum in visione nupera Dominus mentionem fecerat. Hactenus namque hoc unum tantum spectarat ut quiete sibi suo in monasterio agere liceret; et ne in mentem venerat quidem aliorum

D erigendorum domiciliorum facultatem a superioribus exposcere. Etsi vero non ignoraret quam res nummaria atque optimatum benevolentia ad monasteriorum constructionem essent peropportuna (quod utrumque illi deerat), cum tamen generosa esset mentis ad ardua excelsaque perficienda constantia, et ardentissimo divinæ gloriæ provehendæ animarumque salutis procurandæ studio æstualet, maximaque in Deum fiducia niteretur, simul etiam perspecto quam propensa Generalis esset, ut plura id genus moliretur cœnobio, voluntas ac nutus; eadem jam constructa ac parata sibi videre videbatur, hæcque mira illa augurabatur fore quæ sibi alias per visum Dominus sponderat. Ipse etiam Generalis adversus obrectationem omni in re eam tutabatur, eique qua poterat variis in casibus gratificabatur, et quoties per negotiorum quietem licebat, ipsam familiariter convivebat, de rebus spiritus et ad Ordinis totius regimen spectantibus cum illa amice conferens: hinc tanto ferri in eam amore cepit, ut quoties de ipsa loquendi daretur occasio, suam dicere filiam non dubitaret; donec tandem Romam revertit.

44 Quæ visura erat magnalia, non monialium Excalceatarum dumtaxat propagationem et incrementum indicabant, sed Carmelitarum Excalceatorum etiam per ipsam foundationem initiaque Altissimus moliebatur: quod novum adeo et inusitatum in femina, ut ab Ecclesiæ primordiis simile vix umquam vidisse contigerit. Hoc ergo res transacta modo. Abulensium præsul Alvarus Mendozius, pro singulari suo erga omnes Deum in summa perfectione sequi satagentes studio, Carmelitanorum Præpositum Generalem, antequam inde abitum moliretur, rogarat ut sua in diœcesi quædam viris primum regulæ rigorem servare cupientibus construendi cœnobio facultatem daret. Forsitan id ipsi primum in mentem venit, vel (uti equidem censeo, et mecum aliquot summæ auctoritatis moniales, quæ per id tempus in monasterio illo vivebant) nonnisi beata Matre ante suggerente id proposuit. Quod cum et alii ab illo summopere contenderent, morem quidem piæ ipsorum postulationi P. Generalis gerere volebat; sed aliquam suo in Ordine contradictionem reperiens, tum quidem minime id concedendum censuit: non enim episcopo, sed ancillæ suæ Dominus id opus reservarat. Haud multo ergo post tempore agitare animo ipsa cepit pernecessarium videri, cum monialium essent congregationes, etiam virorum quædam, qui idem et institutum et vitæ genus profiterentur, excitari domicilia, ut hoc pacto et ipsi suo in vigore permanerent. Hoc ipsa cum negotium Deo in oratione accurate commendasset, Generali id Præposito jam Romam abeunti per epistolam significavit, pluribus illi quæ ex hac monasteriorum Carmelitarum Excalceatorum erectione sequerentur commoda perscribens; ac nefas videri ut ob ea quæ hoc in opere prima fronte se ostenderent incommoda, adeo divinæ gloriæ promovendæ idoneum propositum intermitteretur.

45 Redditæ hæ Generali Valentia sunt litteræ: quarum ea fuit vis, quod gratiam et vim sermonis illi Dominus communicasset, ut haud difficulter, quæ efflagitabat, sit consecuta, et duorum monasteriorum excitandorum ab ipso scripto facultatem impetrarit. Universum tamen negotium provincialis, tam ejus qui modo munus obibat, quam qui eodem nuper defunctus erat, arbitrio potestatique commisit. Arduum quidem id ac difficile videbatur; at cum quod omnium censebatur gravissimum, jam ex voto confectum Teresia cerneret, statim etiam

CAP. VII.
virosum vero
E

duo cœnobio
erigendi.

A etiam reliqua pari conficienda facilitate sperabat. Nec fefellit eam eventus. Episcopus enim sua rem auctoritate provehere aggressus, utriusque provincialis assensum et approbationem impetravit. Auxit ea res pio Matris gaudium, sed auxit et sollicitudinem: cum ex omnibus sui Instituti Fratribus quos quidem noverat, neminem inveniret, qui, ut ad novum hunc rigorem a mitiori transiret regula, vellet animum adiacere, nedum qui e mundanis hominibus primus sancto inauditoque operi huic principium dando viam aliis huc sterneret. Deerat et domus, et nulla ejus habendae ratio ad manum erat: solas habebat ad hoc facultatis litteras et vehemens rei desiderium nec non infractam quamdam mentis generositatem et constantem in Deum fiduciam, qua nixa sperabat, qui unum dederat Dominus, etiam alterum haud illubenter concessurum. Quocirca maximo fervoris sensu illi supplicabat, ut, si videretur, vel unum uspiam suo excitaret arbitrio, qui operis fundamentum et initium jaceret.

*Methymnum
Campatrem.*

B 46 Hæc dum animo assidue volutat, mentem illi Dominus ad nova monialibus cœnobis construenda injecit. Consultum ergo illi videbatur a Methymna Campi (oppidum id erat vicinum ac locuples) exordium operis sumere. Movit huc illam fortasse non parum quod Balthasar Alvarez, Societatis nostræ sacerdos, quo magistro tantum ipsa olim in spiritus palæstra profecerat, illa tempestate collegio Methymnensi cum potestate præesset. Quoniam autem Patribus Societatis perfamiliaris ac studiosa erat, Alvarezio quam a Generali suo acceperat facultatem perscripsit; simul obsecrans ut ab abbate Methymnensi monasterii ibidem fundandi facultatem exposcat. Nam litteris Generalis sigillo munitis instructa, nulla præter Ordinarii locorum consensum re alia opus habebat. Hisce cum litteris Julianum de Ayila, Sacris in monasterio suo dicendis præpositum, de quo jam ante locuti et post etiam locuturi sumus (quod beatæ Matris ad nonnullas fundandas domos abeuntis et comes et adjutor fuerit), Methymnam destinat. Non facile facultas obtinenda videbatur, eo quod sine stabilibus monasterium hoc fundandum esset proventibus; attamen qua potuit Julianus contentione apud abbatem, juvante Alvarezio, enixus est, ut nonnulla jam veniæ impetrandæ spes affulgeret. Verum ante senatus auctoritate inquisitum est et scripto committi jussum eoque illo ex monasterio in civitatem

C essent commoda proventura. Julianus id cum laude sufficienterque præstitit, variorum fide dignorum testimoniis productis. Inter ecclesiasticos quidem testes præcipui collegii nostri Patres censebantur: cum enim Teresiam et nossent et diligenter, scientique quantum Dei id gloriæ promovendæ momentum afferret, si illo in oppido id genus cœnobii construeretur, suum non gravate testimonium ferebant. Inter laicos primarios e magistratu viros in testes adduxerat nec non de primariis civibus nonnullos.

*monasterium
in illa fundat-
ura.*

47 Quindecim in his consumpti erant dies, cum, venia, uti optaverat, ab abbate concessa, suadente Teresia, domum e præcipuis civitatis, ut ibidem monasterii initia ponerentur, haud procul a S. Augustini cœnobio, quinquaginta et uno in singulos annos maravediorum millibus conduxit. Interea et aliam Teresia rei conficiendæ rationem inierat. Carmelitæ Methymneusibus præerat ea tempestate Antonius Heredius, quem et Salmanticæ olim in studiis, et postea Abulæ Carmelitarum præpositum novi. Hunc Teresia per epistolam commonuit ut sibi Methymnæ domum coerneret. Matronam igitur is, quam noverat, hac super re convenit, et domum

ab ea, nullo exacto qui fide juberet, cum de pretio inter ipsos convenisset, emit. Erat hæc commoda satis urbis loco, in via quam Sancti Jacobi dicunt, et ea ipsa est in qua modo morantur: sed potissima illius pars ruinam jam agebat, unde et habitari commode non poterat. Itaque necesse fuit ut Julianus interim alias ædes conducere, dum illæ instaurarentur. Placuit et harum conductio et illarum coemptio B. Matri, etsi quo et locatori et venditrici satisfaceret, obolum non haberet: erat enim magnitudine animi eximia et mira in Deum fiducia. Adauxerat hanc non mediocriter perspecta jam toties paterna illius singulis in difficultatibus, in quas, dum primum erigeretur monasterium, inciderat, protectio. Hinc de pecunia ne hilum laborabat, nec illius defectu, eorum quæ conceperat, quidquam intermittendum verebatur. Quamobrem necesse erat eum qui reliqua curarat hactenus, etiam pecuniaria modo subsidia submittere; cum Matri Teresiae etiam in viaticum necessaria deessent et ad commodato accipiendum auctoritas. Sed, quoniam cœlestem huic operi deesse largitorem, uti non defuerat hactenus, minime par erat, ecce tibi, dum Teresia secum de pecuniæ comparandæ rationibus deliberat, honestissima quædam virgo, quæ, E quod tertiusdecimus completus monialium jam esset numerus, in S. Josephi cooptari pro voto non potuerat, cognito de alio construendo cœnobio agi, in illud ipsum admitti postulat, et aliquod in illius erectionem quod habebat argentum offert.

48 Hanc igitur Teresia voti fecit compotem, nempe primam omnium quæ hoc vitæ genus Methymnæ iniere. Nomen ei est Isabella a Jesu. Sed tam tennes illius erant facultates ut quæ emptæ erant ædes eisdem redimi non possent, conductionis dumtaxat pretio persolvendo satis futuræ. Hæc Teresia pecuniola instructa itineri se non minori promptitudine dedit, multos tamen secum trahens comites quos alere oportebat, quam si ingentes secum convexisset thesauros. Duas e S. Josephi et quatuor ex Incarnationis assumptas sodales secum duxit: facultatem namque habebat eas quæ inde egredi vellent, in suam familiam transcribendi. E S. Josephi prodiere Maria a S. Joanne Baptista, Teresiae cognata, de qua jam supra meminimus, et Anna ab Angelis præpositæ vicaria: ex Incarnationis autem Agnes de Tapia, quæ postea a Jesu cognomentum assumpsit et hodie Palentiae priorissam agit; deinde Anna de Tapia, ejusdem soror, quæ ab Incarnatione post appellata est, et per multos annos Salmanticæ ac deinde Methymnensibus monialibus fuit præposita: erant ambæ Teresiae cognatæ. Adhæc Isabella Arias, quæ, cum Vallisoletanum domicilium erigeretur, eidem a Teresia præfecta fuit, et Isabella a Cruce nunc appellatur: quarta denique Teresia Quesada. Harum postremæ duæ etiamnum pristinum quem in Incarnationis assumpserant habitum gestabant: quem priores duæ jam exuerant, quod paucis ante diebus cum Matre Teresia ad S. Josephi concessissent a. Moniales quæ remanebant Abulæ, de discessu ejus dolebant, quod singulari amoris sensu erga eam raperentur, et nulla non optaret Matrem abeuntem comitari.

AUCTORE
RIBERA.
D

cum sex monialibus

F

49 Ante vero quam in viam se daret, eas, uti matrem decebat amantissimam, ex parte voluit consolari, de domo et horto, quo imprimis opus habebant, ipsis prospiciens: quam in rem, cum rei nummarie penuria laboraret, alienum novies mille regaliū æs contraxit, Dominum confidens de pecunia qua ipsum dissolveretur, prospecturum. Nec spes beatam Matrem fefellit: neque enim post multum

*atque comi-
tibus*

AUCTORE
RIBERA.

A multum temporis intervallum, ipso haud dubie corda movente, lectæ aliquot virgines, a re nummaria optime instructæ necnon Deo famulandi studio incensæ, in Ordinem ut allegerentur, summis precibus institerunt. Quod profecto, eo præsertim tempore, permagni faciendum est; cum scilicet, Teresia jam absente, monasterium ipsius funditus interitum et æmuli crederent et pui metuerent. Paulo antequam iter ingrederetur, in solitaria quadam domus illius cellula, in qua ad columnam vinctus Redemptor depictus conspici-
tur, magno ipsum pietatis sensu est obtestata ut eo in statu incolere monasterium reduci sibi susteret in quo ipsum abiens relinqueret. Audiit vero precantem Christus, piisque ejus votis annuit. Inde ipsa singulis suarum magna cum doloris significatione valedicens, hunc solita animi magnitudine facile tegebat, ne quam iis tristitiæ occasionem daret. Comites etiam ejus insignem mentis constantiam et acre adversa patiendi studium præ se omnes ferebant, hac se duce sperantes quidlibet posse perfringere et superare. Tribus quatuorve curribus tum ipsæ tum tenuis, qua pauper qua egrediebantur domus haud ægre carebat, ac qua
B opus forte haberent Methymnæ, supellex vehebatur: pedibus alii multi comitabantur, atque imprimis Julianus de Avila.

Teresia proficiat.

50 Quinto post anno ab ædificato S. Josephi monasterio, biduo ante festum assumptæ in cælum Virgini diem, anno MDLXVIII, hæc Methymnam deducta colonia est. Teresiæ namque in votis erat ut novum cænobium ipso die Assumptionis Deiparæ, ad quam quod moliebatur monasterium et quæ ipsum fundaturæ erant virgines spectabant, habitari inciperet. Non potuit clam civibus hæc fieri digressio, neque etiam abeuntes suum suppressere abitum studebant; quod se credebant ad rem quæ jam confecta erat, abire. Ut ergo primum in vulgus ea innotuit, graviter toto passim oppido tumultuari coeptum. Erant qui Teresiam ut fatuam ridebant; alii quem res adeo temeraria habitura esset exitum, taciti secum exspectabant; qui vero ejus rebus studebant, multis ab hoc ipsam consilio verbis divertere, magnis propositis difficultatibus, satagebant. Sed generosum Teresiæ animum adeo hæc non dejecerunt ut ea ne quidem difficultatum nomine digna censeret. Nam quod alii ut periculosum et anceps habebant, id generosa virgo ita ducebat facile ut plane persuasum haberet, quæ
C ordiretur, prospero exitu terminanda. Ipse quoque antistes Mendozius prorsus hoc fieri non posse censebat; Teresiæ tamen id indicare noluit neu a proposito eam deterrere, ne quem illi, quam carissimam habebat, mœrorem afferret.

Iter agens, difficultates

51 Primo die Arevalum perventum est; a quo cum occidente jam sole quarta leucæ parte abessent, Alphonsus Estevan, sacerdos religiosissimus et caritatis eximie officiis clarus, quique piis apud feminas commodum venientibus pararat hospitium, obviam processit, et Juliano de Avila missas ab Alphonso Alvarez, qui Methymnensem domum elocarat, litteras tradidit. His ille significarat ut non ante Abula discederent quam cum Patribus Augustinianis, in hac vicinia agentibus, negotium confectum esset. Non ferebant enim hi aliud suo adeo vicinum cænobium erigi. Quibus cum amicus et familiaris existeret, in eos nefas putabat offendere: proinde ante se negabat aedes consignare in manus illarum velle quam boni hi Patres assensum dedissent. Idipsum et Teresiæ Estevan prius privatim significavit. Non parum inopinus hic nuntius piam Matrem perculit, quæ tanto cum comitatu

hanc in viam sese dederat, summisque desiderabat D votis ut ipso Deiparæ assumptæ festo, quod post biduum instabat, novæ foundationis celebrarentur primordia. Verumtamen non idcirco generosa virago animum contraxit; sed, quantum in ipsa fuit, majorem concepit fiduciam, sibi que firmiter persuasit, cum tam mature tartareus oblectaretur adversarius, magna inde fore ut in Deum gloria aliquando redundaret.

52 Estevanium igitur hac de re jussit tacere, ne inopinus hic nuntius eas quas ducebat comites contristaret; ac nominatim duabus illis quæ ex Incarnationis jam recenter exierant, id clam volebat esse, Isabellæ Arias et Teresiæ Quesadæ: cæteras enim noverat sui causa quodlibet ærumnarum ac laborum genus quam libentissime subituras. Isabella Arias subpriorissa erat, cum ex Incarnationis exiret, ac gravia multorum impedimenta, quibus exitum hunc remorari conabantur, perfrugerat; atque ambæ primarios quosque in civitate sanguinis necessitudine attingebant genereque illustres erant, et refragantibus consanguineis Teresiam secutæ: quare et illarum hæc potissimum causa angebatur. Ut in præparatum diversorium ventum est, audiit illuc appulisse P. M. Dominicum Bañez. Hic
E illam nuntius non minus crexit quam prior dejecerat; illius enim consilio quin ex voto succederet res, minime dubitabat. Ipsum illico advocavit, et quid rerum ageretur, clanculo aperuit. Spem fecit ille brevi ac facile cum Augustinianis sodalibus negotium confectum iri. At Teresiæ, quæ tantum secum comitum trahebat numerum, videbatque quantum omnis mora sibi noceret, cum jam usu nimirum comperisset, superioris foundationis difficultatibus edocta, quantæ, nisi possessio nondum conscio populo adiretur, inde excitandæ essent procellæ, Bañezii sententia minime satisfacit.

53 Magnam noctis partem agitando examinandoque ea quæ decreverat, cum traduxisset, ecce postridie mane Antonius de Heredia, Carmelitarum superior, appulit, illam dicens domum quam ipse coemerat, utcumque commodam videri, et propylæum Sanctissimo exponendo Sacramento, additis ad cohonestandum peristromatis, peridoneum habere. Placuit hoc Matri consilium, quod minus ad hoc temporis requireretur. Visum est igitur ut Agnes a Jesu et Anna ab Incarnatione, ejusdem germana, necnon Isabella Arias et Teresia Quesada in proximo subsisterent oppido, cui Villanova
F de Azerale nomen est, et ubi Vincentius de Ahumada, Agnetis a Jesu et Annæ ab Incarnatione frater, curionis partes agebat. Huc eos is de quo egimus, Alphonsus Estevan deduxit. Sed quindenis haudum hic moratæ erant diebus, cum Methymnam eas Teresia evocavit. Apud ipsam vero remansere dumtaxat Maria a S. Joanne Baptista et Anna ab Angelis: cum quibus etiam Olmedum, ubi tum antistes Abulensis agebat, statuit concedere; quod hoc in itinere illa habitaret matrona quæ aedes ad quas properabant, vendiderat. Hanc Teresia cum convenisset, impetravit ab ea litteras quibus qui in ædibus agebat œconomus et provisor confestim se subducere monialibusque eas cedere jubebatur. Huic insuper illa in mandatis dedit, ut, si opus fore videret, eos qui domi erant tapetes atque e cæruleo damasceno panno stragula Teresiæ consignaret. Quod sane consilium divinitus illi fuisse inspiratum docebunt sequentia.

quæ forte oritur nuntiantur.

sapienti consilio prævenit.

ANNOTATUM.

a Hinc satis patet duas illas priores moniales, nempe

A nempe Agnetem et Annam de Tapia, jam reapse Excalceatis aggregatas fuisse ante profectionem Methymnensem, ita ut proprie ad Incarnationis cœnobium non amplius pertinerent; ceteræ duæ ex eodem cœnobio S. Fundatricem comitatæ sunt pro licentia a Rubeo Generali his verbis concessa: Permittimus ei secum ut abducat in singulum quod erigi contigerit monasterium duas moniales nostri Incarnationis cœnobii Abulensis; nimirum quæ voluerint, et non alias (vide Commentar. præv. n. 398). Quæ quidem hic notavi, ne cui forte videatur S. Teresia, pluribus ex Incarnationis monialibus abducendis, præcepta superioris sui prætergressa.

CAPUT IV.

Fundatio cœnobii virginum
Methymnensis.

CAP. VIII.
Adventus Methymnam.

Eadem vespera Olmedum cum pervenissent, peramanter ab episcopo Abulensi exceptæ sunt; at diutius hic beata Mater noluit commorari, ne quam jam in manibus habere se putabat, occasio elaberetur. Rhedam illi, qua commodius ac decentius cum suis monialibus veheretur, instrui jussit antistes, addiditque qui eas comitaretur, sacerdotem domesticum. Unde et eadem die, pervigilio scilicet Assumptionis B. V. M., Methymnam Campi concubia nocte advectæ sunt. Julianus de Avila paulo ante jam præcesserat, et Carmelitas S. Annæ de proximo Teresiæ adventu certiores reddiderat, et quid hac ipsa nocte exequi decrevisset. Præpararunt hi ergo sacrum ad Mystera celebranda apparatus et omne altaris instrumentum. Haud multo post subsecuta est cum suis Mater, utque minores strepitu perageretur, ante ejusdem monasterii januam excensionem fecerunt. Nec mora, ipse Heredius et duo alii religiosi necnon duo illi sacerdotes et moniales suos in humeros sumpsere quæ ad ea quæ diximus necessaria erant. Urgebat eos beata Mater, magna cæteros animositate et constantia præcedens, generosum imitata ducem ad magni momenti expeditionem cum lecta militum manu pergentem, quæ ut feliciter succedat, prius ea executioni mandata sit oportet, quam qui eandem aggressuri sunt, ab hoste detecti.

ipsa adventus
sui nocte

C 55 Extra urbis jam properabant muros, et eo quidem noctis tempore quo tauri, quorum postridie Assumptionis exhibenda erant spectacula, includebantur. Itaque crebro obvios alios atque alios habebant: quod per noctis tenebras incedentes non mediocriter etiam angebat. Longe vero is angor fuisset major, si in publicos lictores incidissent: ea namque cum sarcinis de nocte itantium erat species, ac si templum aliquod expilassent. Varii occurrentium (ut fit) erant hac de re sermones, dum religiosos, sacerdotes et mulieres sera viderent nocte simul convasatis rebus raptim incedere: quisque pro eo ac sentiebat, libere loquebatur, accedente præsertim ea quam opaca ad similem verborum licentiam dare nox solet, libertate. At, quoniam de publicis apparitoribus non erant, neutiquam euntes remorabantur. Illi miro in silentio gressus ingeminare, rectaque ad designatum locum properare. Quo cum perventum jam esset, ejusdem custodem dormientem ac nihil minus opinantem excitant. Hic cum moras in surgendo traheret, illi ingeminato clamore perurgent, ingredi gestientes, dum scilicet a quoquam videri de nocte nolunt, ac metuunt ne quod longiori e mora ipsi damnum accidat. Ergo lecto se custos proripit, fores aperit; et lectis do-

minæ litteris, rem omnem imperatam ex ordine exequitur. Læti ergo omnes in aream admittuntur, quam circumspiciens Teresia, videt hinc inde collapsos parietes; etsi, cum jam luce sceret, longe illorum ruina major apparebat quam per tenebras videri potuerat.

AUCTORE
RIBERA.

D

56 Locus in quem Venerandum Altaris Sacramentum inferendum erat, terra oppletus erat, quam egeri ante oportebat: dein adeo hic cœli patebat injuriis, tecto hianti ac rimoso, ut altari instruendo atque Eucharistiæ decenter collocandæ prorsus cum ineptum Teresia judicaret. Parietes incrustati non erant, iisque convestiendis nihil penitus ad manum erat; tres enim dumtaxat secum tapetes habebant, qui ad locum satis capacem insternendum minime sufficiebant. Quid agerent, ignorabant, quod necessaria omnia deessent. Cæterum heræ suæ peristromata domus custos, uti et stragula lecti e damasceno cæruleo, uti suis ipsa designarat litteris, Teresiæ obtulit: quod illam oblatum et sodales reliquas non mediocri complevit lætitia. Jam affigendis peristromatis deerant clavi, et his coemendis pecunia, importuna quoque ad emendum erat hora; quod ipsas magis etiam cruciabat. Cum enim noctis sub conticinium ad Carmelitarum cœnobium Teresia appulisset, ac reliquo deinde tempore iter egisset, et cætera quæ commemoravimus, fecisset, noctes quoque per Augusti dies utcumque breves sint, facile quis colligat non multum ipsis ad auroram potuisse spatii superesse. Per omnes ædium parietes sedulo clavis conquisitis, sacerdotes ac religiosi vestibulum informe vestire tapetibus, moniales certatim terram egerere, pro se quisque festinant. Inter hæc Mater non quiescebat, sed hisce in rebus inter primos apparebat, cum huic naviter operi incumbens, tum aliis diligentia atque acri studio præluens. Antequam vero lucesceret, provisorem a imprimis opus videbatur præmonere, ut bona illius cum venia tabellio quispiam tabulas conficeret, hoc abbatis cum facultate et auctoritate monasterium erigi, fidem facturæ, ne quis postea ulli contradicendi impediendique esset locus. Confestim ergo tabellionem adeunt, et, provisorum mandante, surgere unaque cum ipsis pergere jubent. His ex voto confectis, ut primum dies eluxit, signo ea quam secum sumpserant nola dato, ad prima audienda hocce in loco Sacra populum convocat.

paratum sibi
domum

E

u

F
mira celeritate

57 Omnes ea res vicinos admiratione complevit, necnon universos ad quorum aures ea pervenit, quod eo quod vesperam inter et auroram intervalum est, civitatem monasterio auctiorem factam cernerent. Quid ad hæc dicerent, non habebant; stupore dumtaxat perculsi, alter alterum defixi intuebantur. Extemplo tanta huc populi confluit multitudo ut sacellum extemporaneum eam omnem non caperet, ac necesse fuerit, interim dum sacra celebrarentur Mystera et sacrosanctum Eucharistiæ ferculum proponeretur, inde se moniales subducere. At quo se converterent, nesciebant; quod et reliqua domus male materiata, diruta prope et solo afflicta jaceret, ipsa quoque augustissimi Domini Corporis theca sub dio in platea pene consisteret. Sed hac est ratione necessitati consultum. Erant e regione altaris gradus scalares, quibus ad porticum quandam, quæ sola reliqua in domo ruinæ supererat, ascendebatur. Hos cum monacha subiissent, illorum januam occludunt, perque ejusdem rimulam ipsa Sacrorum spectant Mystera. Hi gradus et chori et locutorii et exedre confessionalis vicem supplebant. Porro Sanctissimo Christi Corpore huc illato, et Sacrorum solemnibus peractis,

AUCTORE
RIBERA.

A jam re ipsa loci adita erat possessio; itaque monasterium Methymneuse a S. Josepho itidem denominatum (nam ab eodem quo Abulense id tutelari Teresia voluit nominari) ipsa erecta in celos B. Mariæ anniversaria die xv Augusti MDLXVII fundatum est.

atque prudentia

58 Sane si, ut propositum modo mihi est hanc exarare historiam, ita in eadem proseguenda, facinori adeo excelso, ipsum laudibus celebraturus, inhaerere vellem et id præstare pro rei dignitate possem, egregia se hic eloquentiæ exerendæ offerret occasio, et patentissimus, in quo libere exspatiarer, campus aperiretur. Modo namque eximiam ejus extollere possem prudentiam, cujus adminiculo vel unius id diei ipsa perfecit spatio quod ne pluribus quidem alii vel exercitissimi perfecissent; modo generosam fidei ejus constantiam, quam tot subvertere obstacula nequiverunt; modo etiam animi celsitudinem, qua tam virile est opus aggressa et ad finem feliciter citius perduxit quam alius quispiam, num vel fieri posset, animo agitasset. Taceo laborem itineris, quem, ne minima corpori indulta quiete, suscipere non dubitavit: taceo quod nullo dum ad seram usque noctem sumpto cibo ac jejuna iter inierit, atque ipsum etiam pedestre et prope-
rum, omnis defatigationis expers, et quidem sarcinulis toto itinere onusta mulier, jam tertium et quinquagesimum ætatis annum agens; denique male affecto et parum firmo corpore: tum quod cibi omnis et somni hic fuerit immemor, solo Dei gloriæ queritandæ studio incensa, quodque per illam ipse exorsus erat opus, id perficere summo-
pere desiderans: adhuc quod, etsi variis distineretur negotiis, illorum ita nunquam multitudine obrueretur, ut iis velut immersa, singulis pro eo atque oportebat, vacare non posset: tum quod nullum unquam prætulit metum; denique quod privata e domo ac semirutâ trium dumtaxat horarum spatio tanta tamque frequenti in civitate monasterium, ipsis etiam civibus rei non ante consensu quam suis eam confectam oculis cernerent, construxerit.

in monasterium convertit.

59 Fertur Julius Cæsar, cum quinto postquam in Pontum pervenisset die, unico Pharnacem ejusdem regem prælio debellasset, hoc signis suis inscripsisse belli quam celerrime confecti testimonium: « Veni, vidi, vici » (Sueton. in Vita, cap. xxxv et xxxvii). Quanto id Mater Teresia a Jesu potius usurpet, quæ non quinto, sed secundo postquam Abula egressa esset die, etiam priusquam Methymnam oculis videret (nox namque impedimento erat), exiguis illis quas ductabat copiis, non quatuor, sed trium horarum spatio, tam illustre et heroicum facinus patravit, et inclytam adeo retulit victoriam! Quam benignis ipsam e cælo a Christo Domino oculis conspectam esse credere fas est, quamque illum merito de Teresia sua pronuntiare potuisse: « Inveni mulierem secundum cor meum, quæ faciet omnes voluntates meas »! Hinc cum deinceps ipse illam Salomonis dubitantis interrogationem: « Mulierem fortem quis inveniet? » (Prov. cap. ult.) in mentem revoco, congrue mihi apteque illi respondere posse videor, in sancta hac Matre sibi Dominum id genus mulierem quævisse et invenisse; meritoque de illa proinde dici posse: « Procul et de ultimis finibus pretium ejus. »

CAP. IX.
Ipsa animi
sanctitate

60 Id ipsum nunc Teresiæ in monasterii Methymneusis erectione contigit quod jam olim in Abulensi. Etenim incredibile tum ipsa in animo gaudium sentiente, cum quod novum civitati accessisse jam perspicere templum, in quo pretiosum Venerabilis Eucharistiæ pignus asservaretur, tum

quod omnia ex voto, nemine prorsus sese opponente, D confecta jam cerneret, cacodæmoni potestatem Altissimus in Teresiam fecit, quo sancta hæc anima omni ratione exerceretur, et nullo non in adversitatis camino probaretur: paulisper ipse igitur sese subduxit, certamen desuper contemplaturus, cujus hæc fuere præludia. Sacris Missarum jam absolutis, per fenestram Teresia in subjectam domus aream despexit, cujus aliquibus in locis muros penitus in terram prolapsos vidit, atque ita quidem prostratos ut non nisi complurium dierum opera erigi posse viderentur. Deinde, Sanctissimum Altaris Sacramentum sub dio prope expositum esse conspicata, angi animo ac insolito secum ipsa modo contristari cæpit. Quod enim ea temporum esset ob nefariam hæreticorum licentiam iniquitas, subvereri pia Mater cæpit ne qui forte occulti inter alienigenas hæretici laterent, qui hierothecam impie surriperent, et Sacrum Angelorum Panem indignis modis tractarent. Hac spiritus tartareus in Teresiam subingressus est janua, simul et universas quas qui maxime ob illius Methymnam adventum insurgendo insanierant, objicere potuissent difficultates, menti illius objecit; quas etiam, uti solet et novit, in immensum auxit, e musca effingens elephantem: E inde tetram intellectui offudit caliginem necnon universarum quas a Domino acceperat gratiarum oblivionem, atque propriam vilitatem dumtaxat imbecillitatemque ob oculos mentis objecit; imo etiam longe se minus esse ut crederet, illi persuadere conabatur: ita denique ejus mentem turbavit ut ulterius se posse progredi omnino desperaret.

et morore
aliquandiu
torquetur.

61 Jam suas ad comites, quas Incarnationis cænobio elicuerat, oculos convertibat, secum ipsa reputans quanta omnium sodalium et consanguineorum contradictione inde essent egressæ, ac præsertim duæ illarum; quam vero turpe foret easdem remittere. Ad hæc, gravi hoc ipsum sub initium a se errore admissio, ulterius sibi aliis in foundationibus progrediendi nullam rationem suppeditaturam. Ex quo fieret ut quidquid hactenus e Domino revelante se audivisse crederet, præstigiæ et illusionis diabolicæ loco habendum esse videretur: inde vero consequi se etiam hactenus fædo in errore quoad vitæ rationem versatam. Incredibilem hæc cogitatio dolorem animo illius pariebat, simul et metum: quo metuebat videlicet ne non hac forte vice solum illi diabolus illisisset, sed etiam hactenus in reliqua vitæ serie sibi ab F eodem esset veteratore impositum. Et sane non possum (et mecum omnes, quotquot hæc legunt) non magnopere mirari, animam Deo adeo caram, quæque tot tamque evidentibus jam dudum testimoniis secunda esse poterat non esse ut vel minimum timeret, tanta formidine percelli. Quam porro id novum et insolens, tam spissas ibi modo videre tenebras ubi tanta semper ante fulserat lux, et ipsam quæ paulo ante tam intrepida nitebat, in tantum modo dejici atque animo frangi! At qui incrementa decrementaque gratiarum, quæ in Sanctorum contingere animis nonnumquam solent, cognoverit, insignemque Dei notarit providentiam, qui hac in illis vicissitudine alternatim ludere vult, partim ut clarius perspiciant quasnam præsentis et auxiliante Deo vires possideant, quam vero sibi relictæ sint imbecillæ et languidi, partim vero ut hinc ejus a quo robur accipiunt, magnitudinem potentiamque, et illinc vilitatem suam melius agnoscant, hacque cognitione prælucente, ad alia majora charismata et favores, quibus eos cumulare decrevit, accipienda disponantur, hanc mirari varietatem ac vicissitudinem desinet. Quis crederet eundem esse

A esse Paulum qui dicebat : « Certus sum, quia » neque mors, neque vita, neque Angeli, neque » principatus, neque virtutes, neque instantia, » neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, » neque profundum, neque creatura alia poterit » nos separare a charitate Dei, quae est in Christo » Jesu Domino nostro » (Rom. viii, 38, 39), et qui alio loco de se scribit : « Non volumus vos igno- » rare, fratres, de tribulatione nostra, quae facta » est in Asia : quoniam supra modum gravati » sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam » vivere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mor- » tis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, » sed in Deo, qui suscitavit mortuos » (2 Cor. i, 8, 9)? Unus et idem utrumque scribit Paulus : sed priora scribit Deum praesentem habens, posteriora vero quasi sibi relictus.

timetque ne
surripatur
SS. Eucharis-
tia.

B 62 Haec igitur Teresia animo tum quidem vol-
vebat; quamquam cuncta dissimulabat interea apud
suas, et dolorem corde premebat, ne nova hac
desolatione ipsas opprimeret. Haec angustia ad po-
meridianum usque tempus tenuit, quoad quidam a
Balthasare Alvarez submissus Pater eam inviseret,
qui mentem prostratam verbis erexit et moerentem
est animum consolatus. Ab hoc sibi de laxioribus
aëdibus prospici petiit, in quibus commodius ha-
bitarent, quod in his quas modo incolerent, in
publico quodammodo diversarentur; de illarum
pretio nihil dum esset sollicitus. Magna sunt cura
ac studio huiusmodi aedes tota civitate conquisitæ;
sed frustra : cum enim Methymna tum habitatori-
bus esset frequens et mercatoribus abundaret opu-
lentis, nullæ vel maximo pretio redimibiles fuere.
Haec dum fiunt, Teresia interdum ingentibus curis
atque anxia sollicitudine emoriebatur, noctu vero
etiam majore : singulis quippe noctibus custodes
adhiberi oportebat, qui hierothecam asservarent,
ut feria sexta majoris hebdomadæ in Ecclesia fieri
consuevit. A se ipsa tamen impetrare ne tum qui-
dem potuit ut non vigilaret : verita enim ne, excu-
bitoribus forte dormitantibus, pretiosum hoc sibi
pignus auferretur, identidem de nocte surgebat, ut
per fenestram dispiceret num vigilarent, in quo
fulgens per eos dies luna illi ancillabatur.

Tandem vero
res monaste-
rii.

C 63 Octo jam transierant dies, cum Blasius de
Medina, mercator probus et honestus, qui haud
procul ab aede principe satis amplam domum ha-
bebat, in duas eam partes habitationi commodas
distinxit; in quarum ipse unam cum universa re
familiari transiit, superiorem vero illius partem,
una cum atrio vicino deaurato et amplo satis, quod
templi vicem interim suppleret, donec eæ quas
coemerant aedes munirentur, monialibus cessit.
Tum demum Teresiae redditæ pristina mentis sere-
nitas; quod in hac ad quam transierant domo ma-
jori agerent in solitudine et claustris, et jam sacras
canere Horas quiete inciperent. In eodem S. Jacobi
vico, in quo domus quæ instaurabatur, sita erat,
honestam quædam et locuples commorabatur vidua,
divinis obsequiis addictissima, et eximie in egenos
caritatis officiis spectabilis : Helenæ de Quiroga
erat ei nomen b; quæ, audito quantum divinam Te-
resia gloriam promovere satageret, ipsam adiit,
utque quamprimum sacellum aliquod Venerabili
Eucharistiae decenter asservandæ excitaretur, pec-
uniarium se subsidium allaturam spondit, nec-
non in munimentum ac fabricam domus in qua
moniales suis officiis quietius vacarent. Hoc com-
parato subsidio, admove manu operi aggressa
est Teresia; quod accurata diligentia et eximia ca-
ritate Antonius Beredius Carmelitarum prior mi-
rum in modum provexit, dum nimirum assidue

operas urget et maturarent hortatur. Ex quo fa-
ctum est ut bimestri ita instaurata sint omnia ut
eodem redire monialibus licuerit.

AUCTORE
RIBERA.
D

Deo juvante,

64 Non deerant alii qui vitæ necessarias oppor-
tunitates insigni pietate summitterent; sed cæteris
Helena frequentius et copiosius. Nihil porro hac
illi in Dei servas liberalitate deperit, quin hanc
longe copiosiori fœnore illi Deus rependit : primo
namque de filiabus illius unam, Hieronymam ab
Incarnatione, eandem in familiam cooptavit, in qua
et multis olim et nunc etiam non paucioribus illam
cumulat gratiis. Deinde vero ipsammet Helenam,
jam ab omni liberorum ac rei familiaris cura om-
nino expeditam, in eandem, in quam olim filiam,
domum transcripsit; in qua non vulgarem sane et
sibi ipsa bonorum collegit messem, et omnibus
quotquot eam novimus et cum ipsa tractavimus,
eximie religionis exempla præbet : quæ hoc ipso
quo hæc commentamur tempore Toletano domicilio
præposita est, in quod una cum filia destinata est.
Hæc, sacra jam assumpta veste, Helena a Jesu
vocatur. Ubi ad hoc domicilium rediere, ita jam
ipsum restauratum erat ut commode satis ad annos
aliquot in eodem sint commoratæ. Deus autem non
hæc nutu suo modo provexit principia, sed argen-
tum quoque postea, quo venditrici satis tandem
fieret, submisit. Unde factum ut post in meliorem
longe formam et commodiorem transierit, et ali-
quot aureorum millibus illius impensa steterit.
Porro Teresia, etsi pecunia nulla suppetebat, non
idcirco a necessariis comparandis desistebat : nam
simul ac aliquid perfectum esset, excitabat illico
quosdam Deus, qui sumptum præstarent; ut evi-
dens nimirum fieret opus hoc a divina dextra pro-
ficisci, quantaque illorum esse debeat fiducia qui
Dei ejusque Sanctissimæ Matris cultui gloriæque
amplificandæ sese totos et serio devoverunt.

E

65 Quocirca novos semper, nihil dilidens, in
hunc Domini hortum beata Mater surculos insere-
bat, eas omnes quæ hisce convenire initiis vide-
bantur et quas Dominus huc evocarat, haud gra-
vate adscribendo : in quas tam singularia interdum
cœlitus ipse effundebat gratiarum dona, ut, iis visis,
non mediocriter Dei ancilla obstupesceret. Huc
porro ipsas imprimis invitabant primarum illarum
virginum exempla : unde fiebat ut non minus hæ-
quam illæ ad Abulensium sese institutum ac nor-
mam componerent, et permagni omnes a civibus
vulgo fierent c. Nec vero hic ærumnarum et labo-
rum B. Matris fuit finis : nam et ipsa et quas
Abula advexerat comites dierum aliquot invale-
tudine prostratæ decubuerunt. Quoniam autem in
huius foundationis historia enarranda jam versor,
ejus mihi rei in mentem hic venit, quam legisse
alias memini, ipsius B. Matris exaratam manu, uti
ex iis quæ dicta sunt hactenus, æquus lector videat
quam ipsa fuerit a Domino benedicta. Quodam
tempore, cum in Malagonensi monasterio sacram
adiisset Synaxeos mensam, Redemptorem Jesum
præsentem vidit, sibi tum inter alia mandantem ut
cœnobiorum suorum foundationes scripto consigna-
ret. Hic cum ipsa mente volveret quare in erectione
domus Methymnensis sibi nihil penitus (quod in aliis
facere solebat) Deus aperuisset, confestim ab illo
audivit : « Quid amplius declarari tibi vis, cum illa
» Methymnensis fundatio non sine prodigio perfe-
» cta sit? »

prosperè com-
ponuntur.

F

ANNOTATA.

a Provisor ab Hispanis appellari solet quem uni-
tati nomine vicarium generalem dicimus.

b De

AUCTOR
RIBERA.

A

b *De Helena de Quiroga, cognata Gasparis Cardinalis de Quiroga et vidua Didaci de Villarroel, agitur in Comm. privio, num. 562 et 933.*

c *Cfr. Chronicon Carm. Exc. (lib. II, cap. VI, VII et VIII), ubi lectu dignam invenies epistolam a R. P. Rubeo Generali datam anno 1569 ad moniales Methymnenses, cum multa ipsarum et S. Teresiae laude.*

CAPUT V.

*Foundationes Malagonensis et Vallisoletana.*CAP. X.
Ad institun-
dam vicorum
canoniam

Dum Teresiae res Deus promovebat, ipsa in Dei vicissim negotiis perurgendis sedulo laborare non cessabat: quanquam nec prima illa ipsa pro suis habebat, nec eum quem illis impendebat laborem impendisset, nisi ea ad Dei gloriam referri comperisset. Igitur cum jam omnia quae in Methymnensi excitanda domo occurrerant incommoda superasset, et nulla jam amplius restarent subeunda, neu arduum aliquod se offerret opus in quod se pro divina gloria totam impenderet, generosus illius quiescere non poterat animus, sibi que insigne aliquod opus aerebatur dari in quod nervos omnes posset intendere. Visum illi est non parum in Dei cessurum gloriam, si Excalceati etiam exurgerent monachi, qui eandem quam monachae vitae rationem inirent; cumque (ut demonstravimus) neminem haberet quem ad hoc primum Institutum perduceret, Antonio Heredio clam sui animi sensa aperire constituit, exploratura quidnam hic sibi consuleret. Teresiae mentem ut Heredius perspexit, perfundi cepit gaudium; et, Deo adspirante, hoc sibi perplacere, ac primum qui Institutum hoc auspicaretur, fore se respondit.

S. Teresia et
offerunt P.
Antonius de
Heredia

67 Haec quidem B. Mater verba parvipendit: quamquam enim eum et virum bonum et religione, studio ac solitudine monastica singularem fuisse haecenus non ignorabat, delicatioris illi tamen naturae, nec ad austeritates factus, et qui subeundus erat quemque ipsa servari imprimis cupiebat, rigori severitatisque vitae continenter ferendae impar videbatur. Atque ut animo id sentiebat, sic et illi coram aperire minime dubitabat. Cui ille jam dudum se, Deo suggerente, ad vitam asperiores aspirasse, et idcirco Carthusiensium Institutum amplecti in animo habuisse. Placere Teresiae rationes quas afferebat; penitus tamen huc ipsa non propendit, et nihil dum publice illum auspiciari volebat, nisi privatim sui ante fecisset periculum. Permagnum quippe interesse videbat aedificii huius spiritualis solidum ac stabile fundamentum locari. Suasit ergo ut rei huius tantisper consilium suspenderet, dum privatos intra parietes assuesceret agere quae post voto obstrictum continenter eum servare oportebat. Fuit illud huic Dei famulo velut tirocinium; cuius probatio et legitima fuit et integra, quia annua. Interim vero dum se ipse domi probaret, illius etiam facere Deus periculum exactius voluit, ut qui tanti erat operis futurus principium et fundamentum. Multis namque illum verberari permisit calamitatibus, frequentibus exagitari laboribus et persecutionibus: e quibus omnibus adeo viriliter emersit, tantaque inde cumulat est in animo fruge, ut melius optari non posset ad futuram professionem tirocinium; quod B. Matri longe gratissimum accidit.

et S. Joannis
a Cruce.

68 Per idem tempus Deus alium ejusdem Instituti religiosum, Joannem a Cruce, adolescentem

Salmanticae tum litteris operam dantem, eodem D perduxit. De ejus probitate socius ejus luculentum reddidit apud B. Matrem testimonium. Hunc ipsa met convenit, exploratura num huic Instituto idoneus videretur. Placuit ita B. Matri ut jam tum hunc illi quod moliebatur monasterio insitum optaret. Quod cum et Deo videretur, commoda rei huius perficiendae sese dedit occasio. Cum enim sermones varios inter se miscerent, et Joannes de Carthusiensi Instituto assumendo se jam constituisse diceret, illico Teresia, quid animo ageret, declarans, rogat non ante ad novum illud Institutum amplectendum animum adjiceret quam aliquod ipsa monasterium constituisset; et hoc ipsum illi longe futurum utilius: si enim ad majorem perfectionem aspiraret, in majorem Dei gloriam ac multo fore certius, si in prima, ad quam a Deo vocatus erat, sese Religione perficeret, quam in alia quapiam. Fidem adolescens dedit, modo diutius aequo illius monasterii erectio non differretur. Recreabant lieta haec pia Matrem initia, quod duos jam vivos reperisset lapides in domum quam dilectissimo Sponso suo construere decreverat, fundamento collocandos; etsi Antonius satis usquequaque illi non faceret: quocirca non omnino displicuit rem trahi E ac differri; praesertim cum deesset locus ad instituendum idoneus.

69 Eodem quoque tempore, quatuor nempe aut quinque ante mensibus quam ad Malagonense fundandum monasterium (de quo proxime loquemur) abiret, ad illam adolescens genere nobilis, Deo ducente, accessit, etsi quod inde sibi esset bonum secuturum ipse tum ignoraret. Beatae Matri hic, si modo Vallisoleti erigere monasterium vellet, domum quam ibi habebat, una cum horto satis amplo et commodo, qui late patentem complecteretur vineam, obtulit. Nec ficta aut inanis haec fuit oblatio, etsi domus ingentis esset pretii. Voluit autem quamprimum illius possessionem adiri: permagni quippe illius intererat rem urgeri, etsi id tum quidem ipse nesciret. Adolescenti huic nomen erat Bernardinus de Mendoza, comitis de Ribadavia filius, et Alvari Mendozii episcopi Abulensis ac Mariae Mendoziae frater a. Hic cum Abulae apud germanum antistitem ageret, saepe cum monialibus Excalceatis egerat, et consiliis quae ab iis acceperat, permultum profecerat. Erat is peculiari in Teresiam ejusque moniales affectu, illarumque sacrario sacerdotalet apparatus e serico villosus nec non pluviale et antependium altaris est elargitus. Hoc ex amore natum illi domus huius ipsis donandae desiderium. Haec a flumine Ulmorum dicebatur, et in ea olim commendator major Cobos animum a curis gravioribus relaxare solebat. His de rebus Abulae, etiam antequam Methymnensis domus excitaretur, agi coeptum: hinc apud beatam Matrem, cum per Olmedum illam fundatura proficisceretur, tam Bernardinus ipse quam comes de Ribadavia instabant ut ad Vallisoletanam prius fundandam animum adjiceret.

70 Methymnensibus rebus constitutis, Maria Mendozia, Ubedam cum fratre Bernardino concessura, Teresiam etiam atque etiam rogavit, secum Complutum usque venire ne gravaretur; quo alioquin etiam ipsa Mater, rei quam post narrabimus, conficiendae causa, properare intenderat. Hoc in itinere hanc suam Bernardinus, signatis ea de re tabulis, donationem ratam esse jussit. Teresia, illis digressis, Compluti substitit. Etsi vero locum construendo canobio parum idoneum esse cerneret, quod quarta circiter leuca parte urbe distaret, perspecta tamen donantis pietate ac sinceritate voluntatis,

S. Fundatrix

a

F

Complutum
sese confort.

A luntatis, tum vero quod, suburbani loci illius possessione semel adita, facile inde in civitatem se commigraturam praesagiret, oblatum admisit, eo sese conferendi ac monasterii in urbe adeo frequenti, quaeque inde non mediocriter commodum caperet, fundandi animo : etsi, ut paulo post videbimus, non id ea qua sperabatur celeritate confici potuerit. Causa itineris Complutensis B. Matri fuit haec. Rogarat illam summis precibus Eleonora Mascarenas, nobilissima juxta ac religiosissima femina, ut Excalceatas Complutenses propriam sui Ordinis formulam edoceret, et quae corrigenda censeret, suo ea judicio arbitrioque tolleret : id ipsum quoque petierat quam ardentissime Mater Maria a Jesu, quam jam olim, ut primo diximus libro, hoc ut monasterium construeret, Deipara Mater per visum admonuit *b*. Bimestri eoque amplius Compluti haesit; unde, confectis rebus, et nonnullis quae necessaria ad directionem ejus videbantur, institutis, Toletum atque inde Malagonem concessit.

CAP. XI.
Dein Malagonem

B diligentissime promoveat : divina namque illius Majestas omnipotentem manum suam admovebit, ac longe quam quis sperare forsitan ausit, plura praestabit. Teresiae ita contigisse jam videbimus : cum enim majori Dei gloriae quaerendae omni studio incumberet, Deus monasteriorum foundationes illi quodammodo ultro obtrudebat. Jam pauci ab oblato domicilio Vallisoletano elapsi erant menses, cum Malagonem ut abiret novum monasterium excitata, rogata est, oblati omnibus ad hanc foundationem necessariis. Hunc illi nuntium misit Aloisia de la Cerda, ducis Methymnae Celi soror, cujus in aedibus Toleti multos haesisse B. Matrem dies jam supra quintodecimo libri superioris capite commemoravimus. Haec namque, pro singulari sua pietate, cum audisset Teresiae alia fundandi monasteria factam esse copiam, illamque usu familiari jam nosset et mirifice erga eam afficeretur, summis precibus urgere aggressa est ut ad se Malagonem excurreret, cœnobium aedificatura. Etsi vero piis hujus matronae desideriis facere satis Teresia percuperet, distulit tamen ac foundationem admittere detrectavit. Praevidebat enim, cum exiguum id esset oppidulum, necessario annuis domicilium stabilendum proventibus, quo vitae necessaria subsidia compararentur; a quibus ipsa tamen maximo-pere abhorrebat.

comptibus
Abbat de la
Cerde

C 72 Hac de re cum viris eruditis, uti solebat, si quando difficultas se aliqua offerebat, communicabat, ac nominatim cum Dominico Bañezio, qui beatae Matri tum a Confessionibus erat. Visum illis hanc intermitteri foundationem sine piaculo non posse : ac, cum Sacri Concilii Tridentini auctoritate monasteriis stabiles census concedantur, nefas videri hanc ob causam illius erectionem cœnobii omittere, in quo de Dei honore tam insigniter promovendo ageretur. Teresia igitur, quae e virorum eruditorum semper consilio pendebat, suum vero nusquam sequebatur, ipsum, etsi perinvita, quod id Aloisia efflicti flagigaret, admisit. Huic Aloisia quae ad vitam necessaria erant quam abundantissime singulos in annos attribuit. In eam namque semper beata Mater sententiam propendit, ut vel nullis monasteria sua censibus dotanda censeret, vel, si admittendi forte essent, ii sufficerent, ne a quoquam vitae necessaria emendicare moniales cogereantur. Foundationis tabulis confectis, nonnullas Abula evocavit moniales, quae Malagonensis cœnobii initia

ponerent; ac domus Methymnensis praefectura Agneti a Jesu commissam, ejusque vicaria constituta Anna ab Incarnatione, quas ex Incarnationis egressas cœnobio et cum beata Matre Methymnam ad domus primordia constituenda advectas diximus, Annam ab Angelis, Mariam a S. Sacramento (quae deinde morbis et senio gravis, insignis patientiae et religionis editis documentis, Albæ decessit) necnon Mariam Magdalenam, Isabellam a Jesu et Isabel-lam a S. Josepho Malagonem secum duxit : quarum ultimae quatuor in monasterio Incarnationis aliquando vixerant.

AUCTORE
RIBERA.
D

73 Sub media verni temporis jejunia anno MDLXVIII Toletum, ubi eam Aloisia praestolabatur, pertransiit, Malagonem petens. Hujus in familia cum versaretur, praee ea qua erat animi demissione, acceptas a Deo gratias suppressere, quoad ejus fieri poterat, satagebat; sed easdem, quod in suam illae gloriam tenderent, Deus in lucem voluit proferre. Bis namque, aliis adstantibus et inspectantibus, mentis passa est excessum, quem ne celare quidem potuit. Ut discedendi Toletum commodum fuit tempus, una cum illis Aloisia Malagonem petiit. Quo cum perventum esset, octiduo coque amplius cum ipsa in secreto castelli ejus loca moniales egere, quod nondum esset designata domus habitationis religiosae usibus, prout oportebat, parata. Dominica Palmarum proxima suam primum domum adire. Universum in supplicantium specie oppidum ad arcem Aloisiae cum effusum accurrisset, hoc praeeunte, illae palliis suis albis indutae et velis faciem opertae templum petiere : unde, sacris Missarum solemnibus ac divini verbi praedicatione audita, ad suum, Sanctissimo Altaris Sacramento et quae paulo ante ad templum usque eas deduxerat supplicatione praegrediente, cœnobium perductae sunt, et insigni cum pompa ac totius populi pietate sacrum Eucharistiae pignus huc illatum. Hunc autem in populo pietatis sensum excitavit pium religiosarum hoc ritu possessionem suam adeuntium schema. Hoc igitur modo tertium est monasterium, S. Josepho item dedicatum (quod in hunc Sanctum Teresia peculiari ferretur affectu), constitutum. Quod autem domus haec haud procul a foro abesset, hinc postea visum est, cum melius paterent incommoda, eandem commutare : strepitus namque popularis aliaeque difficultates monialium quietem inturbabant. Quare de alia haud procul ab castello excitanda domo placuit cum Aloisia agere. A quo consilio cum nec illa abhorruisset, aliam eo quo beata Mater designarat loco excitare, insignis munificentiae exemplo, non dubitavit : in qua quod conditum est templum et cœnobium monialium usibus optime conveniunt; et haec ipsa est quam etiam modo incolunt.

monasterium
virginitatis

E

F

74 Sed nefas fuerit silentio hic praeterire quod in secundae domus hujus fabrica, cum prope ei fastigium esset impositum, contigit. Nempe cum Teresia sub vesperam advenisset, jamjam huc cum monialibus transmigratura, negarunt operae ante semestre id perfectum opus atque habitationi commodum fore. Haec in S. Catharinae Virginis ac Martyris pervigilio ab illis dicta sunt. Malagonem porro Teresia cum pergeret, tristes et peracerbas experta erat noctes et iter durum : unde tam affecto exhaustoque huc pervenerat corpore ut nullum sibi esse censeret membrum quod non gravem illi dolorem incuteret, ut lecto surgere praee virium imbecillitate haud posset. Illa nihilominus, ubi primum illuxit, strato se corripit, et domum visens, comperit vera sibi operas dixisse : quibus tamen edixit decretum sibi esse in festo immaculatae

constituit;

AUCTORE
RIBERA.

A Conceptionis Deiparae, quod in tertiumdecimum post diem incidebat, huc transire. His auditis, operae non parum obstupere, remque fieri plane non posse judicabant : nec vero minus mirata est socia quam adduxerat, diligentiam atque in opere perurgendo sedulitatem, cum superiori eam nocte agram adeo et confectam vidisset. Denique, re prout constituerat perfecta, illo quem designarat B. Virginis festo die moniales, solenni totius oppidi vicinorumque pagorum concursu, ac praecunte supplicatione, in qua Sanctissimum Domini Corpus moniales stipabant, in novas suas transmigrarunt aedes. Quotidie vero, quamdiu structura duravit, summo mane operas adibat, easque, ut ipsum urgerent, identidem cohortabatur, simul etiam quae facienda erant praescribens : ipsa quoque sordes prima ante alios everrere ac rudera, ipsasque sporta die toto sedula exportare, ut quotidie ad undecimam noctis horam sacrum Officii pensum persolveret. Omnibus porro jam peractis, ipsa Conceptionem Dei Matris praecedente nocte, eadem quae illam, cum primum huc appulit, tenebat infirmitas, denuo membra corripuit, ut omnium prope illorum usu privata dolores pateretur gravissimos, nec ullum

B toto in corpore expers doloris esset membrum; unde videbat non aliter se, Domino miserante, a morbo solutam fuisse quam ut operi huic promotrix invigilaret : quo demum ad fastigium perducto, morbus postliminio rediit, et diebus aliquot eam lecto affixit.

sibi paupertatem vite servandam curat

75 Ut primum haberi coepta domus est, dedit beata Mater operam, ut, quam tantopere diligebat, paupertas ne minimum quidem infringere, etsi vectigal ei cœnobio annuum esset contributum, cum id illa incommodum evitare minime potuisset. Quare, quantum in ipsa fuit, curavit ne quid singulare monialium aliqua privatim possideret, sed ut quas decrevisset Constitutiones integre, uti in aliis domibus paupertatem colentibus fieri solebat, servarentur. Quoniam vero illi usquequaque non placebat exactam hac in domo ad exemplum aliarum paupertatem non coli (quamquam suum hac in re doctiorum iudicio posthabuit), consolari ancillam suam Dominus, antequam inde recederet, est dignatus, nec non planum facere quam sit laudabile atque utile proprio nos alienum iudicium praeferre, cum praesertim in illorum opinionem concedimus quorum dictis merito credere nos oportet. Quadam die, cum ab Eucharistica surrexisset mensa et orationi ferventer instaret, ex hac domo insignem sibi proventuram gloriam Dominus illi aperuit. Quod haud multis post annis reipsa videri licuit, uti illius testimonium propria exaratum in charta manu fidem faciet.

C

et calicem visionis recreatur.

76 Ait igitur : « Postridie diei cinerum, cum in » S. Josephi Malagone vivificum Eucharistiae Panem » sumpsissem, imaginaria in visione se mihi spectandum Dominus, uti consuevit, exhibuit : quem » cum intuerer, spinei serti loco aliam mirifici » splendoris in capite illius vidi radiare coronam, » a qua totum etiam ambiebatur, idque, ut mihi » quidem apparebat, in ipso plagarum quas spinæ » inflixerant loco. Atque, ut erga hoc mysterium » semper mire affecta fui, permagnam inde voluptatem hansi, ac mecum ipsa corpi perpendere » quantum hac ipsi corona tormentum attulisset, » cum id genus plagas illi inflixisset; cumque hoc » me maiorem in modum affligeret, tum Dominus : » Non est, inquit, ut hasce ob plagas mei commiseratione tangaris, sed ob innumeras illas quæ » hodierna die mihi infliguntur. Petii igitur » quoniam modo rei huic mederi possim, et ad

» omnia idcirco subeunda me paratissimam esse D » declaravi. Negavit ipse jam quiescendi tempus » esse, sed ut in domibus condendis pergerem, est » adhortatus, cum animabus in iisdem degentium » se pacem habiturum ac quietem spondens. Sna- » sit insuper ut quotquot mihi offerrentur, illas » admitterem : permultas namque animas, quod » quo sese recipiant non habeant, ideo minus obsequio se divino dedicare. Addidit ut quas exiguis » in oppidulis erigerem, ad hujus eæ exemplum » erigerentur, non minus in his quam in aliis » moniales asserens posse proficere, modo eadem » quæ in aliis observantur, servare non renuant. » Simul etiam monuit pro viribus contenderem ut » unius superioris auctoritate omnes regerentur, » quin etiam operam darem ne ob nimiam corpori » necessariorum curam interna animæ pax turbaretur ac periclitaretur. Denique procuraturum » se ne quid nobis umquam deesset, spopondit. » Bimestri circiter Malagonensi in cœnobio B. Mater est morata; cui cum Annam ab Angelis praefecisset, inde demum abiit, quod nullam ei mens quietem, ob eam quam proxime narrabimus rationem, concederet.

77 Jam duo propemodum effluxerant menses, ex quo Bernardinus de Mendoza suam beatæ Matri obtulit domum et scripto donationem consignavit, ut Vallisoleti monasterium construeret, cum repente acri symptomate opprimitur, et adeo quidem praecipiti, ut omni linguae privatus usu, ne expiare quidem vitae maculas Confessione potuerit, etsi interni ob offensum Numen doloris plurima daret argumenta. Igitur celeriter admodum e vita abripitur, Teresia procul inde agente : mors namque illum Ubedæ oppressit, dum hæc Compluti versaretur; quo demum loco tristem de illius excessu nuntium accepit. Quo cum non mediocriter angeretur, metuens ne tartareis forsitan anima hæc suppliciis excrucietur, ideoque pro viribus eam Deo commendaret, per visum illi Dominus indicavit in summo quidem discrimine salutem Bernardini versatam e, at se ejus misertum, quod clementissimæ Matri suæ, hanc illi offerendo domum, e qua Ordinis illi dedicati sodalibus monasterium pararetur, gratissimum obsequium praestitisset; atque hunc non ante purgatorio liberandum igne quam prima in eodem Deo offerretur ad altare Hostia. His auditis, Teresia, ut incredibili caritate aestuabat, quiescere nequaquam poterat; quod praesentes sibi continenter graves haberet cruciatus quibus anima illa torqueretur.

CAP. XII.
Bernardini
Mendoza animam
E

78 Omne itaque illi tempus nimis quam longum videbatur, quo urgentibus negotiis impediabatur quominus Vallisoletum quantocius evolveret, et quoquo modo poterat, suum conderet monasterium. Atque hoc in causa fuit cur Malagone diutius non haeserit, nec Toletum, uti quidem optabat, contenderit. Non tam cito tamen ac quidem volebat, Vallisoletum se potuit conferre, quod Abulense eam domicilium suæ curæ concedit in visere necessario oportere. Ergo ad dies aliquot Abulae substitit, uti et Methynnæ, quo deinde concessit. Ut vero planum fiat quanta Dominum animarum purgatorio detentarum capiat misratio, quamque sit illi acceptum omne quod in ipsarum solutionem impenditur officium, ipse quodam tempore, cum beata Mater ad ingruentes difficultates expediendas moras hinc inde neckeret, illam inter orandum commonefecit ut abitum maturaret, quod acerrimis anima hæc tormentis cruciaretur. Miserat ante id tempus Julianum de Avila Vallisoletum Mater, quo abbatis ad hoc fundandum cœnobium facultatem impetraret.

e purgatorio
panis

A impetraret. Hoc in itinere Julianus Olmedum contendit, ut hac de re Alvarum Mendozium Abulensem episcopum ibi tum agentem conveniret, et illius auctoritate eam citius obtineret. Antistes hoc in negotio, uti et in aliis quæ B. Matri occurrebant, quantum potuit studii atque operæ præstitit, unaque cum Juliano Joannem Carrillium, qui sibi tum a secretis erat, et modo ecclesiæ Abulensis thesaurarius est *d*, misit. Etsi vero impetrari facultas non nisi ægerrime potuit, quod redditu annuo monasterium id carere deberet, et domus e qua tum quidem constituendum erat, urbe procul distaret, Teresia tamen, cum Domino Jesu excitante, tum sua ipsa sponte non mediocriter incitata, prout potuit, itineri se non multo post dedit, etsi ad ipsum parum instructa, et iv idus Augusti an. MDLXVIII, B. Martyri Laurentio sacra die, Vallisoletum est ingressa.

Fundando Vallisoletum monasterio.

79 Ad constituenda cœnobii primordia delecta est a B. Matre Isabella Arias, quam aliis tum præposuit, et Antonia a S. Spiritu, quam Malagone secum eduxerat, et Maria a Cruce, quæ de quatuor primarum fuerat numero. Ex Incarnationis vero subsequente sunt Juliana a S. Magdalena et Maria a Visitatione; ad quas quinto post mense accessit Maria a S. Joanne Baptista, quam Maria Mendozia singillatim expetierat. Ut primum Teresia domum inspexit, magnopere dolere cœpit: etsi enim amœna et animis relaxandis accommodata foret, quod peregrinorum annexum haberet hortum, tamen facile perspiciebat non sine ingentibus ibi suas posse commorari sumptibus, et, quod propter flumen sita erat, insalubrem haud dubie fore. Sed nullum ea de re Teresia verbum apud suas, ne eas forte contristaret; Deoque nixa sperabat hunc, cum eo se evocasset, de loco etiam ubi commode agerent, prospecturum. Inter hæc ipsa fabros clanculo evocat, murosque jubet resarciri, ut, solitudini parata domo, externorum accessus aspectusque arceretur. Nec interea Juliani de Avila in facultate obtinenda cessabat industria; quæ antequam concederetur, Dominica jam dies aderat.

liberat.

80 Verum cum jam provisor eam ad Sacrum eo quem ad hoc parant loco offerendum concessisset, Julianus, haud cunctandum ratus, Sacrorum primitias ibidem Deo obtulit. Qui cum Sacrosancti Teresiam Sacramenti participem facturum accederet, in admirabilem, prout ante vel post Dominici Corporis sumptionem illi solemne erat, mentis excessum eam vidit abreptam. Hujus causa fuit apprensus ante divinam Synaxin Bernardinus Mendozius, domus hortique quem incolebant olim dominus, ore decoro vultuque hilari ac splendido; qui complicatis manibus immensas illi agebat ob acceptum per ejus operam liberationis e purgatorii cruciatibus beneficium gratias: quo facto, in Superiorum lætus evolavit tabernacula. Mirifice hocce Teresiam visum recreavit; idque eo magis quod dicta sibi a Domino nonnisi perfecto plane cœnobio adimplenda crederet, ac tum demum, primis celebratis Sacrorum solemnibus, Bernardinum pœnis purgantibus solvendum. Jam assumptæ in caros Virginis festa dies aderat, cum, facultatis impetrato diplomate, domus eo ritu adita est possessio quo nuper Methymnensis, eique a Conceptione B. Virginis de monte Carmelo visum est nomen imponere. Ad dies aliquot in eadem moniales diversatæ sunt: quam etsi haud multo post deseruerint, ad aliam commigraturæ, reticulatos tamen Teresiam inibi cancellos atque versatilem orbem parari jussit, quo perfectam claustrum formam locus referret, perinde ac si longior ibidem futura esset commoratio.

81 Idem sub tempus omnes sodales ex loci intemperie morbus prostravit. Quo perspecto, Maria Mendozia, non genere minus ac facultatibus quam præstanti pietate et in egenos liberalitate conspicua femina, magni commendatoris Cobos uxor et marchionis Camaraseni mater, quod B. Matrem longo jam usu nosset (erat enim episcopi Abulensis soror) et esset in ipsam, erogandis non raro eleemosynis, propensa, singulis necessaria adhiberi curationis officia imperavit. Quod autem vitæ religiosæ usibus domus hæc parum commoda videretur, cum quia ab urbe erat remotior, ut propterea non ita facile necessaria vitæ trahendæ subsidia comparanda viderentur, tum quia insalubris et morbis obnoxius is locus erat, Teresiæ facili ipsa negotio persuasit ut hanc sibi cederet, aliam ejus se loco coempturam spondens. Ut dixit, fecit. Nec vero satis habuit domum illis simul et templum Instituti apta rationibus attribuisse; sed cuncta etiam necessaria, insigni cum liberalitate, exinde assiduo eis impertiri grave non duxit. In novas hasce ædes in nonas Februarii anni MDLXIX, festo S. Blasii Episcopi et Martyris, solemnî supplicantis populi ritu et mira omnium congratulatione migratum est. Quæ deinde eo majora cepit incrementa, quod hanc in domum eæ adlectæ sint moniales quæ mira sanctitate claruerunt, ac de quibus multa scribenda forent, si suus esset hic locus. His peractis, allatæ haud multo post ad Teresiam Toletum sunt litteræ, ut et illuc cœnobium erectura (quod quidem ipsa jam dudum percupiebat) concederet. Diutius ergo hic commorari cum minime licuisset, Isabellam Arias, quæ post a Cruce nomen est mutuata, monasterio præponens, illiusque in regimine vicariam Mariam a S. Joanne Baptista constituens, Abulam summa celeritate contendit, inde Toletum abitura.

AUCTORE
RIBERA.
*Alteras ibidem
acquirat ædes.*
D

ANNOTATA.

a Bernardinus, Alvarus et Maria de Mendoza nati erant e Joanne Hurtado de Mendoza et Maria Sarmiento, filia Bernardini primi comitis de Ribadavia. Frater eorum natus maximus Didacus comitatus Ribadaviensem, quem a matre sua hæreditaverat, reliquit filio suo Ludovico, cui successit Eleonora filia, Didaco de los Cobos nupta. Cum vero hæc improles obisset, titulum comitissæ de Ribadavia extrema ætate obtinuit Maria de Mendoza, Ludovici amita, de qua hoc capite et pluries in sequentibus Ribera loquitur, et quam non raro in Comment. prævio laudatam invenies. Conjux Mariæ fuit Franciscus de los Cobos, commendator major Legionensis, et filius Didacus de los Cobos, Didaci modo nominati parens, qui primus marchio de Camarasa factus est per matrimonium cum Francisca Aloisia de Luna contractum. Cfr. Imhof in Genealogiis viginti illustrium per Hispaniam familiarum (pag. 192, 193 et 208).

b Vide lib. 1, num. 120, et Commentar. prævium, num. 325.

c Consonat orthodoxa hæc Ribera dictio cum dictione S. Teresiæ, quam ab Arnaldo in versione gallica suppressam fuisse ostendimus num. 1509 Commentarii prævii.

d Est hic idem Carrillius de quo in Commentario prævio num. 1040 agitur.

CAPUT VI.

Fundatio Toletana.

Pauculis illis quibus Abulæ Teresia hæsit diebus, uti et illis quibus inde Toletum profecta est, mi-

CAP. XII.
*Fundandi
ergo virginum
cœnobii*

AUCTORRE
HIBERA.

A

nime otiosa fuit; sed omni quo potuit studio con-
nixa est ut aliquod Fratribus Excalceatis excita-
retur monasterium. At quoniam continua serie
de illis agere foundationibus animus est, quidquid
vero ad Teresiam spectat, conglobatim et ordinatim
reddere, ceptum de virginum monasteriis narra-
tionis filum nolo abrumpere, donec de Excalcea-
torum cenobiis sit narrandi locus ac tempus.
Toletani monasterii fundandi hæc fuit occasio et
initium. Commorabatur Toleti vir honorabilis ac
divini Numinis reverens, Martinus Ramirez nego-
tiator; qui, quia illiberis erat (nullum enim conu-
bium inierat), suis ex opibus illustre aliquod mo-
numentum in pios usus excitare decrevit, atque
imprimis (quo semper propenderat) aliquot in
ecclesia quadam parochiali Toleti sacerdotia suis
dotata censibus constituere. Hunc morti jam vici-
num Paulus Hernandez, Societatis Jesu sacerdos,
vir doctus ac pius imprimis (Teresiam hic noverat,
et illi Toletum Malagonem ad excitandum monaste-
rium properanti in culparum Confessione operam
dederat; quo unico ex congressu tantam de eximia
illius sanctitate et prudentia opinionem concepit
ut hoc de ea dare testimonium non dubitaret:

B « Mater Teresia a Jesu magna quædam est fœ-
mina, a tecto usque ad imum et a tecto rursus
» usque ad summum, imo etiam major », inquit;
et, quod Toleti Excalceatis virginibus condi cenobium
cumprimis optaret, auctor fuit, ut, si aliquod
Deo obsequium e suis pecuniis præstare ac dignum
nomine suo monumentum superesse vellet, oblata
jam commoda occasione, Excalceatis domum ac
templum construi juberet: quod videlicet opus in
maximam asserebat Dei cessurum gloriam, et in
quo qua cogitaret sacerdotia possent fundari.

Teresia Toletum venit;

83 Ea porro Ramirezii fuit imbecillitas adeoque
se morti putabat vicinum, ut, cum sibi vires et
tempus ad hæc constituenda necessaria minime
suffectura crederet, rem omnem fratri Alphonso
Alvarez Ramirez, viro prudenti, religioso, sincero
atque in egenos profuso, commiserit, ut hoc ille in
negotio pro sua exequeretur prudentia quod Dei
Opt. Max. obsequio convenientissimum judicaret.
Martinum autem tum ex hac vita excedere contigit,
cum Vallisoleti Teresia ageret: ubi etiam Pauli
Hernandezii necnon Alphonsi Alvarezii litteræ illi
sunt redditæ, quibus suum illi animum significa-
runt, eamque Toletum, si hanc admittere funda-
tionem vellet, extemplo se ut conferret, invitarunt.

C Hanc illa ob causam festine Vallisoletum, uti dictum
est, discedens, ix kalendas Aprilis anni MDLXIX,
pridie festi Incarnationis, Toletum pervenit. Di-
vertit ad Aloisiam de la Cerda, Malagonensis domus
fundatricem, a qua amanter excepta fuit, quod ab
illa in oculis ferretur. Duas secum socias duxit,
Abulensi e cenobio evocatas, Isabellam a S. Domi-
nico et Isabellam a S. Paulo: quibus secretum
confestim attributum de more cubiculum, in quo,
prout in monasterio solebant, religiosi exercitiis
sine turba vacarent. Teresia, nihil cunctandum
rata, cum Alphonso Alvarez quamprimum suis
de rebus agere instituit; quem suas illico in partes
haud invite sequentem pertraxit. Verum secunda
hæc et prospera initia tristioribus temperare Do-
minus casibus volens, per Alphonsi generum, cujus
ille consilium hac in re permagni faciebat, aliquam
rei ceptæ difficultatem movit.

sibi plura of-
fendit obsta-
cula

84 Generi suam Alphonsus multas B. Matri
conditiones parum æquas proponebat. Interim ta-
men alia pretio elocanda domus sedulo tota urbe
conquirebatur, ut aliqua saltem capiunda posses-
sionis fierent initia, et pedem Excalceatæ Toleti

figerent; sed irrita conatu. Teresia inter hæc lo-
candi domicilii ab urbis gubernatore sibi facul-
tatem fieri enixe postulabat. Ea namque tempestate
archiepiscopus urbs non habebat, et archiepisco-
patus cum potestate vicaria moderabatur licen-
tius Gomez Tello Giron. In cassum omnis B. Ma-
tris conatus erat: nam nullis obtineri a præfecto
ea facultas precibus poterat, etsi eam quam studio-
sissime efflagitarent hinc Aloisia de la Cerda, illinc
Petrus Manrique, supremi Castellæ præfecti filius
et canonicus Toletanus; qui haud multo post cum
Societati Jesu se dicasset, in eadem vitam reli-
giosam morte sanctiori conclusit. Etsi vero jam
gubernator videretur quodammodo mitigatus, ar-
chiepiscopalis tamen consilii assessores summa con-
tentione sese opponebant. Jam cum Alphonso
Alvarez transigenda res haud lætorem exitum
habuit: nam quidquid effectum erat hactenus,
simul penitus concidit. Ergo, cum et itineris la-
bores et expensæ non vulgares, sudor item omnis
et contentio et diuturnior temporis mora (bimestre
namque hoc in negotio curando transactum erat)
frustra essent, deesse sibi Teresia vidit et argentum
et domum et facultatem superiorum ad fundatio-
nem inchoandam.

85 Quo igitur se verteret, ignorabat; retro tamen,
re irrita, reverti pigebat. Omnia ergo nova illi
pœnarum materia erant. Nihil vero eam affligebat
magis quam denegata facultas superiorum: hac
namque habita, Deo freta, reliqua ex voto sibi
cessura sperabat. Non jam igitur aliorum amplius
in hac impetranda operam adhibere (comperit nam-
que non deesse qui præfectum ab hac re clanculo
deterrent), sed per se rem omnem statuit pera-
gere. Quamobrem in templum ædibus præfecti
vicinum concedens, misso illum nuntio ad secum
colloquendum invitavit. Ille ut constituto adfuit
loco, Teresia, etsi in sermone placida ac perbenigna,
ipse contra vir princeps esset et dignitate tanta
conspicuus, sancta tamen libertate in hæc eum
verba compellavit: « Jam duo et amplius, domine,
» elapsi sunt menses, ex quo in hanc urbem veni,
» non ejus videndæ aut animi remittendæ, sed
» solius Dei gloriæ quærendæ ac salutis animarum
» procurandæ causa, et quod in nonnullis aliis Hi-
» spaniæ civitatibus divinæ ejus Majestati præstiti
» obsequium, id in illustri hac etiam urbe, qua
» possim, præstandi, Excalceatis videlicet moniali-
» bus primigeniam B. Virginis de monte Carmelo
» regulam observantibus monasterium excitando.
» In quam rem etiam aliquot mecum sodales
» sumpsi.

86 » Erat hoc singulari doctrina, virtute ac
» dignitate tua dignum aliquam miseris hisce fœmi-
» nis in sancto adeo proposito opem afferre, easque,
» ut in eo alacriter progrediantur, cum hunc di-
» gnitatis tibi Deus locum dederit, exhortari. Nul-
» lum tamen horum hactenus vidi documentum.
» Tanto enim tempore nec facultatem a te petentium
» auctoritas nec evidentissima causæ nostræ æqui-
» tas hanc a te ulla ratione impetrare potuere. Est
» sane durissimum, neminem tota reperiri urbe
» qui religiosarum omni ope destitutarum ac so-
» lius Dei causa tantam vitæ severitatem, perfe-
» ctionem, solitudinem et adeo sinceram a rerum
» mundanarum commercio alienationem sectan-
» tium patrocinium suscipiat; quin etiam eos qui
» bus nihil curæ est, sed qui contra commode agunt
» viteque delicias assectantur, opus Dei gloriæ in
» tantum promovendæ institutum omni animi stu-
» dio ac contentione subvertere conari. Non desunt
» nobis in quibus commoremur domus, ad quas

E.

Urbis præfe-
ctum

F

sancta dicens
libertate

AUCTORE
HIBERA
Ddomum ali-
quam

E

conducit

F

A « si redierimus, non multum sane amiserimus, cum
« quod in hoc mundo amittamus, vix quidquam
« nobis sit reliquum : sed consideres velim quan-
« tum inde potius urbi huic sit accessurum dispen-
« dium, et quam minime id e re ejus futurum. Si
« vero tua hæc res opera intercidat, nec ad exitum
« quem sperabamus, perducatur, quid in tui apud
« supremum mortalium judicem Christum, cujus
« unius causa et ductu huc venimus, purgationem
« allaturus sis, tecum velim cogites : prægnantem
« quippe quam tunc producere queas rationem
« non video, si rem hanc Deo, a quo ad hanc ideo
« es dignitatem electus ut omni studio quidquid ad
« ipsius tendit obsequium provelere satagas, acce-
« ptissimam impedias. »

ad equalem
erga se men-
tem tradit.

87 His aliisque id genus rationibus, quas mira
quadam verborum libertate ac generositate, quam
tum quidem Deus illi indidit, B. Mater in medium
attulit, ita præfectum permovit, ut, antequam tem-
plo digrederetur, facultatem obtinuerit, etsi non
eam quam volebat : hanc enim ille conditionem
interposuit, ut novo nollet monasterio aut vectigal
annuum aut tutorem fundatoremque ullum attri-
bui. Hæc tamen Teresiae ita fecit satis ut jam sum-
mam se votorum consecutam judicaret. Quam in
monasterii foundationem possidebat pecuniam, tri-
bus ea quatuorve ad summum constabat aureis :
ipsa tamen, donec alii conferrentur, non exspe-
ctans, nec hos etiam asservare volens, duas in tela
pictas coemit imagines in altari collocandas, qui
templi futurus erat ornatus, duas item culcitras
stramineas ac lodicem, quæ futuri erat cœnobii
supellex. De domo inveniendâ nulla omnino spes
erat; quæ etiam cum Alphonso Alvarez ineunda
erat conventio jam prorsus conciderat.

Opera pii ju-
ventis

88 Habitabat Toleti negotiator religiosus, Al-
phonso de Avila cognomento, officiis caritatis ad-
dictissimus. Hic Teresiae notus erat, eique ædes se
comparaturum sponderat : at, quia iis ipsis die-
bus lecto æger decumbebat, illi, prout volebat,
opitulari non poterat. Sed qui numquam ei deerat
Dominus, alia illi ratione, quæ cuiquam ne in men-
tem quidem veniat, de domo prospexit. Sub id tem-
pus Toletum venit Martinus a Cruce, ex cœlu
Franciscanorum, vir religione inclytus Teresiaeque
adjuvandæ percupidus. Antequam in viam se daret,
adolecentem ad illam misit, Andradium cogno-
mine, non opulentum illum quidem, cui confitenti
ipse Crucius operam dare solitus erat : huic in
mandatis dedit ut quidquid illi B. Mater injungeret,
sedulo exequeretur. Is ergo Teresiam cum acces-
sisset, et promptæ quidem suæ voluntatis edidisset
documentum, sed quantum ex ipsius poterat verbis
colligi, non alia se illi re quam semetipso usui esse
posse declarasset, ipsa (quæ illius erat gratitudo)
immensas illi ob pium hocce desiderium gratias
egit. Sed illo digresso, apud se subridere ipsa et
sodales illius cœpere ob tam inutilem sibi a Crucio
adjutorem submissum; cum neque ob exteriorem
vestitum videretur ad colloquium cum Excalceatis
monialibus admittendus, imo nulla penitus instru-
ctus dote qua usui futurus videri posset : ut et
subvereri Isabella a S. Dominico cœperit ne quis
sinistri quid opinaretur, viso adolescentem hunc
laicum cum Teresia colloqui. Cui lepide Mater :
« Tace, obsecro, in præsens : quid enim de nobis
« quis cogitet pravi, quæ pauperculis peregrinatri-
« cibus hand absimiles videmur? » Cum deinde
habere se videret neminem qui clam, prout oport-
ebat, domum sibi conquireret, Andradi hoc placuit
negotium committere. Quod illa sociis consilium
cum aperuisset, ridere non modice incipientes, hoc

consultum videri negarunt, quod suum hoc pacto
in vulgus emanaturum propositum ac penitus col-
lapsura quæ moliebantur opera arbitrarentur.

89 Parum hoc morata Teresia illarum consilia
floccipendit, ut quæ altioribus duceretur rationi-
bus. Credebat enim, cum a sancto illo sibi Andra-
dius destinatus esset viro, non posse non utilem
aliquatenus fore, nec frustra ab illo missum videri.
Huic igitur advocato, et rem quam poterat ma-
xime suppressere jussu, negotium conquirendarum
ædium injungit, dato in conductionis pretium qui
fidejuberet : cui rei Alphonsus de Avila animo
jam tum destinabat. Habuit rem cordi Andradius,
et postridie mane Teresiae, in templo Patrum Socie-
tatis Jesu Sacra Missarum audienti, domum se in
vicinia reperisse nuntiat (quod haud procul a Sancti
Benedicti abesset) et illius se deferre claves, ut,
cum alluberet, eam inspiceret. Inspecta placuit
beatæ Matri; ut etiam integro dein anno eandem
incoluerint. Hoc porro ipsa non parum tum obstu-
puit : quin etiam postea, quotiescumque foundationis
hujus recordabatur, nova semper hoc illi stuporis
erat occasio, quibus Deus mediis uteretur, conside-
ranti; cum, quod trimestri pene spatio tota passim
queritantes urbe ditiores reperire non potuere,
medio id die adolescens hic repererit : cumque sine
ulla prorsus molestia monasterium fundari potuis-
set (uti quidem poterat, si Alphonso Alvarez assen-
sum esset), hunc idcirco conatum intercidisse videri,
ut nonnisi cum paupertate et difficultate propositæ
foundationis opus perliceretur, adeoque Dei provi-
dentia clarius elucesceret. Teresia, ut numquam
tergiversabatur nec vel momentum effluere sinebat
quo quæ necessaria erant, non promoveret, ad has
se transferre ædes quam maxime cupiebat, ac sui
monasterii ante possessionem auspiciari quam in eis
quidquam adaptaretur, ne quod aliunde impedi-
mentum incideret.

90 Tametsi hoc ipso tempore permulti tum au-
toritate tum pietate spectabiles viri, a quibus
identidem intervisebatur, temerarium dicerent ali-
quod sine majori certitudine cœnobium fundare
velle, atque id perinde esse ac domicilium in aere
locare, quin imo indecens censerent conductitiis
in ædibus Sacrum Altaris Sacramentum exponere,
nec non alia id genus complura in medium affer-
rent, quæ, si humana prudentia res metienda foret,
consulto spectanda videbantur, hæc tamen Tere-
siam, divinæ prudentiæ innixam, nec moverunt
nec a proposito urgendo deterruerunt. Quin potius
magna diligentia suis domum usibus centum illis
quos ab œconomi Aloisio de la Cerda uxore mutuo
sumpserat argenteis, quod quidquid Toletum attu-
lerat nummorum jam absumptum esset, instruebat.
Nec vero Andradi hic conquievit industria, quod
gratum aliquod Deo præstare obsequium omni
contentione desideraret, et hoc illi in negotio, si
quam posset, opem afferre. Effecit itaque ut qui
eamdem incolerent domum, brevi se inde subduce-
rent. His migrantibus, B. Matri significavit suam
ut huc supellectilem conveheret. Cui renidens atque
ore blando Teresia : « Brevi hoc fecerimus, An-
« dradi : ubi namque duas invexerimus culcitras
« et lodicem unam, universum nostrum instru-
« mentum adduxerimus. » Non placuit sodalibus
hoc Matris responsum, mirantibus cur huic ita se
suaque manifestasset. Verebantur enim, ne, per-
specta ipsarum paupertate, a præstando sibi posthac
obsequio fieret alienior. Sed ab hisce timoribus et
longe aberat B. Mater et ipse propter hanc causam
Andradius ab eo quod poterat præstando nequa-
quam deterritus est obsequio; quin adeo se navum
sedulumque

AUCTORE
RIBERA.

A

CAP. XIV.
IN QUA MONAS-
TERII FUNDITUR.

sedulumque exhibuit, operas fabriles adducendo et domum concinando, ut in illius jam perfectae videndae desiderio ne ipsis quidem monialibus quidquam videretur concedere.

91 His ad votum constitutis, jam qui ad Missae Sacrificium celebrandum necessarius videbatur, apparatus Teresia conquisivit. Ergo post solis occasum cum quodam fabro, parva praeconante nola, quarum est ad elevationem salutaris Hostiae in Missa usus (quod aliam non haberent), domum adeunt, ejusdem possessionem capturae. Totam eidem accommodandae noctem impenderunt. Sed qui in sacrarium pararetur locus deerat, nisi forte atrium quoddam amplum, in quod nonnisi per domunculam vicinam, quae etiam pretio ab ipsis conducta erat, patebat aditus. Aliquot hanc incolebant mulierculae, quibus nihil dum hactenus dicere ausae fuerant, ne rem prius propalarent quam ex voto esset confecta. Omnibus ergo jam paratis, cum primum diescere inciperet, parietem quemdam interjectum demoliri orsi sunt, ut in templum destinatum aditus pateret. Quae etiam tum dormiebant feminae et nihil hujusmodi cogitabant, ut primum cuneorum auditi strepitus, consternatae et indigna-

bundae strato se corripunt, vix ullis ut verbis mitigari sedarique potuerint. Etsi vero principio alieniores viderentur, post tamen, viso quod res erat, oblata praesertim illis a beata Matre pecuniola, promittente simul alias se ipsis conquisituram aedes, sese praebuere moderatiores nullumque exhibere exinde negotium. Ut primum illarum muliercularum procella conquievit, Joannes a S. Maria Magdalena, Carmelitarum praepositus, ad Sacrorum celebrandas primitias haud importune sese obtulit; ad quas suo monachae tintinnabulo signum dedere, et in rei hujus testimonium tabulas confici jussere. Hoc itaque pacto, S. Bonifacii Martyris festo, pridie Idus Maji, eo quo diximus anno, domus hujus facta sunt principia: quam eodem quo alias hactenus, S. Josephi nomine denominandam beata Mater censuit.

non sine notis
obstaculis

92 Hoc ipso vero die plurimi timuerant ne urbs funditus interiret; quod ita paucis ante diebus sciolus quidam agyrta inani praesagio civibus persuasisset. Unde fiebat ut multi suas Confessione noxas aperirent et sacras Eucharistiae inirent epulas, futurum eventum praestolantes. Oratione vix consequar quis omnium mane fuerit Toleti, novo hoc viso monasterio, stupor et admiratio, quis tota urbe hac de re sermo, et quam in pietatem plurimorum pavor transierit, videntium adeo civitatem non interisse ut etiam novo aucta esset monasterio. Verum ante omnes ipsa aedium domina, viri majoratu gaudentis uxore, ut primum domum suam repente, se ignara, in monasterium transisse comperit, non modice mirari ac stomachari coepit: at, spe injecta illam, si usibus religiosi accommodata foret, quo demum vellet pretio redimendam, turbati desunt. Nec minus ipsi consilii archiepiscopalis assessores, viso monasterium ejus condendi negarant potestatem, re ipsa jam coaluisse, indignati sunt. Unde, quod praefectus urbe abesset (facta namque jam Teresiae cœnobii fundandi copia, extra civitatem eum concedere oportuerat), rem in immensum illi extollere, et tantam mulierculae mirari se dicere audaciam, quod novum se invitis monasterium urbi invexisset: quare magnas in eam minas jactarunt. At quidam de canonicorum numero, illius suscepto patrocinio, id ipsum aliis etiam locis eam fecisse commemorabat; nec vero credibile videri ipsam sine necessariis ad hoc litteris id opus inchoasse. Has ergo sibi petunt exhiberi; et paucis interjecto

tempore, sub excommunicationis anathemate sacra in eo peragi vetant Officia, nisi potestatis factae litteras promat.

93 Nihil hæc B. Matrem comminationes perterruere; sed eadem eos qua antea praefectum allocuta libertate, illorum se jussis spondit parituram, etsi iis alioquin morem gerere hac in re minime obligaretur. Ergo Petrum Manrique obsecrat ut assessores adeat, et quas a suis olim superioribus hunc in usum acceperat litteras exhibeat. Verumtamen non parum illam angebat quod praefectus, a quo non scripto, sed ore dumtaxat facultatem obtinuerat, iis ipsis diebus abesset. Sed Vincentius Varonius e sodalibus S. Dominici, cui Teresia notissima erat, quique de hujus fundatione cœnobii cum praefecto aliquoties egerat et hujus erat rei non omnino nescius, nonnullos ex canonicis convenit; quorum cum opera et aliorum etiam patronorum intercessione, tum quod negotium jam confectum esset, factum est ut assessores mitius agerent. Pacifica igitur monialium erat angustis in ædibus commoratio, etsi rebus necessariis destituta: nam duae culcitæ stramineae et lodix una universam domus constituebant suppellectilem. Major de nocte quam interdiu patiendi erat materia: cum enim immitte frigus ureret, et illi pellendo lignum non suppeteret, culcitæ incubantes, se, prout poterant, stragulis et palliis spissioribus cooperiebant. Quin ea ipsa die qua adita primum domus, non alia in festivum epulum instructa fercula quam aliquot sardae, et coqua non habebat quod ageret: namque supellex nulla domi erat, et ne ligni quidem frustillum, quibus hæc assarentur; donec in sacrarii angulo fascis apparuit ligneus, quem a Domino submissum haud inanis conjectura est: undenam enim et a quo illatus esset, non apparebat. Inde haud multo post, cum ovo coquendo sartago deesset, hanc illas mutuo sumere oportuit; salem vero chartae ingestum saxo comminuere. Idem de rebus reliquis esto judicium.

94 Nocte etiam quadam Teresia frigore rigens cooperiri se a filiabus cum petisset, illae leniter inter sese ridentes dixere plura ut stragula frigori arcendo non requireret, cum quaecumque domi suppeterent, sibi instrata essent, pallia scilicet quotidiana: quod et Matri post subinde risum movit. Non poterit qui hanc Teresiae paupertatem legerit, meo judicio, non admirari undenam egere Toleti re quapiam ipsa potuerit, cum opulenta illa matrona, cui erat acceptissima, ea in urbe commoraretur; nec immerito. Cum nimirum suas Deus ancillas re ipsa experiri vellet cequasnam nomine ipsius suscepta paupertas divitias involveret, ut hominibus harum divitiarum ignavis documento essent, factum ut et Aloisiam Teresia nihil rogaret (erat enim a petendo alienissima) et illi ne in mentem quidem veniret qua ancillae Dei penuria laborarent. Si enim illius fuisset conscia, quam liberalissime aliquod subsidium attulisset; uti etiam attulit, quotiescumque aliqua re illas indigere comperisset. Videbat hæc quidem e caelo Dominus, at praeterire eas videbatur, ut hac eas inopia divites redderet: unde et incredibili illae cum interius tum exterius gaudii sensu perfundebantur, ut se ipsae vix caperent. Insolita autem iis diebus Teresiae animum gaudiorum copia inundabat, et mirus illam adeo pietatis ardor corripiebat, quem quotidiana excitabat paupertas, ut suavi perpetuo in contemplatione versari videretur. Verum hæc rerum inopia, ne dicam opulenta copia, diuturna non fuit.

95 Alphonsus enim Alvarez aliique liberalitate noti longe in illas plura quam quidem optabant, erogarunt:

ac summa
cum pauper-
tate

E

penuntur.

E

Demum mo-
niales

A erogarunt : rebus quippe terrenis affluentibus, spiritus defecere voluptates, quas indigentia pariebat; ut hunc gaudiorum defectum vel in vultu ipsarum Teresia legeret, insolitaque tristitia ab ipsis causam petens, audierit communem omnes voce dicentes : « Quid faciemus, Mater, cum jam pauperes » esse desiderimus? » Alphonsi porro Alvarezii, cum tantam indies et oculis et auribus ancillarum Domini acciperet inopiam, Deo inspirante excitari de novo erga easdem cepit affectus, ut cum beata Matre intermissum jam dudum negotium denuo tractare velle se diceret. Verum Teresiae visum est primum illi in sui suorumque sepulturam sacellum cedere dumtaxat, at a reliqua illum foundationis gloria excludere, utpote quae jam utcumque sine illius ope confecta esset. Sed hac in re non paucos adversarios habuit, nefas esse dicentes hoc singillatim illi posterisque sacellum attribuere : etsi enim honesta essent oriundi familia, haud tamen equestri et illustri; non defore scilicet tam frequenti et copiosa in civitate virum aliquem insignem, cui cum honore princeps assignari aedícula posset. Et quae illorum jam de sacello, eadem jam ante fuerat de foundationis iniunctis sententia, ne ob eam videlicet quam jam attulimus rationem Alvarezium ut fundatorem admitteret. Sed quamquam hanc Teresia oblocutionem parum morabatur, ut quae nobilitatem generis numquam non virtutibus posteriorem duxisset, hac tamen de re jam ante plurimi ad praefectum urbis retulerant, et tantum apud eum effecerant, ut, cum ille copiam beatæ Matri faceret domus fundandæ, hanc inter cæteras conditionem interposuerit ut non aliter hanc quam alias alibi fundaret. Hac ergo super re cum secum ipsa deliberaret, et cuiusque princeps esset aedícula consiguanda, ecce vir quidam genere conspicuus hanc sibi præ aliis petiit attribui : unde et longe quam ante acius a beata Matre amici insistebant, ut quid faciendum censeret, illico definiret. Verum ipsa in eo quod sibi faciendum esset, anceps hærebatur.

stabilem non-
erantur 20-
dem.

96 Hanc autem nutantis animi fluctuationem apprensus Dominus facile discussit, dum illi planum fecit quam exiguo apud Deum numero esset natalium splendor, ipsamque increpuit acius, quod pro nobilitate loquentibus propensius auscultasset. Hujus illa revelationis seriem chartæ commisit, quam in manibus aliquoties habui, et cujus hæc forinsecus erat inscriptio : « Hæc sunt quæ tum » mihi sunt revelata, cum persuadere mihi conabantur ne cui in sacello Toletano sepulturæ jus, » qui non de equitum esset classe, concederem. » Introrsum vero hæc præferebat verba : « Ingens » tibi onus arcessis, filia, et plurimis laboribus » obrueris, si mundi spectare leges velis. Me potius respice pauperem et inopem et ab ipso con- » temptum. Forte mundi hujus magnates magnos » coram me futuros arbitraris, vel vos ob generis » claritudinem potius quam ob virtutum decus » æstimandos? » Alvarezio igitur soli tandem sacellum assignavit. Quod quam consulto factum fuerit, licuit haud obscure post animadvertere, cum illius potissimum ope et subsidiis ingens illa coempta sit domus in quam primo vertente anno commigrarunt; cui paucas Toletum habet pares, ut quæ duodecim aureorum steterit millibus. Idem quoque plurimas quotannis celebrandas Missas aliæque pietatis hic exercenda munia, quæ cum populo tum monialibus ipsis in magnum solatium cedunt, fundavit. Huc igitur Deus monasterio singulari quadam ratione esse voluit prospectum, cum curando ut de temporalibus subsidiis nihil illi deesset, tum

vero tales huc adlegendos sodales quas spiritualibus suis esset opibus ditaturus.

97 Teresia itaque, suam ut primum possessionem stabilivit, alias aliunde socias evocavit. Ex Incarnationis ad eam accessere quatuor hæc : Catharina Yera et Joanna Yera, cui modo a S. Spiritu cognomen, sorores germanæ et illustribus Abulæ familiis prognatæ; nec non Antonia del Aguila et Isabella Suarez. Quarum e numero sola Mater Joanna a S. Spiritu in nova hac mansit familia : reliquarum, uti et aliarum nonnullarum quæ ex Incarnationis successerant, hæc quidem ob invale tudinem, illæ quod necessariae ad tantam vitæ novæ quam assumpserant severitatem tolerandam vires deessent, eodem rediere. Quocirca suis deinde Teresia in Constitutionibus cavet ne qua posthac aliis e cœnobiis in suam familiam adlegeretur, ne quidem ex iis quæ eodem in Ordine laxiorem regulam servant. Unde fiebat ut, cum sui Instituti suppeterent sodales, ex Incarnationis alias transcribere desineret. Malagone item evocavit Annam a Jesu et Isabellam a S. Josepho; ut, annumeratis novitiis duabus, septem universum Toleti numero forent, cum inde Teresiam recedere oportuit. Vix a cæpta foundatione annus effluxerat, cum novo se E Instituto aggregavit Anna a Matre Dei, quadraginta nata annos. Hæc in summa rerum opulentia innutrita, Dei se obsequio ferventer manciparat, etsi parum secunda hactenus usa esset valetudine : at ut primum carere his cepit et austeritate et rigore monastico atterere corpus, optata rediit sanitas. Tanta illius erat pietatis vis, ut, omnibus a se, etiam antequam vota Deo nuncuparet, abdicatis facultatibus, illarum dominium penitus in monasterium transcripserit. Nec vero beatæ Matri hæc abnegatio opum placuit, quin imo hanc ab ipsa fieri vetuit, illius probandæ causa deliberaturam se asserens num ut idonea in Ordinem foret cooptanda; ac tum demum, si facto periculo utilis judicaretur, hanc abdicationem faceret. Cui Anna, si quidem post Ordine excluderetur, Dei se amore stipem vitæ trahendæ ostiatim emendicaturam, magnitudine animi singulari respondit; cæterum quocumque res demum recideret, factam jam a se fortunarum suarum (quæ sane vulgares minime erant) monasterio donationem ratam habere se : unde et nullo, eam ut deinde revocaret, potuit modo suasuque adduci.

98 Tam prompta porro et hilaris hacce in domo (idem et de aliis censendum est) relucebat parentia, ut, si vel per risum quidpiam fieri juberet antistita, nullo alio expressiori imperii verbo expectato, ab inferioribus id quam celerrime executioni manderetur. Hinc cum monialis quædam, haud procul a palude consistens, superioris, ut in ipsam se conjiceret, imperium audisset, extemplo in eandem insiliit. Hic quoque Teresiae res accidit, ad memoriam posteritatis quæ transmittatur dignissima. Monialis quædam jamjam de vita emigratura, incredibili ob instantem vitæ finem gaudio perfundebatur. Hanc cum Teresia, ex oratione in choro ante augustissimum Altaris Sacramentum fusa, qua felicem illi a Deo exitum petierat, reversa conviseret, ad medium caput lectuli Redemptorem Jesum conspexit, in speciem desuper incubantis atque ulnis aliquantum apertis eam protegentis, uti S. Gertrudi (lib. v, cap. ii) quodam tempore ad extrema redactæ olim adstiterat visus est. Tum ad Teresiam Dominus conversus, ut certissimum eam habere jussit, eo se omnes, quotquot ipsius in cœnobiis defungerentur, moniales modo protecturum, ut nullas in mortis articulo sint tentationes formidat.

AUCTORE
RIBERA.

D
et numero au-
gentur.

E

F
Jesu S. Ma-
tri spondet

AUCTORE
RUBERA.

A

turae. Quae nonnisi de illis quae secundum Instituti praescripta ac leges victurae sunt, intelligatur sponsio oportet. Similiter non aliter eas a tentationibus novissimis immunes fore spondet, quam quod extremo in agone ab iis ipsas sit liberaturus oppugnationibus quae mentem obruant, aut magnis inquietudinibus interturbatum exitum afferant.

et filius ejus
morientis
protecturum.

99 Ab illo vero tempore accurate Teresia observavit, tam hanc de qua jam agimus, quam reliquas quibus morientibus adfuit, egregiam quamdam supremam in vitae hora animi tranquillitatem praeferre solitas, perinde ac si placidissima quiete ac recollecta mente orationi incumbere. Idipsum quoque paucis abhinc diebus, et quidem cum haec scribo, videre haud obscure licuit in celebri illa Dei ancilla Maria a Cruce, vera ac genuina Matris Teresiae a Jesu filia, quam ad primi libri calcem de primis quatuor B. Matris sectatricibus fuisse commemoravi. Demortua illa est Vallisoleti e pleuritide vii kalendas Martii, hoc ipso anno MDLXXXVIII, cum insigni virtutum omnium, ac praesertim charitatis, obedientiae, animi demissionis ac patientiae exemplo omnibus quinque et viginti in vita monastica annorum spatio praeluxisset: quotquot enim cum ipsa maxima temporis illius parte sunt commoratae, testaturae sunt non meminisse se ullum eam cuiquam offensionis aut alienandi animi occasionem unquam dedisse. Tanto porro moriendi aestuabat desiderio ut vix crederet mortem sibi instare, seque solo ob dilatam mortem languore ac vitae longioris taedio emorituram diceret. Mira animi tranquillitas ad extremum usque in aegrotante enituit; ut nullo mortis instantis in vultu edito signo, ne quidem oscitationis, quoad quidem licuit advertere, placidissime Creatori animam reddiderit. Etsi vero, dum viveret, utcumque deformis esset, a morte tamen tantam pulchritudinem vultusque candorem induit ut prorsus alia videretur, manifestissima Deo in corpore ipsius excellentis qua donata in caelo anima erat pulchritudinis indicia ac notas exerente.

ANNOTATUM.

a Plures hujus sponsionis affines praerogativae disceptantur in Comment. praevio num. 1686 et seq., ubi et adoptatur sententia huic Riberianae similis.

C

CAPUT VII.

Foundationes Pastranensis et Salmantina.

CAP. VII.
Pastranae
principis Ebo-
lenae liberuli-
tate.

Jam pervigilium erat Pentecostes, et quintusdecimus a fundato monasterio Toletano dies. Hoc temporis intervallo Teresia templo instruendo et cancellis ferreis adaptandis aliisque id genus operibus perficiendis multum operae impenderat, cum ad mensam in cenaculo accumbenti tanta subito oborta est consolatio, quod omnia jam perfecta cerneret sibi curis solutae hisce Pentecostes feriis Domino nostro Jesu Christo penitus vacare liceret, ut omnis quasi edendi appetitus evanesceret praeter gaudii animo insidentis magnitudine. Inter haec adesse nuntiatur missus ab Anna Mendozia, principissa Ebolesi, Roderici Gomez de Silva conjugis, puer. Ex hoc Teresia invitari se a principissa didicit, ut Pastranae, suo in municipio, prout inter ipsas convenerat, Ordinis sui caenobium erigeret; tametsi id non adeo celeriter perficiendum beata

Mater arbitraretur. Porro parum consultum fore D judicabat, Toletani monasterii rebus haudum satis constabilis, tam cito inde recedere, praesertim cum tantis hactenus adversarii conatibus huic obstitissent; etsi quam enixissime id famulus ab ipsa contenderet, jam illuc suam appulisse heram, et quidem non alia de causa, affirmans. Teresia ergo, videns Roderici Gomez et ejus conjugis postulatis fieri satis debere, quod ad divinae gloriae augmentum non parum id facere censeret (cum enim regio favore imprimis opus hic haberet Ordo, quo nimirum subnixus, adversariorum, a quibus jam tum convellebatur, calumnias revinceret, horum idecirco captanda principum benevolentia videbatur), coram Sanctissimo Eucharistiae Sacramento supplex se abiecit, eaque sibi inspirari petiit, quae, cum principissae perscripta essent, eam minime offenderent.

101 Illico vero vox ad illam dilapsa: « Huc te » conferre ne negligas, filia; nam longe alia huc » te vocant negotia quam sola caenobii fundatio. » Regulam et Constitutiones tecum porta. » His a Domino confirmata verbis, ad solitum simili in negotio asylum anxia Mater confugit, ad Patrem, inquam, spiritualement; et suis utramque in partem allatis rationibus, percontabatur ecquid Dei gloriae promovendae expedientius fore is judicaret, etsi a Domino sibi dictorum nihil illi indicaret: ita namque sibi melius satisfactum iri putabat. Simul etiam assiduo dari sibi a Domino lumen, quo illustrata rectum dispiceret, postulabat. Itaque, confessario suadente, Toletum altera Pentecostes die, vii kalendas Junias anno MDLXIX, assumptis secum comitibus Isabella a S. Paulo et Antonia del Aguila, discessit; cum Toletanae sedis antistitam Isabellam a S. Dominico constituisset. Pastranam cum appulisset, benevole a principe Roderico et conjugis excepta, apud illos est secluso a reliqua familia in conclavi cum sodalibus diversata. Sed opinato hic diutius haesit: quam enim principissa illi assignarat domus perangusta erat, et multas ejusdem ipsa demoliri jusserat partes, ut quam oportere formam monasterii indueret. Trimestri et amplius Pastranae commorata est; et, licet nullo id aut perexiguo ei labore, qualem in aliorum excitatione experta erat, domicilium constitutum videretur (quia jam res omnis confecta videbatur), non vulgarem tamen subire hic ipsam fuit necesse, nonnullis illi a principissa propositis conditionibus, a quibus, utpote suo Instituto dissentaneis, cum plane abhorreret, re infecta reverti Toletum jam decreverat. Verum cum principissa pro suo erga divinum obsequium studio caenobium id summo cuperet, et maritus votis illius haud invitatus annueret, transacta denique ex voto res est, et monasterium a Conceptione Virginea denominatum, fundari coeptum vii idus Julii, octavo a Visitatione Deiparae die, eodem quo dixi anno MDLXIX a.

102 Nonnisi duas illas quas supra nominavi moniales Teresia assumpserat: unde Isabellam a S. Hieronymo et Annam a Jesu Methymna, ubi sacrum induerant habitum, visum est advocare; et ex Incarnationis aliam adlegit. His ita constitutis, Toletum remeavit, quod suae domus haec potissimum opus haberet subsidio praesentiae, cum nuperrime esset excitata. Hinc aliquot ibidem commorata est mensibus, quoad illae quas diximus ades coemerentur: in quibus ex legibus Instituti cuncta rite constituit. Pridie igitur festi S. Magdalene Toletum appulit, et ea qua venerat rheda Isabellam a S. Dominico Pastranam remisit, ut domicilio ibidem constituto praesesset: Annam vero ab Angelis, Malagonensibus

caenobium
virginum sua-
rum.

E

F

a
Teresia erigit.

A Malagoneusibus praepositam, Toletanis posthac voluit imperare; quod illa munus cum annos plurimos hic exercuisset, modo ipsum Concha cum laude exequitur. Hujus in locum Malagone Matrem Mariam a S. Sacramento suffecit, Pastrana vero Isabellam a S. Paulo subpriorissam creavit.

103 Sub idem tempus Martinus Gutierrez, collegii Societatis Jesu Salmanticae rector, insigni saucitate ac judicio vir, necnon praestanti eruditione conspicuus et habendis ad populum concionibus praeclarus (cujus opera permultas Deus animas ad suum invitavit obsequium, quoque uti administro placuit ut tandem firmiter ipse mecum, inspirante Numine, post multam fluctuationem, ad hanc me Societatem adjungere constituerem b), Teresiae per litteras significat pretium operae facturam videri, si Salmanticae monasterium suarum virginum constitueret; ad quod multis illam est rationibus efficacibus cohortatus. De eadem re Teresia ante menses aliquot secum ipsa cogitavit; sed illam civitatis deterruerat pauperies, quam novo Mendicantium cœnobio alendo imparem fore credebat. Interim vero cogitare cepit Abulam Salmantica ditio-rem non esse, et nihil tamen suis hactenus Abulae defuisse. Ergo Abulam sese statuit conferre, ut inde Salmanticam transiret. Una porro dumtaxat cum comite Salmanticam abiit, Maria a S. Sacramento, de qua jam alias memini. Ex quo enim semel Methymnensem in coloniam cum pluribus monialibus profecta rem difficultate non caruisse animadvertit, secum exinde statuit (quod et postmodum visa est in reliquis foundationibus servasse) nonnisi paucissimas, puta unam atque alteram, initio secum assumere, quoad foundationis primordia fulcirentur, et, iis demum constitutis ac possessione stabilita, alias accersere.

104 Abulae igitur cum adhuc moraretur, Martino Gutierrez perscripsit ut sibi ab episcopo Salmanticensi (erat is Petrus Gonzalez de Mendoza c) rei hujus facultatem impetraret; quem ipse cum de instituto talibus in monasteriis observari solito coram edocuisset, haud difficulter rei perficiendae potestatem obtinuit. Jam sibi Teresia rem constitutam videre, jam monasterium fundatum, hac antistitis impetrata facultate, videbatur. Domum igitur viri nobilis, Gonzalvi Yañez de Ovalle, in rivo a S. Francisco denominato, haud procul a S. Elisabethae monasterio sitam, ab amicis jubet conduci. Hanc tum quidem academici nonnulli incolebant; sed ii sunt emigrare jussi, ubi primum qui eandem de novo conduxerant, appulissent. Teresia namque semper propositum habebat cavere ne quid rerum ante in vulgus emanaret quam possessionem iniisset: usu siquidem perspectum habebat quam sua satanas monasteria exosa haberet, quibusque eorumdem erectionem impedire viribus niteretur. Abula igitur pauculis cum nummulis, sed in divinam misericordiam fiducia plena, discessit: praevidebat enim plurimis sibi ad domum instaurandam fore opus, et neminem Salmanticae qui auxiliarem sibi huc operam adferret, se inventuram. Pridie ergo kalendas Novembris sub prandium Salmanticam invectae sunt, cum potissima superioris noctis parte summum per viam essent frigus multaque aliunde incommoda perpessae; non idcirco tamen, ne quidem etsi graviores subeunda fuissent molestiae, ab eo, quod ad Dei gloriam non mediocriter facturum praevidebat, opere peragendo fervida Dei ancilla deterrebatur.

105 Diversorium vix ingressa erat, cum Nicolaum Gutierrez mercatorem, quem noverat (nam dum illius filius in Incarnationis monasticen profi-

tebantur) quemque virum pium esse inaudierat, advocavit; cujus etiam operam multis in rebus hac in foundatione adhibuit. Huic ergo in mandatis dedit ut e conductae domo eodem ipso die emigrare academicos juberet. Quod ille cum naviter praestitisset, eodem die ante vesperam res confecta est: unde factum ut ingruentibus primum tenebris eo Teresia cum suis se conferret. Dederunt tum pia sedulitate pro se quaeque operam ut postridie rei sacrae peragenda idonea domus appareret. Quem in usum P. Martinus Gutierrez sacrum illis instrumentum, pictas tabulas, ornatum altaris aliaque huc facientia mutuo dedit, simul etiam Fratrum duos eo destinavit, qui in domo sacelloque adornando monialibus auxilio essent. Quo fiebat ut summo mane, instructis jam omnibus, Sacra celebrata sint, et domicilii hujus, a S. Josepho etiam appellati, festa omnium Sanctorum die anni MDLXIX d firmata sit possessio. His confectis, statim aliquot Methymna moniales accersendas curavit, quarum adventu domus illico in monasterii cepit formam coalescere. Hae porro illarum sunt nomina: Anna ab Incarnatione, quam domui cum imperio praeposuit, Maria a Christo, quae illius vicaria est constituta, et Hieronyma a Jesu, hodie praeposita Veasensis. Abula porro duas evocavit novitias, quas eodem adlegerat, Annam a Jesu, hodie Madritensem priorissam, et Joannam a Jesu; necnon Mariam a S. Francisco, quam Toleti suum in cœtum adscripserat, quaeque in praesens Albanis monialibus praefecta est.

106 Proxima se nocte Teresia ejusque comes Maria a S. Sacramento, quae aetate Matrem antebat, solae in vasta illa et parum instructa domo commorantes, in conclave quoddam abdiderunt, palea invecta constratum. Hanc namque primam sua in monasteria ante omnia Teresia supellectilem invehebat: censebat namque, palea illata, jam sibi abunde de cubili prospectum esse. Tum quidem, praeter hanc paleam et duas lodices, quas Societatis Jesu collegium submiserat, nulla domi supellex suppetebat. Sed postera luce S. Elisabethae moniales venturis aliunde sodalibus necessaria, quin etiam cibum, magna benignitatis significatione subministrarunt, insignisque in eas toto illo quo in vicinia habitarunt tempore harum eluxit munificentia: nam et tum quidem, et etiam semper antea, excellentes sanctitate et caritatis in proximum officiis ac religione praestantes sodales monasterium hoc habuit. Hae ipsa igitur quam dixi nocte magnus Mariam a S. Sacramento invasit timor ne quis forte domi delitesceret. Ut primum conclavis oclusae fores, timere quidem aliquantulum desiit; attamen circumspicere pavida hinc et illinc cepit, ut ne illo quidem se loco tutam crederet. Diabolicum id fuisse commentum constat, quo non tam Mariam quam beatam Matrem turbare connitebatur. Etsi enim nihil illa metueret, quod tamen esset corde languido, pauca illi ad ingens afferendum dispendium satis erant. Huc accedebat quod, cum postridie fidelium ageretur defunctorum commemoratio, in omnibus tota civitate templis ingens ac lugubris aere campano de nocte excitaretur sonus, qui cordis illius debilitatem non modice adaugebat.

107 Teresia igitur percontatur ecquid respectaret. Cui Maria: « Agitabam animo, Mater, » ecquid, si hoc me emori loco ac tempore contingeret, sola hic ageres? » Hae Teresiam responsio cogitabundam nonnihil reddidit, et aliquem etiam timorem rei dictae illi injectit: etsi enim mortuorum corpora nullum illi timorem incuterent, aliquem tamen cordis languorem ei afferebant.

126 Sed

AUCTORE
RIBERA.

Cap. xvi.
Deinde.

b

d

E

dat initium;

F

quod post annos tres.

jurantibus
Martino Gu-
tierrez S. J.
ulique.

Salmantico
monasterio.

AUCTORE
RIBERA.

A Sed quod faceta esset et mentis robore præstans, inania hæcce terricula flocci faciens, Mariæ timorem hoc est responso opprimere aggressa : « Hoc » ubi evenerit, carissima, tum demum quid facto » mihi opus sit, deliberabo; at in præsens quiete » dormire me, obsecro, permitte. » Triennio prope in hac commorantes sede, non mediocriter perpassæ sunt incommoda : erat enim, utpote vasta et male materiata, liberno frigori exposita, et ob flumen quod a S. Francisco nomen habet et ejus fores præterlabitur, humida et malesana inhabitantibus. Unde factum ut gravissimas toto illo tempore tulerint ærumnas, tametsi animi pacem nunquam exuerent et non vulgari consolatione perfunderentur. Teresia vero inde digressa (quod non multo post advenit), longe gravior incubuit tribulationis procella, ob eam quam post dicemus causam. In digressu autem Annam ab Incarnatione domicilio recens inchoato præfecit; quod illa munus multis annis cum laude gessit. Non mediocriter quoque illas affligebat gravis illa solitudo quod Eucharisticum apud se Panem non haberent : toto namque triennio tam suavi carendum fuit hospite, quod, quo honeste decenterque collocaretur hierotheca, locus deesset.

Sancta iterum
Salmanticam

108 Ut vero quidquid illa in domo Teresia præstitit, uno simul complectar fasce, uti in aliis feci, dicam, tribus illis quos ante posui annis jam evolutis, aliam filias suas in domum, priori hac deserta, longe commodiorem opportunioremque, etsi non sine magna molestia, transtulisse. Cum enim illæ ædibus commodioribus maximopere indigerent, eæque tota civitate inquirerentur, tandem cum nobili equite Petro de la Banda stipulatæ sunt ut quamdam sibi domum, quam possidebat, venumdaret. Hoc cum Abulam Teresiæ Incarnationis regenti monasterium, uti suo reddemus loco, per litteras perlatum esset, statim cuidam e Societate Jesu, viro gravi ac probo, quem ipsa permagni faciebat, rem enarravit, simulque petiit sibine consuleret Salmanticam ut properaret, has aedes coemptura, quas in usum monialium omni re necessaria instrueret. Is ergo (uti post ipse mihi met narravit) id sibi negavit conveniens videri : si enim virilis esset sexus, aliquam concionando, egrediendo visitandoque frugem in proximos eam posse afferre; at a femina, quam claustrum monasticum deceret, quid sperari commodi posse? Teresia vero magna qua erat in Deum fide, et ardenti in suas charitate flagrans, secum rem maturius cum expendisset, eo se conferre apud animum statuit, assumpta in itineris comitem Quiteria de Avila, ejusdem cœnobii Incarnationis monacha, quæ etiam post eidem cum potestate præposita est.

veniente,

109 Multis porro per hoc iter exagitata fuit incommodis, quod ipsum Augusto esset mense ineundum. Nam cum solis per diem æstus illi esset noxius, per densas noctis tenebras aspera via incendum ei erat. Nec vero hic molestiarum fuit finis : cum enim quos ad domum instruendam mutuo corradere potuerat nummulos jumento imposuisset, ipsum, nocturna fallente caligine, de via deflexit et diligenter quæsitum minime comparuit. Sera igitur et intempesta nocte in diversorium perveniunt, sed sine jumento et argento. Illucescente die, emissus qui jumentum conquireret puer ipsum hand procul a via regia prostratum tandem reperit, integris sarcinulis, ut ne vel obolus deesset. Sequenti nocte, non jam nummi, sed Teresia ductrix disparuit, de via caeco errore digressa : quod longe gravius comites afflixit. Cum enim mutuo per tenebras frustrarentur conspectu, ab invicem

distrahi omnes contigit. Unde, qui eodem properabat Pater, in pagi cujusdam quem pertransibant vico B. Matrem et Quiteriam subsistere tantisper jussit, donec alios ipse per viam comites conquiret : quos ille inventos cum præstitutum in locum, in quo Teresiam ante reliquerat, vellet conducere, ad eum unde abierat locum redire non potuit. Quare ulterius cum adductis comitibus progredi orsus est, idem Teresiæ consilium incidisse ratus : nemo quippe non existimabat Teresiam cum reliquo comitatu subsequi, eo prorsus modo quo Jesum duodennem Jerosolymis amitti contigit. Viso autem post longiorem expectationem beatam Matrem non accedere, magnopere indolentes denuo ab invicem separari cœperunt : hi quidem ut viam relegentes in ipsam inciderent; illi vero ut sublata voce illam quaquaversum inclamarent. Ecce, tandem post anxiam horarum aliquot expectationem visa adesse Teresia cum comite sua et agricola, quem quatuor conductum argenteis, ut per tenebras errantibus viam monstraret, inde a suo tugurio assumpserant. Itineris hujus inter alios comites erant F. Antonius a Jesu et Julianus de Avila, qui sua B. Matri opera in omnibus prope domiciliis fundandis perutilis exstitit.

E
in alias aedes

110 Salmanticam cum pervenisset, e vestigio domum quæ venalis erat, adiit, ipsam coram inspectura. Optimo quidem hæc sita erat loco, inter comitum de Fuentes et de Monterey domus media : sed bina habebat incommoda. Primum quod feudalitatis esset ac nonnisi regiis impetratis litteris a possessore posset divendi. Alterum quod adeo quassata ac diruta appareret, ut, quo in formam monasterii aliquatenus instrueretur, mille et amplius aureis expensa staret. Huc quoque illa accedebat difficultas, quod, cum circa festum S. Michaelis diem domus Salmanticæ locari solemne sit, et medio Augusto huc Mater appulisset, tempore illo medio vel structuram omnem perfici, ut ad statutum Archangeli diem huc commigrare liceret (perbreve autem munitioni id tempus erat, cum multa restauranda occurrerent), vel alias in reliquum anni tempus aedes conducere oportebat. Teresia vero, cui ad omnes difficultates superandas robur infusum Deus attribuerat, cum equite paciscens domum ea conditione ab illo comparavit ut ejus vendendæ ipse a rege potestatem impetraret. Magnum ergo operi confestim admoventi jubens, atrium sacello assignat atque alia monasterio futuro necessaria loca distinguit; nec non vicinæ domus partem, quo capacius esset sacrarium, coemit. Julianus de Avila operi præsidebat, et ejus designatus inspector, fabros, ut maturarent, urgebat, magna pecuniæ vi in ipsum insumpta. Dies statuta ut adfuit, nondum quidem id plene perfectum erat, sed multa hinc inde adhuc restabant sarcinenda, tametsi plures hactenus in ipsum operæ insudassent, et insudarent etiamnum : huc tamen ipsas commigrare fuit necesse, quod aedes in quibus commorabantur, in sequentem annum non conduxissent, et illarum dominus, ut quamprimum demigrarent, instaret. Ergo pridie dedicationis Archangeli Michaelis summo mane huc transiere; in diem vero sequentem indicta erat Venerabilis Eucharistiæ in locum hunc illatio cum sacra ad populum concione et apparatu solemniori.

translatum
fuit.

111 Verum enimvero Teresiæ ante hanc solennitatem nonnihil probare Redemptor voluit constantiam. Quo enim die ad has mane convenere aedes (factum id anno MDLXXIII), tanta a prandio caelo decidit pluvia ut maxima in necessario ex una in aliam domo comportando instrumento subeunda

A cunda fuerit difficultas, et templi jam recenter erecti ædicolæ tectum rimosum aquam transmitteret. Unde fiebat ut qui indictus erat apparatus non quo constitutum erat ritu celebrari posse visus fuerit, nec tamen in alium commode differri diem, quod illo celebrandum jam passim publicatum esset. Non parum ea res Teresiam afflixit; quæ confestim ad eam qui ex omnibus illam solebat adversis eruere, se convertit, et amice cum eo expostulans, aut se hujusmodi in operibus ministram non adhiberet, aut importunæ huic ipse necessitati prospiceret, insigni cum fervore Domino dictitabat. Ut primum festivus illuxit dies, inopinato cælo toto sol fulgore cœpit nitere; unde summus omnium ordinum factus concursus, et solemni cantu verbi-que divini prædicatione præmissis, inusitata Venerabilis Eucharistiæ Sacramentum pompa, magno B. Matris monialiumque gaudio (quæ eodem carentes hactenus tristi quodammodo in solitudine vixerant), huc demum illatum est. Quod autem optimo domus hæc esset loco sita, frequentari sæpius a multitudine et populus solito magis erga ipsam affici cœpit: imprimis autem Maria Pimentel, comitissa de Monterey, miro in ipsam ferri studio, et subsidiis quibus poterat liberaliter præsto esse. Erat hæc matrona religiosissima et in egenos Dei-que famulos copiosa eroganda stipe notissima. Nec defuit e cælo sua submittens auxilia Deus, aliquot statim virginibus hujus sectandi Instituti mentem aspirans.

112 Unde, etiamnum Teresia Salmanticæ agente, duæ genere illustres sorores (etsi pium altera alterius propositum ignoraret) in hanc cooptari petierunt familiam. Uni nomen erat Francisca de Luna, alteri Eleonora de Ledesma, generosi civis Martini Davila Maldonado filiæ, cujus demum in hæreditatem Joannes de Solis Davila filius successit. Erga ambas affici Teresia singulari amore cœpit, quod de ipsarum probitate, pietate, modestia ac judicio ætatem longe superante (erant enim juvenculæ) multa aliorum e sermonibus comperisset. Has quidem ambas ipsa suum in Ordinem adscripserat; sed cognito deesse Franciscæ (quæ primo aditum sibi fieri postularat) oneri ferendo necessarias corporis vires, sororem illius Eleonoram dumtaxat adlegit, quæ a Jesu est cognomen sortita, et ante biennium illa in domo exactum, magno sui sororibus relicto desiderio, e vita decessit: erat namque insigni morum suavitate, humilitate et comitate omnibus cara; et paucillo illo tempore adeo in via Domini festinavit ut merito in ipsam Sapientis quadret elogium: « Consummata in brevi explevit » tempora multa. » Hæc eo retuli quod beata hæc Jesu Christi sponsa universam a parentibus acceptam hæreditatem una secum in usum cœnobii attulerit; cujus illi fructus hactenus perutilis fuit et etiamnum manet.

113 Ante has et non ita multo post aliæ in eadem sunt cooptatæ familiam virgines nobiles, et inter cæteras Anna Solisia, Sueri Alphonsi Solisii filia, quæ in tenera ætate reliquum vitæ cursum generosa mentis constantia ac voluptate Deo libens consecravit. Nomen illi in religiosa vita fuit a S. Trinitate impositum. Illius vero singillatim eo libentius hic meminisse quod vocatio ejus mira fuerit et singularis. Cum enim jam inde a septimo ætatis anno ad sextumdecimum usque incredibiles in corpore dolores sustinisset, dum ulcerosum e brachio apostema, quod quodam e lapsu sibi contraxerat, tollere medici allaborant, et eo jam devenisset res, omni deficiente arte et industria, ut eo quo dixi ætatis anno eam chirurgi intermorituram plane

affirmarent, nisi a corpore brachium præcideretur, et hunc jam ipsa subire cruciatum sanitatis recuperandæ studio decrevisset, Catharina de Añaya matertera, quæ in S. Elisabethæ monacham agebat et divino erat obsequio addictissima, refragante, res dilata est: hanc enim ipsa fieri sectionem debere insigni animi magnitudine negans, spem potius omnem in Deum conjiciendam, a quo sua esset haud dubie virgini restituenda sanitas, aiebat. Nec multo post id ipsa sibi a Domino cœlitus dixit manifestatum. Tum quoque tam ardens languenti virgini Deo serviendi injectum est desiderium, et firmum adeo perfectionis in Excalceatarum cœtu sectandæ concepit propositum, ut emori prope præ desiderio videretur: quamquam huic corporis debilitas obstare voto videbatur, ut quæ ne feria quidem sexta, ob virium imbecillitatem, carniū esu abstineret. Nemo non, re hac comperta, spem illi votorum adimebat, atque inter reliquos id ipse desperabam; quod, si quidem naturalibus res rationibus metienda esset, nulla affulgere admissionis in hanc familiam spes videretur. Sed tantum quadam die menti illius afflavit robur de cælo Deus, qui solus hanc perficere rem volebat et poterat, ut illico tum Deo tum Sacræ ejus Matri Instituti hujus amplectendi votum, si modo valetudinem amissam redderet, nuncuparit. Et eodem etiam spiritus fervore addidit in hujus se rei signum omnem exinde in medicorum ope spem seposituram, ut soli Deiparæ patrocinio reddita salus adscriberetur.

114 Ut promisit, sic et medicis valedixit; et quanquam tabe ac sanie brachium fore ut computresceret, videbatur, illorum tamen posthac operam adhibere noluit. Nec sane frustra fuit: sospitatem namque tandem est consecuta, tametsi gemina in brachio plaga superesset. Quocirca apud consanguineos vehementius institit ut sibi liceret per ipsos huic disciplinæ se tradere, ad quam tantopere aspirabat; brachii namque secundum eam quam in Deiparam Matrem conceperat fiduciam sanitatem sibi esse restitutam. Sed fidem apud suos pia virgo non invenit; imo ne patruus quidem Petrus Solisius ante voluit hac de re antistitam cœnobii convenire quam suis esset brachium oculis conspicatus: quod illa cum insigni animata fide haud gravate patruo exhibuisset, sospes id et nullis deforme abscessibus esse comperit; quæ carnis integritas ita quidem constitit, ac si nullum in eodem ulcus ante exstitisset. Tum ergo de illa admittenda demum agi cœptum est; et ipsa in illam est transcripta familiam, in qua etiamnum magno sui cum solatio vivit. Ut ad cœptam narrationem redeat oratio, cum, Teresia e vivis jam sublata, cum viro illo nobili monialibus minime conveniret, hanc illi cedentes domum, aliam sibi coemerunt, in qua tum nosocomium (a Rosario id nomen habebat) erat; atque hæc ipsa est in qua modo diversantur: in qua singularem Dei opem indies experiuntur, dum de majoribus domicilii commoditatibus ancillis suis illi tota animi contentione famulantibus abunde prospicit. Qua de re plura in præsens possem referre (utpote mihi comperta), sed de superstitibus quam paucissimis semper agere mihi propositum est; tum vero quod de aliis scribere monialibus minime decreverim (singularis quippe de illis texenda esset historia, et prolixa admodum), sed de sola ipsarum parente ac duce Teresia, cujus concinnare Vitam constitui.

ANNOTATA.

a Quando Ribera Vitam suam Teresianam edidit, etiamnum

et tunc plures
naturalibus

fuissent ad-
scriptæ.

ac non timen-
tes singulas
puellas

AUCTORIB.
RIBERA.

A etiamnum in vivis degebat principissa Ebolensis : cui ne pius scriptor injuriam faceret, plura foundationis Pastranensis adjuncta prudenter omisit, quae nos § XXVI Comm. prævi retulimus.

b Quod hic obiter de sua ad Societatem Jesu vocatione Ribera meminit, latius evolvi Ven. Ludovicus de Ponte in Vita P. Balthasaris Alvarez, cap. XXXI; ubi etiam plura in Ribera laudem offert. Plura et nos attulimus in Comment. prævio, § 1.

c Petrus Gonzalez de Mendoza, e ducibus del Infantado natus, Salmanticensis episcopus factus est anno 1560, et non vulgari floruit doctrina, eloquentia ac morum integritate. Tridentini Concilii sessionibus sub Pio IV interfuit, deque earum historia curiosum formavit commentarium, ut testatur Nicolaus Antonius in Bibl. Hisp. Nova.

d Toto hic anno a vera chronologia aberrasse Ribera, num. 510 Comm. prævi demonstravimus.

e Prolixius hæc e jurato Ven. Annæ a Jesu testimonio narrata habes in Comm. præv., num. 571.

CAPUT VIII.

Fundatio Albana. S. Teresiae
iter agendi ratio.

B Ut igitur ad inchoatam de cœnobiorum fundationibus narrationem revertamur, ecce, etiam priusquam Salmantinum constitutum esset domicilium, Franciscus Velasquez, ducis Albani quæstor, et Teresia Laiz, illius uxor, Joannis Ovallii et Joannæ de Ahumada uxoris (soror hæc Teresiae erat, uti diximus) intercessionem apud B. Matrem omni contentione institerunt ut Albæ etiam suarum sedem stabilire ne gravaretur. Hanc ob causam cum aliquot Teresia sodalibus Methymna egressa est : sed cum pacisci pro voto non posset cum iis a quibus evocata erat, quod iniquas Institutoque minime congruas condiciones interponerent, resque proinde in longum traheretur, Methymnam, aliis poscentibus negotiis, ipsa revertit; inde vero Vallisoletum, post Toletum, demum Salmanticam, uti jam ante significavimus, profecta est. Vix duo a Salmantina fundatione effluxerant menses, cum rursus Albam ut properaret, importunis ii ipsi instant litteris. Cæterum in hanc illa sedem non usque adeo propendebat, quod, cum nonnisi oppidulum sit Alba, certis stabilendum id cœnobiū redditibus videretur. Sed ab hac illam opinione omni quo potuit studio divertere conatus est, uti et alias, Dominicus Banez, qui tum Salmanticæ agebat et Teresiae a Confessionibus erat, nefas esse hanc ob causam monasterii fundationem intermittere dictitans : neque enim, etsi dotatum id esset proventibus stabilibus, eo minus quæ in eo degunt monachas et paupertatem posse colere et ad perfectionem aspirare. Cujus sententiæ morem gerens Teresia secum statuit Albam cœnobiū erigendi gratia excurrere.

Teresia Laiz.

116 Nec vero hic tacendum est quid ad hoc a beata Matre monasterium efflagitandum fundatores moverit; inde enim haud obscure perspicui poterit non sine miraculo hanc esse fundationem inchoatam. Teresia Laizia, illustres nacta parentes, toto vitæ tempore summa fuit in Deum religione et moribus Christiana dignissimis; cujus aliquod dare prognosticon jam olim voluisse visus est Deus. Cum enim tertio a nativitate die (quod non adeo gratus illius ortus parentibus accidisset, ut quibus alia filia non deesset) solam illam in cunis vagientem ab aurora ad vesperam insigni negligentia deservissent, mulier cui concedita erat, cum compertum haberet quam parum proli cautum esset,

aliis nonnullis comitantibus, in conclave irruit, D coram inspectura utrum nondum exspirasset. Ergo pupam in ulnas accipiens, quærere ab ea lacrymosa voce cœpit : « Quid? Christiana non es, filia? » de crudelitate parentum adversus ipsam quodammodo conquesta. Infans illico sublato capite fari cœpit, ac omnibus audientibus dicere : « Christiana sum » : nam quo edita in lucem erat die salutari tincta fuerat lavacro. Exinde vero nullum amplius verbum protulit, donec statim loquendi in pueris ætatem nacta esset. Quo prodigio factum ut erga eam mater vehementius cœperit affici ac sedulam ejus haberi rationem jussert, diceretque unum hoc a Deo se exposcere, eatenus ut sibi vitam extenderet, quo cernere liceret quid huic puellæ futurum esset.

S. Andrea
Apostoli

117 Jam nubilem parentes collocare in matrimonio dum volunt, refragari Teresia initio et hunc suscipere statum nolle; donec, cognito Franciscum Valasquez suas ambire nuptias, cum illo quam primum contrahere, etsi antea de facie invisio, non abnuat, licet fortasse cur aliis eum procis antefereat, ignoraret, ad hoc connubium introrsum impellente Deo, qui hæc monasterium Albanum excitare decreverat via. Post annos non ita multos Salmanticam domicilium transtulerunt; qua in civitate Velasquezius opimum ac laudabilem magistratum gerebat. Academiæ quippe erat quæstor et omnium illius censuum curator; unde et sua professoribus stipendia quotannis persolvebat : quo illum munere ibidem fungentem ipse cognovi. Opulenta ac beata conjugii hujus sors erat, sed deerat fortunarum hæres : quam illi orbitatem acerbè ferebant. Prolem ergo summis a Deo precibus ac variis pietatis obsequiis obtinere Teresia satagebat. Sobolis vero desiderandæ alia non erat ratio quam ut sibi defunctæ hæres superesset qui suo nomine ac loco continenter Deum dilaudaret : neque umquam ipsa aliud in hoc hæredis desiderio spectavit. Cognito vero Apostolum Andream suo patrociniū steriles uteros fecundare, miro erga hunc studio rapi eique orbitatem suam commendare cœpit. Audiit vocantem, intercedente S. Andrea, Deus, non quidem prolem quam poscebat, sed aliam, quæ longe melius ac diutius faceret quod ipsa fieri cupiebat, ut exstaret nimirum aliquis qui sui loco Deum celebraret, petenti elargiturus. Nam hoc ipsa condidit monialibus, uti statim videbimus, cœnobiū, in quo inde ab initio ferventes Dei ancillæ sunt commoratae, et hodie quoque plurimæ commorantur : de quarum sanctimonia luculentum dare possem testimonium (quod plurimas illarum perfamiliariter novi), nisi duæ me illæ quas superiori produxi capite rationes impedirent. Quin etiam illud ipsum ab aliqua de cognatione illius fieri perpetim Deus concessit. Perpetuo namque jure uni suæ stirpis puellæ nec non uni de mariti progenie esse hoc in domicilio stabilem voluit locum, ut, si cui ea cœlitus mens inspiraretur, sine ullo prorsus censu hæc continenter admitteretur.

E

118 Quadam ergo nocte in lecto decumbens auribus vocem accepit : « Noli de prole esse sollicita; per hanc enim fieret ut salutis discrimen » adires. » Hæc quidem matronam vox mire perculit, at non propterea a solita deprecatione destitit, cum ea quam in hoc voto habebat intentione fieri non posse sibi persuaderet damnationem ut incurreret : hinc suas pro more preces ingeminat, et pro sobole Deo, patrocinate B. Apostolo Andrea, ferventer supplicat. Hoc ergo dum rogare assiduo pergit, vigilantine an dormienti incertum, oblata visio; sed a Deo illa quidem profecta, uti secutus declaravit eventus. Versari sibi quadam in domo videbatur,

apparitione

A videbatur, sub cuius areæ porticu puteum cernere se putabat. Haud procul inde vernantissimum conspexit pratum candidis perfusum flosculis, adeo quidem elegantibus ut vidisse se similes non meminisset, et quo elegantiam illorum modo explicaret, nesciret. Puteo adstantem Apostolum vidit Andream, forma venerabili ac decora, et ita quidem spectabili ut Apostolum esse clare perspiceret. Magna illius aspectus videntem voluptate perfudit; e quo mox audiit: « Longe alii hi sunt liberi quam » quales ipsa exposcis, » lectissimos illos (ut mihi quidem est verisimile) flores designans. Exinde omne illi sobolis habendæ abiit desiderium, nec jam amplius liberos a Deo expetiit; sed agere cum marito instituit, cum prolem sibi rerum arbiter negasset, dignum Deo opus facturos, si suis e facultatibus monasterium construerent, in quo assidue pie Deo monachæ famularentur.

utique divi-
um voluntatis

119 Pio conjugis studio maritus annuit; at displicuit locus in quo ipsum illa erigere in animo habebat: erat is haud procul Alba, Tordillos nomine, natale mulieris solum. Per idem tempus Maria Henriquez, ducissa Albana, Velasquezium ad se evocat, Ferdinandi de Toledo ducis simul et suum illum quæstorem creatura. Quem ille magistratum cum inisset, et domum Albæ comparasset, suam huc per litteras conjugem invitavit. Venit illa quidem, etsi perinvita, quod Albana illi displiceret civitas, multo vero magis illæ quas maritus coemerat aedes. Erant namque parum commodæ et paucis cubiculis distinctæ, tametsi optimo sitæ loco ac capiores. Et ergo luce postera in aream descendit, et porticum et sub eadem puteum conspexit, statim animo recurrebat hunc ipsum sane esse locum quem per visum jam ante, Apostolo Andrea sibi apparente, conspexerat. Hinc secum ipsa mirari quomodo horum omnium ignarus conjux in hanc incidisset fortuito domum: quæ tanto ante sibi esset tempore exhibita. Nec plura inquirens, hoc demum loco monasterium exstruere decrevit. Atque exinde Albana tædio esse desiit commoratio: ac nunquam inde recedere statuit. Unde et contiguas comparavit aedes, ad ejus quod moliebantur cœnobii terminos dilatandos. Cogitabat autem secum ipsa assiduo ejusnam potissimum Instituti monialibus locum attribueret: volebat enim eas et numero pauciores esse et studiosissimas solitudinis sectatrices.

inducit per-
mala,

120 Hac ipsa de re cum variorum Institutorum sodalibus communicavit deliberans, ut quod rei divinæ maxime consentaneum foret, ex ipsis disceret: nec minor Velasquezii hac in re erat sedulitas. Verum ii quos consulebant satius asserebant fore suas in alia caritatis opera facultates impendere; et a cœnobii fundandi studio ipsos abducere multis sunt verbis conati, allatis ad hoc parvi momenti rationibus. His ergo rem dissuadentibus, animum etiam ipsa mutavit: se namque satanas, jam tum quod inde sibi dispendii immineret providens, qua poterat ope interponebat. Quamobrem cum a monasterio eam fundando religiosi ipsi essent dehortati, cum marito in eam venit sententiam, ut, potissima fortunarum parte in dotem sororis suæ filio cognatam Velasquezii ducturo tradita, reliquam in nutum animarum post hanc vitam subsidium piis operibus dedicarent. Id quidem etsi utriusque menti diu insediasset decretum, frustra tamen fuit; cum Deus id constituisset quod nominis sui gloriæ promovendæ et propriis illorum commodis adaugendis magis conducere. Vix deui et quin effluerant ab hoc proposito dies, cum is de quo dixi adolescens in gravem adeo der repente incidit ægritudinem ut haud multo post eum mors

oppresserit. Hæc ipsam cum non mediocri stupore ac timore complexisset, simul animo recogitabat, uti Jonas Propheta ultricem Dei sensit manum, quod illius esset jussis oblectatus, non secus sibi Deo vindicante carissimum hunc cognatum morte sublatum, quod divina exequi monita neglexisset.

AUCTORE
RIBERA
D

121 Hinc denuo animum ad inceptam de monasterio condendo cogitationem revocat, etsi quo illam opere perficeret modo, plane ignoraret; tum quod, quales ipsa optabat monachas et Deum optare sibi e viso persuaserat, nullas usquam inveniret, tum quod deesset qui aliquam talium habendarum sibi spem faceret: non tamen deerant qui ipsam irridebant anxie quærantem quod invenire non posset. Maxime ab hoc illam opere dehortabatur Pater quidam e S. Francisci familia, vir doctrina ac caritatis officiis præstans, cui ipsa Confessione noxas aperire assueverat. Mirè quidem hoc illa dissuasum angebatur; sed perbreve hanc ejus esse desolationem voluit Deus. Cum enim sacerdos hic foras concessisset, et multa de cœnobiis a Teresia a Jesu constitutis inaudisset, et quod in iisdem vitæ servaretur institutum, accurate per se ipse inquisisset, Albam reversus Teresiæ Laiziæ se reperisse significat monachas quas adeo sollicitè quæreret et quales sibi effingeret, cuncta quæ de beata Matre ac sodalibus illius acceperat, illi enarrans. Suasit proinde ut cum ipsa hac de re per litteras conjuges conferrent. Igitur nihil cunctati cum ea quam initio significavi occasione ad ipsam scripsissent, quod jam commemoravi, contigit. Albam igitur Teresia rursus excurrit; sed æquo diutius res trahebatur, ac varia ultro citroque proponebantur incommoda, nec fundatores futuri, ut ea qua oportebat liberalitate proventus assignarent, adduci posse videbantur. Ejus namque semper Teresia fuit sententiæ, ut iis diceret monasteriis quæ piorum non victitarent elemosynis, vel necessaria omnia in vitæ tutelam suppeditanda, ne quid ab externis in usus suos postulare cogerentur, vel eorum penitus foundationem intermittebant videri.

monasterium

E

122 Tandem re transacta, certos illi proventus utcumque sufficientes assignarunt. Itaque, nemine omnino adversante, id domicilium, ab Annuntiatione Deiparæ a cognominatum (namque id illi nomen imponi cupiebant fundatores), viii kalendas Februarii, anno MDLXXI, die Apostoli Pauli Conversioni sacro, in illis in quibus commorabantur sedibus, e quibus ipsi ad alias commigrarunt, fundatum est. Adimpleta igitur hoc pacto fuit Teresiæ Laiziæ facta visio, simul et S. Andreæ Apostoli prædictio: atque id demum esse perspexit viridarium in quo lecti illi et odoriferi exerescerent flores, quales jam tum, Deo dante, excreverunt, suavissimum odorem exhalantes; quin etiam, primoribus occidentibus, novi futuris temporibus succrescent. Hoc ipso loco insigne postmodum fundatores construxere domicilium et aedem sacram non contemnendam, quæ etiam hodie conspicitur b; cuius in sacello principe corpora illorum honorifice condita sunt, et sacerdotia ibidem ab iis instituta: unde Missis abunde illi est ædi prospectum; sacerdotes porro ipsi ut præ cæteris probitate excellant, sedulo advigilatur. Hujus in primordia domus constituenda Agnetem a Jesu, Palentini domicilii jam moderatricem, necnon Joannam a S. Spiritu, quam Toleti reliquerat, B. Mater conduxit; quacum venero Guomara a Jesu et Maria a S. Sacramento: Methymna vero Thomasinam Baptistam, Burgensi cœnobio hodie præpositam, et Salmantica Mariam a S. Francisco, quæ in

S. Teresiæ
attribuit.

a

F

b

AUCTORE
RIBERA

A

præsens Albanum hoc cœnobium regit, evocavit. Joanna porro a S. Spiritu prima conventum hunc ex B. Matris præscripto est moderata, vicariam illi operam præstante Maria a S. Sacramento.

CAP. XVIII.
In itineribus
suis

123 Albano domicilio constituto, biennium circiter abiit ex quo nullum de novo monasterium alibi conditum a Teresia est; ejus rei illæ fuere causæ quas sequentis libri exordio depromam. Quare minime abs re mihi fore visum est, si illius ad novas foundationes properantis itineris rationem proseguendo, huic finem imponam. Si quando aliquo illi erat cœnobio egrediendum, non alias secum sodales conducebat (nisi forte singularis aliqua necessitas singularem aliquam evocandam suaderet) quam quas non illibenter norat secum venturas; quibus deinde verbis amicabilibus ac benevolentiam spirantibus gratias agebat, quod gratanter hoc ad iter se offerrent. Die quo discedendum erat, sacrum ut Eucharistiæ viaticum acciperent, satagebat. Ut autem major proficiscantium quies atque interior recollectio esset, rhedis aut lecticis illas, si commodè haberi possent, semper vehi optabat, ne per viam vel in hospitibus monachæ malignorum paterent contemptui, et obscenæ sermonibus hoc pacto libertas præcluderetur, quibus aliæ passim feminae, præsertim inopes et nullius auctoritatis, ab impuris excipi per iter solent; atque hanc ob causam exteriori schemate esse eas matronis spectabilibus similes volebat. Si rhedæ commoditas non suppeteret, curribus eas, sed clausis undequaque, subvehi curabat: unde non minus in iis ab aliorum conspectu arcebantur, quam si cœnobiolorum claustris arctarentur.

recollectio, re-
collectionis

124 Acriter item increpabat, si quam videret velo os vultumque non satis obtegere, quotiescumque ab externis conspici posset. Ipsa vero licet vel mulierem alloqueretur, velamen semper demittebat, nisi forte cum id genus homine sermonem conferret, cum quo ita ne fieret, justa aliqua suaderet ratio. Tintinnabulum semper assumebatur, quo orandi et silendi suo tempore signum dabatur, prout domi fieri solebat; nec non clepsydra ad horarum spatia interstinguenda. Toto autem illo tempore omnes itineris socios, tam religiosos et sacerdotes quam laicos, cum dominos tum famulos, silere oportebat; nec pia hæc quemquam consuetudo offendeat. Ubi vero signum dabatur invicem confabulandi, jucundum erat videre æquo famuli gaudio gestirent, quasi jam vinculis soluti. Quibus etiam, quod accurate siluissent, aliquid pia Mater amplius in cibum dari præcipiebat. In carpento curruve quo ipsa non vehebatur, aliam quamdam designabat cui socias non secus ac sibi parere volebat. Hoc illa facto non obedientiæ dumtaxat aliarum periculum faciebat; sed etiam talenti illius quam inspectricem crearat, quod ad alias regendas præ se ferret. In diversorium simul ac appulissent, conclave quoddam secretum occupabant, in quod se solæ ipsæ includebant, reliquis comitibus exclusis: illius ipsa ostiariam constituerebat, quæ cibaria cæteraque necessaria inferret. Si tunc in diversorium aut domunculam pervenissent quæ secretum non haberet cubiculum, rudi quodam panno intermedio suarum distinguebat cubilia, ne ab alio quopiam curiosius conspicerentur; atque inde necessaria inferrebantur. Ipsa mane socias prima somno excitabat, postrema vero cubitum concedebat.

in platolla

125 Numquam non sacerdotem in comitatu habebat, qui et confitentibus operam daret et rem sacram faceret. Hoc quotidie operum ipsi erat primordium; sub Sacrificium autem sacras Eucharistiæ opulas inibat: idque, etsi maximopere

festinaret, nunquam, modo necessarius adesset apparatus, intermitti patiebatur. Aquam lustralem per viam continenter habebat, non raro etiam pueruli Jesu effigiem ulnis gestabat. Ex quo fiebat ut nullam ei iter afferret animi distractionem nec magis eam turbaret profectio quam commoratio, negotiorum tractatio quam quies, labores quam tranquillitas: imo vero spirituales sensus ac charismata quibus illius animam Pater cœlestis opplebat, adeo copiose affluebant ut iis ferendis aliquatenus mentem diurnis nocturnisque laboribus atque negotiis distrabi oporteret. Nec vero itineris causa spiritus collectione aut Dei præsentia frustrabatur: quem nimirum adeo sibi semper præsentem habebat ut vix unquam eum ex animi oculis amitteret; non tamen eo quo reliqui contemplativi modo, sed alio quodam longe sublimiori. Ibi namque, in intimis animæ penetralibus, trium Personarum divinarum præsentia perfruebatur, easque admirabili quadam ratione in se persentiscibat, ut ubique sibi adesse eas et comitatum præstare sibi persuaderet. Hinc nullam sentiebat solitudinem; imo neminem unquam alloqui optasset, sed jucunda hac Dei societate continenter potiri

E

summam cu-
rum Sancta
habet.

126 Si quando tamen se cum aliis loquendi daret occasio, mira cum lætitia id faciebat, quasi hoc illi colloquium jucunditatem afferret, ut nimirum hoc pacto itineris sui comites solaretur: quorum ea erat lubentia et in proficiscendo alacritas, nullis ut viarum molestiis deterrentur, et nulla eos illius, quæ in colloquio comis imprimis ac jucunda erat, audiendæ caperet satietas. Si quando per viam dabatur occasio, de Deo rebusque divinis sermonem inferebat, quo suos comites amice detinebat. Qui vero vel execrari vel jocari per viam soliti erant, majorem illius e verbis voluptatem hauriebant quam ex omnibus quibus tum mentem remittere potuissent recreationibus; uti id ipsi interdum asserebant. Etsi vero placida adeo ac quieta itinerum illius esset ratio, præoptasset tamen illa, si fieri aliquatenus potuisset, intra sui monasterii latebras delitescere, ut inibi orationi totam se dedicaret. Sed hinc Generalis Præpositi, illinc ipsiusmet Christi urgebat imperium, ut quotquot liceret cœnobia construere ne cunctaretur. Jam supra in Malagonensis domicilii erectione vidimus quodam illi tempore a sacra cœlestis Sacramenti sumptione reversæ apparentem Salvatorem inter reliqua dixisse non esse jam requiescendi tempus, sed ut in monasteriorum erectione festinaret, esse cohortatum, quod in animabus ibidem commorantium quietem ipse captaret, itaque ad hoc illam opus non parum animasse.

F

127 Anno quoque MDLXXI, medio prope Februario, sic illam Redemptor est affatus: « Con- » nitere et elabora, cum ad oculum videas quanto » ipse tibi sim auxilio: hanc te volui coronam » acquirere: hisce diebus Ordinem Virgineum mi- » rifice propagatum videbis. » Sequentia verba in quadam scheda illius exarata manu reperi: « Co- » gitanti mihi quadam die quanta in puritate viva- » tur ab iis qui procul negotiis quiete gaudent, » et quotnam me proinde consciscere noxas oportet atque in varia errata impingere, quod negotiis me immergerem, allapsa de cœlo vox est: » Aliter fieri nequit, filia; rectam dumtaxat habere » intentionem allabora, teque ab omnibus prorsus » demndare: meque respice, ut quidquid agas, » conforme sit illis quæ ipse egi. » Qui horum consilii non erant, nec Teresiam noscebant, neve charitatem qua cor illius ad Dei ac Sanctissimæ Mariæ Virginis gloriam querendam animarumque salutem

Sæpe hortatur
illam Deus

AUCTORE
LIBERA.quas mutari
nefas

E

quamobrem
curent prin-
cipium

F

ne viciorum
ignarorum

A salutem promovendam flagrabat, perspectam satis habebant, saepenumero iniquis ipsam calumniis proscindebant, et hæc illius itinera secus atque oportebat interpretantes, liberius quam fas erat de illis loquebantur; cum non adverterent nec intelligerent quid loquerentur, vel potius quid, se insciis, suo ore demon efferri ac spargi juberet, omni contentione elaborans ne hæc cœnobio erigerentur, unde sibi quotidie tantum detrimenti accedere comperisset.

128 Verum probra hæc B. Mater parum morabatur: ut enim Salmanticæ ipsa mihi aliquando dixit, Jesum Christum ut regem habebat, cui se famulari oportere credebat; cumque perspectum haberet Dei hæc voluntate fieri, nullam penitus sibi a quoquam obstaculum posse objici aiebat, quo minus hanc exequeretur. Quodam tempore, quæ illius erat humilitas ac prudentia, hanc ipsa rem agitare animo cepit ac mature cogitatione expendere; unde et hæc verba in schedula exaravit:

« Quadam die, cum mecum ipsa reputarem num
» quibus nefas videbatur me domo ad monasterio-
» rum fundationem egredi, justa aliqua ratione
» niterentur, ac satiusne foret continenter me ora-
» tioni insistere, hæc ad aures meas vox accidit:
» Interim dum vivitur, non in eo situm est bonum
» ut suavius ac frequentius quis me potiatur, sed
» in voluntate mea præstanda. » Unde etiam sub-
» nectit: « Cumque mihi videretur, quod Apostolus
» Paulus de mulierum solitudine loquatur, ut haud
» ita pridem a nonneminem intellexi et etiam ante
» audieram, hanc forte Dei voluntatem fore, statim
» audiui: Dic illis non uno se dumtaxat sacrarum
» litterarum testimonio niti oportere, sed alia in-
» super consulere: simul et percontare num forte
» in illorum sit potestate manus meas ligando con-
» stringere. »

ANNOTATA.

a Alias etiam Albanum hocce monasterium Incarnationis dicitur, v. g. in instrumento visitationis corporis S. Teresiae anno 1750 (Comment. præv. num. 1417).

b Num. 1434 Commentarii prævii brevem exhibuimus hujus ecclesie descriptionem ex Itinerario Antonii Ponz.

LIBER TERTIUS.

PROLOGUS.

De excellentia Constitutionum
Teresianarum earumque
conservatione.

Quando primæ regulæ quam Mater Teresia a Jesu induxit, simul et constitutionum ac decretorum quæ quo prima regula observaretur accuratius, magna cum prudentia ac Dei spiritu ipsa de suo condidit, perfectionem considero, simul et itinerum frequentiam, labores, incommoda, molestias, quas in erigendis domiciliis suis perpessa est, non possum non summopere velle ut prima hæc statuta atque additæ constitutiones numquam non quam accuratissime observentur, et ut filiae quæ illis in domibus agunt, plenam notitiam habeant maximi illius beneficii quo pede sicco et sine labore ad tanto sudore renovatum et conditum Ordinem a Deo sunt evocatae. Neque enim id aliud est quam ad mensam lectissimis spiritualibusque ferculis instructam ac-

cedere. Et sane quo hæc instructio epuli minori constitit iis quæ ad hoc vocantur, eo ad majores domino hominique huic qui cœnam hanc magnam instruxit et ad eam plurimos invitavit, gratias agendas a parte sua obligatæ sunt.

2 Nec vero solis verbis, verum etiam operibus hæc grates agendas sunt, utpote in quibus illarum actio magis ac vivacius elucescit. Operum nomine intelligo constitutiones has in suo vigore semper conservare, easque velut quid sacrum et summa veneratione dignum honorare, nec aliud insistere aut sectari iter velle quam quod illæ indignant. Est namque certissimum id iter et ad cœlum quam rectissime perducet. Tum vero in vigore conservantur et venerationem accipiunt, quando ita inviolatæ custodiuntur ut nihil in iis a quoquam immutari sinatur; siquidem tam maturam in illis condendis considerationem et experimentum ac tot preces illarum concinnatrix magno cœlitus adjuncta lumine adhibuerit. Quis porro adeo cæcutiat ut non ad oculum videat, cum Deo beatam Matrem Teresiam a Jesu in horum domiciliis fundatricem potius deligere placuerit quam aliam quamlibet, etiam majorem illi rerum ad ipsa regenda conservandaque necessariorum notitiam concessisse quam aliis quibuscumque? Nam Dei semper perfecta sint opera. Cum vero harum constitutionum præsidio hactenus cœnobio effloruerint et continenter majora incrementa acceperint, inde colligi licet eas Ordini congruere: si has immutari contingeret, nec scimus quid esset futurum. Quin potius si aliqua in iisdem mutatio fieret, aliquid auctoritatis ac reverentiæ ipsis debitæ decederet; nec servaretur quod mutatum esset, utpote jam ablatum, nec quod recens statueretur, quia auguraretur id nullo negotio demptum propediem pariter iri. Quod sane incommodum serio pensari et considerari oportet.

3 Sua autem ire via est nec e libris spiritualibus quos legere continget, nec ex iis quæ audientur concionibus, nec e confessoriorum consiliis, ad praxim quidpiam mutuari quod regulæ huic ac constitutionibus, etsi de cætero saluberrimum videatur, quoquomodo adversetur: nam, licet id aliis fortasse conducatur, non tamen familiæ hujus monialibus, si spiritui procedendique rationi ejus id conforme non sit. Quoniam vero Teresia decrevit suisque in libris inculcavit ut sui Instituti sectatrices de iis quæ ad spiritus sui directionem spectant, cum viris eruditione et spiritualium rerum experientia præstantibus communicarent, et quoniam non sine ratione ad hoc fortiter suadendum commonendumque multoties ferebatur (quod ingentia et manifesta, id ni fieret, inde sequerentur incommoda), præpositæ omnem quam possunt adhibere diligentiam debent ut hi qui consulunt viri non sint docti modo et experientissimi spiritualium disciplinarum magistri, sed et ut norint hi quis Instituti hujus sit scopus quæque aptissimæ illius assequendi sint rationes, atque ut bene affecti sint ad Ordinis disciplinam. Non de illis hæc dicta volo quos nonnisi semel aut iterum consilii petendi gratia convenire contingit, sed de illis quos vel sæpius vel continenter consulere oportebit.

4 In iis autem quibuscum frequens sermo fit, is facile notari affectus poterit: imo nec incongruum fuerit aliquando de his studio per speciem dubitantis sermonem miscere, ut illi libere quod sentiant, exponant; et si is quem dixi affectus atque æstimatio minime reluceant, confestim, cujuscujus status sint aut Instituti, loco sunt movendi. Notandum autem hanc quam significo dotem ac studium non in hoc illove sacræ vestis genere situm esse, sed

ut plura fun-
dus monaste-
rio.Præstantissi-
me sunt S.
Matris regu-
lae.

AUTORE
BIBERA.

A sed quod huic quam dico rei studuerint, et parum referre huiusne an illius Instituti sint sectatores, modo ætate, rerum usu ac scientia valeant; etsi hæc eo non dicam quod velim impedire quominus cum viris probatis, religiosis æque ac secularibus, de rebus suis conferant: ita enim per speciem, dum constitutiones exacte servari ab illis volo, tacite et dissimulanter ipsis constitutionibus adversarer, adimendo monialibus eam quam statuta illis spondent (ut e sexto statutorum capite cernitur) libertatem et præsidium. Trium prædictarum dotium in consultiis si vel una defuerit, multum inde consulentibus accidere detrimenti poterit. Si enim illi ignari sint, peccatum invenient ubi nullum erit, et contra, ubi suberit, nullum subesse asserent, et quod illusio mentis est, velut rem exploratam approbarent, quod vero securum est, pro meris habebunt præstigiis.

maxis consi-
lia

B Si vero exiguum harum rerum habuerint usum, nec a dubiorum ac perplexitatum pedicis animas expedire nec consolationem merentibus afferre poterunt; demum quod est tentatio, pro Dei venditabant spiritu: unde nec idoneum morbo pellendo remedium afferre, nec convalescentibus præscribere salutaria sive ad vires recuperandas sive ad sanitatem conservandam poterunt monita. Duo quidem hæc nemo non perspecta habet; tertium vero non tanti referre forte quis existimat, imo forsitan nullam ejus habet rationem, tametsi id necessarium sit quam maxime. Si enim quis consuetudinum in Ordine observari solitarum ignarus aut qui eas magni non pendat, dirigat animas, fieri poterit ut brevi alienus quidam et peregrinus spiritus eam Religionem sit occupaturus, ita ut plures constitutiones vel minime serventur vel quid aliud convenientius esse sibi moniales persuasum habeant.

moniales ab
his regulis de-
vient.

C Hoc pacto fiet ut, quæ laudabiliter hactenus vixit monialis, post futura sit non magis Ordinis huius quam alterius cujuslibet sectatrix, una excepta veste, quæ tamen monacham non constituit. Eatenus cum rem diabolus perduxerit, non parvum quid se fecisse reputabit; nec immerito: postquam enim negligere monacha coeperit quæ suæ sunt Religionis, jam religiosa esse desinet, tametsi et vestem deferat et Ordinem profiteatur, id est, non nisi exterius religiosæ schema habeat, et ne hoc quidem perfecte: adhuc constitutiones suas violabit, et ut eas aliæ ad ejus exemplum violent, in causa erit, atque domesticam quietem perturbabit. Utinam hæc, uti pernecessaria sunt, ita cordibus infingantur earum quæ cœnobiis præfutura sunt moderatrices; si enim suis illæ desint partibus, tandem quod inde sequetur dispendium reipsa comperient. Ex iis vero quæ partim secundo diximus libro, partim quæ tertio hoc prosequemur, intelligi poterit quis Religionis huius sit finis, quæ media et quæ illius procedendi ratio; atque id e quarto erui melius adhuc poterit, in quo universa hæc in perfectissimo quod exhibebimus exemplari ad amussim executioni mandata conspiciuntur.

CAPUT I.

Prioratus cœnobii Incarnationis Abulensis Sanctæ commissus. Fundatio Segoviensis.

Sub idem, de quo modo dicebamus, tempus,

annum scilicet MDLXXI, Albano jam domicilio fundato, Teresia una cum Agnete a Jesu Salmanticam reverlit, suas illic moniales, commoda tecti opportunitate destitutas ac rerum necessariorum penuria laborantes et nondum in vulgus cognitæ, dierum aliquot spatio coram consolatura et erectura. Hoc cum substitissent loco, Methymnam ambæ deferuntur, turbas quæ ibidem inter novitiam ac parentes ejus enatæ erant, Teresia ut componeret. Illa fortunæ suæ partem in monasterium pauper transcribere cum vellet, obstabant parentes, id sibi potius donarium deberi asserentes. Hoc loco pro divino honore susceptos Teresæ labores Deo visum fuit aliqua ratione remunerari, animæ illius lucrum addendo. Hujus rei penitus cognoscendæ ergo dicamus oportet unum Abulensem conventum Ordinario loci paruisse, reliquos vero postea erectos Patrum Carmelitarum Calceatorum imperio subjectos fuisse; quo Teresia etiam propenderat, cum primum Abulæ conderet cœnobiū. Cum autem hac in controversia Teresia et Agnes neophytæ partes, uti par erat, tenerent, Carmelitani vero parentibus faverent, hanc commodam ipsi ejus quam moliebantur rei occasionem fore sibi persuadebant, ad eas scilicet civitate movendas. Adhuc non parum eos Teresia offenderat, quod Agnetem a Jesu, cum Methymnæ præpositam ageret, suo injussu inde evocatam, Albam ad novi cœnobii primordia constituenda avexisset. Omni hac in re Teresia vacabat culpa, utpote quæ inadvertenter in eadem processerat: cum enim a superioribus facultatem fundandorum monasteriorum obtinuisset, et solam proficisci minime decens fuisset, eas in comites suas assumebat quæ sibi rei quam aggrediebatur et præ manibus habebat, commodiores viderentur.

CAP. I.
Sanctam, a
Carmelitis
Calceatis nunc
habitam,
D

2 Ergo ambabus nihil minus opinantibus litteras provincialis destinat, gravibus propositis pœnis et anathematis interminationibus, ut illico et eodem quidem die ambæ Methymna excederent, ac Teresia de Quesada monasterii illius moderamen susceperet. Id minime diuturnum fuit: cum enim hæc parum commoda uteretur valetudine, hand multo post ad Incarnationis rediit: unde factum ut semestri circiter Methymnensis domus præpositam non habuerit. Ad has ambæ litteras nihil objectantes, gratanter maxima animi demissione parent, et nihildum cunctantes, convasatis dumtaxat iis quæ sibi ad iter faciendum et in comitatum necessaria erant, eadem ipsa vespera civitate excedunt, Albam concessuræ. Eo prope tempore cum sanctæ memoriæ Pius Papa V quosdam Ordinum religiosorum visitatores constituisset, familiæ Carmelitarum tam Calceatorum quam Excalceatorum inspector obligit Petrus Hernandez præsentatus e Dominicanis sodalibus, insignis auctoritatis, prudentiæ ac sanctimoniæ vir. Huic jamdudum Teresia nostra perspecta erat; cum enim initio de illa non pie satis sentiret, utpote cum illius sanctitatem famæ quæ de ipsa jam omnium animis insederat, respondere minime arbitraretur (etsi maximæ auctoritatis viri longe secus sentirent et ejus spiritum magni facerent, imprimis Dominicus Banez, S. Theologiæ lector, utpote cui res hæc notissima erat), cum ipsa conferre statuit et coram quæ de ipsa spargebantur, cognoscere. Ita porro illi beatæ Matris satisfacit narratio ut multa de ejusdem virtutibus sæpe dein ipse referret, et eximius ejusdem fieret præco; etsi alioquin nihil ipse nimis extollere nec quod res non erat, commemorare soleret. Unde et Banezio post familiari in sermone dicere non dubitavit: « Dictum mihi erat mulierem esse: at » mulier

visitator apo-
stolicus

F

digo yo teresa de jesus, mo/a de nra fr, del
 cemen, profes, en la encarnacion de avila,
 ya ora de presente, estoy en san jose, de avila,
 adonde se guarda la primera regla, y asta
 ora, yo la e guardado, a qy, con licencia de
 nro, ^{mo} p, general Fray ju, bantista, y tambie
 meta dio, para q a unq me mandasen, los pre
 lados, tornar a la encarnacion alli la guarda
 se, es mi voluntad de guardarla, toda mi vida, y
 asi lo prometo, y hennocio, todos los bienes,
 q ay en do los pontifices, para la mitigacion
 de la dicha primera regla q con esta
 bor de nro, la piezo y prometo guardar, as
 tal la muerte, y por q es verdad lo firmo, de mi
 nombre, esta a xii dias, del mes de julio,
 año de 1081.

teresa de jesus,

A » mulier non est, sed barbatus quidam vir. » Inque ea opinione apud ipsum Teresia erat, ut, cum eo praesente viri aliquot graves ejus nomen carperent et calumniis impeterent, insigni cum libertate dicere illis objurgando non vereretur: « Tam sanctae virgini verbis detrahi minime feram; atque » illico me, si hisce in sermonibus ulterius progrediamini, hinc subducam. »

cenobio Incarnationis Abulensi processit juberet.

3 Abulae igitur Teresia cum postea versaretur, Petrus Hernandez, apostolicus visitor, forte eo deportatur: cui tum ait minime illam domui huic necessariam videri, sed satius longe fore, alio si concederet, ubi illius opera esset magis necessaria. Methymnam ergo abire jubet, quod, cum Calceati Carmelitani illam lustrassent domum, ea priorissa quam Teresia inibi constituerat loco mota, aliam Teresiam, cognomento de Quesada, substituissem, uti jam me dixisse memini. Inde monialibus nonnihil accidit inquietudinis. Hernandez, ut his occurreret incommodis, beatam Matrem Methymnensi domicilio, suffragantibus eidem monialibus, praeposuit, et ab Abulensi S. Josephi domo, cui etiam tum praerat, submovit. Duobus tribusve mensibus tantum in eo munere egit. Cum enim is ipse Hernandez Incarnationis Abulae itidem cenobium lustrasset, consultissimum illi atque e re monastica non parum futurum videbatur huic Teresiam praepone-
re, ut virtutum ejus exemplis aliam domus illa formam indueret. Grave id famulae Dei imperium accidebat, quod suis in cenobiis versari mallet, in quibus majori se tranquillitate potiri majoremque Domino serviendi opportunitatem habere existimabat. Eo vero ab hoc jussu alienior erat quod se suis maxime necessariam monasteriis ad ea coram inspicienda ac dirigenda esse cerneret, quibus, ibidem agens, non adeo commode se posse consulere persuasum habebat.

Quod illa jussum divinum monitu.

4 Quem enim ad modum conceditis sibi domos provincialis moderatur, sic Teresia suas gubernabat, et singularum ad illam unam negotia per litteras referebantur, atque vicissim ipsa quid faciendum videretur, respondendo rescribebat; et ipsa religiosas tam spiritui vacantes quam destinatas operibus domesticis adlegebat distribuebatque per sua domicilia, ac iis omni in re praesto erat: ita ut sane prodigii simile videatur mulierem adeo imbecilem, tot exercebat morbis, solam tot negotiorum pertractationi suffecisse, et ad eum perfectionis ac sanctitatis gradum suas perduxisse, ac tot domiciliorum temporalibus aequae ac spiritualibus commodis prospicere potuisse, ita haec curando ut tamen illa non negligeret, idque procellosis temporibus quibus exagitabatur a malevolis. Hanc quoque in parendo huic mandato difficultatem augebat amor quo in moniales suas ferebatur, dum illae in magna solitudine ac velut orbitate, matre absente, versaturae viderentur. Quocirca cunctabatur, nec rem qua oportuisset celeritate urgebat: unde nec ante huc concessit quam id acciderit quod ipsa manu sua scripto commisit in haec verba a: » Cum post octavam festi Visitationis Dei-
» paræ b in quodam Carmeli recessu agerem, Deo
» commendabam unum e fratribus meis, qui in
» loco versabatur in quo periclitabatur ejus salus,
» ei que (nescio an animo dumtaxat) dicebam: Si
» ego, Domine, tuum fratrem in tali discrimine
» viderem, quid non facerem? Nulla videtur mihi
» esse res tam gravis quam ego lubens eo casu
» pro fratre tuo non subeam. Ad quod respondit
» mihi Dominus: O filia, filia! Incarnationis mo-
» niales sorores meae; et tu tergiversaris. Maeste
» igitur, ac cogita id me velle noque id tam ar-

» duum esse sicut tute tibi fingis; atque unde
» putas domos tuas detrimentum passuras, inde
» commodum accipient simul cum illa Incarna-
» tionis. Noli igitur oblectari; magna enim mea
» est potentia. »

5 His illa rationibus ita mota est ut nihil cunctata visitoris jussis quamprimum paruerit. Quatuor post diebus in S. Josephi Abulae cenobio solemniter mitigati Ordinis regulam a se abdicans, ad primigeniam observationem voto se adstrinxit. Hic lectorem moneamus oportet, Teresiam, ut sua in S. Josephi commoratio nullis malevolorum pateret calumniis, ab apostolicae Sedis legato Alexandro Cribello Cardinali litteras, Madriti die XXI Augusti anni MDLXIV datas, quas et ipse vidi, impetrasse: quibus copia illi fit, accedente provincialis sui consensu, ex Incarnationis cenobio, in quo vota jam olim conceperat, egrediendi et ad suam S. Josephi domum transeundi; quibus illam ab omni etiam jure quod Incarnationis moniales in ipsam exercere possent, penitus exemit. Etsi vero has ipsa litteras a legato obtinisset et jam inde ab initio mitigatae regulae rite nuntium remisisset, ut ex ipsis quae mox afferam formulae renuntiatoriae verbis colligi licet, tamen, quod Hernandezius decretum tulerat ut quaecumque a Calceatis ad primitivum Excalceatarum transire rigorem vellet, solemniter formula coram populo mitigatae regulae se valedicere profiteretur, prima hanc concipere Teresia reliquarum dux voluit. Abdicatio-
nis verba schedae inarata, ac chirographo suo consignata, quaeque ipsa publice multis gravissimis adstantibus viris praegit, sunt haec c: « Ego Teresia
» a Jesu, Carmelitani Ordinis B. Mariae in mona-
» sterio Incarnationis professa Abulae, et quae
» modo sum in S. Josephi Abulensi conventu, in
» quo prima regula servatur (quam hactenus hic
» secuta sum cum venia Reverendissimi Patris
» nostri F. Joannis Baptistae Rubei, qui et mihi
» copiam fecit ut eandem in Incarnationis quoque
» sequi possem, si superiores me illuc redire ju-
» berent), coram omnibus testor me toto vitae tem-
» pore servare illam velle, simul etiam voto ad hoc
» me obstringo, ac renuntio omnibus quae Ponti-
» fices ad praedictae primae regulae mitigationem
» concessere diplomata. Et divina favente elemen-
» tia hanc ad mortem usque inviolatam servare
» cogito ac spondeo. Quod quia veritas est, meo
» id ipsa nomine firmavi. Decima tertia Julii die,
» anno MDLXXI. TERESIA A JESU. »

AUCTORE
BIBERA
D

edito prius re-
gulae primiti-
vam servanda
voto.

F

c

F

obedienter
exequitur

6 Haec illius 19 Octobris ejusdem anni a P. Visitatore admissa fuit abdicatio, et pro ea quam ab apostolica Sede receperat potestate ab Incarnationis illam jure exemit et sub conventum primae regulae jura redegit, ac Salmanticensi conventui eam adscripsit, etsi Incarnationis monialibus tunc praesset. Porro Hernandez ipsam in Incarnationis cenobio praepositam constituendo maxima, uti et in reliquis quas gessit rebus, usus est prudentia. Magnae namque per id tempus hac in domo rei familiaris erant angustiae, cum nemo cibariarum subsidia monialibus suppeteret, nec domi haberent quo sustentarent sese; ita ut petendam sibi licentiam dicerent ad eundem aedem suorum a quibus necessaria vitae alimenta acciperent. Cum autem tantus ibi esset monialium numerus tantaque domi penuria, magna praebatur occasio imminuendae recollectionis et disciplinae monasticae. Quibus mederi incommodis ille nullam melius posse quam Matrem Teresiam a Jesu persuasum habebat. Ergo pro ea quam habebat ut visitor apostolicus potestate, rem perfecit, etsi de illa prius cum Carme-

AUCTORE
RIBERA

A litanis Fratribus mitigatis in unum vocatis locum deliberasset; quorum omnium atque etiam diffinitorum accedente consensu, id visum est expedire et justum fieri: ita ut non electione monacharum Incarnationis ad id munus Teresia assumpta sit, sed magis multis earum invitis. Quare dum huc primum Teresia suum exercitura officium transiret, parum amice excepta fuit, etsi a provinciali ejusque sociis eo conducta esset.

Subditorum
animos sibi
emendat,

7 Magnae illius adventu in cœnobio excitari cœperunt turbæ, monachæque viritum se Teresiæ opponebant, et quas iracundia suggerebat injurias, large evomebant. Adhæc illarum partes tenebant proceres aliqui incolæque civitatis. Ut provincialis illis in chorum inferiorem convocatis prælegit suæ auctoritatis fidem facientes litteras, illico sorores aliquæ quæ severioris erant vitæ ac cæteris religiosiores, crucem arripuerunt, ut Teresiam exceperent, atque Fratres fortiter eam introduxerunt. Tum quæ contra nitebantur, vocem tollere et lamentis ac lacrymis cuncta complere. Primæ, magno mentis jubilo, hymnum « Te Deum » in gratiarum canere actionem, posteriores contumeliosa in ipsam convitia evomere. Sed has beata Mater, insigni cum tolerantia atque animi prudentia, illarum factum, quoad poterat, excusando, sensim delinitas suas in partes pertraxit, ut tandem ipsam in præpositam assumere minime dubitarint. Quæ autem cæteris pervicaciores majori antea illam contentione ac conatu domo excludere studuerant, seque difficiliore in ipsa assumenda præbuerant, pacari paulatim ac mitius agere postea cœpere, ut nulla non domi fuerit quæ filiali in ipsam amore non ferretur, ac diutius apud se eam habere quam licuit, non optaret. Tum vero Vallisoletæ Teresia evocat Isabellam Arias, quo eam loco antistitam jam ante crearat, quod id illi esse necessarium itaque expedire videretur: hanc igitur dissimulanter ac velut aliud acturam Abulam evocatam sociam sibi in regendi officio in Incarnationis esse jussit; illius vero in locum Vallisoletæ Mariam a S. Joanne Baptista, quæ multos eidem loco annos cum laude præfuit, subrogavit. Illico autem tam in monasterio quam in monachis haud difficulter perspicui potuit quam sancta probataque ab antistita regerentur.

virtutis pro-
fectui spiri-
tuali

C 8 Insignis enim apparere cœpit rerum ad spiritus exercitationem spectantium ordo, ac suaviter blandæque eæ ipsæ ordinari ac dirigi, ut nova indies in singulis morum eluceret correctio atque emendatio: qua delinitus temporalium etiam rerum moderator ac largitor Deus de necessariis vitæ opportunitatibus ac commodis abunde adeo ancillis suis prospexit ut nulla exinde illarum laborarent angustia; sed re familiari laudabiliter atque ordine certo constituta, nihil hactenus illis umquam defuisse compertum est. Atque ut Labani, ad Jacobi introitum, benedictione sua Altissimus familiam complevit, et Pulipharem, quod Josephum haberet famulum, omnigenis cumulavit bonis, amborumque in immensum adauxit substantiam, ita suam huic est gynæceo benedictionem elargitus, ex quo illius sua famula Teresia regimen directionemque suscepit, et in aliam longe id formam ac faciem, quam etiamnum hodie retinet, admirabili potentia suæ virtute commutavit. Non sine prodigio id factum dicas: sub prima enim quæ hic Teresia egit Quadragesimæ jejunia tam crebro in cœnaculo mortificationes capessiebantur, aliaque pia quæ sancta Mater pietatis fovendæ causa excogitabat exercitia adeo erant frequentia ut quæ in Excalceatarum domibus usurpabantur, his non dico æquari, sed

D cedere debere viderentur. Hoc etiam pietati ac fervori adaugendo prudenter instituit, ut duos iis attribueret, visitoris bona cum venia, e Patribus Excalceatis, qui illis confitentibus operam darent et animarum curam haberent, quorum opera et industria permagna fuit ad monasterii reformationem præsidio. His per civitatem cognitis, fiebat ut permulti Deum deprædicare ejusque nomen mirificis præconiis efferre instituerint. Interim Teresia suis non deesse domiciliis, illorumque necessitatibus omni qua poterat ope prospicere, atque Apostolum Paulum e carceribus, in quibus constrictus coerebatur, scriptis Epistolis sparsas per orbem ecclesias consolantem et regentem imitata, hoc e monasterio, in quo superiorum jussu velut conclusa tum tenebatur, ad sua monasteria scribere, suasque filias quaquaversus dispersas consolari et ad perseverantiam animare. Ante omnia instituit ut in cathedra priorali, in choro constituta, quædam Deiparæ Matris effigies collocaretur, cui tum ipsa domum et ejusdem claves concedidit: exinde nullius se esse numeri apud suas dicens, Sanctissimam Virginem, cujus in tutela familia hæc versabatur, veram ejusdem esse præpositam quæ ipsas gubernatura esset, pronuntiavit.

E

egregie consi-
lit.

9 Quam hoc acceptum Dei Matri fuerit obsequium, haud multis post diebus id ipsa Teresiæ manifestavit, quæ hanc ab illa factam sibi apparitionem scripto etiam commisit in hæc verba d: « In » Sebastiani Martyris vigilia, primo mei in Incar- » nationis cœnobio prioratus anno, cum vesper- » tinæ Sanctissimæ Dei Matri Laudes cantari jam » inciperent, in antistitæ exedram, in qua Deiparæ » imago collocata erat, benedictam Dei Matrem » vidi innumera Angelorum stipatam multitudine » descendere, ac prout mihi videbatur, eodem in » sedili considerare. Effigies quam posueram, tum » abesse inde videbatur, sed ejus loco sola B. Virgo » Maria apparebat: quæ facie aliquatenus similis » illi videbatur imagini quam a comitissa accepe- » ram; quamquam subitum id ac repentinum » visum fuit, unde descrimen id non adeo certo » potui notare, quod illud me in momento suspen- » sam admodum teneret. Plurimos item videbar in » summis sedilium coronicibus ac pulpitis videre » insidentes Angelos, etsi non specie corporea; » erat enim visio hæc intellectualis. Toto illo quo » Laudes decantabantur tempore hunc beatissima » Virgo locum occupavit, et mihi tandem ait: » Optime fecisti quod hoc me loco constitueris. » Equidem quæ hic Filio meo laudes decantabun- » tur, præsens adero easque illi offeram. » Inde de se ipsa his verbis scribit: « Dominica post Pen- » tecosten proxima quamdam a Domino accepi » gratiam, spemque eo dante concepî, domum » hanc, animas, inquam, ejus, in melius emenda- » tum iri. » Effigies porro illa quam a comitissa se accepisse scribit, illa ipsa est quæ jam Abulæ in S. Josephi monasterio conspicitur, qua nullam unquam aut pulchriorem aut majoris dignitatis vidisse memini. Dedit hanc illi Maria de Velasco y Aragon, Osornia comitissa. Ex his aliisque post suo loco narrandis evidenter perspicimus licet, sicut monialibus Incarnationis beatæ Matris regimen et quotidiana vigilantia frugifera ac salutaris existit, ita nec hanc ipsimet commorationem inutilem plane fuisse: magnam quippe sibi hic meritum segetem coarcevit, et eximiis a divina est dextera beneficiis ac gratis donata. Eadem itidem opera haud obscure perspexit ecquæ obedientia sint commoda, quanta sincere obtemperantes maneat lucra, et unde sibi quis persuadet dispendium accessurum,

F

A accessurum, inde illum proventus animi uberiores colligere.

CAP. II.
Segovia

10 Biennium jam antistitæ in Incarnationis domo Teresia munus egerat, cum Salmanticenses Excalceatæ summis apud P. Petrum Hernandez, ibidem tunc agentem, precibus agere cœpere, Teresiæ ut pro sua auctoritate præciperet Salmanticam ut excurreret alterius domus comparandæ causa, quam suis ipsæ usibus adaptarent. Hernandez igitur, viso quanta tecti laborarent angustia, Teresiam per litteras illuc evocandam censuit. Eo porro res omnis peracta modo quo libri superioris capite XVI (hic VII) narravimus. Per idem quoque tempus ipsa inter precandum mandatum cœlitus accepit, Segoviam ut concederet novum ibidem monasterium conditura. Hoc illi fieri penitus non posse videbatur, cum quod Hernandezii injussu Abula discodere sibi nefas esset, tum quod alia ipse tum quidem fundari per illam domicilia haud æquis animis pateretur, sed magni hujus illam mallet administrationi cœtus præesse: neque vero id ipsa sine ratione ab eo sibi negandum arbitrabatur, quod conductum triennium nondum expirasset. Hæc agitati rursus illi Dominus significavit ut facultatem ab Hernandezio exigeret; nam ab eo hanc haud dubie concedendam. Quare misso epistolio paucis sic illi perscribit: Cum amplissima sibi jam olim a Generali Præposito facta sit ad ubivis locorum, si quando daretur occasio, constabilienda cœnobio potestas, et jam commoda alicujus in civitate Segoviensi excitandi sese offerat opportunitas, quod loci episcopus simul et respublica ab eo consilio ita non abhorreant ut etiam promptissimis in ipsum animis propendeant, non posse se hoc illi non significare, ut quidem suæ ipsius conscientiæ paci consulere; in ea tamen omnia quæ ipse statuisset, haud invitam se transituram.

cum episcopi
et magistratuum
venia

11 Hisce lectis litteris, plenam ille rei perficiendæ potestatem dedit. Movit inopinatus hic illius assensus beatæ Matri stuporem, quod longe secus sentientem haud multo ante eum perspexisset. Reipublicæ porro et episcopi Didaci de Covarruvias, qui regii deinde consilii constitutus est præses, assensum procurarat honestus quidam eques Segoviensis Andreas Ximenius, Isabellæ a Jesu, quæ modo Salmanticensibus Excalceatis præest, frater. Cum autem cerneret civitatem nec non episcopum adeo pronis in hanc rem animis propendere et cito adeo facultatem elargiri, satis esse Andreas existimabat hanc ore tenus ab episcopo concedi: unde in aliud non incubuit. Dies aliquot ab potestate hac accepta elabi beata Mater passa, Segoviam distulit concedere, cum Abula commode recedere haecenus nequaquam potuisset. Verum ut primum visitoris datæ litteræ sunt, confestim viduæ cuidam quam noverat, Annæ Ximeniæ per nuntium significat ut quoddam domicilium in usum suarum conducere. Jam quippe usu didicerat longe esse ad foundationis initia ponenda satius domum conducere quam emere, etsi alioquin argentum suppeteret: cum quod minori res strepitu ac facilius longe sic conficeretur, tum quod dein per otium seligi commodus possit locus et domus, quæ pretio comparatur.

Recolato-
rum eorum
monasterium
fundat

12 His confectis rebus, Teresia iter arripit, etsi vehementissima divexata febre et stomacho imbecilliori aliisque malis languens, quibus ad trimestre oppressa jam fuerat, et a quibus ne Segoviam quidem sexto post mense immunis fuit. Ad hæc corporis mala accedebant et mentis, cum jam in viam dare se cœpiisset, quibus etiam longe gravius fuit exagitata: nimirum spiritus ariditas et caligo. Verum, cum nulla eam dejicerent adversa, neve ab

illis quæ ad Dei gloriam facere norat, intermittendis quidquam generosam deterrere viraginem posset, Salmantica ineunte vere excessit, Isabellam a Jesu, de qua paulo ante sum locutus, secum ducens, quod Segovia esset oriunda, nec non Mariam a Jesu, domesticis rebus curandis destinata, quæ una cum Isabella inde profecta erat. In itinere Albam cum pertransiit, Maria Henriquez ducissa in quoddam illam conclave rebus lectissimis refertissimum deduxit, quas deinde in alium longe digniorem ac meliorem usum ipsa convertit, ut in libro cui Castellum animæ nomen est, id Teresia ipsa commemorat (Mans. VI, cap. IV). Albano e monasterio Guomaram a Jesu elegit, quam secum Segoviam conducere. Abula vero transiens Isabellam a S. Paulo consanguineam suam assumpsit. Hæc illi quidem in locandis hujus foundationis initiis non parum opis attulit: verum Segoviæ non mansit; nam eam inde regrediens beata Mater in comitem itineris sui rursus delegit. Quamquam vero (uti jam ante significavi) episcopi facultatem et civitatis assensum impetrasset, non tamen ante pervigilium ejus diei quo ineunda loci erat possessio, S. Josephi profestum, oppidum subire instituit. Anna Ximenia domum interea conduxerat, et rebus ipsam necessariis instruxerat, nec non suam sacrario suppellectilem compararat. Unde et proxime insequenti die ejus adiri potuit possessio: cujus etiam ipsa Christi nutritio sacra die mane, maxima Teresiæ cum voluptate, quod in hanc illa diem incidissent, data sunt initia, anno MDLXXIII, Juliano de Avila Deo Sacrorum hic primitias offerente et Sanctissimum Altaris Sacramentum eodem loco constituyente. Inditum huic quoque cœnobio ab S. Josepho cognomen.

AUCTORE
RIBERA
D

13 Cum autem, cujus bona cum venia cœnobii ducta erant fundamenta, episcopus forte Segoviæ tum non adesset, vicarius qui nihilum horum intellexerat, eodem ante prandium die, re comperta, acri concitatus ira ad cœnobium advolat. Sacrificabat forte tum in eodem quidam de canonicis, qui dum suum petens templum hæc transiret, omniaque rite decenterque in sacrario instructa cerneret, ad hoc in loco Sacra facienda est animatus. In hunc quoque vicarius acriter invectus, satius futurum fuisse confestim ait, si hoc in loco non sacrificasset. Tum quibuscumque poterat viis indagavit equis horum auctor exstitisset ac sacrum Eucharistiæ pignus hoc statuisset loco. Sed qui responderet petenti, aderat nemo: moniales siquidem intra claustrum latebant, Julianus autem sub scalis se abdiderat. In illius enim si incidisset manus, in custodiam haud dubie ductus fuisset. Aderat forte Joannes a Cruce, qui Teresiam cum aliis huc erat comitatus, quem, nisi per Religionis, quam indutus erat, stetisset vestem, in carcerem abduci jussisset. Inde ad altare demolendum et omnem templi ornatum exuendum conversus, lictorem ad valvas constituit, qui ingredi ad Sacra audienda volentem multitudinem arceret loco, nec non sacerdotem de suis destinat, qui propositum Angelorum Panem sumeret. Hilari fronte adversa hæc ferens Teresia in lætis ea numeravit, quod jam possessio prope adita erat: nam de iis quæ forte post eventura erant, ne vel minimum laborare solebat, sed ante eam initam interdum metuere.

non sine ali-
quibus diffi-
cultatibus.

F

14 Illico igitur misso ad collegium Societatis Jesu (quam nunquam non faventem senserat) nuntio, Garciam de Zamora rectorem enixe obtestatur ut suo nomine vicarium adiret. Id ipse onus quamquam haud invite admisisset et tam hac quam aliis etiam in rebus B. Matri præsto, si qua poterat, es-

etque Pastra-
nienses suas,
dissoluto vi-
rum cœnobio,

set,

AUCTORE
RIBERA

A set, nihil tamen apud hunc nimisquam concitatum potuit efficere. Suam huc etiam operam contulere nonnulli de optimatibus, Isabellæ a Jesu consanguinei : quorum omnium ingeminatæ preces denique vicarium perpulerunt ut inquiri permiserit verene facultatem episcopus fecisset. Qua inquisitione facta, placari ipse cepit et Sacrorum dicendorum potestatem dedit, at Sanctissimi Sacramenti custodiam negavit. Hac tempestate composita, confestim Teresia Julianum de Avila et Antonium Gaytan, Alba oriundum, virum et natalibus et in Deum pietate præstantem, qui in hac etiam fundatione Teresiam erat comitatus, Pastranam destinavit, ut quotquot ibi agebant sodales Segoviam conduceret. Pastranensis autem domicilii dissolvendi ratio hæc fuit. Videbat Teresia monialibus aliquot quotidie inquietudinum occasiones esse ^f, quæ ne indies accrescerent, metuebat : namque animæ pacem omnibus bonis mundi censebat antiquiorem esse. Quamobrem consultum illi videbatur suas inde in alium transferre locum, quo agerent quietius. De hac illa emigratione cum prælatis aliisque viris doctis et spiritualibus ante contulit. Hinc Segoviensi constituto domicilio, eadem animi pace ac liberalitate qua id olim admiserat, Pastranense cœnobium dissolvit, omnibus quæ hominum erant liberalitate donata, ibidem relictis. Adeo quidem nihil rerum abduxit, ut etiam moniales aliquot sine ulla dote in familiam transcriptas Segoviam advexerit.

delinendas
curat

15 Tantam quidem hac in re Teresia animi æquitatem experta est, ut propter hujus dissolutionem domicilii ne primum quidem doloris se post non raro diceret motum in animo percepisse. Cujus rei hanc rationem dabat, quod videlicet videretur ne, ubi humanæ quædam rationes spectantur, ibi fieri vix possit quin ad ea interdum descendatur quibus Religionis integritas paulatim subvertatur. Hanc ergo ob causam duo illi quos diximus, Pastranam missi, cum Isabella a S. Dominico, quæ domui erat præposita, quam fieri poterat secretissime hac de re communicant. Qua constituta, quinos monialibus ac tenui quam secum eo attulerant suppellectili avehendis (e donata namque re, uti modo declaratum est, penitus nihil abstulerunt) currus compararunt. Omnibus ergo ad discessum comparatis, Sacrosancto Eucharistiæ Pane a sacerdote sumpto, concubia nocte Pastrana egressi sunt. In valle quadam declivi oppidum id situm est : quo egredientibus montis erat clivus ascendendus, cujus in fastigio constituta vehicula egressos opperiebantur; ut huc usque eos pedibus incedere oportuerit. Segoviam tertia vel quarta Hebdomadæ Sanctæ appulerunt feria; quas Mater benigne amanterque et insigni animi congratulatione excepit, quod apud se carissimas sorores jam versari cerneret. Semestri hic spatio est commorata : neque enim ante domicilio quod moliebatur, egredi solebat, quam in propria suas domo relinqueret deque rebus esset necessariis abunde illis prospectum.

Quibus rebus
confectis,

16 Hoc illi Segoviæ perfacile fuit. Anna enim Ximenea quidquid in templum ac rem domesticam necessarium erat, insigni cum liberalitate erogabat. Hanc porro illi Deus egregie haud multo post rependit. Ut enim domus stabilita est, ipsa una cum filia Maria Bracamontia in hanc familiam transiere. Matri filia virtutum erat ornamenta et recollectionis studio simillima; et quam in mundo ambæ invenire hactenus pacem et lætitiā non potuerant, intra perangusta et tenuia murorum septa invenerunt. Matri cognomentum a Jesu et filio

ab Incarnatione inditum; atque etiamnum hodie ambæ hocce in cœnobio cum laude vivunt. Harum duarum, et aliquot aliarum quæ interdum allegabantur, dotibus ædes sunt post commodiores comparatæ, etsi plurimas illarum emptio lites Dei ancillis pepererit. Hinc enim acri se studio opponebant canonici, quibus emphyteuseos in domum hanc jus erat; illinc vero vicini Patres Ordinis B. V. M. de Mercede, quod hac ædis vicinia suis derogatum iri commodis vererentur. Canonicis quidem ære dato satisfactum est; bonis vero illis Patribus occulto monialium ingressu silentium impositum : ut enim eas huc jam transisse compererunt, mitius agere cœperunt. Tum demum, duobus tribusve ante festum Archangeli Michaelis diebus, Sanctissimus Angelorum Panis huc primum illatus.

17 Hæc dum fiunt, multa ultro citroque dicta ac relata sunt, et in his varias molestiarum ærumnas pia Mater assidue patiebatur; sed hæc leniebantur consolationibus quas Deus identidem submittebat : qui hanc insuper sibi domum maximo futuram obsequio et cultum inde suum mirifice augmentum iri spondit. Cruciabat illam imprimis, quod, cum nonnisi septem sibi octove a triennio præfecturæ Incarnationis exacto dies deessent, Abulam inde ipsam digredi muneris causa oporteret. Omnibus igitur, uti paulo ante commemoravi, constitutis, et Segoviensi cœnobio Isabellam a S. Dominico, quæ Pastranensem ante erat domum moderata et hanc etiam diu administravit, antistitam, illius vero vicariam Isabellam a Jesu constituens, inde digressa, debito tempore Abulam pervenit. Operam hic dedit ut suum in locum Isabella a Cruce in Incarnationis præfectura eligeretur; quæ illi electio mire satisfecit. Interim Abulenses Excalceatæ, quæ suam apud se Matrem habere imprimis optabant, summo conatu institerunt ut ad se diverteret. Quam ob causam in præpositam ipsam elegere eo ipso tempore quo Incarnationis præfectura defungebatur. Regebat eas tum temporis Maria a S. Hieronymo, Teresiæ consanguinea, uti et multis post annis rexit ac nunc etiam regit. Hæc per id quod diximus tempus Alvarum Mendozium Abulensem antistitem, superiorem suum, adiit, tantumque apud ipsum effecit, ut, ipsa regendi munere absoluta, alia moniales instituerint comitia; quibus Teresiam ad se revocarunt.

prioratu In-
carnationis
abit.

ANNOTATA.

a Hæc visio refertur quoque in additamentis quæ P. Ludovicus de Leon apposuit Vitæ S. Teresiæ (num. 14).

b Plura de hoc festo, quod Carmelitanus Ordo cum octava celebrat, vide apud liturgicos scriptores atque etiam apud Benedictum XIV (de Festis, lib. II, cap. V).

c Hujus descriptionis hic a latere habes ectypum. Madrido nobis permissum ab ipsius autographi sequestro. Dicit Chronicon (tom. III, lib. X, cap. IV, num. 10) id nomine suo subsignasse P. Petrum Hernandez visitatorem apostolicum, Ambrosium Marianum, Joannem de Miseria, Franciscum de Salcedo et Julianum de Avila, hancque Reliquiam Carmelitissis Calagurritanis donatam fuisse a Josepho Gonzalez de Uzqueta, et in quadrum ebene esse munitam ac utrinque crystallo coopertam. Pretiosum nunc documentum, ait auctor Chronici, quippe quod continet principium reformatæ nostræ Religionis et sunt primigeniæ Ordinis nostri tabulæ, quæ eo nobis sunt loco quo mundanis hominibus fidem facientia nobilitatis diplomata. Adverto professionis formulam qualis hic æri incisa est, ab illa quam hispane Ribera habet et quam Chronicon (lib. II, cap. XLIX,

F

A cap. XLIX, num. 5) et Annus Teresianus (tom. VII, pag. 267) e Ribera exscripsisse videntur, in sequentibus differre. Demptae sunt in Ribera duae voces: estoy (lin. 3) et general (lin. 6); contra vero additae sunt tres: Rubeo (lin. 6), que (lin. 9) et Carmelita (in subscriptione). Præterea Ribera habet (lin. 6) que pro y, et vice versa (lin. 12) y pro que.

d Hanc eandem visionem pariter vide in additamentis ad Vitam (num. 7).

e Erat is Joannes Orozco de Covarruvias, episcopi Segoviensis consanguineus, factus postmodum episcopus Gaditanus, ut num. 606 Comment. prævi notavimus.

f Vide Comment. prævium a num. 596 ad 600. Eadem hic Ribera circumspectione utitur ac supra (lib. II, cap. VII) in narratione foundationis Pastranensis.

CAPUT II.

Fundatio Veasensis. Virorum Carmeli Teresiani initia.

CAP. III.
Facili ditione
nam S. Teresia offert

B Salmanticæ Teresia dum versaretur, Incarnationis cœnobii præpositam agens, ut jam diximus, antequam Segoviensis domicilii fundamenta poneret, honesta quædam virgo Veasensis (est id oppidum in finibus Bæticæ) Catharina Godinez, misso illam nuntio, nec non litteris quas curionis aliorumque mittebat nomine, invitavit ut suo in oppido cœnobium conderet; jam enim de illo comparando sibi curæ fuisse, et dumtaxat monialium requiri præsentiam, quæ illud incolerent. Videbatur id Teresiae fieri omnino non posse: quamquam enim ea regio commoda et non contemnenda videbatur, magno tamen locorum intervallo distabat. Accedebat quod Petrus Hernandez, ab apostolica Sede creatus commissarius et visitator, ab id genus fundandis cœnobiis abhorreret. Quare Teresia nuntium irrita re remittere cogitabat: ne tamen Præpositi Generalis imperio refragaretur, acceptas Veaso litteras ad Hernandezium misit. Respondit hic se hominum illorum pietate ac benignitate valde recreatum; ac nefas videri morem piæ illorum voluntati non gerere: quare missis litteris significaret se quamprimum, accepta a loci Ordinario potestate, Veasum venturam; verum hanc ipsam minime sibi a piis illis viris obtinendam indubitate crederet: quod enim id equitum S. Jacobi oppidum esset, ab universo Ordinis illius equestri conventu facultatem concedendam videri; aliunde vero sibi constare id genus facultates ne multorum quidem spatio annorum ab aliis impetrari potuisse. Verisimile est, si veniam aliquo modo obtinendam aut jam reapse impetratam Hernandezius nosset, hanc ipsam denegaturum forsitan fuisse. At, cum perfici rem Pater cœlestis vellet, hic falli illum passus est, ut, impetrata jam equitum licentia, nullus ei post superesset negandi locus.

plu virgo,

C 19 Adeo quidem prodigiosa ac mira domicilii hujus primordia fuere, ut, quamquam æquo longior futura ea sit narratio, eam nequeam omittere, primaria saltem illius capita perstringendo. Commorabatur Veasi illustri quidam eques, nomine Sancius Rodriguez de Sandoval, qui ex uxore Catharina Godinez plurimorum factus filiorum et duarum filiarum pater, harum nata majori Catharinae Godinez, minori vero Mariae Sandovaliæ cognomentum dedit. Sunt hæc monasterii hujus fundatrices. Catharina jam quatuordecim annos nata, cum adeo a mundo nuntium remittendo esset aliena ut quascunque illi pater suggereret nuptias velut

se indignas ac minores repudiaret, tantam divinæ dextræ potentia e tituli Crucis Dominicæ lectione in anima lucem accepit ut uno in momento penitus aliam mentem induerit. Splendida siquidem menti illius oborta lux est, intimaque vilitatis ac miseriæ propriæ cognitio, nec non ingens propter Deum patiendi desiderium, quin et profunda quædam animi humilitas et maxima sui detestatio, æstuans denique austerioris vitæ inchoandæ desiderium. Hoc ipsa momento castimonie ac paupertatis vota concepit; tantumque mentem illius incessit alienæ voluntati se subjiciendi desiderium, ut vel hac sola de causa hand gravate se in Mauricam captivitatem, alieno paritura imperio, abduci sivisset. Hæc animo dum versat, ingens ab imis cubiculi in quo agebat penetralibus strepitus, ut omnia illi subruere viderentur, nec non terrificus quidam exaudiri ululatus cœpit; qui quod aliquo temporis spatio duraret, patrem, qui proximo in cubiculo versabatur, terrore complevit.

20 Hæc diabolo auctore cuncta fiebant, indignante scilicet quod aliam hæc virgo ac meliorem mentem induisset, illustrique æqualibus plurimis exemplo in mundi deliciis proculcandis videretur fore. Nata Catharinæ mens vitæ monasticæ profectendæ; cujus tamen desiderio per tres annos, quamvis precibus ab ipsa fatigarentur, parentes satisfacere noluere. Ab hoc tempore aliquot quotidie horas orationis studio orsa est impendere, et qua poterat effrenos corporis motus compescere. Non raro in aream domesticam prodiens, vultum frigida perfusum solaribus radiis siccaandum, ut, formæ facto dispendio, omnes a sui conjugio deterreret, exponebat. Cæterum cum nullis adduci patrem posse rationibus videret, triennio illo transacto, simplici in S. Josephi festo induta veste, templum cum eadem petiit, ne hanc sibi parens deinde auferret: quatuor autem annorum spatio insolitis carnem asperitatibus attrivit, quod clam omnibus eas usurparet, nemoque esset a quo modum servare juberetur. Per quadraginta jejuniorum dies continuos ferreis contextam hamis loricam patris nudo accinxit corpusculo: orationi porro integras prope dicabat noctes, quod interdum a parentibus aliarum rerum tractatione distineretur. Fuit non raro cum a decima vespertina ad auroram usque in precando Numine perseveraret. Cacodæmon ipsam vanis identidem illusionibus exagitabat. Ipse etiam Deus gravibus illam, hoc transacto tempore, affligari morbis est passus, continenti scilicet febri, hydrope, cardiacis doloribus nec non gangræna, quæ incisione sublata est. Septemdecim ipsis annis hæc piæ virginem ita detinuit in valetudo ut nonnisi dierum aliquot sanitate usa fuerit.

21 Cum quintus morborum ageretur annus, patrem contigit intermori. Soror vero Maria, cum, uno postquam Catharina vestiam ornatum deposuit anno, etiam sæculi posuisset exuvias (etsi ante perditæ ornatum splendoremque consecraretur), exinde, sororis exemplo, insistere piis mentis exercitiis cœpit. Huc illas non modico mater exstimulabat, et qua poterat ope aderat: a qua etiam ambabus data facultas, mundano fastu et nobilitatis proculcatis insignibus, teneras puellarum manus gratis ad muliebria opera edocendi, ut interim illarum mentes ad pietatem ac morum honestatem erudirent. Denique etiam matre hoc e mundo sublata, de monastica vita alio in loco assumenda cum suis agere Catharina instituit. Sed huic consanguinei (etsi quid dicerent, tum quidem ipsi nescirent), cum fortunis affluerent, in majus Dei cessurum affirmarunt obsequium hoc ipso in loco novum condere cœnobium,

AUCTORE
RIBERA
D

que ad vitam
monasticam

E

F

se per plures
annos

AUCTORE
RIBERA

hūm, in quo ambae Deo famularentur. Placuit Catharinae hoc consilium; unde quamprimum de ejusce rei ab equitum concilio facultate impetranda agere aggressa est; sed irrita conatu: quatuor enim annis nihil penitus actum fuit. Quo viso, consanguinei, rem hanc ut animo poneret, suadere instituunt, utpote cujus obtinendae nulla spes affulgeret. Addebant insuper, cum tam attrita esset valetudine, nullo in monasterio locum ei datum iri. Si humanarum momentis rationum libranda res foret, non sine ratione ita ipsi sentiebant; tum quippe semestri eoque amplius, prostrata valetudine, lecto affixa jacuerat, et octennio omni membrorum destituta usu vixerat. Toto illo tempore continuis jactata fuerat febribus; interiora adederat phthisis ac marcor hecticus; accesserat hydrops, et tam vehemens hepatis inflammatio ut etiam trans stragula adstantes afflaret: demum articulari in manibus ac pedibus morbo laborabat.

religiosissime
prepararat,

22 Etsi vero his morbis assiduo discruciaretur, suis ipsa tamen confidenter pronuntiabat, si unius mensis spatio sibi a Domino sanitas restitueretur, certissimum eam documentum divinae voluntatis fore, qua hoc condi cœnobium vellet; ac tum se, confirmatis viribus, illius ergo regiam adituram. Hoc, naturam si spectemus, omnino non posse fieri videbatur; sed ipsa ad hoc pronuntiandum cœleste quoddam pignus acceperat. Hæc enim cum iv kalendas Januarii agerentur, Augusto ipsa mense proxime elapso dum orationi incumberet, Deum comprecata ut vel ingens hoc vitæ religiosæ incundæ cœnobiiq; condendi a se auferret desiderium vel aliquam ejus perficiendi rationem suggereret, interna ad ipsam facta Dei vox est, dicentis certam spem conciperet fore ut, confirmato corpore, per quadragesimales jejuniū dies facultatem impetratura in regiam abiret. Dum ille quem suis præstituerat mensis agitur, ecce in gloriosi Martyris Sebastiani pervigilio tanto introrsum tremore occupari cœpit ut in supremo eam vitæ agone versari crederet soror. Verum momento perfectam sibi sanitatem redditam viresque totius corporis restitutas sensit, et insignem in anima ad meliora propensionem experta est. Cupiebat quidem hanc Dei silere gratiam, sed id cum confessarius tum medicus fieri vetabant; et revera celari res ea minime poterat. Ut ergo quadragesimales advenire feriae, regiam petiit, exploratura num cœnobii sibi erigendi concederetur facultas. Trimestri autem hic hæsit, nihil impetrans; donec suis ipsa manibus supplicem regi libellum obtulit: qui, cognito Excalceatis Carmelitanis erigendæ sedis copiam peti, eam statim est impertitus. Quod autem Excalceatis, non autem alterius Instituti sanctimonialibus, construere potissimum cœnobium vellet, prodigioso cuidam viso adscribendum est, quod obtigit Catharinae nocte quadam, viginti ante annis quam domicilium hoc condere in animo habuisset.

et cœlica vi-
sione præno-
rat

23 Cum enim (ut post ipsa narravit), ad quietem se nocturnam componens, animo sollicite versaret ecquodnam Institutum omnium religiosorum in mundo maximam vitæ sectaretur perfectionem, ut huic se ipsa devoveret, et vicissim Omnipotens illi aperire cœtum vellet qui ipsi magis conveniret et cui eam hactenus reservarat, somnianti illi hocce visum exhibuit. Angustissimum per callem incedere se putabat, precipitiis et voraginibus horrendis undique obnoxium. Inter hæc religiosum de Excalceatorum cœtu conspicit, sibi que dicentem audit: « Huc adis, soror, et veni mecum »; quo dicto, ab illo quamdam in domum conducitur in qua ingentem monialium conspexit numerum. Nulla

porro domum hanc illustrabat lux quam quæ a candelis ardentibus quas manu illæ gestabant, promicabat. Confestim ab eisdem percontatur ecquodnam ipsæ Institutum profiterentur. Nulla verbum respondit; donec, omnibus velamen capitis attollentibus et ore blando ac reidenti ridentibus, reliquarum præfecta, ipsius arrepta manu, ait: « In hunc » te cooptare cœtum volo, filia », simul vitæ quam profitebantur leges et constitutiones exhibens. Interim ipsa tanto animi gaudio delibuta somno expergiscitur ut se inter Cœlitum choros versatam crederet. Multum porro effluxit ante temporis quam horum quidquam alicui mortalium aperiret. Et sane neminem noverat a quo de hoc Instituto quidquam disceret. Cæterum, quidquid ex ostensis sibi in viso legibus memoriæ insculptum hæserat, ad animum revocatum scripto commisit.

24 Hoc itaque in oppidum cum de Societate nostra sacerdos quispiam, qui omnium illius desideriorum probe conscius erat, appulisset, huic ipsa quidquid in scriptum retulisset, ostendit, seque beatissimam fore significavit, si hanc sibi invenire Religionem contingeret: huic enim se quamprimum dedicaturam. Cui sacerdos: « Quæ modo » passim Teresia a Jesu excitat in Castella monasteria id vitæ institutum sequuntur. » His igitur compertis, beatæ Matri, uti supra significavi, misso nuntio indicavit ut suum ad oppidum, sedem novam constitutura, excurreret. Quo autem tempore Teresiæ responsum accepit, jam secundo adeo gravi morbo laborabat ut spiritualis illi Pater persuaderet, hac ut cura seposita, de isto Instituto amplectendo loqui posthac desineret: nam, tametsi jam hunc in cœtum adlecta esset, si meliori non esset valetudine, ex eodem dimittendam videri. Hæc illam cum debortatio non parum affligeret, ferventes in preces effusa, supremum eodem quo ante modo est medicum deprecata ut vel hoc a se desiderium amoveret vel ejus adimplendi sibi viam ostenderet. Hæc intensius oranti introrsum in anima hæc vox accidit: « Crede et exspecta: ego enim sum qui » possum omnia. Sanitatem recuperabis: qui enim » efficere potuit ne tot tantæque aegritudines, quæ » ex se mortales sunt, ullum vitæ tuæ detrimentum » inferrent, multo minori eas negotio a te auferre » poterit. » His verbis recreata et in spem erecta est, fiduciaque plena alias Teresiæ litteras misit, quibus sibi ab equitum congregatione facultatem concessam indicavit. Unde dein factum ut nec datam jam ante potestatem revocare posset visitator Hernandez, nec tantæ virginis pietati refragari Teresia. Hæc igitur causa fuit cur a Segoviensis domicilli erectione reversa, nonnisi pauculis diebus Abulæ sit commorata. Ineunte enim Octobri anno MDLXXIII Abulam redierat, et anni sequentis mense Martio Veasum delata est, e Toletana in transitu sede secum Mariam a S. Josepho, quæ in præsens Ulyssiponensi domui præest, et Isabellam a S. Francisco, quæ Hispalense cœnobium moderatur, nec non Annam a Jesu, Mariam a Visitatione, Eleonoram a S. Gabriele et Beatricem a S. Michaelle ducendo.

se Excalceatam Teresiam fore.

E

F

25 Primo quo Malagone Veasum abitura exierat die, cum ferventissimæ febris ardoribus jactata, aliisque aegritudinibus afflicta, quam sibi adhuc magna restaret via conficienda, quamque imbecilli esset valetudine, secum ipsa reputaret, Eliam Prophetam a facie Jezabelis profugum in mentem revocans, Domino queritabunda dictitabat: « Quo- » modo hæc feram, Domine, tecum ipse despicere. » Et ecce, subito omnis febris ardor et universæ quibus exagitabatur aegritudines evanuerunt, Veasum ingredienti

Sancta domus
illius possessionem

A ingredienti permulti obviam prodire, atque inter alios non pauci equites; qui ante currus quibus moniales vehantur, ludica quaedam equestria exhibentes, ad templum usque proximum eas sunt comitati, in quo plurimi eas opperiebantur. Inde egressas clerus linteatus excipiens, cruce prævia, supplicantium ritu ad duarum illarum sororum, a quibus tot erant votis expetita, aedes, in quibus cœnobii novi ponenda erant initia, deduxit. Ecquod et venientium et excipientium fuerit gaudium, animo lingi potius quam exprimi verbis potest. Ut primum Catharina monachas conspexit, has ipsas esse comperit quarum in visione notarat vultus; ita namque id ipsa postea commemoravit. Interim dum hic Teresia commemoratur, accessit illam visitandi gratia Frater quidam laicus de Excalceatorum numero, de quo infra suus erit narrandi locus, Joannes de Miseria: quem ut Catharina aspexit, eundem ipsum esse ait qui sibi inter somniandum tum quoque visus erat.

vite audit.

26 Hoc igitur pacto, ingenti omnium cum voluptate, ipso gloriosi Apostoli Matthiæ natali die, anno MDLXXIV, cœnobii hujus posita sunt initia et nomen illi a S. Josepho Salvatoris impositum. Cui duæ illæ sorores suas tam integre, adeoque nulla interposita conditione, fortunas assignarunt, ut, si deinde in ipsum non cooptarentur, nullum sibi easdem repetendi jus esset. Eadem ipsa die sacrum ambæ Religionis assumentes habitum, major Catharina a Jesu, minor Maria a Jesu est appellata. Catharina iis ipsis diebus, prout Redemptor Jesus id illi erat pollicitus, confirmata erat valetudine, quæ etiam incresecebat, uti summi virtutes in dies incrementum accipiebant, atque imprimis mira animi demissio et parendi voluntas promptissima. Summis hæc apud Teresiam precibus contendeat ut se in ministrantium sororum, non vero in chorum frequentantium, numerum adscriberet; donec illi suam sententiam Mater rescripsit, et sub obedientiæ præcepto eam suscipere injunxit: quin imo eisdem in litteris eam acriter increpuit, quod non ea qua oportuerat promptitudine hæc sibi in re paruisset. Tandem non ita multo abhinc tempore, cum hanc ipsa domum moderaretur, virtutibus illustris decessit: soror vero illius Maria superstes est, et hodie Cordubensis domus, quæ non ita pridem instituta est, præpositam agit. Annam vero a Jesu Veasensi sedi voluit præesse, quæ modo Madritanæ præest: illi vero vicariam dedit Mariam a Visitatione.

CAP. IV.
Carmelitis
Excalceatis

27 Cogitaram mecum num continua serie monacharum cœnobiorumque institutiones ante proseguere possem quam ad Excalceatis Fratibus excitatorum foundationes devenirem; verum ita hæc illis connexa sunt ut quæ deinceps sum narraturus, commode nequeant intelligi, nisi de virorum cœnobiis nonnulla præmisero. Verum id sum quam brevissimo facturum, ea dumtaxat recensens quæ ad historiæ meæ contextum spectare videntur, ea, inquam, quæ ipsorum occasione Teresia executæ est, e quibus evidentissime patebit tam Excalceatorum ipsam quam Excalceatarum vere fundatricem existisse. Jam supra libri secundi cap. x aliquid hæc de re tetigimus, dum de duobus illis Fratribus Carmelitis quos Methymna Teresia ad operis hujus adeo salutaris ac sancti initia constituenda invenit, loqueremur, Antonio de Heredia, qui deinde a Jesu nomen est mutuatus, et Joanne a Cruce. Verum, cum domus in qua duo hi Patres rei fundamenta ponerent, habenda nulla suppeteret opportunitas, maxima animi contentione rei hujus successum Domino in oratione commendabat. Anno MDLXVIII, antequam ad Vallisoletanam sedem erigendam ab-

iret, cum Abulæ versaretur, accessit illam Raphael de Avila Mexia, illustris eques, Abula oriundus. Audito enim de Excalceatis etiam Fratribus primum regulæ rigorem servaturis domicilio instituendo sermonem esse, ruralem hunc in usum domum illi obtulit, quam in Durvelo, Abulensis diocesis pago perexiguo, habebat: hanc villicus incolebat, qui quod Raphaeli quotannis ab agricolis circumsecus pendebatur frumentum in domini usum colligebat. Ex hoc domus usu facile Teresia colligebat qualis ea demum esset: attamen hoc ipsa oblato imprimis læta, hoc ob beneficium immensas Deo gratias egit. Quod autem hic pagus in ea occurrebat via quæ Methymnam et Vallisoletum ducebat, huc ipsa cum sedem erectura pergeret, eam per occasionem inspectum ivit.

28 Sera nocte ad hanc cum appulisset et undequaque eam esset contemplata, talem quidem esse comperit ut illa se ei nocte minime credere auderet. Nihil enim illa integri habebat præterquam vestibulum spatiosum, geminum conclave et culinam satis angustam. Illius ut situm inspexit Teresia, confestim suum ex ea designavit monasterium, vestibulum templo, anteriora cubiculi choro, cubiculum cellulis, culinulam denique cœnaculo destinans. Methymnam ergo delata, extemplo Antonium Herediam ursit ut in tenui illa domuncula rem auspiciari ne gravaretur: nam præterquam quod in præsens melius nihil suppeteret, id peropportunitatem imprimis videri ad facilius a superioribus facultatem impetrandam; de cætero Deo fideret, opem illico sibi affuturam, nec divinam usquam sibi benignitatem defuturam: incepto dumtaxat opus esse. Hæc dum diceret, tantam fiduciam præferebat, quasi jam tum adimpleta ea cerneret omnia quæ hodie videmus et postea etiam videbimus. Igitur Antonius, egregie huc animatus, rem auspiciari decrevit; cui interim Mater in mandatis dedit ut quidquid domui necessarium foret, sedulo conquireret: Joannem vero a Cruce secum ad Vallisoletanam domum cum abduxisset, paucis illis quibus ibidem hæsit diebus, quod suis in cœnobiis vitæ genus servaretur, quæ asperitates in usu essent, quæ corporis mentisque edomandæ iniretur ratio, pluribus illum edocuit; denique quæcumque illi ex Ordinis præscripto servanda essent, cum ut ea penitus ipse perspecta haberet, tum ut illorum suas ipse in congregationes deinde usum induceret. Unica deerat ad rei auspicium superiorum facultas: nam iis

Durveli pri-
mum degunt.

E

F

29 Itaque, nihil cunctandum rata, omnemque rescindens moram, ne quod illaberetur obstaculum, Joannem a Cruce Durvelum præmittit, qui domum instrueret et adornaret: qua demum instructa, Heredius, sua se abdicans præpositura, primigeniæ se regulæ voto obstrinxit; inde Durvelum concessit. Prima aut secunda Adventus Dominica a, anno MDLXVIII, primum illic Deo ad aram litatum est. Hoc ergo loco duo hi Patres, juxta ejus quam a Teresia acceperant formulæ præscriptum, summa cum mentis jucunditate vitam in quiete agebant: in oratione erant assidui, inusitatis carnem atterebant asperitatibus, suaque doctrina vitæque

inde Mance-
ram se trans-
ferunt.

a

AUCTORE
RIBERA.

A vitæque sanctioris exemplo vicinis circumquaque locis salubres imprimis existebant. Inde non ita multo interjecto spatio Manceram concessere : nam Ludovicus de Toledo, Alhanjensis commendator et quinque oppidorum dynasta *b*, illorum sanctitate perspecta, hoc illis loco oratorium attribuit, in quo illustris quædam Deiparæ Matris imago e Belgio advecta, magnæ illa venerationis et pulchritudinis, conspiciebatur *c*; necnon cœnobium illis construxit. At non exigua fuit merces qua hocce illi beneficium Deus Optimus Maximus est remuneratus : ut enim alia divinæ in ipsum benevolentiae signa taceam, hanc ipsam in familiam filiam ejus Isabellam de Toledo pertraxit, quæ mundanum fastum proculcans et paupertate Christi paternæ domus delicias posteriores ducens, Salmanticæ, ubi modo etiam commoratur, Excalceatarum est Institutum amplexa *d*. Deerat porro in novo illo cœnobio aqua; quam unde ducerent, nesciebant Fratres. Hac ergo de re dum cum ipsis Antonius a Jesu, qui præpositus erat, in monasterio loqueretur, et eo quem manu tenebat scipione terram feriret, hoc ut loco effloderent imperans, ecce fons copiosissimus simul et sapidissimus inde promanavit.

nec diu post

30 Sequenti vero anno, qui fuit MDLXIX, cum Pastranam Teresia ad domum constabiliendam abiret, Madritum pertransiit, et cum omnibus quas secum ducebat comitibus in quodam monacharum Franciscanum Institutum sectantium monasterio, apud Eleonoram Mascareniam, quæ ipsum fundarat et in eodem commorabatur, diversata est. Fuerat Eleonora Philippi II Hispaniarum regis nutrix, mulier cum religiosissima tum omnium bonorum amantissima : hinc fiebat ut beatam Matrem semper, quotiescumque hac transiret, hospitio exciperet. Tum quidem opportune admodum advenisse illam Eleonora dictitabat : Madriti siquidem in præsens anachoretam quemdam versari, qui miro illius videndæ desiderio teneretur, cujus et sociorum vitæ ratio cum ejus quam ipsa ex regulæ præscripto tenebat, tenore optime quadrare videbatur.

Pastranam
quoque

31 Anachoretæ huic nomen est Mariano a S. Benedicto : genere erat Italus, jurisprudentia conspicuus, magni vir nominis, laboris amantissimus et austeritatum sectator acerrimus. Socium habebat adolescentem, qui Joannes de Misericordia vulgo dicebatur, rerum terrenarum imprimis ignarus, at celestium apprime gnarus. Vixerant hactenus ambo haud procul Hispali, in solitudine quam Tardoniam dicunt : at quoniam omne anachoretarum genus quod religiosæ familiæ speciem non habebat, Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi auctoritate abrogabatur, Romam adire Marianus constituerat, ejus quam hactenus duxerat vitæ proseguendæ facultatem a suprema Sede petiturus. Hunc Teresia cum convenisset suamque illi vitæ formulam prælegisset, ita illum primo colloquio perpulit ut ipsam sectari vir decreverit, non sine magno suiipsius stupore (uti post ipse narrare solebat) quod suas mulier in partes adeo se celeriter pertraxisset. Narrabat hic tum beatæ Matri, a Rodrico Gomez Pastranæ sibi accommodum imprimis locum datum esse, a S. Petro cognominatum, ut in eo anachoreticam cum suis vitam ageret; verum se, habitu Excalceatorum assumpto, ibidem monasterium velle constituere. Quamprimum ergo Teresia Alphonso Gonzalez, Carmelitanorum provinciali, necnon Angelo de Salazar rem perscripsit (eorum enim sine pace excitari cœnobium nefas erat), tamque naviter eam gessit ut Alvari Mendozii

episcopi opera et intercessione haud difficulter eam ab illis obtinuerit.

32 His ex animi sententia confectis, interim dum Teresia monialium domui erigendæ incumbit, Pastranam (uti Teresiæ condixerant) venire Marianus atque ejus collega : mox vero ipsa Mancera Antonium a Jesu, ut novi cœnobii initia Pastranæ poneret, evocat; atque duobus illis, ne qua intercederet mora, habitum parari jubet. Methymna quoque tum monachas alias evocarat, quæ quod illis adornabatur Pastranæ cœnobium incolerent; duas enim dumtaxat secum habebat itineris socias. Aderat tum etiam alius e familia Carmeli, habendis ad populum concionibus notus et ætate venerandus, Balthasar a Jesu : qui, cognito recens hocce Pastranæ domicilium fundari, una cum monialibus huc venerat, ut veste mutata ad novum Excalceatorum cœtum transiret; uti etiam haud ita multo post transiit. Hic Marianum ejusque socium sacra veste induit, sed ea qua Fratres laici utuntur : neque enim adduci præ humilitate Marianus poterat ut sacerdotalem sumeret, donec tandem Præpositi Generalis jussum accederet, inter altaris cum ministris cooptari imperantis. Atque hæc fuit causa cur Teresiæ Pastranam concedere detrectanti, uti jam supra, dum monasterii ibidem excitati primordia referrem, dixisse memini, hoc iter Dominus injunxerit, ad majora siquidem quam ad monialibus excitandam domum illo properaturæ, regulamque et constitutiones secum sumere jussit; quas dein Mariano ipsa prælegit.

cœnobium
acquirunt.

33 Hoc deinde in cœnobium adlecti sunt permulti viri magni et sanctimonia illustres; atque inter reliquos Magistri Joannes a Jesu et Hieronymus Gratianus a Matre Dei. Hunc nempe in rudia illa sanctæ illius renovationis primigeniæ Carmelitarum regulæ primordia Deus Optimus Maximus reservarat, ut ipsam constabiliret, augeret, congruo ordine digereret ac perficeret : quod ipse pro ea qua valebat, et cœlitus acceperat, vitæ sanctitate, prudentia ac doctrina egregie præstitit. Dabat hic tum sacris studiis Compluti operam, vitæ probitate aequalibus omnibus præluens; neque id tum dumtaxat adolescens, verum etiam jam inde a pueritia. Pastranam ipse cum peteret, apud Isabellam a S. Dominico, quæ tum ibidem præpositam agebat, virginem quamdam commendaturus, ut in Excalceatarum familiam assumere-retur, adeo tum huic tum reliquis sodalibus hocce e congressu placuit, ut jejunii, corporis castigationibus ferventibusque a Deo orationibus institerint ut hunc Ordini suo virum attribueret. Nec vana fuit deprecatio : ab eo namque tempore huic se ipse cœtui dedicavit. Exinde, cum Malagonem beata Mater pertransiret, Veasum petens, domicilium ibidem erectura, sacerdos quidam Malagonensis mire silentio deditus orationisque ac corporeæ macerationis oppido studiosus, ipsam ut vidit et quid moliretur didicit, erga illius affici Institutum incredibiliter cœpit; unaque cum ipsa Veasum abiens, ab Hieronymo Gratiano solemniter apparatu publice in templo monastica veste donatus est, simul et nomine Gregorij Nazianzeni. Fuit hic haud ita pridem provinciæ Castellanae mira omnium ordinum approbatione vicarius; modo vero id muneris in Lusitania exercet. Duo hæc cœnobium reliquorum fuere veluti fontes ac seminaria : nam brevissimo tempore plurimæ hinc sunt coloniæ dimissæ, conscia beata Matre, adeo ut decem eoque amplius, priusquam vita excederet, domos Excalceatorum conditas ipsa viderit. Nec vero solius Hispaniæ limitibus eæ comprehen-

in quod plures
eximii viri
cooptantur.

F

A duntur, cum etiam Genuæ, Nicolai a Jesu Maria Genuensis opera, non ita pridem cœnobium sit excitatum, necnon ad Occidentis regiones sese familia hæc extenderit et in Mexicanam provinciam penetrarit.

ANNOTATA.

a Num. 441 *Commentarii prævii ostendimus id contigisse prima Dominica Adventus.*

b *Loca quorum dominium penes Ludovicum de Toledo erat, et quorum primus dynasta fuit hujus Ludovici proavus Petrus de Toledo, filius Garciae primi ducis Albani, ita a J. W. Imhof enumerantur: Mancera, Salmoral, Naharros, San Miguel, Montalvo et Gallegos. Postmodum vero Ludovici filius Petrus de Toledo primus marchio de Mancera creatus fuit.*

c *Testatur S. Teresia, ut num. 445 Comm. prævii videre est, se nihil unquam vidisse hac imagine melius aut elegantius; atque huic S. Matris testimonio calculum suum adjicit auctor Chronici (lib. II, cap. XXXIX, num. 3). Cernebatur inibi Deipara puerulum Jesum brachiis sustinens et duobus Angelis stipata. Latet nos ad quem pictorem Belgam hujus tabulae laus pertineat.*

B d *Sororis exemplo, anno ætatis suæ decimo octavo, Salmantica (teste Chronico, lib. II, cap. XXXIX, num. 6) Carmelitis Excalceatis nomen dedit Henricus de Toledo, laudati Ludovici filius natu maximus, exinde dictus Ludovicus a Jesu, et anno 1598 Segoviae sancto defunctus, cum paucos tantum annos egisset in Religione; cui probabile est cum nondum adscriptum fuisse eo tempore quo Ribera Vitam S. Teresiæ edidit: secus enim hic de eo non siluisset.*

CAPUT III.

Fundatio Hispalensis.

CAP. V.
Jubente P.
Gratiano visitatore apostolico.

Cum Excalceati Patres æque ac moniales privato a provinciali non regerentur, sed Carmelitis Mitigatis simul omnes parerent, illorum in Bætica commissarius et visitator apostolicus constitutus est Hieronymus Gratianus a. Etsi enim a paucis hoc Institutum esset amplexus annis, ea tamen in ipso religio, prudentia aliorumque virtutum decora et ingenii navitas relucebant ut hac provincia aliisque honoribus etiam amplioribus dignus fuerit judicatus. Hic Veasensem cum visitaret domum, in qua Teresia tum agebat, illius ipsa dotes ac agendi rationem non potuit non quam maxime probare, et assiduas Deo ob egregium hunc virum suis datum gratias agere. Ibidem hunc versantem ad se apostolicus Nuntius evocavit, simulque Castellanae cum provinciae, uti Bæticae erat, visitatorem esse voluit. Verum antequam hæc fierent, Teresiæ in Castellam redire constituenti Gratianus suggesserat e divino honore fore, si Hispali sedem constitueret; cum quod nonnulli, domum quamprimum consignaturi, id a se enixe petissent, tum vero quod archiepiscopo, qui singulari cœtum hunc studio complectebatur, eam rem quam gratissimam fore nullus dubitaret. Erat quidem animo a sedibus in Bætica constituendis Teresia alieniore, quin etiam rationes validas habebat cur Hispalim concedere detrectaret; Gratiani tamen sententiæ acquievit.

35 Quoniam vero æstivi calores ingruiebant, festinato opus fuit. Abiit ergo ad Nuntium Gratianus Madriti agentem; Teresia vero, cum tribus Veasi hæsisset mensibus, sex secum assumptis sodalibus lectissimis et orationis ac sensuum mortificandorum studiosissimis, quales haud dubie requiri Dominus videbat, pares nimirum iis quæ ibidem post

erant subeundæ adversitatum procellis, utque reliquarum per eandem provinciam ceu matres forent, Hispalim deportatur. Hæc illarum sunt nomina: Maria a S. Josepho, Isabella a S. Francisco, Maria a Spiritu Sancto, Isabella a S. Hieronymo, Eleonora a S. Gabriele, Anna a S. Alberto. Itineris adhuc comites fuere F. Gregorius Nazianzenus, qui Veasi haud ita pridem in Ordinem aggregatus erat, nec non P. Julianus de Avila et Antonius Gaytan. Magna hocce in itinere, cum ob intensos eorum dierum æstus, tum ob diversoria importuna, denique quod a nefariis ea hominibus non raro insiderentur, tulerunt incommoda. Accessit ad hæc omnia illud longe gravissimum, quod pridie Pentecostes Teresiam soporifera quædam et ardens occupavit febris, ut sui prope impos videretur. In mali lenimentum aliud subsidium non suppetebat quam frigida conspersio; sed solis ita æstuabat ardore ut nullum inde sentiret refrigerium. In hospitio ad quod appulere, exiguum quoddam ipsis fuit assignatum cubiculum, obnoxium solis ob tenue tectum ardoribus, ac nulla eis pellendis fenestra instructum; cujus si ostium aperiretur, tantus eodem penetrabat æstus ut intolerabilis videretur. Lecti ea erat inæqualitas, ut, cum hinc in altum tumeret, illinc deprimeretur profundius, acutissimis constrictus e saxis videretur. Cum hic quietem B. Mater capere non posset, illico inde discessum est: malebat quippe solares aperto in campo fervores pati quam angusto illo in loco.

36 Erant hi Teresiæ materia meditandi quam vehementia damnati apud inferos incendia patiantur, utpote fixi in loco manere coacti ac mutare situm prohibiti. Perculit ea mali in Matre importunitas ita monacharum omnium animos ut eam pro se quæque sedulo per preces Deo commendarent: eaque orationis vis fuit ut nonnisi diurnum id malum fuerit, cum alias nonnisi multorum spatio dierum ipsum finiretur. Longius progressis navigio Bætis fuit transmittendus: sed cum recta cum curribus, ubi funis ducebat, trajicere non possent, ad latus aliquantum deflectere oportuit. Cum portitores, incertum quo casu, funem ductilem e manibus dimisissent, ecce ponto secundo cœpit flumine, nullo retinente fune, remis nullis ferri, unum secum quem continebat currum raptans. Omnes extemplo trepidi vocem tollere; monachæ vero in corde suo ad Deum clamare. Videbat hæc eminus ex arce sua vir nobilis, submisitque de suis qui laborantibus suppetias ferret. Deo autem dante factum ut, in vado subsistente pontone, periclitantibus auxilio esse alii potuerint. Qui porro e proximo castello venerat, in regiam eos viam reduxit, a qua proculdubio noctu aberrassent. Nihil vero B. Matrem afflixit gravius quam quod prima Pentecostes festivitate contigit. Summa celeritate tota nocte usi fuerant ut, antelucem, Cordubam cum pervenissent, ita adessent Missæ Sacrificio ut a nemine mortalium conspicerentur. Nam maxime illam cruciabat ante alios apparere et conspici. Hinc, quotiescumque extra civitates oratoria reperiebat, ad hæc se subducebat, rei sacræ adfutura. Idem Cordubæ agere constituerat, et ædiculam quamdam extra muros civitatis trans pontem quemdam sitam adire.

37 Sed non sine maxima difficultate huc pertinere potuit. Etenim sine gubernatoris Cordubensis facultate transire pontem curru nefas erat, et hanc ab eo impetrare perdifficile futurum dicebatur. Missus tamen Antonius Gaytan facili eam negotio obtinuit. Sed hic molestiarum nondum fuit finis; at novus subortus labor. Cum enim currus essent latiores et pontis porta admodum angusta, nulla

AUCTORE
RIBERA.

D

E

F

In Bæti flumine periculo exponitur.

Hispalim
Bætica constituit.

Corduba in
maquis

AUCTORE
RIBERA

A eorum trajiciendorum apparebat ratio, nisi illorum compages solverentur. Sed ita demum vehicula disposita sunt ut pontem transmissa sint. Cæterum tum hic tum in priori molestia trium amplius horarum illis spatium effluxit. Interea ita nodique obducti currus erant, ut, licet permulti curiosius inspecturi eequod genus hominum veheretur, affluerent, in nullius tamen oculos monachæ incurrerent. Postquam vero ad oratorium perventum esset, molestia etiam major nata est: cum enim locus a Spiritu Sancto nomen haberet, permulti huc confluerant: solemnis namque de more futura erat supplicatio, dein verbi divini prædicatio et tripudia. Nisi vero hoc in loco Sacrum audissent, ad urbem reversas aliam oportuisset conquirere ædem, ubi id audirent. Vexabat hoc beatam Matrem ita gaviter, ut, si sine piaculo Sacri intermittere auditionem ea die licuisset, ipsum omisisset, ne cum monialibus in confertam adeo se hominum multitudinem daret. Verum secus fieri cum non posset, per modum supplicantium ad ædem eas concedere voluit, palliis albis amictas ac velis demissis, non sine magna cunctorum admiratione, utpote quibus hactenus nihil ejusmodi visum erat. Tum demum Teresiam, tanta vi mortalium adeo tumultuantium, inter quos se videbat, nonnihil turbatam, pridiani febris ardores deseruere.

incurrit diffi-
cultates.

B 38 Huic tamen malo quoquo modo profuit officiosa viri cujusdam honesti caritas, qui in ipso ædis vestibulo Teresiæ obviis processit, seque ducem viæ constituens turbam ingruentem submovit: qui etiam a B. Matre rogatus ut in sequestratum a populi strepitu sacellum sese conducere, pie roganti morem gessit, nec ab iis ante recessit quam extra ædem eas deduxisset. Non multo post viro huic nihil minus opinanti opima obtigit hæreditas, quam ob exhibitum hoc Dei ancillis officium sibi cœlitus submissam plane persuasum habebat. Hoc in sacello rem divinam fecit Julianus de Avila, et moniales omnes Eucharistiæ fecit participes. Quæquam fieri poterat citissime inde digressæ, diei æstum, sub ponte quodam parum commodo apriantes, declinarunt. Hæc aliaque ejusdem generis per viam incommoda tum monachæ subiere maxima animi æquitate. Teresiæ namque tam blanda et comis erat conversatio, ut omnem itineris, si qua erat, molestiam sermonibus suis leniret, interdum de maximi ponderis rebus loquens, alias ad durorum tolerantiam suas animans, denique de passim occurrentibus et obviis jucundissima miscens colloquia. Tandem itaque, quinta ante Dominicam Santissimæ Trinitatis feria, Hispalim perventum est; ubi jam tum Marianus a S. Benedicto domum ipsis conduxerat. Hanc beata Mater ingressa, statim ejus inire possessionem se posse sperabat, uti aliis in oppidis facere solebat, et rem omnem jam ex voto confectam esse; quod urbis illius archiepiscopus Christophorus de Rojas miro erga Excalceatos studio raperetur, et interdum hac de re ad beatam Matrem perscripsisset, insigniter erga ipsam animatus. Ipsi quoque Gratianus et Marianus pergratum illi se fecisse opinabantur, quod hac Teresia appulisset. Verum longe secus ac cogitabat res contigit: hanc quippe, uti reliquas hactenus, sedem cum difficultate parari et Teresiæ labore constare Dominus volebat.

Hispalensem
archiepiscopum
fuit

C 39 Archiepiscopus namque a monialium erat cœnobii quæ certis non constarent proventibus, maxime alienus: singularis porro in hoc Dei elucebat providentia quod nihil dum præsul e quoquam didicisset eorum quæ Teresia Hispali erat molitura. Si enim eorum, antequam ipsa illuc appulisset,

fuiſſet conscius, facultatem ejus rei handquaquam D esset elargitus et monasterii fundatio penitus non successisset. Cupiebat quidem eam venire et moniales secum ducere, non tamen sedem illis e fidelium benignitate victuris constituere. Statuerat namque has ipsas per suæ curæ credita monasteria disperſiri, ut hæc illarum quotidiana consuetudine ad mores religiosiores conformarentur. Itaque Teresiæ Marianus potestatem ab archiepiscopo concedendam ad cœnobii pauperis constructionem negabat, neve hanc illum cuiquam hactenus aut Hispali aut Cordubæ (cui ante civitati episcopus præfuerat) concessisset; quamobrem non abs re futurum redditibus cœnobium hoc annuis stabiliri. Ab hoc ipsa consilio plane erat aliena: neque enim dotata condere monasteria solebat quam in oppidis minoribus, in quibus vel eadem penitus non constituenda vel proventibus ita dotata dictitabat ut nihil necessarium deesset. Tum vero ad certos Hispalensi domui attribuendos proventus adeo parum a re nummaria instructa erat ut solum teruncium secum haberet.

40 Tandem tamen præsul, importunioribus Mariani postulatis cedens, rei divinæ faciendæ facultatem est impertitus; quæ primum facta Dominica SS. Trinitatis proxima, in iv kalendas Junias incidente, anno MDLXXV. Vetuit tamen ne ære campano ad Sacra signum daretur nec ipsum de loco superiore suspenderetur; sed jam ante suspensum erat. Misit adhæc quemdam e sacerdotibus domesticis qui Sacrorum hic Deo offerret primitias. Atque hoc pacto loci hujus inita possessio est, et divina ibidem recitata sunt Officia. Inditum cœnobio a S. Josepho de monte Carmelo cognomen. Domui porro aliquantulum instruendæ necessarias opportunitates Marianus urbe tota conquisivit: monachæ enim, præter ea quibus currus obtexerant velamina, secum non tulerant supellectilem. Plenam porro foundationis locandæ potestatem antistes minime fecerat, sed dumtaxat Sacrificii peragendi. Cæterum Teresiæ adeo non hæc imperfecta potestas aliæque rationes fecere satis, ut, nisi verita fuiſſet ne quam Hieronymo Gratiano visitatori et P. Mariano molestiam attulisset, propere inde se cum sodalibus subduxisset. At Marianus cum paulatim blandioribus archiepiscopum verbis leniret, brevi se dispecturum hic aiebat quid in beatæ Matris agendum foret negotio.

e quo difficultatem
reperitur.

E

41 Sub idem tempus accessere ad Teresiam Carmelitæ Calceati, sciscitantes eequa tandem auctoritate monasterium hoc conderet: quibus cum acceptas olim a Præposito Generali litteras ostendisset, ulterius inquirere desierunt. Deo autem disponente factum est ut prorsus illos lateret quam parum erga hoc esset archiepiscopus cœnobium animatus: si enim alienum hunc animum comperissent, ipsum haud dubie, si modo voluissent, subvertere potuissent. Haud longo interposito tempore ipse Teresiam præsul adiit: quem illa ea animi vehementia est allocuta, ut, qui in ipsa loquebatur, Deo is resistere haud valeret; insuper adderet eo cuncta peragerentur modo quo ipsa vellet. Hinc deinceps, si qua se dabat occasio, se benevolum declaravit ac partium ejus fautorem.

F Placet Carmelitas
Calceatos.

42 Etsi Hispalis adeo opulenta sit civitas et tam luculenta egenis benignitate succurrat, nec ibi defuturus videretur qui Excalceatis in domo comparanda statim suppetias ferret et necessaria subsidia submitteret, ita tamen hac in urbe beatam Matrem ejusque socias exercere Domino placuit ut nullo in oppido majori hactenus rerum laborarint inopia. Neque enim tantum ad menses aliquot tecto caruerunt

CAP. VI.
Plurima per
itur viciniam
modo.

A runt opportuno, verum etiam vitæ trahendæ necessaria ægerime admodum suppetebant. Domus adhuc instructa non erat, et suppellectile destituta : in quibus defatigata membra reclinarant, culcitæ deerant, nec non cibaria fami pellendæ; quin dum ova aliquot coquenda essent, vetera illis per domum funium detritorum scruta quæritanda erant, quibus ignem foverent. Læta tamen mente has patiebantur ærumas. Nullidum notæ erant, nemo eas adibat. Adhuc gravis Matrem ipsam infirmitas, cæteras etiam omnes cæli novi prostravit intemperies; tum quod per æstivos huc appulissent fervores, tum quod iis quæ dixi premerentur incommodis. Nullæ item se, quæ in familiam cooptarentur, virgines offerebant; et quæ ante Teresiæ adventum ei se adjungere in animo habuerant, hoc vitæ rigore deterrente, se prodere non audebant. Sed paulo post, cum nonnullæ Deo inspirante in cætum hunc adlegerentur, aliquatenus domesticæ penuriæ subventum est, atque imprimis honestæ cujusdam viduæ liberalitate; quæ cum ad hoc Institutum amplectendum animum adjunxisset et secundo cum B. Matre hac de re ageret, nullo postulante, bis mille septingentorum aureorum summam attulit, quæ ex aureis lamellis et argenteis nummis redacta est. Cum vero ingressum tantisper differret, quousque rem domesticam composuisset, ex hac eam quidem vita migrare contigit; sed testamenti tabulis rerum suarum ex asse heredem domum hanc esse voluit.

ut calumniis
provocaretur;

43 Verum alia quædam virgo, sub ipsa principia in familiam hanc cooptata, plus cæteris ad reliquarum patientiam et virtutes probandas contulit. Tantum enim illis molestiarum peperit, et tum beatam Matrem tum socias in eas exagitationis redegit angustias, ut beata Mater merito postea diceret eas quæ Hispalim secum adirent, studiose seligendas fuisse, ut nempe pares essent ferendis adversis quæ iis fuere subeunda. Qui vero de eadem in Excalceatarum cætum adlegenda apud B. Matrem egerant, tam eximia de illa prædicabant, ut Teresia, si hæc monialis prodigia non patraret, magnam illos honoris sui facturos diceret jacturam. Hæc ad menses quidem aliquot in Religione vixit, sed, quod alteri vitæ generi ab hoc discrepanti assuevisset, hanc deseruit et ad pristinam reversa est normam. Erat Hispalensibus nota, et apud omnes sanctitatis opinionem collegerat : cujus proinde egressio variis in populo sermonibus ansam dedit.

C Nam nemo non Teresiam et socias sugillando traducere, nemo non calumniari et gravis illi affricare infamiae maculam. Sed victrix tandem emersit veritas, ut cui prævalere mendacia, etsi hanc acriter exagitarent et divexarent, minime potuere. Nam quæ vere virtutum erant sectatrices, ut tales reipsa agnitæ sunt; ipsarumque religio et virtus cum purior apparuit, tum magis in populo innotuit : et qui temere calumniis crediderant viri graves sinistram opinionem deposuere.

aut his ad Sa-
crum Inquisi-
tionem delatis,

44 Per idem tempus de hac ipsa re longe Teresia manifestius quam eam ipse tango, cuidam suarum prepositæ in hæc verba scripsit : « Litteras » hasce ad Methynensem priorissam mitte, quæ » non mediocriter angetur ob quædam a me nuper » illi perscripta, etsi nonnisi quam poteram minime » eas quibus exagitamur molestias verbis extulis- » sem. Noris igitur jam inde ab Abulensis domus » erectione nullo esse numero universa quæ tuli » adversa, si cum iis quæ hic ferenda mihi fuere, » comparavero : quæ qui norint, non immerito me » hæc scribere comperient. » Addit deinde : « Tan- » dem patebit commentitia esse omnia quæ sparsa » sunt : hic porro de nobis vulgo ferebatur acerbis

» nos in monachas, pedibus manibusque vinctas, » flagellis animadvertere; atque utinam alia in » vulgus sparsa non essent et ejus generis fuissent » universal. Erant enim præter rem hanc adeo » gravem alia sexcenta ejusmodi, ut jam tum » manifeste appareret Deum idcirco duris adverso- » rum flagellis in nos animadvertere velle ut optato » tandem omnia fine concluderentur. Atque ita » revera mihi persuadeo. Vestrum proinde est » animo propterea non dejici; quin potius spero in » Domino brevi nos hinc sospites digressuras c. » Non sine ratione hæc scribere B. Mater potuit : eo namque devenit calumnia ut ad sacros Inquisitores una cum sociis delata sit, et in ipsarum sit vitam studiose inquisitum, ac testes auditi. Sed unde probrum secuturum æmuli sperabant, inde ancillarum Dei patuit innocentia ac sanctimonia, et quam ini- quis opprimerentur modis; atque ita tandem negotio huic finis est impositus.

45 Habebant ad hæc sacerdotem qui noxas confessis operam dabat, adeo anxium et imperitum ut ne latinis quidem verbis eas sibi sineret crucem imprimere, quibus tamen passim omnes assueverant. Ita vero mordicus alterius cujusdam monachæ, quæ ante huic se dicarat monasterio, agendi consuetudinem approbabat, ut reliquas omnes hanc non imitantes errare, solam ipsam sapere, et hujus imitari exemplum reliquas debere dictitaret. Aliquo illius temporis ac molestiarum spatio non solum Teresiam cruciabant homines, sed ipse etiam Deus, ad ancillæ suæ experimentum et tolerandi materiam, sese videbatur subducere : unde ipsa affirmabat numquam sibi obrepisse inertiam vel spiritus languorem parem ei quem tunc experiebatur; adeo ut se ipsa vix agnosceret. Licet enim insignem in Deum numquam non præferret fiduciam, ita tamen erat dissimilis ab ea quam se fuisse senserat ex quo primum ad cœnobia constituenda animum cœpisset adjungere, facile ut in se sentiret jam suam Deum nonnihil manum subduxisse; ut videret nimirum quam hactenus declararat animi magnitudinem, non a se, sed ab eodem Domino promanare.

46 Jam inde ab exeunte Majo, fere ad usque solemniam sequentis anni jejunia, Hispali egerat, ac nulladum ædium comparandarum fiebat a quoquam mentio, nullum iis comparandis suppetebat argentum, nullus denique qui mutuo ipsum daret, quales aliis in oppidis illi minime defuerant. Cum autem videret aliorum negotiorum ingruentium occasione propediem in Castellam sibi redeundum fore, non mediocriter animo angebatur; neque enim inde ante abire constituerat quam de domicilio suis esset sodalibus prospectum. Iis ipsis diebus Hispalim delatus est ex Novo Orbe redux Laurentius Cepedius, beatæ Matris frater, qui sorori suæ incredibili quadam ratione præsto fuit, et quam potuit diligentissimam attulit operam ut ædes stabiles coemerentur. Interim ad Deum ipsa confugit, consuetum suis in necessitatibus asyllum, necnon ad S. Josephum : monachæ etiam assiduè ad Dominum precibus clamabant ut suis ancillis de domo prospiceret. Quadam ergo die de hoc Teresia negotio cum Domino inter precandum agens, ab ipso audiit : « Jam te ipse exaudivi : mihi rei ejus cu- » ram committe. » His illa verbis erecta, jam sibi domum in manibus habere videbatur. De unius coemptione jam prope inter partes convenerat, quæ ad omnium quidem facere gustum videbatur, quod optimo sita erat loco; quamvis illarum e re minime esse videbatur, quod esset præ vetustate ruinosa et velut de novo a fundamentis excitanda : quam in structuram multa pecuniæ vis requirebatur.

AUCTORE
RIBERA.

D

c

innocens de-
claratur.

E

Demum, ju-
vantibus Lau-
rentio Cepedio
fratre

F

AUCTORE
RIBERA.

A

batur. Dominus itaque, qui hanc domum monialibus non convenire videbat (non enim nisi multorum annorum spatio concinnari poterat, et pecunia ad sumptus necessarios decrat), pro cura quam in se susceperat de domicilio ipsis prospiciendi, effecit ut venditor ipse, cum stipulationis tabulae conscribendae jam essent, quasdam proponeret incongruas condiciones et venditionis contractum rescindi non inique ferret.

et pils aliquot
omnis.

47 Atque ita, Deo adjuvante, aliud domicilium sex aureorum millibus comparatum est, etsi non sine contradictione: nam monachi in vicinia commorantes, auctoritate publica interposita, institerunt ne huc ipsae commigrarent. Sed nihil hoc morata Teresia dedit operam ut tum ipsa tum Maria a S. Josepho, quam praefectam Hispalensem constituerat, et aliae duae secum monachae summo in silentio nocte quadam huc transirent; quo semel jam facto, non fuit qui se deinceps opponeret. Laurentius porro Cepedius, qui hoc in negotium hactenus naviter incubuerat, cibaria illis quotidiana subministrabat: nam domus haec monasterii loco non habebatur, nec solitis piorum sustinebatur subsidiis, nisi unius prioris Carthusianorum, quorum domus hic de las Cuevas appellabatur; qui sane vir miro tum erga Deum tum erga has ancillas ejus studio afficiebatur. Mensem ferme integrum hoc in statu egero. Interim Laurentius Cepedius in aedem sacram adaptandam et alia domus membra insarcienda magnam nummorum multitudinem insumpsit: qui si iis Hispalim diebus non appulisset, nihil horum penitus per se monachae praestare potuissent.

domum appri-
me bonam,

B

48 Omnibus ergo jam concinnatis, optasset quidem Teresia sine apparatu ullo Venerabile huc Sacramentum inferri; verum Carthusiensi priori et Garciae Alvarezio sacerdoti Hispalensi, viro integerrimo (qui rem hanc non secus ac suam curabant), placuit, quo caenobium magis in populum innotesceret, festiva pompa encaniorum diem celebrari: qua super re cum archiepiscopum consultuissent, ipse haud invitatus sententiae eorum accessit. Edixit itaque ut universo clero et nonnullis sodalitatibus convenientibus, et viis publicis adornatis, e quadam parochiali aede Christi Corpus huc transferretur. Ut dictum, factum: nam Garciae Alvarez cum templum tum novi monasterii claustrum rite instruxit, scitas hinc inde aras adaptavit, multas denique elegantiarum varietates ad voluptatem compositas induxit; atque inter caeteras aquam e malorum aureorum cytinis expressam in fontis modum fluere fecit: etsi hunc B. Mater fontem omitti voluisset. Viae, uti statutum erat, mundatae et adornatae sunt, magnaue solemnitate, festivo symphonicorum et instrumentorum musicorum concentu, Augustissimus Angelorum Panis ab archiepiscopo huc delatus est Dominica ante Pentecosten, quae in iii nonas Junias incidit, anno MDLXXVI. Quo etiam die prodigiosum quid contigit, quod omnibus ante quorum oculos factum est, stuporem movit.

est timor
postea mellor

49 Plurima missilia ignea jacta erant, et crebro bombardarum fragore omnia reboarant, cum, jam supplicatione finita, sub vesperam, dum denuo festivi ignes et hoatus tormentorum repetuntur, casu nescio quo in pulverem sulphureum, tametsi exiguum, ignis illapsus est: is tamen qui pulverem habebat, non sine miraculo a flamma immunis fuit; et cum ad caenobii fastigium flamma repens ascenderet, ejus laqueare subflava et coccinea bysso adornatum erat, fornicis quidem lapides tetrastromi a summi fuligine nigredinem induerunt, ipsa

tamen extrema byssus tenuissima, quae omnium judicio prima concipere flammam debuisset, ita integra et inviolata apparuit uti cum primum laqueari appensa fuit. Miram B. Matri, quaecumque acta essent, voluptatem attulere et solatium, tum vero magis quod in propria, et adeo quidem bona, suas monachas domo relinqueret, in qua decennio prope toto dein sunt commoratae. Postea Isabella a S. Francisco, cum ibidem praepositam ageret, anno MDLXXXVI, aliam septingentis supra duodena millia aureis coemit, quae ea ipsa est quam modo incolunt, pio scilicet aliquot proborum virorum adminiculo, atque imprimis Petri Cerezo Pardo, viri cum genere tum virtutum splendore, atque imprimis omnium principe caritate notissimi, qua stimulante suas in pia opera facultates assidue erogare non dubitat d.

50 Horum ille in operum exercitio adeo non defatigatur umquam, ut quidquid assiduo conquirit labore, in eadem magna animi alacritate impendat. Is in domus hujus monialium coemptionem aureos sex mille insumpsit; aedi vero sacrae multiplicem est apparatus et supellectilem ex argento elargitus, atque inter alia ducenum aureorum lychnum et argenteam crucem Sanctorum Reliquiis decoratam, quae tricentis nummis aureis stetit: et cum primum domum hanc adiit, quadringentorum illi honorarium contribuit. Ut vero de aliis religiosis domibus, in quas ille profusus admodum exstitit, nihil dicam (constat namque mihi illum uni inter alias, etsi non simul una vice, tria aureorum millia insigni benignitate contulisse), erga hanc sane Excalceatarum et Excalceatarum familiam munificentissimum se semper praebuit; et ita quidem eminenter ut paucis hanc benignitatem complecti verbis non possem. Omissis enim iis quae in Madritanum, Granatense, Vea-sense, Burgense, Salmantinum, Albanum aliaque Instituti hujus domicilia liberaliter profudit, ipsa sane Ulyssiponensis sedes illius potissimum adminiculo ortum habuit: nam in illius erectionem ter mille contribuit aureos, et etiamnum quotidie nova illi submittit subsidia. Ipsum profecto Excalceatarum Hispalensium caenobium bina simul aureorum millia ab ipso accepit, ut taceam ea quae quotidianos in usus ab illo suppeditantur. Etsi vero tantum in pia opera elargiatur, plura tamen dandi voluntatem et animum praefert: ita namque prompte et gratanter haec exequitur ac si exiguum et quotidianam stipem erogaret. Credo equidem parum aequis illum accepturum animis quod haec a me scripto consignentur; sed unius Dei gloriae promovendae studio, et ut bono quod hujusmodi ex operibus ad proximum emanat exemplo lectori utilitatem afferam, haec a me litteris mandata sunt.

51 Laurentio porro Cepedio eam quam huc attulit opem Deus egregie rependit; nam inter caetera sibi parvulam quamdam e filiabus ejus, Teresiam nomine, adoptavit. Mirifico erga hanc beata Mater affectu rapiebatur, quod eam suavissima indole et aliis ad Deo ancillandum dotibus instructam cernebat. Haec hodie in Abulensi conventu degit, et Teresia a Jesu nominatur. Dum Dominica die, solemnitate omni peracta, etiam molestiae et labores omnes finem acceperant, et jam aliquam sibi B. Mater indulgere quietem debuisset, postridie ejus diei sine cunctatione inde discessit, cum quod sua praesentia reliqua per Castellam domicilia opus haberent et caeli calores magis invalescerent, tum quod aliquod afferre longior mora discrimen potuisset. Laetam igitur festivitatis quam moniales sengerant jucunditatem diluit, velut aqua offusa, inopinatus Matris

d
ex liberalitate
Petri Cerezo
substituta
fuit.monialibus
suis procurat.

A suam carissimam discessus, cujus praesentia omnes maxime recreabat. Verum tum ob eas quas jam diximus rationes diutius haerere Hispali ei nefas fuit, tum vero quod dicatas Spiritui Sancto ferias, quae proximo sequenti hebdomada recalebantur, Malagone celebrare constituisset. Hispalensi itaque domui praepositam dedit Mariam a S. Josepho, quae hanc tandem rexit donec ad Ulyssiponensem constituendam sedem est evocata: illius vero vicariam Mariam a S. Spiritu constituit.

ANNOTATA.

a Quae de gestis a P. Gratiano muneribus ac generatim de rebus virorum Institutum Teresianum sectantium Ribera admodum compendiose refert, nos aliquanto copiosiore narratione in Commentario praevio prosecuti sumus inde a § xxxii et passim in sequentibus; quod hic ita lectorem monitum velim ut deinde singula quaeque Commentarii loca citare non sit necesse. Varium quod de celebri illo viro a multis latum est iudicium sedulo expendimus § lxxxv a num. 1668.

b Opulenta matrona, nomine Eleonora de Valera, Henrici Freyle Lusitani uxor, pie cuidam mulieri (ex iis quas beatas Hispani appellant) clanculo aliquid pecuniae dederat ad moniales Teresianas deferendum; sed haec, moniales eo subsidio non indigere rata, commissos sibi nummos aliis distribuerat: quod nonnisi post plures dies Eleonora innotuit. Ita Chronicon (lib. iii, cap. xxxvii, num. 5). Elapsis exinde aliquot mensibus, P. Gonzaleus Pantoya, Carthusianorum prior, monialibus auxilio esse coepit, ut mox Riberam narranti audimus (num. 47) et ex ipsa Sancta jam didicimus in Comment. praevio (num. 702).

c Scripsit haec Sancta die xxix Aprilis 1576 ad consanguineam suam Mariam a S. Joanne Baptista, priorissam Vallisoletanam (tom. I, epist. 47).

d Viro huic in familiam Teresianam aliosque religiosos Ordines liberalissimo Ribera epistolam nuncupatoriam Vitae suae Teresianae cum multa amicitiae atque aestimationis significatione inscripsit.

CAPUT IV.

Fundatio Caravacensis. Dissidia Calceatos inter et Excalceatos Carmelitas, eorumque exitus. Fundatio Villanovana.

Dum Abulae Teresia ageret, jamjam Veasum concessura, venit ad ipsam missus Caravaca nuntius cum litteris Catharinae de Otalora, de primariis loci illius matronis (fuit haec licentiati Muñozii, consilii Indici olim, ac deinde consilii regii assessoris, uxor), quibus beatam Matrem rogabat ut illa in civitate sedem suam erigeret. Rei huius illa fuit occasio. Dixerat ibidem pro concione quidam e Societate nostra, ea verborum vehementia, ut his tres e primaria nobilitate virgines, sanguine invicem junctae, commotae, rebus mundanis nuntium remittere seque Deo in religioso Instituto dicere decreverint; quarum haec sunt nomina: Francisca de Saojosa, Francisca de Moya et Francisca Tauste. Harum prima Catharinae de Otalora consanguinea erat et illius in familia commorabatur, quo et aliis dum post commigrarunt: quae si hoc in oppido constituere ex se cenobium vellet, illius in fundationem Catharina bis mille nummos aureos spo-

ndit, tum etiam omnem qua usui esse poterat opem uti ab Ordinum equestrium consilio ejus rei facultas obtineretur. Quod enim oppidum id equitum S. Jacobi juris esset, illorum injussu novum in illo erigi monasterium nefas erat. Hac porro in domo illae non minori in solitudine agebant quam si monasterii claustro continerentur: nam in una aedium parte, quam pia illa vidua ipsis assignarat, aediculam privatam habebant nec non confessionalem exedram et orbem versatilem cenobiorum in morem. Dubitabant autem quodnam demum hoc in cenobium Institutum inducerent; nec ullam hactenus in partem penitus propenderant: donec eo quidam appulit e Societate Jesu cognomento Leyva, a quo audire in regno Toletano illustrem quamdam sanctitatem mulierem, Teresiam a Jesu cognominatam, nova Carmelitarum erigere cenobia, in quibus et Religionis vigeret integritas et claustrum servaretur arctissimum.

53 His compertis, animum pariter huc induxerunt, et apud Catharinam efficere ut omnium ipsa nomine ad Teresiam scriberet, ipsarumque trium ad sedis primordia constituenda hereditatem offerret. Hac illius postulatione B. Mater mirifice recreata, Abula discessit, statuitque, Veasensi domo constituta, Caravacam etiam concedere: atque hanc ob causam plures secum sodales duxit quam Veasensis initia sedis requirerent. Idipsum et Catharinae de Otalora per litteras spondit, illam regiam interea jubens rei inchoandae potestatem exigere. Nec vero eam difficile fuit obtinere: cum enim ipsa Teresia regi Philippo hac de re scripsisset, quamprimum hic ejus copiam fecit. Verum, quod Ordinario loci hoc domicilium subesse rex jussisset, denno ad regiam curiam hac de re opus fuit referre; quod hanc ad reliquarum exemplum Ordini subjici domum Teresia mallet. Interim dum haec aguntur, Hieronymo Gratiano visitatori apostolico placuit illam Veaso, ubi tum commorabatur, ad Hispalensem sedem constituendam proficisci. Hinc maximo virginum illarum cum dolore haec res diutius dilata est; quae jam ad templum ornandum spectantia summa diligentia comparabant et rem velut confectam habebant. Annam a S. Alberto, quam secum B. Mater duxerat ut Caravacensi domui illam praeficeret, Hispali interea reliquit; reliquas quas in monasterii ejusdem initia ponenda advexerat, Malagonem remisit. Ut optatae facultatis regiae litterae advenire, illae Dei ancillae Teresiam assidue, ut Caravacam ad coeptum monasterii negotium conficiendum excurreret, urgebant. Cum autem pia admodum et aequa illarum videretur postulatio, et Hispalenses res aequo longius traherentur, placuit beatam Matrem nec non Patri visitatori aliquot Caravacam monachas mittere, quae illius loco nova jacerent domus fundamenta.

54 Hanc ob causam Hispali missa est Anna a S. Alberto, quam praefectam Teresia crearat: haec recta Malagonem reversa, quatuor inde alias selegit, Barbaram a S. Spiritu, quae primas a superiore teneret, Annam ab Incarnatione, Joannam a S. Hieronymo et Catharinam ab Assumptione; quae simul omnes Caravacam die Expectationi partus Deiparae Matris sacro appulsae sunt, et peramanter a tribus illis Dei ancillis exceptae, non quidem in Catharinae de Otalora, sed in Roderici de Moya, Franciscæ de Moya patris, aedibus. Hic enim suarum illis aedium partem mutuo dederat, in qua dein ipsae elegantem admodum aediculam cum oedeo concinnarunt, additis reticulatis cancellis et orbe versatili. Dum necessaria comparantur, et tabulae fundationis conficiuntur, et domestica suppellex con-

AUCTORE
RIBERA.

Sanctae absen-
tis nomine.

F

institut Anna
a S. Alberto.

AUCTORE
RIBERA.

A

vehitur, December mensis effluxit: primo vero die anni MDLXXVI Sanctissimum Altaris Sacramentum huc illatum est et loci inita possessio, illique data a S. Josepho appellatio. Eodem die religiosum sumpsere amictum fundatricum dum; nam tertiam aliquot apud sororem suam commorari diebus oportuit. Hanc suis in Foundationibus Teresia ait foris tum fuisse: et revera fuit, cum de hac ipsa foundatione scriberet; sed non multo post, duorum aut trium mensium intervallo, vestem illi contulit Hieronymus Gratianus, cum hanc domum visitor lustraret. Hæc suo quæque tempore rite vota Deo nuncuparunt, et Francisca a Matre Dei, Francisca a Cruce, Francisca a S. Josepho sunt appellatæ. Eo porro singulas hic ordine recenseo quo eas initio capitis produxi; quæ etiamnum, magnæ probitatis et religionis dantes omnibus exempla, Caravacæ commorantur.

CAP. VIII.
Carmelitarum
Calceati

55 Hispali Teresia Malagonem, inde Toletum concessit, ubi aliquot mensium spatio hæsit. Quoniam vero qui divini obsequii studio animas Deo plurimas luerant, salutis nostræ adversario imprimis exosi sunt, et eos ipse qua potis est ratione exagitat, satis illi non fuit Hispali se Teresiæ adversarium præbuisse, verum etiam multas alias excogitavit rationes ad impediendum ne qua de novo cœnobio conderentur, quod sibi eadem permolesta essent. Quin omnem jam moverat lapidem, nisi illi Deus obstitisset, ut quæ jam in monacharum monachorumque usum constructa erant, penitus dissolverentur. Cum itaque in his Teresia fundandis progrediretur, hujus ipsa rei Generalem Præpositum certiores reddebat; a quo vicissim litteras recipiebat quibus hunc ipse sibi esse progressum longe acceptissimum testabatur. Quo illius applausu incredibiles Teresia ærumnas quas in singulis prope foundationibus experiebatur, non parum leniebat. Quod enim Dei hunc ipsa teneret loco, quam illi afferbat lætitiā, Deo se afferre existimabat. Hinc, cum per litteras illum rogasset ut sua juberet auctoritate ne qua nova exinde a se cœnobio excitarentur, hoc se is nequaquam facturum respondit: desiderare se namque ut tot erigerentur quot in capite haberet capillos. Hæc quidem tum ille; verum paucis inde post annis Carmelitæ in congregatione generali collecti Teresiam, antequam Hispali discederet, per litteras monere, non modo ut nullas posthac erigeret sedes, verum etiam ex omnibus jam erectis eam sibi quam vellet eligeret, in qua deinceps quiete viveret nec ea amplius egrederetur. Hoc beatæ Matri imperium ex voto accidit: quod enim sibi reliquum erat vitæ, in quiete id monastica traducere peroptabat; simul etiam a tanto discursu erat alienissima: etsi aliud longe spectarent a quibus id mandatum promanabat. Producti tum quoque in illam testes a veritate alienissimi.

in S. Teresiam,

56 Interim tamen Teresia miro perfundebatur gaudio, quod irrefragabilem innocentiae suæ testem haberet Deum. Sed maxime illam cruciabat quod harum delationum ac testimoniorum velut instrumenti usi nonnulli Præpositi Generalis animum a se paulo alieniorem reddidissent. Ut vero finitarum foundationum ratio penitus intelligatur, res altiori a principio arcessenda est. Cum Abulam Toletum Teresia venisset, triennio præfectura ejus quæ in Incarnationis cœnobio Teresiæ eo in munere successerat, jam evoluta, ejus domus monachæ, quæ initio ab ipsa fuerant alieniores et omni eam ratione excludere studuerant, ita pronis jam in ipsam animis rapiebantur ut tam illæ quam reliquæ omnes denuo eam in rectricem eligerent, tanto quidem suffragantium consensu, ut, licet ingens earum

esset numerus, e quatuor suffragiorum partibus D tres eoque plures in ipsam ferrentur. Per idem quoque tempus Petri Hernandez visitoris munus expirabat: itaque, ut novæ huic electioni pondus accederet, a Carmelitarum Calceatorum provinciali eam ratam haberi oportebat. Verum hanc ipsi confirmare, ob aliquot quibus huic adducebantur rationes, noluerunt. Caterum ita ejus cupidæ illæ monachæ erant ut iudicio rem disceptare statuerint, et, Nuntii apostolici et regii consilii auctoritate interposita, magnam pecuniæ vim expenderint, provincialem quoque suam adierint, litteras quas a senatu regio quoad hoc acceperant, illi tradituræ; sed aurem ipse postulatis ipsarum accommodare volebat.

57 Eo ipse tempore Abula pertransiens, beatam Matrem in S. Josephi adii; e qua quid rerum ageretur intellexi: metuebat scilicet ipsa ne monachæ quod insistendo ardentem postulabant, a superioribus consequerentur, et imprimis optabat ut sibi quiete sua in domo agere liceret. Votorum illam Dominus compotem reddidit; cum nunquam electæ confirmationem a provinciali impetrare Incarnationis moniales potuerint. Antequam autem hæc fierent, Hieronymus Gratianus, Pastranæ priorem E agens, pro suo gloriæ divini semper adaugendæ atque Instituti sui longius promovendi studio ab apostolicæ Sedis Nuntio fieri sibi copiam petierat Fratribus Excalceatis domicilii Hispali excitandi. Qua in re benevolos tum ipsum Nuntium tum Christophorum de Rojas archiepiscopum Hispalensem expertus, illud fundaturus Hispalim tetendit. Ubi dum versatur, ab Romano Pontifice est injunctum Nuntio ut Carmelitarum utriusque sexus Calceatorum visitatores constitueret. Hac de re cum ad regem is retulisset, Catholicæ hoc Majestati gratissimum fuit, et universæ Bæticæ visitor Hieronymus Gratianus est declaratus. Ille ergo cum integritate singulari nec non caritate et prudentia suum exercere munus cœpisset, atque omnibus quæ correctione opus habere norat, prospiceret, Excalceatarum Hispalensium e domo Isabellam a S. Francisco, Villacastinensem, de qua alias memini, evocatam, Paternensem in oppidum jussit concedere, ut quod in eodem monialium erat cœnobium Ordinis Mitigati suo ipsa exemplo meliorem ad formam revocaret. Quo in munere ipsa singulare Deo præstitit obsequium atque incredibile monialibus fructum attulit.

F

ceterosque
Excalceatos

58 Id autem Gratianus munus exercebat, cum Teresia Veasum et Hispalim, uti supra significavi, abisset sedem constitutura. Inter hæc nonnulli Carmelitarum Calceatorum auctoritatem ac nomen non parum lædi censebant, quod adolescentem non sui Instituti et tironem quodammodo religiosum in visitatorem nacti essent; præsertim cum sibi non deessent, uti revera non deerant, alii et ætate et religione et vitæ probitate spectabiles Patres, quibus eæ committi partes cum honore potuissent. Id quidem Gratianus a se onus haud gravate abjecisset, et hac ipsos molestia, quantum quidem in ipso erat, libens admodum liberasset (quæ etiam aliarum post fuit origo); verum adeo non ab hoc eum munere Nuntius voluit absolvere, ut etiam, quando cum Teresia Veasi agebat (quemadmodum in loco indicavimus), eum ad se evocatum apostolicum Excalceatorum et Excalceatarum per Castellanam provinciam visitatorem constituerit. Hoc autem ipse munere dum fungeretur, vitæ probitate et eruditione singulari omnibus ad quæ concedebat locis exemplo erat; unde factum ut nonnullæ civitates Excalceatorum utriusque sexus apud se condi

domicilia

A domicilia postularent. Vallisoletum porro cum venisset suae Fratribus discipline cœnobium erecturus, ob eam quam diximus causam Mitigati ab alio Nuntio, prioris successore, Philippo episcopo Placentino, diploma obtinuerunt quo Excalceati sibi parere jubebantur: sibi nimirum obedientiam debere, utpote antiquioribus, quin etiam illos excommunicationis penas incurrisset et Generali Præposito refractarios auscultare nolle, dictitabant.

59 Quo comperto, Gratianus ad Nuntium opis causa confugit; a quo cum objurgaretur, humi prostratus reprehendentem audit, nihil in causae suae defensionem, insigni animi humilitate, afferens. Interim quodam eum in monasterio Nuntius hærere jubet, donec quid statuendum suo in negotio foret, maturius decerneretur. Cum in Excalceatorum itaque disciplinam sedulo inquiratur, ad regis et Præpositi Generalis aures examen devenit. Hic vero ita inde de re hac iudicavit ut et ad Dei gloriam et ad Ordinis sui tranquillitatem facere censeret, si hæc nupera Excalceatorum monasteria irritarentur et eum ad statum res redigeretur in quo erat antequam de hisce fundandis esset sermo; quin et in Teresiam ipsam concitari cœpit, quod nullum huc ipsa auxilium afferret; cum tamen antea eam tam benevole fovisset, fundandique illi quam poterat plurima cœnobio potestatem concessisset. Variis hanc ob causam exagitati sunt modis Excalceatorum primarii, Gratianus scilicet, Antonius a Jesu, Marianus a S. Benedicto et alii; atque adeo omnes ubique adversus ipsos insurgere et illorum domus omnes penitus subvertendæ videbantur. Nuntius quippe apostolicus in ea erat sententia ut censeret expedire imprimis plura id genus cœnobio non excidari; et hoc ipse negotium omni studio promovebat. Hinc nonnullos ex hisce Patribus in exilium pellere, alios in custodiam abducere et variis affligere pœnis; quin etiam anathematis pœna proposita edicere ne quis verbum illa de re amplius faceret; denique horum nec non Excalceatarum e Mitigato Ordine virum, Angelum de Salazar, visitatorem creare.

60 Hæc pene ad extremum redacta jam erat et Excalceatorum Institutum ruinam minari videbatur. Quid tum agebat Teresia? Quid sentiebat? Persuasum scilicet habebat sui unius causa turbidam hanc tempestatem coartam, seque una in mare ad Jonæ exemplum coniecta, fore ut brevi universa procella detumesceret. Ipsa nempe in omnibus patiebat, in omnibus crucem sentiebat; adhuc variis impetebatur calumniis: quas flocci pendens, bonorum illorum Patrum sortem miserebatur, quos norat culpæ omnis expertes. Interea ipsa continuas et ferventes suis in domiciliis preces, jejunia, corporis castigationes indicere, necnon suos in eulorum oculos convertere, unde certum illi erat subsidium venturum. Quadam ergo die, dum inter orandum animo versaret verene hi quos ante nominavimus, novam hanc Excalceatorum Reformationem destructam vellent, illico respondentem sibi Dominum audit: « Ita quidem nonnulli cuperent; verum id minime continget, sed longe » secus. » Etiam vero hæc divina adhiberet præsidia, humana tamen minime sibi negligenda putavit. Magnatum itaque benevolentiam captavit, majoris auctoritatis religiosos adhibuit deprecatores, verbisque demum ita efficacibus regi perscripsit ut iis magis illius sit Majestas, causæ ut se propitiam exhiberet, quam omnibus aliorum patrociniiis emota. Interim a Dei id profecturum ipsa censebat manu, singulari cum patientia expectans quidquid in hoc tandem negotio decerneretur.

Hinc, licet interdum rei non eum quem volebat, interdum etiam longe deteriore successum cerneret, non ideo vel minimum ab ea descidebat. Sepe, cum optato res exitu jam concludenda videbatur, subito mutato eventu, pessimo erat loco; ipsa vero solita sua patientia et viva in Deum fiducia, successum semper lætum expectabat.

61 Tandem itaque Catholicum illum regem impulit Deus ut servis ille suis, qui adversis exagitabantur, suppetias ferret, cum non solum apostolicum Nuntium hujus esse causæ judicem voluit, sed quatuor ei sua sponte designavit assessores, viros graves; et horum tres esse religiosos jussit, atque inter hos Petrum Hernandez, qui Carmeli olim fuerat visitator et rem omnem perspectam habebat. Quod cum Teresia inaudisset, negotium ut confectum habebat. Et est sane secundo lætoque id successu terminatum. Cum enim Generalis visitatorem Roma misisset, qui, comperta delationum veritate, sua in Excalceatos auctoritate animadverteret, quin illorum etiam penitus molimina subverteret, sua illum uti potestate Philippus rex vetuit. Longius etiam propecta regis benignitas: quippe tum suo tum Excalceatorum nomine a felicis recordationis Papa Gregorio XIII instanter petiit, multis hanc in rem propositis rationibus, ut Excalceatos atque Excalceatas a Mitigatorum obedientia absolveret, quo singulares sibi hi possent constituere provincias, solum Generalem totius Ordinis Præpositum in superiorem agnoscentes.

62 Veritate rei diligenter excussa, Pontifex, ærumnas quas hi Dei servi subierant, miseratus, insigni cum liberalitate hanc ipsis potestatem, illorum Institutum et vitæ rationem amplissimis verbis deprædicans, est elargitus, æquum esse dictitans ut suis unicuique familiæ superior obtingeret. Copiam adhuc fecit novas passim ubivis locorum tum Fratribus tum monialibus sedes excitandi. Hæc quidem x kalendas Julii MDLXXX ab Antistite supremo missæ litteræ sunt: verum, quod nulli earum esset exequendarum facta potestas, demum de eadem re Romam perscribere oportuit. Demum rei executorem Pontifex nominavit Petrum Hernandez. Illico igitur Salmanticam apostolicas ad Hernandezium litteras rex misit: at, quod ad mortem usque ex morbo tum ipse decumbebat, has nondum resignatas ad regem remisit. Quare tertio demum hac de re Philippus rex ad Urbem cum scripsisset, ac duos designasset, ut, si alterutri interim quid accideret humanitus, alter saltem rem exequeretur, executio tandem concredita F. Joanni de las Cuevas Ordinis S. Dominici, Talaverensis cœnobii S. Genesio dedicati tum præposito, postea vero Castellanae provinciae moderatori, viro insigni, religione et auctoritate magno. Missum hoc diploma xii kalendas Decembris anni ejusdem: cujus vi Excalceati, F. Joanne de las Cuevas præside, primam suam Compluti congregationem Dominica iv Quadragesimæ anni insequentis indixere: in qua, provinciae facta divisione, provincialis illius primus constitutus est Hieronymus Gratianus.

63 Exinde omnia in pace fuere, universaque Excalceatarum cœnobio proprio subjecta mansere provinciali. Abulense quidem decem ac septem circiter annorum spatio episcopo subditum fuit; sed, evolutis his, cum Alvarus Mendozius hinc ad Palentinum episcopatum transmigrasset, Teresiam Toleti agenti significavit Dominus ut operam adhiberet ut quæ in S. Josephi Abulæ agerent monachæ obedientiam Ordinis superioribus etiam præstarent: hoc enim ni fieret, fore ut domus illius religio propediem interiret. Quo illa de negotio cum doctore Velasquez,

AUCTORE
RIBERA.
D

Regis ac Summi Pontificis
opo

E

disidia illa
Carmelitana

F

feliciter do-
mum compo-
nuntur.

arrivavit.

Elle est interim
Sanctæ pa-
tientia.

AUCTORE
RIBERA.

A Velasquez, qui ea tempestate illi a Confessionibus erat et canonicum Toleti agebat, deinde vero ad episcopatum Oxoniensem ac tandem ad Compostellanum archiepiscopatum est euectus, communicans, illius hunc suasorem habuit. Abulæ quoque cum episcopo eadem super re contulit, item cum sodalibus. Tandem, ita ut constituerat, res confecta est, atque exinde domus hæc in aliarum numero reconveneri cepit. Septem post annos aliud iidem Patres a Sanctissimo Domino nostro Sixto Papa V diploma vi idus Julius MDLXXXVII datum obtinuerunt, quo potestatem fecit ut quæ jam excreverat in domos plurimas provincia in plures distingueretur, et suis cuique provincialis assignaretur, eæque omnes eligendo postea Vicario Generali subicerentur. Litteræ hæc vi idus Maji MDLXXXVIII executioni cum mandarentur, quinque constitutæ sunt provincie: Castellana duplex, in Veterem et Novam distincta, Granatensis, Catalana et Lusitana; et singuli singulis dati præpositi provinciales: in Generalem vero Vicarium electus est Nicolaus a Jesu Maria, qui tum provincialem agebat.

CAP. IX.
Et ardentissimè
tota.

B 64 Ex iis quæ supra commemoravimus, evidenter satis patet ecquæ fuerit ratio cur quadriennio illo toto nullum excitatum sit Excalceatarum cœnobium; cum quæ jam ante erecta erant, summo ipsa essent in periculo ne penitus subverterentur, et etiam vivere multum esset. Primum itaque post has procellas cœnobium fuit Villanovæ de la Xara excitatum, quod jam ab anno MDLXXVI postulatum erat, cum Toleti ageret Teresia Hispani reversa. Tum scilicet ad eam sacerdos ab eo oppido venit, qui nuntiavit jam abhinc annis aliquot in eremitorio a S. Anna denominato a, cui vicina erat domuncula, novem ibidem virgines coaluisse, tanta in sanctitate et solitudine viventes ut universam oppidi permoverint multitudinem ad piis ipsarum desideriis satisfaciendum. Teresiae ea res operæ pretium non videbatur, ob nonnullas quibus ad hoc adducebatur rationes: quarum ea princeps erat quod virgines jam certæ vitæ rationi assuetas suos ad religiosum Institutum mores minime accommodaturas crederet; tum quod exigua illarum esset domuncula et vix ulla suppellex; denique, tametsi illarum se respublica necessitatibus prospecturam sponderet, minime ea ad perpetuitatem stabilis promissio futura videretur. Accedebat quod, quamvis harum virginum probitas omnium sermone extolleretur, cum eas sibi visæ non essent, ignoraret num quæ suis in sodalibus posceret talenta ipsæ præferrent. Itaque cum doctore Velasquez, quem Toleti illi confitenti operam dedisse nuper diximus, rem communicavit. Respondit ille spem illis aliquam per litteras faceret; cum enim tot simul corda in unum, Deo movente, scopum collinearent, evidens id signum esse Dei hæc voluntate fieri. Interim oppidani continenter insistebant. Hæc dum fiunt, dumque patroni adhibentur qui negotium apud beatam Matrem conficiant, et ipsa assensum tandem præbet, Ordinis inchoati negotium variis procellis exagitur: quare ad annum usque MDLXXX res protracta est; quamquam etiam toto illo temporis spatio hujusce monasterii foundationem admittere semper parum congruum Teresia judicaret. Si quando tamen ad postulata oppidanorum responderet, nunquam omnem rei spem illis poterat adimere.

piarum aliquot
virginum

65 Erat tertio ab Villanova lapide quoddam Excalceatarum Fratrum cœnobium, quod a B. Maria de Subsidio nomen habebat, cujus præpositus Gabriel ab Assumptione cum P. Antonio a Jesu,

qui eodem in cœnobio aliquamdiu est commoratus, D interdum Villanovam verbi divini prædicationis ergo excurrerebat. Hi cum illas Dei ancillas identidem alloquerentur, ita ipsarum sunt sanctitate moti ut summis Teresiam precibus inducere sint conati ut huc domum erectura concederet; atque imprimis P. Gabriel, qui inde Malagonem sex et viginti leucarum itinere abiit, ut hanc beatæ Matrem coram persuaderet. Non immerito ipsarum virtus Patribus illis placuit: quinquennio enim toto eoque amplius quo in eremitorio illo sunt commoratae, insigni sanctimoniae exemplo vicinis praeluxere. Summa licet rerum penuria premerentur, stipem tamen petere noluere, sed suarum opere manuum victitabant: e luero vero quotidiano subtrahebant corporis sustentationi, quo nuntiis ad beatam Matrem mittendis subsidia suppeterent. Multis membra rigoribus ac crebris jejuniis macerabant. Noctes et dies ad Dominum clamabant ut B. Matrem ad se dirigeret, a qua religiosi Instituti formulam edicerent. Unaquæque adhuc vestem quam huc initio tulerat, induta erat; nec ante eam quam in monachas cooptarentur, mutare decreverant. Vultus ipse pœnitentiæ æque respondebat: nulla inter eas cæteris præerat, sed sororia inter se E caritate junctæ erant. Domus non clavi claudabatur, sed pessulo dumtaxat; et hunc sola quæ cæteris ætate anteibat, obducebat. Duæ aliis ætate provectiores rem familiarem curabant et de necessariis prospiciebant: reliquæ nemini externorum loquebantur. Exiguus omnibus erat somnus, oratio proluxa; dies vero festivos totos in precibus traducebant.

66 Hæc Gabrieli commemoranti suas Teresia faciat satis, adversus illarum virginum admissionem rationes afferebat: sed cessit tandem importunioribus illius precibus, id tum ejus tum P. Antonii conscientiae se committere dictitans, et facturam se quod illis, rem maturius examinata, convenientissimum videretur. Cernens autem in hujus ipsum domicilii erectionem admodum propendere, et fore ut de hac ad prælatum quem tunc, Nuntio apostolico designante, nacti erant, Angelum de Salazar ex Ordine Mitigato, referret, cum ipsa prævertit, ac P. Angelum præmonuit ne rei hujus illi facultatem concederet. Quamquam vero Teresia adeo obluctaretur, assiduis tamen illarum Dei famularum orationibus rem confici contigit. Hanc ipsa quoque identidem Domino inter orandum commendabat, ut quod ad ampliorem illius cederet gloriam, id ipse fieri permitteret. Quadam autem die a sacro surgens Eucharistiae epulo, dum eodem super negotio cum Altissimo tractaret, acriter est ab ipso objurgata, petente quibusnam reliqua hactenus domicilia thesauris fundata essent, et mandante ut domum admitteret: hanc enim suum in obsequium et in plurimarum salutem animarum cessuram. Ad hanc demum vocem victa manus dedit: simul etiam gravem se credebatur noxam contraxisse quod humanis rationibus plus æquo nixa fuisset, cum quidquid hactenus per eam Dominus fecisset, adeo omnem rationem transcederet. Videbatur illi necessarium ut huc se ipsa conferret, etsi valetudo iter hoc dissuaderet, quod ægra admodum Malagonem pervenisset et ægritudo indies ingravesceret. Sed quod e re divina id fore prævideret, suo id superiori indicavit, petens ut ipse faciendum præscriberet quod expedire magis judicaret. Is ergo non modo illuc eundi potestatem fecit, verum etiam jussum dedit, ac monacharum conducendarum optionem illi permisit.

67 Re ergo Domino per preces communicata, ut quæ illis Dei ancillis erudiendis maxime convenirent, S. Fundatrix,

A rent, sanctimonialis seligere posset, e Toletana domo Annam a Matre Dei præpositam futuram b, et e Malagonensi Elviram a S. Angelo vicariam ejus selegit, hisque adjunxit Annam a S. Augustino et Constantiam a Cruce. Tum quoque comes ejus exstitit Anna a S. Bartholomæo, quæ nec ab ejus postea latere unquam ad mortem usque recessit, sedulamque ejus curam gerebat, et quibus poterat caritatis illi succurrebat auxiliis, ut quæ illi ministrando gratificari Domino summopere desideraret, et sciret quam gratum illi hocce famulatu præstaret obsequium. Has accersitum ivere Patres Antonius a Jesu et Gabriel ab Assumptione, omnibus secum donariis quibus eos respublica instruxerat, assumptis. Itaque Malagone sabbato ante quadragesimale jejunium, idibus Februarii, discessum est. Confirmatam eo in itinere sibi Teresia valetudinem experta est perinde ac si nullam hactenus ægritudinem sensisset. Quam illa vicissitudinem mirata, simul etiam considerabat quanti referret exiguas corporis vires parum morari, cum divini cultus amplificandi sese offert occasio. Hoc in itinere, quod Patres in regione illa, Mancha cognominata, notissimi essent, ut primum increbuit beatam Matrem adesse, in omnibus locis ad quæ commeabant, tanta ejus visendæ studio hominum affluebat multitudo ut eam compescere non valerent. Cum quodam in pago, cui nomen Robledo, apud probam matronam diversaretur, tanta huc confestim mortalium vis confluit ut duos ante januam collocare lictores fuerit opus, qui ingruentem multitudinem, dum ipsa cum suis pranderet, submoverent: sed ne ii quidem compescere affluentium ardorem poterant, cum muros extimos domus transcenderent.

visitatio ex itinere

68 Unde, ut populus coaceretur et ipsæ commodè inde possent recedere, nonnullos abducere in custodiam fuit necesse: omnes namque incredibili ejus saltem videndæ desiderio tenebantur, cum nulla alloquendæ daretur facultas. In alium haud procul inde pagum cum primum inveheretur, tanta hominum turba, ipsam ut videret, obviam prodiit, ut postridie, ejus compescendæ ergo, tres ante auroram horas in viam se dederit. Inde cum adeo tempestive recederet, rheda qua ipsa vehebatur, confracta est; sed quia nondum dies illuxerat, ejus fracturam nemo ante advertit quam tria provecti milliaria ad alium pervenissent locum: tum demum, visa rhedæ jactura, mirari omnes quomodo tantum conficere itineris potuissent; ipse etiam lecticarius asserere id miraculo non vacare. Omnes porro incredibili hisce in pagis erga ipsam affectu tenebantur: hinc in illorum uno agricola quidam locuples imprimis, cognito hac illam pertransituram, lautum illi domi suæ paravit convivium, suosque filios et generos ex aliis pagis adesse jussit, ut Teresia eis præsens benediceret; nec non universa armenta unum coegit in locum, ut et his benedictionem celestem apprecaretur. Hunc tamen ad pagum cum delata esset, subsistere noluit, ne rheda quidem descendere, tametsi instantissime rogaretur. Hinc ad currum adesse suos pius agricola jussit, ut eam hic alloquerentur singuli et benedictionem ab ea acciperent. Inde ad B. V. M. de Subsidio, quo nomine Excalceatorum domicilium nominatur, perventum est. Sed antequam huc ingrederetur, omnes illi Fratres in speciem supplicantium obviam prodire. Quod B. Matri officium mire placuit ac singulari pietatis sensu illam affecit, quod primorum Ordinis sui eremitarum ea re dicere imaginem referri. Omnes in genua prostrati, supplices illius benedicti manibus postulabant: quam deinde surgentes agminatim ad eadem sacram deduxere; eamque in-

gressi, hymnum « Te Deum laudamus » congratulando concinuerunt.

69 Cœnobium porro hoc intra silvarum est abdita, a Catharina de Cardona, insigni pietate et insolita et incredibili vitæ asperitate notissima muliere, conditum: unde factum ut in multis Manchæ partibus Excalceati Patres vulgo Bonæ mulieris Fratres dicantur. Subterraneus templi est aditus; quæ illa ipsa caverna fuit in qua multis annis sancta illa mulier in mira vitæ asperitate vixit. Cui cum condendi monasterii desiderium incidisset, et cujus illud Instituti potissimum excitaret, anceps nutaret, pallium illi album est a Domino exhibitum, necnon vox illapsa id Excalceatis Carmelitis parandum monuit, etsi ipsa tales in rerum natura existere ignoraret. Cognito deinde Pastranæ tales agere, eo se contulit, ut in cœnobium quod construere in animo habebat, aliquod subsidium colligeret; ibidemque B. Mariæ vestem sumpsit, etsi non ea mente ut monasticen profiteretur: anno vero MDLXXVII de vita migravit. Porro Teresia hic agente, plurimi vicinis e locis ejus videndæ studio confluerent. Cum autem die quodam, post sumptum hoc in templo Angelorum Panem, sensuum alienationem pateretur, ipsam Catharinam glorioso in corpore, nonnullis comitatam Angelis, conspexit, dicentemque audiit: « Noli in hisce cœnobiis » fundationibus defatigari, carissima; sed semper » ulterius progredere: equidem tibi apud Domi- » num præsto futura sum. »

70 Inde non multo post, prima Quadragesimæ Dominica, ix kalendas Martias anni MDLXXX ante summum Sacrum Villanovam de la Xara pervenit. Multo antequam oppido accederet tempore, campanis sonantibus, ingens puerorum agmen mira pietate illi obviam prodiit: qui ut ad currum quo ipsa vehebatur, accessere, submisso eam sunt poplite venerati, et nudato capite incedentes, antecessere, donec ad templum eam deducerent. Omnis item senatus et loci curio multique alii viri spectabiles eam excepturi foras prodire; nec ante exscensionem fecere quam ad S. Annæ templum, quod ab priori longius distabat, perventum esset. Festiva totius populi erat congratulatio; templumque subeuntibus omnibus, clerus universus, intermodulantibus organis, cantare cepit « Te Deum laudamus ». His peractis, accepto Venerabili Altaris Sacramento, cui tensam honorabilem adaptarant, et Deiparæ Matris effigie, quæ alio feretro gestabatur, nec non crucibus cum vexillis, supplicantium ritu ad S. Annæ eremitorium, quo monasterium futurum erat loco, simul omnes processere. In medio agmine, haud procul a sanctissimo Eucharistiæ ferculo, suis cum sodalibus, pallia alba indutis et velis ad ora demissis, Teresia gradiebatur c, nec procul inde Fratres Excalceati, quorum huc plerique excurrerant, quod in vicinia commorarentur. Erectæ per viam erant aræ, apud quas, paulisper agmine quiescente, pium aliquod in Carmelitani Instituti laudem carmen symphoniaci modulabantur. Demum solemniter ritu Sanctissimum Christi Corpus illuc est illatum, et loci adita possessio d, relicto illi a S. Anna cognomine, quo ante vocabatur.

71 Novem porro illæ Dei ancillæ introrsum janua reclusa latebant, et venientem Matrem, quam ardentissime expectabant, miro gestientis animi sensu ac lacrymis exceperunt: quibus tum Excalceatarum collatus est amictus. Quas ut Teresia ejusque sociæ viderunt et allocutæ sunt, tantam in eis vitæ notarunt sanctimoniam et ad parendum promptitudinem, ut miram inde voluptatem hauserint

AUCTORE
RIBERA.

D
Fratribus cœnobi B. V. M. de Subsidio,

E

Villanovam de la Xara
advenit,

F

c

d

ibique monasterio dat initium.

AUCTORE
RIBERA.

A

rint et sibi bene cum illis conveniret; et quo magis eas quotidiano usu perspectas habuerunt, eo etiam magis de suo Villanovam adventu sibi sunt gratulatae: dicebatque Teresia, quancumque demum sibi exantlandi fuissent labores, noluisse se ab afferenda piis huius animabus consolatione abstinuisse, ac majori domum hanc thesauro locupletatam sibi videri quod huiusmodi eam animae incolerent, quam si amplissimis dotata esset proventibus. Statim ergo, instructis aedibus, in cœnobii eas formam redegit. Quadam vero die, cum apud fabrum qui vasto cuidam puteo rotam adaptabat versatilem, ageret, hæc illi de manu excidens eo in Teresiam impetu prolapsa est ut eam solo affligeret. Turbatus faber cum eam solo levare non auderet, ea Teresia animositate surrexit ac si nihil illi accidisset. Adeo tamen ingens orbitæ cadentis fuit vis ut eam vivere prodigio omnes adscriberent. Hæc in pervigilio S. Josephi facta sunt: unde cunctis insedit opinio illam Sancti huius intercessione sospitem evasisse.

ANNOTATA.

B a *Originem huius eremitorii S. Teresia ad calcem capituli XXVIII hisce verbis, quæ in Commentario prævio omisimus, describit: Habitabat Villanova de la Xara sacerdos quidam Zamorensis, nomine Didacus de Guadalajara, qui olim Ordinis Carmelitani fuerat, et singulari erat erga S. Annam devotione: unde juxta domum suam hoc eremitorium erexit necessario ad Sacrum celebrandum apparatu instructum; quin et pro magno suo pietatis studio Romam profectus, litteras apostolicas obtinuit quibus huic ecclesiae et eremitorio plurimæ addicebantur Indulgentiæ. Quando autem pius ille et collectæ mentis homo moriebatur, testamento suo jussit ut ea domus ac res suæ omnes in monasterii virginum Carmelitanarum foundationem cederent: quod si hoc executioni non mandaretur, idem locus attribueretur presbytero qui quothebdomadis inibi Sacra aliquoties celebraret; ubi vero monasterium erectum jam foret, ea Sacri faciendi obligatio finem haberet. Plus quam viginti annos eremitorium penes presbyterum fuit, nec parum collapsæ erant ejusdem res: adeoque, virginibus illis domum jam incolentibus, alteram ad idem oratorium spectantem domum presbyter ille occupabat; quam modo deseret, uti et reliqua omnia, quæ admodum quidem exigua sunt: sed magna Domini misericordia gloriosæ aviæ suæ domum utique non deseret. Faxit ut ei in illa semper serviatur, et universæ cum creaturæ perpetuo dilaudent. Amen.*

b *De electis a S. Teresia ad foundationem hanc sociabus vide num. 872 Comment. prævii; ubi notavimus Riberam hic errasse, dum Annam a Matre Dei nominavit pro Maria a Martyribus.*

c *In hac supplicatione Ven. Anna a S. Augustino vidit cum S. Teresia loquentem Jesum Christum sub specie formosissimi pueri, qualis fere in effigie quam ipsa Anna a P. Gabriele ab Assumptione acceperat, representabatur. Quod cum illa S. Fundatrici deinde narrasset, vetuit hæc ne id visum propalaret, commendavitque ut ad eam Salvatoris effigiem in quibuscumque necessitatibus certam opem consecutura confugeret. Mandatis Sanctæ obtemperantem Annam nunquam fefellit eventus, prout pluribus exemplis demonstrant Yepes (lib. II, cap. XXX) et auctor Chronici (lib. V, cap. V) necnon J. M. Salvatori in Vita laudatæ Ven. Annæ, e processibus ad ejus beatificationem institutis descripta (lib. I, cap. VI): quamobrem moniales Villanovæ puerum Jesum Fundatorem et Providorem suum vocitare consueverant; atque his aliisque prodigiis, quorum unum perinsigne narratur in Actis canonizationis S. Teresie (Comment. præv., num. 1090 et seqq.), ad oculum videbant quam vere S. Mater prædixerit nihil illis*

unquam rerum necessariarum defuturum, modo religiose viverent.

d *Possessionis incunda facultas, teste Chronico (lib. V, cap. III, num. 9), data fuerat ab Ordinario loci, Roderico de Castro, episcopo Conchensi, qui postea fuit Hispalensis archiepiscopus.*

CAPUT V.

Foundationes Palentina, Sorriensis et Granatensis.

Villanova Toletum Teresia concessit, atque inde, superiore suo suadente, Vallisoletum. Alvarus namque Mendozius, qui episcopatum Abulensem cum Palentino commutavit, in urbe sua cathedrali monasterium erigi summo opere desiderans, rogarat ut Teresia eo mitteretur. Vallisoleti vero tam vehemens eam oppressit ægritudo ut de vita passim omnes desperarent: sed ubi habere meliuscule cœpit, Maria a S. Joanne Baptista, quæ præpositam ibidem agebat, omni qua potuit contentione eam percellere est conata ut Palentiæ sedem constitueret. Ejus autem postulatis cedere Teresia minime poterat, quod, cum sine redditibus annuis hoc domicilium fundandum esset, id illi oppidum tenue nimis et alendis pauperibus impar videretur. Agebatur eisdem etiam diebus de Burgensi domo fundanda; sed tam ab hac quam ab illa alieniore Teresia erat animo, nec eam quam in cæteris hactenus præfulerat, sentiebat fiduciam: diabolus enim, quoad ejus fieri poterat, foundationes has interpedire satagebat. Consulentiis alii animos addebant, alii propositis difficultatibus formidine eam compebant.

73 Eo tempore Vallisoletum appulit Hieronymus Ripalda Societatis Jesu, quem confessarium Salmanticæ habuerat. Huic ipsa animi sui statum aperiens, Dei se illum loco accipere velle significavit: proinde quod expedire censeret, candide depromeret. Ripalda itaque suaserat ut abiret Palentiæ (nam de hac illum profectione potissimum consuluerat); simul etiam animum addidit tergiversanti. Idipsum Toleti ei suaserat Balthasar Alvarez, quo olim confessario ac magistro fuerat usa, quique per id tempus Toletanam provinciam moderabatur. Hæc quidem dubitantem animum aliquatenus inclinabant; verum nec Ripaldæ consilium nec urgentes Matris Mariæ a S. Joanne Baptista preces Teresiam huc penitus percellere valuerunt. Redemptor vero clarius illi ostendere voluit se esse qui rem omnem dirigeret: quare, cum quadam die, Sacra Synaxi peracta, lumen ad exequendam divinam voluntatem sibi cœlitus infundi peteret, eam velut increpans sic est allocutus: « Quid » metuis? Ecquando tibi umquam defui? Idem qui » hactenus fui, sum modo. Noli has foundationes » intermittere. » Hæc illam reprehensio ita extimulavit ut ab illo ipsam proposito nihil potuisset divertere. Hinc, etsi dissuasores tenuitatem oppidi objectarent, et fore ut stipe collata suæ ibidem vivere non possent, nihil hæc ipsa morabatur, quod ejus niteretur potentia a quo fundandi accessisset imperium.

74 Quamquam vero nondum plane confirmata uteretur valetudine, ipso SS. Innocentium die Vallisoletum discessit anno MDLXXX. Quoniam vero eques quidam, alio profectus, domus a se conductæ usum ad S. Joannis Baptistæ festum usque monialibus concesserat, Teresia per epistolam monuit ut vacua habitatoribus domus illa foret. Se-

CAP. X.
Palentium
monasteriuma S. Funda-
trice

F

in conductis
domo inhabi-
tur.

creto

AUCTORE
RIBERA.
D

A creto hocce negotium canonicus Palentinus Reynosius peragebat, cui, etsi de facie ignoto, Teresia, audito dumtaxat divini cum obsequii promovendi studio teneri, hac de re scripserat. Nec modo in domo vacua praestanda navum hic se praestitit, verum etiam in lectulis et aliquibus ad vires recreandas facientibus rebus (quae sane pernecessariae fuere, quod aspero itinere valetudo esset aliquantulum detrita) nec non iis quae ad rem divinam postridie faciendam in sacrarii usum necessaria videbantur, comparandis. Itaque postridie festi SS. Innocentium sacrificatum est ac loci inita possessio, et de S. Davide Rege Officium magno cum Teresiae gaudio cantatum a, quod erga hunc Sanctum ipsa miro studio afficeretur. A S. Josepho cenobium hoc cognomentum habuit. Postridie mane Alvarum Mendozium episcopum de suo reddidit adventu certiorum : qui statim eodem se contulit, et insigni cum liberalitate necessarium se illis suppeditaturum cibum spondit; simul etiam de multis rebus domui prospexit. Universo porro oppido magnae nova haec domus voluptati fuit : vicissim quoque oppidanorum indeles et quotidianae vitae usus ita Teresiae satisfecit ut indies magis et magis huc se Excalceatarum Institutum invexisse letaretur.

et hinc in domum

75 Ut primum adita possessio est, in hoc Teresia incubuit, ut proprias suis aedes compararet. Hinc, canonicis Reynoso et Salinas, quo amico utebatur, allaborantibus, eas oppido toto conquerere cepit; qui eximia cum caritate et omni quo poterant studio eam adjuverunt. Est illo in oppido aedícula cui B. V. Mariae de Platea nomen est, religione et pio cultu celebris, quae tum a civibus tum a vicinorum incolis locorum frequentatur. Visa haec est episcopo monialibus convenire; nam, tametsi adjunctam domum non haberet, duae in vicinia sitae erant, quae si conjungerentur, opportuna esse poterant. Aedícula conferendae jus penes capitulum cathedralis ecclesiae et sodalitatem quamdam cum esset, eam haud inviti tum canonici tum sodales illi dederunt : caeterum, cum domuum possessores enormi eas pretio divendere vellent, caequae Teresiae et canonicis displicerent, placuit ab earum emptione mentem avertere. Hinc de alia, quae visa commodior, comparanda agi coeptum; statueruntque ad ejus dominum, qui inde non procul aberat, scribere, et quidquid ejus postulare pretium, illi solvere. Postridie vero cum Sacro Teresia interesset, agitare animo cepit meritorie domus illas priores emere omitteret : quae ipsam cogitatio ita torsit ut mente rei sacrae adesse vix posset. Cum autem Sacrosanctam Eucharistiae Mensam adiret, hanc vocem audiit : « Haec tibi quadrat »; quae de aedícula B. Mariae atque domibus eidem adjunctis intelligenda erant.

Juxta templum B. V. M. de Platea

76 Durum vero cum illi videretur ea quae canonici, quibus tantum ipsa debebat, conceperant, dissolvere, ait illi Dominus : « Ignorant illi quam » multis illo in loco delictis offendat : quibus » per vestram illic habitationem via pracludetur. » Nimirum plurimi eo convenientes per nocturnas nonnumquam vigiliis graviter in Deum peccabant. Reputare secum Teresia cepit verene ea vox a Deo profecta esset, etsi ex iis quos in se experta erat effectibus liquido satis perspexisset a Patre luminum eam dimanasse : quocirca, ut omni vacaret dubio, illico idem Dominus dixit : « Ego sum. » His auditis, serenata quidem mens est, sed non modice aliunde turbata, quod ignoraret quomodo cum bona canonicorum pace rem coeptam rescinderet; praesertim cum et ipsa aedes illas antea plu-

rimum carpsisset. Tandem canonico Reynoso, quo confessario utebatur, mutatae mentis causam in Confessione aperire constituit : qui statim in Teresiae sententiam abiit. Alteram quoque ad dissolvenda inchoata opportunissimam viam Deus subministravit. Is enim quem ad posterioris domus possessorem miserant, ut soluto quantum hic petierat pretio emptionem perficeret, renuntiavit, nisi trecentos ultra condictum aureos adderent, domum venalem non fore; cum tamen ipse in pretio exigendo et monachae in offerendo plus aequo excessissent : atque ita irrita fuit stipulatio.

77 Quamprimum igitur vili satis pretio coemptae sunt aedes juxta aedículam B. Virginis de Platea sitae : in quarum instaurationem duo illi canonici argentum subministrarunt; in quibus singillatim, uti in omnibus omnino Palentinis, tantam B. Mater caritatem reperit ut obstupesceret, et eam nullo non tempore extolleret tamquam rem non hujus temporis, sed nascentis Ecclesiae. Sacratissimae Virginis effigies cum incommodo sita esset loco, episcopus ei collocandae sacellum construi jussit b. Paulatim quoque alia omnia congruo ordine disponebantur. Ut primum domus adornata est, solemnem pompam huc transire monachas antistes jussit, qui ea de causa Vallisoletum Palentiam revertit. Igitur intra octavam Corporis Christi, capitulo cathedrali, religiosiis familiis et civibus in unum collectis agmen, Teresia cum sodalibus pallia alba indutis et faciem velo opertis, in modum supplicantium, laeta perstreperente harmonia, ad vicinam aedícula Beatae Mariae Virginis parochiam deductae sunt. Hic obviam illa quam dixi Deiparae Matris effigies lata est, atque inde Venerabilis Eucharistia, magna omnium congratulatione, laetitia et pio plausu, in aedículam Marianam invecta. Quia vero domus ante a S. Josepho nomen nacta erat, et aedes quam sibi adaptarunt, a B. V. M. de Platea vulgo cognominabatur, utroque simul nomine monasterium est appellatum.

78 In hujus sedis primordia constituenda secum Teresia duxit c Agnetem a Jesu, Catharinam a Spiritu Sancto, Mariam a S. Bernardo et Joannam a S. Francisco : Salmantica vero evocavit Isabellam a Jesu, quam priorissam designavit et quae hodie Salmantino cenobio praest, nec non Beatricem a Jesu, cui subpriorissae munus concredidit et quae modo Soriensem domum regit. Haec dum fierent Palentiae, facta pariter est Excalceatarum a Calceatis Carmelitis distinctio; ac primus Excalceatarum electus est provincialis P. Hieronymus Gratianus, uti supra jam indicavi. Fuit hoc unum ex iis quae maxime hac in vita recreare beatam Matrem poterant, et quo nihil videre ardentius exoptabat, quod id ad divinum obsequium atque Ordinis sui bonum tranquillitatemque permagni facere intelligeret. Cum vero quadam nocte hoc in cenobio Teresia scribendo occuparetur, ita mente absorpta visa est ut intrantem ad se monialem et sibi assidentem minime perciperet : quam haec deinde curiosius intuens, calamum de manu ex intervallo deponentem, ductis imo pectore suspiriis, e vultu vero radios quosdam velut solares et ita fulgidum promicantem vidit splendorem ut eam reverentia quadam percussa ulterius inspicere non auderet.

79 Antequam Palentia Teresia digrederetur, a doctore Velasquez d, tum episcopo Oxomensi, deinde vero Compostellano archiepiscopo, quem canonicum Toletanum olim familiariter noverat et in confessarium saepius adhibuerat (uti jam supra commemoratum est) ac cui exactam rerum suarum rationem

ab ea coemptam

b

E

transfertur, c

F

CAP. XI.
Brevis post
Soriensem
d

AUCTORE
RIBERA.

A rationem non sine egregio proventu reddiderat, litteras accepit; quibus illam rogavit ut Soriam domicilii constituendi ergo veniret. Agebat tum ipse in eo oppido, quod dioceseos illius pars est. Causa scribendi fuit pium honestae matronae desiderium, Excalceatis monialibus sedem constituere percipientis. Huic ipse pollicitus erat se ita cum Teresia rem transacturum ut huc concedere illa non gravaretur: atque hanc ob causam hasce illi litteras misit. Quae domicilium fundare desiderabat, vidua erat, nomine Beatrix de Beaumont *e*: quae, quia fortunis abundabat et prolem non habebat, monialium ex iis construere cenobium decreverat. Quo super negotio cum praesulis sui sententiam percontaretur, et ille eorum quae a Teresia a Jesu passim erigebantur cenobiorum ei mentionem fecisset, ipsa rogante, antistes ad Teresiam scripsit. In hanc foundationem ipsa ingentem, bene materiata optimoque sitam loco domum contribuit, additis omnibus ad ejus instructionem necessariis, et quingentos aureos annuo reditu e regio aërio ad nummum vigesimum computandos: episcopus vero aedem in vicino positam, solida structura fundatam, illis addidit.

invitatu
epi-
scopi Oxo-
niensis

B 80 Placuit ea res B. Matri necnon provinciali, qui Palentiam tum forte venerat. Illi porro eo id fuit acceptius quod bono praesuli gratificari hoc pacto posset, ipsiusque coram videndi cumque eo de animi sui rebus communicandi daretur occasio. Unde quamprimum eas episcopus ad se evocavit, et septem secum Teresia moniales, ita id petente pia fundatrice, adduxit: Catharinam a Christo, quae antistita post domui praefuit, Beatricem a Jesu ejus vicariam, Mariam a Christo, Annam a S. Joanne Baptista, Mariam a Jesu, Mariam a S. Josepho, Catharinam a S. Spiritu, et laicam unam, nomine Mariam a S. Joanne Baptista, ferventem Dei ancillam, quae non ita pridem Pampelonae demortua est. Hanc ipse monacham familiariter novi, quod Villacastinensi esset oppido oriunda *f*; cumque ipsa jam inde a prima sua conversione frequenter egi: semper religione et humilitate ac silentio monastico fuit excellens, et tam ante quam post initam vitam religiosam bono aequalibus suis exemplo praeluxit. Cum Teresia profecta pariter est fida illius comes Anna a S. Bartholomaeo, cujus jam supra memini: de qua plura etiam commemoranda mihi essent, nisi mihi propositum esset de superstitionibus nonnisi brevissime loqui. Huc etiam eam comitatus est Nicolaus a Jesu Maria, qui hoc ipso tempore quo haec a me scribuntur, Generalis totius est Ordinis Vicarius, eximii vir spiritus ac prudentiae, suaeque familiae cumprimis utilis, non modo postquam hoc illi munus concredidit, verum etiam antea. Hic pro sua prudentia magno B. Matri in suis laboribus auxilio fuit; hinc etiam illi existit carissimus permagnique ab ea fiebat.

Sancta mona-
stium etigit.

C 81 Hoc porro in itinere pauca illis subeunda fuere incommoda; quod ab episcopo publicus esset apparitor submissus, qui itineris impensas suppeditaret et de comodo proficiscentibus diversorio per viam prospiceret. Maximam vero Teresia voluptatem cepit, auditis iis quae passim de episcopi sanctitate in omnibus ad quae concedebat oppidis dicebantur. Soriam tandem quinta post meridiem hora pervenire, et domum eas episcopalem praeterectas sua praesul, qui in fenestra eas opperiebatur, eminus est benedictione dignatus: quod Teresia maximum solatium attulit, quia a praesule viroque sanctissimo haec benedictio descendebat *g*. Beatrix de Beaumont ardenti cum desiderio, ante fores domus in qua erigendum erat cenobium,

venientes praestolabatur. Quo autem aedes subirent modo, vix apparebat; quod ingens hominum vis, earum videndarum studio, huc undequaque confluxisset. Domum ipsa omni necessario instrumento instruxerat, et atrium quoddam egregie adornarat, quod sacrarii tamdiu vicem suppleret, quoad ambulacrum per quod ad illam qua eas episcopus donarat aedem transirent, absolveretur. Igitur postera luce, Elisaeo Prophetae sacra, postridie iduum Juniarum *h* anni MDLXXXI, res divina primum ibidem peragi coepta est, et inita possessio *i*: loco porro a Sanctissima fuit Trinitate nomen datum. Eo autem die quo Dominica recolitur in monte Transfiguratio, eodem anno, sacrosanctum Altaris ferculum insigni pompa in aedem ab antistite donatam invectum fuit: quam solemnitate, quia jam inde antistes recesserat, habita ad populum concione cohonestavit P. Franciscus de la Carrera Societatis Jesu.

82 Initia jam possessione, sed antequam in oratorium ab episcopo contributum Eucharistia inferretur, Soriam ipse pertransiens, dum Roma reverterem, Teresiam maximo meo solatio adi; uti superiore eam anno, Romam abiens *k*, Vallisoleti, quo ipsa Palentiam concessura venerat, conveni. Verum hujus Soriensis visitationis magis memini, cum quod postrema fuerit (nam exinde eam videre mihi non contigit), tum vero quod etiam modo doleam me, cum quatuor illic commoratus essem diebus, non nisi ultimo eorum Teresiam ibidem versari comperisse; qui si id initio adventus didicissem, omni illo tempore multiplicem e sancta ejus conversatione fructum et consolationem capere potuissem. His jam Soriae constitutis, cum Abulam ipsam redire oporteret, Anna a S. Bartholomaeo comitante, profecta est. Hoc in itinere magnas ambae passae difficultates sunt, quod viae essent incommodae, ac praesertim curribus; quique illarum se ducem obtulerat, viam regiam ignorabat, callium dumtaxat guarus. Hinc ipsas interdum excensionem facere fuit necesse, et vehiculum velut in humeros, ob ingruentia viarum praecipitia, sustollere. Erat cum praesenti in periculo versabantur ne inversis rotis currus prolaberetur; ut taceam etiam vehementes quibus torrebantur calores. Pridie natalis S. Bartholomaei Apostoli Segoviam appulit, ubi perhumaniter a suis fuit filiabus excepta, metuentibus, quia jam vespera ingruerat, ne quod in via discrimen adisset: apud quas cum octiduo coque amplius esset commorata, Abulam contendit.

quo perfecto,
Abulam per-
git;*k**E**F*

83 Abulam incunte Septembri eodem anno MDLXXXI pervenit: cum vero filiae ejus in S. Josephi domo commorantes magno ejus apud se retinendae desiderio tenerentur, de illa in praepositam assumenda agere inter se coepere; atque adeo Maria a Christo, quae tum domum moderabatur, a provinciali obtinuit ut sui ab hoc munere amotae in locum Teresia a Jesu eligeretur. Laborabat sub id tempus domicilium hoc magna penuria; verum tam provida ei praeposita est moderatrix ut a primo electionis tempore ad praesens usque nihil temporalium subsidiorum illi umquam defuerit; imo vero eo profecta res sit, ut, quamvis ingenti domus aere alieno gravaretur, illa non modo exinde sint dissoluta nomina, verum etiam sufficientibus instructa sit opportunitatibus, ne ad similem inopiam posthac redigatur. Si vero insignis quoad temporalia per eam domui facta sit accessio, longe sane majus rerum ad animi decus spectantium singulis accessit incrementum, suos ob oculos quotidie perfectam virtutum omnium, quam a Deo acceperant, imaginem

Cap. XII.
unde ad an-
spicandam
Granatensem
foundationem

A imaginem habentibus. Nondum duos Abulæ Teresia subliterat menses, cum Joannes a Cruce, de primis Excalceatis Patribus unus, eo delatus est, equos et quidquid ad iter incundum facere videbatur, conducens, quo Granatam ipsa ad sedem stabiliendam conmearet. Censebat enim, quod primum id esset quod eo in regno hujus Instituti domicilium excitaretur, Teresiam hujus foundationis primordiis necessario adesse debere.

84 Videbat vero ipsa se huc concedere non posse, quod jam Burgensi foundationi, de qua sequenti agemus capite, esset destinata; idcirco duas suarum delegit, quæ rei huic Granatæ auspicandæ forent idoneæ: primam Mariam a Christo, quæ nuper præpositura, ut Teresiæ ea demandaretur, defuncta erat, et jam Malagouense domicilium gubernat; alteram vero Antoniam a S. Spiritu. Hæ in vigilia S. Andreae iter ingressæ, Granatæ in ædibus Annæ de Peñalosa, qua poscente sedes hæc erigebatur, quæque suam huc opem naviter contulit, diversate sunt; et illius e benignitate toto illo quo necesse fuit tempore cibaria acceperunt. Sed brevi moniales huic adscriptæ cœtui præter eximias animi dotes ea etiam fortunæ adduxere bona quæ necessariis usibus sufficerent. Erat Granatæ quidam vir magni nominis I, acer Excalceatarum adversarius, in cujus domum brumali et insolito tempore fulgur decidit: quod illum ita percussit ut non modo rancorem animi posthac posuerit, sed etiam liberaliter de suo stipem contulerit. Hujus monasterii B. Mater in suo Fundationum libro non meminit, quod, ipsa de vita emigrante, nondum id perfectum esset nec proprias possideret aedes. Anna a Jesu, quæ modo Madriti præfectæ munus exercet, prima ejusdem fuit præposita constituta, et hujus vicaria Maria a Christo.

ANNOTATA.

a *Etsi dicit Ribera Officium S. Davidis a monialibus cantatum fuisse* (rezavan del Santo Rey David), idque ipsius S. Teresiæ verbis (por ser el rezado del Rey David) confirmari videtur, tamen auctor Chronici (lib. v, cap. vii, num. 6) et P. Fredericus (lib. ii, cap. xxxviii) aliter id accipiendum putarunt, dicendo tunc celebratum fuisse festum S. Thomæ Cantuariensis et in Martyrologio occurrisse memoriam S. Davidis.

b Antonius Ponz in Itinerario Hispanico (tom. XI, ep. 5, num. 31) asserit imaginem B. V. M. de Platea translatum fuisse ad templum Societatis Jesu; quod factum verisimiliter fuerit postquam anno 1591 moniales Teresianæ ad alteras aedes se contulerunt.

c In enumerandis S. Teresiæ ad hanc foundationem sociabus auctor Chronici nonnihil a Ribera dissentit; namque dicit eas fuisse quatuor sequentes: Isabellam a Jesu, Beatricem a Jesu, Agnotem a Jesu et Mariam a S. Spiritu.

d Vide quæ de laudibus Alphonsi Velasquez diximus num. 730, 731 et 732 Comm. prævii. Plura de eo legere est in Descriptione historica episcopatus Ozomensis, anno 1788 hispanice edita a Joanne Loperræz Corculan, canonico Conchensi (tom. I, pag. 444 et seq.).

e *Beatrix de Beaumont, vidua Joannis de Vinuesa, Pampelona nata patre Francisco de Beaumont, ductore prætorie cohortis Caroli V imperatoris, genus ducebat, ut S. Teresia ait* (Comm. præv., num. 922), a Navarra regibus. Nempe tritavus ejus Ludovicus de Navarra, comes de Beaumont-le-Roger, filius erat Philippi III, cui Navarrense regnum obtigit per uxorem suam Joannam Francicam, Ludovici X Gallie et Navarra regis filiam. Videtur P. Anselmum in Hist. geneal. domus regie Francicæ (tom. I, pag. 281, 282, 291 et 292).

f *Eodem scilicet in oppido natus erat Ribera.*

g *Ad benedictionem hanc accipiendam cortinas vehiculi elevari Sancta jusserat, teste auctore Chronici; qui præterea narrat, non modo ingentem populi catervam, sed et plurimos e clero et nobilitate equis vectos S. Fundatrici obviam processisse: tum Sanctam, ubi ad paratas sibi aedes venit, a Beatrice de Beaumont deductam fuisse in atrium rei sacræ faciendæ destinatum; cumque ibi cum monialibus aliquamdiu orasset, viros feminasque nobiles qui eam salutatum venerant, urbanissime fuisse allocutam; ubi vero viri recesserant, eam permisisse monialibus ut facies suas coram matronis remanentibus aliquamdiu delegerent; demum eadem die ad eam venisse episcopum ut prosperum ei adventum approcaretur* (lib. v, cap. xx).

h *Error in assignando foundationis die a S. Teresia ac plerisque ejus biographis commissum notavimus in Comm. prævio, num. 928.*

i *Sacrum celebravit et SS. Eucharistiam monialibus porrexit ipse episcopus. Post Sacrum vero conveniunt S. Teresia, episcopus, Beatrix de Beaumont, P. Nicolaus Doria, Joannes de Castilla vir nobilis, Didacus Vallejo canonicus, Petrus de Ribera præbendarius Palentinus, doctor Cebrian Conchensis et Franciscus Truxillo scriba, ut tabulis foundationis conficiendis interessent; quæ quidem æquis utrinque conditionibus descriptæ sunt, et promisso jam ante redditui addidit Beatrix tria aureorum millia in domus instaurationem impendenda* (Chron. loc. cit.).

k *Deputatus Romam eo tempore Ribera fuerat ad quartam congregationem generalem Societatis Jesu, in qua Præpositus Generalis electus est P. Claudius Aquaviva.*

l *Vir ille cujus nomen Ribera hic retinet, erat ipso archiepiscopus Granatensis Joannes Mendez, uti liquet ex narratione Ven. Annæ a Jesu, de qua egimus § XLIX Commentarii prævii.*

CAPUT VI.

Fundatio Burgensis.

Etsi jam tempus instaret quo ad beatiorum melioremque Teresia vitam transiret, in qua perpetue quiete frueretur, nullam tamen illi hac in vita relaxationem Dominus indulgebat; ut eminentis illius gloriæ coronam in hoc mundo promereretur quæ in altero erat ei destinata. Hinc ad Burgensis illam domicilii fundamenta ponenda abire voluit, ut in eo nimirum purissimum illud caritatis illius aurum adversis patienti lætoque animo perferendis purius redderetur, sanctaque hæc anima penitus se gloriæ quæ ipsam manebat, disponere pergeret. Ipsam ergo Vallisoleti in foundationibus urgendis segnescentem Dominus coarguit, et ad Palentinam Burgensemque (quod tertio abhinc capite prosecuti sumus) inchoandas monendo exstimulavit. Teresia usu jam observarat, si quando singularia in fundandis domibus adversa sibi ferenda erant, a Domino, verbis eam operibusque, quod in aliis non consueverat, animante, semper se solitam præmoneri. Jam sex et amplius evoluti erant anni, ex quo graves aliqui e societate nostra Patres beatæ Matri scripserant e re divina futurum, si Burgis suarum sodalium sedem conderet. Huc quidem et ipsa animo ferebatur, sed plane id nondum apud se decreverat; donec tandem, Domino adhortante, uti jam diximus, hoc ipsa propositum exequi statuit. Interim tamen rem paulisper, dum Palentinam et Soriensem foundationes perficeret, scilicet usque ad id temporis ad quod modo pervenimus, differendam censuit.

86 Vallisoleti porro cum versaretur, antequam Palentiam tenderet, Christophorum Vela, olim Ca-

AUCTORE
RIBERA

D

E

F

CAP. XIII.
Hortationibus
Patrum Socie-
tatis Jesu.

promissis ar-
chiepiscopi
Burgensis

AUCTORE
HIBERA.

A nariensium praesulem, tum vero Burgensium archiepiscopum, qui prope Vallisoletum accesserat, sed oppidum non intraverat, per Palentinum antistitem rogavit ut facultatem sibi faceret suam in civitatem Excalceatarum Instituti invehendi. Hanc se archiepiscopus, uti divini erat reverentissimus Numinis ejusque cultus amplificandi studiosissimus, quam libentissime elargiturum spondit. Ipse deinde per litteras Palentinum antistitem commovit, ac Teresiae significari jussit ut a civitatis rectoribus eam sibi potestatem exigeret: debebat enim monasterium id vel annuis firmari proventibus vel a senatu ejus inducendi facultas concedi. Ergo ipsa Burgensem ad civitatem profecta est. Eo porro tempore haec Vela scripserat quo ad Soriensem foundationem Teresia abierat; unde ipsa colligebat majorem opinato in reipublicae facultate impetranda difficultatem fore. Ante vero quam Soriam peteret, ea quam archiepiscopus faciebat spe nixa, rem se in manibus jam habere arbitrabatur; et Palentiae Catharinae de Tolosa curam dedit ut sibi Burgis domum condiceret in qua possessio capi posset, utque in ea reticulatos cancellos et orbem versatilem suo nomine adaptaret.

et monitis di-
vina anima-
ta.

B 87 Erat Catharina nobili genere, pietate in Deum, liberalitate in pauperes et magnis opibus spectabilis, atque ita erga Excalceatarum Ordinem affecta ut duas jam filias Vallisoletano dedicasset cœnobio, et Palentino recens fundato alias duas, antequam inde Teresia recederet. Adeo porro Burgensem foundationem cordi habebat ut ægre ferret eam non illico fieri. Cum dein Abulae Teresia hæreret et Burgos ire cunctaretur, facultatem Catharina, inscia beata Matre, a magistratu petiit, spondens se domum monialibus, si aliunde non suppeteret, procuraturam earumque victui prospecturam. Obtenta hoc pacto facultate, ad episcopum de ea retulit. Hæc dum fiunt Burgis, dumque Teresia octavo S. Martini die animo reputat quidnam ipsa, si a magistratu ea facultas daretur, faceret (e Catharinae nimirum litteris intellexerat illam in hoc negotium incumbere), et parum illi tutum videretur brumæ tempore, corpore adeo attrito, cui frigida tempestas quam maxime officeret, in immite adeo terræ solum se conferre, simul etiam statueret Palentinam præfectam suo nomine mittere, dicentem sibi Dominum audiri: « Noli frigus exhorrescere: ego namque verus sum calor. Omni ope »
C « diabolus connititur ut hanc foundationem distur-
» bet: tu etiam nomine meo connitere ut ad
» exitum perducatur. Ipsa huc te conferre ne
» negligas: magnum enim inde proveniet commodum. »

hiberna tem-
pore,

88 Quibus e verbis facile intellexit jam rei copiam factam, inque animum induxit eodem proficisci: atque hæc fuit ratio cur Granatensem per se ipsa ordiri sedem non posset. Liquido post patuit Dei hæc fuisse verba: nisi enim Burgos ipsa adiisset, nulla rei conficiendæ fuisset spes, uti in sequentibus perspicui licebit. Etsi vero perfrigida cœli illius sit tempestas, adeo tamen hanc ipsa non sensit ut sibi eam post dictitaret non magis acerbam fuisse quam frigus quod Toleti jam ante tulerat. Non multis interpositis diebus, e litteris a Catharina de Tolosa aliaque muliere illius vicina acceptis didicit optatam a magistratu domus erigendæ facultatem datam; festinato opus esse, et magnum in mora discrimen situm: appulisse enim Burgos recentem Patres Minimos, suam illuc familiam invecturos, et instare etiam ardentem Carmelitas Calceatos ut sibi in eam urbem aditus daretur: nec multo post monachi Basiliani se Burgos contulere. Hanc ob causam

Teresia ad iter se celerius accingens, postridie kalendas Januarii anni MDLXXXII Abula recessit. Comitabatur eam, quæ solebat, Anna de S. Bartholomæo, et duæ aliae sodales quas Alba evocarat. Post comitum auctus numerus, ita ut, dum Palentia egrederentur, novem universum essent, B. Matrem si connumeret: a: harum quatuor, addita una laica, Burgis erant hæsuræ; duæ aliae cum Matre sociæque redituræ. Illarum hæc sunt nomina: Thomasina a S. Joanne Baptista, Catharina a Jesu, Agnes a Cruce, quæ impræsentiarum Huertensi domui præest, Catharina ab Assumptione, Maria a S. Joanne Baptista et alia Catharina a Jesu, laica. Eodem quoque properabant P. Hieronymus Gratianus provincialis nec non alii duo de Excalceatarum numero.

89 Quo primum die ad hanc foundationem abiit, illius etiam cœpere ærumnæ. Nam potissima dici parte continuis pluviis, nive intermixta, perpluti sunt; unde, qua vexari aliquoties solebat, Teresiam paralysis invasit: tandem tamen magno cum labore Methymnam perventum est. Triduo hic cum hæssisset, Vallisoletum concessit; ubi morbi eam vehementia ita prostravit ut dicerent medici, nisi quantocius inde se subduceret, eo progressuram ægitudinem ut opinato diutius hic manere illam oporteret. Quocirca inde digressa, Palentiam deportatur. Illius hic adventus tantos undique concursus ad spectandum et audiendum benedictionemque illius accipiendam excitavit, ut locum omnem ad exscensum e rhedis monialibus obstruerent. Ut primum cœnobium ingressa est, hymno « Te Deum » laudamus a monialibus excepta est; quo, quoties aliquod suorum monasteriorum subibat, excipi a suis solebat. Monialium lætitiæ prodebat festivus domus apparatus, erectis in area altaribus aliisque pietatem excitare natis. Omni quo hic Teresia mansit tempore pessima usa est valetudine; quam augebat immite anni tempus et fœdum imbribus cœlum. Nemo non illi iter dissuadebat, hac præsertim anni tempestate: metuendum enim esse ne per viam perirent. Verum nihil afferri potuit quod generosum illius animum a proposito deterreret. Visum igitur fuit hominem præmittere, qui viarum statum exploraret. Hic sinistra omnia cum renuntiasset,angebatur pia Mater animo; sed angorem divina vox discussit, dicens: « Ire potestis; noli » metuere: ego namque præsto vobis futurus
F » sum. »

90 His illa verbis animata, rursus in viam se dedit, etsi temerarium videretur tam prostrata valetudine itineri sese committere. Stetit porro promissis rerum moderator Dominus: etsi enim gravissima illis subeunda essent incommoda et discrimina, divina tamen eas providentia in tutum provexit. Cum secundum flumen eundem curribus esset, tam impeditæ cœno viæ erant ut exscendere omnes vectrices oporteret et pedibus progredi, quod luto infixæ vehicula pergere nequirent. Inde cum clivum quemdam ascenderent, Teresia carpentum quo sociæ vehebantur, adeo vidit in latus vergere ut jamjam in aquam prolapsuræ viderentur; et ita quidem præceptis is clivus erat ut ne multorum quidem manus vel eas periculo eximere vel prouentis impetum currus sistere potuissent. Hoc cum adolescens quidam de ductoribus animadvertisset, rotarum unam apprehendens, currus ruinam inhibuit: quamvis solus ille prolabantem morari non posse videretur; nisi quia suas Deus ancillas sospitare volebat. Hoc Teresia anxia discrimine, quod jamjam undarum vorticibus suas absorbendas crederet, suum reliquis anteire currum voluit,

periculososque
itinere,

A voluit, ut, si quod adeundum esset periculum, huic ipsa primo involveretur. Eo labore defuncta, vespere diversorium ad quiescendum ingressa sunt: ubi Matri Teresiae lectus inveniri non potuit. Attamen e re futurum videbatur aliquot illic dierum moram trahere, quod ulteriora itinera etiam longe impeditiora futura nuntiarentur.

utque affecta
graviter vale-
tudine,

91 Transeundi erant pontones haud procul a civitate Burgensi, quos cubitali altitudine aqua supereminens transcendere; et horum etiam a dextris et sinistris omnia longe lateque aquis profundissimis stagnabant. Hos ut tuto pertransirent vehicula, hominem conduxerant qui pontones vadaret: sed illorum haec erat angustia, ut, si vel minimum currus deliraret, in flumen praecipit abiret. Monachae, discrimen veritatis, Sacram Confessionem instituerunt, et, beatae Matris benedictionem efflagitantes, Apostolicum decurrerunt Symbolum. Quibus intrepida et explicata fronte Mater: «Eia,» inquit, «ecquod, filiae meae, majus optatis bonum,» quam, si opus foret, hic Domini nostri Jesu Christi causa martyrium oppetere? Sinite me;» nam prima ipsa transire volo: si vero me mergi contigerit, ulterius ipsae ne progrediamini, rogo» quam enixissime; sed ad hospitium redeatis.» B Teresia igitur, ducem se praestans, reliquis viam securam reddidit. Caeterum pessima erat valetudine, et linguam illius insederat paralysis: ut tamen quodam in oratorio, ad quod concesserant, rei divinae praesens affuit, et Sacra capessivit Altaris Mysteria, linguae laxata sunt vincula et habere cepit meliuscule; etsi febris eam non desereret.

Burgos Sancta festinat.

92 Hoc tandem die, qui in vii kalendas Februarias incidit, Burgos delatae sunt. Ante omnia vero sanctum ab ipsis salutare Crucifixum d provincialis jussit, cum ut universum illi negotium commenderent, tum ut, nocte ingruente, minori cum strepitu invehi possent urbem: quam jam invectas amice benigneque excepit Catharina de Tolosa, a qua ardentem expectabantur. Laborabat tum angina Teresia, quae fauces ita constringebat ut nonnisi maximo cum dolore escam trajiceret: quod illam malum ad usque kalendas Augusti torsit, etsi non ea qua sub initium vehementia. Quod vero ab imbris madescens urbem subisset, ea nocte diutius solito ad focum assedit; verum tantum inde secutum est malum ut ea ipsa nocte ingens illam capitis dolor occupavit, quem etiam tam crebri secuti sunt vomitus ut faucibus laesis sanguinem excreavit. Insequenti vero die surgere ad ea quae opus erant peragenda non potuit; hinc lectulo, quo affixa jacebat, ad fenestram in porticum quamdam despicientem et cancellos habentem veloque obtento tectam collocato, ipsam convenire volentibus forinsecus stantibus responsa dabat. Plurimi hic illato compellarunt, atque imprimis missi nomine reipublicae qui nuntiarent adeo non cives concessisse facultatis penitere ut ejus etiam adventu mirifice exultarent, rogantes insuper videret quam illi in re gratificari respublica posset. Volupe haec Teresiae fuit oratio, ut quae nihil aliud verebatur quam ne quod a republica sibi obstaculum fieret. Quare hoc metu libera, rem ut plane confectam habebat.

CAP. XIV.
Ibi propterea
remorata

93 Antequam vero quid moliretur, archiepiscopum provincialis adiens, facultatem ab illo fieri sibi possessionis stabilendae petiit, quam omnes sine ullo negotio concessum iri arbitrabantur. Archiepiscopus post multa interrogata et responsa in eam tandem venit sententiam ut ante se potestatem facturum negaret quam domum propriam haberent et aliquatenus ipsis de stabili esset censu prospere-

etum. Ita enim illi id expedire videbatur, cum quod ea tunc civitas tenuis esset, tum quod cœnobii abundaret. Ac, tametsi Teresiam sese evocasse non negaret, non aliud voluisse tamen se aiebat quam ut sola ipsa ad tractandum negotium Burgos veniret, nec tot secum moniales, quasi jam confecta re, adduceret. Et sane utrumque non sine singulari Dei nutu factum est, ut hoc nimirum pacto monasterii res melius succederet: si enim non eo comitatu appulisset, non est ambigendum, quin, facultatem negante archiepiscopo, irrita re Teresia rediisset; deinde, si quamprimum eam, ut optabat, impetrasset, forte et domo et opportunitatibus quas nacta dein sunt, caruissent. Hinc illi postmodum Palentinus episcopus scripsit Deum cum ipso quodammodo conspirasse videri ut prout oportebat monasterium fundaretur. Sub idem tempus Teresiam continens adurebat febris, et jugulum torquebat angina, nihil ut solidi cibi in stomachum trajiceret, sed dumtaxat sorbilis. Hanc ob causam, et quia tum sibi tum sodalibus permolestum erat foras prodire, archiepiscopum per alium rogavit ut bona illius cum venia sibi in quadam domus in qua commorabantur parte Sacra celebrarentur; quod huic esset rei peridonea, et hac aliquot annorum spatio ædis vice Societatis Jesu Patres usi essent, cum primum Burgos advenissent.

AUCTORE
RIBERA.

D

94 Nec hoc quidem concedere voluit praesul, veritus, quantum quidem mihi persuadeo, ne ibi iniretur possessio et monasterium stabiliretur quin aut aedes proprias aut proventus in necessaria alimenta pares haberet. Atque hoc Sacrosancti Tridentini Concilii decretorum servandorum ergo faciebat: nam Teresiae quidem morem volebat gerere, et amore quodam singulari ipsam complectebatur, illique Abulae perfamiliaris ante exstiterat. Inter haec, dum ultro citroque varia geruntur, trium effluxit hebdomadam intervallum; interim moniales Sacra Missarum non adierunt Mysteria nisi Dominicis festisque diebus, ac tum quidem summo mane templum lutulentas et cœnosas per vias adibant. De caetero abunde ipsis provisum erat: nam Catharina de Tolosa copiose satis ac benigne eas habebat; uti provincialem doctor Manso e, magistralis illius ecclesiae canonicus, ad quam ille est dignitatem electus, cum in collegio archiepiscopali Salmanticae collegialem ageret, sicut eum ante Compluti in theologorum collegio eo ipso egerat tempore quo Hieronymus Gratianus ibidem etiam collegialem agebat. Ubi habere melius Teresia cepit, statuit ipsa antistitem adire, atque interim domi sodales ejus continuata serie in corpus suum flagellis saeviebant, ut, quamdiu Mater foris monasterii rem urgebat, aliqua domi monacha corporis castigatione divinum propitiaret Numen.

ab archiepi-
scopo funda-
tioni objectas

e

95 Verum non utilius suam ipsa quam alii hactenus apud illum operam locabat, etsi, si quis ejus redeuntis vultum esset contemplatus, utpote ad hilaritatem compositum, aliter se rem habere censuisset. Jam provincialis, nihil hactenus hoc in negotio perfectum esse molesto animo ferens, decreverat re infecta cum suis reverti. Teresiae hoc visum est peracerbum, quia eam Dominus fuerat exhortatus suo ut rem nomine auspicaretur: hinc ope caelica negotium hoc conficiendum sibi persuadebat; nec quidquam ipsam affligebat magis quam quod Gratianum maestum cerneret. Hanc itaque ob animi anxietudinem prostrata Dominus ait: «Jam confortare, Teresia.» Quo illa animata monito, majori quam ante generositate provincialem cohortatur ut ipse abitum maturalet, se vero cum suis Burgis relinquat: quippe Quadragesima-

in quodam
nosocomio

les

AUCTORE
RIBERA.

A les feriæ imminebant, quibus illum Vallisoleti ad populum habere conciones (uti etiam habuit) oportebat. Dedit igitur ipse et doctor Manso operam ut aliquot in nosocomio a Conceptione denominato, in quo asservabatur Eucharistia et quotidie res divina peragebatur, ipsarum in usum cubicula converterentur. Verum dilata res diutius est et adversantium obtreptionibus patuit. Etenim vidua quædam, commodissimo ex illis conducto cubiculo (etsi nonnisi post semestre huc esset commigratura), non modo cedere ipsum noluit, quamvis assignatis monialibus cellis, quarum tectum rimosum erat, vicinum foret; verum etiam, quasi satis non esset ipsum forinsecus occludere, clavos trabales introrsum jussit infigi, ut usui ineptum foret.

commorantur
aliquandiu
moniales;

B 96 Adhæc sodales quorum curæ id nosocomium concreditum erat, metuebant ne monachæ paulatim hic stabilem sedem figerent: quare eas admittere noluerunt, quoad coram scriba publico tum provincialis tum Teresia ipsa, factis tabulis, inde eas egressuras, quandocumque id sodalium præfectis videretur, sponderent. Attributa ipsis pars hospitii suprema, unde per fenestram cancellatam patebat ad Sacra audienda dispectus. Erat hæc habitatore vacua, quod nemo eam, quia semirutâ, vellet incolere: cumque sub tenui esset tecto et loco eminentiore, hibernis erat infesta frigoribus; quod sane valetudini beatæ Matris apprime noxium erat. Dicebatur adhæc nocturnis spectris locus infestus esse: fidem fecere nonnulla quæ ibidem monialibus terricula oblata sunt. Cæterum non deerant Burgis qui egregie in ipsas animati liberaliter necessaria submittebant, atque inter hos enituit Catharina de Tolosa, a qua quotidie, etsi domus ejus distaret remotius, intervisebantur et necessaria omnia accipiebant, numquam deficiente ejus benignitate. Pridie natalis S. Matthiæ valetudinarium hoc subiere. Inter hæc tota civitate ædes conquerebantur pretio venales; ut, his demum comparatis, non ita se in facultate concedenda difficilem archiepiscopus præberet: verum ad S. Josephi pervigilium usque nulla comoda se obtulit domus; quod in oblatiis hactenus semper plurima desiderarentur.

donec tandem,

C 97 Interim angebatur vehementer beata Mater, quod nonnisi ad usque Paschales, quæ instabant, ferias usum illius nosocomii sodales concedere se dixissent. Unde necesse erat eas, si interea se nullæ offerrent ædes, Burgis re infecta discedere. Demum exposita a diebus aliquot viri ejusdam patritii erat domus; et, quamvis plurimi tunc temporis religiosi sodales domicilium (uti jam ante diximus) quarerent, Deo tamen providente factum ut nullis horum hæc arrideret: quod illi deinde non parum sunt mirati; quin imo eorum nonnullos eam non coemisse valde pœnituit. Jam de hac ad Matrem relatum erat; sed tot illius audierat esse incommoda ut omnem erga ipsam affectum jam dudum, imo etiam memoriam ejusdem, exisset. Verum, quod alia in civitate non occurreret, nec alterius habendæ spes ulla affulgeret, animum de novo ad eandem adjungens, eam coemi hoc in statu jussit: si enim dein displiceret, alteri facile revendi posse. Cum igitur eam spectatura adisset, ita sibi placentem reperit, ut, si duplum ejus quo venalem fore audierat, pretium emptor postulasset, ipsum non illibenter persolvisset, atque etiam tum vili eam sibi cessisse pretio credidisset; nam idem jam ante biennium domino ejus oblatum pretium erat, et eo vendere noluerat. Visa nihilominus nonnullis plus æquo carior: hinc, etsi Teresiæ infra condignum pretium id videretur, religioni tamen ipsa ducebat, quidquid exigerebatur, offerre; quod non

de ære proprio, sed communi Ordinis totius, id D esset persolvendum: quare edixit se post Sacrum rursus ad pactionem venturam. Re interim Domino per preces commendata, hæc cœlitus verba audiit: « Quid? Ob pecunias moraris? »

98 Tum demum, stipulatione inita, eodem S. Jo- *empta* sephi pervigilio conventum est: omnes enim Sanctum hunc erant precatæ ut die ejus natali habere domum possent. Et ut conceptum, sic factum; etsi multis ante diebus nulla prorsus occurrisset, imo ne ejus quidem diei mane spes ulla aut indicium ejus inveniendæ fuisset. Ut primum id in vulgus innotuit, permulti accessere emptores: nemo quippe sibi persuaserat tam parvo eam ære venalem futuram fuisse; venditoremque aiebant domum gratis quodammodo elargiri voluisse, cumque adeo manifestus esset error, contractum rescindendum videri. At ædium dominus ejusque uxor, cognitis iis quæ in urbe transacta erant (aberant enim tum temporis) auditoque ædes suas in monasterium esse conversas, magno perfusi sunt gaudio pactaque conventa rata esse voluere. Venditionis igitur confectis tabulis, tertiam pretii partem illico Catharina de Tolosa insigni munificentia persolvit; reliquam vero summam non minori post liberalitate contribuit. E Omnibus prodigio persimile videbatur tam luculentam domum ita vili pretio comparari, et aliorum Institutorum religiosos, a quibus et domicilium hoc inspectum erat, adeo cæcutisse ut ipsum quasi sibi minime expediens neglexerint: quam illis imprudentiam nemo non probro vertebat. Ac præter religiosos illos quos domum Burgis quæsisse dicebamus, Minimos nimirum, Carmelitas Calceatos et S. Basilii monachos, duobus etiam aliis monialium cœnobiis necnon alii cuidam fundando monasterio domus idoneæ conquerebantur.

99 Omnes illi hanc inspexerant, omnes item *instruatque* neglexerunt, suismet ipsi in rebus caligantes; etsi postmodum una singulos caperet pœnitentia. Insignem hac operam contulit licentia Aguiar, magna quadam caritate huic se negotio impendens, Teresiamque urgens ut confestim domus hujus possessionem iniret: qui ni institisset, nihil dum peractum esset. Ipse mensem et amplius sedulus huc incubuit, adjuvando et quomodo ipsa instrueretur designando: in quo nec temporis multum nec argenti opus fuit. Ut primum eam Teresia ita instauratam vidit ut suos in usus inde a principio condita videretur, et quidem tantillo temporis *F* intervallo, incredibili cumulata fuit lætitia, imo quasi somnium illi videbatur omnia adeo celeriter confecta cernere. Monialibus etiam mira inde secuta est consolatio: nam præterquam quod commodæ essent ædes, horto insuper erant et aqua amœnisque aspectibus instructæ.

100 Nec minor archiepiscopi fuit lætitia, ut cognovit de domicilio illis esse prospectum. Hinc bis Teresiam congratulaturus adiit, domumque inspe- *ad monasticos usus domo.* xit: facultatem tamen sedis locandæ, imo et Sacri celebrandi (quam enixe monachæ ab eo contende-
bant, ne foras eundem sibi esset), negabat. Hinc, postquam ad has commigrassent ædes (quod biduo aut triduo a coemptione factum est), mense toto, ad Sacrum audiendum, proximum eas adire templum oportuit. Has tergiversationes Teresia pertæsa, ad Palentinum præsulem Mendozium scripsit ut sua ille auctoritate hanc ab archiepiscopo potestatem obtineret: quam cum in Pascha exspectarent, tribus primis Paschatis diebus spe sua frustrata fuere; adeo ut ipsas, non sine magna molestia, quo Sacris adessent, foras egredi fuerit necesse. Die vero quarto Ferdinandus de Matanza, qui nullo eis loco deerat,

A deerat, facultatem optatam, quam, intercedentibus episcopo Palentino et doctore Manso, archiepiscopus concesserat, attulit. Ipsa vero Teresia, cui nulla unquam in re defuerat fiducia, superiore nocte aliquo cuperat modo dissidere; atque adeo omnes, imprimis autem Catharina de Tolosa, spem animumque abjecerant. Ferdinandus porro de Matanza, facultatis litteras afferens, nullo prolato verbo, campanam pulsare aggressus est; qui pulsus laeti fuit eis nuntii significatio. Hinc die sequenti, qui fuit xiii kalendas Maji anni MDLXXXII, Augustissimum Christi Corpus hic rite collocatum est, inita loci possessio, et a S. Josepho et S. Anna monasterio cognomentum inditum.

*Paupertas per-
fecta.*

B 101 Primam Deo hic obtulit Hostiam doctor Manso: summum vero Sacrum prior cœnobii S. Pauli Ord. Præd., magno apparatu, festo symphoniacorum et citharædorum sua sponte venientium concentu, magno omnium ordinum consensu, celebravit. Catharina porro de Tolosa satis non habuit domus pretium venditori persolvere et necessaria subsidia suppeditare, nisi etiam instrumentum domesticum, lectulos aliasque opportunitates conferret. Promiserat insuper annum vectigal, cujus sponsionis tabulae jam confectæ erant; sed ob incommoda et lites turbasque hinc forte in Catharinam de Tolosa orituras, ab eo accipiendo provincialis et Teresia abstinendum censuerunt: quare paucos post dies elanculo admodum illud a se coram scriba publico abdicantes, suas Catharinæ tabulas reddiderunt. Attamen, ubi duas illius filias, quas Teresia Palentie in familiam cooptarat, emittere vota contigit monastica, etsi suam ante legitimam portionem matri addixissent, hæc voluit ut in Burgensis monasterii jura hanc portionem transcriberent. Egregie vero hanc illi liberalitatem Deus Opt. Max. rependit. Nam Teresia etiamnum Burgis agens filiarum illius unam sacra veste donavit: quam etiam archiepiscopus solemnitate concione ad populum habita colonestavit, qua et suam erga hunc Ordinem voluntatem et de illius hinc invectione gaudium testatus, dolere se ait quod tandem illius fuerit dilata fundatio. Quin etiam, eodem inspirante Deo, ipsamet post Palentie hunc Ordinem ingressa est, Catharina a S. Spiritu cognominata; et hoc ipso quo hæc scribo tempore ipsam Deo vota nuncupasse crediderim. Post etiam duo ejusdem filii in Excalceatorum Fratrum cœtum transiere; itaque in ipsa adimpletum quod regius cecinit Vates: « Generatio rectorum benedicetur » (Ps. cxi, 2).

*Novum venia-
tum affligitur
aquarum
inundatione.*

C 102 Cum jam Teresia cum suis hæc propria in domo et claustrum monastico ageret, ipso Ascensionis Dominicæ die ita Burgense flumen aquis ingruentibus intumuit ut per omnia urbis loca late stagnans magnam ediderit stragem, ipsosque religiosos, suis exire compulso domibus, alio migrare coegerit, ne in hisdem diutius commorantes subita aquarum vi opprimerentur. Is enim undarum erat impetus ut domorum fundamenta subruerentur conditaque terra cadavera enatarent. In summo imprimis discrimine nova hæc domus versabatur, cum quod plano esset loco, tum quod haud procul a flumine sita. Suadebant Teresiae amici, ut, aliorum religiosorum exemplo, fuga sibi consuleret: sed cum nullis ad hoc faciendum adduci posset rationibus, Sacrosanctum Christi Corpus in supremam adium pariem deferri imperans, eodem suas voluit succedere atque ibidem Sanctorum Litanis lectitandis opem implorare, quoad aqua detumesceret. Archiepiscopus autem plurimique cives idcirco Deum ab urbe eluvionis periculum alebant avertisse quod in

eadem tum commoraretur Teresia. Suis autem ipsa illic præesse voluit Thomasinam a S. Joanne Baptista, quæ Albano ante domicilio fuerat præposita; illi vero vicariam adjunxit, quam Vallisoletto acciverat, Catharinam a Jesu.

AUCTORE
RIBERA.

D

ANNOTATA.

a Non novem, sed octo tantum eas fuisse ex ipsius Sanctæ verbis ostendimus num. 969 Comm. prævii.

b Imo amplius quadriduo, ut demonstravimus loco jam citato.

c Fluvius Alarzon, e Pinedanis montibus non amplius quinque aut sex leucis a Burgis exoritur, ait Antonius Ponz (Itin. Hisp. tom. XII, epist. 4, num. 35), urbem ac suburbia pluviosis temporibus et dum nives, quæ in ea regione decidunt plurimæ, resolvuntur, aquis multis inundare solet.

d Sanctus Crucifixus sive Sanctus Christus vulgo appellatur miraculosa Salvatoris in cruce pendens effigies, quæ in templo PP. Augustinianorum extra muros Burgenses ad pontem S. Mariæ sito magna veneratione asservatur. De ea agunt libellus sæculis XVI et XVII pluries editus sub hoc titulo: Libro de los milagros del S. Crucifijo de S. Augustin de la ciudad de Burgos, et P. Henricus Florez in Hispania Sacra (tom. XXVII, cap. viii).

e Est is Petrus Manso de Zuniga, factus anno 1594 Calagurritanus episcopus, qui citatur inter testes in processibus ad beatificationem S. Teresiae interrogatos (Comm. præv., num. 1082).

f Catharinæ de Tolosa erga Carmelitanas Excalceatas liberalitas ansam malevolis dedit Societatem Jesu calumniandi, ut videre est § LXXXIV Comment. prævii, ubi ostendimus Sanctam in epist. 50 tom. IV non inveni in eadem Societatem.

E

CAPUT VII.

Extrema ægrotatio, mors et sepultura S. Teresiae.

His compositis rebus, Teresia continenti a Domino supplicatione contendebat, ut, cum ejus directione felicia monasterii hujus fuissent initia, efficeret etiam ut non modo nihil ad victum, sed ne ad cæteras quidem vitæ commoditates illi deesset; hinc votorum ejus illa erat summa, ut, priusquam inde excederet, videret aliquas huic domui nomina dare virgines, quarum dote monasterii res firmentur. Hæc agitati ait illi Dominus: « Quid » dubitas? Jam enim constituta res est, ut tuto » digredi possis. » Hinc Teresia augurabatur fore ut, Domino illius sedis curam suscipiente, necessaria illi ciborum subsidia nullo unquam tempore deessent: itaque hæc illam sponso securam reddidit, perinde ac si amplum illi vectigal annum relictum esset. Quare, interpositis diebus non multis, de suo agere reditu cepit. Videbatur quippe illi sua Burgis opera minime posthac necessaria futura. Omnibus itaque ad reditum comparatis, Burgis Palentiam, atque hinc Methynnæ tetendit, cum in animo haberet inde recta Abulam, ubi præpositam agebat, petere, atque eodem loco Teresiae a Jesu sacrum conferre velamen. Sed aliter rem Altissimus constituerat. Methynnæ siquidem P. Antonium a Jesu, provincie tunc vicaria cum potestate præpositum, reperit. Hic beatæ Matris reditum præstolabatur, ut eam Albam, Mariæ Henriquez ducissæ flagitatu, conduceret. Ut primum hoc ex Antonio didicit, magnam in se experta repugnantiam est; quod suam Abulæ præsentiam perneces-

CAP. XV.
Teresia Alba,
quo ex obe-
dientia

F

AUCTORE
RIBERA.

A

sariam esse crederet, et iter suum ducissae causa impediri gravate ferret. Credi itaque non potest quantam in animo sit passa hic difficultatem. Verum, quod promptissime semper superiorum jussis paruerat, etiam hic quam poterat maxima obtemperare perfectione, morti adeo vicina, grave non duxit; hunc imitatura nimirum qui factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis (Philipp. II, 8).

re-convulsa,

104 Lectica igitur Albam vecta est, non sine ingenti labore et pessima valetudine. Unde cum in proximum Peñarandæ pagum appulisset, tam ingentes passa dolores est viriumque languorem tantum, corpore exhausto, ut in deliquium animi inciderit; quo tristi spectaculo nemini non adstantium sui miserationem movit. Nihil quod languidæ ad virium restaurationem daretur, ad manum erat præter ficos, nec unicum quidem ovum toto reperiri potuit pago. Anna a S. Bartholomæo imprimis dolebat quod tantis in necessitatibus constitutæ piæ Matri lenimentum aliquod ferre non posset. Sed hanc ipsa consolata: « Noli, inquit, angere, carissima; hi namque fici optimi sunt: multis pauperibus ne hujusmodi quidem suppetunt. »

B

Postera die alium adeuntibus pagum pridiani prandii angustias nonnisi coctis oleribus cepa permixtis resarcire licuit: his illa tamen esurienti stomacho, ut potuit, fecit satis, etsi valetudini hæc esca adversaretur. Eadem nocte Albam defertur, in S. Matthæi Apostoli et Euangelistæ vigilia. Exhausto affectoque corpore huc cum pervenisset, Joanna a S. Spiritu præfecta et sociæ summis ab ea precibus postularunt ut se ad quietem paulisper componeret; quarum illa consiliis ac precibus paruit, dicens: « Quam, Deus bone, me defatigatam sentio! Jam abhinc annis viginti tam tempestive cubitum me concessisse non memini atque hodie. »

ultimo corripitur morbo.

105 Mane tamen strato se corripens, domum universam accurate lustravit et templum petiit rei divinæ adfuturæ; ubi etiam insigni animi fervore et pietatis sensu sacras Eucharistiæ epulas iniit: atque ita alternatim in morbum incidens, alternatim lectulo surgens, dies aliquot trahebat; donec S. Archangeli Michaelis die, cum, Sacro audito et Eucharistiæ Sacramento (quod quotidie solita pietate frequentabat) percepto, lectum petisset a, inde non amplius surrexit: sanguinis namque fluxu laborare cepit, quo mortua creditur. Tribus antequam spiritum redderet diebus, integram prope noctem in oratione traduxit: ut vero illuxit, Antonium a Jesu ad se evocavit, qui sibi culpas confitenti operam daret. Fama est tum illi diem obitus a Domino revelatum fuisse. Moniales enim quædam P. Antonium, postquam delicta ejus exceperat, dicentem illi audire ut Dominum precaretur ne se hac e vita tam mature educeret, neve suas ipsa adeo cito desereret: cui tum Mater amplius se hoc in mundo necessariam non videri respondit. Simul plurima filiabus salutaria depromere monita exorsa est; et licet hæcenus numquam ea intermisisset, jam tamen, utpote termino proxima, majori hæc ardore evidentiorque amoris significatione deprompsit b.

b

Sacra Corporis Christi Viaticum

106 Pridie ejus diei qua S. Francisci natalis celebratur, hora quinta vespertina, augustissimum Dominici Corporis Viaticum poposcit: ita enim imbecilli jam erat corpore ut se in strato movere non posset nec nisi alienis manibus in aliud latum convertere. Interim dum sacrum morientium affertur pignus, junctis manibus suas ita alloqui cepit: « Obsecro vos in Domino, filie meæ ac dominæ, ut primarias Instituti leges et constitutiones quam

» integerrime observetis: prævum quod hæc parum D
» diligens religiosa vobis exemplum dedit, nolite,
» quæso, respicere; sed quidquid hoc ipso deliqui,
» ejus a vobis mihi velim veniam dari. » Ut primum cubiculi sui januam subire cum vidit Dominum quem tam ardentem ipsa diligebat, etsi ante adeo prostrata esset valetudine et ita morbi obsessa angustiis ut loco se movere non posset, animosa lecto, nemine auxiliante, sese extulit, perinde ac si eodem exilire vellet; ita ut ipsam contineri oportuerit: facies autem ejus insolitam induere pulchritudinem ac flagrantiam et alia longe quam ante apparere cepit, simul etiam majestatem quandam verendam, et non eam vitæ ætatem qua erat, sed longe minorem præferre.

107 Tum illa cœu candidissimus quidam odor, manibus junctis, maximo cum spiritu, et gaudio interiori repleta, vitæ instante termino, majori quam umquam hæcenus vocis suavitate canere orsa est; et cum summo suo Bono, quem ante oculos habebat, colloquens, sublimia quædam, suavia et amica verba ex mentis abundantia eructavit. Atque hæc inter cætera: « Venit jam, Domine mi et » Sponse, optata illa quam toties expetivi hora.
» Jam tempus est ut invicem conspiciamus. Jam E
» eundi tempus est, Domine; quod felix faustum-
» que sit: fiat voluntas tua. Venit tandem hora qua
» hoc egrediar exilio et anima mea simul tecum
» fruatur eo quod tantopere concupivi. » Tum immensas illi gratias agebat quod in Ecclesia sese genuisset et in eadem emori concessisset, atque illud identidem repetebat: « Tandem, Domine, » Ecclesiæ sum filia. » Simul etiam magno pietatis sensu commissorum a Domino veniam poscebat, ac per Jesu Christi se dicebat merita sperare fore ut æterna salute donaretur: filiabus quoque suis supplicabat ut sibi hoc a Domino precarentur; ac supplex eas veniam rogabat. Orantibus his vicissim Matrem ut supremum se compellaret, aliud dicere noluit quam ut regularum et constitutionum statuta ad unguem servarent, superioribusque suis numquam non obedientiam sinceram præstarent; quod ipsa monitum aliquoties repetebat. Inter hæc sæpius ingeminabat versiculos illos: « Sacrificium » Deo spiritus contribulatus: cor contritum et » humiliatum, Deus, non despicias. Ne projicias me » a facie tua, et Spiritum Sanctum tuum ne auferas » a me. Cor mundum crea in me, Deus. » Atque imprimis medius ille versiculus: « Cor contritum F
» et humiliatum, Deus, non despicias », identidem in os recurrerebat, donec illam loquela deliceret.

ingenti cum animi fervore repleta

108 Extremæ Unctionis Sacramentum cum poposcisset, nona id noctis hora, eodem in pervigilio S. Francisci, magna reverentia accepit, moniales Psalmos recitantes voce adjuvans et ad orationes singulas respondens. Sacramento suscepto, supremo denno Numini gratias ex corde egit quod Ecclesiæ se filiam fecisset. Sciscitabatur dein ex ipsa Antonius a Jesu, suumne corpus Abulam transferri an Albæ id manere vellet. Quantum e vultu colligi potuit, hæc illi displicuit petitio; et ait: « Aliquidne » patullum corpori meo negabitur? » Integram illam noctem intensissimos passa dolores est, inter quos superiores illos Psalmi versus sæpius iterare non intermittebat. Postridie vero hora septima matutina in latus recubuit, eo prorsus situ quo S. Maria Magdalena exprimi vulgo a pictoribus solet, Christi crucifixi effigiem arte manu stringens, quam ante non deseruit quam ejus jam tumulo inferendæ manibus eam moniales tollerent. Vultum interim præferbat inflammatum, utpote quæ magna

et Extrema Unctione munita.

AUCTORE
RIBERA.

D

E

cujus tactu
tres moniales
sanantur.

F

quodque hono-
rifico sepelitur.Obitum San-
ctae praecedunt

A magna corporis quiete ac compositione, exinde se neutiquam movens, in contemplatione interna continenter versaretur.

placidissime
moritur.

109 Postquam vero jam ad extremum vitae venisset, attentius eam quaedam de monialibus contemplata, certa in ea sibi visa est Christi loquentis illi et magnalia mira ostendentis notare indicia: Teresia namque evidentes ejusdem ob ea quae videret admirantis gestus praeferebat. Hoc illa pacto ad nonam usque vespertinam mansit, et ea ipsa feria quinta, S. Francisco sacra, iv nonas Octobres, anno MDLXXXII (fuit hic annus quo facta est Kalendarii correctio e, decem ex illo sublatis, qui excreverant, diebus; atque idcirco primus post ejus obitum dies fuit ejusdem mensis decimus quintus), suam Creatori reddidit animam, Cathedram Petri occupante gloriosae memoriae Pontifice Gregorio XIII, et regnante in Hispaniis Catholico rege Philippo illius nominis secundo. Natalis ejus, uti initio dixisse recorder, in v kalendas Apriles anni MDXV incidit: unde vixisse eam efficiamus annos sexaginta septem, menses sex et dies septem. Quadraginta et septem in vita religiosa vixit annis; quorum viginti septem primos in Incarnationis cenobio, posteriores vero viginti in primigenia Carmelitanorum regula traduxit. Adeo mors ejus tranquilla fuit, ut quae saepius ipsam orantem viderant, etiam modo in oratione attentiori eam agere crederent.

CAP. XVI.
Idcirco mirum
non est

110 Cum sancta haec anima corpore excederet, facies illius exstitit formosissima nullasque in rugas contracta, etsi, dum viveret, plurimae senilem vultum ararent: universum quoque corpus mirum praetulit candorem, nec ullam rugam, ut levisimum id dixisses alabastrum. Caro non minus blanda ac tractabilis quam duorum triumve annorum pueri caro esse solet. In ipsa igitur videre licuit quod de S. Francisco refert S. Bonaventura (in Vita, cap. xv), carnem nimirum ejus nivis instar candidam apparuisse, hanc jam tum in terra praesignando gloriam qua post donanda est in caelo. Membra item ejus tangentibus tam blanda et flexibilia cedebant ut puerilem teneritudinem exhibere viderentur; imo nescio quam pulchritudinem praeferebant, quae innocentiae et sanctitatis foret argumentum. Totum quoque corpus suavissimum exhalabat odorem; qui qualem aromatum nidorem referret, dicere nemo poterat: ejus dein etiam ex intervallo suavitas crescebat, et tanta tandem existebat vehementia, ut, quia caput praesentium feriebatur, forinsecus, aperta fenestra, admissio fuerit aere temperandus. Hoc in aliquo inferiori monasterii cubiculo fiebat (in quo modo convenire quolibet domadis monachae capituli celebrandi ergo solent): multa tamen ad usque superius cubiculum etiam fragrantia dimanabat; imo vero per universam domum nocte illa ac sequenti die diffusa est, necnon ad vestes B. Matris et stragula et omnia quae illi aegrotanti usui fuerant, et ita quidem odorata ut etiam multis inde diebus soror quaedam, hanc in culina olfaciens fragrantiam, et undenam ea dimanaret, curiosius inquirens, tandem sub arca parvum quoddam repererit salinum, salem continens in quo digitorum B. Matris, dum ad ipsam aegrotantem is delatus est, reliqua exstabant vestigia, atque ab eodem illa proficisci comperta sit.

emanat ex
eius corpore

111 Adhuc hic etiam odor iis quibus usa fuerat lancibus et aquae quae demortuae corpus ablutum est: et si quo in angulo aut inter exutas vestes aliquid lateret quod ipsam tetigisset, eundem id exhalabat odorem, atque inde conjicere odorantes poterant latere hic quippiam quod ejus aliquando cecidisset usui. Illa quae sacrum illius corpus terrae

mandavit, cum mox a pio illo officio persoluto manus nihil minus cogitans abluisset, tanta ab iisdem erumpere cepit suaveolentia ut nonnisi coelestis ea esse videretur, quod similem hactenus in terra non percepisset. Neque vero tam obstupesco quod tum spirare suavissimos coeperit odores, cum apertissima jam illius sanctitatis dare Deus documenta volebat, quam dum considerare incipio talem etiam, dum aegra lecto decumberet, ex intervallo odorem perceptum fuisse. Constat namque mirabilem saepe ab ea fragrantiam, interdum quidem dum raptum patiebatur, nonnumquam etiam dum nihil tale suberat, idque tam ad externos quam ad domesticas, promanasse. Testatur hoc matrona quaedam Palentina, apud quam Teresia semel est diversata: id genus enim illa odorem sentiebat, quoties ad ipsam accederet. Filiolus item ejusdem, illi factus benedictionis recipiendae gratia vicinior, cum hanc fragrantiam percepisset, postea hoc de illa dedit testimonium: « Quam, mater, sanctae illius manus redolent! » Ipsa etiam Anna a S. Bartholomaeo, quoties in supremo morbo illam aut loco moveret aut vestiret, hanc ipsam sentiebat fragrantiam.

112 Tota illa nocte et ad decimam usque antemeridianam sequentis diei apud sanctum hoc monachae commoratae sunt corpus, quod a tot jam annis Spiritus divini fuerat templum et sanctae illius animae socium, illius identidem pedibus et manibus pia figentes oscula. Agebat tum eo in cenobio monialis, quae, quia omnem odoratum amiserat, mœrore conficiebatur quod illam percipere non posset fragrantiam quam reliquae se sodales dicebant sentire. Hinc cum pedibus illius pie osculum dedisset, extemplo sensu hoc recuperato, id olfecit quod ceterae: qui etiam odor multorum intervallo dierum naribus illius inhæsit, necnon manibus adeo pertinaciter ut etiam saepius ablutæ redolere non cessarent. Alia soror, quae intolerabili capitis et alterius oculi dolore conflictabatur, illico ut B. Matris exosculata est pedes, sanitatem recuperavit. Alia gravi oculorum dolore laborabat: hinc, cum incederet, manum iis applicabat: ea namque mali erat vehementia, ut, nisi manu eos premeret, progredi nequiret. Continens quoque ipsam jam abhinc quadriennio cephalalgia cruciabat. Verum cum Teresiae demortuae arreptos digitos oculis applicuisset et manus capiti admovisset, nullo alio adhibito remedio, utriusque mali levamen sensit.

113 Postera luce, in feretro quod aureo erat panno constratum (ut multis id ipsa ante annis praeviderat futurum, dum ad dies aliquot motus expers jaceret), corpus impositum, apparatu quam fieri poterat illo in municipio maximo et pompa honestissima conditum est in parietis fornicis cujusdam concavitate, quae in choro inferiori ferreis obducta est cancellis et in templo etiam videtur, ut tam qui extra quam qui intra agunt, ejusdem conspectu potiantur. Sua corpus veste tectum loculo inditum est, qui tot injectis lapidibus, calce ac lateribus est obrutus ut non modicum terrae in eum confectum penetravit. Hoc Teresiae Laiziae, domicilii hujus fundatricis, consilio natumque factum; cum hoc se pacto sacri hujus pignoris huic loco possessionem tutiorem reddere crederet, nullius ut suasu hanc ipsa mutare sententiam voluerit.

114 Suo in sepulchro Teresiam nostram jam requiescere sinamus, donec eam inde producamus (quod libri quinti principio facturi sumus, cum scilicet prodigiorum quae post mortem ejus contigerunt, erit narrandi locus); et mirabilia referamus quae

AUCTORE
RIBERA.

quas mortem ejus precesserunt et comitata sunt *d*. Interdum namque quaedam Dominus, aliquo priorum servorum suorum ex hac vita decedente, praemittere signa consuevit e quibus tum illius sanctitas tum gloria instans cognoscantur. Moniales aliquot, priusquam beata haec Dei ancilla defangeretur, ingentem aliquoties et rutilantem sacrario imminuentem conspexerunt stellam. Alia inter octavam et nonam horam matutinam, haud procul a fenestra loci in quo deinde beata mater demortua est, radium quemdam coloris crystallini formosissimum conspexit. Fuit quae et duos alios fulgores ad eandem cellae fenestram eodem tempore est conspicata. Eodem quoque nonnumquam anno, cum vel Matutinum canerent vel in oratione versarentur, splendores quidam insoliti monialibus in choro visi sunt. Caeterum tam frequentia haec erant omnibus spectacula ut singulare Ordini aut incrementum aut decrementum dicerent accessurum. Hac ipsa etiam aestate, antequam Albam Teresia veniret, cum in oratione moniales agerent, placidum quoddam et amicum haud procul a se quaeque inaudire suspirium; quo autem die ex hoc mundo beata Mater migravit, idem etiam gemitus est exauditus, ac tum in mentem singulis venit gemitus quem in oratione olim agentes perceperant.

et comitantur

115 Plurimis vero ejusdem generis omissis, alia illustriora addam. Quedam cognita sanctitatis monacha, quae modo cum Deo agit in gloria, tum vero valetudinario praerat, cum in ejusdem cubiculi in quo Teresia jacebat, fenestra quadam inferiori, quae in monasterium prospicit, sederet, confusum quemdam velut exultantis plaudentisque multitudinis strepitum audiit. Inde mox illi apparuerunt per coenobium transeuntes plurimi, miro fulgore coruscantes et amicti stolis albis: qui idem cubiculum cum plausu ingressi, ita sua ipsum multitudinem complebant, ut, licet universae in eodem praesentes adessent monachae, non apparerent. His dein ad lectulum in quo Teresia decumberebat, accedentibus, extemplo ipsa animam Creatori reddidit: unde haud obscure patet hos, ut animae emigranti comitatum praestarent, ultimo eo momento ingressos esse. Quo autem tempore expiravit, vidit de adstantibus sororibus una columbulam candidam ore jacentis evolantem: unde verisimile fit adstiterisse tum illi Sponsum ac dixisse: « Surge, propera, » amica mea, columba mea, formosa mea, et veni » (Cant. ii, 10). Eodem etiam mortis momento alia soror ingentem quandam lucem crystallinam haud procul a cubiculi ejus fenestra conspexit. Ita porro S. Gertrudi morienti adfuisse legimus Redemptorem Jesum Christum, a dextris dilectissima Genitrice sua Maria, a sinistris vero Joanne Apostolo et Euangelista stipatum, hisque accessisse innumeros alios utriusque sexus Sanctos, ac nominatim ingentem virginum exercitum, quae toto eo die albis vestitae inter monachas in monasterio comparuere (Insinuat. lib. v, cap. ii). Unde et mihi facile persuaderem multitudinem illam albatam copiosum quoddam fuisse virginum agmen, quae virginem hanc adeo puram ac tot virginum parentem ad caelestem deducturam gloriam descenderint; nisi aliud longe exploratius mihi constaret.

signa et vultu
caelestia;

116 Ita porro se res habet. Cum quodam anno natalem decem millium Martyrum e diem magna pietate, pro eo quo erga eosdem animata erat affectu, Teresia celebraret, ingens illa athletarum Christi multitudo illi se in gratiarum signum spectandam dedit, et in mortis hora a se ad caelestia ipsam gaudia stipandam et ad eundem secum gloriae gradum evehendam promisit; sicut etiam S. Gertrudi

revelatum fuit (loc. cit.) eam sibi in coelo paratam esse gloriam qua ibidem perfruuntur quae ab Ecclesia Dei in Sanctarum Virginum relatae sunt catalogum et suum pro Christo Jesu Sponso sanguinem fuderunt. Et sane videntur praedicti Martyres Teresia praesentes fuisse: est namque certissimum hanc ei visionem obtigisse, uti sequenti sum libro declaraturus. Quod autem hocce capite de mira corporis fragrantia aliisque prodigiis commemoravi, indubitata res est; atque ut talem eam litteris mando, quod id et oculis perspicere et tangi manibus licuit. Quae vero ante obitum ejus contigisse prodigia narravi, ex iis accepi quibus ea in viso oblata sunt, quarum magna est auctoritas et religio, et quae nihil nisi verum testarentur. Cum vero revelationes quaedam verae sint, sane, si quibus est adjungenda fides, quibus ea melius poterit adjungi quam quae tali tempore contingunt quo illustris sanctitate homo ex hac vita est discessurus; cum et ad sanctitatem illius declarandam haec dirigantur, nec Dei servis demoni favere, nec aliquo, dum hoc e mundo transeunt aut transiere, approbare sanctitatem eorum soleat signo?

117 Plenae sunt hujusmodi visionibus historiae omnes Sanctorum. Refert quippe S. Gregorius juxta Martyris nostri Hermenegildi corpus suavissimos de nocte auditos Angelorum choros, quin etiam testatos nonnullos ibidem se faces quasdam vidisse accensas (lib. iii Dial., cap. xxxi): morientis item ex ore abbatis Spei nonneminem adstantium evolantem vidisse columbam, quae, per tectum sibi quaesito exitu, recto in caelos volatu contenderit (lib. iv, cap. x). In sequentibus vero scribit ad Ursinum presbyterum venisse Apostolorum Principes Petrum et Paulum, animam illius in caeleste habitaculum deducturos; ad Probum autem episcopum duos albis vestitos et solis instar fulgidos eadem de causa descendisse, SS. nimirum Martyres Eleutherium et Juvenalem. Quando Servulus mortali hoc e carcere exhibat, auditum ab eo narrat in coelo suavissimum concentum, et ejus in auditu animam illum Creatori reddidisse, et fragrantissimum mox eodem in loco ab omnibus perceptum odorem esse. Exspirante Romula, visam ejus in cubiculo mirificam quandam ait lucem, et ingentem etiam exauditus velut turbarum ingruentium strepitum: exinde e loco gratissimam quandam exhalasse suaveolentiam, quae triduum omnium nares afflavit; ac quarta demum nocte haud procul inde cantantes auditos Angelos, qui Romulae excedentis celebrarent exequias, et tum demum sanctam illam animam evolasse. Excedenti vero amicae suae Tarsillae adstiterisse prodidit Christum Dominum, et odore jucundissimo locum universum repletum fuisse; Musae vero puellae Deiparam adfuisse Matrem cum lecta aliarum Virginum manu.

qualia et in
aliorum San-
ctorum histo-
riis
E

118 Alia his affinia idem Pontifex commemorat; quibus omnibus ipse, tametsi iudicio juxta atque eruditione summus, fidem adhibet: cum enim pariter sanctitate excelleret, novum illi non videbatur haec Deum in suis servis mirabilia operari. Qui porro attentius haecce in Gregorio evolverit, non plures ipsum ad his credendum, non certiores, non etiam fide digniores habuisse testes comperiet, quam ipsi in praesens habemus ad credendum iis quae hic scribo. Quod autem de uno dicimus Gregorio, id ipsum de aliis dici queat Sanctis, qui similes de viris illustribus conscripsere historias. Bathilda Instituti S. Benedicti monacha decedente, omnes ad eam moniales descendentes conspexerunt S. Genesium episcopum nec non Sanctos alios; quorum in comitatu sancta illa anima in caelum

possim nar-
rantur.

A cælum modulantium Angelorum alis subvecta ducebatur. S. Elisabeth dum diem vitæ clauderet, in Ecclesiæ tecto visæ aves hactenus omnibus invisæ, quæ suavissime modulabantur. Quoniam vero finem non reperiret oratio, si singula huc afferrem, unum hoc addam, existimare me, quibus defsecatum modo est iudicium, et qui verum esse norunt Aristotelicum illud dogma, pauca scientium esse eandem omni in re certitudinem requirere (lib. II Met., cap. III), quæ a me dicta sunt, plusquam sufficere; quibus vero illud defuerit, nihil omnino sufficiens fore. Ut vero noverimus his nostris temporibus, morientibus piis hominibus, accidere posse et reipsa accidere similia illis quæ antiquitus facta audimus vel legimus, historias quibus sanctorum FF. Petri Nicolai et Ludovici Bertrandi vitæ continentur, et aliorum qui haud ita pridem ante illos excessere, percurramus; ac tum demum ea quæ ipsi hic diximus, admirari desinemus: cum nimirum tanta Teresiæ a Jesu fuerit sanctimonia, et gloriæ divinæ semper promovendæ et animarum salutis procurandæ tam naviter incubuerit.

ANNOTATA.

B

a *Deferri tum voluit Sancta in valetudinarium superius, unde per cancellos altare majus conspici et Sacrum audiri poterat* (Yepes, lib. II, cap. XXXVIII). *Nec solum moniales, et Anna a S. Bartholomæo præcæteris, ægotam Matrem sollicito curabant, sed ipsa etiam ducissa Albana Maria Henriquez, claustrum introgressa, escas suismet manibus officiosissime illi porrigebat* (Chron., lib. V, cap. XXVIII, num. 2).

b *Eadem die, malo ingravescente, medici Teresiam e valetudinario, frigori obnoxio, reportari jusserunt ad cubiculum in quo antea decubuerat: ubi dum cucurbitulæ corpori ejus adhibebantur, gaudio ipsa ob doloris vehementiam exultabat* (Yepes, loc. cit.).

c *Vide in Bullario Romano (tom. II, pag. 487, edit. Luxemb.) litteras apostolicas Gregorii XIII de hac Kalendarii correctione; de qua, cum sit orbi notissima, supervacaneum est plura hoc loco disserere.*

d *Cfr. Acta Canonizationis (Comm. præv. n. 1109 et seqq.).*

e *De his Martyribus extat Commentarius criticus Papebrochii ad diem XXII Junii (pag. 175).*

C

LIBER QUARTUS.

PROLOGUS.

Quo selectu quantaque cautela in admittendis novitiis opus sit.

Ex præclarum S. Teresie Institutum

Ex iis quæ duobus superioribus libris dicta sunt, ex parte quis colligat quam merito in secundi proœmio a me dictum sit parva esse ea quæ tum miramur, si cum iis quæ post narranda occurrerent, conferrentur, quamque vere Psaltes dixerit: « Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus » (Ps. LXXVII, 36). Hinc novæ illi et generosissimæ Judithæ, quæ tantum Assyriorum, id est, demonum, exercitui damnum intulit, non sine ratione dicere possumus: « Benedicta tu a Deo tuo in omni tabernaculo Jacob: quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel » (Judith XII, 31).

Hic videlicet ad oculum video, quod sæpenumero stuporem etiam mihi movit, quantum ab homine vere pio mundo emolumentum accedat, et quomodo is numquam solus ingrediatur, sed innumeros alios ad sui sequelam semper rapiat; ac merito dicere Salomonem potuisse: « Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum » (Sap. VI, 26): cum evidentissime pateat quotnam animas mulier una sapiens verbis et exemplo persanarit et quot etiam mulieres ac viros sapientes post se reliquerit, qui sanitatem hanc quaquaversus diffundant et amplificent. Hoc sufficere nobis profecto deberet ut alacriter in perfectionis semita progrediamur, quo nimirum Domini salus multis per nos animabus communicetur et innumeri ægri quos passim omni in loco videmus, nostra opera sanitati restituantur, ad potentis scilicet hujus Domini honorem et gloriam, qui non nisi vitæ jactura salutem nobis comparavit.

2 Ex hac mihi cogitatione nata confestim est alia: quantum videlicet, si Teresia olim in veste religiosa petenda repulsam fuisset passa et alia ejus in locum cooptata, inde tum nova hæc illius familia tum Ecclesia universa dispendium fecisset, quantique etiam referat hanc vel illam in sacras familias adlegere, quanto denique in illarum admissione opus sit iudicio. Cæterum omnia religiosa Instituta sancta sunt, omnesque illorum leges et statuta nonnisi perfectionis evangelicæ disciplina nituntur, neve umquam ipsarum dissolutio et laxior disciplina monasteriorum ab ipsis oritur constitutionibus, sed quod qui in iisdem degunt, has ut oportet non servant. Primaria autem cur eæ non observentur causa et omnis disciplinæ dissolutionis principium est, tum quod in religiosas familias cooptentur ii qui a Domino ad eas non vocantur, tum quod qui admissi sunt, mature non pellantur, si hoc vitæ genus servare nequeant, nec alios id servare, prout oportet, sinant. Hanc ob causam sæpenumero in eam veni sententiam (et res est verissima), ut omne religiosorum Institutum in eo bonum situm esse existimarem ut nulli in ipsa alii cooptentur quam quos certo a Deo constet ad hoc vitæ genus vocari; ac deinde, postquam jam adlecti sunt, sedulo probationis tempore advertatur num in iis ipsi admittendis decepti sint; ac, si deceptos se fuisse deprehenderint, eos expellant, non secus ac sanus stomachus ejicit, etsi non sine molestia, nimium quem admisit cibum, qui corpori detrimentum afferret.

3 Non possum vero quin aliquid hac de re hoc loco dicam, cum quod hisce monasteriis bene velim, tum quod nihil illis a quoquam posse dici norim salutaris nec quod magis dicendum sit. Deinde, si, uti ante me dixisse memini, liber hic ætatem ferat, volupe mihi quam maxime futurum est numquam non clamare quod Deo docente disco expediens esse clamare nullo non tempore. Nec dubito quin id divinæ illius Majestati sit futurum gratissimum, ut non ea modo utilitatem inde eliciant monasteria quibus hæc dicuntur, verum etiam alia cum viro- rum tum virginum. Atque hanc ob causam dari mihi a benevolo lectore facultatem postulo longius me hac in re diffundendi, etsi ad historiam quam molior, parum facere videatur. Atque satis mihi erit, si quæ hocce in proœmio deinceps sequuntur, ab iis solum legantur qui se Religioni vel jam dicantur vel dicare cupiunt. Alii interea ad primum, his omissis, libri caput transeant.

4 Principio itaque e monialium harum cordibus noxium quoddam pervelim auferri genus pietatis vel naturalis compassionis, quam honesto caritatis

AUCTORE
RIBERA
D

cæterique
Ordines reli-
giosi omnes

E

F

suo in vigore
perstent.

cautionem ne
quis a Deo
non tentus

AUCTORE
RIBERA

A tegunt velo, et qua sit ut religioni sibi ducant, si vel quampiam quæ in ipsarum transire cœtum velit, excludant, vel aliqua earum quas apud se retinere minime expediat, domo sit pellenda; eo quod sibi perperam persuadeant in causa se futuras quod tam eximio anima hæc bono caritura sit, seque suis proinde partibus satis non facere. Zelus hic animarum honorisque divini esse prima fronte videtur; tamen nonnisi mera tentatio est. Si enim hæc præferant necessarias Religioni dotes et partes, ipse etiam ut cooptentur suasor sum; at de his non agitur. Quod si vero iisdem carcant, hoc ipsum argumento esto a Deo eas non vocari. Si enim is illas hujus Religionis esse vellet membra, etiam ea sine controversia illis dedisset quæ huic sunt necessaria. Qui enim quæ ad concionandum, Confessiones excipiendas aut docendum requiruntur, non prætulit, quis sibi hunc persuadeat ad hæc ipsa munia a Deo esse appellatum? Illas igitur admittere quas Omnipotens huc non vocarit, quid, obsecro, est aliud quam Religionem destruere velle? Qui enim ad hanc ipsas disciplinam non vocavit Deus, ad aliam forte eas vel ad aliud vitæ genus vocabit; atque in hoc suam operari poterunt salutem. Variæ enim ac multiplices Deo sunt viæ, et de hujusmodi animabus magis ipsi curæ est quam monialibus sit oportet. Igitur mature perpendant quam grave, has allegendo, consciscant crimen, et ad oculum videbunt quam vere censuerim meram id tentationem esse et eo quidem nocentiorē quo majorem charitatis præ se ferat speciem.

in inservatur.

B 5 Primo namque in longe diverso animam illam constituunt statu ab eo in quem ipsam Deus reservat, nec illic bene ei erit; atque adeo nullum ipsa commodum (uti quidem spes erat) inde referet, ut magnam potius sit ita jacturam factura. Secundo, majus illi revera imponunt onus quam ferendo sit, ut ipsa, sub onere fatiscens, defectura sit viribus et tam exteris quam domesticis malo futura exemplo. Tertio, noxia hæc commiseratio in causa erit ut in multis illius peccatis superiores conniveant, et ita paulatim Religionis sit vigor intermoriturus. Quarto, occasionem dabunt cur hoc loco sit suæ salutis jacturam factura, cum, si inde abfuisset, animam forte in tuto collocasset. Quinto, non est ipsis animæ alienæ cura concredita, nec has ipsis Deus partes imposuit, sed dumtaxat suarum ut rationem haberent ac suæ Religionis bono consulere: C suæ domui ac monasterio nocere, quo huic vel illi mulierculæ consulatur, adeo caritas non est ut etiam veræ caritati adversum sit; caritas quippe majus spectat bonum, et ejus causa minus negligit; nam, ut docet Aristoteles (lib. i Ethic., cap. ii), quo ad plures bonum diffunditur, eo ipsum et majus et divinius est. Sexto, si quod spectant bonum esset et salutare, suam admittere in familiam deberent mulieres quam habere possunt dissolutissimas; quod harum majori in discrimine versetur salus. Id porro spectandum, et hoc etiam Deus vult, ut solæ cooptentur quas vere huc ipse vocat, illas, inquam, quæ necessarias huic Instituto condiciones habent.

Quare diligenti
examine

6 Ad has vero noscendas examinandæ ante sunt, et quidem magna diligentia, qualis in negotio tanti momenti requiritur. Etsi enim admissionem suam, quæ recipi petunt, perurgeant et eam quam citissimam esse velint, antistitæ et trium aut quatuor e senioribus est eas sedulo inspicere et de diversis cum ipsis rebus interdum sermonem miscere; ut vocationem ipsarum penitus intelligant, explorantes nimirum quid ipsas potissimum ad hoc Institutum amplectendum impellat: simul etiam prudenti suo judicio rimantes indagant quas

naturæ dotes a Deo acceperint, vultum simul et D corporis constitutionem, valetudinem et robur notent; denique celeriter nihil hic statuunt, ne postea repentini hujus consilii pœniteat. Rationi consonum est ut, cum omnium sit dare suffragia, omnes etiam candidatam perspectam habeant, eæ saltem quæ aliis ætate et auctoritate præstant, per quas dein cæteræ in rei cognitionem veniant, et his fidem adjungant. Sunt enim permultæ quæ cum appareant optimæ ac prudentissimæ, deest tamen illis naturalis constitutio; contra aliis naturale robur suppetet, at deerit prudentia. Nec morentur auscultentque exaggerationibus quas ii a quibus commendantur, depromunt, nisi talis forte sit commendator de cujus sinceritate constet, quique non minus domus et Ordinis totius bonum quærat quam moniales ipsæ; sed tales perpauca futuri sunt. Tum vero id magis metuendum est, cum qui laudant, facile satisfieri patiuntur vel præter meritum rem extollunt, ac præsertim quando commendatas in Religionem cooptari, commendantium interest; quod plerumque fieri solet.

7 Quo vero major in illis ad votorum emissionem non admittendis et postea dimittendis esse potest difficultas, eo accuratius instituendum examen, ut tales eligantur quas postea dimittere necesse non sit. De ætate provecioribus, morbidis adeoque imbecillis valetudinis ut oneribus Instituti ferendis pares non essent, loqui non est necesse; quod illæ, etsi bonæ alioquin, penitus domibus sint excludendæ: nam jam inde ab initio cum ipsis dispensandum est; unde senioribus ejusdem dispensationis in similibus minoribusve necessitatibus exigendæ datur ansa: multæ vero relaxationes omnem statutorum et legum vim infringunt, simul etiam relaxationem secum trahunt. Videndum autem, et caute quidem, num quæ cooptari efflagitat, superba sit vel arrogans, sui que judicii plus æquo tenax: quæ enim tales sunt, hæc Religionem non enervant, sed penitus destruunt, illamque dissensionibus et quæ inde sequi possunt partium studiis incendunt et vastant.

corporis ani-
miquæ dotes,

8 In viduis quoque quæ præfuere domui et familiæ (etsi generaliter omnes excludendæ non sint, modo requisita non desint) admittendis eadem non est facilitate utendum, quin potius illarum diligentius quam aliarum est examinanda vocatio, quod imperare, suæ voluntati obsecundare et prout visum fuerit vitam instituere longo jam usu consueverint; tum quod ægre admodum flectantur, valde difficulter pareant, suumque alieno iudicium perinvitæ subijciant, nec non grave illis sit iter quod insistebant relinquere, et novum quod edocentur inchoare. Tum vero etiam est accuratius res librandæ, quando liberos illæ habent, et multo magis ubi hi nondum certum vitæ statum iniere: numquam enim illæ obliviscentur esse se matres, atque adeo perpetuo in metu atque angore versantur de liberorum sorte. Deinde si filia sit, etsi eam mater apud se eodem in cœnobio ante oculos habeat, tam huic tamen quam illi societas hæc noxia est: cum enim alterutra vel ægritudine vel tentatione opprimitur, opprimitur etiam altera. Si etiam contingat alterutram a præfecta corrigi vel reprehendi, fieri non potest quin se etiam alia castigari reprehendique putet. Si quando suffragiorum multitudine res aliqua decidenda est, ambæ jam unam in partem propendunt; et in monasteriis in quibus adeo paucæ sunt monachæ, si vel unius amplius accesserit suffragium, permulta obtinere queunt. Deinde si eas tentari contingeret, ad manum semper haberent a qua defenderentur, itaque cœnobii statum inverte-
rent.

E

vitæ conditio

F

A rent. Hoc hisce in monasteriis minime contingere pro explorato habeo : attamen consultum id est praeconere, ne id contingat posthac neve rei hujus ulla unquam detur occasio. Neque etiam id eo dico ne ullae in hanc familiam viduae cooptentur; sed ut illarum diligens praemittatur examen, et non nisi regerrime iis detur locus.

et potissimum
inquisitio

B 9 Haec autem inde ab initio facile se manifestant; sed alia res est de qua sancta Mater Teresia insigni cum prudentia monet, et quae saepe etiam oculatissimos quosque exploratores fugit, quam tamen maximi interest bene et quidem summa cum cautela examinari atque e frequentibus interrogatis erui. Multae nimirum animum non aliter ad vitam adjungunt monasticam quam ut alicui qua premuntur afflictioni in eadem remedium inveniant : tales autem haec in cenobia, tantum vitae profectus rigorem et severitatem, et in quibus magna pietate et insigni Deo famulandi et pro ipso patiendi desiderio opus est, cooptari minime oportet. Rei hujus ratio sole meridiano est clarior : vere enim non tam Dei amore vel cenobiticae vitae studio actae huc veniunt quam temporalis remedii inveniendo gratia. Dicere id volo manifestius : quod nimirum non inveniant sponsum cui nubant, vel quod non ea qua vellent in mundo auctoritate vel commoditate frui possint; adeo ut potius vano quodam honore vel infamiae laborumve metu quam Dei amore huc alliciantur. Si ita se res habet, certum est a Deo illas non vocari. Quo igitur modo recipiantur quae a Deo huc non adducuntur? Vel quomodo hoc vitae genus ferre, et sine ulla tristitia et mentis inquiete, aut quin hanc aequalibus suis signo aliquo declarent, ad finem usque perdurare queant?

monachi qui ad-
mitti volunt

C 10 Qui, quo vitae ducendae subsidia commodius suppetant, ad sacerdotium animum applicat, indignus est qui ad sacram hanc dignitatem assumatur : sic quae mundano aliquo intuitu Religioni se dicat, non vero propter Deum, non meretur quae in eandem adlegatur. Haec in aliis fortasse monasteriis manere poterunt, in quibus major sit horum apparatus; in his vero, etiam quae sincere et vera cum vocatione ingrediuntur, saepe magna erit si possint tentationibus resistere et in perfectionis semita perseverare : quanto magis quae non Dei amore, sed mundano dumtaxat impulsu huc concedunt? Scio contingere ut Deus postea aliquando corda immutet et id genus novitias meliores reddat : verum cordatarum monialium est res suas fortunae non committere; sed ubi viderint illarum scopum non esse sincere pureque Deo servire, janua illis ocludere et introitum negare. Error in initio ingens est et apprimè noxius; et quo procedit longius, eo majores gignit errores malaque offert graviora.

omnino sunt
exploranda.

11 Omnium igitur hactenus dictorum summa haec est, uniuscujusque vocationem sedulo examinari debere; quae si a Deo non venire certo comperiatur, nulla aditum inveniat (neque enim fieri non potest quin magnam talis inquietudinem turbationemque afferat domui in qua commoratur), etiamsi stirpe sit nobilis praestantique ingenio et eas afferat opes quibus universa provinciae monasteria abunde queant ditari. Sed si vere a Deo vocata sit (quod non erit nisi eas habeat quas supra diximus dotes), si quae fortunae bona habeat, secum ferat : cuiusmodi enim operi ea melius potiusque dicet? Si vero nullam nacta sit dotem, non idcirco Religionis illi aditus ocludendus : ejus enim unius causa adducet Dominus alias quae tum in sui tum in aliarum sustentationem idoneos redditus adferent.

12 Quoniam vero ipso in ingressu esse deceptioni locus potest, quod importunius urgeant commendatores nimis admittendas extollant laudibus, necnon quod sine mora eas adoptari petant, ideo integer ecclesiastico jure praescribitur annus, quo admissae exploretur vocatio, indoles et mores, atque utrum vere Ordini conveniat necne. Tum quippe omnium horum faciendum est periculum : quam etiam ob causam annus hic probationis annus dici solet. Quare praepositarum et novitias praefectarum aliarumque est eas omnem in partem probare : nisi enim illae tunc accurate has explorent, haec illas postea vice versa diligenter probabunt. Saepè etenim fit ut arrogans, male morata vel inobediens et mortificationis inimica indoles ipso tirocinii anno, quin etiam aliquo post tempore, sub latibulo subjectionis et novae pietatis sese abscondat; sed ubi libertatem nacta et veteranis annumerata aut officio aliquo insignita fuerit vel pietas illa refrixerit, foras prorumpit, et tum sese demum indicat cum jam post votorum emissionem nullus erit remedio locus.

E 13 Quocirca, quo brevior huic malo noscendo et tollendo statutus est terminus, eo major ipso tirocinii anno habenda ratio ac diligentius dispiciendum. Idcirco Teresia hunc annum longius voluisset extendi, et prius multos annos effluere quam solemniter Deo vota nuncuparent (uti in Societate Jesu fieri noverat), ut quae ad votorum erant emissionem admittendae, melius cognoscerentur et probarentur. Non est porro rursus hic repetendum, si quae comperiatur quae nec sanitatem nec convenientem huic Religioni indolem habeat, quae orationi non studeat vel ad eandem facta non sit, quae humilitatem non sectetur et rebus terrenis animo adhaereat, hanc confestim dimittendam esse; non est, inquam, hoc jam amplius repetendum, cum jam ante dictum sit. Adhuc ipsum probationis annum jura concedunt, tam ut ipsa Religio a se ineptiores ejiciat quam ut ex ea egrediantur tirones qui illam sibi minime fore convenientem judicabunt. Verumtamen saepius id est inculcandum : diabolus enim, Religionum turbaturus pacem et quietem, intuitus aliquot humanos ob oculos superioribus ponit, pietatis, misericordiae divinique obsequii specie coloratos, qui etiam prudentissimos quosque saepe in errorem trahunt. Ecquae namque major dari cogitarique fraus potest, quam, ut in privatam aliquam se pias ostendant, universae ipsas domui et Religioni esse crudeles? Sed publicae magis rei habenda ratio; quique vere Dei timorem habet, majorem hic etiam timorem praeferat necesse est.

F 14 Vereri porro ne qua parentibus ipsarum quae dimittuntur, molestia nascatur, vel aliquorum hic obloquutionem anxie morari, et propterea in domo illam retinere, probrosum ac turpe est iis quibus vivum non solum pro ipso labores patiendi, verum etiam in gravissimis quos excogitare inhumanissimi tyranni possent cruciatibus ad finem usque vitae permanendi desiderium Deus elargitur. Quo enim modo quae se quotidie in oratione ad tam ardua subeunda offerunt, coram illo se sistere audeant, si in his parvis tolerandis deficient? Quo illi modo supplicare audebunt ut sui Ordinis procuret incrementa, si hunc ipsae hoc pacto evertant? Quod quae fecerit, ut illa se veram Matris Teresiae a Jesu vocare filiam nec potest nec debet, quod timoribus id demoliatur humanis quod precationibus et orationibus divinis beata illa Mater stabilivit. Deinde, si e pecuniae cupiditate id fieri contingeret, ne videlicet fortunarum quas monasterio virgo haec inferet,

AUCTORE
RIBERA.
Admissi vero
ad tirocinium,
D

si per proba-
tionis annum
non satisfac-
erint.
E

F

seposito omni
mundano in-
tuitu,

AUCTORE
RIBERA.

A oret, jactura fiat, profecto turpe foret eam quæ paupertatis fecit votum, tam efflictim hanc ipsam a se excutere satagere, et eam quæ in Religione quam ipsa fiducia firmavit, et in monasteriis quæ tanta sunt fide condita et eadem fide hactenus conservata et propagata, moratur, tam exiguum fidem præferre. Equidem iis id responderem quod beata Matri Dominus cunctanti: « Quibus thesauris omnia hactenus condita sunt monasteria? »

e Religione dimittantur.

15 Hispalim Teresia ingressa est unum dumtaxat habens obolum ad monasterium fundandum; ante tamen quam inde digrederetur, sex aureorum millia in domus emptionem impendit: quin etiam annus aut alter abhinc non effluxit, cum aliæ ibidem comparatæ sunt aedes, quæ tredenis prope aureorum millibus steterunt; ejus autem filia in paupertate agere grave ducent, dum aliquam pecuniosam domo excludere verentur? Si hoc ipsa observarent, hac præcudubio via ad paupertatem pertingerent, si modo Deum faventem haberent: quod si non admiserint ineptas Instituto earumque facultates rejecerint, majorem Domino ad subministranda omnia necessaria victus subsidia et ad illarum animas locupletandas sollicitudinem injicient. Quæ vero hoc prosecuti sumus proœmio, pluribus confirmare possem rationibus, testimoniis atque exemplis: verum quia ad eas quæ rem norunt quæque rationi ac veritati haud difficulter obsequuntur, est sermo, quæ dicta sunt, sufficere existimo.

Hæc monita

16 Revocare dumtaxat illis in mentem volo nonnulla quoad hoc a Matre Teresia a Jesu scripto consignata; ut videant nimirum quam proposita a me documenta conformia sint iis quæ Dominus per sanctam Matrem filias edocuit. Sicut enim eam cœnobiorum fundatricem, sic et earum quas monialibus suis inesse par est virtutum fecit magistram, et veram certamque itineris quod insistere eas oportet, ducem. Teresia itaque capite xiii Viæ perfectionis in hæc verba scribit: « Hem quam ingentem charitatem et eximium Deo præstaret obsequium monialis illa, quæ, se eos qui hac in domo vigent mores ferre non posse videns, et id vere in se experiens, hinc ante abscederet quam ad votorum nuncupationem admitteretur (uti alias etiam dixi), ceterasque pace frui sua sineret! Imo nec in reliquis quidem omnibus monasteriis eam (si modo mihi fidem adhibeant) retinebunt, nec ad professionem solemnem ullatenus ante admittent quam per plurimos eam annos probarint, ut videant nimirum num morum sequatur emendatio.

confirmat Ribera

17 » Cæterum non ea hic voco errata quæ in penitentia jejuniisque peragendis committuntur, quod, quamvis errata sint, non sunt talia tamen quæ tantum damnum afferant; sed quosdam dico pravos habitus, quales sunt videlicet: velle magnifici et laudari, in aliena errata et imperfectiones accurate intueri, sua vero nunquam considerare, aliæque his similia, quæ vere ab humilitatis enascuntur defectu. Nisi sua Deus gratia illis adsit, abundantem illis spiritum communicando, donec etiam per plurimum annorum intervallum emendatio appareat, faxit Deus ne qua hujusmodi vestro in contubernio maneat. Certæ porro estote et illam pace caritatem et aliis etiam gravem fore. Unde me illorum miseret monasteriorum quæ sæpe, ne quam talis secum in dotem attulit pecuniam reddere cogantur, vel ut honori amicorum illius consulant, intra domum continent furem quæ ipsorum thesaurum diripiat. Vos honorem mundanum hac in domo abjecistis (pauperem quippe nullo loco

» sunt): alienus ergo honor tanti vobis non constet aut ita curæ sit. Honor noster, carissime, esse debet Deo servire. Si qua autem in hoc vos impedire vellet, honorem suum sibi habeat, et extra maneat.

18 » Hanc ob causam Patres nostri integrum probationis annum instituerunt; ac velim ego is mos invehatur ne qua ante decennium ad professionem admittatur: quæ enim vere futura est humilis monacha, parum morabitur professane sit necne; nam indubitatum habebit, se, si modo proba fuerit, domo non exigendam: si vero secus se gerat, cur huic Christi collegio obesse velit? Voco autem non bonam, non eam quæ aliquam vanitatem præferat (nam hoc Dei gratia longissime existimo hac domo abfuturum), verum eam dico bonam non esse quæ bene mortificata non sit et rebus mundanis adhuc adhæreat aut sibi ipsi in iis quæ supra dixi. Quæ ergo multum id in se non viderit, hæc mihi fidem adjungat, professionique sese non ingerat, nisi hic habere infernum voluerit. Utinam avertat Deus ne et alium postea experiatur; quod multæ in ipsa sint causæ ob quas eo detrudenda videatur. »

selectis quibusdam locis

19 Infra vero hæc habet: « Iterum repeto, si rebus mundanis afficiatur, nullumque in se profectum experiatur, ipsam huic monasterio ineptam videri, et ad aliud quodlibet libere, si modo religiosam vivere vitam velit, posse transire: sin minus, videbit quomodo sibi res successura sit. De me vero illa quæ sic incipit, non conqueratur quod ante ipsam non præmonuerim. » Postea vero hæc subjungit: « Alio melius loco suam operabitur salutem, fierique poterit ut sensim ad perfectionem perventura sit; quod hic ipsius vires excedit, eo quod statim perfectio acrius intendatur: nam, quamvis multum temporis sit impendendum ad sese penitus denudandum et mortificandum, rebus tamen exterioribus non nisi breve tempus impendi potest, ob damna quæ secus provenirent. Si autem novitia quæ sodales suas strenue agere videat et quæ semper in tam bono consortio conversetur, uno vel etiam medio anno non proficiat, vereor ne etiam non proficiat multis. Non dico novitiam valituram ea perfectione qua valent professæ: sed intelligi poterit eam convalescere; quod facile advertitur in morbo lethali. »

e capite xiii. E

20 Jam ante dixi a ea quæ e Viâ perfectionis affero, ex ipso Teresiæ autographo esse deprompta. Ergo ipsamet hæc capite xiv scripsit verba: « Crederim equidem Dominum minime deesse, sed multum adesse illi quæ serio aliquid apud se statuit. Unde diligenter inquirendum quæ sit intentio dicantis se monasterio, et num sibi tantum intendat illic invenire remedium, sicut crebro hodie contingit; quamquam et hoc Deus perficere possit intentum. » Postquam autem præmisisset quanti referat boni judicii virgines admittere, hæc subnectit: « Error hic pauculo temporis spatio sese non manifestat: sunt enim plurimæ quæ loquuntur bene, et judicio non valent; aliæ e contrario parum, tamen non nimis parum, loquuntur, et insigni ad res plurimas pollent judicio. Concedo quidem sanctas quasdam simplicitates esse quæ in rebus negotiisque mundi parum, sed in agendo cum Deo optime versatæ sunt. Hanc ob causam accurate inquirendum antequam admittantur, et jam admissæ diutius sunt probandæ, priusquam ad votorum emissionem transire permittantur. Intelligat porro mundus liberum esse vobis eas expellere: cum in monasteriis in quibus

F et capite xiv a

A » bus vitæ viget severitas, multæ ejus rei occurrunt
 » occasionibus; et ubi vobis id moris esse semel in-
 » notuerit, injuriam id esse nemini reputabitur.
 » 21 » Hæc eo dico quod tam infortunata hæc
 » sint tempora et tanta nostra imbecillitas ut satis
 » non sit statuta habere Majorum quæ hoc prohi-
 » beant; sed interire sinimus laudabiles consuetu-
 » dines, eo quod timeamus levem alicujus offensam
 » dictumve quod nihil reputari debet. Faxit Deus
 » ut quæ tales in Ordinem admittunt, pœnas non
 » luant in altera vita! Illis quas admittimus, num-
 » quam honestus aliquis deest color quo nobis
 » persuadeant id licitum esse; sed in tanti ponderis
 » negotio nullus prætextus est bonus. Neque enim
 » credo Dominum, si superior unicum sine ullo
 » affectu intendat domus bonum, passurum eam
 » labi et fallere; contra crediderim illas quæ ad
 » hujusmodi pietatis frivolum considerationem ita
 » attendunt, non posse non errare. Et est sane ea
 » res hujusmodi ut ab singulis bene perpendi et
 » Deo commendari digna sit, et debeat etiam præ-
 » fectam quamque animare ut id exequatur; cum
 » tanti momenti res ita singularum intersit. Quare
 » et Deum ex corde rogo ut in hoc vobis lumen
 » B » submittere dignetur. »

nec non e ca-
 pite XXVII
 b

» 22 Capite autem XXVI b Foundationum suarum
 » hæc scribit: « Si in Deum habeatis fiduciam et
 » generosa sitis mente (illius enim Majestati gene-
 » rositas gratissima est), nolite metuere ne quid-
 » quam vobis sit defuturum. Nec umquam reji-
 » ciatis eas quæ in Ordinem admitti postulant
 » (dummodo illarum desideria et naturæ talenta
 » vobis placeant), etsi forte illis necessaria ad hoc
 » subsidia desint, modo intentio illarum sit ut
 » majore hic cum perfectione Domino serviant;
 » neque etiam si fortunæ bonis careant, dummodo
 » ab internis animæ bonis sint instructæ: alia
 » namque via in duplum vobis Dominus repen-
 » det id quo hanc ob causam opus habebitis. Ma-
 » gnæ ipsa rei hujus habeo experientiam. Novit
 » quippe Majestas ejus, me, quantum recorder,
 » nullam umquam ob rei hujus defectum in Ordinem
 » suscipere prætermisisse. Testari id possunt
 » plurimæ illæ quæ solo Dei ipsius intuitu et causa
 » admissæ sunt, uti vos ipsæ non ignoratis.

libri Funda-
 tionum.

C » 23 » Et certe in veritate asseverare vobis pos-
 » sum non tantum me gaudii in animo sentire
 » solitam, dum opulentam aliquam admitto, quan-
 » tum, cum illas quæ solo Dei amore suscipiuntur:
 » imo vero locupletiores semper me timere
 » faciebant; pauperculæ autem spiritum mihi et
 » animum dilatabant, earumque admissio tanto me
 » replebat gaudio ut mihi præ mentis júbilo lacry-
 » mæ erumperent. Est hoc quam verissimum.
 » Si ergo cum domus aut emendæ aut restau-
 » randæ erant, Dominus tam fideliter nos juvit,
 » cur non facturus est idem habentibus jam nobis
 » ubi vivamus et habitemus? Mihi credite, filiæ,
 » per id vos facturas dispendium per quod factu-
 » ras vos putaretis compendium. Quando autem
 » quæ admitti postulat, facultates habet et bona,
 » nullas tamen alias obligationes et debita, si bona
 » hæc aliis relinquere velit qui fortasse iis opus
 » non habebunt, consultius sane fuerit ut vobis
 » eas in elemosinam det: aliter enim si faciat,
 » parvi id in vos affectus signum esse sentio. Sem-
 » per vero illi quæ admitti postulat, proponite ut
 » de facultatibus quas habet, disponat et faciat id
 » quod viri docti ad majorem Dei gloriam spe-
 » ctare judicabunt. Malum namque foret, si ob
 » alium quam eum quem dixi finem et scopum,
 » ab aliqua quæ admittitur, facultates peteremus.

» Namque longe plus lucramur per hoc quod illa
 » faciat quod Deo suo debet (majore, inquam,
 » cum perfectione) quam per omnes facultates
 » quas secum ferre potest; cum aliud non specte-
 » mus (nec ut aliud spectemus permittat Deus)
 » quam ut Majestati ejus in omnibus et per omnia
 » obsequium præstetur. »

AUCTORE
 BIBERA.
 D

» 24 Potuissimè omittere quæ secundo Constitutio-
 » num capite prosequitur, quod omnium passim illæ
 » in manibus versentur: verum, quod hunc Ordinem
 » intrare desiderantibus ea nosse perutile sit, non abs-
 » re fore visum est eadem hic in ipsarum gratiam
 » afferre. Hæc igitur præcipit Teresia: « Diligen-
 » opera adhibeatur ut quæ recipiendæ sunt, ora-
 » tionis sint studiosissimæ, ad omnimodam perfe-
 » ctionem aspirent, mundanosque affectus exuerint:
 » nisi enim penitus denudatæ sint, Religionis hujus
 » leges ferre non poterunt. Et sane satius longe
 » est id ante inquirere quam postea admissas emit-
 » tere. Admittendarum ætas septemdecim annis
 » non sit minor; corpore porro sint sano et mente
 » sana et ad Officium divinum recitandum et
 » chorum frequentandum idoneæ. Nullæ vero pro-
 » fessionem edere permittantur, nisi illas ante,
 » » tirocinii anno, habere noscantur conditiones quæ
 » » ad eam quæ hic servatur disciplinam necessariae
 » » sunt. Ubi vero ipsa earum placuerit qualitas, etsi
 » » nummi quos afferant, illis desint, non propterea
 » » excludendæ sunt; quemadmodum hactenus fa-
 » » cere consuevimus. Videant proinde superiores
 » » ut privato aliquo intuitu nullam admittant no-
 » » vitiam; nam paulatim opum sese ingerere posset
 » » cupiditas, et ita sensim major elemosynæ quam
 » » bonitatis conditionisque personæ ratio haberi.
 » » Numquam hoc ullo modo fiat; ingens enim id
 » » esset malum. Paupertatem semper ob oculos
 » » habeant, ad quam voto se Deo obligarant, ut
 » » bonum omni in re a se odorem exspirent, no-
 » » tentque non esse divitias quo sustententur, sed
 » » fidem, perfectionem et in Deum solum fiduciam.
 » » Constitutio hæc diligenter observetur et execu-
 » » tionem mandetur, uti oportet, monialibusque præ-
 » » legatur c. »

et a Constitu-
 tionibus.

» 25 Omnia hæc per vas hoc electum Spiritus
 » Sanctus elocutus est verba; quæ etiam ipsamet non
 » aliter opere complevit quam calamo exaravit. Dili-
 » genter siquidem qualitates examinabat earum quæ
 » in Ordinem allegi satagebant; uti sæpenumero mihi
 » id videre datum est. Quin etiam, si ipso tirocinii
 » anno exacto suum eas a rebus sæculi affectum
 » exuisse vel hoc illis vitæ genus arridere haud
 » videret, nullis ipsa adduci poterat rationibus ut ad
 » votorum nuncupationem eas admitteret; sed res
 » suas habere jussas in sæculum remittebat, negans
 » ad hoc vitæ ipsas institutum vocatas esse, quin
 » etiam asserens certissimum salutis damnum aditu-
 » ras si in hac familia permanerent, ac suam melius
 » in alio statu vel Ordine salutem operaturas. Hanc
 » ob causam quandam de consobrinis sacra, quam
 » jam annum gestarat, veste privatam paternas in
 » aedes remisit, tametsi summis apud ipsam necessariis
 » instarent precibus ut hanc apud se retineret, fieri
 » posse dicentes ut ætate crescente mores aptarentur
 » ad hoc vitæ genus, quamquam alioquin multis
 » eximisque naturæ hæc esset dotibus instructa. O
 » foeminam plusquam foeminam, mulierem fortem et
 » masculam, factam secundum cor Dei, pristinae Re-
 » ligionis restauratricem, perfectum sanctitatis exem-
 » plar, veram mundi et omnium quæ in ipso spectan-
 » tur rerum proculeatricem, veram divini Numinis
 » cultricem, quæ tantam, dum viveret, lucem diffudit,
 » et quæ etiam post mortem (vel potius meliori vivens

E

S. Teresiae;

F

AUCTORE
RIBERA.

A

eiusque Regula
S. Basilii.

vita, qualem nimirum illustra et heroica illius facinora promeruerit) rutilos quaquaversum radios diffundit!

26. Omnia porro hæc quæ suis Teresia a Jesu filiabus tradidit documenta mire cum omnium Sanctorum doctrina conveniunt, ut quæ ab eodem edocta esset magistro a quo suam ipsi etiam hauserant. Quod ut ad oculum pateat, paucis nonnulla de iisdem visum est depromere. Docet quippe imprimis S. Basilius Magnus (Regul. fusius tract., interrog. x) non passim et promiscue omnes religiosa esse donandos veste qui eam petunt, sed prius horum considerandos esse mores, num scilicet inconstantes sint ac leves necne; quos, si inconstantiam præferant, suadet exerceri ipsorumque constantiæ aliquamdiu a superioribus periculum fieri, molesta, gravia duraque illis præscribendo: quorum si robur et perseverantiam deficere viderint, dimitti, ne cæteris sint damnosi. Addit insuper dispici debere num magnum afferant peccatorum suorum pudorem ac promptum ab iis qui sibi peccandi fuere occasio, recedendi desiderium.

S. Pachomii

d

27 S. Pachomius in ea quam ab Angelo accepit constitutionum monasticarum Regula d hæc habet:

B « Si quis accesserit ad ostium monasterii volens
» sæculo renuntiare et Fratrum aggregari numero,
» non habebit intrandi libertatem, sed prius nuntiabitur Patri monasterii, et manebit paucis diebus foris ante januam, . . . et diligenter sui experimentum dabit. . . utrum possit renuntiare
» parentibus et propriam contemnere facultatem.
» Si enim viderint aptum, . . . Fratribus copuletur.
» Tunc nudabunt eum vestimentis sæcularibus, et induent habitu monachorum. » Pluribus hæc declarat Cassianus, sic scribens: « Ambiens quis
» intra cænobii recipi disciplinam, non ante prorsus admittitur quam diebus decem vel eo amplius
» pro foribus excubans, indicium perseverantiæ ac desiderii sui pariterque humilitatis ac patientiæ demonstraverit. Cumque omnium prætereuntium Fratrum genibus provolutus, et ab universis
» de industria refutatus atque despectus, tanquam qui non Religionis, sed necessitatis obtentu
» monasterium optet intrare, injuriis quoque et exprobrationibus multis affectus, experimentum
» dederit constantiæ suæ, qualisque futurus sit in tentationibus, opprobriorum tolerantia declaravit, atque ita fuerit explorato mentis ardore
C » susceptus », etc. (Institut. lib. iv, cap. iii). « Cum
» igitur quis susceptus . . . ac, depositis propriis vestimentis, habitu monasteriali fuerit accinctus,
» non statim congregationi Fratrum commisceri permittitur, sed deputatur seniori, qui seorsim,
» haud longe a vestibulo monasterii commanens, habet curam peregrinorum et advenientium deputatam, eisque omnem diligentiam susceptionis
» et humanitatis impendit. Cumque ibidem integro anno deserviens absque ulla querela suum circa
» peregrinos exhibuerit famulatum, imbutus per hoc prima institutione humilitatis ac patientiæ,
» atque in ea longa exercitatione præcognitus, admiscendus ex hoc congregationi Fratrum », etc. (c. vii).

et S. Benedicti

28 Idem quoque in sua Regula fieri suasit S. Benedictus, nonnulla etiam addens signa e quibus constantia et bona tironis vocatio dignosci queat. Ait igitur in hæc verba: « Noviter quis veniens ad
» conversionem, non ei facilis tribuatur ingressus.
» Sed, sicut ait Apostolus, probate spiritus, si ex
» Deo sint (1 Joann. iv, 1). Ergo si veniens perseveraverit pulsans, et illatas sibi injurias et difficultatem ingressus post quatuor aut quinque

» dies visus fuerit patienter portare et insistere
D » petitioni suæ, annuatur ei ingressus, et sit in
» cella hospitem paucis diebus. Postea autem sit
» in cella novitiorum, ubi meditetur et manducet
» et dormiat. Et senior ei talis deputetur qui aptus
» sit ad lucrandas animas: qui super eum omnino
» curiose intendat, et sollicitus sit, si revera Deum
» querit, si sollicitus est ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria. Prædicentur ei dura et
» aspera, per quæ itur ad Deum. Si promiserit de
» stabilitatis suæ perseverantia, post duorum mensium circulum legatur ei hæc Regula, et dicatur
» ei: Ecce lex, sub qua militare vis: si potes observare, ingredi; si vero non potes, liber discede.
» Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam
» cellam novitiorum, et iterum probetur in omni
» patientia. Et post sex mensium circulum relegatur ei Regula; ut sciat ad quod ingreditur. Et si
» adhuc stat, post quatuor menses iterum relegatur
» ei eadem Regula. Et si habita secum deliberatione promiserit se omnia custodire et cuncta
» sibi imperata servare, tunc suscipiatur in Congregatione, sciens lege Regulæ constitutum
» quod ei ex illa die non liceat egredi de monasterio, nec collum excutere de sub jugo Regulæ,
E » quam sub tam morosa deliberatione licuit aut
» excusare aut suscipere » (cap. lviii).

29 Cardinalis porro de Turrecremata (in Reg. S. Bened., tract. xii), pluribus in hoc Regulæ Benedictinæ caput commentatus et plurimis id ipsum auctoritatibus Sanctorum rationibusque confirmans, insigni opus ait esse in monachis admittendis discretionem: quemadmodum qui generosum habere vult vinum, magna vites conquirat discretionem e quibus id colligat, sic etiam facere oportere qui novos in Religionem surculos adsciscit. Imo gravia interdum per recipientium cupiditatem censet hac in parte peccata committi. Sicut enim nautæ nonnumquam ægros in mare deturbant, antequam plene emoriantur, quo eorum possessiones occupent; ita nonnulli in Religionem veluti ejiciunt eos qui in mundo adhuc vivunt, spe bonorum quæ ex iisdem obtingent. Quam vero antiqui fuerint a cooptandis vel ad votorum emissionem suis in monasteriis opum et hereditatis desiderio admittendis alieni, facile colligi ex eo potest quod, referente Cassiano (lib. iv, cap. iv), Ægypti monachi novitios nihil sinerent secum in monasterium inferre, nec hoc ipsum quantulumcumque admitterent. Id S. Benedictus (cap. lviii) in pauperes vult erogari, quando tirones professionem nuncupaturi sunt; tametsi etiam concedat ut, si illis inspiratum divinitus sit, facultates pro pio suo in monasterium affectu, donatione solemniter facta, in ipsum transcribant. Ex his similibusque quæ in Sanctis leguntur rebus, quasque commode abbas Smaragdus, eandem Regulam commentans (cap. lviii), adfert, haud difficile intelligitur quantus sit eorum qui in Religionem admitti petunt, delectus habendus, et quod, postquam jam cooptati sint, illorum sit faciendum periculum, ut ex eo colligatur num Instituto huic sint idonei; quam debeant esse a rebus mundanis alieni, quam mundo mortui, ut inde ad votorum emissionem transeant; quanta etiam libertate et fortitudine professio sit neganda iis qui tales non erunt; denique quam parva opum habenda sit ratio. Paucis hæc sunt quæ Teresia pluribus in suis Constitutionibus præscripsit.

consonant
ostendit.

F

ANNOTATA.

a Ribera id dicit lib. ii, cap. 1. Plura de caris libri

A libri hujus autographis et editionibus vide in Comm. prævio ad num. 1496 et seqq.

b Notatu dignum est Riberam, ad normam truncatum editionum libri *Fundationum*, citare caput XXVI pro capite XXVII. Inde constat egraphum quo usus est, jam tum mutilatum fuisse uno alterove capite; de quo vide Comment. prævium (num. 1546 et seq.). Quod ergo ibi, cum hanc Ribera citationem nondum advertissem, conjectavi, nunc pro certo affirmare ausim, nempe non eos qui primi excuderunt, sed qui primi ex autographo transcripserunt, truncasse *Fundationum* librum.

c Si demas aliquot voces quæ spectant ad ingredientes sine dote, hæc eadem verba reperire est in superioribus etiam *Constitutionum Carmeli Excalceati* editionibus, v. g. in illa quam R. P. Generalis Honoratus a S. Teresia anno 1835 adornavit et cujus gallica recens facta versio mihi præ manibus est. Hic per transennam adverte Ribera Teresiam attribuisse ipsa *Constitutionum* verba; quæ confirmantur quæ dixi § LXXXVII.

d S. Pachomii *Regulam legis in Codice Regularum* quas collegit Lucas Holstenius et illustravit Marianus Brockie (Augustæ Vindelicorum, 1759). Illa cujus compendium affert Ribera, habetur ibi tom. I, pag. 28, et tom. II, pag. 47.

B

CAPUT I.

*Naturales S. Teresiae dotes,
et sublimis illius oratio.*

Qui quæ hactenus a me dicta sunt, evolverit, jam vivam eam in iisdem se observasse Matris Teresiae a Jesu putabit imaginem quam historiae hujus initio exhibiturum me pollicitus eram; verumtamen eam in iis quæ lucusque commemoravi, nonnisi primoribus lineis descripsi. Hinc jam vivos ei addere colores et lineamentorum decora quam possum elegantissima apponere conabor: tametsi numquam, quæcumque demum dixerò, ad illam sim pulchritudinem perventurus quam revera in se continebat; ut non minus hic quam inter rem pictam et vivam est, futurum sit discrimen, quin etiam majus, quod tam imperita eam sit depictura manus, qualis mea est. Verum antequam ad id quod ipsa erat, ad virtutes, inquam, illius donaque supernaturalia perveniam, de naturalibus, quibus eam singulari quadam ratione decorarat Omnipotens, nonnulla visum est præmittere.

2 Sicut in Angelis qui natura est excellentior, is etiam gratia aequalibus præcellit, ita sæpe etiam fieri in hominibus videmus ut quos ad altiorum gratiam et eminentiora charismata supernaturalia Deus elegit, iis etiam excellentiorem naturam elargiatur: uti in ea quam Teresia a Jesu accepit natura patebit. Erat siquidem a statura decora et in juventute forma liberali, cujus etiam in decrepita ætate apparebant indicia; corpore toroso et candido; vultu autem rotundo ac pleno, eoque debita magnitudinis: colorem hic habebat candidum apte sanguineo mixtum, qui, quoties in oratione versabatur, succensus flammescibat et mirum splendorem induibat. Tota facies nitebat et dulcedinem præ se ferebat. Capillo erat nigro et crispo; fronte lata, æquali et formosa; superciliis subflavis in nigrorem aliquatenus tendentibus, iisque majoribus et spissioribus, non tamen multum obliquis, sed quodammodo planis. Oculos habebat nigros et rotundos, modice protuberantes, nec tamen ingentes, sed optime locatos, vivaces et blandos; qui, ipsa ridente, toti etiam remidebant et comem suavitatem

spirabant, miram nihilominus gravitatem, si quando ad illam vultum vellet componere. Nasus erat utcumque parvus nec admodum in medio tuberosus; illius vero extremitas rotundior et inferne nonnihil prominens: nares angustiores et incurvæ. Os nec magnum dixisses nec parvum: labrum superius delicatum et rectum, inferius vero utcumque crassius et superne provergens, in quo et mirus insidebat lepos et color decorus. Dentes nacta erat bonos admodum; mentum quale quis desideret; aures nec parvitatem nec magnitudinem debitam excedentes; jugulum vero latum et breve satis, et ipsum modice extrorsum vergens; manus denique exiguas et pulchras. In faciei parte sinistra tres parvas habebat verrucas, quæ naturalem oris pulchritudinem mire cohonestabant: unam paulo infra nasum medium, alteram nasum inter et os, tertiam denique infra os. Has ipse singulares corporis illius notas accepi ex iis qui diutius eam intuiti sunt quam ego. Tota, quanta erat, speciem præferbat insignem: qualem etiam ipse prodebat incessus. Tantam vero gratiam habebat ut quotquot eam intuerentur, mirifice erga ipsam afficerentur. Illius viventis, provinciali Gratiano jubente, a F. Joanne de Miseria, Excalceato laico, viro religioso, imago depicta fuit. Egregie hoc quidem consilio posteritati consuluit Gratianus, etsi in eo errarit quod non a lectissimo totius Hispaniæ pictore sanctæ adeo virginis ad vivum magis exprimi, ad multorum consolationem, imaginem curarit. Ad hujus prototypi exemplum reliquæ quæ bene aut satis bene eam referunt, imagines sint efformatæ. Notandum porro est in harum nonnullis, dum in vestis, quam, dum depingeretur, induta erat, manicis frustilla quædam laciniosa imitari conabantur pictores, acuminatas illi affictas esse manicas, quales nec ipsa gestavit nec Excalceatæ gestant: in velo quoque, ut exprimerent filorum reflexum, plicas aliquot eleganter factas illi additas videri; dum tamen in his nullo ipsa artificio utebatur.

3 Jam a corpore ad animam transeamus b. Bonum Teresia a Deo nacta erat ingenium. Hoc vel in multis ejus relucet opificiis quæ manu concinnavit c et in quibus multas tam ingeniose et tam pie representat historias ut aspicientibus devotionem ingenerent et admirationem. Intellectum quoque præstantem nacta erat, acutum et multa simul complectentem; judicium sedatum, nullam levitatem præferens, sed maturitate et prudentia plenum. Quæ sibi facienda incumbabant, maturo examine librabat, et quæ introrsum in rei quam cogitatione expendebat, medulla latebant, inspiciebat; circa quam cum quid statuisset, id magna constantia exequi connebat. Prudentia, sive ad ea quæ moliebatur dirigenda animasque ad Deum deducendas, sive ad monasteria sua gubernanda, utebatur singulari: uti videre licet tam in domibus quas ipsa condidit, quam in monialibus quæ in iisdem degunt, quas ad tantam humilitatem, passionum victoriam spiritumque orationis erudit. Magna pollebat in negotiis conficiendis dexteritate, cunctaque rite disponebat; ad quod semper corporis vires in se reperiebat. Litteras quoque ad optimates et alios ad quos necesse erat, scribebat, suisque epistolis sæpe magnas res ad felicem exitum perducebat. Facili etiam negotio ingenium, talentum et condiciones comprehendebat eorum quibuscum agebat: unde fiebat ut qua singuli deducendi essent via perspiceret.

4 Magna quolibet claritate et amore docebat, præstantesque theologos tanti faciebat ut nullum

ingenii præstantia,
b

c

F

generositate,

his

CAP. I.
Teresia a natura spectabilis erat

forma corporali,

a

AUCTORE
RIBERA.

A

his inconsultis magni momenti negotium suscipere. Animum habebat plusquam muliebrem, cumque generosum et masculum; quo fiebat ut quidquid vellet, exequeretur, et omnes naturae motus, Deo adminiculante, compesceret. Facile id perspicui dabatur, cum a suis monasteriis digredi cogeretur: licet enim nonnisi ægerrime a filiabus suis quas abiens relinquebat, divelleretur, praesertim cum exinde sibi numquam eas revisum iri praevidebat, tamen dolorem, ne ipsas affligeret, premebat, perinde ac si nihil in se sensisset. Cum pater in eam incidisset ægritudinem e qua decessit, etsi Teresia affecta admodum valetudine tum uteretur, apud ipsum tamen manere et verbis ipsum, qua poterat, consolari conata est, quem hic subibat laborem nihil morans: et tametsi mors illius ita ei gravis accideret, ut, sicut ipsa post referre non dubitavit, illo ex hac vita decedente, evelli sibi crederet viscera, nihilominus tantos animos prætulit ut nullum ei signum doloris ostenderet, et tam diu apud ipsum hæserit quoad exspiraret, non magis eum quem sentiebat dolorem exterius prodens quam si nihil sua interfuisset; cum tamen sciret, patre e vivis sublato, omne simul sibi gaudium et consolationem quam habere hoc in mundo posset, sublatum iri.

fortitudine,
liberalitate,

5 Videre hoc etiam licet in patientia et fortitudine quam in magnis quotidianisque suis ægritudinibus præferebat; tum etiam quod insigni animi æquitate adversa, persecutiones sinistrosque rerum eventus pateretur. Magnanimitate porro erat tanta, ut grandia et extraordinaria suscipere non dubitaret, et ad exitum etiam perduceret *d*, idque summa quadam cum voluptate: quæ vero facilia erant et quotidiana, nequiquam hoc illi gaudium pariebant, nec ad ea æque ferebatur. Unumquemque colebat et debita prosequabatur reverentia: si quando tamen cum magnatibus agendum erat, nativa quadam majestate inter illos versabatur et sermocinabatur, perinde ac si una de illorum numero exstifisset; quibus etiam quidquid dicendum erat, dicebat, eorumque errata coarguebat. Si cujus horum dissolvenda amicitia videretur, magna id mentis generositate ac facili negotio præstabat; uti nonnumquam videre licuit. Etsi vero miro paupertatis studio teneretur, liberalis tamen cumprimis, et in sumptibus necessariis subeundis, quamvis nihil argenti suppeteret, erat generosa. Denique omnibus erat numeris absoluta.

conversations
blanda,

6 In sermone blanda erat, et in conversatione suavis, gravis, hilaris, aperta, prudens; unde de quacumque loquendum erat re, de ea loquebatur bene, et audientibus quibuslibet mire placebat. Atque hæc fuit ratio cur, ad quoscumque sese conferret, pari ab omnibus affectu exciperetur simul et æstimaretur. Parentes ejus illam plus quam reliquam prolem amabant, et quilibet fratrum ejus Teresiam sororem præ cæteris diligebat: moniales ejus in ipsam magis ferebantur quam in matrem: cara denique erat confessariis suis atque omnibus qui cum ipsa loquebantur; nam mirificam ad hominum animos sibi devinciendos potestatem nacta erat. Si quos magni nominis viros adversari sibi nosset vel malevolis ab iis se criminationibus impeti, eos ipsa adiens, nonnulla suorum cum ipsis negotiorum, prout expedire magis comperiebat, communicabat; imo prius nihil habebat quam pio ipsos obsequio devincire: unde fiebat ut meliorem de ipsa opinionem conciperent, atque deinceps majori in illam amore et voluntate ferrentur.

affabili ac mo-
desta,

7 Pari omnes affabilitate et humanitate compellabat, nec non mira oris hilaritate, nullam in sermone austeritatem, sed sanctam et suavem præ se

ferens libertatem; ut quotquot illam videbant *D* resque illius perspectas habebant, obstupescerent, eam cui tam sublime orationis genus familiare erat et quæ cum Deo quam proxime agebat, non aliter cum hominibus agere ac si nihil horum donorum habuisset. Quo autem alii in ipsam amore erant, eodem etiam ipsa erga illos a quibus amabatur, amore agebatur, nec non erga omnes quos probos, sinceros, honestos nosset, ac nominatim eos quos peculiari cultus divini promovendi et proximorum salutis procurandæ studio videbat teneri. Hic porro illius amor ortum a mira animi gratitudine habebat: unde beneficiorum, tametsi minimorum, tum in se tum in filias collatorum, memoriam conservabat; eaque verbis extollere et agnoscere ac beneficientibus maximas cum verbis tum opere ipso, quomodocumque poterat, gratias agere numquam cessabat. Inerat illi et hoc animi nobilitatis genus (quod omnibus longe erat gratissimum) quod, etiam maximo suo dispendio, neminem non adjuvare, beneficiis afflicere, et quoad ejus fieri poterat, recreare solemne haberet. Hinc in misericordiæ et charitatis opera impensius incumbebat, dissimulationis et obrectationum, etiam minimarum, adversaria: hinc nullius nisi sui *E* ipsius commemorabat delictum: hinc neminem non prout poterat laudabat: hinc alienas vulgabat virtutes et extollebat verbis, suas autem insigni celabat industria et imminuebat.

8 Singularem colebat honestatem, et natura tam in verbis quam in operibus ab omni aliena erat immunditia; solitudinis erat amica et ad omnem bonitatem propensa. Honorem vero permagni faciebat, antequam eam Deus penitus sibi dicasset: unde hac honoris æstimatione velut freno quodam retinebatur ne quid ageret e quo is detrimentum caperet. Atque ut animæ et corporis munditiam colebat *e*, sic et vestium nitor illi cordi erat; unde eas scitas et bene compositas habere solebat: omnisque illi cum interior tum exterior dissolutio displicebat. In victu sobrietatem summam servabat, vini usum ignorabat, miram in vestitu paupertatem colebat, etsi nitidam. Commodi sui parca admodum erat, etsi ob quotidianas assiduasque ægritudines maxime eo opus haberet; in suarum vero recreationibus larga satis, ac tum pietatis viscera velut laxabat. Hinc, dum incommodum per viam obtigisset hospitium, maxime de comitibus erat sollicita, laborabatque ut his rite prospiceretur; ipsa vero vel minimo contenta erat.

honestate, so-
brietate,

9 Veritatis adeo studiosa fuit ut omnem fraudem perosam haberet. Hanc ob causam, cum eo tempore quo, orationis studio omisso, in aliena distracta erat, a patre ex intervallo viseretur, ferre non poterat ipsum in errore versari, credentem filiam orationi et recollectioni vacare; quare non ante quievit quam ab hoc cum errore liberasset. Deinde etiam nihil ipsam magis torsit quam assiduo recurrens cogitatio num suis confessariis fucum faceret, tametsi se nosset ab iis decipiendis animo esse alienissimo. Non necesse erat severo eam tractare modo: sed si suavi ritu dirigeretur, se præbebat ductilem. Atque idcirco, cum nondum totam Deo se dedicarat, quos ab eo accipiebat favores ut gravissimas delictorum negligentiarumque suarum castigationes ducebat; quia, quod tum se a Deo gratis præveniri sentiret, cum reprehensionem promeruisse, videns nimirum quantopere in ipsum offenderet non magis se gratam præbendo illi a quo tam benigne haberetur, pudore suffundebatur ac se torquebat, magisque cruciabatur quam omnibus morbis, doloribus ac laboribus quibus afflictebatur.

veracitate,

A etabatur. His enim sibi videbatur aliquatenus satisfacere suo erga Deum debito; gratiarum vero acceptio, cum illas minus promeretur, terribilis quidam cruciatus illi videbatur. His quæ dixi et aliis plurimis quæ dici queant ab illis qui melius uniuscujusque nosse indolem possunt, si familiariter eum aliquando tractarint, excellentem illam exprimere naturam volui quam huic Deus communicarat, simul etiam vas describere quod altissimis donis quæ in ipsum post inserturus erat, accipendis destinaret. Verum, quod naturam perficiat gratia, hæc longe amplius in sequentibus capitibus, in quibus et gratiarum lumina et admirabiles quas illi Omnipotens communicavit virtutes deducemus, perspicui poterit.

CAP. II.
Ejus oratio.

10 Jam ad supernaturalem partem veniamus, in qua Dei se magnitudo adeo manifestavit, et perfectissimæ monachæ exemplar exprimamus; ut non illius modo filia, tam quæ sunt quam quæ post existent, verum omnes etiam moniales et quotquot animæ ad perfectionis pertingere fastigium desiderant, suos ante oculos habeant quam intueantur et imitentur, hoc exploratum habentes, quo illi se magis conformabunt, eo se perfectiores ac religiosiores fore. Plurimi præstanti ingenio viri maxima contentione conati sunt perfectissimam mentem suam ac similitudinem ejus concipere rei quam exprimere contendebant; unde et verba conceptibus suis exprimendis paria invenire: verumtamen expresserunt, non id quod aliquando viderant vel norant, sed quo ingenii acumine et verborum eloquentia pertingere potuerunt. In suis de Republica libris Plato et in Politicis Aristoteles perfectissimam quamdam civitatem et rempublicam depinxerunt; sed eam hujusmodi ut similem terra nulla viderit. Stoici multa de viro sapiente prodidere; verum qualem eum volunt, nec ipsi sua viderunt unquam nec nos nostra ætate videmus. Quis in hac mortali vita eam unquam vidit felicitatem vel beatitudinem quam in primo et postremo Ethicorum libro depingit Aristoteles? Is item orator quem tribus de Oratore libris delineat Tullius, et aulicus quem tanta eloquentia describit comes Balthasar Castilionius, intelligi quidem et optari, at nec videri possunt nec haberi. Equidem quæ perfectissima Excalceatæ aut alterius cujuslibet sanctimonialis sit imago, expressurus, meas unius imaginationes non sequar nec ingenium meum torquebo, nec rerum quas nunquam vidi exaggerationes afferam, uti nec illa quæ de hac materia tractantes spirituales viri videre optarunt; sed ea dumtaxat quæ magnus ille Dominus in hac sancta virgine spectanda dedit et quæ in illa et vidimus et cognovimus ipsi qui eandem familiariter tractavimus, ea denique quæ ejus libris hodie vulgata produntur. Magna nos hoc in genere laboris parte ipsemet Deus liberavit, pluraque in eadem est potenti sua ipse manu operari dignatus quam divite et eloquente sua lingua quis posset extollere: adeo ut, cum verbis simplicibus puram ejus quod revera fuit dixerem veritatem, promissa mea adimpleam, illorumque satisfaciam votis qui opere et re ipsa perfecta videre volunt quæ de perfectionis religionis sublimitate in libris scripta passim leguntur. De illis igitur virtutibus locuturus quæ in beata illa anima magis eluxere, non inepte facturus videbor, si ab oratione exordium duxero; quæ penicillus quodammodo fuit quo pulcherrimam hanc picturam suam ad perfectionem Omnipotens perduxit, cuique uni admirabilium illorum est honorum et gratiarum quas cœlitus habuit, communicatio adscribenda. Unde jucundum atque utile omnibus existimo futurum illos hic describere gradus

quibus ad altissimum orationis genus ad quod pergit, ipsam provexit. Hos e variis scriptorum ejus locis eruam, acervatim hic illa producam quæ ipsa sparsim produxit. Quibus porro rem ipsa verbis expressit, iisdem eam hic ego describam: hoc enim pacto ea melius explicabitur et majorem apud omnes auctoritatem inveniet, velut certior et securior; ac præsertim ex iis quæ Vitæ suæ libro complexa est, potissimam dicendorum partem mutuabor.

AUCTORE
RIBERA.
D

11 Qui primus illi viam ad orationem ostendit, fuit tertium Abecedarium Osunæ; quem librum sequi penitus decrevit: nam hactenus quam hic inire rationem deberet, nescierat. Jam tunc lacrymarum illi donum Dominus communicarat, idque ejus ariditatis loco qua frigere solebat. Paucos post menses, quibus solitudinem sectari et orationem colere cepit, quietudinis illi orationem dedit, et interdum etiam unionis; etsi quidnam utrumque esset, ipsa ignoraret: quam ille gratiam ne quidem post multorum annorum intervallum dare, et non nisi paucissimis, solet. Tam eximios porro in ipsa id orationis genus producebat effectus, ut, cum necdum viginti haberet ætatis annos, jam universum sub pedibus premere sibi mundum videretur. Illius autem orandi ratio in eo potissimum versabatur ut Jesum Christum in anima sibi præsentem quam posset frequentissime habere contenderet, ac, si quod mysterium meditatione pervolvebat, ipsum velut præsens sibi introrsum fingeret; quamquam spiritualium librorum lectione magis tunc temporis gauderet, eo quod intellectu in mysteria penetrandi et Christum interne sibi representandi usum nondum haberet. Hinc orare non poterat absque libro, nisi forte cum a sacra Communionisurgeret mensa. Hoc orationis genus duodeviginti annis usurpavit, et sæpe quidem summo cum labore, mira spiritus ariditate h et incredibili cogitationum concertatione i: cum enim intellectu non ratiocinaretur, nec cogitare aliquid posset nisi simul ad amandum se voluntas daret, in oratione diu perseverare non poterat: hanc nimirum ob causam quid lectitabat.

ad quam beatitudo
se juvabat

9

E

12 Quocirca sine libro se ad orandum non aliter componebat quam si cum multis sine scuto pugnare oportuisset: in ipso siquidem libro diversarum cogitationum quibus oppugnabatur ictus quodammodo excipiebat. Non tamen semper ariditatem experiebatur, sed tantum quando librum ad manum non habebat. Ubi enim legere quid inciperet, cogitationes recolligebat, atque animam divagantem veluti per blanditias reducebat; unde sæpe tantum libri apertione erat opus. Alias pauca, alias multa legebat, pro communicatæ illi a Domino gratiæ mensura. Hoc tempore orationis exercitium annum eoque amplius intermisit, idque perfectæ cujusdam humilitatis speciem qua illi diabolus imponebat; siquidem illi nefas videbatur, cum ita viveret, tam familiariter cum Domino agere: qua falsa persuasione plurimum sibi nocuit. Nova cœlitus illustrata luce, ad pristinum orandi modum rediit, Salvatorem interius sibi præsentem fingere allaborans: quem quo majori in solitudine magisque desertum videbat, eo majus inde ad animam ejus lucrum accedebat; cum se crederet nimirum ab eo ita solo et afflicto melius admittendam. Inde fiebat ut ex representata illius in horto orantis imagine miram consolationem experiretur, atque ibi se illi soli sociam adderet: quare hunc illius sudorem et afflictionem animo dum volveret, eos quos poterat, ciebat in mente motus. Optasset hunc sudorem sua manu abstergere; verum cum flagitiorum subiret memoria, minime audebat id facere: atque hic hærebat, in quantum

lectione librorum
spiritualium

h
i

F

AUCTORE
RIBERA.

A ingruentium cogitationum multitudo sinebat. Imo multis antehac annis hæc animo volvens singulis noctibus se ad dormiendum componere solebat: unde etiam permultum in spiritu profecit; nam inde, etsi id ipsa nesciret, orationis est exercitium paulatim nacta. Agrorum, aquæ florumve aspectus ingentem illi fructum attulit: eo namque excitabatur, ad se introsum redibat et Creatoris inibi memoriam inveniebat; is denique illi libri instar erat. Cælestia porro et alia admodum sublimia agitare animo non poterat, sed ea dumtaxat quæ sub aspectum cadebant.

et pia imaginatio.

B 13 Redemptorem Jesum, quantumcumque de ejusdem legebat pulchritudine, quotcumque eum expressum videbat imaginibus, numquam sibi fingere præsentem poterat nisi ut cæcus cum alio quopiam loquens, quem adesse quidem præsentem novit, sed minime videt, et nescit cujusmodi sit: ac propterea ut aliquam ejus in se efformaret imaginem, imaginum erat studiosissima. Inde cum se magis ab distrahendæ mentis occasionibus avocaret, orationique insisteret ardentius, majores illi Deus oranti delicias et sâpidos mentis gustus dabat frequentiores. Verum numquam hos ipsa postulabat, uti nec cordis teneritudinem; neve eam data opera petere audebat. Unum hoc a Domino continenter flagitabat, sibi ut plenam delictorum veniam concederet, manumque auxiliarem porrigeret ne posthac amplius in ipsum delinquendo incurreret; utpote cum sciret maximæ illius misericordiæ adscribendum esse quod sinneret suos illam ante oculos versari et sibi præsentem esse, licet omni alio sibi denegato favore. Semel dumtaxat, cum incredibili quadam mentis ariditate mens torperet, has animi delicias petiit: ut tamen animadvertit quid ageret, adeo sui ipsam puduit ut sola hæc exiguæ humilitatis suæ consideratione hanc sibi dulcedinem quam petere a Deo ausa fuerat, conciliarit. Hoc ipso tempore et etiam ante interdum aliqua sentiebat principia rei illius quam jam dicam; etsi id nonnisi brevissime: verum exinde id multo est experta perfectius, cum paulatim ad id Deus ipsam eveheret fastigium ad quod sanctissimæ animæ pertingunt. Nimirum in illa representatione qua se apud Christum versari fingeat, quin etiam interdum aliquid e libro lectitanti, efficax quidam nihil minus cogitanti occurrebat sensus præsentia Dei, ut nulla ratione dubitare posset hunc præsentem intra se versari seque intra ipsum esse absorptam.

deinde etiam corporis castigatione.

C 14 Nulla quidem hic erat visio; anima tamen suspendebatur et tota extra se versari videbatur: amabat voluntas; memoria prope perdita erat; intellectus multarum erat quas inaudiebat rerum admiratione velut percussus, quod nimirum illi Deus manifestaret nihil eorum quæ divina ejus Majestas illi representabat, ab ipsa intelligi. Quo interim se ipsa magis disponebat, eo plura illi Deus charismata communicabat; ut non aliud is velle videretur quam ut ipsa recipere eum vellet. Hinc illi ut plurimum orationem quietis, non raro etiam unionis, dare cepit; quæ quidem valde diu durabat cum magna delectatione et suavitate, necnon cum incredibili securitate quod hæc gratia a Deo descenderet: semper porro hinc multo discedebat melior et majori mentis donata robore. Tandem, confessarii sui consilio, penitentiam mortificationemque suæ addere orationi cepit, necnon quotidie aliquod Dominicæ Passionis mysterium evolvere, et quoad poterat, divinis saporibus ac deliciis resistere. Bimestri circiter hoc observavit; atque

interim, quo suavitatibus spiritus magis obluctabatur, eo illæ dabantur frequentius, ut quotidie in spirituali stadio magis et magis progrediretur. Hoc evoluto tempore, suasor illi beatæ memoriæ Franciscus de Borgia exstitit ne Deo amplius resisteret, sed ab aliquo Dominicæ Passionis articulo orationem auspicaretur, et, si in ea mentem Dominus sustolleret, ab eodem se sinneret abripi. Unde non multo post raptus pati et excessus mentis cepit; in quorum pluribus cum illa Deus loquebatur. Hæc autem sermocinatio ingentes producebat effectus et insignem in ejus anima fructum.

D 15 Exinde visionis genus illi obligit qua Christum sibi sentiebat adesse præsentem, secum loqui (quamvis eum nec corporis nec animæ cerneret oculis) ac denique secum incedere, omnium actionum suarum testem: quem etiam, cum se paulisper recolligeret vel non multum ad exteriora effunderet, manifeste apud se sentiebat; atque hoc pacto fiebat ut multo altiores in se perciperet effectus quam eatenus experta erat. Harum (inquit ipsa de se) gratiarum vel una ita animam immutare potis est ut nihil ipsa amet præter eum quem videt; qui, etsi nullam ipsa a parte sua adhibeat diligentiam, tam ingentium illam bonorum capacem reddit, adeo intima illi arcana communicat, et ita se illi familiarem præbet, ut scribi nequeat. Hæc illi visio ad aliquot continenter adhæsit dies, tantumque ei profuit ut interim orationem non intermitteret, daretque operam ne qua in re illum quem operum suorum adesse testem tam manifeste perspiciebat, offenderet. Haud multo post visiones imaginarias habere cepit, in quibus sæpe se illi Jesus spectandum dabat; etsi sub initium totum se non manifestaret, sed per partes paulatim, donec tandem totus tanta illi apparuit pulchritudine ut nullis posset verbis exprimi.

per varios gradus.

E 16 Hoc visionum genus duobus annis cum dimidio illi frequens fuit; sed exinde ad aliquod temporis spatium eodem caruit, ut interim longe illi altiora Deus concederet, adeo scilicet ingentes divini amoris impetus ut desiderio emoreretur seque ipsa non caperet, necnon alias visiones admodum sublimes, quas ultimis Vitæ suæ capitibus ipsa descripsit. Hæc porro assidua Jesu Christi præsentia in trium divinarum Personarum est commutata præsentiam, ut ipsa quadam in scheda exaratum in hæc verba reliquit: « Illa trium Personarum quam initio dixi præsentia ad hunc usque diem Commemorationi S. Pauli Apostoli sacrum » ut plurimum mihi præsens in anima exstitit. Et » quoniam hactenus semper solum Jesum Christum » habere præsentem consuevi, tres cernere Personas mihi impedimento quodammodo esse videbatur, quamquam nonnisi unum esse Deum intelligam. Cumque hac de re mecum ipsa cogitarem, » dicentem Dominum audiui errare me in eo quod » quæ animæ sunt, eadem qua corporalia representatione mihi imaginarer; scirem proinde ea » inter se admodum distare, et capacem esse animam ut multa comprehendat. »

tandem pervenit.

F 17 Qua autem circa ultimos vitæ annos usa est orandi ratione, hæc ipsa est quam ad Mansionum calcem designat quamque Matrimonii spiritualis appellat nomine. Ita porro arcte Domino fruebatur ut ideo sibi gravem illum capitis dolorem quem patiebatur, a Deo dari diceret, ne hac in vita nimio abundaret gaudio. Hæc illi oratio numquam deerat, sed modo majori modo minori cum lumine. Interim dum ea fruebatur, nihil habebat quod confessariis diceret, nisi in rebus aliquot particularibus et negotiis

ad maximum sublimitatem.

A gaudiis occurrentibus. Verum qui aliquatenus ejus ad quam ipsa pervenit sublimitatem orationis videre voluerit, cum quem paulo ante laudavi librum, cui Castellum interius seu Mansiones nomen est, consulat; in ejus sexta et septima Mansionem eam aliud nihil tractantem quam quæ huc spectant, videbit, atque in genere declarantem quæ sibi a Domino communicabantur, S. Paulum quodammodo imitando, dicentem : « Non enim audeo » aliquid loqui eorum quæ per me non efficit » Christus » (Rom. xv, 18). Notandum porro est raptus illos, qui admodum initio frequentes erant, postea, quo longius progrediebatur, præsertim in publico, non adeo crebro illi accidere solitos. Rei hujus causam quadam in charta sic scripto commisit : « Cogitanti mihi ecquæ causa sit cur modo in » publico nunquam pene me contingat extra me » rapti, hæc facta vox est : Non est id in præsens » conveniens; jam quippe satis auctoritatis tibi » comparasti ad ea quæ specto : nefariorum hominum imbecillitati consulimus. » Ex quo enim Sanctissimæ Trinitatis visiones, de quibus capite iv dicendi erit locus, illi exhiberi consueverunt, raptibus carere cepit, nondum tamen omnino, usquedum prioratum cœnobii Incarnationis adiit : exinde enim nonnisi rarissime, saltem coram aliis, extra se rapta fuit.

ANNOTATA.

a Ampliora de forma corporis effigieque Teresiae videre est in Comm. prævio § Lxi.

b Teresiae virtutes theologales laudantur in Comment. prævio § Lxi, cardinales spectantesque ad Religionis vota § Lxii, et cetera § Lxiii. Benedictus XIV in suo opere de Beatificatione et Canonizatione, ad singulas fere quas libro tertio pertractat virtutes, citat Acta canonizationis S. Teresiae, quorum hi §§ pars sunt. Quare supervacaneum duco lectorem continuo ad Benedictum remittere, cum viz quidquam ibi alleget aliud quam quod illis §§ continetur.

c In Comm. prævio, num. 1472, dictum est in Genuensi S. Annae conventu asservari sericum velum calicis reticulatum Sanctæ manibus contextum et eleganter elaboratum.

d Teresia prudentiam simul et fortitudinem testatam facit reformatio Carmelitici Ordinis; quod magno verborum pondere enuntiat Gregorius XV in Bulla canonizationis ejus (vide Comm. prævium, num. 1387). Verum quoque non minus quam grave est hoc Anni Teresiani effatum : Supremus Ecclesiæ Pontifex, Rex et Generalis Ordinis Præpositus, quæ trina est potestas in orbe maxima, commoliti fuerant Carmeli reformationem, sed incassum. Ad illam perficiendam Dei omnipotentia humilem adhibuit virginem Teresiam (tom. I, pag. 323). Ob illas virtutes animique dotes Ill. Palafox non veritus est eam primam sæculi sui feminam nuncupare. Leges prævius epistolam quæ præfixa est tomo primo Epistolarum Teresianarum.

e Cum ultima manus Constitutionibus in capitulo anni 1581 admoveenda esset, in hæc verba scribit ad P. Gratianum : Ob Dei amorem mundities servetur in lectis et mappis, tametsi expensa subeunda sint. Est enim quid terribile, si ipsa desideretur. Quin imo id vel insertum velim Constitutionibus. Hanc quoque munditiei in Teresia amorem venuste narrat individua ejus sodalis, Anna a S. Bartholomæo, illo conscripta a se Vita suæ loco qui citatus fuit in Comment. prævio, num. 1009.

f Scriptor is Venetiis anno 1528 edidit librum de Aulico, sæpe recusum et in plures linguas versum.

g Ribera, hic scribens Sanctam nondum vigesimum annum attigisse, ut oratione quæ dicitur quietis, gaudebat, dissentit a sua ipsius chronotaxi quæ supra (num. 54) statuit Teresiam monasterium fuisse ingressam anno ætatis suæ vigesimo primo; adeoque

confirmat sententiam nostram qua in Comm. prævio (num. 82) et hic supra (not. f ad cap. iii libri i) tenemus Teresiam monacham factam esse biennio ante, cum annum agebat decimum nonum. Nimirum constat ex autographa ejus Vita (cap. iv, num. 2 et 3) orationis genus quod ex Osunæ Abecedario didicerat, eximios illos in ipsa effectus produxisse, quando jam erat monialis, et quidem a sesqui jam anno (quod probabilius saltem videri diximus in Comm. prævio, num. 100); ita ut censeamus Ribera nec hic accurate loqui, cum videatur scribere debuisse eam ætatis suæ vigesimo primo, potius quam vigesimo, nactam esse orationem quietis.

h E Vita ejus (cap. iv, num. 3) videmus Sanctam se eo sensu in oratione aridam dicere quod non posset intellectu ratiocinari aut phantasia sibi res sensibiles representare, sed esset una sibi agendum voluntate et jugis orationis materia haurienda esset e lectitato libro.

i D. Sancium Davila, qui postea Giennensis episcopus fuit, inquietum ob distractam sæpe per orationem mentem, pulchre sedat Teresia suo ipsius exemplo, sic inquit : Quod recitationem attinet divini Officii, etsi forte multum desim, malim id imputare debilitati capitis, velimque ut pariter et tu id facias : etenim Dominus, siquidem oramus, perbene novit nos id apprimere recte præstare velle. Idem ego hodie pro culpa confessa sum P. Magistro Dominico (Bañez), et respondit mihi ad hæc non attenderem. Supplico igitur tibi id habeas pro inevitabili malo (tom. IV epist., fragm. 2). Alibi fatetur mentem suam orationis tempore haud raro abripi in foundationem qua occupabatur monasteriorum. Atque id sane ad solatium pacemque sit anxii nimium animabus, quamquam non vis qui opus Dei fraudulenter (sive ut Septuaginta habent : negligenter) faciunt, de quibus Jeremias XLVIII, 10.

CAPUT II.

Varii orationis supernaturalis modi, et rerum cælestium Teresiae data cognitio.

Etsi longior sim, tamen dicta clarius enucleare est animus, hic inserendo commentariolum a illius descriptum manu de modis orationis sibi a Deo communicatis; idque tum quia hic uno fasce complexa est ea qua in suis libris sparsim hinc inde scripserat, tum ne pereant neu in lucem edi negligantur verba illa adeo lectu et intellectu digna. Sane quæ superiori sum capite prosecutus et præsentem etiam prosequar, magna mihi laudandi Altissimi fuerunt occasio, quod tam eximias huic ancillæ suæ communicavit dotes, quodque gradus illos hic expressos videam per quos illam tam sublimem provexit. Qui vero hæc lecturus est, eandem ea ob causam legat oportet; non vero ut se eadem plane intelligere et idem insistere iter et pares revelationes et raptus velle debere credat : stolidum quippe id et inane foret, uti capite viii videre dabitur, quo quæ Teresia orandi tradebat præcepta prosequimur. Id quippe humanis comparari viribus non potest; sed a Deo, quomodocumque et quando illi alluuerit, concedatur necesse est : quod qui obtinere se posse alia via sperat, ne ille multum ab eo quod sperat, deflectit. Quocirca nemo inde superbiendi et errandi occasionem mutuatur, unde sui humiliandi Deique dilaudandi capere eum oporteat.

19 Hunc ipsa commentarium ad suorum confessoriorum quempiam scribit; quem antequam incipiat, in hæc verba præfatur : « In omnibus quæ » deinceps

AUCTORE
RIBERA
D

CAP. III.
In oratione
supernaturali
ex ordine no-
tantur
a

F

intimus divi-
ni præsentia
sentus,

AUCTORE
RIBERA.

A

» deinceps dictura sum, intelligere te velim non
» mihi propositum esse ut rem quam trado certam
» esse cogitem; fieri quippe potest me eam ne
» quidem intelligere: verum unum hoc affirmare
» possum, nihil me hic allaturam quod non ali-
» quando vel etiam crebrius experta sim. Rectene
» vel secus id sit. R. V. dispiciet, meque certorem
» reddet. » Inde ad rem hoc pacto descendit: « Vi-
» deor mihi rem gratam tibi factura, quod inde ab
» initio de rebus supernaturalibus agere incipiam:
» possumus enim hic, Deo dante, nobis comparare
» devotionem, teneras lacrymas et meditationes.
» Prima quam, quantum mihi videtur, sensi, oratio
» supernaturalis (ita enim id appello quod nostra
» industria et diligentia, quæcumque demum ad-
» hibeatur, comparari nequit; tametsi huc se quis
» disponere queat, Dei succurrente gratia, quæ huc
» imprimis necessaria est) est quedam Dei præsen-
» tia, quæ quidem nullatenus dici visio potest;
» quotiescumque tamen quis divinæ ejus com-
» mendare se Majestati desiderat (modo nulla
» mentis sit ariditas), etsi ore dumtaxat id fiat,
» hanc invenire videtur. » Omnis quidem oratio quæ
» meritoria est, supernaturale est opus; quia super-
» naturali ope instituitur: eam tamen supernatura-
» lem hic Teresia per excellentiam vocat, quam,
» quocumque nisu conitamus, consequi non possumus;
» quod nonnisi a Deo tota ipsa descendat, atque,
» ut S. Dionysius scriptum reliquit, divina homo in
» ea patiatur potius quam operetur. Eodem modo
» hanc orationem declarat S. Angela de Fulginio
» capite xxvi libri sui.

recollectio
interior.

20 » Alter modus orationis supernaturalis in-
» terior est recollectio quæ in anima sentitur,
» ut non minus suos ea ibi habere videatur sen-
» sus quam in corpore habet exteriores. Nam
» in se a tumultu exteriori sese divertere velle
» videtur (hinc etiam interdum hunc post se re-
» jicit) et oculos ocludere; nec quidquam audire
» vel videre vel intelligere aliud illi volupe est
» quam id quo tunc anima distinetur, soli scilicet
» Deo posse loqui. Nulla hic sensuum vel faculta-
» tum fit privatio: omnia enim integra manent;
» sed ea dumtaxat recollecta sunt, ut in Deo occu-
» pentur. Facile id intelliget is cui quid simile a
» Domino concessum fuerit; non vero ille cui id
» negabitur, nisi multis verbis et comparisonibus
» adhibitis. » Secundum hunc orandi modum Te-
» resia primo posuerat loco: at quoniam in ejusdem
» fine oblitam se alterius cujusdam ait quem ante
» hunc frequentarat, ideo illum principe loco visum
» est ponere. Pergit autem: « Ex hac recollectione
» nascitur in anima interdum quietudo et pax inte-
» rior admodum suavis; nihil ut sibi deesse putet,
» imo ipsum etiam loqui grave sibi existimet, et
» nonnisi amare vellet. Atque hoc aliquamdiu du-
» rat, imo quandoque satis diu.

potentiarum
somnus et
unio.

21 » Ex hoc orandi modo sequi sopor solet,
» quem potentiarum somnum dicunt, ut hæ nec ab-
» sorptæ penitus sint nec ita suspensæ ut raptum
» dicere possis, etsi etiam omnino non sit unio.
» Interdum, imo etiam sæpius, intelligit anima
» solam voluntatem unitam esse; facile quippe per-
» spicitur (ut quidem videtur) eam penitus in Deo
» occupatam esse, et animam ipsam videre unde
» proveniat quod alia tunc in re esse nequeat vel
» operari: alia autem due potentiæ liberæ sunt, ut
» aliis ad Dei obsequium spectantibus rebus et
» operibus vacare possint; Martha denique et Ma-
» ria simul junguntur. Percontabar P. Franciscum
» de Borgia, Societatis Jesu Generalem, num esset
» illusio: hoc quippe mihi scrupulum movebat.

» Roganti is respondit persæpe id posse contingere. D
» Quando vero omnium animæ potentiarum est
» unio, longe aliud est; nullum quippe tunc exter-
» num opus operari ipsa potest: intellectus siqui-
» dem quodammodo consternatus est; voluntas
» vero magis amat quam quid intelligat; ne quidem
» intelligit si amet, nec quid faciat, ita ut ipsum
» quid sit, dicere nequeat. Neque etiam, quantum
» mihi videtur, ullam tunc anima habet memoriam
» vel cogitationem: imo ne sensus quidem corporis
» tunc experrecti vigilant; siquidem is tunc ejus
» est status quasi eos omnes amisisset, quo magis
» vacet anima iis quibus tum fruitur: hi, ut ipsa
» quidem sentio, brevi illo temporis intervallo
» plane perduntur. Non admodum diuturnum id
» est: attamen ex humilitatis aliarumque virtutum
» ac desideriorum quibus tum anima locupletatur
» thesauris ingens apparet bonum quod illi per
» hanc gratiam accessit; sed quale id sit, verbis
» exprimi nequit. Etsi enim id animæ possidenti
» intelligendum detur, nescit tamen quomodo id
» intelligat, nec, meo quidem judicio, verbis hoc
» exponere potest. Si gratia hæc vera est, nullam
» sane majorem in hac via spirituali conferre Deus
» potest, aut saltem de maximarum illa numero E
» est, si raptum et suspensionem demas.

22 » Hæc, quantum intelligo, omnia idem sunt; suspensio,
» vocare id tamen suspensionem soleo, ne raptum
» dicam, quæ vox stuporem movere audienti solet.
» Et sane hæc quam dixi unio etiam suspensionis
» nomine dici potest. Hoc vero inter illam et ra-
» ptum est discrimen quod raptus sit diuturnior
» et magis in his exterioribus sentiat; quia et
» respirandi paulatim deficit facultas, adeo ut nec
» lingua laxari nec oculi aperiri queant. Etsi vero
» hoc in unione etiam fiat, in raptu tamen id fit
» vehementius; quod naturalis calor nescio quo
» recedat: imo quando raptus magnus est (nam in
» omnibus hisce orandi modis magis et minus
» habet locum), manus rigore congelascunt et in-
» terdum adinstar stipitum extenduntur; et corpus,
» si stanti vel flectenti raptus incidat, in eodem
» manet situ: anima vero illorum quæ a Domino
» ipsi representantur, fruitioni adeo immergitur
» ut corpus suum animare oblivisci videatur
» ipsumque deserat; et si raptus diuturnus sit, ad
» nervos se sensus extendit. Censeam equidem
» Dominum velle ut in raptu potius anima intel-
» ligat ea quibus fruitur quam in unione. F
» etiam non raro in raptu nonnulla illi divina ar-
» cana revelantur; quosque tunc ipsa in se expe-
» ritur effectus maximi sunt, uti et suiipsius obli-
» vio, quod potentem illum Dominum ac Deum
» ab omnibus cognosci ac laudari velit. Non potest,
» uti equidem sentio, si a Deo is descendat, non
» perspicere nihil se hic penitus potuisse, necnon
» suam intelligere miseriam atque ingratitudinem,
» quod non pro eo atque oportuit illi Domino ser-
» vieri qui e sola bonitate tam singularem sibi
» contulit gratiam: nam hic sensus et suavitas longe
» excedunt omne id quod cum illis hic comparari
» queat; nisi enim sensim horum evanesceret me-
» moria, semper illi recreationes hujus mundi
» nauseosæ viderentur. Atque hinc quidquid ter-
» rentum est, flocci facit.

23 » Illud porro inter id quod suspensionem raptus,
» dixi et raptum est discrimen. In suspensione
» anima paulatim rebus hisce exterioribus mori-
» ritur, illarumque sensum amittit et Deo vivere
» incipit. Raptus vero cum una tantum venit no-
» titia quam divina Majestas in intima animæ in-
» fundit penetralia, ea velocitate ut ab illo ipsa
» sibi

AUCTORE
RIBERA.
D

A » sibi in superiorem sui partem videatur sustolli :
 » nam, ut illi videtur, corpore se putat excedere.
 » Quare principio illi opus est generositate qua se
 » intra Dei manus consignet, ut ipsam ille quo-
 » cumque voluerit deducat. Nam quoadusque in
 » pace illam divina Majestas constituat, quo
 » eam trahere vult (trahere, inquam, eo ut subli-
 » mia intelligat), certum est initio promptam re-
 » quiri mortis pro ipso oppetendae voluntatem :
 » nescit quippe misella anima (scilicet initio) quid
 » illud futurum tandem sit. Atque hoc pacto virtu-
 » tes, mea sententia, magis roborantur; quia magis
 » ipsa denudatur, et magni illius Dei potestas
 » magis manifestatur, ut timeatur et ametur :
 » quandoquidem aliud nil possumus, animam ra-
 » piente Deo qui illius dominus est. Inde ipsa
 » maxime dolet se eum offendisse, ac stupet se id
 » ausam fuisse in tantam Majestatem, vehemen-
 » tique premitur desiderio ut nemo in eam insur-
 » gat, sed laudent eam omnes. Crediderim equidem
 » ardentissima illa quibus animarum salus expe-
 » titur desideria, simul etiam singularem huc quo-
 » quo modo cooperandi voluntatem, atque ut
 » magnum illud Numen, prout meretur, colatur,
 » ab hocce fonte proficisci.

spiritus vola-
tus.

B » 24 » Spiritus volatus est quid (quod quo dicam
 » nomine, nescio) ab intimo animae penitrali ascen-
 » dens. Hujus solius comparationis recordor, quam
 » eo posui loco quo tu has aliasque orandi ratio-
 » nes pluribus a me deductas nosti : tam tenuis
 » namque mea est memoria ut statim me rerum ca-
 » piam oblivio. Anima et spiritus unum quid esse
 » mihi videntur; seu potius igni, si magnus est et
 » jam ad arendum dispositus, similis est anima ex
 » dispositione quam ad Deum habet. Sicut namque
 » ignis, ubi jamjam ardet, flammam ejaculatur
 » quae in altum sese attollat, neque tamen is ignis
 » differt ab eo qui inferius manet, nec, licet
 » flamma haec sursum feratur, propterea inferne
 » ignis esse desinit; ita etiam in anima se res habet :
 » videtur namque haec tam repentinum quid et
 » delicatum ex se producere ut ad superiorem id
 » partem evolet et eo properet quo Domino pla-
 » cuerit; quod apertius declarari nequit, adeo ut vo-
 » latus esse videatur : cui enim alteri rei comparem
 » nescio. Scio tamen id evidenter satis intelligi, et
 » impediri minime posse. Videtur scilicet avicula
 » illa ex hujus carnis miseria et corporis hujus
 » carcere evolare, et ita magis iis quae illi a Do-
 » mino communicantur, sese implere. Adeo id
 » quidem subtile ac pretiosum est, prout id anima
 » complectitur, ut nulla ibi esse videatur illusio,
 » quando locum habet. Exinde vero enascebatur
 » timor, quod cui haec obtingebant, adeo foret
 » miserabilis ut merito sibi videretur posse timere
 » omnia; etsi in anima interiori magna quaedam
 » lateret certitudo ac securitas, cum qua quidem
 » vivere poterat, non tanta tamen ut propterea
 » omnis illi non adhibenda esset diligentia ne quo
 » modo deciperetur.

impetus ani-
mae

C » 25 » Impetum vehemens voco desiderium quod
 » animam interdum occupat, quamvis nulla praes-
 » cesserit oratio (quin imo ut plurimum sic con-
 » tingere solet), sed repentina dumtaxat recordatio
 » qua a Deo se absentem esse ingemit, vel audi-
 » tum dumtaxat verbum quod eo referri queat.
 » Adeo quidem potens et ejus interdum efficacia
 » haec recordatio est ut quo momento animam
 » extra se rapere videatur. Atque quemadmodum,
 » dum subito triste nuntiatur infortunium quod
 » ante ignorabatur, vel dum repentina ingruit con-
 » sternatio, quae intellectui ratiocinationem qua se

» consoletur, auferre videatur, anima perculsa
 » haeret, ita quoque hic contingit, nisi quod poena
 » nascatur tali ex causa ut in anima cognitio ma-
 » neat mortem quae hoc nomine oppetenda esset,
 » gratam et optandam esse. Tale denique quid est
 » ut quidquid tum anima intelligit, majoris ei sit
 » poenae causa, et etiam Deus nolle videatur ut
 » illius esse illi prosit, nec recordetur unius illius
 » se voluntate vivere, sed in tanta se agere credat
 » solitudine et derelictione ut verbis exponi ne-
 » queat : universus siquidem mundus et res mun-
 » danae ipsam torquent; ac nihil demum rerum
 » creaturarum ipsam recreat, nec praeter unum Crea-
 » torem aliud concupiscit : quem tamen habere
 » videt impossibile, nisi ex hac vita emigret. Cum
 » vero se ipsa enecare nequeat, desiderio emoritur,
 » adeo ut vere in moriendi versetur periculo,
 » seque suspensam quodammodo caelum inter et
 » terram videat, ut quid de se factura sit, nesciat.

26 » Paulatim quoque sui illi Deus communi-
 » cat cognitionem, ut videat quantum amittat,
 » idque modo tam mirabili ut dici nequeat : nullus
 » quippe in mundo modus est, saltem eorum quos
 » ipsa experta sum, qui hunc aequet. Hoc unum suf-
 » ficit, quod vel media qua durat hora corpus adeo
 » debilitet et ossa ita enervet ut ne manus quidem
 » calamo characteres formare queant et gravis-
 » simos persentiant dolores. Nihil horum anima
 » sentit donec hic impetus pertransierit; nam inte-
 » riora persentiendo tota distinctur : imo ne di-
 » rissimos quidem mea opinione tunc persentisce-
 » ret cruciatus, cum tamen omnium sensuum
 » functionem exerceat, imo etiam loqui et obtu-
 » tum defigere queat, non tamen incedere; ingens
 » namque amoris ictus ad terram eam dejecit. Etsi
 » vero hujusce rei habendae emoriatur desiderio,
 » frustra est, ni Deus dederit. Impetus hic maxi-
 » mos in anima relinquit effectus et lucra. Doctor
 » hic hoc modo, alter alio hunc impetum definit;
 » nemo condemnat. Quin imo Magister Avila per
 » epistolam me monuit rem bonam esse; atque ita
 » omnes sentiunt. Anima quoque insigne id Dei
 » donum esse intelligit. Quod si crebrius foret,
 » vita foret brevior. Impetus ut plurimum hoc so-
 » lemne habet ut hic Deo famulandi ardor magna
 » cum animi teneritudine nec non lacrymarum
 » copia et vehementissimis hoc egrediendi exilii
 » loco desiderii ingruat : ubi tamen libertatem
 » anima habuerit considerandi voluntatem esse
 » Dei ut hac in vita permaneat, hoc se cogitatu
 » consolatur; suum quoque illi offert vivere, cum
 » obsecrans ut non alium quam majorem nominis
 » illius gloriam sua vita scopum respiciat : atque
 » ita res haec transit.

27 » Alia denique orandi ratio, satis revera fre-
 » quens, est genus laesionis qua anima suum cor,
 » imo seipsam, jaculo feriri credit, ut haec illi laesio
 » ingentem afferat dolorem, quo in planctus que-
 » rula prorumpat : attamen dolor adeo sapidus est
 » ut numquam eodem carere vellet. Hic porro
 » dolor non est in sensu, nec adeo materialis est
 » plaga; sed in intimis animae situs est penitrali-
 » bus, nullus ut corporalis dolor appareat. Verum
 » cum hoc non nisi comparationibus possit intel-
 » ligi, haec crassiores adhibentur : tales quippe
 » sunt, si cum hac re comparentur; aliter vero id
 » equidem exponere nequeo. Haec proinde talia
 » sunt quae nec verbis exprimi nec scripto debeant;
 » quod ea nemo possit intelligere, nisi qui idem in
 » se fuerit expertus, quatenus, inquam, hic se dolor
 » extendat. Spiritus quippe dolores a corporeis
 » permultum distant. Atque hinc eruo quomodo
 » animae

Deum arden-
ter desideran-
tis.

E

F

denique inter-
na animae
laesio.

AUCTORE
RIBERA.

» animæ in inferno ac purgatorio plura patiantur
 » quam ex corporalibus hisce cruciatibus hic ab
 » hominibus comprehendi queat. Alias hæc amoris
 » læsio ab intimo animæ procedere videtur. Vehementes
 » porro illius effectus sunt : quam tamen si
 » Deus concedere non dignetur, nulla ejus obtinenda,
 » quantovis adhibito conatu, suppetit ratio;
 » uti nec ejus avertenda, si eam elargiri dignatur
 » Deus. Sunt hæc veluti divina desideria, adeo viva
 » ac subtilia ut explicari verbis nequeant. Quod
 » autem anima se ligatam videat quominus Deo,
 » uti vellet, fruatur, hinc fit ut ipsa corpus abhorreat
 » et ceu densum parietem esse censeat qui
 » animam impedit quominus perfecte potiatur
 » Deo, quo se tum intra se (uti sibi videtur) intelligit
 » potiri sine impedimento corporis. Tum
 » quoque perspicit ingens illud malum quod Adami
 » prævaricatione nobis obvenit, quo scilicet hanc
 » libertatem amisimus. Hoc orationis genus ante
 » raptus et ante magnos eos quos dixi impetus
 » haberi solet. Dicere omiseram non aliter sublimis
 » hosce impetus desinere solere quam raptu
 » aut insigni aliquo charismate Domini, quo animam
 » consolatur et excitat ad vivendum propter
 » ipsum. Quidquid hactenus prosecuta sum, non
 » potest esse inane commentum, ob aliquot, quas
 » longum foret enumerare, rationes. An autem
 » recte dixerim necne, novit Dominus. Effectus
 » et qui inde ad animam redundat fructus non
 » possunt, quantum mihi plane videtur, non percipi.
 » Hæc quæ attuli verba sunt Matris Teresie;
 » et hæc me attulisse gaudeo, quod ea optima
 » declaratio mihi videantur illorum graduum per quos
 » ad tam sublimem orationem ipsam Deus deduxit.
 » Atque hæc potissimum causa est cur ea exscripserim,
 » non vero ut quæ orandi sit ratio servanda,
 » edocerem : neque enim hujus ea res loci est
 » aut temporis. Illa tamen ejus verba ceu breve
 » sunt compendium eorum quæ doctissimi quique de
 » his sublimibus orationis modis scripto prodidere :
 » quare ii quibus horum aliquid a Deo communicatum
 » est, fructum sibi capere inde poterunt.

CAP. IV.
Sancta frequenter
fruitur

28 Quoniam de ejus orandi genere loqui exorsus
 sum, quidquid huc spectat, antequam provehar,
 depromam; quamquam ad alias ipsius devenire
 cupio virtutes, quod ad gloriam ejus qui usque eo
 perfectas has illi tribuit et ad animarum perfectioni
 inhiantium utilitatem plurima dicenda erunt : sed
 congruus dicendarum rerum ordo hoc quod pro-
 posui suo a me jure videtur exposcere. Velim
 autem ut qui hæc lecturi sunt, ea quæ prioribus
 duobus libri primi capitibus prosecutus sum, de-
 nuo relegant, necnon hocce libro capitis tertii exor-
 dium : in iis enim quæ modo allaturus sum, aliud
 non specto quam ut illa admiremur et divinum
 propterea nomen celebremus, non vero ut eadem
 æmulando assequamur; cum id fieri nequeat ac
 stolidum foret id conari. Si quando duo arcta inter
 se necessitudine juncti sunt, sua sibi invicem
 aperiunt arcana; nam, juxta vetus adagium, ami-
 corum omnia sunt communia. Hinc, dum nefandas
 illas civitates eversurus erat Omnipotens, ait :
 » Num celare potero Abraham quæ gesturus
 » sum? » (Gen. xviii, 17); atque apud Amos
 Prophetam hunc in modum loquitur : » Non facit
 » Dominus Deus verbum, nisi revelaverit secre-
 » tum suum ad servos suos Prophetas » (Amos iii, 7),
 Apostolos etiam suos hoc modo Redemptor com-
 pellat : » Jam non dicam vos servos : quia servus
 » nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem
 » dixi amicos : quia omnia quaecumque audivi a
 » Patre meo, nota feci vobis » (Joan. xv, 15).

29 Sic diversis se Christus visionum generibus
 Teresie spectandum dedit, ac sæpe cum ipsa fami-
 liariter et amicissime est collocutus, insigniaque illi
 arcana revelavit. Jam ante narratum est ostensum
 illi ab eo infernum, ac simul etiam locum sibi
 paratum, si in eo quod cœperat insistere iter, fuis-
 set progressa, ac nisi, velut novus Abraham, præ-
 potenti illius dextera a Chaldæorum fuisset igne
 liberata. Fuit cum illi gloriam manifestavit cœle-
 stem, et præ aliis animabus ibi parentem vidit
 utrumque; et brevissimo temporis spatio res con-
 spexit altissimas nec non profundissima intellexit
 arcana quæ nullis exponi possunt verbis : quo e
 conspectu tam uberi perfusa voluptate est ut ora-
 tione nequeat comprehendi. Alias plusquam horæ
 spatium apud ipsam Dominus egit, mirabilia illi
 magna manifestans.

visione et at-
loquin
D

30 Cum quadam vice seriem vitæ illi Dominus
 in memoriam reduxisset, ita mente rapta est ut
 extra corpus versari sibi videretur aut saltem
 ignoraret verene esset in corpore, uti S. Paulus sibi
 contigisse scribit (2 Cor. xii, 2, 3); ac Jesu Christi
 Humanitatem majori quam hactenus gloria ful-
 gentem conspexit. Videre tum sibi illum admirabili
 notitia visa est in Patris considentem sinu; ut ta-
 men quomodo factum id esset, ipsa ignoraret, sed
 dumtaxat sciret se tam sublimi mysterio præsentem
 adesse. Ita tum abrepta fuit ut nonnisi multis post
 diebus ad sese rediret semperque sibi præsentem
 Filii Dei majestatem spectare videretur : e quo
 conspectu summa ad animam consolatio et fructus
 diuana vitæ. Eadem illi visio aliquoties oblata est;
 quam omnium sibi a Domino communicatarum
 excellentissimam esse dicebat.

Jesu Christi.

31 Quodam tempore, cum ardens illi Sacrosan-
 cti Eucharistiæ Panis sumendi desiderium inspira-
 tum esset, sacram subiens ædem, in raptu cœlis
 apertis quemdam in throno vidit considentem; et
 sublimi quæ interim illi communicabatur notitia
 cognovit præsentem illic adesse Divinitatem (tam-
 etsi eam non videret) innumera Angelorum cir-
 cumcinctam multitudine, et majori majestate quam
 viderat hactenus. Tam eximiam in se sentiebat
 gloriam ut nec verbis exprimi nec cogitatione com-
 prehendi queat. Nihil quidem videbat; at quidquid
 optari poterat, illic congregatum intelligebat adesse.
 Dictum illi nihil hic aliud ipsam posse agere quam
 intelligere nihil se hic posse intelligere, et perpen-
 dere quam universa nihil essent, si cum hoc com-
 parentur. Ad duas horas in hoc raptu mansit. Cum
 alia vice S. Athanasii Symbolum recitaret, subli-
 mem illi Dominus SS. Trinitatis notitiam dedit,
 quomodo nimirum unus dumtaxat esset in Perso-
 narum Trinitate Deus, idque claritate quæ in hoc
 exilii loco haberi potest maxima. Exinde illi semper
 quoad hoc mysterium magna lux mansit et singu-
 laris consolatio.

Mysterii
SS. Trinitatis
notitiam ha-
bet.

32 Quadam in charta hanc illius manu exaratam
 visionem legi : » Postridie festi S. Matthæi, cum
 » essem prout solebam ab eo tempore quo S. Tri-
 » nitatis mihi oblata visio fuit, manifeste mihi reve-
 » latum est quo illa modo in anima existat quæ
 » in gratiæ versatur statu, ita ut certis quibusdam
 » rationibus et similitudinibus id per visionem
 » imaginariam viderim. Etsi alias mihi intellectuall
 » visione apparuerit S. Trinitas, illius mihi veri-
 » tas ad dies aliquot præsens non mansit, uti
 » modo, ut nimirum ipsam cogitare et inde me
 » consolari possem. Jam video me quidem a litte-
 » ratis id olim sic audivisse, non tamen intellexisse,
 » uti modo id intelligo, etsi semper id sine dubita-
 » tione crediderim. » Alia vero in charta id scrip-
 ptum

Fidet quomo-
do Deus sit
cum anima
justa.

A ptum erat : « Feria tertia post Ascensionem Dominicam, cum diutius essem in oratione post Sacram Synaxim versata, etsi non sine poena, quod ita distracta essem ut uni alligare cogitationem rei non possem, cum Domino de misera nostra natura conqueri cœpi. Tum vero anima cœpit inflammescere, cum aperte mihi noscere videbar universam me in intellectuali visione Sanctissimam Trinitatem præsentem habere : in qua anima mea, quodam representationis modo qui erat cœu veritatis figura, quo nimirum ingenii mei tarditas id caperet, intellexit Deum trinum esse et unum. Hic tres mihi simul Personæ mecum loqui videbantur ac sese in anima mea representare, dicentes ab hoc die in tribus me rebus emendationem in meipsa percepturam, quarum singulas Personæ illæ singulæ mihi collaturæ essent. Illarum una erat charitas et in tolerando æquanimitas. Sentiens hanc in me inflammari charitatem, intellexi verba quibus Dominus ait S. Trinitatis Personas mansionem facturæ esse apud animam quæ in gratia est (Joan. xiv, 23); illas enim dicto modo intra me cernebam. » In alia scheda de eadem loquens ma-

B teria in hæc verba scribit : « Ita mihi se exhibuisse visus est ut dum aqua spongiam penetrat et pervadit : ita enim mihi anima mea Divinitatem hanc imbibisse videbatur, et tres divinas Personas in se quodammodo complexa, easque in se habere. Simul etiā hæc intellexi : Noli eniti ut me conclusum habeas in te, sed te intra me contineas. Atque ita tres illas personas intra animam meam abscondi putabam, videbamque illas ita se rebus omnibus creatis communicare ut tamen a me nunquam recederent. »

33 Quando Salmanticam abiit ut suarum illuc constitueret domicilium, hisce de rebus cum P. Martino Gutierrez, collegii S. J. eadem in civitate rectore, coram contulit; qui, præterquam quod esset eruditione et judicio eximius, magnam rerum spiritualium nactus erat experientiam. Ab illo igitur audivit hæc quæ commemoravimus de S. Trinitate ita sublimia esse ut altius ascendere in hac vita nemo queat. Hæc item de se ipsa scripsit, cum Hispalense cœnobium fundaret : « Quadam die cum orationi insisterem, sensi animam ita intra Deum esse ut nullas jam mihi superesse mundus vide-

C « mihi versiculum e Deiparæ Matris cantico : EXULTAVIT SPIRITUS MEUS IN DEO SALUTARI MEO, sic exposuit ut nec modo oblivisci possim. » Scriptum insuper erat : « In S. Augustini festo, cum a sacra surrexissem mensa, sublimi quadam ratione (nescio tamen quomodo, cum intellectui res representaretur et repente pertransiret) mihi manifestatum est tres Sacratissimæ Trinitatis Personas, quas animo insculptas gestabam, ejusdem plane in se essentiæ esse. Declaratum hoc mihi mirabili quadam conjunctione, et lumine adeo perspicuo ut aliam longe in me fecerit operationem quam si sola dumtaxat credidissem fide. Hinc factum est ut nunquam amplius exinde de aliqua singillatim Sanctissimæ Trinitatis Persona cogitare possim quin illico intelligam eas tres simul adesse : atque adeo, cum hodie mente agitare, quomodo, cum tres illæ Personæ unum dumtaxat sint, Filius solus carnem humanam assumpsisset, declaravit mihi Dominus, quomodo, etsi unum sint, tres nihilominus Personæ inter se distinctæ sint. Sunt talia scilicet hæc magnalia ut nova animæ ex hac vita emigrandi incipiant desideria, quod terrenum hoc corpus

» impediatur quominus iisdem hæc penitus perfruatur. Quamquam vero nostra infirmitas nihil horum comprehendere posse videatur, multo tamen, licet hæc in momento pertranseant, inde majus ad animam emolumentum accedit quam sibi vel multorum annorum meditatione comparare possit; quamvis, quomodo hæc fiant, intelligere nullo modo queat. »

34 Eodem loco hæc scripserat : « Cum quodam tempore hanc trium Personarum quam animo infixam gero præsentiam haberem, tanta menti oborta lux est ut indubitate crederem Deum vivum ac verum illic adesse. Talia porro mihi manifestabantur ut ea post referre non possem, atque inter cætera quomodo Dei Filius solus carnem humanam assumpsisset, non vero reliquæ duæ Personæ. Nihil tamen horum, uti dixi, referre possem : horum enim quædam tam profunde in animam meam penetrabant ut intelligere ea intellectus non aliter videretur quam dormiens vel semisopitus se putat intelligere quæ ab alio dicuntur. » Ultimo Vitæ suæ capite dicit : « Talis mihi incidit raptus mentis ut eum explicare non valeam : videbar mihi repleta et obruta claritate illa quam alias senseram. Hac in gratia quædam mihi est declarata veritas quæ omnium est veritatum complementum : quo hoc contingerit modo, dicere non possum; quia nihil videbam. Dictum mihi fuit, etsi non viderim a quo (quamquam facile intellexi hæc a Veritate ipsa verba proferri) : Quod pro te facio, non sane exiguum quid est, quin imo de horum est numero ob quæ mihi multum debes : omne enim quod mundo accidit damnum inde ortum habet quod Sacrae Scripturæ veritates clara veritate non cognoscantur; cum ejus ne vel apex quidem frustra futurus sit. Equidem semper illa mihi credidisse videbar, et fideles omnes ita credere mihi persuadebam. Tum ille : Hem, quam pauci, filia mea, vere me diligunt! Qui si me sincere diligerent, mea illos secreta non celarem. Scisne quid sit me in veritate diligere? Id est, nosse quidquid mihi gratum non est, mendacium esse. Clare videbis illud quod modo non comprehendis, in profectu quem tua hinc anima hauriet. Atque ita id reipsa comperi : nam, Deo laus, quidquid ad divinum non tendere obsequium video, tanta mihi esse videtur vanitas ac mendacium, ut, sicut ipsum intelligo, nequeam exponere, uti nec commiserationem qua compatiar illis quos hanc ignorare veritatem video. »

35 Mox quæ inde animæ emolumenta accesserint, recenset. Paulo vero inferius hæc subdit : « Quodam tempore oranti mihi repente, quin quidquam formatum cernerem, in spiritu oblatum fuit quomodo creata omnia videantur in Deo, Deusque omnia in se comprehendat. Id qui describam, nescio; sed animæ meæ intimo insculptum mansit : atque hoc de maximorum quos mihi Dominus elargitus est favorum numero est, simul et eorum qui majorem mihi confusionem incussere, dum videlicet commissa in memoriam revoco flagitia. » Deinde visa, prout potest, declarat, hac adhibita comparatione : « Dicamus Divinitatem esse cœu adamantem universo mundo majorem, et in quo quidquid agimus, perspicitur, ita ut omnia in se complectatur : nihil est quippe quod extra sit. Mirabile sane fuit in fulgido hoc adamante tam brevi spatio tam multa junctim videre; quin etiam meminisse piget, quotiescumque res adeo fœdas, qualia videlicet peccata mea sunt, in pura illa claritate repræ-

AUCTORE
RIBERA.

quid sit Deum
amare

et quomodo
omnia creata
sint in Deo.

qua ratione
tres Personæ
divinitatem unum
sint.

AUCTORE
RIBERA.

» sentatas fuisse memini. Et sane quoties recorder,
» quomodo id feram nescio, atque exinde adeo
» plena pudore mansi, ut quo me abderem, nescire
» mihi viderer », etc.

Alia plura
calitus et ma-
nifestantur.

36 Vidit quoque permulta ad Sanctissimum
Eucharistiae Sacramentum spectantia, ut suo dicam
loco. Profecto, si omnia illi a Domino communicata
magnalia hic dicere aggrederer, numquam finem
inveniret narratio. Certum illud habemus res ma-
gnas ipsam studiose suppressisse atque harum plu-
rimas scripto committere noluisse; ut manifeste
ipsa cap. xxvii ejusdem libri testatur, ubi hæc
scribit: « Ea porro familiaritate et amicitia cum
» ipsa agit ut nullus id oratione consequi possit:
» nam interdum tam præstantes in ipsam confert
» gratias ut aliquam dubitandi materiam videantur
» includere, cum quod adeo illæ sint admirabiles,
» tum vero quia in illam collatæ quæ eas tam
» parum promeruerat; adeo ut, nisi adsit fides
» valde viva, credi nequeant: quapropter pauca
» admodum de illis referre decrevi quas mihi Do-
» minus est elargitus, nisi aliud mihi a superiori-
» bus injungeretur. » Capite vero xxxii, illa de
inferno commemorata visione, in hæc scribit verba:

B « Postquam hæc aliaque magna secreta, quæ Do-
» minus mihi ex sua misericordia ostendere di-
» gnatus est, gloriam, inquam, quæ beatos, et
» supplicia quæ damnatos et impios manent, vidis-
» sem », etc. Capite autem xxxviii: « Plura de
» his rebus dicere nolo, quia, uti dixi, id non est
» necesse; etsi plurima mihi Dominus singulari
» favore dignatus sit ostendere. »

ANNOTATA.

a Id scriptum est P. Roderico Alvarez S. J. anno 1576, et habetur tomo I, epist. 18, et quidem magis integrum quam apud Riberam.

b Cl. Jacobus Balme in præstanti suo opere, *Barcinone edito anno 1842, quo, in iis quæ ad civilem Europæ culturam attinent, protestantismum confert cum Religione Catholica, visiones etiam memorat quæ utrinque habitæ perhibentur, ac nominatim illas S. Teresæ (quas inter hanc citat de Deo sub forma immensi adamantis) comparat cum visionibus quas habuisse se jactarunt Lutherus, Zwinglius aliique multi sectarii; atque animadvertit ex venditatis his pseudoreformatorum visionibus effectum prorsus alium fuisse quam e visionibus S. Teresæ, quandoquidem hæc in causa certo non fuerunt ut funderetur vel una stilla cruoris ullave gutta lacrymarum, dum illæ populos vehementer commoverunt et ad horrida bella excitarunt. Vide præfatum Balmeii opus, tom. I, not. 12 et 13 ad cap. viii, ubi hæc egregie evolvuntur.*

CAPUT III.

Propheticus S. Teresæ spiritus, et libri ab ea compositi.CAP. V.
Visiones et
revelationes
alias.

Quæ ad spiritum propheticum spectant, ita cum visionibus et magnorum arcanorum quas superiori capite tetigimus revelationibus connexa sunt ut separari nequeant. Quare mecum ipse statui nonnulla illius hic commendare vaticinia, ut ad oculum pateat quomodo in ipsa completa sit Joëlis prædictio: « Effundam spiritum meum super omni carnem, et prophetabunt filii vestri et filie vestre » (Joel ii, 28). In Veteri Testamento celebres aliquot fuere Prophetissæ, quales D

Maria soror Moysis, et Debbora, et uxor Isaïæ, quam ipse capite viii Prophetissam vocat, et Holda regis Josiæ tempore, et Anna filia Phanuelis. Apud Ethnicos vero viguere Sibyllæ, quarum non minus manifesta exstant de vitæ ac mortis Jesu Christi mysteriis et de supremo judicio oracula quam sunt Sanctorum Prophetarum apud Hebræos. In Novo vero Testamento longe major utriusque sexus vatum fuit numerus, quod in eo illud quod e Joële jam ante deprompsimus oraculum adimplendum erat. Philippus, de septem diaconorum ab Apostolis electorum numero unus, habebat quatuor filias virgines prophetantes (Act. xxi, 9). Eratque donum hoc illis temporibus adeo inter Christianos obvium ut monendi fuerint a S. Paulo Corinthiis quomodo se gerere deberent mulieres, quando in Ecclesia prophetabant, quomodo viri (1 Cor. xi, 4, 5). Quin etiam e capite xiv Epistolæ primæ ad Corinthios liquido satis colligitur quam hæc prophetiæ gratia in eorum Ecclesia communis foret; quod ipsum et in aliis Ecclesiis locum habebat. S. Justinus Martyr Dialogo cum Tryphone ad sua usque tempora prophetiæ gratiam in Ecclesia floruisse testatur. Etiam S. Thomas docet (2, 2. q. clxxxiv, art. ult.) E ab Apostolorum temporibus semper hæc fuisse qui prophetiæ habuerunt spiritum, et hanc in rem testem producit S. Augustinum, qui scribit (de Civ. Dei, l. v, c. xxvi) Theodosium imperatorem, in angustias ab hoste redactum, ad Joannem Ægypti monachum, prophetico donatum spiritu, misisse sciscitatum de belli eventu, et ab eo didicisse insignem se victoriam relaturum; quod etiam ita factum. Id Dei munus et charisma ad nostram usque ætatem in utriusque sexus Sanctis continua serie perpetuum fuit, ut primi libri capite primo pluribus declaravimus.

38 Villacastini (oppidum est Castellæ Veteris notum satis, et natale mihi solum) abhinc annis non ita multis, tempore scilicet regis Henrici Infirmi, quidam vere spiritu instructus prophetico nonnullas Castellæ impendentes calamitates, quæ etiam confugerunt, prædixit a. Ipsum quoque regem sancta quadam et prophetica libertate intrepide adeo coarguit ut linguam illi Segoviæ rex præcidi jussisset: qua abscissa, non minus locutus est quam dum eandem haberet, atque ad suam, quæ publice in foro clavis affixa erat, conversus linguam, ait: « Ibidem confixa hærebis, quia veritatem loque-
» ris. » Ipse admodum puer illo in oppido anum quamdam honestam audiui, quæ, quantum recorder, hunc se novisse narrabat. Non deerant etiam illic cives alii rerum antiquarum studiosi et fide digni qui id ipsum referebant.

39 Igitur ad institutum sermonem rediens, dicendorum occasione hoc S. Gregorii ab omnibus receptum et approbatum dogma primo præsuppono, qui hoc modo loquitur: « Prophetiæ tempora tria sunt, scilicet præteritum, præsens et futurum. » (Hom. I in Ezech.). Quod ipsum sacrarum litterarum probans testimoniis: « Prophetia, inquit, de futuro est: Ecce Virgo concipiet et pariet filium » (Is. vii, 14). Prophetia de præterito: In principio creavit Deus cælum et terram (Gen. i, 1). De illo enim tempore dixit homo quo non erat homo. Prophetia de præsenti est, quando Paulus Apostolus dicit: Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: occulta cordis ejus manifesta fiunt, et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod vere Deus in vobis sit (1 Cor. xiv, 24, 25). Cum igitur dici-
» tur:

quæ ad spiri-
tum propheti-
cum

a

F

refertur pos-
sunt,

A » tur : Occulta cordis ejus manifesta fiunt, pro-
 » fecto monstratur quia per hunc modum pro-
 » phetiae spiritus non praedicat quod futurum est,
 » sed ostendit quod est. » Unde S. Gregorius
 efficit, si praeterita et praesentia ejusmodi sint ut
 naturaliter sciri nequeant, quemdam prophetiae
 spiritum esse eadem nosse ac manifestare : scire
 enim vel aperire quae ventura sunt, prophetare est,
 quia naturali via ea sciri non possunt. Juxta hanc
 Gregorii doctrinam apparet prope omnia quae su-
 periori dicta sunt capite, imo vero sine exceptione
 omnia, ad prophetiae posse spiritum referri.

plures et insi-
 gnes

40 Hujusmodi fuit item visio illa qua in As-
 sumptionis Deiparae solemnitate modum conspexit
 qua in caelestis ea est gloria assumpta, plausum ac
 festivam congratulationem qua ibidem a Coelitibus
 admissa fuit, nec non gloriae quem obtinet locum
 (Vita cap. xxxviii). Conspexit item ad quem gloriae
 gradum beatæ aliquot animæ evectæ essent, et
 quale singularum esset in gloria discrimen. Vidit
 plures animas purgatorio egressas in cælum ascen-
 dere, de quo illa viso capite xxxviii Vitæ suæ
 scripsit : inter cæteras animam cujusdam e Socie-
 tatis nostræ Fratibus, quam, cum in collegio
 nostro Abulensi adesset Missæ Sacrificio ac pro
 ipsius salute Dominum deprecaretur, ut qui supe-
 riori nocte exspirarat, in cælos magna circumda-
 tam gloria, Christo comitante, abeuntem conspexit.
 Capitis vero xxxi ac xxxiv aliorum id genus
 visorum mentionem facit. Vidit insuper ut ab in-
 numera cacodæmonum vi divitis cujusdam cadaver
 raptaretur atque indignis haberetur modis, et quo-
 modo ferratis ipsum uncis magno sibi quisque
 conatu vindicare contenderent. Jam supra, dum
 Vallisoletani cœnobii referremus primordia, visam
 ab ea diximus Bernardini Mendozii animam ad Su-
 peros evolantem, et quidnam antea de eodem ab
 ipsa conspectum esset.

S. Teresa
 facta fuerunt.

41 Eo tempore quo in Incarnationis præpositam
 agebat, contigit Eleonoram Cepediam, Mariæ a S.
 Joanne Baptista sororem, beatæ Matris consanguineam,
 quam inde a teneris apud se habuerat annis,
 quamque ob eximia virtutum decora miro comple-
 cebatur amore (serio namque mundanis rebus se
 abdicarat, orationique ac rebus divinis sedulo stu-
 debat), ex hac vita decedere. Pridie quam hæc mo-
 reretur, vidit beata Mater felicissimum illius fore
 exitum eamque a purgatorio immunem fore. Hinc
 cum virginis corpus sociæ ad inferius odeum, quo
 terræ conderetur, deferrent, Angelos vidit monia-
 libus in bajulando auxiliarias dexterarum dare, quin
 imo suis ipsum manibus ferre : quod ipsa visum
 deinde commemorans, addebat : « ut appareat ni-
 » mirum quantopere Deus illa honoret corpora
 » quæ sanctarum fuere animarum organa. » Ita-
 que illud terræ mandandum curavit tempore summi
 Sacri, quod de SS. Eucharistia cantabatur (quia
 sepulturae dies intra octiduum Corpori Christi sa-
 crum occurrebat), idque festo organorum cantu et
 lætis multorum Alleluia carminibus ramorumque
 virore; ita ut sacra cum Christi Corpore supplicatio
 cadaver ambiret. Vidit etiam in cælos ascendentem
 doctorem Honconiam b, canonicum Abulensem, in-
 signis sanctimonie virum et theologica scientia
 præstantem, uti ex scriptis quæ ad posteritatem
 transmisit, legenti sit manifestum; audiitque pro-
 pterea purgante ab igne illum immunem existisse
 quod illibatam virginitatem coluisset.

Multa præno-
 vit de homini-
 bus particulis
 rylor,

42 Joanna Brocheria, uxor Petri Alvarez Cim-
 bron Teresiæ Abulæ versanti insigne quoddam
 Christi cruci affixi simulacrum dederat; et paucis
 illam a morte diebus Teresia purgatorio egredien-

tem vidit, crucem hanc manibus gestantem, simul
 etiam gratias agentem quod pro sua apud Deum
 liberatione deprecatrix exstisset, nec non decla-
 rantem hanc Crucifixi imaginem apud Deum causæ
 suæ plurimum profuisse. Futura multa præno-
 visse Teresiæ, jam supra e multis revelationibus
 in primi sui cœnobii fundatione illi oblati nec non
 aliis quibusdam videre licuit. Nonnullis quoque
 religiosis quæ eventura erant, prædixit, ac præ-
 sertim illi Societatis Jesu sacerdoti quocum ipsa
 de arcanis suis plurimum communicabat, cum
 Abulensis ille collegii moderatorem ageret : quæ
 deinde is ita contigisse comperit prout Teresia
 prædixerat. Cum Mariæ Cepediæ sororis ejus con-
 jux repentina adeo ablatus esset morte ut ne noxa-
 rum illi quidem aperiendarum spatium esset, Te-
 resia Deo revelante didicit etiam sororem defuncti
 uxorem subito lethi genere morituram; idque non
 semel, sed sæpius illi revelatum. Hinc illam adiens
 frequentem illi Confessionis et Eucharistiæ usum
 ac sedulam animæ suæ curam commendavit, de
 revelatione oblata tacens. Quæ deinde, quadri-
 ennio aut quinquennio exacto, peccatorum Confes-
 sione non præmissa, et nemine præsentis, de vita
 migravit : et ecce octiduo post, cum ab Eucharis-
 tico Teresia surrexisset epulo, hanc illi Dominus,
 cum in cælum conduciretur spectandam dedit.

AUCTORE
 RIBERA.

E

de Ordine
 Predicatorum,
 de Socie-
 tate Jesu,

43 Pariter, Domino revelante, plurima tum sua
 tum aliorum prænovit pericula tribus quatuorve an-
 tequam evenirent annis; atque hæc singulatim adim-
 pleta comperit. Absentes etiam per litteras similibus
 de rebus præmonuit, ut sibi prospicerent et immi-
 nentia sibi damna averterent. Religiosorum quoque
 familiis eventura multa prævidit, eaque insignia c.
 Illi siquidem haud procul a Sanctissimo Altaris Sa-
 cramento precibus insistenti apparuit quidam e Do-
 minicanæ familiæ Sanctis, ingentem manu gestans
 librum; quem ille aperiens, grandes quasdam ac
 facile legibiles litteras in eodem exaratas ut legeret,
 suasit. Scriptura autem erat ejusmodi : « Futuris
 » temporibus hic Ordo florebit, multosque habe-
 » bit Martyres. » Vidit quoque sex septemve ejus-
 dem Instituti monachos gladiis manu vibrantes :
 quo illa signo Fidem ipsos didicit propugnuros.
 Cum rursus in oratione versaretur, mente in
 excessum rapta, vastum conspexit campum, in eo-
 que plurimos decertantes, et ejusdem Ordinis viros
 singulari quodam mentis ardore in hostem ruentes.
 Horum singulis decori erant vultus et inflammati :
 manu vero strenui hostium plurimos solo affli-
 gebant; alios etiam obtruncabant. Intellexit autem
 conflictum hunc adversus hæreticos institui. Alio
 tempore, cum in oratione maxima mentis recolle-
 ctione, suavitate et quiete ageret, hominum So-
 cietatis Jesu in cælo multitudinem vidit, candida
 manibus vexilla gestantium. Quod illam specta-
 culum cum in stuporem raperet, simul et volu-
 ptatem ei afferret, quod erga hunc ipsa Ordinem
 peculiari studio ferretur, a Redemptore Jesu illico
 audiit : « Si vero ipsa scires quas hi futuris tem-
 » poribus Ecclesiæ suppetias sint laturi ! » Hanc
 sibi ait visionem sæpius oblatam. Etsi in Teresiæ
 Vita quæ typis edita circumfertur, suo hæc familia
 singillatim nomine non indicetur, in ipso tamen
 autographo, et in omnibus quos videre contigit
 calamo exaratis libris, illius aperte nomen proditum
 est.

F

44 Hæc Redemptoris Jesu verba infra cap. xi.
 rursus repetit, non tamen declarato Religionis
 ipsius nomine. Atque id totum quod modo dixi,
 certissimum est et ex ipsiusmet Teresiæ ore acce-
 ptum. Cæterum de prophetiis hisce visionibus

de Lusitana-
 rum in Africa
 clade,

AUCTORE
RIVERA.

A mihi agere incipienti jamdudum in mentem venit futurum fortasse nonneminem adeo quidem ignarum ut hæc vaticiniorum digna nomine non habeat, quod a Domino per visum dumtaxat declarata sint. Sed qui hoc sibi persuaserit, nã ille ineptus foret : omnium siquidem Prophetarum prædictiones in eo consistebant quod visum aliquod Deus illis monstraret, et quid eodem signaretur, aperiret, ac tum ore suo tum per Angelum aliquid de rebus futuris vel adeo arcanis ut naturali eã scientia sciri non possent, revelaret; quemadmodum omnia Sacrorum Vatum in Sanctis Libris oracula fidem faciunt : quod quia sole meridiano clarius est, eidem adstruendo diutius non immoror. Viginti et amplius ante annis quam funesta illa Lusitanie clades, qua rex Sebastianus cum Lusitanicæ nobilitatis flore in Africana expeditione profligatus occubuit, contingeret, Angelum Teresia conspexit, nudum et sanguine madentem ensem in idem Lusitanie regnum vibrantem *d*; nec non alium qui simili mucrone diras Gallie minas intentaret (etsi non ea indignatione succensum qua priorem) et qui simul illi indicaret quam adversus hoc regnum Dei Majestas esset concitata, nec non copiosum qui postea ibi effusus fuit sanguinem exhiberet. Demum tempus cum advenisset, atque ipsa coram Domino non mediocriter ob Sebastiani regis ac suorum internecionem affligeretur, responsum accepit : « Si dispositos eos invenerim ut ad me » eos adducerem, quid tu affligeris? »

de Reformationis suæ progressu.

45 Cum in episcopum Oxomensem doctor Velasquez canonicus Toletanus electus esset, et in odeum hunc Deo commendatura Teresia concessisset, e re divina imprimis hanc electionem fore audivit. Cœlitus item didicit Excalceatorum familiam, quæ tum summa in angustia versabatur, adeo non dissolvendam ut indies magis magisque diffunderetur. Alias ob cœtus sui afflictis et periculis negotium summopere anxie dictum a Domino : « Quiesce, modicæ fidei femina; optime » enim res agitur »; et vere Dominum dixisse non multo post videre licuit. Facta illi etiam alia (sicut e scriptis ejus eruitur), quadriennio antequam contingeret, de exoritura quadam persecutionum procella visio : in qua cœlo declarante didicit, quemadmodum pelago mersi Ægyptii perire, cum Israelitas ad internecionem persequerentur, populus autem Dei sicco pede mare pertransiit, ita a se institutum Ordinem cum ab exagitantium furore liberandum, tum vero qui ipsum vexando persequerentur, debellandos et mergendos. Alias cum valde anxietur, quod de P. Gratiani ægrotantis valetudine nihil jamdudum intelligeret, illapsa animæ interius quædam lux est, in qua eum in via vultu hilari et confirmata valetudine venientem vidit; nec non facta tum ad illam vox : « Dic illi ut illico » rem auspicietur : penes illum namque futura » victoria est. » Abula quoque (uti libro primo dixisse memini) ad Taurum oppidum cum puerum misisset qui pauculos a quadam matrona nummulos postularet, ait illi voce clara Dominus : « Pecunia jam in tuto et penes puerum est : inferiori in atrio illi numerata fuit. »

Secreta cordium vult.

46 Toleti cum in ædibus Aloisie de la Cerda commoraretur, Mariæ a S. Josepho, quæ modo Ulyssiponensis domus præfecturam administrat, tum vero ea in domo habitabat, Teresiam ejusque socias curiosius observanti ejusdem Instituti amplectendi desiderium inciderat : id tamen nec Teresiam nec cuiquam mortalium aperuerat. Cum vero reliquas Aloisiam pedisequas Teresia moueret ut Domino nostro pro suo quæque modulo famu-

larentur, et, si a parentibus juberentur comptas adhibere vestes, id ex obedientia facerent, solam Mariam a S. Josepho, quoties eam videbat, carpebat de nimio ornatus elegantioris studio atque ejus exercitia aiebat minime monialem sapere. Ut primum aliquem videbat, statim eequod orandi genus sectaretur, perspiciebat; aliorum etiam e vultu cordis arcana nec non oculos animorum discebat defectus aliaque quæ naturali ratione sciri non poterant. Beatrici item Ovallie, sororis suæ Joannæ filie, quam Excalceatarum aggregari cœtui optabat, etiam cum ipsa ab ea erat cogitatione alienissima, ait : « Nunc sectare, Beatrix, iter quod- » cumque volueris : tandem Excalceatarum instituta » suscipies. » Et reapse illa hodie sub nomine Beatricis a Jesu in monasterio Albano degit : de cujus in Religionem ingressu postea dicam. Cum matrona quædam Excalceatarum Institutum amplexa fuisset, prædixit Teresia illam in eo non perseveraturam : nec diu post illa inde recessit.

47 Ducissæ Albanæ Mariæ Henriquez prædixit se Albæ demorituram : quod ipsum etiam aliis alibi retulit; atque nominatim F. Mariano a S. Benedicto octo antequam vita excederet annis plane affirmavit a Domino sibi esse revelatum fore ut Albæ vitam poneret *e*. De Abulensi S. Josephi templo hæc ipsius exarata manu legi : « Intellexi semel : Veniet ali- » quando tempus quo ob plurima quæ hac in æde » patrandæ sunt miracula ædes sancta appellabitur. » In S. Josephi Abulæ, anno MDLXXI. » Abulæ P. Petro de Alcantara diem quo ille de vita emigraturus erat, prædixit. Hispalensi versanti declaravit Dominus salutis eam æternæ compotem aliquando fore. Suam etiam mortem multo antequam de vita decederet tempore præscivit, uti et annum qui vitæ futurus erat ultimus. Nam cum Methymnæ Agnes a Jesu præposita ab illa peteret : « Reventiane vestra jam quinquaginta novem ætatis » annos habet? » Teresia respondit : « Etiam », ac deinde velut intra dentes mussitans : « A quinquaginta novem ad duodeseptuaginta », nec plura. Quæ verba tacite notabat Isabella a Jesu, quæ tunc in tirocinio versabatur. Deinde aliquot post annis, cum Salmanticæ male affecta pro more valetudine utenti nonnulla medicus Tiedra, artis suæ callentissimus, necessaria remedia adhibenda præscriberet, nihil horum se illi respondit observaturam; causamque sciscitanti : « Quatuor illis, inquit, qui » mihi vitæ supersunt annis tam laboriosa mihi » cautione opus non est. » Hæc audiens Isabella a Jesu, quæ et priora audierat, utraque conjunxit, numeratisque annis qui a primis verbis ad illud usque tempus effluxerant, ad duodeseptuagesimum annum nonnisi hoc comperit quadriennium deesse. Re autem vera mori illam contigit, cum vitæ annos sexaginta septem ac medium et paulo amplius implesset.

48 Salmanticæ dum cum Quiteria de Avila, moniali cœnobii Incarnationis Abulensis, Matutinarum pensum persolveret, per aliquod temporis intervallum mente alienata mansit : cum deinde ad sese mens redisset, obsecravat Matrem Quiteria instanter, dicere sibi quod interea passa esset, ne gravaretur. Tum Teresia : « Franciscus de Guzman » defunctus est. » Erat hic sacerdotio insignis et illustri editus progenie, sed humilitate vitæ divinoque obsequio illustrior. Et sane post compertum est eo illum temporis articulo hæc e vita emigrasse. Deinde sororem ejus Franciscam Bracamontiam Abulæ consolata, his eam verbis appellavit : « Noli » fraterno angi decessu : optimo namque ipse est » loco; nam vidi quoddam corpus gloria donatum » et

De mortis suæ loco et tempore.

de quæ aliis rebus pluribus

A » et valde pulchrum : quamvis autem ille talis non
 » erat, ipsum tamen agnovi fuisse. » Primo sumus
 libro de Ursula a Sanctis, quæ de quatuor prima-
 rum Excalceatarum numero fuit, excessu locuti, et
 hanc a Teresia Abulæ, quatuor horis postquam
 Abulæ de vita exisset, gloria circumdatam visam
 fuisse. Segoviae existens quadam vespera ad suas
 conversa ait : « Isabella ab Angelis defuncta est,
 » atque anima ejus aliquantisper in purgatorio
 » fuit »; et ecce biduo post Salmantica, ubi deces-
 serat, allatae sunt decensus illius nuntiae Segoviam
 litterae. Eadem in civitate cum pro viri nobilis
 graviter decumbentis salute Deum anxie deprec-
 retur, divina ad illam, biduo antequam is spiritum
 redderet, allapsa vox est, dicens : « Morietur quidem,
 » sed aeternum vivet. » Nec fefellit eventus; nam
 ex hac vita emigravit. Filiarum autem suarum
 prius obitum nosse quam is per litteras nuntiaretur,
 sæpius illi cœlitus datum. Agnes a Jesu, quæ
 modo Palentinis Excalceatis præfecta est, cum, de-
 sperata plane valetudine, jam velut mortua habe-
 retur, adstantibus Teresia ait : « Hæc illi ægritudo
 » letalis non erit : ad majora enim ipsam Deus
 » reservavit. » Joannem etiam Ovalium sororis
 B suæ conjugem, quem omnes moriturum ex morbo
 indubie credebant, sanitati reddendum affirmavit;
 et ut prædictum, sic factum.

quæ naturali-
 ter sciri non
 poterant.

49 Chorus inferior templi Albani cum construe-
 retur, et cancellos in templum respicientes qua-
 drangulos, pro aliorum cœnobiorum more, fieri
 amici suaderent, Teresia ait : « Non aliud facien-
 » dum est quam fornix : eo enim loco aliquando
 » collocandum erit depositum. » Hoc igitur modo
 cancellis dispositis, moniales ideo dictum a Teresia
 credebant quasi arcam depositi quod fundatores
 ibidem pia quædam in opera erogandum relique-
 rant, huc ferri vellet : quod tamen depositum illa-
 tum in cryptam illam neuliquam est, sed aliud
 longe pretiosius, sacri, inquam, corporis illius pi-
 gnus, quod ei loco ad aliquod temporis spatium
 velut depositum concreditum mansit, ut sequenti
 sum libro pluribus declaraturus. Opinio hinc est,
 etsi non usque adeo indubitata, ad corporis sui
 depositum Teresiam tum respexisse. In quadam
 narratione quam confessarius ejus (quem de Socie-
 tate Jesu aliquem fuisse existimo) de illa deque
 ejus spiritu contextuit, hæc verba reperi : « Plura
 » mihi ipsa narravit quæ solum posse scire Deum
 C » certissimum est : erant quippe res post eventuræ
 » atque ad animum interiorum et profectum spe-
 » ctantes, et prorsus scitu impossibiles videbantur :
 » omnia porro cum veritate optime coincidere
 » comperi. »

divinitus mu-
 nita fuit.

50 Atque ut Prophetis olim Deus, quæ aliis si-
 gnificari ad animarum ipsorum salutem volebat,
 revelabat, sic et huic ancillæ suæ cum plurima
 patefecisse constat; etsi horum illi denuntiatio grata
 minime foret et a se hanc amoliri satageret. Hinc
 quodam tempore Domino ipsa aiebat : « Cur hoc
 » me, Domine, nuntio gravis? An non ea tunc
 » ipsis per te indicare potes? Cur, obsecro, me ho-
 » rum vis nuntiorum declaratione distineri? » Cui
 respondens Dominus : « Idcirco tua hæc opera utor,
 » ut, cum majoribus in rebus usui esse nequeas, ali-
 » quatenus ipsa, ut alii mihi obsequantur, adjuves,
 » et quoniam minus homo ille dispositus est ut
 » egomet illum alloquar, demum quia, si id facere
 » ipse per me velim, mihi fidem, quia non adeo
 » orationis studiosus est, minime adhiberet. » Fuit
 cum etiam libere illi dixit : « Num alii desunt, Do-
 » mine mi, præsertim litterati ac viri, qui, si tuis
 » injungeres, jussa tua me, quæ adeo sum nequam,

» longe melius exequerentur? » Tum Dominus :
 « Eo quod eruditi viri se nolunt disponere ut me-
 » cum familiariter loquantur, hinc, velut indigus
 » et ab ipsis repulsam passus, ad mulieres solatii
 » quæritandi deque rebus meis agendi causa me
 » convertito. » Idem quoque confessarius refert,
 sibi, cum quemdam commonuisset ut posthac ex
 animo se Dei obsequio dedicaret, et ipse, ratus eum
 sibi monenti auscultasse, ad illum redire nollet,
 dixisse Teresiam a magistro suo (ita namque Jesum
 Christum vocitabat) sibi injunctum esse ut illi ejus
 nomine nuntiaret ut hunc rursus virum compell-
 laret atque id illi significaret ardentem quod ipsa
 tum huic depromebat : se vero nihil cunctatum ita
 serio eidem Dei jussa aperuisse ut iis ipse ejus
 causa hæc significabatur (cum vir esset gravis,
 magni judicii et reipublicæ administratione clarus)
 ad cordis usque intima tactus sit, et in lacrymas
 prorumpens, aperire monenti non sit veritus non-
 dum se quæ facturum se receperat, facere cœpisse.

AUCTORE
 RIBERA.

D

51 Jam rerum necessarius ordo poscere videtur
 ut de libris quos Teresia composuit f, ac de præ-
 ceptis quæ ad orandum dedit, nonnulla comme-
 morem; quod universa hæc ad rerum spiritualium
 quam illi obfigisse diximus notitiam, et ad ea quæ
 capite primo de orationum illius modis dicere cœ-
 pinus, aliquatenus spectare videantur. Porro, præ-
 ter schedas quasdam sparsas hinc inde superstites,
 quibus eximia multa documenta traduntur, quinque
 ipsa commentarios, non sua sponte, sed jussu con-
 fessoriorum (quibus illa non minorem quam ipsi
 Christo Jesu obedientiam præstabat, ut tum dicta
 hæcenus tum plura post dicenda fidem facient)
 elucubravat. Primus est quidam de vita sua tracta-
 tus, qui ad usque primi Abulæ cœnobii fundatio-
 nem se extendit. Hunc scripsit jubente Garcia de
 Toledo e Dominicanis sodalibus, ejus tum confes-
 sario, anno MDLXII, quo domus Abulensis jacta
 sunt initia; eumque mense Julio ejusdem anni ab-
 solvit, in nulla distinctum capita : exinde vero ei
 in capita digesto erectionem Abulensis domus ad-
 junxit. Mirandum autem est Teresiam, dum hunc
 librum exarabat, solitam fuisse a Domino poni in
 eo orationis statu de quo scribebat, eodem modo
 quo hunc statum initio habuerat; atque ita porro
 constituebatur in omnibus ex ordine orandi modis
 quos inibi enumerat, usque ad illum in quo tunc
 temporis versabatur.

CAP. VI.
 Liberum Vita
 suæ.

f

E

52 Alter liber fuit is cui Via perfectionis nomen :
 quem exaravit cum monasterii Abulensis præfectu-
 ram gereret, idque imperante P. Dominico Bañezio,
 quo tum confessario utebatur; et eo hunc anno
 quo priorem absolvit, auspicata est. Tertius alia-
 rum sedium foundationes complectitur a Methym-
 nensi ad Burgensem usque, quæ postrema fuit. Hoc
 illa scriptum Salmanticae anno MDLXXIII exorsa
 est, suasore P. Hieronymo Ripalda Societatis Jesu,
 qui Salmanticae illi a confessionibus erat, jam se-
 ptem varia per loca constitutis domibus; cui deinde
 eas quæ deinceps condebantur, continua serie ad-
 nectebat. Quarto Castellum interius seu Mansiones
 nomen est. Hujus scribendi auctor illi exstitit do-
 ctor Velasquez, illius confessarius, qui, uti etiam
 me ante dixisse memini, ad Oxomensem cathedram,
 deinde ad Compostellanam sua ob præclara merita
 evectus est. Illis quidem diebus tam sublimem ora-
 tionis passa excessum est, adeoque in Altissimi
 contemplationem fuit evecta, ut duodecim post
 diebus ne epistolæ quidem scriptitandæ præ mentis
 absorptione par fuerit. Exinde vero intolerabilis
 ipsam capitis vexavit dolor, uti hoc ipsa libro de se
 affirmavit. Hunc ipsa tractatum, anno MDLXXVII
 in

F
 et quatuor
 alios

AUCTORE
RIBERA.

A in Augustissimæ Trinitatis festo Toleti inceptum, Abulæ eodem anno pridie festi S. Andreæ perfecit, quinque prope antequam demoreretur annis.

commentarius

53 Quintus denique commentarius fuit in Cantica Salomonis, quem suscepit scribere imperio eorum quibus (ut ipsa fatetur) obedire tenebatur. Hujus scripti non nisi pauca aliquot folia reliqua sunt: nam ut illud non nisi ex obedientia inchoavit, ita ipsum jussu imperiti ejusdam confessarii, qui scriptum etiam nondum visum damnare non est veritus, flammis injecit; quamquam satius longe fuisset, si huic viro ante non paruisset quam alios peritiores super ea re consulisset. Illico autem morem gessit, ac summo studio nomen suppressit illius qui tam temere imprudenterque id mandare est ausus quod non intelligebat; adeo ut ne P. Gratiano quidem, cui factum tamen narravit, nomen illius indicare voluerit. Et licet illius quod superest calcem legenti vere hic scribendi finem Teresia fecisse videatur, certissime tamen nobis constat longius ipsam deinde scribendo progressam fuisse.

eloquentissimos

54 Hosce porro libros maximorum negotiorum frequentia obruta, temporis quoque laborans angustis, sæpe etiam male affecto corpore, conscripsit, ut talia conscribi a tali minime posse viderentur: visum tamen est idcirco illi facile id fuisse, quod, cum ad scribendum se applicaret, tanta illi scribendarum affluebat rerum copia ut quid scriberet, minime illi præmeditandum esset, sed potius maxima in scribendo acceleratione opus; uti in plurimis librorum locis manifeste id ipsa declarat, atque imprimis sub finem libri cui Via perfectionis nomen est, hæc habet: « Mihi vero pro quantula- » cumque quam scribendo cepi molestia abunde » satisfactum est: nam quod scriberem, cogitatione ante volvere opus mihi minime fuit. » Et in manuscripto hujus libri autographo ad calcem capituli xx hæc leguntur: « Sed, eheu! quam multa » de hac via agere incipienti occurrunt, imo etiam » illi qui viam hanc adeo male inivit, qualis ipsa » sum! Utinam vero pluribus in scribendo uti » manibus possem, ne una res alterius rei oblivio- » nem induceret! » etc. Hinc scriptorum ejus nec laboriosus nec apparatus est stylus, sed talis quali in vulgari colloquio utebatur; apertus tamen, purus, gravis, genuinus, legenti gratus, et rebus quas tractaret accommodus.

et utilissimis

C 55 De oratione, contemplatione et familiari Dei cum animabus et animarum cum Deo commercio scribens, alta, subtilia sublimiaque profert, ac tali quidem modo ut etiam doctissimi, nisi simul rerum spiritualium callentissimi sint, admiraturi ea sint potius quam intellecturi: non quod ea ab ipsa non satis aperiantur (talium namque rerum exponendarum perita est imprimis, easque diversimode proponit, et quidem scitis ad hoc adhibitis comparationibus), sed quia adeo sublimia et spiritualia sunt ut se non nisi ab iis qui aliquam horum nacti sunt experientiam, facile intelligi patiantur. Et propterea (præter Viam perfectionis, qui liber, demptis duobus tribusve capitibus, omnibus usuvenire potest) non est cur subtilia quæ in majori librorum ejus parte occurrunt argumenta ab omnibus legantur, sed ab iis dumtaxat in quorum gratiam scripta sunt, quales nimirum sunt quos hac deducere via Dominus dignabitur, vel ii saltem qui ipsorum lectione nonnihil in perfectionis semita proficient, nempe illum celebrando Dominum qui se adeo munificum ostendit erga eos qui ex animo illius sese dedicant obsequio, et hoc illum nomine impensius amando.

documentis

56 Reliquis vero satis sit historica aut didactica

quæ facilia sint intellectu, evolvere. Qui vero aliquem hisce e scriptis haurire fructum voluerint, pio eadem animo et ab sinistris purgato affectibus legant oportet, in sensum sanum interpretando aliqua verba quæ non eo rigore proferuntur quo eadem in scholis adhibent theologi, et quæ non ubique ad eam trutinam revocata sunt qua versatus aliquis theologus scribendo uteretur, accuratius dicta sua expensurus, ne quid oculatis Aristarchorum pateret calumniis. Nec vero id difficile est; cum ad oculum pateat quam sana intentione ea scripta sint, tum etiam quod ex iis quæ dicuntur, facile rectum sit colligere quem habent sensum. Nam qui hoc modo libros non legerint, oppido paucos invenient auctores, etiam e gravissimis et doctissimis, in quibus non inveniant quæ in sequiorem sensum detorqueri possint.

57 Vitæ liber, præter historiam, quæ lectori voluptatem adfert, multa admodum spiritualia continet, quæ quidem omnia ex iis sunt rebus quæ Teresia ipsimet contingere: salutaria adhuc suggerit documenta ad boni ac mali spiritus inspirationes dignoscendas, et monita quibus quæ a bono descendunt foveantur et mali spiritus fraudes declinentur. Eandem doctrinam complectitur liber Mansionum, sed magis ordinate et ad experientiam accommodatus, quod quindecim post prius annis scriptum id lucem aspexerit. Verum omnium sublimissima sunt quæ tribus ultimis Mansionibus continentur, ea scilicet quæ in se ipsa vidit et experta est; nisi quod in vitæ historia de se aperte, hic vero tacito nomine loquatur. Via perfectionis magis ad communem uniuscujusque usum facit: agit quippe de oratione, illam suis deducens initiis, loquens primo de virtutibus Religioni propriis quæ ad orandum maxime requiruntur; simul etiam præclara proponit ad orationem tam vocalem quam mentalem instituendam documenta; item quæ contemplandi sit ratio, quæ oratio quietudinis: denique Orationem Dominicam quibusdam propositis meditationibus exponit. Tres illos modo laudatos tractatus jam in italicum sermonem audio conversos ab episcopo Novariensi.

58 Liber vero Foundationum plerumque historia est; interdum tamen hinc inde Teresia inseruit præclara monita ac doctrinam admodum salutarem et consentaneam ipsis in quarum gratiam hunc concinnavit sanctimonialibus. Dolendum vero commentum illud in Cantica imperfectum esse: si enim plenum id esset opus, facem id lectori, ut equidem credo, præferret ad scripti illius obscurissimi sensum integre intelligendum. Nam quoniam Cantica eas proponunt gratias quibus Deus animam sanctam quæ penitus se ei dicat, demulcet, ac divinos quibus in ipsum hæc fertur amores, et tantum paucissimi horum quidquam experti sunt, non est profecto dubitandum quin ipsa quæ iisdem jam dudum assueverat, et horum maximum, si quis unquam, habebat usum, quæque jam crebrius gustarat quam suavis sit Dominus, multo intelligeret melius quæ sponsus ac sponsa sentiebant ac inter se colloquebantur.

ANNOTATA.

a Mariana in *Historia Hispaniæ harum calamitatum plura refert præsagia lib. xxii, cap. xx.*

b De vita et scriptis Antonii Boncalæ consule Nicolaum Antonium in *Bibl. Hisp. Nov.*

c Hujusmodi plures ejus de religiosi Ordinis prophetiæ expositæ sunt in *Comm. præv., § lxxxii et seq.*

d De

A d De hac Lusitanorum clade mentio fit in Actis canonizationis (num. 1332 Comm. prævi).

e Eodem loco et etiam num. 1021 et seqq. Comm. prævi plura referuntur de præscientia quam Teresia habuit mortis suæ.

f De libro Vitæ S. Teresiæ actum fusc est § LXXVI, et de aliis ejus libris § LXXVII.

CAPUT IV.

Examina de spiritu S. Teresiæ instituta, ejusque circa orationem monita.

CAP. VII.
Spiritus Sanctus
examinavit

P Post tractatum de Teresiæ libris volebam paucis perstringere monita quæ orationi instituendæ præscribit: verum antequam illius proponam documenta, satius visum fuit præmittere quam a doctissimis et rerum spiritualium experientissimis totius Hispaniæ viris examinata et in magistram approbata fuerit; ut hoc pacto monita illius et præcepta eam quam merentur auctoritatem ac pondus accipiant. Nullus enim ea umquam S. Theologiæ doctor Salmanticæ, Compluti ac Lutetiæ rigidius ac sæpius fuit examinatus. Jam libro primo nonnullos attulimus qui spiritum illius excusserant, approbarunt et laudarunt, ut P. Franciscum de Borgia, dein F. Petrum de Alcantara et alios: produxi etiam ejusdem Petri ad Abulensem antistitem epistolam, qua suum ille de ipsa judicium aliquo modo depromit. Aliquo modo, inquam; nam alteri magnæ auctoritatis viro eodem is tempore dixit se animam Teresiæ annumerare lectissimis quas tunc Deus haberet in terra animabus, et licet cum variis id genus ipse tractasset, nullam tamen omnium hæc sibi magis satisfecisse videri: Deum illam operibus ad magnum sui cultum spectantibus reservasse; neque adeo hoc Abulense cœnobium quod ipsa erigere volebat, solum ab ea fundatum iri.

et approbavit

60 Addebat nihil se, excepta Scriptura Sacra ac reliquis quæ credenda Catholica præscriberet Ecclesia, certius habere quam Teresiæ spiritum a Deo esse: quam in rem etiam alii viri gravissimi ac doctissimi egregia multa affirmarunt. Verum, quia manu illius exaratam reperi relationem, quam ipsa anno MDLXXV Hispali Roderico Alvarez S. J., cui tum animi arcana aperiebat (quod esset Dei cultor eximius et in discernendis spiritibus optime versatus), dedit, in qua id genus plurima referuntur, illa inde seligam quæ ad id quod tractamus facere videbuntur. In illa de se velut de quadam tertia loquens, ait quadraginta elapsos esse annos ex quo monasticen erat professa, et primis viginti duobus magnam semper mentis se ariditatem expertam; cœptam exinde a Domino se compelli et visitari, ac vereri cœpisse ne hæc dæmone auctore fierent.

S. Franciscus
de Borgia
aliique Societatis
Jeſu,

61 Quibus præmissis hæc subnectuntur: « Tractare cœpit cum viris spiritualibus Societatis Jeſu; quos inter fuere P. Araoz, qui erat commissarius Societatis, quem contigit illuc accedere, et P. Franciscus, qui dux olim Gandiæ fuit, quocum bis communicavit: dein cum provinciali, qui modo Romæ versatur et de quatuor Assistentium numero est, cui Egidii Gonzalez nomen; nec non cum illo qui hodie Castellanam provinciam moderatur, etsi non adeo frequenter cum hoc egerit; et cum P. Balthasare Alvarez, qui hodie Salmantini est rector collegii, et sex annos illius Confessionibus præfuit; item cum

illo qui modo Conchensis collegii rector est, nomine Salazar; cum Segoviensi quoque rectore Santanderio; cum Burgensi rectore Ripalda (qui etiam de ipsa non recte sentiebat, deceptus illis qui de ipsa sparsi erat sermonibus, quoad tandem cum ipsa coram tractare cœpit); insuper cum doctore Paulo Hernandez Toleti, qui in sacro Inquisitionis tribunali consultor erat; cum P. Gutierrez, qui, cum ipsam alloqueretur, Salmanticensi præerat collegio; denique cum aliis Patribus S. J. quos rerum spiritualium gnaros noverat, quibuscum iis in oppidis ad quæ sedes suas collocatura abibat, de suis colloqui rebus satagebat.

AUCTORE
RIBERA.

D

62 Contulit item sæpius cum P. F. Petro de Alcantara, summæ sanctimonie viro, de Excalceatorum Franciscanorum numero; qui maximo conatus est studio omnibus persuadere spiritum ipsius rectum esse. Sexennio eoque amplius varia illius facta pericula: quæ afflictionum et lacrymarum assiduarum illi seges fuit. Quo autem in ipsam inquirebatur amplius, eo suspensiones et raptus patiebatur frequentiores, etsi sensum interim maneret compos. Multis amici apud Deum insistebant precibus et Sacrificiis ut per aliud ipsam iter deduceret. Non parum interim ipsa metuebat, cum orationi non vacabat; etsi alioquin in omnibus in quibus aliquis animæ profectus consistebat, insignem in se ipsa mutationem experiretur, nullaque inani gloria effertur, imo ne minimam quidem ejusdem vel superbiendi titillationem persentisceret, ut magno contra suffunderetur rubore quod res suæ in publicum vulgarentur, quamquam de illis numquam nisi cum confessariis suis aut aliis a quibus directionis sperabat subsidium, conferret: imo his ea patefacere gravius illi erat quam si enormia enuntiasset flagitia. Credebat enim passim aliis se suaque innotescere, atque hæc nonnisi muliercularum esse nugas, quas ipsi semper acerbum fuerat audire.

S. Petrus de
Alcantara,

E

63 Paulo inferius de Francisco Salazar, qui deinde Salmantinus electus est antistes, loquitur in hæc verba: « Hic eam contristatam adeo et anxiam cernens, suasor fuit ut sua universa nec non vitæ seriem, ne vel minima quidem re omitta, Magistro Avilæ, viro in iis quæ ad orationem spectant exercitatissimo, exacte perscriberet, et illius super iisdem responso acquiesceret. Paruit suadenti, et universam vitæ rationem nec non peccata omnia illi perscripsit. Avila vero ad hæc respondens litteras, securam ipsam esse jussit eamque multum est consolatus. Hæc vitæ relatio talis fuit ut quotquot eam inspexere viri docti, ipsius, inquam, confessarii, permagnæ eam utilitatis esse dictarent, utpote quæ multis in rebus spiritualibus documenti cujusdam esse loco queat, imo etiam eandem ab ipsa transcribi jusserint, voluerintque ut alium libellum in monialium, quibus præerat, gratiam conscriberet, in quo aliquot ipsis proponeret monita. Non tamen propterea ipsa desinebat timere, utpote cum illos etiam viros, rerum spiritualium licet peritissimos, non minus quam se decipi posse putaret. Quamobrem confessario potestatem fecit, si expedire censeret, cum aliquot viris scientia præstantibus, tametsi orationis non admodum studiosis, de iisdem libere conferendi. Aliud siquidem ipsa scire non studebat quam num omnia arcana sua cum sacris voluminibus coinciderent. Interdum se ipsa hoc modo solabatur, quod, quamquam ob privata ipsa delicta decipi

Ven. Joannes
de Avila,

F

AUCTORE
BIBERA.

A

*ne plures ex
Ordinis Prae-
dicantorum*

b

B

viri erant.

C

*Ex bonis effe-
ctibus*

E

F

et aliis notis

» promerebatur, non permissurus unquam Deus
» videretur, ut tot sanctitate illustres viri, qui
» aliquam illi afferre lucem contendebant, sui
» unius causa in errorem pertraherentur.

64 » Hæc occasione cum Dominicanis sodalibus,
» quos etiam ante sibi confessarios adhibuerat,
» communicare cepit. Quos autem exinde ex hac
» familia consuluit, sunt hi: P. Vincentius Varon,
» qui ejusdem Toleti confitentis director sesquian-
» num fuit, cum interim esset S. Inquisitionis con-
» sultor: hunc etiam ante per annos plurimos
» consuluerat; erat namque eruditione spectabilis.
» Hic illam securam plane esse jussit, uti et Socie-
» tatis Jesu Patres; qui uno pariter ore asserebant,
» si in Deum peccando non offenderet, suique
» vilitatem agnosceret, nihil demum esse cur me-
» tueret. Contulit deinde cum P. Petro Ibañez b,
» qui lector erat Abulæ. Tum P. Dominicum
» Bañez, qui modo Vallisoletanum S. Gregorii
» collegium regit, per sex annos confessarium
» adhibuit, eumque, quotiescumque se dabat oc-
» casio, per litteras consuluit. Communicavit in-
» super cum Magistro Chavesio, et P. Bartholo-
» mæo de Medina, primariæ Salmantiæ cathedræ
» B » lectore, quem ob auditos rumores pessime de se
» sentire noverat, adeoque rectius dicturum cen-
» sebat num aliqua hic subesset fraus, cum tam
» parvi sua ipse faceret. Ergo abhinc biennio et
» paulo amplius qua potuit ratione contendit ut is
» sibi confitenti aures daret, et accurate toto illo
» quo ibidem egit tempore suarum illi rerum
» rationem reddidit: cui etiam quidquid de se-
» ipsa scripserat, ultro legendum dedit, quo ma-
» jorem is rerum suarum notitiam assequeretur.
» Unde factum ut is magis quam cæteri omnes in
» proposito ipsam confirmari et singularem se
» rerum ipsius fautorem præbuerit.

65 » Aliquanto etiam tempore confessario usa
» est P. Philippo de Meneses, dum Vallisoletum
» ad sedem constituendam excurrisset. Præerat hic
» ibidem ea tempestate dicto S. Gregorii collegio,
» et antea Abulam, harum rerum audita fama,
» contendere grave non duxerat, ut eam magna
» cum caritate alloqueretur, et, si forte videret
» eam a dæmone deceptam esse, lumen erranti
» daret; sin minus, ut ipsius adversus obrecta-
» tiones patrocinium susciperet: atque is quidem,
» re cognita, mirifice est recreatus. Familiariter
» C » quoque admodum cum Dominicanæ familiæ pro-
» vinciali, Salinas nomine, viro in rebus spiritua-
» libus versatissimo, de rebus suis tractavit; necnon
» cum alio præsentato cœtus ejusdem, nomine
» Lunar, qui Abulensis cœnobii moderator erat:
» Segoviæ vero consuluit P. Didacum de Yanguas.
» Hos vero inter Patres Dominicanos non deerant
» qui orationis in studio exercitatissimi essent;
» imo forte omnes erant tales: uti et alii nonnulli,
» quales, tot præsertim annorum spatio, hanc in
» rem minime defuerunt, præcipue cum tam va-
» rias ipsa in civitates ad monasteria fundenda se
» conferret. Multa ejus facta sunt pericula; nemo
» siquidem non aiebat occasionem lucis illi dandæ
» nancisci: quo factum ut non ipsam modo con-
» firmarent, sed in sua de illa opinione etiam con-
» firmarentur. Quidquid scriptum et dictum hæc-
» tenus, P. Dominico Bañezio, qui est is qui modo
» Vallisoleti agit et quocum frequentissime de suis
» rebus locuta est, legendum dedit. Cæterum ab
» ei se facile subjicienda erat alienissima qui
» omnia penitus a Deo censebat descendere: con-
» festim quippe timebat ne ambabus cacodæmon
» fucum faceret. Hinc libentius sua conferebat

» cum eo quem meticulosum videbat. Sicubi ullum D
» errandi periculum erat, in eo ut penitus secura
» esset, a se ipsa impetrare non poterat. Verum
» quam poterat diligentissime cavebat ne qua in
» re Omnipotentis Dei Numen offenderet; quin
» imo ut in re omni majoribus obediret, sedulo
» procurabat. Quibus duabus rebus, divina juvante
» gratia, tutam se ac securam fore credebat, etsi
» sibi alioquin dæmon imponeret.»

66 De effectibus porro qui inde in animam
suam dimanabant, hunc in modum loquitur: « Ex
» quo supernaturalia pati cepit, semper mens ejus
» in id quod perfectissimum erat, consecrandum
» ferebatur; atque ut plurimum incredibili quo-
» dam patiendi inardescere desiderio: quin etiam
» in maxima tribulationum quibus exagitata fuit
» multitudine numquam non singularem consola-
» tionem sentiebat, et peculiari quodam erga eum
» a quo exagitabatur, amore ferebatur. Pauper-
» tatis erat et solitudinis amantissima, optabatque
» assidue hac lacrymarum valle emigrare, quo
» Dei sui conspectu frueretur. In omnibus spiritus
» sui rebus nihil unquam habuit quod non puris-
» simum foret et castissimum: imo ne existimat
» quidem (si modo bonus sit spiritus, et superna-
» turale aliquid habeat) tale quid in eo subesse E
» posse, quod nullam corporis sui curam habeat
» nec ejusdem meminerit, cum Deo totus vacet.
» Semper quoque maxime metuit Deum Domi-
» num nostrum offendere, ejusque voluntatem in
» omnibus exequi studet. Hoc numquam non
» ipsum rogat; atque, ut sibi quidem videtur, ita
» eidem firmiter adhæret ut nihil confessarii a
» quibus gubernatur, ei dicturi essent quod ad
» majorem Dei gloriam cedere putet, quin id-
» ipsum, Dei juvante gratia, sedulo exequeretur,
» spe et fiducia freta divinam illius Majestatem
» præsto esse iis qui generose aggredi proponunt
» ea quæ ad ipsius facere obsequium et gloriam
» videbuntur. Hinc non majorem rationem sui vel
» commodorum suorum habet, si modo cum hoc
» comparentur, ac si nihil omnino hæc esset. In
» quantum intelligere de se ipsa potest et illius
» etiam confessarii intelligunt, quidquid hæc charta
» complectitur, veritati consonum est; quod et
» omnium illorum adstrui confirmarique potest
» testimonio qui ipsam jam abhinc viginti annis
» familiariter tractarunt. Spiritus siquidem ejus
» ut plurimum in divinas ipsam propellit laudes, F
» velletque omnes omnino mortales iisdem cele-
» brandis, tametsi maximo suiipsius dispendio,
» insistere. Hinc salutis animarum nascitur desi-
» derium; et, cum videat quanta rerum omnium
» terrenarum sit vanitas, quamque sine contro-
» versia interiora omnia pretiosa sint, illa paulatim
» didicit ceu quisquilias proculcare.» Ante hæc
» vero illa verba præmiserat: « Semper se æqua
» mente subiciebat his quæ injungebantur, adeo
» ut non modice contristaretur, si quando in rebus
» illis supernaturalibus parere non poterat. Hinc
» tam ejus quam monialium quas instituit, oratio
» eo potissimum spectat ut ad Fidei Catholicæ au-
» gmentum (quam etiam ob causam primum suum
» fundare orsa est cœnobium) necnon ad privatum
» Ordinis sui bonum referatur.»

67 Hæc Teresie a Jesu sunt verba, etsi nonnulla
omiserim quæ alio opportuniore deprecamur loco.
Illius porro epistolæ quam Teresia sibi a Magistro
Avila, viro docto æque ac religioso, qui tantum
fructum semper lingua sua fecit et scriptis suis fa-
cturus est, missam scribit, partem potissimam con-
spexi; quam descriptam ad me P. Gratianus Ulys-
sipone

AUCTORE
RIBERA.
D

A sipone transmisit. Hæc ille genus orandi Teresie approbat, eamque de illo securam esse jubet, seque vel e raptibus quos in hoc de vita sua tractatu refert, asserit colligere signum quo veri raptus a falsis dignoscuntur. Idem illius est de visionibus et colloquiis cum Deo iudicium, nimis illos pervicacie coarguentis qui id genus rebus ideo fidem adhibere nolunt quod iis ipsi careant vel quod cum cui eadem obtingunt, ad tantam non videant perfectionem obtigisse. Idem quoque suo testimonio confirmat Venerabilis P. Ludovicus Granatensis sub primæ partis Vitæ Magistri Avilæ finem: ubi cum quæ Teresia huic perscripserat, uti dictum est, retulisset, hæc addit: « Is cum plane rei factus » esset certior, rescripsit illi ut quiesceret firmissimeque crederet nullum suis rebus fucum subesse, quod a Deo omnia proficiscerentur. Hanc ejus epistolam vidi, sed his non insero, quia nimis longum foret de rebus adeo spiritualibus et sublimibus agere quæ omnium non sapiunt palato. » Hactenus Ludovicus Granatensis, agens de spirituum discretionem, cujus donum Deus concesserat Magistro Avilæ.

perspicue
ostensum fuit
B

68 Incidi quoque in scriptum ab uno confessariorum Teresie concinnatum, etsi certo hactenus rescire non potuerim a quo sit illud auctore contextum c. Verum, quia a prudenti et docto profectum videtur viro, qui rem matura ante discussionem diutius et penitus inspexerit necnon universas ejusdem librarit circumstantias, tum vero quod iis quæ hic scribimus, faciem præferat (quod omnia hic signa quæ ad ejus cognoscendum spiritum conferunt, uno veluti fasce complectatur), hoc loco id producam integrum ut reperi, nihil immutando, addendo, imo ne vel apicem auferendo; etsi hæc antequam Incarnationis cœnobio egrederetur et nova conderet domicilia, contigerint: postea namque sublimius multo evolavit.

Deum esse,

69 In hæc ergo verba auspicatur: « I. Prima » ratio. Dei finis est ut anima ad ipsum perveniat; » demonis vero eam a Deo abstrahere. Numquam » tales cuiquam Deus injicit metus ut a se recedat; » nec etiam tales demon ut ad Deum is perveniat. » Omnes etiam visiones, etc. Deo illam viciniorem, » necnon humiliorem, obedientiorem, etc. reddunt. II. Doctrina est S. Thomæ et reliquorum » Sanctorum, Angelum lucis e pace et quiete quam » in anima relinquit, facile cognosci. Numquam » hæc illi obtingunt quin magnam pacem et solatium in se sentiat, in tantum ut omnes mundanæ » voluptates simul junctæ cum vel minima spiritali comparari non posse videantur. III. Nullum errorem vel imperfectionem habet quam » non reprehendat is qui ipsam interne alloquitur. » IV. Numquam hujusmodi quid ipsa poposcit vel » desideravit, sed tantummodo in omnibus Dei » voluntatem adimplere. V. Quidquid dicit, divinis » conforme litteris, doctrinæ ecclesiasticæ consentaneum et in rigore omni scholastico verissimum » est. VI. Ingentem animæ puritatem et munditiem » habet, ferventissima quoque desideria Deo complacendi, et propterea quidquid terrenum est, » pedibus conculeandi. VII. Dictum illi, quidquid » a Deo postulaverit, modo æquum sit, ab illo ipsi » concedendum. Petiit proinde ipsa quamplurima, » et talia quidem quæ ob prolixitatem litteris » brevibus nequeunt includi; et hæc illi omnia » Dominus dignatus est elargiri.

et hancquam
quam diabolum,

70 » VIII. Quando hæc a Deo proveniunt, semper ad bonum privatam, publicum vel alterius » conspiciuntur diriguntur. De privato suo profectu » experientiam habet, uti etiam de aliorum plu-

» rimorum profectu. IX. Nemo cum ipsa agit (nisi » forte male sit dispositus) quin rebus ipsius ad » pietatem excitetur, etsi nullum ipsamet de his » verbum faciat. X. Quotidie in virtutum exercitio » fit perfectior, et semper ea quæ ad majorem » perfectionem tendunt, docetur. Hinc ipsa omni » illo quo hæc visiones habuit tempore quotidie » majus incrementum accepit, eo prorsus ritu quo » S. Thomas id prosequitur. XI. Numquam illi » novitates significantur vel res impertinentes, sed » tantum ea quæ ædificationem spectant. Aliquos » illi dictum est dæmoniis esse plenos, sed idcirco » dumtaxat ut intelligat quo in statu versetur » anima quæ mortali aliquo scelere in Deum peccavit. XII. Dæmoni solenne est, si quando circumvenire animam gestit, suadere ut quidquid » illi oggerit, nemini manifestet: sed huic dictum » est ut cum viris peritis Deique cultoribus super » iisdem rebus conferat, et fraudi diabolicæ locum » esse posse, si has celaverit. XIII. His ipsa e rebus » tam eximium animæ colligit fructum et tam » bono præluet exemplo ut quadraginta et amplius domus suæ moniales agant de arctiori solitudine sectanda. XIV. Hæc illi contingere solent » postquam diutius in oratione hæsit, profundius » in Deum fuit absorpta, vel illius amore inæstuavit magis, vel denique cum Sacram Synaxim » adit. XV. Hæc illi vehemens injiciunt desiderium ut bene agat et ut diaboli fraudibus non » decipiatur.

E

71 » XVI. Profundissimam producunt in illa humilitatem, ut quidquid recipit, a divina se recipere manu et a se ipsa perparum habere agnoscat. XVII. Quando iis caret, quidquid illi se » offert aliunde, molestiam ac dolorem afferre solet: ubi vero illa ingruunt, tum omnem aliarum » memoriam rerum amittit, quin potius ingens » earum loco succedit patiendi desiderium, e quo » tantam elicit voluptatem ut se ipsa præ stupore » non capiat. XVIII. Hinc fit ut in laboribus, oblationibus, persecutionibus, morbis gaudeat et » voluptatem sentiat; et licet variis morbis exagitetur, utpote cardiacis doloribus, stomacho nauseabundo aliisque ægritudinibus plurimis, ubi » visiones hæ accedunt, illico illa facessunt. XIX. Interim tamen insigniter carnem emacerat, jejuna » crebro, carnem flagellis aliisque mortificationum » generibus atterit. XX. Quidquid in hoc mundo » aliquam illi afferre voluptatem potest, et labores » quos pertulit plurimos, æquali mente patitur, » nullam pacis tranquillitatisque interioris jacturam faciens. XXI. Tam firmum Dei non offendendi concepit propositum ut se voto obligarit » nihil se quod ipsa intelligat vel alius quislibet, » qui id novit, indicet ad perfectionem majorem » tendere, omissuram, sed ipsum pro viribus executuram. Ac tametsi ut sanctos habeat Societatis Jesu Patres, et Deus opera illorum tantum » ei gratiarum contulisse videatur, mihi affirmavit » se, si majoris nosset perfectionis esse cum illis » non tractare, nec allocuturam nec visuram esse » illos, tametsi illorum ope animæ tranquillitatem » nacta et in his rebus directa sit. XXII. Certum » est gustus et Dei sensus quos assidue recipit, » et ipsius animæ ex amore divino liquefactionem, » stupenda esse. Inde toto die velut in raptu agere » videtur. XXIII. Si quando de Deo quempiam » audit cum pietatis sensu ac fervore loquentem, » sæpe in mentis excessum rapitur; cui tametsi » conetur obluctari, minime potest: ac tum quidem tali in situ manet ut magnum cunctis » dentibus pietatis sensum ingeneret.

qui in anima
Teresie

F

AUCTORE
RIBERA.
mira operaba-
tur.

72 » XXIV. Agerrime fert sua errata ab illis qui-
» buscum agit, sibi non declarari nec se coargui.
» Horum castigationem magna humilitate admittit.
A » XXV. Ferre nequit ut qui in perfectionis sunt
» statu, ei juxta Institutum suum procurandæ se-
» dulo non incumbant. XXVI. Erga consanguineos
» affectum plane exuit; est item ab hominum con-
» versatione seclanda alienissima, solitudinis vero
» amica; miro erga Sanctos affectu tenetur; sedulo
» colit festivitates ipsorum ac mysteria quæ ab Ec-
» clesia repræsentantur; denique eximiis erga Re-
» demptorem Jesum fertur sensibus. XXVII. Si quili-
» bet Societatis Patres ac quotquot ubivis terrarum
» Dei servi sunt, diabolicas has esse præstigias
» sibi dicant vel dicerent, ante illas visiones for-
» midat ac tremat; verum, cum jam in oratione et
» mentis recollectione versatur, etsi mille esset in
» frustra concidenda, sibi penitus persuadere non
» posset quin qui loquitur sibi aut apparet, Deus
» sit. XXVIII. Tam fortem et generosum illi ani-
» mum elargitus est Deus ut mirandum sit. Olim
» meticulosa esse solebat; sed modo cacodæmones
» omnes pedibus premit. Abest procul a mulie-
» bribus ineptis et a scrupulis; et est sincerissima.
B » XXIX. Dedit illi insuper Deus suavissimarum
» donum lacrymarum, magnam erga proximos
» commiserationem, et suorum delictorum cogni-
» tionem, æstimationem bonorum et sui contem-
» ptum. Asseveranter dico ipsam multis, ac mihi
» imprimis, profuisse. XXX. Dei assidue recorda-
» tur, eumque sibi præsentem sentit. XXXI. Nihil
» illi unquam in raptu dictum est quin id ita
» revera fuerit et adimpletum sit; atque id maxi-
» mum est argumentum. XXXII. Hæc insignem
» adferunt intellectui illius claritatem et admi-
» rabile in rebus divinis lumen. XXXIII. Dictum
» illi est, si Scriptura Sacra inspicatur, comper-
» tum iri numquam animæ quæ Deo obsequi stu-
» deat, tanto tempore a cacodæmone impositum
» fuisse. » Hæc sunt quæ hac scheda continentur eo
» modo quo hic ea attuli: omnia porro hæc esse veris-
» sima patet tum ex iis quæ dicta sunt hactenus, tum
» etiam ex iis quæ in posterum commemorabimus.

CAP. VIII.
Docet Sancta

73 De orationis ejus vi ac fructibus loquar infra.
Jam qua potero brevitate ea proponam monita quæ
ad orandum ipsa præscribebat: hunc quippe li-
brum iis velim prodesse qui eundem lecturi sunt.
C Neque enim fieri potest ut sapientissimæ et versa-
» tissimæ, atque imprimis tam a Deo edoctæ et se-
» lectæ quæ tot animas electas edoceret, magistræ
» præcepta ac documenta utilitatem non afferant sin-
» gularem. Idipsum et in aliis ejusdem virtutibus,
» ubi utile futurum animadvertero et aliquid dicen-
» dum occurrerit, facturum sum. 1. Dicebat oratio-
» nem regiam esse ad cælos viam, et magnum per
» eandem incedentes sibi thesaurum comparare; ac
» proinde nec magnum nec multum esse quo illam
» nobis constare arbitremur: venturum siquidem
» tempus quo ad oculum patebit quidquid demum ad
» rem tam pretiosam comparandam impendimus,
» nihil esse (Viæ perf. cap. XXI). Addebat insuper
» animam sine oratione esse ceu corpus quoddam
» paralyti ac membrorum languore obdormiens: nam
» ut hoc nullum manuum pedumque habet usum, etsi
» eodem artus habeat, ita et animas quasdam ita
» ægras esse et male affectas ut ad se ipsæ ingredi
» non possint, quamvis natura sua opulentæ sint et
» cum Deo conversari queant; nec ullam iis huc
» revocandis suppetere rationem. Has denique ani-
» mas, si sedulo advigilare et suo moderi morbo no-
» lint, velut in statuas salis commutari, quod caput
» ad sese ipsæ non reflectant (Mans. I, cap. I).

74 II. Magni refert (quin imo hinc omnia de-
pendent) firmiter secum et genere statueret non
ante quiescere quam sibi illa aqua vitæ quam Do-
minus dat, in potum detur (hoc namque nomine
passim orationem vocat supernaturalem, quam
nostra nobis industria ac diligentia comparare non
possumus d; etsi cæteroquin non ignoraret quod-
cumque orationis genus quod meritorium est, opus
esse supernaturale, uti capite III jam diximus); con-
tingat quodcumque velit, succedat quodcumque
successurum est, labore constet quo constare possit,
murmure qui murmurare velit, eo petens pertin-
gat vel ipso in itinere moriatur, animusque labo-
rum in itinere occurrentium onere fatiscens defi-
ciat, denique mundus turbetur et fremat procellas
objiciens. Hoc sæpe ipsa inculcat, et quidem acriter
ac vehementer (Viæ perf. cap. XXI). III. Etsi oratio
alia vocalis sit, quæ ore fit, et alia mentalis, quæ
intellectu et voluntate sine voce peragitur, si ta-
men oratio vocalis sit qualis esse debet, in eadem
mentalis includitur: qui enim cum Deo loquitur,
spectare debet quicum loquatur et quis ipse sit qui
loquitur, ut norit nimirum qua ratione debeat se ge-
rere coram tam potenti Domino et cum illo tractare.
In his duobus punctis permultum situm est. Spe- E
ctandum item quis Christus sit, quisnam Pater ejus,
quæ regio ad quam nos sustollet, qualia etiam no-
bis promiserit bona, cujus ille conditionis sit, quo
illi potissimum modo placere valeamus, et quo
denique modo facturi simus ut nostra conditio suæ
conformis sit. Hoc pacto scilicet mentalis vocali
conjungitur: mentalis siquidem orationis est hæc
perpendere (cap. XXII). Atque inde fit ut qui voca-
lem hoc ritu orationem instituunt, sæpenumero a
Deo ad contemplationem, licet nihil sentientes, sus-
tollantur (cap. XXV).

75 IV. Mentalem orationem quoslibet sectari par-
est, etsi nullas possideant virtutes: ipsa quippe
omnium virtutum procurandarum principium est;
et de vita omnium nostrum agitur, nisi ipsam colere
incipiamus: verum, nisi virtutibus comparandis
quis studeat, non sine summo labore eam quis
sectari poterit (cap. XVI). V. In oratione solitudo
melior est, quam sectatum Redemptorem nostrum
constat, nobis ut exemplo præiret. Neque enim par
est cum Deo simul et cum mundo colloqui: quem-
admodum faciunt illi qui, dum orant, aliorum
sermonibus intendunt vel de rebus oblati cogitant,
nulla sibi facta violentia (cap. XXIV). Hoc facto, F
ante omnia conscientia examinanda est, præmit-
tenda oratiuncula Confiteor, et crucis efformandum
signaculum. Ut ergo quis se solum esse videt, so-
cium sibi quærat; atqui nulla haberi melior socie-
tas potest quam Jesu Christi: eum ergo nobis
adstantem imaginemur. Hunc si nobis præsen-
tem habere assuescamus et ipse nos id ex amore
facere nosque sibi sincere gratificari velle viderit,
semper illum apud nos habebimus: et sane per-
magni refert talem semper ad latus amicum habere
(cap. XXVI). Multo autem adhuc magis ipsa suade-
bat ut Deum in animæ nostræ penetralibus quæra-
mus et consideremus: hoc quippe majoris est
emolumenti. Unde dicebat necesse non esse consi-
deratione in cælum ferri vel extra nos longe exce-
dere, cum id defatiget spiritum et animam dis-
trahat, idque exiguo cum fructu (Viæ cap. XI).

76 VI. Qui vero inter orandum cogitatione dis-
currunt, passionem et vitam Jesu Christi recolentes,
vel de morte aut judicio extremo aliisque rebus
hujusmodi meditantes, per viam adeo faciliem qualis
hæc est, eos haud dubie Dominus ad portum lumi-
nis deducet: neque enim potest nisi bonus finis
tam

que in oratio-
ne tum vocali
D

II

E

tum mentali

F

servanda sit
methodus;

A tam læta initia excipere. Quotquot autem hac via incedere poterunt, miram requiem ac securitatem experientur. Hanc passionis Domini considerationem dicebat esse orandi modum quo omnes debeant incipere, pergere et finire, idque iter tutum admodum esse et præclarum; donec ad alia supernaturalia eos Dominus deducat. Addebat quoque non semper esse intellectu ratiocinandum, sed nos præsentibus Christo imaginari quoque debere et sine ulla intellectus defatigatione cum ipso loqui et deliciarî, nos non discruciendo in orationibus efformandis, sed solum repræsentando illi necessitates nostras causasque ob quas nos patiamur; et quidem hoc uno tempore, illud alio, ne grave sit animæ unum et eundem semper cibum degustare (Viæ perfectionis cap. XIX).

quomodo qui intellectum continere nequeunt,

77 VII. Qui hoc orare modo nequeunt, quod uni rei alligare cogitationem non possint, sed hæc instar equi effreni qui lupatis retineri nequit, huc illucque feratur, Dominum nostrum apud se statuunt, et cum humilitate efflagitant ut se non deserat, sed sibi comes adhæreat. Si uno anni spatio nancisci hoc nequeant, longior mora impendatur; nec doleant tantum se impendisse temporis rei in quam B tam bene impenditur. Huic igitur modo assuescere elaborent, et omnem dent operam ut Dominum sibi præsentem habeant et contemplantur. Si enim animæ convertere oculos possumus ad scdissima quæque intuenda, quare ad rem qua nulla fingi pulchrior potest, conspiciendam eosdem non convertamus? Eum quandoque aspiciamus a morte redivivum, alias cruci confixum, interdum etiam columnæ alligatum, etc. vel prout magis necessarium fuerit. Hanc ob rem non parum proderit piam aliquam penes se habere Redemptoris imaginem eamque sæpius aspicere et cum ea colloqui. Per hanc viam aiebat citius aliquem ad contemplationem pervenire solere, modo in cœpto perseveret; sed addebat viam esse laboriosam et molestam: si enim desit in quo se exerceat voluntas, nec amor præsentem habeat in quem amando feratur, anima quodammodo manet sine sustentaculo et exercitio, gravisque illi redditur solitudo et ariditas, ac cogitationum varietas illam lancinat. Quamobrem ex hoc orandi modo animam aiebat vel magnum elicere emolumentum vel magnum dispendium; et quotquot hoc iter insisterent, majori illis opus esse puritate (cap. XXVI).

in orando perire se debent;

C 78 VIII. Atque ut eos qui per modum discursus in oratione se tenere non poterant, violenter cogere nolebat ut hanc orandi rationem sectarentur, ita nec etiam volebat eos orationi sese dedere et in eadem morari, nisi ante attente perpendissent quam de re ea esset instituenda. Hanc ob causam singulis noctibus, Matutinarum perlecto Officio, in choro aliquid legi jussit eorum de quibus postridie mane instituenda erat meditatio. Ipsa vero, cum orationi vacare cœpit, primis illis annis adeo non mente discurrebat ut aliquo in libello qui de Domini passione et aliis id genus rebus tractabat, aliquid legeret; cujus lectione et animus recolligi et paulatim voluntas moveri et affectibus concitari inciperet. Libri vero lectionem his idcirco consulit, ut cogitationem sensim colligant et animam paulatim per blanditias et industrias assuefaciant ut sese contineat, quin illam intimident; atque sibi persuadeant, cum multis annis a Sponso suo anima recesserit, necesse esse ut, antequam is in domum ejus reverti velit, cum illo agatur et ab eo impetretur ut illic denuo se sistat: quod ni fiat, et quidem potentem, nihil succedet; sed, si sedulo huic se rei assuescant, tantum inde fructum percipient ut

quantus ille sit, si verbis exprimere vellet, id neutiquam posset (cap. XXVI). Addit insuper se Evangelii verbis, quæ suo Jesus Christus ore protulit, magis quam libris optime compositis moveri et mentem recolligere solere (cap. XXI).

79 IX. Nolebat animam, etiam perfectissimam et sublimissimum orandi modum nactam, sui ipsius considerationem intermittere et sui nihili oblivisci; quin potius suadebat ut in sui cognitione sese exerceret. Aiebat hanc sui ipsius et peccatorum a se commissorum cognitionem esse ceu panem qui in hac orationis via ad omnia etiam delicatissima addi debeat, et sine panis hujus præsidio sustentari neminem posse. Nolebat tamen hac una semper animam via incedere et idcirco considerationem Dei intermittere: quin potius hominem aiebat consideratione Dei melius ad sui ipsius cognitionem perventurum. Ubi enim divinas perfectiones consideraverimus, nostra peccata et imperfectiones melius perspicimus; sicut albedo nigredini apposita longe apparet albior. Accedit quod intellectus noster et voluntas nobilitantur et ad omne bonum redduntur paratiores modo cum Deo modo secum tractando. Deinde si numquam miseriarum nostrarum sordibus emergamus, semper vanorum timorum, pusillanimitatis inertiaeque cœno flumen turbidum erit, atque animæ magnum damnum accedet (Mansione I, cap. II, et Viæ cap. XIII).

80 X. Desiderabat adhuc ut omnes Jesu Christi Humanitatem meditentur, et ejus consideratio numquam, etiam sublimissimo orandi modo acquisito, intermitteretur. Unde ipsam non parum pœnitebat quod aliquantulo spatio temporis hujus considerationem altiora meditatura neglexisset. Dicebat enim vitam esse longam et varios in eadem subeundos labores, ac propterea esse nobis ad exemplar nostrum Christum Jesum, quo eos perfecte feramus, identidem respiciendum. Atque adeo firme hoc sibi infixerat et tali aliis inculcabat vi ut diceret omnes, etiam in rebus spiritualibus versatissimos, esse impares ad aliud sibi persuadendum (Mansione VI, cap. VII). XI. Multum suadebat, et magna quidem vi, ne quis orationis exercitium linqueret sive ob falsam humilitatis speciem sive ob peccata commissa sive ob aliam quamlibet causam: dicebatque animam eo pacto extremam sibi accersituram esse perniciem; contra vero, si orationi sese applicet, saluti id sibi fore: sicut id in se ipsa experta erat, et cum orationem intermisit, et cum eam resumpsit. Unde ait omnium tentationum quas unquam habuit, illam fuisse gravissimam quod orationem intermiserit (Viæ cap. VII et VIII).

81 XII. Maxima etiam persuadere contentione nitebatur ne qui se ad orationem adjungunt, in ejus exercitio defatigarentur, neu ob mentis ariditatem in ea torperent, neu ad orationis apicem se aliquando posse pertingere desperarent. Dicebat enim Dominum interdum sero admodum venire, et non minus bene tum longiorem moram coarctata mercede compensare quam si jugiter multis annis aliquid dedisset: se namque quatuordecim et amplius annis non aliter quam e libro antea aliquid prælegendo meditari potuisse (Viæ perf. cap. XVII). Commiserari se dicebat eorum qui hanc in orando perseverantiam non præferrent. Hos nempe similes aiebat iis qui vehementi cruciati siti aquam eminus conspiciantur, sed cum ex eadem bibitum eunt, incidunt in inimicos qui et initio viæ et in medio et circa finem eos progredi vetant: sæpe contingit ut, cum laborando primos hostes debellarint, a secundis se superari patiantur, et siti emori malint quam bibere ex aqua quæ adeo caro stare debet; fit etiam ut, secundis

AUCTORE
RIBERA.
D

quam utilis sit
consideratio
sui et Dei

E

neon Hu-
manitatis
Christi;

F

orationem
non esse amitt-
endum ob
ariditates,

AUCTORE
RIBERA.

A cundis profligatis, a tertiis deinde se expugnari sinant, quod vires eos deficient, cum fortasse vix duobus passibus absint ab illius aquæ vivæ fonte, ex qua, uti Redemptor Samaritanæ ait, qui bibiturus esset, non sitiret amplius (Joan. iv, 13); contingere demum poterit ut, cum eo pervenerint ut non nisi inclinandum corpus videatur ut e fonte bibant, sibi vires deesse et huic se rei ineptos esse rati, omnia quæ bene exeperant, momento simul intermittant. Aiebat omnes a Domino ad bibendum vocari et invitari, et omnibus illum aquam se daturum spondere, ac indubitate se credere aquam hanc vivam minime defuturam iis qui in via deficientes non hæserint. Adhæc diversimode ea aqua a Domino potari eos qui sequi illum volunt, ne quis ab eo non recreatus recedat neu præ siti moriatur. Nimirum e capaci hoc fonte varii profluunt rivi, alii magni, alii parvi, et interdum nonnisi quidam in parvulorum usum elices, siquidem aquula illa iis sufficit; qui si multum aquarum ante se viderent, nimium eisdem percellerentur. Cum in hoc itinere numquam desit consolationis aqua, cupit Teresia ut sibi bene consulenti credatur et nemo in oratione deficiat, sed quasi generosi pugiles decertent, ut vel in ipsa conquisitione vitam ponant (cap. xix).

B nec gustus in
ea querendos.

B 82 xii. Malum ad ulterius progrediendum principium et rem profectui in oratione perquam noxiam reputabat, si quis eam capesseret ob suavitatem ac consolationem quam inde se putabat accepturum. Quin imo experientia se nosse aiebat, animam quæ hanc orationis mentalis viam bono cum proposito ingreditur et hoc a se impetrare potest ut parvi ducat et nec consolationem nec desolationem habeat, sive suavis et teneritudo sibi adsit sive desit, jam magnam sui itineris partem confecisse, nec metuendum illi esse ut retrocedat, etsi interdum cespitet; eo quod solidum ædificii huius positum sit fundamentum. Acerbum illi erat, si quos eruditos et boni ingenii viros expostulantes audiret sibi a Deo devotionem negari; atque hoc insignem imperfectionem et exiguum mentis libertatem esse aiebat: cujus hanc potissimam causam credebatur esse quod orationis iter non eo quo dictum est proposito inchoassent (Vitæ cap. xi). xiv. Dicebat eum qui orationi se dare incipit, cogitare debere se hortum in sterili quodam solo nonnisi lolia proferente inchoare: quare illum, hisce evulsis et illorum loco bonis herbis insitis, instar seduli hortulani debere operam dare ut novæ illæ plantulæ crescant, et easdem irrigare, ut non exarescant, sed flores odoriferos emittant, e quibus qui easdem plantavit Dominus voluptatem hauriat et sæpe in hunc hortum sese oblectatum veniat. Quamobrem non alium orationis esse finem quam maiorem Dei gloriam, obsequium et voluptatem volebat (Ibid.).

C sed profectum
spiritualem

C 83 xv. Tradebat præterea eum qui in oratione ariditatem mentis experitur, persimilem esse illi qui aquam e puteo ad hortum hunc irrigandum haustus, puteum exaruisse comperit. Is tamen propterea languere non debet, sed impigrum hortulanum imitatus, omnibus quidquid potest nervis efficere. Quod si fecerit, haud dubie sine aqua Dominus has plantulas et flores fovebit, id est, virtutum germina sine lacrymis, sine teneritudine et sine devotionis sensu faciet exolescere. Atque ubi viderit sæpius se situlam in puteum frustra injicere, imo ne vel brachia se posse ad eam injiciendam attollere, id est, ne unam quidem habere bonam cogitationem posse, gaudeat et lætetur, singularis gratiæ loco ducens in tanti se posse Imperatoris horto operari; et expectans perseveret, ut qui probe perspectum habeat hoc ipso se summam

illi voluptatem afferre. Nec vero tam spectare debet ut sibi ipsi oblectationem pariat quam ut Deo: quin imo in illius laudes genere prorumpat, quod tantam de se conceperit fiduciam; cum se vel sine mercede ulla tam sollicitè curare videat quæ sibi ipse injunxit et in cruce ferenda auxilio illi sit, cum nimirum videat totam ipsius vitam in eadem transactam esse: nec hoc in mundo regnum suum habere velit; quin etiam secum statuatur, quamvis tota vita hanc mentis ariditatem experturus esset, non sinere ut Christus cum cruce sua prolaturus sit; ne vereatur proinde, quasi omnis labor incassum futurus sit, cum bono serviat Domino, a quo continenter observatur. Unde etiam alienas et pravas cogitationes parum moretur oportet, cum et S. Hieronymo easdem cacodæmon in deserto objecerit. Asserebat autem hunc laborem, etiam in hac vita, luculenta a Deo mercede aliquando compensandum, et se vel unius horulæ gustu a Domino communicato omnes quas diuturno temporis spatio, quo se in orationis exercitio contineret, passa erat angustias, affatim sibi persolutas credere: quin imo magna hic opus esse diligentia ad malorum etiam minimarum herbularum quæ in anima remanserant, radices evellendas; et utile imprimis fore nostrum nihilum agnoscere, et quam parum a nobis ipsis tam hac in re quam in reliquis omnibus possimus, nosque coram præpotenti Deo humiliare (Ibid.).

84 xvi. Dicebat item ariditates et tempestates has sæpe sub initium ejus temporis quo anima se primum orationis exercitio applicat, alias vero circa finem, cum multis tentationibus immitti, quod per illas probare Deus velit eos qui se diligunt, et scire num bibere suum possint calicem et sibi in cruce ferenda auxilio esse, antequam majores in ipsos thesauros effundat; simul etiam ut ipsi agnoscant quam parum ex se sint: quæ enim postea elargitur dona tantæ dignitatis sunt, ut, antequam hæc in eos effundat, suam ipsos velit miseriam per experientiam cognoscere. Addebat permagni interesse ut nemo se ob ariditates et distractiones cogitationum affligat, si modo spiritus nancisci libertatem velit et non perpetua in tribulatione versari; simul etiam ut crucem incipiat non timere: tum quippe videbit quomodo sibi in illa ferenda auxilio Christus futurus sit, quo ipse gaudio fruiturus, denique quodnam ex omnibus emolumentum percepturus (Ibid.). xvii. Experientia se nosse aiebat ariditates et distractiones has sæpe a corporis indispositione et temporum mutatione et humorum immissione ortum habere: cum autem hujuscemodi e rebus oriantur, multo deterius esse dicebat animam violenter in oratione continere velle; id quippe nihil esse aliud quam eo ipsam cogere velle quo nequit perungere, eamque suffocare: tum vero esse consultum orationem in aliud tempus rejicere, et lectioni aut exterioribus charitatis operibus insistere; ubi vero ne hoc quidem fieri potest, corpori esse ad Dei gloriam serviendum, ut id animæ postea serviat, et sanctam sanctæ conversationis aut alterius rei similis recreationem capiendam (Ibid.).

85 xviii. Orationis huius mentalis a supernaturali, id est, ab illa ad quam industria nostra perungere non possumus, atque a contemplatione discrimen hac similitudine declarabat. Oratio quæ fit intellectus discursu, quantovis studio fiat, aquam per terram proserpentem haurit, eamque non bibit e suo fonte; nec unquam in hac via desunt res lutosæ

D

E

F

vel ex ipsis
ariditatibus
eliciendum;ad orationem
supernaturalem
consequendam

AUCTORE
RIBERA.

D

A lutosæ quibus delineatur adeoque non ita pura fiat : cogitando quippe incidimus in res mundanas, erga quas afficimur; quas tametsi fugere velimus, aliquod saltem nobis impedimentum adferunt, dum cogitamus quomodo factum sit, quomodo futurum sit, quid egerimus, quid facturi simus : sæpe etiam periculum est ne iis affectu adhærescamus. At in oratione supernaturali illico animam Deus apud se statuit, et momento unico plures ei revelat veritates et clariorem ei infundit ejus quod totum est cognitionem quam ne multis quidem annis hic habere posset; et vivam suo in fonte hic bibit aquam (Viæ perf. cap. xix). Alio vero loco sic scribit :

« Magnitudo illius ei loquitur, intellectum suspendens, cogitationem ceu vinculo retinens, et (uti vulgo dicitur) verba ex ore auferens : nam quamvis loqui velit, minime potest nisi summa cum difficultate. Et intelligit sine verborum strepitu divinum hunc Magistrum sibi loqui; ac dum potentias ille suspendit, hæc fruuntur quin sciant quomodo fruuntur : anima amore inardescit, et nescit quomodo; amat, et nescit quomodo eo fruatur : etsi bene intelligat non talem esse fruitionem ad quam ardentibus desideriis

B « pertingere intellectus queat. Voluntas denique ipsum amplectitur, non intelligendo tamen quomodo : cum vero aliquid horum comprehendere potest, videt non tale id bonum esse quod ullis laboribus queat comparari, etsi vel omnes quotcumque in terra reperiantur, ad ipsum lucrificandum juncti forent. Donum nempe est Dei, cœli terræque Domini, qui ipsum concedit in quantum Dominus est. Hæc, filiæ meæ, perfecta contemplatio est. Jam intelligetis, puto, quod sit hanc inter et mentalem orationem discrimen; quæ, uti diximus, est cogitare et intelligere quæ loquamur et cum quo loquamur, quales etiam ipsi simus, quibus ea sit audacia ut cum tam potenti colloquamur Domino. Hæc aliaque id genus de exiguo quod illi præstitimus obsequio et maxima quam ad ei serviendum habemus obligatione cogitare, oratio dici mentalis potest. Nolite putare id ceu linguam quamdam exoticam esse, nec ipsum vos nomen percellat : in hac quidem aliquid ipsæ a nobis, Dei succurrente gratia, possumus; sed in ea quam dixi contemplatione nihil plane. Illius siquidem Majestas præstat omnia; cum illius solius opus, et ipsum plane supernaturale sit » (cap. xxv).

humilitate

C « 86 xix. Ad hanc orationem supernaturalem neminem non invitat, et animum universis addit ut insigni generositate illi comparandæ insistant, etsi ipsos in ejusdem comparatione vel emori contingat, et spondet, si modo non defatigentur aut segnescant, eam haud dubie, ut jam ante vidimus, ab illis impetratum iri. Sed ut quis eam obtineat, eum serio vult ante comparationi virtutum insignium et imprimis humilitatis studere, nec non in laboriosis divini obsequii operibus sese exercere et magno ardore illi se offerre : quod qui non fecerit, toto vitæ tempore non nisi in oratione mentali hærebit. Nonnumquam tamen ait contingere ut eos etiam Dominus qui in virtutibus imperfecti sunt, imo et eos qui in malo sunt statu, ad contemplationem sustollat, quo eos hoc pacto ad se pelliciat; verum id non nisi rarissime fieri, neque id etiam diuturnum esse, nisi hanc Dei gratiam in suam utilitatem convertentes hoc e statu egrediantur, Deoque se totos devoveant, uti jam ante ostendimus (cap. xvi).

aliqui obsequia

« 87 xx. Dabat et alia duo documenta, eaque certissima et utilia imprimis, iis qui orationem supernaturalem desiderant. Primum est, ne nostra

sponte ad hoc orandi genus ascendere studeamus; hoc enim qui faceret, incassum sudaret, seque ipse perderet : Dei enim solius est huc nos sustollere (Viæ cap. xii). Quin potius Redemptoris consilium secuti, infimum sectemur locum, nos etiam eo quod habemus, indignos arbitrati, nec postulantes ut nos altius evehat; sed potius totos nos in manus ipsius consignemus : novit siquidem ipse quid nobis conveniat. Verum mortificationi et humilitati veræque rerum omnium abdicationi impensius vacare studeamus : nam per hoc iter si ingrediamur, ad hanc ipse nos orationem sustollet. Potius eo semper contenti simus quod de nobis visum Deo fuerit statuere; atque hoc humilitatis est (Viæ perf. cap. xvii). Proinde suadebat ut bonitati Dei confideremus, qui numquam suis deest amicis, et, clausis oculis, non cogitemus cur huic tam paucis tempore devotionem concedat, nobis vero eandem per tot annos deneget : omnia enim ad nostrum bonum contingunt. Cum vero non amplius nostri simus, sed toti ipsius, quocumque nos demum ille conducere voluerit, haud inviti sequamur (Viæ cap. xi).

88 xxi. Alterum vero est, ut qui ad hanc orationem nondum pervenerunt vel pertingere nequeunt, non indigne id ferant neve animum despondeant. Neque enim eadem omnes Deus via conducit; et fortasse qui se omnium crediderit infimum, ante oculos Dei supremum occupabit locum : quin etiam supernaturale hoc orandi genus minime est ad salutem necessarium, neque hoc a nobis Deus requirit; nec propterea hi minus perfecti erunt, si modo virtutibus sedulo incumbant. Imo fieri poterit ut majora promerituri sint, quia majorem molestiam subeunt, et eos Deus veluti fortes deducit, et illa quibus hic non fruuntur, in futuram ipsis vitam omnia simul reservat. Considerent insuper veram humilitatem in eo sitam esse ut contenti sint eo quod de ipsis Deo visum fuerit disponere : neque enim bona ea humilitas est, si electionem ipsi faciamus; sed Deo omnia committenda sunt, qui exploratum habet quo unumquemque sit loco constituturus. Ecquod vero evidentius Dei erga se amoris habere argumentum volunt quam quod suæ eos crucis reddat participes; cum singulare id lucrum sit nostro nolle arbitrio jacturæ metu lucrari? Numquam enim jacturam incurrere sinet Deus illum qui bene mortificatus fuerit, nisi ut majus inde emolumentum sequatur (Ibid.).

imprimis opus esse;

E

89 xxii. Aiebat denique orationem, etiam sublimissimam, semper ad operum praxin referri debere, quibus amorem quo erga Deum ferimur, testemur : non satis esse rati quod orationi incumbamus et frequentes consolationes et insignia Dei charismata habeamus; sed ea faciamus oportet quibus illi egregium obsequium præstemus et difficilia virtutum exerceamus opera : atque hæc demum veram esse notam qua colligas orationem bonam esse, et gratias quæ communicantur, a Deo descendere. Dicebat insuper eum qui mortificationi, humilitati reliquisque virtutibus non studeret, etsi vel diutissime orationi incumbat, parvum semper mansurum, et adeo non fore ut ad majorem altitudinem excrecat ut ea etiam quam habebat, minuenda sit; atque animæ profectum non tam situm esse in sæpe de Deo cogitando quam in eo ardentius diligendo : hunc porro amorem firmo pro Deo operandi et patiendi proposito comparari (Mans. vii, cap. iv).

90 De hac illa materia in quadam ad P. Gratianum epistola sic scribit : « Quod ad interiora illa » spiritus, illud sane certius et acceptius est quod » meliores in nobis relinquit affectus. Non hic » quædam

F
omnem denique orationem

ad practicum Dei amorem referri oportet.

AUCTORE
RIBERA.

A » quædam intelligo desideria quæ illico nobis innas-
» cuntur : etsi enim illa bona sint, interdum ta-
» men non sunt talia qualia nobis amor proprius
» depingit. Affectus dico operibus confirmatos,
» atque ut desideria quæ honoris ac gloriæ divinæ
» promovendæ sentimus, manifeste appareant in
» eo quod seriam gloriæ hujus rationem habeamus,
» memoriamque et intellectum nostrum in illi gra-
» tificando penitus occupemus. Hæc namque vera
» est oratio, non vero blandimenta aliqua quæ
» mentis palato arrideant. Equidem aliam oratio-
» nem non desiderem præter illam quæ me in
» virtutibus faciat proficere. » Finem porro non
reperiret narratio, si universa quæ oraturis præ-
scripsit monita huc afferre velim. Hæc tamen reli-
gio mihi fuit prætermittere, quod perutilia sint iis
qui orandi studio aut jam tenentur aut saltem te-
neri desiderant. Alia vero plurima quæ particulares
orandi modos spectant, ac proinde nonnisi paucis-
simorum sunt, studio omisi, ut quibus necessaria
sunt, in Vitæ ejus aut Mansionum libro ea legant,
ne hic æquo sim prolixior.

ANNOTATA.

B

a Pretiosum hoc documentum exstat integrum
tom. I, epist. 19.

b In exemplo Riberiano (sphalmate, ut videtur,
typographico) hic omisæ sunt sequentes voces, quæ in
præfatio integro exemplo reperiuntur et quæ neces-
sariæ sunt ad justum conficiendum sensum : que era-
lector in Avila. Con el P. Maestro Fray Domingo
Bañez. Ibáñezius decennio antequam Sancta hæc
scriberet, e Vita excesserat, ut patet e num. 291
Comm. prævio; Bañezium vero anno 1575 Vallisole-
tano collegio præfuisse docet Echardus in Script.
Ord. Præd. (pag. 352), idque confirmant verba S.
Teresiæ mox (num. 65) secutura. Quare genuinum
textum Teresianum hic restituimus.

c De eo scripto, quod constat 33 articulis, egimus
in Comm. prævio, num. 292 et 293. Ad argumenta
quæ illic protulimus ut hi asserantur S. Petro de Al-
cantara, adjici potest decretorium ex Anno Teresiano
(t. VII, pag. 154); ubi affirmatur repertum fuisse in
monasterio Incarnationis id S. Petri scriptum, quod
respondum continet ad exhibitam a S. Teresia præ-
claro huic moderatori vitæ suæ Relationem, eam
nempe quam Ribera promittit initio ultimi hujus libri
capitis et quæ poni quoque solet inter Sanctæ Epi-
stolas tomo II loco 11. Ex hujus Relationis visce-
ribus, dicit Annus Teresianus, hausit S. Petrus 33
rationes, doctrinæ subnixas S. Scripturæ et S.
Thomæ, quibus S. Teresiæ spiritum approbat.

C

d Teresiam hoc sensu orationem supernaturalem
vocare etiam advertit Ill. Bossuet in sua Instru-
ctione de diversis orationis statibus (lib. vii), in qua
contra pseudomysticos et Molinosii discipulos Teresiæ
auctoritatem sæpe mutuatur; atque id pariter facit
in suo opere cui titulus : Mystici in tuto.

CAPUT V.

S. Teresiæ fides, spes et in
Deum caritas.CAP. 15
Fides Teresiæ

Atingendi virtutes ejus nunc tempus est, post-
quam fuse de oratione, quæ virtutum parens est,
jam tractavimus. Cum vero omnium ipsarum fun-
damentum sit fides, ab ea ducamus initium : quam-
quam pluribus huic immorari non sit necesse;
cum quæ a rebus mundi affectum omnem exuerat
ac pro divino obsequio animarumque salutē tam
impigre laborabat, non id aliter facere potuerit

quam per maximam et veritatibus ac bonis super-
naturalibus confirmatissimam fidem. Etsi autem evi-
dentem hanc rationem non haberemus, duo dixisse
nobis sufficeret. Primum, tam singulariter hanc illi
virtutem a Deo datam ut nullam unquam tentatio-
nem adversus eam in animo senserit, prout ipsius
manu in scheda exaratum testimonium fidem faciet.
Secundum, ipsam suam monasteria, tam primum
quam reliqua omnia, ad fidei augmentum fundasse,
et ut continenter in iisdem fierent pro hæreticos op-
pugnantibus et Fidem Catholicam propugnantibus
preces, jejunia et corporis afflictiones. Tam ingens
quippe illius erat fides ut crederet sese omnibus
persuadere hæreticis posse a vera illos fide aber-
rare. Hinc dicere solebat, quo minus fidei intelli-
gebat mysteria, eo illa se magis credere et majorem
sibi pietatem ingenerare; quin imo se gaudio re-
pleri quod ea intellectu non comprehenderet, atque
se eo magis ad pietatem excitari.

92 Etsi cum viris eruditione præstantibus sem-
per ageret, numquam tamen ab horum quopiam est
percontata quomodo hoc vel illud Deus fecerit, vel
quomodo id esse possit; imo talia ne scire quidem
desiderabat. Nihil illi aliud opus erat quam cogi-
tare : « Deus fecit omnia. » Hinc etiam non habere
se dicebat unde obstupesceret, sed unde Deum
laudaret. Dicebat adhuc, si quid eorum quæ ora-
tionis tempore videbat vel percipiebat, ad aliquid
fidei contrarium vel legi divinæ repugnans ipsam
perpulisset, minime sibi necessarium futurum do-
ctores consulere aut examina adhibere; quia con-
festim collegisset a cacodæmone id suggestum
fuisse. Capite Vitæ suæ xxxiii hæc scribit : « Ma-
» gno cum tremore ad me veniebant, dicentes et
» periculosa esse tempora in quibus ageremus, et
» fieri posse ut apud Inquisitores me quis deferret
» et insinularet. Ineptum plane et ridiculum id
» mihi videbatur : numquam enim hac in re ali-
» quid timui; sciebam quippe me, in rebus ad fidem
» spectantibus, potius millies etiam pro minima
» S. Ecclesiæ cæremonia aut aliqua S. Scripturæ
» veritate mortem subituram fuisse, quam me quis
» contra eam peccantem aut delinquentem vidisset :
» unde dicebam non esse quod quoad hanc partem
» de me metuerent. Vere quippe miserum animæ
» meæ fuisset, si quid in ea fuisset ob quod, ne
» in Inquisitorum manus inciderem, timere de-
» buissem : nam si quid tale in me deprehendis-
» sem, ultro ad hos ipsa concessissem. » etc.

F

93 Atque uti id de se scripsit, sic etiam præstitit
sponte sua, non aliam ob causam quam quod, si
a recto deflecteret, revocari in viam optaret; prout
ipsa Hispani in commentario rerum suarum scripsit.
Nimirum Franciscus de Soto y Salazar, de sacris
Inquisitoribus unus (qui deinde Salmantinus epi-
scopus decessit), cum Abulam perrexisset, hunc
ipsa de omnibus spiritus sui rebus consuluit, idque
ea quam diximus intentione : verum is, hoc ad
suum tribunal spectare negans (cum quidquid ipsa
videret et intelligeret, hoc ipso magis in Fide Catho-
lica confirmaretur), suavit ut suis de rebus cum
Magistro Avila conferret, et quod is censeret, eo
ipsa acquiesceret. Quidquid etiam de vitæ suæ ra-
tione et orandi modo scriptis crediderat, Dominico
Bañezio tradidit, ut id ipse sacræ Inquisitionis con-
silio offerret : quod scriptum cum multo tempore
apud Gasparem de Quiroga Cardinalem Toletanum,
ejusdem consessus præsidem, mansisset, demum
omnium qui id inspexere calculo approbatum, hoc
ipso anno MDLXXXVIII lucem adspexit a.

a

94 Magna anima ejus consolatione perfunde-
batur, quotiescumque considerabat Ecclesiæ se esse
filiam;

viva,

A. filiam; uti liquido patuit, cum ad extremum vitae terminum venisset: nam tunc saepius id repetebat, uti libri tertii capite postremo dixi. Inde ortum habebat singularis illa reverentia qua ferebatur non erga Sacramenta solum, sed et erga sacras imagines et ecclesiasticum Officium, quod intimo pietatis sensu persolvebat, imo et erga omnes Ecclesiae caeremonias, etiam minimas; quin etiam erga grana ac rosaria benedicta, qualia semper penes se habebat et a suis gestari volebat, utque Indulgentiarum Ordini proprias tum alias lucrarentur. Exprimi non potest quam mirabiles effectus ex aqua lustrali experiretur ob singularem qua in ipsam ferebatur fidem: de qua Vitae suae capite xxxi sic locuta est: « Saepe probavi et vidi nihil esse quod » diabolos magis in fugam compellat ad amplius » non revertendum, quam aqua lustralis: a cruce » quidem fugiunt, sed quamprimum redeunt. Unde » efficio magnam haud dubie aqua lustralis virtutem esse. » His tamen verbis efficere non vult nec statuere cruci minorem ad effugandos diabolos quam benedictae aquae efficaciam inesse, cum nimirum in aliis secus contingere queat; sed id tantummodo commemorat quod sibi interdum contigit.

animo.

B. 95 Deinde vero sic scribit: « Mihi singularis » et patentissima quaedam animae consolatio est » eam sumere: hoc certum est, me communiter » et ut plurimum ex illius sumptione eam recreationem sentire quam verbis non possem exponere, necnon internam quamdam delectationem, » quae totam animam meam vegetat et recreat. » Non est hoc somnium aut res quae mihi non » nisi semel accidit, sed quae frequenter, et ad » quam serio animum adverti: dico id perinde » esse ac si quis, valde aestuans et sitiens, aquae » frigidae haustum biberet, unde totus homo refrigerari videtur. Mecum ipsa subinde perpendo » quam magni facienda sint omnia quae ab Ecclesia » instituta et ordinata sunt; et summopere gaudeo, » cum tantam verba haec vim habere video ut » eam etiam aquae indant, quo tantum sit inter id » quod benedictum est et quod benedictum non » est, discrimen. » Si quando audiret dicentes optare se ut eo vixissent tempore quo Christus in mundo degebat, apud se dicebat, cum eum in Sanctissimo Altaris Sacramento praesentem haberent, quid aliam praesentiam exquirent. Hinc ipsa spatio plurimorum annorum, quoties augusta Eucharistiae obiret Mysteria, ea non minori accipiebat reverentiae sensu quam si corporeo schemate in cellam suam intrans eundem Dominum conspexisset.

humilita.

C. 96 Quoad res fidei hoc ipsa documentum initio commentarii in Cantica praescipit, quo loco de quadam libri illius sententia quam non intelligeret (quam etiam non intelligere magnam illi consolationem afferebat) in haec scribit verba: « Quia, filiae » meae, non est necesse animam tam multa videre: » nam quae curto ingenii modulo hoc in mundo comprehendere valemus, eam nec tantum videre nec » tam revereri Deum faciunt quam ea quae nullo » modo valent intelligi. Quapropter serio vobis » commendo, ut, cum aliquem legeritis librum, » vel concionem audieritis, vel aliquod fidei nostrae » mysterium cogitatione perpenderitis, quod facile » percipere non potestis, vos non torqueatis nec » cogitatione intensa in intimum illius sensum » penetrare velitis. Multa siquidem sunt quae a » mulieribus nequeunt intelligi, imo ne a viris » quidem. Si quando Domino visum fuerit ut intelligantur, Majestas ejus ea facit intelligere,

» quamvis nullum laborem homines huc conferant. Haec tam de mulieribus quam de viris qui » eruditione sua veritatem propugnare non debent, » dicta volo: nam eos quos Dominus ad id vocavit » ut nobis ea declarent, his studere debere perspicuum est; quod ipsis etiam in meritum cedit. » Nos vero mulieres simpliciter admittere par est » quae Dominus nobis dignatus fuerit conferre; » quae vero negavit, his mentem non discruciare, » sed laetari, ubi ad animum revocaverimus tam » potentem nobis Deum ac Dominum esse ut vel » unicum verborum ejus sexcenta in se mysteria » comprehendat, nos vero hujus ne initium quidem percipere. »

97 Qualem habuerit spem et quam ea solide et firmiter radicata esset, pluribus opus non est ostendere: nam cum spei fundamentum, Apostolo testante (Hebr. xi), sit fides, jam videre est quam solide illa niteretur, tam bono fundamento inaedificata. Deinde e magna illa laetitia quam in maximis sentiebat laboribus, sicuti post dicturus sum, necnon ex ingentibus atque arduis quae aggrediebatur operibus, neminem non videre existimo quam viva in praecordiis ejus spes effloresceret. Quamobrem satius fuerit de ejus erga Deum loqui charitate: etsi (si verum est quod docet S. Gregorius et fatentur omnes, nempe opera esse amoris tesseram) quae tantum praestitit, quae usque eo elaboravit, quae pro Dei gloria tam multa subiit, praesertim inter tot obstacula ac persecutiones, in tanta rerum penuria totque morborum incommodis, iisque gravibus admodum et prope quotidianis, quam illius amor succensus fuerit oportet! Libri quos scripsit (nam ex abundantia quam in corde habebat, non poterat non loqui) ardentibus scatent desideriis quibus divinam promoveri optabat gloriam. Hinc de bonis Dei pergaudebat, et quoties in Symbolo audiebat regni Christi non fore finem, maximo in seipsa gaudio perfundebatur.

98 Repleti sunt libri ejus et aliis desideriis, imprimis moriendi, ut ad dilectissimi sui admitti conspectum posset: unde in hoc mundo quotidie moriebatur, cernens se vivere debere, et non ante fieri posse ut Dei conspectu frueretur quam mors ipsam hoc carcere educeret, neque hanc sibi procurare licere, sed tamdiu esse expectandam quoad Omnipotens eam mittere dignaretur. Unde moriebatur quod nondum moreretur, et vivere volupe illi esse non poterat, imo grave illi erat; nec aliter vitam se ferre aiebat quam quod illam Deus ferret. Quare quoties horae signum dabatur, apud se gaudebat quod tantillum Deo videndo se propiorem reddi crederet. Imo vero non poterat quin mortem ab Altissimo ardentem expeteret: hinc capite xlii Viae perfectionis, in exemplari manu exarato, haec (quae in editis nonnullis desunt) habet: « Vos vero, » filiae, petite ut quidem vobis videbitur; equidem » nullum vivendo remedium comperio: hinc » Domino ardentem efflagito ut me ab omni malo » liberet in perpetuum. Eequodnam, quaeso, sorores, in hac vita bonum reperimus, cum tam » magno careamus bono et ab ipso absentes simus? Libera me, Domine, ab hac umbra mortis, » etc. Subnectit vero: « Libera me » jam, Deus meus, ab omni malo, ac dignare » me ad ea perducere loca quae omnigenis re » dundant bonis. Quidnam, obsecro, hic amplius » expectent illi quibus jam ex parte manifestasti » quid sit mundus, quique vivam habent fidem » eorum quae ipsis a Patre tuo aeterno reservata » sunt? »

99 His adscribam, utpote ad rem egregie faciens,

AUCTORE
RIBERA.
DCAP. X.
Spes ejus solidata.

E

Amor in
Deum ardentissimus.

F

quo saepe ita
abripiebatur

AUCTORE
HIBERA.

A » eiens, scriptum quod ipsa sua manu ad confessa-
rium misit: « Tota hesternae die maxima in solitu-
» dine animi versata sum; nam, praeterquam Sacrae
» Communionis tempore, vix in me sensi festum
» fuisse Resurrectionis Christi. Vespere cum inter
» moniales versarer et cantari audivissem carmen
» quo dicebatur esse durum sine Deo vivere, in
» me, quae jam premebar angore, tantum effecit id
» carmen ut manus rigescerent, nec impedire hoc
» valerem. Imo quemadmodum per excessum gau-
» dii extra me raptor, ad eundem modum anima
» maximo dolore ita suspenditur ut alienata ma-
» neat; atque id hactenus non intellexi. Aliquot
» abhinc diebus mihi videbar non tantos illos im-
» petus experiri quantos solebam, et nunc mihi
» videtur huius rei causa esse id quod dixi: nescio
» equidem an esse possit. Antea enim eo nondum
» pertingebat poena ut me a meipsa egredi com-
» pelleret; et cum adeo ea intolerabilis esset et
» sensuum usum haberem, tantos me edere coge-
» bat clamores ut coercere eos non possem. Nunc
» vero, cum res ad terminum devenerit ejusmodi
» mortis, melius intelligo, quod non intellexeram
» ante, quid passa sit Deipara per cordis transfixio-
» nem. Corpus autem adeo fractum inde mansit ut
» etiam hodie haec non nisi maximo cum cruciatu
» scribam: manuum quippe articuli quodammodo
» loco moti sunt et cum dolore. »

ut ejus impe-
tum ferre non
posset

b.

100 Haec Salmantica contingere primo anno
post constitutum illic cenobium; quae accepi ab
ea b quae et praesens adfuit et vidit et carmen
ipsum cecinit, ejus id erat exordium: « Veante
» mis oculos, dulces Jesus bueno » (id est « Videant
» te oculi mei, suavissime atque optime Jesu »),
cum strophis sequentibus. Cum intimum animae
ejus hoc carmine feriretur desiderium, adeo sensus
expers mansit ut velut exanimis ad cubiculum fe-
renda et in lectulum reclinanda fuerit; atque hic
mentis excessus adeo diuturnus fuit ut etiam die
postera sui quodammodo impos manserit. Inde ad
confessarium suum haec verba scripto misit: « Ve-
» hementia haec moriendi desideria me jam reli-
» querunt, ac praesertim inde a festo S. Magdalenae,
» quo firmiter in animum induxi libenter haec in
» vita superesse, ut majus Deo praestarem obse-
» quium; nisi quod adhuc interdum illius videndi,
» etsi totis obnitar viribus, desiderium recurrat. »
Adeo in Deum absorpta erat, ut, cum quidam e
confessariis ejus, vir eruditione spectabilis, quocum
suis de rebus conferebat et quem nihil celabat, ex
ipsa peteret quomodo suum tempus dimetiretur
(credebat enim aliquot ipsam de die horas orationi
dedicare ac deinde aliarum se rerum tractationi
impendere), ipsa responderit non posse se animo
figurare hominem ita alterius amore captum et qui
ita ab amati latere ne vel uno quidem momento
recedere posset, quomodo ipsa Christi Domini
amans erat, sese cum eo consolando semperque
cum eo et de eo loquendo. Una e causis ob quas
maximo in imagines studio c ferebatur, haec erat
quod magno in Deum et Sanctos desiderio rape-
retur. Hinc cum aliquam Redemptoris vel Sanctis-
simae Matris ejus imaginem in manus acciperet,
jucundum erat audire quibus eandem compellaret
verbis, tantum amorem et cordis teneritudinem
spirantibus ut anima ejus liquefieri videretur.

ut vitam illam
deficere videretur.

101 Saepè eam tam vehementes amoris divini
impetus occupabant ut deficeret animo nec susten-
tare se posset, nec se ipsa caperet, sed vita illam
deficere videretur. Quin imo ut certum habetur
quandoque illam praemagna vi illius amoris, cui
ferendae naturae ejus par non erat, expiraturam

fuisse, nisi ecstaticis raptibus, quos tum illi com-
municabat, Dominus hanc vim temperasset: per
hos enim fiebat ut anima ejus gauderet quiete, et
interdum videndo specimen rei ad quam anhelabat
vel res alias audiendo delectaretur. Ac tum quidem
abditissimum totius domus locum consecratur.
Fuit cum Matutino Officio egrediens in secessum
aliquem clam concederet, in quo sine lumine, fri-
gido corpore et velut emortua reperiebatur; atque
in sua esse negabat potestate illud impedire. Jam
hac de re deque admirabili pluriesque repetita
visione Seraphini sagitta cor illius ferientis ac suc-
cendentis libro primo locuti sumus. Adeo autem
immensus hic erat amor, ut, quamvis se in aliis
rebus imperfectam crederet, sentiret tamen semper
se in Deum ardenti amore ferri; et hic indies in-
crescebat.

102 Dicebat adhuc se quidem exultaturam, *et ex quo nas-*
si alios in caelo majori se gloria videret donatos; *cebantur*
nescire tamen num gauderet, si alius magis quam
ipsa Deum diligeret. Omnia laborum propter Deum
susceptorum genera parva illi videbantur. Pœni-
tentias, tametsi gravissimas, nullo ducebat loco.
Imo plures haud gravatim subiisset mortes, ut vel
una dumtaxat anima Deo serviret. Etsi vero omnes
homines quam maxime Deo cuperet famulari, si
quos tamen videret singularibus a Deo talentis
donatos, quos ejus obsequio aptos fore censebat,
quam ardentissime eos desiderabat a Deo ad illud
evocari et in peculium assumi. Nonnumquam adeo
anxium illud erat desiderium ut se ipsa compescere
haud valeret. Quare omnem quam poterat in hoc
adhibebat diligentiam, et summo cum fervore pre-
ces ingeminabat, Domino sic supplicans: « Vide,
» Domine, aptum hunc esse qui in amicum tuum
» cooptetur. »

103 Bonorum ruina, haeresum propagatio et
Ecclesiae necessitates animum ejus mire excrucia-
bant, et assiduas ejus oculis lacrymas exciebant,
illamque animabant ad magnas corporis afflictatio-
nes frequentandas. Atque adeo (ut libro secundo
diximus) haec causa fuit cur in cenobii suis tan-
tum rigorem vitae voluerit observari. Nulla ei acci-
dere mors poterat gravior quam cum cogitabat num
forte Deum offenderet: quae cogitatio ipsam sic affli-
gebat ut aliquando tota lacrymis madescens enixe
dilectum sit deprecata ne quid hujusmodi umquam
permitteret. A quo audivit non esse quod se anxie
distorqueret; quin imo certo sibi persuaderet in
ejus se gratia esse: neque enim talem amorem erga
Deum quo ipsa inastuabat, et eos pietatis sensus
quos ejus animae conferret, cum lethali posse scelere
consistere. Si quid ageret quod sensibus esset grave
valdeque ejus desiderio repugnaret, ubi ad animum
revocabat illud ad majus Dei obsequium referri,
tantam in se laetitiam sentiebat quod illi hoc modo
gratificaretur, ut omnem quam patiebatur poenam
nihil faceret. Quo autem magis Dei causa consolati-
one sua se privari videbat, eo illi erat gratius
eandem carere: adeo ut, quamvis ob consolationis
jacturam dolere voluisset, minime potuisset. Quid-
quid occurrebat impedimentorum exterius, ipse
etiam cibus, potus, somnus et quidlibet negotium
intercidens, quo cum Domino esse ac suavi ejus
conversatione potiri impediatur, illi erat pera-
cerbum. Idem tamen Dei amor, qui doloris hujus
erat causa, ita ipsam adurebat vehementer ut omni-
bus sese negotiis laeta adeo hilaritate exteriori im-
penderet perinde ac si gratissima illi exstitissent.

ingens gloria
divina precu-
randa

104 Semper magna in Dei obsequium opera
efficere gestiebat; a quorum executione arceri et
adferre non posse quod ad illa requiri censebat
(qualia

animarumque
Dei laudandi-
rum zelus.

AUCTORE
RIBERA

D

A qualia sunt corporis valetudo, vires, talentum et libertas ad animas Deo lucrificandas), animum ejus exercebat. Si quando, prostrata valetudine, majora exequi se non posse videret, consolationi illi erat aliquid vel minimum facere, qualia sunt ramusculis ac floribus imagines convestire, oratorium everrere aut adornare, aliaque generis ejusdem. Ardentissime desiderabat Deum ab omnibus coli et laudari et ejus Ecclesiae fines longius proferri: quin imo omnis ejus oratio huc fere tota referebatur, et rarissime pro se ipsa Deum orabat; ut quæ purgatorio igne cruciari parum moraretur, si vel modicum Ecclesiae fieret incrementum. Ut majus cum Deo agendi sibi temporis suppetere spatium, externorum, etsi consanguineorum, quam poterat maxime declinabat commercium; et cum solis illis ipsi volupe erat conferre qui orationi sese dabant quosque Dei amor, uti se, sauciasset: horum siquidem conversatio consolationi illi erat.

maxima con-
scientia puri-
tas.

105 Cum Hispali domum fundaret, appulit illuc ex Indiis reversus frater ejus Laurentius Cepedius, qui tum sorori tum monialibus omnibus insignem in monasterii fundatione operam navavit. Scrupulis igitur agitari cœpit (etsi omnis nonnisi de rebus ad animæ ejus incolumitatem et rerum illius directionem spectantibus sermo esset) num Constitutionum decretum violasset, mandantium ut moniales ab omni se consanguineorum affectu sequestrent. Cogitanti igitur satiusne foret hanc cum fratre communicationem abrupte sequere divertere, respondit Dominus: « Nequaquam, filia mea: neque enim » aliter Constitutionibus tuis obstricta es quam » quatenus eæ legi meæ conformes sunt. » Amor hic in causa erat ut animam semper purissimam haberet; de qua confessarius ejus libri hujus capite v memini d, in relatione sua ita locutus est: « Religiosa hæc adeo puram habet conscientiam ut » quotquot ejus delicta in Confessione accipimus » et cum ea communicamus, uti et ejus sodales, » eam obstupescamus: dici namque potest quid » quid animo voluit, quidquid agit, Deum esse, et » ad honorem divinum ac spirituale animarum » emolumentum referri; adeo ut ne minimum qui- » dem, quacumque de causa, veniale crimen con- » traheret, si sciret id esse hujusmodi: ita ut omne » illius studium eo referatur ut noscat quomodo » melior indies evadere et ad perfectionem perve- » nire queat. » Alius e confessariis (quem F. Petrum Ibañezium fuisse mihi persuadeo) vivendi ejus rationem Angeli videri potius ait quam creaturæ humanæ.

continuum
animæ per-
fectionis stu-
dium

106 Prolixior æquo forem, si quidquid hoc in genere dici queat, huc afferre velim. Verum quoniam Christianæ vitæ perfectio in charitate potissimum consistit, duo hic aut tria depromam e quibus quadamtenus pateat ad quam sublimem perfectionis apicem Teresia pertigerit. Primum, cum ad Hispalensem fundationem abiens, secundam Paschatis feriam in oratorio quodam haud procul ab Astygi perageret, mente recolere cœpit qualem sibi alias hoc in festo gratiam Omnipotens communicasset: unde natum subito illi desiderium insigne aliquod ei obsequium præstandi. Cumque varia id genus obsequia cogitatione versaret, nullum occurrebat quod non alias a se factum esset. Tandem novum aliquod occurrens, etsi id difficillimum foret, opere ibi præstitit; quod commemorabo, cum de obedientia ejus dicam. Secundum, in omnibus quæ constabilivit monasteriis, a primo ad postremum, nihil umquam qua factò qua verbo, etiam minimum, quod ad divinum facere nosset obsequium, vel in fundatione constituenda, vel in ne-

cessitatibus prospiciendo, vel in fautorum gratia procuranda, prætermisit. Tertium denique, ab Abulensi sede constituta, quin et aliquot ante annis, quoad demum de vita decederet, nulla umquam tentatio impedire illam valuit quominus ageret id quod ad ampliorem Dei facere gloriam vel ipsa nosset vel ab aliis audiret. Nec vero vulgari quadam ratione id ab ipsa fiebat; cum etiam voto se obligasset ut faceret in omnibus rebus non modo quod Deo placeret, sed etiam ea quæ illi gratiora et ad majorem ejus tendentia gloriam et majoris perfectionis sibi fore intelligeret.

singulari voto
confirmatum.

107 Id porro votum non ad nullius, sed ad aliquis momenti res (ut scrupulis occurreretur) referendum intelligebat. Cujusmodi ipse votum nec legi umquam nec audivi Sanctum quempiam emisisse: quod qui nude concipit, si modo sciat quid faciat, næ apertissimum eum altissimæ ac singularissimæ perfectionis signum edere censeo; eo magis cum quæ id concepit, conscientiam adeo haberet meticulosam. Non enim id sine maxima rerum omnium creaturarum abdicatione, sitientissimo Creatori complacendi studio et singulari in animam ejusque affectiones dominio poterat fieri. Nec vero leviter id et temere ipsa nuncupavit, sed consulto admodum, et Generalis sui et commissarii apostolici assensu. Quanti vero fuerit hoc votum tam integre et per tot annos implevisse! Quantas inde divitias sibi comparaverit! Quem meritorum cumulum coacervaverit! Quam altam sibi acquisierit gloriam! Et quoniam Deus fidelissimus est et amantes se redamat, ac magnum amorem celare nonnisi difficillimum est, hinc vicissim ipsam plurimum recreabat et amicissimis persæpe compellabat verbis, quibus suum erga ipsam amorem testabatur. Libro Vitæ suæ quædam sibi a Domino dicta repetens verba, inter alia hæc refert: « At ne mihi persuaderem » ipsum mei memoriam deposuisse; quia numquam » ille mei oblivisceretur: sed necesse esse ut ego » facerem quod in me esset. Nec vero sine pietate » quadam et consolatione hæc a Domino mihi dice- » bantur, additis etiam verbis aliis, quibus tam in- » signem in me contulit gratiam ut dicere ea non » valeam. Sæpius mihi a divina ejus Majestate in » magni amoris testimonium dictum fuit: Jam mea » es, et ego sum tuus. Quæ vero identidem repetere » soleo, quæque meo quidem judicio verissima » dico, hæc sunt: Qua de re sollicita esse debeo, » nisi de te, Domine? »

E

108 Quadam vice cum ipsam reprehendisset Dominus quod id in quo versabatur dubium plane non deponeret, num scilicet quæ patiebatur, diabolo auctore fierent necne, maximopere contristata est; et ecce statim magna cum suavitate et ténertudine dixit ei Dominus ne se affligeret: scire se per illam non stare quominus se libenter objiceret iis quæ ad obsequium suum spectarent; et quidquid ipsa eo tempore vellet, ad exitum se perducturum (et ita revera contigit): respiceretque amorem qui in corde ejus quotidie magis magisque erga Deum increbescbat; et hoc illi argumentum fore illa dæmone auctore minime fieri. Addit insuper: « Qua- » dam vice suasit mihi, magno cum amore me con- » solando, ne contristarer; in hac enim vita fieri » non posse ut in eodem semper vivamus statu: » quandoque me fervore mentis exæstuaturam, » quandoque omni prorsus caritaturam, interdum » distractionibus turbendam, alias in quiete fu- » turam, interdum etiam tentationibus exagitan- » dam; verum spem in ipsum conjicerem, et nihil » formidarem. » Quodam die, cum affligeretur quod se corporeis videret necessitatibus obsecun- » dare

nec non mira-
cum Deo.

F

AUCTORE
RUBICA.

A

dare debere, apparens illi Dominus et consolando demulcens suavit ut quicquid corporeæ necessitati impenderet, sui causa id faceret et hanc molestiam æquanimiter perferret, eo quod vita ejus aliis necessaria esset.

qui suum visum
erga eam
amorem

109 Hæc porro in charta exarata ab illa verba exstant : « Ad hoc usque mane in hac afflictione » versata sum; cumque in oratione agerem, magno » quodam in raptu spiritum meum putavi ad » æterni Patris conspectum a Domino delatum, » atque hunc illi dicentem audire : Hanc tibi reddo, » Pater, quam mihi dedisti. Ac tum videbar illi » propius admoveri. Non est porro hoc imaginari- » rium quid, sed res certissima, et tam spirituales » includit blanditias ut verbis exponi eæ non » queant. Tum ille mihi verba dixit quæ non re- » corder; quorum quædam eo spectabant ut gra- » tiam mihi se communicaturum sponderet. Atque » hoc ille pacto me aliquanto temporis spatio apud » se detinuit. » Aliis in schedis hæc quinque quæ sequuntur, scripta reliquit. Primum quidem quod contigit primo quo Incarnationis monasterio præfuit anno : « Posthæc, inquit, perseveravi in eo » orandi modo quem modo servo, in quo nimirum » anima cum SS. Trinitate versatur : ac videre » videbar Patrem æternum ad me accedere meque » amicissime compellere, hæcque inter alia mihi » dicere, suum erga me amorem patefaciendo : » Dedi tibi Filium meum ac Spiritum Sanctum et » hanc Virginem; quid dare mihi ipsa potes? »

B

eximii chari-
tatis

110 Alterum id est : « Alias hæc ad me Domi- » nus verba protulit : Ne timueris, filia; quando- » quidem nullus est qui queat te a me separare. » Ac tum quidem imaginaria visione mihi sese, uti » et alias facere solitus erat, valde intime spectan- » dum dedit, ac dexteram suam mihi porrigens, » ait : Aspice clavum hunc, in signum quod ab hoc » die sponsa mea futura es : hactenus id non me- » rueras; posthac vero honoris mei curam geres, » non solum tamquam Creatoris, Regis ac Dei tui, » sed ut vera et germana sponsa mea : honor meus » jam est tuus et tuus meus. Hæc gratia tales in » me genuit effectus ut illos vix caperem et velut » mentis impos manerem, diceremque Domino ut » vel meam vilitatem propalaret aut talem gratiam » mihi non concederet : putabam namque naturam » meam illi ferendæ imparem esse. Unde tota die » ab ea velut imbibita et valde absorpta mansi.

C

» Magnum inde postea fructum sensi ac majorem » mei confusionem et animi dolorem, ex eo quod » nihil tantis gratiis donisque dignum me facere » viderem. » Contigit id secundo præfecturæ ejus in Incarnationis cænobio anno, in octava S. Martini. Tertium est : « Postquam a Sacra Synaxi re- » vertissem, visus mihi est aperte admodum Re- » demptor Jesus ad latus meum assidere et me » verbis suavissimis consolari, his inter cætera : » Ecce me, filia mea : nam ego sum; tuas mihi » ostende manus. Quas acceptas suo ille lateri » videbatur inserere, dicens : Respice vulnera mea; » non es sine me : vitæ hujus brevitatem per- » transi. » Quartum factum est, cum ad Hispanensem fundationem abierat : « Dominus mihi ait : » Nosti jam quod sit te inter et me connubium; ac » proinde quod habeo, tuum est : unde tibi omnes » quos passus sum dolores et labores cedo, et ideo » hos a Patre meo velut proprium quid exigere » potes. Et tametsi jam dudum scirem esse nos » horum participes, jam tamen modo adeo diffe- » renti facta particeps sum ut magnum quemdam » mihi nacta viderer principatum : nam qua mihi » hanc gratiam familiaritate præstiterit, exponi hic

» non potest. Videbatur hanc Pater donationem D » ratam habere. Ex illo tempore longe alia ratione » attendi ad ea quæ Dominus passus est, velut ad » proprium meum peculium; atque hæc me cogi- » tatio mira voluptate perfundit. »

111 Quintum denique est quod, cum nocte qua- dam grates Domino ob acceptum ab eo beneficium persolveret, audivit ab illo : « Quid a me postulas, » filia mea, quod non præstem tibi? » Quorum verborum occasione sic in vitæ suæ historia scribit : « Cum importunis a Domino precibus postularem » ut cuidam de me bene merito oculorum usum, » quem prope totum amiserat, cujusque commise- » ratione tangebatur, redderet, verereturque ne ob » mea peccata non exaudirer, mihi, uti alias fre- » quenter, se spectandum Dominus dedit, ac ma- » nus suæ sinistræ plagam cepit ostendere et dex- » tra ingentem sinistræ infixum clavum educere. » Videbatur porro una cum clavo etiam carnem » evellere; quod gravissimo cum dolore fieri vide- » batur, qui me ad ei compatiendum excitavit. Tum » mihi dixit ne dubitarem quin qui mei causa hæc » passus erat, multo potius ea concederet quæ ab » ipso petebam. Quin imo se recepit quicquid » unquam efflagitarem, id mihi concessurum; E » quod me nihil petituram nosset quin suæ id » esset gloriæ conforme : se proinde postulatis » meis modo morem gesturum. Monuit adhuc con- » siderarem se, etiam cum nondum illi famularer, » nihil penitus eorum quæ ab ipso poposcissem, » unquam mihi denegasse, imo eadem longe quam » petere possem melius concessisse; quanto vero » magis modo, cum se a me diligere sciat : ac proinde » hac de re certa essem », etc.

ac solatiis
cum spiritua-
libus

112 In rebus quoque corporalibus eam Dominus quandoque recreabat. Quodam die attrita valetudine ac marcenti stomacho Abulæ decumbens, infirmarum præfectæ ait se ob maximam oris ariditatem peponis gustandi desiderio teneri; sed si nullus domi esset, eum aliunde petere vetabat. Cum autem domi peponem non haberent moniales, nec foris eum quærere, Teresia id vetante, auderent, alios ei cibos attulerunt. Qui ubi, quod eos ægrota edere non posset, jam auferebantur, signum datum fuit ad orbem versatilem; et ostiaria eo accurrens dimidium inibi invenit peponem, quem quis attulisset, nec tunc videri nec postea resciri potuit. Plurima hujusmodi contigerunt, sed pleraque Teresia silentio suppressit. Ex hisce Domini favoribus et incenso quem in se sentiebat genuinæ filiæ amore amica cum Deo in ipsa libertas nascebatur, tametsi reverentiæ plena, nec non candor quidam quo eum familiariter, et non minus confidenter quam patrem filia solet a quo se tenerrime diligere novit, compellabatur. Hinc cum ipso se consolabatur, cum ipso exposulabat et deliciabatur; ut sæpius in Vita illius legere est.

tum corpora-
libus testaba-
tur,

F

113 Exempli loco sit quod ejusdem capite septimo et trigesimo scribit : » Quid hoc est, Domine? » An non plus satis est quod in hac ærumnosa et » misera vita me detineas, et ego hanc propter te » sustineam et vivere in terra cupiam, cum tamen » in ea nihil sit aliud quam multiplicia tui non ha- » bendi aut fruendi impedimenta : necesse quippe » est me comedere, dormire, cum omnibus agere » et tractare; et hæc omnia, tui causa, æquissima » mente perfero, quanquam non ignoras, Domine, » id mihi maximum ac gravissimum tormentum » esse. Tene tamen interea, in parvo illo quod » mihi ad te fruendum suppetit tempore, faciem » tuam a me abscondere? Quomodo hoc cum im- » mensa tua consistat misericordia? Quomodo id » ferat

familiaritas.

A » ferat amor quo me ipse prosequeris? Putem
 » equidem et credidero fore ut, si me a te possem
 » abscondere, uti tu faciem tuam a me abscondis,
 » propter amorem cum quo erga me feresis, id
 » minime patereris: sed ipse mecum es ac sem-
 » per me intueris; unde non est quod hoc tolerem.
 » Obsecro, Domine, ut consideres magnum hoc
 » pacto gravamen irrogari ei quæ te ita diligit », et alia his affinia. Dicebat adhuc amorem Dei omnia secum bona ferre, et oportere nos, quo ipsum oblineamus, ab omnibus nos rebus abdicare, quin et nosmetipsos abnegare; quia autem adeo invite sequimur et tam lenti in Deo nos totos dedicando sumus, Majestatem illius etiam se præbere in favoribus communicandis difficilem: hunc vero amorem non in lacrymis, gustibus ac tenero affectu consistere, sed in cultu ei deferendo cum justitia, fortitudine et humilitate; hunc denique non aliter quam firmiter secum statuendo propter Deum et operari et pati, atque, quando sese offert occasio, hoc propositum opere exequendo, comparari.

ANNOTATA.

B a Vide de hac Vita S. Teresiae editione n. 1499 Comm. prævii.

b Monialis quæ id Ribera narravit, erat Isabella a Jesu. Vide tom. I Epist., fragm. IV, not. 1.

c Magna cultu Christi et Sanctorum imagines Teresia venerabatur; quas ab infantia ramusculis et floribus exornare solebat, ægre ferens si deformiter pictæ essent, ac dicens exoptare se ut quocumque oculos converteret, Dei et Sanctorum imagines spectaret (in Vita ejus a P. Gratiano Bruxellis edita an. 1610, p. 77). Duodennis, matre orba, ante iconem Deiparae se prolebat, supplicans ut ipsa in filiam se admitteret (Comm. præv., num. 59). In Christi vulneribus confossi figuram forte oculos conficiens, insolito repente turbata motu est præ commiseratione et peccatorum dolore, ac penitus exin ad Deum se convertit (ibid., num. 134). Christi et B. Virginis icunculas continenter penes se habebat (Ribera, l. I, c. VI). Amare deslet hæreticos imaginum usum, tantum id pietatis adminiculum, abjicientes; qui, ait, si Christum amarent, aspectu gauderent ejus effigiei, quemadmodum amicus aspectu gaudet amici (in Vita sua, c. IX, num. 5). Monasterio Incarnationis præesse jussa, in sua præsidis sede collocavit statuam Deiparae, appensis domus clavibus regendam ei committens domum (Ribera, l. III, c. I). Eadem in domo asservatam dicit Chronicum Christi imaginem, celebri quæ Burgis colitur Crucifixi imagini simillimam, item alteram qualem in raptu viderat, ac tertiam Deiparae in choro ubi hæc ei apparuerat, et quartam S. Josephi quam futura priorissa eo intulerat (lib. I, cap. IX, num. 4). Plures quas penes se gessit sculptas Crucifixi imagines supra memoravi (not. f ad Ribera l. I, c. VI). Doctam se a Deo dicit sacras imagines, utut pulchras, religiosam paupertatem non ladere, quamvis in hanc adjectitio earum ornatu peccari possit; censetque artificio dæmonis factum ut Lutherani earum usum tulerint (Additam. ad Vitam ejus, num. 3). Suadet ut quæque monialis aliquam qua pie afficitur sibi eligat Jesu Christi imaginem, quam secum ferat, quam crebro aspiciat et quam etiam alloquatur (Via perfectionis, c. XXVI). E parata sibi ad fundandam Toleti domum pecunia, quæ tribus quatuorve ad summum constabat aureis, in primam suppellectilem duas in tela pictas imagines coemit (Comm. præv., num. 460). Magnæ cum venerationis et admirationis sensu meminit missæ e Belgio Manceræque a Ludovico de Toledo asservatæ perpulchræ tabulae quæ Deiparam referebat (Comm. præv., num. 445). Tres picturas confici jussit quæ habitam a se S. Trinitatis visionem repræsentarent, corrigens ipsamet artificem, si manus ejus aberraret: quæ tres imagines penes Mariam ducissam

Albanam primum fuerunt, earumque una dein ad manus pervenit Ferdinandi de Toledo, magni ducis Albani, soceri Mariæ, qui eam pectori applicitam secum semper gerebat, doctus conspectu ejus, ut ipse aiebat, orare medium etiam inter armorum strepitum. Quod ipsamet ducissa in Actis canonizationis testata fuit (tom. II, epist. XIII, not. 6 et 7).

d Confessarius is est quem Ribera allegat ubi agit de prophetico S. Teresiae spiritu (supra num. 49 et 50). Non animadvertit hoc Martinezius, qui tum hic tum alio loco brevi secuturo (infra num. 117), arbitratus Riberam perperam suum caput V citare, lectorem remittit ad caput VII, quasi ageretur de illo confessorio qui 33 articulos de spiritu S. Teresiae (supra num. 69 et seqq.) conscripsit.

CAPUT VI.

Caritas erga proximum.

Quoniam amor quo proximos complectebatur, non nisi propter Deum erat, quem in iis considerabat et amabat, is ad amoris erga Deum mensuram adaptabatur. Hic quippe eam coegit subire tot labores totque itinera, etsi detrita valetudine, per frigora, pluvias, nives et intensos calores, ut sedes religiosæ ad plurimum animarum salutem et perfectionem excitarentur, suscipere. Hinc sancta æmulatione concionatores et omnes animabus Deo asserendis intentos æmulabatur; utpote quæ id exequi etiam opus per se optabat, ac sibi concedi cupiebat regibus ac dynastis et omnibus omnino hominibus voce inclamare, ut, relicto errore, veram salutis semitam ingrederentur et Creatorem suum agnoscerent, etsi mille sibi propterea mortes essent subeundæ.

115 Sanctos omnes permagni faciebat, et volupe illi imprimis erat ipsorum gesta volvere: si quos vero horum legeret animas Deo asseruisse, intensiori afficiebatur devotione et animi teneritudine et magis hoc illis invidebat quam omnes quos passi erant cruciatus. Quare ad Deum clamabat, ut, cum tot animas sibi cacodæmon vindicaret, aliquam suis orationibus afferre opem (cum aliud præstare non valeret) et vel unam animam ad ejus obsequium allicere liceret. Magni faciebat et amabat omnes qui hisce studiis incumbabant et quos aliorum videbat utilitati studere vel lectiones habendo vel concionando vel alia ratione quacumque. Quorum laboribus plurimum compatiebatur et omni ratione eorum volebat commoditatibus consultum, ac quoties sibi eorum recreandorum se dabat occasio, miram liberalitatem ostentabat: quidquid enim in eos expendebat, optime collocatum sibi persuadebat.

116 Sciens tres quatuorve ex Ordine Dominicano claros eruditione Patres quemdam in locum venturos in quo ipsa versabatur, ubi, propter loci inopiam, pro eo ac tantæ auctoritatis viros adeoque Ecclesiæ utiles oporteret, excipi commodè non possent, luculentam apud amicum cœnam nec non lectos quam fieri poterat benevolentissime et commodissime parandos curavit. Similia et aliis officia præstitit. Si vero viri tales male valerent, ipsa orabat et ab omnibus apud quas agebat monialibus orari volebat, ut regi illi brevi pristinam valetudinem recuperarent, ne quod ab eis ad proximos dimanabat commodum imminueretur. Si quem vero horum mori contingeret, decessum ejus lacrymis tenerrimis deflebat; et quæ adeo omnem a creaturis affectum avulserat, tali in occasione, quod Creatori suo adeo arcte adhereret, summum testa-

AUCTORE
RIBERA.

CAP. XI.
Salutis abio-
rum prom-
vando studio

Teresia viros
apostolicos

quibus poterat
officiis juva-
bat.

AUCTORE
RIBERA.

A

batur mœrorem, et quidem longo post obitum ipsorum tempore. Jam ab aliquot annis P. Martinus Gutierrez S. J., magni vir nominis atque in animarum salute procuranda impiger, exspirarat, cum ipsa mecum Salmanticae agens, et viri illius memoriam refricans, maximo occupari dolore cepit ob viri in proximorum commoda tam strenue incumbentis discessum, et tenerrimo cum affectu mihi dixit: « Deus bone! nimio in Dei » servos amore feror, cum eorum absentiam tam » gravate feram. »

illisque mori-
entibus, dole-
bat.

117 Dicta hactenus probare satis queat afflictio quam in Magistri Joannis Avilæ, inclyti Dei servi ac concionatoris excellentissimi, obitu sensit. Quem ut primum Toleti in ædibus Aloisii de la Cerda didicit, cum foundationis causa illuc iisset, maxima animi angustia in lacrymas prorupit. Mirabantur hunc luctum sodales, cum nullius in morte ullum dolentis animi edere signum soleret; imo cum fratris sui, quem unice complectebatur, obitus ei Segoviae nuntiaretur, ne vel unam oculis ejus pro-silientem lachrymulam viderunt, sed passis manibus Domino benedicebat. Hinc, cum tam insolito eam luctu confici viderent, petebant, cur, cum Magister Avila adeo sanctus fuisset et jam ad fruendum Deo abiisset, adeo sese affligeret. Quibus illa: « Hac de re quidem certissima sum, sed doloris » mei causa est quod in viro hoc Ecclesia Dei » magnam columnam necnon animæ plurimæ ma- » gnum sustentaculum amittant; et inter cæteras » mea, etsi abessem ab illo longius, multis illi erat » devincta nominibus. » Credi hoc facile de illa potest quæ tanto erga animas affectu ferebatur ut vel ob unius bonum milles se mori paratam assereret. Nec vero satis ei erant desideria, cum etiam ardentissimas pro iisdem preces effunderet, corpus afflictionibus emaceraret, et quidquid posset, pro earum incolumitate impenderet. Animabus etiam plurimis per se ipsa consuluit: de qua re a quodam illius confessario est scriptum: « Si aliquid de exi- » mio fructu spirituali quem ex illius congressu, » quotquot cum hac Dei serva colloquuntur, ca- » piunt, dicere voluero, numquam finem inveniet » narratio. Nam quæ quoad hoc contingunt, stu- » penda sunt et insigne Dei miraculum. Nihil de » me hic dicere volo, qui ob demerita mea non pro- » ficio; quamquam evidenter in me expertus sum, » ex quo cum ipsa agere cœpi, multis in rebus ita » singularem Dei mihi adfuisse opem ut liquido » viderem eam cœlitus venire. Quare in meipso » non magis eam ut sanctam habere non possim, » quam dicere interius me ipsam non nosse. » Hactenus confessarii illius verba; atque idem de se alius confessarius scripto testatus est, cujus verba ad longum capite v hujus libri deprompsi.

Peccatoribus

118 Numquam cum ea quispiam frequentius egit quin aliquod animæ suæ compendium hinc eliceret. Aliquot hujus rei afferam specimina, ac primum quidem ea de quibus in libro Vitæ suæ loquitur, ita tamen ut præcipua tantum rerum adjuncta perstringam; quia reliqua legi possunt in ipso illo libro, cujus ideo capita hic annotabo. Patri suo et monialibus Incarnationis verbis simul et vitæ exemplo mirifice profuit. Plurimis aliis persuasit ut orationis exercitium sectarentur, in quo ipsos etiam direxit et libellos iis ad hoc subministravit. Cum sub initia conversionis Becedas valetudinis curandæ causa concessisset, agebat ibi sacerdos qui septennio toto nefariam cum muliercula consuetudinem magno incolarum omnium scandalo habebat, nec tamen a re divina assiduo facienda cessabat, nullique monenti aures dabat;

quia icunculae cujusdam aeneæ, quam mulieris illius D suasu de collo gestabat, fascino tenebatur. Tantum porro Teresiæ apud eum valuit suasio ut hanc a se imaginem abjecerit: exinde mulierem illam detestari cepit atque omnino deseruit; et ad Deum conversus, seria vitæ instituta correctione, intra annum obiit (cap. v).

119 Alius sacerdos ad illam accessit, qui bien- ad Deum con-
vertendis
nium et semestre teterrimo scelere irretitus, quotidie Sacrum faciebat, et confessario id aperire præ pudore non audebat, etsi id a se abjicere jugum maximopere desideraret: sed deerat animi robur. Recepit in se Teresia Deo illum per preces commendare et litteras ad eum mittere. Ut primas ejus litteras recepit sacerdos, scelus suum per Confessionem evomuit; ac rescripsit Matri jam diebus non ita paucis in id se crimen non impegisse, sed, quod gravissime a cacodæmone ad illud incitaretur, videri se tartari cruciatus quodammodo ferre: orare proinde ut Dei sibi rursus opem deposceret. Teresia igitur Deo supplicavit ut tentationum procella a viro illo recederet et dæmonum rabies in se sæviret, ita tamen ne Deum suum offenderet. Illico igitur sacerdos torqueri desiit et gaudere omnimoda quiete cepit, cum interim mense toto E Teresia gravissimis tormentis exagitata fuit. Idem vir, quoties postea tentationum gravior eum afflaret procella, Teresiæ legebat litteras, et extemplo vis omnis evanescebat (cap. xxxi).

120 Duos etiam e Dominicanis sodalibus viros atque anima-
bus plurimis
eruditione præstanti, Petrum Ibañez et Vincentium Varon, adhortata est ut orandi studium consecrarentur; atque imprimis Varonium, cui etiam aliqua a Deo accepta monita illi aperienda retulit, et pro quo instantissime Dominum est deprecata. Tantum porro ambo in orandi exercitio profecerunt et ad tantæ perfectionis venire gradum ut etiam Teresiæ stuporem moverint, et id ipsa, nisi oculis videret, vix credere potuisset (cap. xxxiii et xxxiv). Sororem suam Mariam Cepediam (uti jam supra dixi, cum de prophetico ageremus spiritu) cum sciret repentina morte decessuram, quadriennio aut amplius monendo prævenit, atque hoc pacto factum ut animæ illius salus in tuto fuerit (cap. xxxiv). Joanna Suarez, Incarnationis monialis, intima ejus amica, jam vita functa Teresiæ se spectandam dedit, et ait: « Per te salutis æternæ facta » sum particeps. » Revelavit illi adhuc Dominus illius intercessionem patrem salute sempiterna donandum. Capite xxxix alia id genus cum retulisset, in hæc verba concludit: « Quos mihi Dominus » favores contulit in animabus intercessionem mea » a gravissimorum scelerum servitute vindicandis, » aliis ad majorem perfectionem adducendis, aliis » denique purgatorio educendis, aliisque id genus » subsidiis, adeo quidem ingentes sunt, ut, si eos » commemorare vellem, tum meipsam tum lecto- » rem defatigare. Atque id gratiarum genus in » animarum salutem magis quam corporum ces- » sit; et rei hujus plurimos afferre testes queam, » cum nimirum fuerit notissima. »

121 Vir quidam e regni hujus primoribus gravi in via virtutis
promovendis
peccato obnoxius erat; cujus quidem occasionem abjicere desiderabat, sed præ animi imbecillitate non poterat, quod ea quotidie ob oculos versaretur. Verum tam potens fuit beatæ Matris ad Deum deprecatio ut ille brevi turpe id jugum penitus excuserit, et libertatem, Teresia orante, monente et scribente, adeptus sit; atque ablata occasione et scandalo, deinceps mire in divino proficiens obsequio, gratum se erga Deum et ancillam ejus Teresiam semper præbuit. Quoad animas purgatorio precibus

A precibus suis ereptas aliquot ipsamet exempla ejusdem libri capitibus XXXI, XXXIV et XXXVIII commemorat. Si quis ipsam spirituali aliqua necessitate et afflictione pressus adiret, nullius negotii occupatione ita distinebatur quin illud quamprimum tantisper seponeret, quoad spirituale proximo subsidium dedisset; adeo ut etiam suarum necessitatum oblivisci videretur. Quodam die, cum Salmanticae apud suas post meridiem animum oblectaret, a paupercula quadam evocabatur. Grave monialibus accidebat illius tunc conversatione frustrari, cum non nisi rarissime ipsius alloquio, ob crebras occupationes, fruerentur: quamobrem institerunt ne suas ita desereret. Quibus illa hujusmodi animarum consolationem dixit suam esse recreationem: quo dicto, illico hilaris ad illam adiit a qua vocabatur.

ne perficiendis

122 Plurimos etiam illius opera Deus a mundi vanitate ad Religionem et ad maximam perfectionem adduxit. Agmen hic ducet quadam mihi nota: cujus nomen, quod etiamnum superstes sit, quamvis invitus, silentio involvam. Hanc singulari Teresia amore complectebatur et apud se commorari aliquo tempore permisit: sed cum mundanis ea vanitatibus inanibusque sæculi fumis oppletum cerebrum haberet, hocque Teresiae maximopere displiceret, eam ex animo Deo commendavit; etsi nihil horum ipsi indicaret. Dominus cor illius tangebatur, sed ipsa ad pristinas inanias revertebatur; donec tandem die quadam, simul cum sancta Matre ad S. Synaxin se præparans, et e libello de Contemptu mundi caput ab ea indicatum legens, a Domino, quem interim Teresia pro illa precabatur, valide perculsa et magno ad cognoscendas præteritæ vitæ noxas lumine illustrata fuit: quas cum ipsi S. Matris confessario declarasset, inde anima ejus repleta consolatione, innovata et penitus alia facta, ita paulatim cœpit immutari ut magna illi perfectionis et religiosæ vitæ ineundæ (a qua semper exstiterat alienior) nata sint desideria; et omnem mundi fastum, quo immersa erat, perosa, et orationi librorumque spiritualium lectioni sese dedens, tandem maxima beatæ Matris consolatione et omnium stupore civium in primum S. Josepho Abulæ consecratum monasterium sese receperit. Tam læta ejus fuere principia ut capite XXXIX Vitæ suæ de nonnullis suis, ætate quidem juvenibus, sed perfectione senilibus agens Teresia monialibus, in hæc verba scribat: « Quam libenter iis cedo palmam, » et quam me erubescere coram Deo oportet! Nam » quod divina ejus Majestas tot illis annis qui effluxere ex quo me orationi dedidi et gratias ipse » mihi communicare cœpit, adimplere in me non » potuit, in illis trimestri et in quadam triduo » etiam perfecit. » Quæ autem triduo ad hunc pro-
 C vecta gradum est, hæc ipsa est de qua modo agimus. Pares quoque fuere qui deinceps secuti sunt progressus; quos evolvere possem, si de vivis loqui instituissem. Atque illa fatetur, quidquid sibi hoc in genere contigit, unis Teresiae precibus adscribendum videri; nec immerito: nam et ipsa Teresia per litteras aliquando innuit illam sibi uni suam debere salutem.

maxime se
compendebat.

123 Atque hic primus est modus quo ferventem suam erga proximum charitatem ostendit, dum se scilicet erga animas tam hoc in mundo agentium quam purgante in igne detentorum beneficam ostendit. Nec parvo hæc illi charitas stetit. Comperto enim animam quampiam in flagitio hærrere, mox ardentius orationi insistebat. Præter hæc diabolus quam poterat gravissimis ipsam affligebat modis. Nonnumquam exterius ab eo affligebatur

ita ut monialibus sui commiserationem moveret; nec minus interius discruciabatur, si quando animam aliquam dæmoni eripnisset. Sæpenumero etiam acriter ab eodem in suo corpore vapulabat, graviora etiam comminante et se de ea vindicturum jactante. Unde, quoties Teresia aliquam ex illis animabus ad meliorem frugem redire videbat, mox experiebatur et dicebat hoc sibi caro constiturum.

AUCTORE
RIBERA.
D

124 Alterum charitatis genus circa bona versatur corporibus proximorum impensa, atque de hoc jam dixi nonnulla in vitæ ejus historia. Cuidam qui oculorum prope omnem amiserat usum, hunc Dominus ad preces illius reddidit. De consanguineis ejus quispiam urinæ difficultate ita laborabat ut gravissimos bimestri toto dolores subiret, et ita quidem intensos ut totum lancinaretur corpus. Hunc beata Mater, confessario ita jubente, cum invisisset, et commiserata virum, ardenti deprecatione sanitatem illi a Domino petisset, e vestigio æger plane dolore solutus est (cap. XXXIX). Infirmarum monialium singularem rationem habebat et affectum iis maximum exhibebat; quas etiam, prout per rei familiaris inopiam licebat, omni ratione recreabat: si vero nihil ad eas refocillandas domi suppeteret, id ipsa foris quæri haud gravate ferebat, ne quid rerum necessariorum ægrotis deesset. Unde et ipse non raro hujusmodi necessitatibus Dominus mirabiliter prospiciebat.

Ægrotis

E

125 Quoad fieri poterat, ab aliorum se avocabat tractatione negotiorum, ut ægrotis adesset et alloquio eas recrearet. Lectulum illis substerni lanæum jubebat, vel etiam plures, si necesse foret; optimam etiam et mundissimam omnium quæ domi erant lodicem præberi. Easdem et ab aliis visitari ac recreari jubebat sororibus. Quadam in scheda separata scripsit se aliquando Malagone a Domino sibi apparente mandatum accepisse ut ægrotantibus peculiari ratione consuleret: moderatricem enim quæ morbo postratarum curam non haberet easque non consolaretur, amicis Jobi persimilem esse; quod interim dum ipse eas ad bonum animarum flagellat, ægrotantium patientiam illa in discrimen vocet. Factum etiam nonnumquam sub domus Abulensis initia, ut, cum in totius cœnobii sustentationem nonnisi unum vel alterum ovum vel quid simile suppeteret, id ipsa præberi jussit ei quæ maxime eo opus haberet. Quo dicto ipsammet designari ratæ moniales, quod morbis variis opprimeretur, id illi dare gestiebant; verum hoc admittere volebat, id sibi necessarium esse negans, ac malebat id sociæ sumerent: quas ut laboribus sublevaret, omnem quem poterat laborem ipsa subibat. Cum ad Burgensem foundationem profecta in nosocomio ad dies aliquot commoraretur, morbo tentari cœpit et stomachum nauseabundum pati; quare a sororibus mala aurea dulcia sibi petiit conquiri. Eadem die hujusmodi mala aliquot matrona quadam pia submisit, eaque sapida cumprimis. Quæ Teresia ut vidit, intra manicam ea abdens, descendere se velle ait, ut inopem qui suam sortem inclamabat altius, consolaretur. Omnia ergo, cum descendisset, mala in egenos dispertiit. Petentibus vero monialibus cur hæc sibi data aliis dedisset, magna quadam hilaritate, quam e vultu facile legere erat, respondit: « Aliis ea malim quam mihi » cedere: læta admodum inde redeo, cum eos di-
 F » miserim recreatos. »

pauperibusqua

126 Alias poma citrea sibi allata ut vidit, ait: « Benedictus sit Deus, qui mihi contulit quod in » pauperculos meos rursus dispertiam. » Fuit cum in eodem nosocomio morbidus cui apostema inci-
 debatur,

opem ferro
gestiebat.

AUCTORE
RIBERA.

A debatur, ita vocem sustolleret ut caeteris infirmis molestus esset : cujus excita clamore Teresia descendit; ad ejus conspectum aeger cum tacuisset, hunc ipsa deinde sic percontatur : « Cur adeo » vocem extollis, fili? Quin tu Dei nomine dolo- » rem æqua mente fers? » Tum ille videri sibi ait animam evelli. Verum cum aliquantisper B. Mater adstitisset, omnis repente dolor evanuit; nec deinde cum ulcus secaretur, querulæ ex illo voces audite sunt. Tam accepta porro pauperibus eo in valetudinario erat ut domus præfectam rogarent ut sanctam hanc feminam sæpe ad se introduceret, cujus vel aspectus sibi solatium afferret. Teresia vero inde migrante, hospitii curatrix vidit illos in lacrymas prorumpere. Jam inde a suis initiis, dum adhuc in Incarnationis agebat cœnobio, apud animum suum statuit nullum diem elabi sinere quo non aliquod singillatim caritatis opus exerceret. Unde, cum impeditæ per diem minime sibi ejusmodi patrare licuisset, si forte de nocte monialem aliquam sine lumine gradus ascendentem audiret, suo cubiculo egrediebatur lumen alteri præbitura, ne illa dies sine ullo proximis exhibito caritatis opere sibi efflueret.

Singulari
inimico.

B 127 Tertio demum in hoc illustris ejus caritas eluxit, et multo fortasse clarius quam in aliis duobus ante commemoratis modis, quod omnes persecutores et adversarios singulari dilectione complecteretur. Adeo enim immensa illius erat charitas, ut, cum injuriis quis in ipsam exstisset, hac de causa in ipsum peculiari magis amore quam in alios ferretur, huncque majori affectu Deo per preces commendaret. Cum audisset quosdam apud magni nominis viros graves adversum se calumnias deposuisse, nullam aliam hac pro injuria talionem rependit quam quod eosdem amaret ardentius et Deo commendaret crebrius. Nullius honorem verbis, ne joco quidem, lædi patiebatur, multo vero minus eorum a quibus erat injuriam passa : volebat quippe semper bene omnes de iis loqui ac sentire et illorum factum excusare. Quotquot suis foundationibus adversabantur vel ipsam qua factis qua verbis exagitabant, laudabat et quocumque poterat modo excusabat : quin imo nihil habebat antiquius quam omnia in bonum capere sensum; quod etiam ab omnibus suis observari volebat. Notatum est id charitatis genus in illa sæpius ab iis qui ipsam comitabantur et cum ipsa agebant : nam multæ C quotidie hujus ostendendæ occasionibus illi offerebantur. Nec verbis ea continebatur; cum quocumque poterat amicitiae ac benevolentiae genus ipsis haud illibenter præstaret, donec tandem bonis eos operibus expugnaret, illud Apostoli secuta consilium : « Noli vinci a malo, sed vince in bono malum » (Rom. xii, 21).

et adversarios

128 Cum Abula Methymnam et Vallisoletum ahiret, illi viæ comitem superiores addidere Fratrem quo nullum adversantiorum habebat, quique non aliter comitabatur quam ut oculatè singula ejus opera contemplaretur et captaret quod in illis carpendo sugillaret. Hunc illa comitem velut a divina submissum providentia, quod eum sibi superiores assignassent, quam libentissime admisit et in itinere tam amice gratanterque est allocuta ut reliqui comites non parum obstupescerent; simul quibus poterat modis eum recreabat, icunculas quas in Breviario suo habebat, illi dando, et suam illi quam amplissimis verbis operam addicendo. Accepit is quoque ab ea quamdam S. Spiritus effigiem, quam cum ipsa haberet carissimam, aliis hactenus negarat : atque hanc ob singularem quo ipsum complectebatur affectum illi se dedisse significabat. Haud

procul a via qua pergebant, ejusdem Instituti erat D cœnobium, cujus incolæ rebus Teresiae oppido refragabantur, quod tum (uti supra diximus) ob res non bene intellectas magna esset in Ordine dissensio, omnibus tamen (uti verisimile est) commune Instituti sui bonum ac divinæ gloriæ augmentum spectantibus. Quod cum perspectum haberet Teresia, eo sese devoti jussit, etsi nonnihil de itinere deflectendum esset.

129 Huc ergo impulsam ut adesse inter Fratres increbuit, nullus horum ad excipiendum comparuit. Singulos ergo ad se cum evocasset, singillatim tam amice eos compellavit ut sua intra viscera eos abscondere velle videretur, et eadem vultus comitate apud eos a matutino Sacro ad vesperam usque (qua reliquum confectura iter erat) mansit. Qua victi Fratres sunt et abeuntem extra locum comitati, celerem illius discessum sibi gravem accidere dictitantes : quos tanta sanctitas in stuporem rapiebat et confundebat. Ita etiam Patrem qui ipsam comitabatur, officiis sibi devinxit ut tam cito diurni itineris cursum esse dimensum non modice doleret, adderetque per jucundum sibi fore longius ipsam, si sua opera uti vellet, comitari. Si qui viri graves sinistro in eam essent affectu vel perperam de ipsa rebusque ejus sentirent, eos ipsa statim adibat, modo adiri poterant, cumque iis de illis conferebat rebus quibus magis adversabantur; atque illis abunde faciens satis, eos sibi propitios et benevolos linquebat. Verum quæ huc spectant alia tum melius intelligentur, cum de ejus patientia et hilaritate in laboribus ac persecutionibus dicendi erit locus.

dilectione pro-
sequatur.

CAPUT VII.

*Pietas erga SS. Eucharistiam
et erga Sanctos.*

I Illius erga Sacrosanctum Altaris Mysterium pietas singularis fuit : quod quatuor e rebus colligere est. Prima est, quod, quoties novum moliebatur cœnobium, nihil illam in ejus erectione magis recreabat, nihil ad itineris aliosque labores perferendos magis exstimulabat, quam quod unum amplius extaret templum in quo Domini Corpus asservaretur. Unde et hæreticorum hujus ætatis cæcitatem maximopere deplorabat, quod templa ædesque sacras, in quibus illud adorabatur et suscipiebatur, demolirentur; et teneriore quodam dolore ipsam sauciabant quæcumque in illud inter fideles atque infideles irreverentiæ committerentur. In Methymnensis sedis foundatione de nocte somnum quiete capere non poterat, sed ex intervallo strato se corripiebat dispectura num Ven. Altaris Sacramentum suo esset loco, metuens nimirum ne quis forte inter convenas clanculo hæreticus indignis modis id tractaret. Hinc tamdiu cor ejus pavens erat pro arca Dei, ut de sacerdote Heli scriptum est (1 Reg. iv, 13), donec debito illud in claustrum asservaretur.

131 Altera est, quod pleræque visiones sint illi oblatæ, cum aut ad sacram Eucharistiæ sumptionem se disponeret aut ab ea surgeret. Tertia, quod sæpius in salutari Hostia ipsummet aperte viderit Dominum, qui vere sub specierum ibi latet velamine. Quarta, quod jam antequam ex Incarnationis cœnobio ad fundandas sedes suas egrederetur, ut plurimum quotidie sacras epulas inibat, idque consilio auctoritateque plurimorum doctrina præstantium virorum, quibuscum de hac re contulerat.

vultu quotidie.

Nempe

A Nempe moniales illius domus tam frequenti Communione, quando eam Teresia incepit, uti non solebant, sed interdum tantum S. Eucharistiam sumebant; verum ejus exemplo solito frequentius Sacra Mysteria obire cœperunt. Placuit vero Domino per id tempus signis aliquot ostendere quotidianam hanc Corporis sui sumptionem sibi esse quam gratissimam. Cum enim inter cœteras ægritudines Mater bis per diem quotidie vomeret, mane et vespere, a vomitu matutino illico tum liberata fuit, tametsi vespertinus ad mortem usque ei adhæserit. Divinum vero Mysterium tanta animi puritate capessabat, ut, etiam priusquam ad Deum se penitus converteret, numquam nisi prævia Confessione, si vel unum delictum veniale in anima latere comperisset, ad ipsum accederet. Ingentes porro id in ipsa effectus producebat. Sæpe tanta Dominum majestate spectabilem in S. Eucharistia videbat ut dubitare non posset quin vere ipse esset; eumque pietatis sensum tum in anima sentiebat ut præ amore et gaudio liquesceret.

nisi obedientia
vel morbi ob-
staret;

132 Si quando tentationibus et afflictionibus mentis exagitabatur, ut plurimum sacris sumptis epulis, interdum quoque cum nonnisi ad ipsas capiendas accederet, omnis illico nebula ab animo dispellebatur, suæque hic pace donabatur, corpus vero doloribus manebat immune. Atque corpus ejus ab omnimoda ægritudine liberari, cum mensam Eucharisticam accederet, nimis quam frequens fuit. Sæpe etiam tam intensum animo Domini Corporis accipiendi innascebatur desiderium ut se ipsa compescere non posset; adeo quidem ut nulla in mundo res, nullum periculum, nullus labor illam impedire potuisset quominus ipsum reciperet: si vero vel superiorum jussu vel ipsiusmet Domini nutu ab Synaxi revocabatur, haud gravatim ac sine afflictione eadem abstinebat. Hinc, cum Abulæ quædam eam monialis rogaret num magna vivifici Panis fame teneretur, quod menstruo spatio ob morbi gravitatem eodem caruisset, ulla se teneri negavit: cum enim consideraret Dei nutu hæc fieri, non minus animam eo saturam esse quam si quotidie cœlesti hoc e ferculo gustasset.

ad Sacram
Mensam

133 Dominica potissimum Palmarum sacrosanctum hoc epulum inire gestiebat, hac consideratione famem excitans quod intolerabilis die illo in Jesum exstitisset Judæorum inhumanitas, dum eum in Bethaniam tanto intervallo ab Hierosolymis distantem abire impransum siverunt, præsertim cum tanto cum plausu eum ante excepissent. Unde pio quodam sensu ipsamet Dominum ad prandium invitabat, utque apud se diversaretur, instabat: hinc animam ei recipiendo quam poterat diligentissime ante comparabat. Et sane hocce die post trigesimum hujus exercitiæ invitationis annum, contigit tam insolita mentem ejus suspensione Communionis tempore evehi ut Sacram Hostiam deglutire non posset: quam cum, ad sese paululum reversa, etiamnum ore contineret, os sibi sanguine vere oppletum habere videbatur, nec non faciem et universum corpus eodem etiam calenti et velut recens effuso respersum. Quam vero eo die experiebatur in se suavis eximia adeo erat ut tum sibi quoque dicentem audierit Dominum: « Volo, filia, » ut meus tibi sanguis prosit; neque est quod per- » timescas ne mea tibi umquam defutura sit misericordia. Equidem eundem magno cum dolore » profundi, tu eodem suavissime frueris; et, ut vides, abunde tibi quod hodie mihi instruebas epulum compenso. »

magna animi
vise hanc

134 Cum Hispali quadam die a sacro convivio surgeret, videre se vere putabat animam suam

unum quid cum Domini Corpore effici: quem etiam tum manifeste præsentem conspexit. Hac vero e visione admirabiles in anima sua percipit effectus, qui ad profectum in virtutibus faciendum mirifice contulerunt. Dicebat nonnumquam, cum tantam sub adeo parvæ rei, qualis est hostia, tegmine latere Majestatem consideraret, non posse se non magnopere tantam sapientiam admirari, ac nescire se quomodo animos sibi ac fortitudinem Dominus ad sese accedendi daret; ac nisi is qui tantas sibi gratias contulit, animum etiam sibi sui continendæ ac coercendæ dedisset, impossibile sibi futurum fuisse illud dissimulare vel elata voce tanta mirabilia non extollere (Vitæ cap. xxviii). Præter hæc aiebat animam, quibuscumque comedere vellet modis, in divino hoc Sacramento saporem et consolationem reperturam; et nullam inopiam, laborem, persecutionem non facilem nobis visum iri, ubi hujus Sacramenti cœperimus delicias degustare. Quodam tempore Sacram suscipiens Hostiam, manifeste vidit omnes ad illius ingressum ab anima sua afflictionum nebulas dispelli, et per magnam in eadem claritatem exoriri. Iis quibus Abulæ commorabatur annis, antequam ad Methymnensis sedis abiisset exordia, quotiescumque vivificantem illum Panem acciperet, ut plurimum extra se rapiebatur, sæpe quidem ut a fenestella per quam Sacra Synaxis illi administrabatur, avelli non posset nisi ab aliis inde auferretur. Toleti etiam contigit ut æditua, cum nesciret quid illi fieret, omni ipsam conatu, in pedes quidem consistentem, sed in raptu parieti adherentem, aliqua in sella collocare voluerit, et dextera ipsius apprehensa, non aliter eam obriguisset viderit quam si saxum fuisset; donec tandem sensibus reddita est.

AUCTORE
RIBERA
D

135 Abulæ cum in choro, S. Josephi die festo, post Sacram Synaxim versaretur, duobus tribusve a terra palmis sublimis apparuit. Jam inde ab conversionis tempore, quoties Mysteriorum Sanctorum particeps fieret, ita Dominum fide sibi præsentem credebat ac si corporeis oculis ipsum suam subire domum conspexisset: hinc, quoad ejus fieri poterat, ab omni rerum externarum tractatione sese abstrahens, cum dilecto amanter tractabat interius, omnesque suos colligens sensus sola cum solo commorari gestiebat. Illius sese ad pedes consistentem fingeat, et cum Magdalena peccatrice non aliter plangebatur quam si corporeis illum oculis in Pharisei triclinio accumbentem vidisset. Et hoc loco cum Domino loqui perseverabat, quamquam nullum pietatis sensum percipiebat. Suadebat ne, cum certo sciremus illum intra nos jam divertere, dum calore naturali accidentia panis consumpta non essent, tam bonam cum Domino tractandi occasionem prætermitteremus; quin potius ut tum ad illum accederemus, et cum hospite cœlesti, omni rerum aliarum cura diu satis seposita, ageremus: atque hoc illa monitum quam urgentissime inculcabat. Si enim, inquiebat, cum in vita hac mortali ageret, solo illius tunicæ contactu sanitatem morbi sunt consecuti, minime dubitandum videri, quin, modo vivam habeamus fidem, cum intra nostra latet præcordia, miranda quædam opera patraturus sit, et quæ petimus, libenter nobis concessurus, hospes jam noster factus. Nec Majestatem illius tenuiter habitationem hanc apud nos, modo amice excipiat, compensare consuevisse; neve etiam ita clanculo ad nos accedere, quin aliquo modo sese retegat ei qui novit qualiter recipiendus sit: plures namque ei sunt animæ sese patefaciendi modi. Addebat commodum imprimis hoc esse cum Domino tractandi et monita ab eodem

E

a
grissimo acci-
debat.

F

AUCTORE
RIBERA.

A

accipiendi tempus; cum illi deliciae sint maximae, si apud illum maneamus nec cum ullo modo a nobis effugemus: si vero, cum a sacra redimus mensa, eo deserto, aliarum nos rerum occupationibus involvamus, non est quod ob exiguum in anima profectum queruli expostulemus (Vie perfectionis cap. XXXIV).

Sacerdotes
plurimum ve-
nerabatur.

136 Sedulo etiam procurabat ut quidquid ad SS. Sacramenti cultum spectaret, rite paratum, nitidum ac mundum foret; qualia sunt templum, altare, antependia, sacer vestium apparatus, calices et corporalia: quemadmodum in omnibus ejusdem domibus, etiam pauperrimis, videre est. Quoties vero illustres matronae varia illi donaria offerrent, nihil ei erat acceptius quam aromatici pastilli aliaque odoramenta quae coram SS. Eucharistia adoleret: eaque conquirebat quam fieri poterat lectissima. Ex hac erga SS. Eucharistiae Sacramentum veneratione nascebatur singularis illa intimaque erga sacerdotes reverentia, quod suo illi ore salutarem hanc Hostiam consecrent. Quam obrem saepe coram ipsis in genua se provolvens, eorum osculandas manus ac benedictionem exposcebat. Malagonem quodam die cum venisset, ut primum in medio plateae in qua monasterium erat, exscensionem fecit, ejusdem sacellum obvium habuit; cujus, quamquam aetate non esset spectabilis et plurimi externi adessent, ad genua accedens, ab eodem petiit benedici.

Frequentem
Communio-
nem suis mo-
nialibus prae-
scripsit.

B

137 Ex insigni hac devotione, et quod nosset quales divinum hoc Sacramentum in iis operetur animabus effectus quae bene dispositae ipsum recipiunt, factum est ut toties illud recipere suas voluerit sectatrices quoties id eam velle libro secundo declaravimus. Mandavit insuper ut, praeter statos illos Synaxeos dies, adirent singulae quotannis mensem sacram eo die quo sacrum assumpserant habitum, nec non eo quo Deo sese per vota obligarant. Et quamvis haec inter ceteras leges relata non sit, ejusdem hanc tamen esse voluit efficaciae ac si in reliquarum esset relata seriem. Ut vero pateat hanc ejus mentem fuisse, quadam die rogata verecunde ita sentiret, atramentum petens et chartam, in scriptum eam retulit ac suo obsignavit nomine. Atque hoc certissimum est, et multae id jam norunt; verum ne quae futuris temporibus in hunc cooptandae sunt coetum, ignorent, hoc loco id visum est significare.

C

CAP. XIII.
Sanctos

138 Eximie erga Sanctos affici insigne sine controversia est Dei donum et gratia quaedam singularis collata illi cui hunc ipse affectum concedit, nec non de certissimis salutis pignoribus quae habere homines in terra possunt. Sancti quippe amicis suis peramicos se exhibent; Deus vero suis multo se exhibet amiciorem: non enim hi Deum deprecari in caelo pro eorum salute negligunt qui ipsorum patrocinium exposcunt, neve Deus negligit suos adeo intimos et fideles amicos exaudire. Hoc porro Dei donum minime defuit beatæ huic animae, cui alia multo majora contulerat; quin imo in ipsa jam inde a principio singulari quodam modo eluxit. Ipsorum namque Vitas quam libentissime pervelebat, quarum lectione animum suum solabatur et extimulabat; quin etiam suo in Breviario catalogum gestabat eorum in quos peculiari sensu ferebatur: quem hic eo prorsus describam ordine quo ipsa eodem chartae inscripserat; quod sciam non defuturos quibus gratissimum accidet peculiarrem hanc seriem nosse. « S. Pater noster Albertus. « S. Cyrillus. Sancti omnes Ordinis nostri. Omnes « Angeli. Angelus meus Custos. Patriarchae. S. Jo- « seph. S. Maria Magdalena. Decem mille Martyres.

» S. Joannes Baptista. S. Joannes Evangelista. D
» SS. Petrus et Paulus. S. Augustinus. S. Domini-
» cus. S. Hieronymus. S. David Rex. S. Franciscus.
» S. Andreas. S. Bartholomaeus. S. Joh. S. Gre-
» gorius. S. Clara. S. Maria Aegyptiaca. S. Catha-
» rina Senensis. S. Catharina Martyr. S. Stepha-
» nus. S. Hilarion. S. Sebastianus. S. Ursula.
» S. Anna. S. Elisabeth Hungarica. Sanctus sor-
» titio datus b. S. Angelus. »

139 Deipara Mater, uti nec Dominus noster Jesus Christus, Sanctis hisce non annumeratur, quod minime opus esset hoc, utpote clarissimum, indicare. Nam in Deiparam studio peculiari et ardentissimo rapiebatur; atque id jam inde a tenella aetate. Ut enim primi libri initio narratum est, matre decedente, ipsa etiamnum parvula, coram Beatissimae Matris effigie prostrata, petiit ut sibi matris posthac esset loco. Atque hic in ipsam affectus una cum aetate accrevit, quod maternam illius numquam non benignitatem experiretur. Tencriore in S. Josephum fuit affectu, et libris ejus passim apparet quo gustu, qua gratitudine de ipso loquatur, et quam sedulo omnibus Sancti hujus cultum persuadere contendat c. Eorum San-
ctorum festis diebus particularem pietatem prae se ferebat, et hos maxima jucunditate celebrabat; illorumque in laudem quandoque carmen aliquod pangere solebat quod moniales modularentur: ac gratum illi erat, si quae illarum similem odam componeret; tametsi de consonantiis rhythmicis nec ipsa multum laborabat nec suas laborare volebat, ne haec accuratio pium spiritus suffocaret affectum. Jam ab initio, cum in Incarnationis ageret domo, S. Josephi festum insigni et solemni apparatu quotannis relegebat. Porro quo erga B. V. Mariam et ejus sponsum fuerit animo, facile videre est e monasteriis quae fundavit: omnia namque Ordinem B. Mariae profitentur et in illius sunt honorem instituta; et pleraque a S. Josepho denominata. Nihilominus tamen intimo quoque erga priores illos Coelites quos produximus, studio ferebatur: atque id patet ex eximiis gratiis quas per illos recepit.

b
mira studio
coluit,

140 De visionibus in quibus Deipara et S. Josephus illi apparuerunt, et quas illi grates Virgo ob insignem quo in hunc erat affectum egerit, jam primo libro pluribus locuti sumus. SS. Petrus et Paulus fidem illi dederunt advigilaturos se ne a cacodæmone illuderetur; et saepius illi apparuerunt. S. Clara ei apparens illam adhortata est ut monasterii foundationem naviter urgeret, suamque ei promisit operam. Saepe S. Albertum Carmelitam per visum conspicata est. Decem mille Martyres, quorum apprime studiosa erat, illi apparentes, in mortis hora se adfuturos spoponderunt et animam ejus comitaturos, ut eadem secum gloria perfrueretur, uti sub libri in calcem indicavimus; estque hoc ex ipso Teresiae ore acceptum. Sanctus etiam vir F. Petrus de Alcantara saepe illi a morte apparuit, et nonnullorum ipsam faciendorum commonefecit.

et eximias
gratias

141 Dum Segovia Abulam erat abitura, prius Fratrum Praedicatorum voluit invisere cenobium a S. Cruce denominatum; quod ibidem locus sit in quo gloriosus Ordinis parens Dominicus vitae severitatem exercuit et multum sanguinis corpore eliciit. Sacellum ingressa, comitantibus ipsam priore cenobii et P. Didaco de Yanguas, quo tum confessario utebatur, ad aram in genua prostrata, diutius in oratione haesit; ac tum quidem ad latus sinistrum illi apparuit S. Dominicus. Quo viso, P. Didacus ipsam compellavit: et ipsa ab oratione surrexit,

F

per eos consi-
cuta est.

- A surrexit, lacrymarum imbre perfusa; etsi, quoad poterat, rem dissimularet, sicut similibus in rebus facere consueverat. Illius tum Confessionem Didacus excepit, Sacrum fecit et eam S. Communionem impertivit. Cum vero post in oratione perstaret, eo modo quo ante, S. Dominicum ad idem sibi adstare conspexit latus. Potentique cur ad hanc sese partem sisteret: « Aliud latus, inquit, Domino meo » reservavi. » Et illico sibi a dextra adstantem vidit Christum; qui, postquam aliquantisper apud ipsam mansisset, discessit, dicens: « Cum amico meo » oblectare. » Duabus prope horis hic Teresia mansit, et illi interim S. Dominicus adfuit, gavisum sese asserens quod hunc ipsa in locum venisset, simul etiam quos subiisset hic olim labores et quas ibidem a Domino gratias accepisset, pluribus aperiens. Deinde, illius arrepta dextra, summam illi opem in Ordinis ejus rebus promovendis spopondit, insuper addens alia quæ consolationem et gaudium illi attulere. Dicebat subinde Teresia, cum tantam a Deo in hoc sacello gratiam accepisset tantaque consolatione delibuta fuisset, gratissimum sibi futurum fuisse perpetuo in eodem manere. Hæc quoque verba in quadam epistola ejus legi:
- B « Hodie S. Martini agitur solemnitas, cujus singulariter studiosa sum, cum in hac octava pluries » multum gratiarum a Domino acceperim, quin » noverim rationem. »

ANNOTATA.

- a P. Fredericus (lib. III, cap. VI) citat sequens testimonium quod Julianus de Avila, Teresie in multis adjutor frequensque in itineribus comes, protulit in causa canonizationis ejus: Ego quovis ferme die porrigebam ei S. Communionem, et plerumque in ecstasi remanebat. Eo tempore Dominus illam tanto cumulabat favore ut quidquid ipsa lassata fuerit, id parum sit præ gratis receptis. . . Dei cum ipsa colloquium, quo plerumque donabatur a S. Communionem, magis erat familiare quam alia quæ habita ad Sanctos referuntur Dei alloquia; et tunc multa ei Deus suggestit spectantia ad monasteriorum foundationem.
- b Moris est in nonnullis monasteriis, sodalitatibus ac familiis ut singulis mensibus schedulæ distribuuntur Sancti alicujus nomine inscriptæ, et quisque cum qui sibi sortito obtigerit Sanctum illo mense piis aliquot exercitiis peculiariter colat. Atque hunc
- C Teresia vocat Sanctum sortito datum, qui etiam Patronus mensuarius dici solet. Ribadineira in Vita S. Francisci de Borgia (apud Majores nostros ad diem x Octobris, c. I, num. 2, et c. XIV, num. 230) notat in Borgia familia vetere instituto piam hujusmodi consuetudinem solemnem fuisse, et inde per S. Franciscum manasse in Societatem Jesu.
- c Ad ea quæ de magna S. Teresie erga S. Josephum pietate et cultu ob servandum narrationis filum num. 344. Comm. prævi abruptenda nobis fuerunt, juvat adjicere alia quæ certe momento non carent. Nam, ut recte ait P. Joseph Patrignani (Deot. ad S. Jos. l. I, c. XI), S. Teresia fuit splendidissima stella qua S. Josephi diadema adornetur, eademque a Deo electa fuit ut cultui hujus Sancti per totum terrarum orbem promovendo perlicendoque summam quodammodo manum imponeret. Postquam S. Mater cap. VI Vitæ suæ scripsisset se in agilitudinis molestiis et perfectioris vitæ desiderio in specialem patronum selegisse S. Josephum, sic pergit: Liquido deinde perspexi hunc meum patrem et dominum non solum his angustiis, sed et multis me liberasse periculis in quibus versabatur meus bonus ipsaque animæ meæ salus; idque majori meo bono quam rogare eum potuissem. Nec memini me hætenus ab eo petiisse aliquid cujus me compotem non fecerit. Et vero admiratione dignum est quanta

beneficia intercessione gloriosi hujus viri mihi Dominus concesserit, quantisque a periculis, tam corporis quam animæ, me liberarit. Aliis Sanctis gratiam Deus dedisse videtur ut in una necessitate invocantibus se opitulentur; sed hunc gloriosum virum ego experta sum in qualibet necessitate adiutorem. Adeo ut Dominus nobis indicare velle videatur quod, quemadmodum illi in terra subditus fuit (nam quoniam pater illius dictus fuit et nutritus ejus erat, imperare illi potuit), sic ei in cælo nihil eorum quæ petierit, denegat. Quod etiam alii nonnulli, quibus suaseram ut ei se commendarent, reipsa experti sunt. Unde jam plurimi sunt qui singulari affectu erga eum feruntur, compertam habentes hanc veritatem. Omni qua mihi possibile erat solemnitate festum ejus celebrare procurabam, esto vanitate plenior essem quam spiritu, quod cuperem omnia quam curiosissime fieri; tametsi bona ad hoc intentione moverer: nempe hoc mali habebam, quod, si cujus boni agendi mihi Dominus gratiam daret, id plenum imperfectionibus foret et in multis deficeret; contra in malo perpetrando et curiositate vanitateque adimplenda solertissima essem ac diligentissima. Ignoscat mihi Deus. Persuadere omnibus vellem ut mirifice erga gloriosum hunc virum afficerentur; quod sæpius experta sum varia illum bona nobis a Deo obtinere. Neminem novi qui, cum vere et ex animo illi devotus esset et particularibus obsequiis eum coleret, visus non fuerit per ejus opem in virtute profecisse: mirum enim in modum prodest illis qui ei se commendant. Jam aliquot (si bene memini) elapsi sunt anni quibus semper die ejus festo, aliquod ab eo donum posco, ac semper id mihi datum fuisse comperio; et, si forte petitio mea usquequaque recta non sit, ipse eam ad majus meum bonum flectit. Si essem quæ aliquam ad scribendum auctoritatem haberem, quam libentissime me in beneficiis quæ gloriosus hic vir tam mihi quam aliis est elargitus, singillatim enarrandis effunderem: verum ne præscriptos mihi a superioribus scribendi terminos transgrediar neu plura quam jussa sim faciam, in multis futura sum brevior quam quidem vellem, in aliis quam necesse sit diffusior; utpote quæ in omni eo quod bonum est, parum discretionis habeo. Hoc solum ex amore Dei peto ut quisquis mihi dicenti non crediderit, experiri velit; et experientia sentiet quantum sequatur boni ex eo quod glorioso huic Patriarchæ se commendet et eum particulari obsequio colat: speciatim illi qui orationis studio tenentur, semper deberent erga eum affici. Nescio quomodo de Regina Angelorum meditari quis possit, præsertim de tempore illo quo tam multa cum puerulo Jesu pertulit, quin simul S. Josepho ob opem et obsequium eis tunc impensum gratias agat. Qui magistrum non habet a quo orandi rationem discat, gloriosum hunc virum in magistrum deligat; et, eo præeunte, haud errabit. Faxit Deus ut non errarim in eo quod de ipso ausa sum loqui: nam, licet ei me devotam esse fateor, semper tamen in eo colendo imitandoque defeci, nec quod potui, præstiti. Ipse, pro eo atque est, effecit ut de lecto surgere et incedere potuerim nec amplius paralytica manserim: ego vero, pro ea atque sum, hoc ipso beneficio male sum usa. Adhuc, præter illa quæ multis Commentarii prævi locis (v. g. num. 238, 281, 305, 307, 344, 572, 615, 710, 831, 989) notavimus, inter septemdecim virginum domos quibus fundandis S. Mater operam dedit, quinque tantum numerantur quibus inditus non sit S. Josephi titulus; et in informationibus juridicis ad Sanctæ beatificationem (teste P. Antonio a S. Josepho l. III, epist. 58, not. 10) P. Ludovicus Ruiz Caballero Carm. Exaltæ. affirmavit illam ad fores suorum canobiorum collocasse imaginem Dæparæ ac S. Josephi in Ægyptum fugientium, cum hoc lemmate: Pauperem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum (Tobia IV, 23). Mitto referre e Chronico (lib. VII, cap. XXIX, num. 6) S. Teresiam a morte sua in festis S. Josephi et Incarnationis insi-

D

E

F

giori

AUCTORE
RIBERA.

A

gniori modo quam aliis diebus conspiciendam se dedisse Catharina a Jesu; eamque Isabellam a S. Dominico, cui etiam apparebat, significasse se velle ut provincialis suum Teresiae nomen a quatuor virginum canoniis demeret, restitueretque pristinum S. Josephi (lib. XIV, cap. III, num. 8). Suffecerit pro coronide advertisse, inter 68 Sancta Monita (quae a Sancta, sin scripta, saltem fuisse dictata videri diximus in Comm. praevio num. 1554), sexagesimum quartum sic sonare: Etsi multos colas Sanctos ut patronos, particularem tamen habe S. Josephum, qui multum pollet apud Deum. Nec degeneravit unquam in hac parte a S. Matris praeceptis atque exemplis Ordo Teresianus, vestigia relegens veteris Carmeli, quem ait Benedictus XIV e communi eruditorum sententia ab Oriente in Occidentem transulisse laudabilem consuetudinem praestandi amplissimum cultum S. Josepho (de Beatif. et Canoniz., lib. IV, part. II, cap. XX, n. 17). Etenim sub saeculi praeterlapi finem in Carmelo Excalceato numerabantur plura quam 150 templa sub S. Josephi invocatione Deo consecrata. Quin et Summi Pontifices, et episcopi, et Ordines religiosi, et reges, et dynastae, et respublicae, et civitates, certatim S. Teresiae vestigiis insistentes, cultum S. Josephi ita sunt amplexati ut non tantum toto orbe Christiano festum ejus solemniori celebretur ritu, sed et plures regiones, provinciae atque urbes tutelari ejus patrocinio gloriantur; et vix non ubique reperiantur ecclesiae, sacella, altaria, simulacra in ejus honorem erecta, maximo cum piorum familiarum singulorumque hominum fructu. Neque Belgium nostrum in hoc ulli cessit regioni jam inde a tempore quo, ut narrant decessores nostri (tom. III Martii, pag. 9), promovendae fidelium erga hunc Sanctum devotionis egregium affectum ex Hispania, ubi per S. Teresiae assecclas magnus erat apud omnes, secum in Belgium deferens, laudatissima memoriae princeps Isabella Clara Eugenia suo exemplo tantum effecit ut tota Bruxellensi urbe, officinis clausis, dies XIX Martii inter festivos haberetur multo prius quam novissimum ab Urbano VIII praeceptum pronuntiatum esset.

CAPUT VIII.

Fiducia in Deum, animi generositas, humilitas et mortificatio.

C

CAP. XIV.
Deo plenus
confusa,

Visum mihi est non abs re fore, si fiduciam in Deum et generositatem uno hoc capite simul complectar, quod illae invicem consociantur et alteram juvet altera et ab utraque mirabiles nascantur effectus. Praeclarae hae virtutes singulari ratione in Teresia enituerent, atque ex arduis illis quae molita est operibus quaeque perfici non posse videbantur, et ex animi celsitudine qua ea prosecuta est perduxitque ad exitum, facile apparent. Quis cogitasset unquam fore ut mulier monasterii septis conclusa, tot religiosi Instituti et obedientiae nexibus devincta, sine humanae opis reique nummariae praesidio, adhuc tantis obtreptionibus impetita, bonarum tot filiarum fieret Mater, tot monasteriorum fundatrix, ejus denique Ordinis qui tanto tempore in statu illo in quo tum cum ipsa reperit, perstiterat, renovatrix? Quis vir eos animos praetulisset, id mentis robur, ut tanta sibi vel ausus fuisset polliceri? Quis ea aggredi? Quis non abiecerisset animum, visis post ceptum opus tot tamque gravibus difficultatibus, impedimentis, obstaculis et persecutionum remoris?

a
nihil metuens
nisi peccatum.

143 Primum eam Abulae domicilium molientem a cepto non deterruere totius in quo debebat monasterii et Ordinis oblocutio, nec quae propter hoc

illam manere poterant castigationes, nec toto concitata oppido procella, tam clero quam magistratu in eam conspirante. Nihil ipsa verebatur praeter Dei offensam. Petentibus ab illa rem quamdam viris gravissimis, et, nisi morem sibi gereret, subsidium suum rebus illius negaturos se comminantibus, hunc in modum respondit: « Ut me ad postulatis » annuendum impellant, nisi mihi negare persisterenti religionem moveant, nihil unquam efficient; cum enim nulla hic peccati subsit suspicio, nihil metuo. » Nec mirum est hominum ipsi potestatem formidabilem non fuisse, cum ne vel paululum potentiam daemonum vereretur. Dicebat, si ipsa Domino famularetur cui et diaboli et reliqua creata subdita sunt, cur horum quempiam timeret, et cur ad totum infernum lacessendam animum non haberet. Unde omnes daemones in certamen provocabat, ut viderent num sibi nocere possent.

144 Nullo labore vel difficultate deterrebatur quominus ullam rem aggredi vel perficere auderet quam ad ampliorem Dei spectare gloriam sciret: si vero fieret ut, cum diutius in ea jam desudasset, postea in majus Dei obsequium fore nosset si abrumperetur, haud difficiliter ipsam intermittebat quam si nihil illius causa esset auspiciata. Quibuscumque exagitaretur laboribus et persecutionibus, numquam in lacrymas prorumpebat (etsi mulieribus id solemne sit), imo nec in verba quae afflictionem vel dolorem proderent. In erectione primi monasterii, ut suo vidimus loco, pro sua in Deum fiducia, agebat impensas quae sine numerosae pecuniae vi fieri minime poterant; cum tamen nec haberet obolum, nec unde obtineret, affulgeret spes. Octussem unum habebat, cum primae ecclesiae (qua utebantur antequam hodierna pararetur) structuram ordiebatur, in quam tamen magna pecuniae vis necessaria erat. Id ipsum contigit in aedibus Methymnae coemptis, necnon in aliis quae condidit monasteriis.

nihil spectans
nisi divinam
gloriam.

145 Hispalim deportata, ut sedis moliretur initia, teruntium dumtaxat unum habebat, nec amicum quidem noverat qui suppetias ferret. Non ideo tamen animum despondit vel a ceptis destitit; et antequam inde digrederetur, senis aureorum milibus paratas aedes suis reliquit. Abula ad secundi cenobii foundationem discedens, ut de horti et tecti opportunitate filiabus illic prospectum esset, novies mille aureos commodato accipere minime dubitavit. Tam firma in Deum ejus confidentia erat, qua norat eum non deesse iis qui ipsi ex animo famulantur et verba ejus numquam fallere, ut nullam metuere pauperiem posset. Hinc cum de stabili proventu monasteriis comparando moneretur, dolenti erat animo. Mundana subsidia flocci pendebat, nec aliquam in illis spem constituebat: haec enim cen samenta libanotidis aridae dicebat esse, quae aliquo gravata pondere confestim confringuntur; verum autem amicum in quo sperandum sit, Christum esse. Quare tantam confidentiam praese ferebat ut universo mundo sibi adversanti se crederet posse resistere, si modo faventem sibi haberet Deum. Rebus Ordinis sui summe periclitantibus, et nuntio accepto eas pessumire, ut revera apparebat, tam interrita et fidens animo ipsa mansit ut non modo consolatore opus non haberet, sed alios etiam mœrore prostratos erigeret, dictitans non esse dolendum, sed omnia felicem habitura exitum: adeo ut, cum nulla spes affulgebat, tum novam ipsa praeferreret fiduciam, omniaque haec nonnisi majus bonum paritura diceret.

sine ulla fore
ope humana

146 Si quando pluvio niveoque celo magnisque cum molestiis et incommodis in itinere versabatur, novos

magnanimitas
Teresa

A novos comitibus animos addebat, utque constantiam praeferrent suggerens, adhortabatur; hujusmodi enim perfectiones caelo lucrando peridoneas esse. Si autem in via locus occurreret difficilior, cum prima ipsa perrumpere satagebat, uti jam ante in Burgensi fundatione dixi. Cum Abula Melhymnam peteret, fuit cum nocturnae ipsam tenebrae tam spissae prope flumen opprimerent ut comites transire non auderent. Quibus illa dubitantibus ait: « Consultum non foret sub dio permanere: » ad transvadandum vos parate et Deo vos commendate. » Aquam ergo illa ingrediente, praelucere lumen quoddam veluti facis aliquantum distantis cepit, donec omnes transgressi flumen discrimen evasissent.

res grandis et
arbitras perfe-
cit

147 Ob generosam hanc in Deum fidem fiebat ut quidquid vellet, succederet, et res patraret sane admirandas. Hinc, tametsi praepotentes pateretur adversarios et res agenda maximis obseptae periculis essent, nihilominus ipsa se aliosque animabat, tantam universo simul mundo inesse potentiam negans ut everteret quae Deus moliretur vel fieri cuperet. Dicebat ingentium a Deo acceptarum gratiarum notitiam multum se juvisse ad fiduciam concipiendam: nisi enim hanc habuisset, nec ad magna illa quae suscepit opera animum sibi fuisse. Aiebat proinde bonam humilitatem non videri acceptas caelitus gratias agnoscere nolle. Quadam tempestate, cum pagum ingressae arduum dubium incidisset ad quod dissolvendum magna esset eruditione et ingenio opus, et cum in eo versaretur loco in quo neutra dote juvari posset, quid ageret, ipsa nesciens, fiducia in Deum collocata, loci parochum consulere statuit, et quod ille suaderet, exequi; certissime confidens fore ut, quamquam doctrina is non praestabat, illi Deus inspiraturus esset quae fieri a se vellet, cum alium quem consuleret, ad manum non haberet. Atque ut sperabat, ita contigit; quod enim parochus consilium dedit, ipsum deinde et alii praestantes theologi dederunt.

CAP. XV.
Demississime
de se sentiens,

148 Ex sublimitate ad quam Teresiam a Deo erectam diximus, facile perspicitur quam ejus humilitas cum interior tam exterior profunda fuerit: soli enim profunde humiles ad tantam altitudinem sustolluntur. Haec virtus tanta in ipsa fuit tamque manifeste semper eluxit ut qui quaecumque de illa dicenda essent, vellet prosequi, finem non inveniret. In duas proinde, quae plurima de illa scio, partes distinguam. Primo de interiori et deinde de exteriori humilitate loquar. Interiori voco humilem quam de se ipsa habebat opinionem, uti illius e verbis liquido apparet: exteriorem vero, quae in aliis operibus ejus eluxit. Internae humilitatis evidens id argumentum est, quod tam frequenter de suis peccatis mentionem faciat, et magno quidem exaggerationis pondere, quamvis ea parva essent et variae illi ad eadem excusanda rationes praesto essent. Nec satis illi est ea plangere et extollere, nisi etiam, cum acceptarum a Domino gratiarum narrationem ordiri vellet, hunc in modum (Vita cap. x) loqueretur: « Quem ex amore Dei rogo ut » quidquid hactenus de me improba vita et peccatis commemoravi, omnibus enarret ac divulget: » et jam inde ex hoc tempore plenam ad hoc ei facultatem facio, uti et omnibus confessariis meis, de quorum numero is est cui scriptum » hoc mittitur; et quidem, si velint et ita expedire » judicent, jam inde ab hoc momento, interim dum » adhuc in vita sum, ne amplius hominibus qui » aliquod in me bonum esse cogitant, facum faciam, id faciant rogo: et certe (cum veritate » dico), prout quidem de me nunc sentio, perma-

» gnæ id mihi consolationi erit. At quoad ea quae » posthac commemorabo, facultatem hanc eis non » facio; imo nolo ut, si cui ea ostendant, dicant » quis quæve sit cui ea facta sint, vel quis quæve » hæc scripserit: nam propterea nec meipsam nec » alium quempiam hic nominavi; sed omnia scribam quam potero optime, ut non cognoscar a » quopiam: quod ut fiat, Deum supplex rogo. »

AUCTORE
RIBERA
D

149 Quod vero se paratam ait peccata sua scripto committere, haud dubie etiam fecisset; sed id fieri animae moderatores vetuerunt, ut libri Vitæ suae initio prodiret. Eandem quoque facultatem nunquam non confessariis ac superioribus, tam intra quam extra conscientiae forum, concessit: idque eo a se fieri dicebat ut scirent qualis revera esset, et suis in rebus nullis fucus fieret, neve plus æquo sibi crederent. Ad libri ejusdem finem scribit asserere se audere gravius sibi fuisse acceptos a Deo favores scripto committere quam peccata sua. Ex humilitate etiam (quamquam ea justa non fuit; quæ tamen humili e corde humiliter de se sentientis procedebat) anni spatio orationis studium intermisit, indignam se rata quæ eam frequentaret et gratias a Deo reciperet, cui tam male obsequeretur. Initio etiam intelligere se videns quidquid libri spirituales de orationis etiam altissimæ modo scribunt, eos ipsa non legebat: id enim cum humilitate non stare putabat, quod ad orationis se pertigisse gradus qui iisdem declarantur, crederet. Hinc libentius Vitarum Sanctorum lectioni vacabat, quod illorum exemplis ruborem in se excitaret (Vita cap. xxx). Grave illi erat, cum se videret ab aliis, ac praesertim a magni nominis viris, magni fieri; cumque coelestes suos favores aliis divulgandos nosset, cruciabatur quam maxime. Hanc ob causam aliquando Abula demigrare voluit, et alteri ejusdem Instituti cenobio procul inde sese includere, in quo omnibus incognita delitesceret. Sed vetuere id confessarii, quod ad majora eam Deus reservasset. Nec hic illius stabat humilitas; verum etiam laicis aggregari petiit sororibus, ut hoc in statu infimis durissimisque domus ministeriis occuparetur. Et sane in hunc ordinem se rede-gisset, si modo assensum superiores præbuisent.

amabat nesci-
re

150 Quodam tempore assidue orationem eo direxit ut iis qui bene de ipsa sentirent, Deus vicissim manifestare illius peccata dignaretur, unde pateret quam sine merito suo tantis a Deo favoribus esset cumulata. Denique tecte vel quomodo-cumque poterat, sua patefaciebat peccata illi quem bene de se sentire nosset; nec ante quiescebat quam id præstitisset: atque in eo perrexit quoad religionem illi confessarii moverunt (cap. xxxi). Missas ad aliquem e confessariis litteras hoc epiphonemate concludit: « Scias velim insignem hoc in loco mihi » commoditatem esse quam multo tempore concessata sum: nam quamvis exterior homo solus » sit, non habens qui illi afferre consolationem » solebat, anima tamen quiete perfruitur. Commoditas hæc est, non magis hoc in loco Teresiam » a Jesu notam esse quam si in mundo non foret; » atque hæc est ratio cur hinc abitura non sim, » nisi jubeant moderatores. Nempe desolationi interdum mihi fuit tot audire ineptias: quam enim » istic dicunt Sanctam esse, Sancta sit oportet sine » pedibus et capite. Rident quia eis suadeo ut » aliam sibi Sanctam faciant, cum id pluris eis non » constet quam verbo. »

pro nihilo reputari

151 Toletum concedere ad Aloisiam de la Cerda consolandam jussa, magna cum confusione huc se abire dictitabat, viso quo titulo ipsam superiores mitterent et quam graviter fallerentur; atque hæc

omnino sub-
esse

AUCTORE
RIBERA.

A

fuit ratio cur importunis a Domino precibus contenderet ne se Toletum abire sinneret (Vitæ cap. XXXIV). Si quando apud homines sanctimonia claros ageret, coram ipsis apparere erubescerebat. Munia honorifica in Religione abhorrebat et quam poterat maxime subterfugebat. Dicebat item vitam se longiorem desiderare non posse, cum non pro eo ac oporteret Deo viveret, quodque tam segniter Domino esset famulata et se tot imperfectionum navis inquinatam cerneret ut sæpe optaret omni carere sensu, ne tantum de se malum intelligeret; querebaturque nonnumquam Dominum, quod in nonnullis triduo, in alia etiam triduo perfecerat, in se tot annorum spatio efficere non potuisse: hinc aliis libenter potiores partes cedebat, nescisse se dictitans eequid esset obedientia, donec a suis eam edocta esset monialibus. Mirari etiam se dicebat eos qui operibus quæ ab ipsa patrabantur, fidem adjungerent; ac stolide facere censebat eos qui aliquo ipsam iudicio donatam crederent ad recte aliqua in re sentendum. Hinc etiam ab infima monacha consilium petere grave non ducebat. Adhæc quidquid ageret, nonnisi confessariorum nutu auspicabatur.

Exaggerabat
sua imperfe-
ctiones.

B

152 Tot in se notabat imperfectiones et eas adeo exaggerabat, etsi perexiguæ viderentur atque essent, ut qui hoc audiret, haud obscure intelligeret has non modo insigni ex humilitate ac Dei amore, verum etiam illustri quopiam cœlesti lumine dispici. Numquam aliquod de se narrari malum audisse referebat, quin liquido eos qui illud narrarent, verbis id imminuisse cerneret. De monasteriorum foundationibus, in quibus tanta egit et pertulit, tali semper humilitate scribit ut sub libri quo eas complexa est initium hoc modo loquatur: « Qui hæc » legerit, caveat ne quid hinc in me laudis transfe- » rat; cum a veritate is nimium quantum delira- » ret: quin potius Deum roget ut mihi ignoscere » dignetur quod e cunctis gratis ab ipso acceptis » tam exiguum collegerim fructum. Longe major, » filiae meæ, de me conquerendi quam gratias mihi » ob ea quæ acta sunt referendi ratio est. Cæterum » ex amore Dei lectorem obsecro ut vel unam » Salutationem Angelicam pro me recitet, ut hoc » pacto purgatorio egredi valeam et ad Domini » nostri Jesu Christi conspectum admitti », etc. Et optabat imprimis ut manifestare Dominus omnibus dignaretur, quod ipsa fecisset, vix aliquid esse. Aiebat se magnas quidem omnimodis a Deo

C

gratias recepisse, illam vero omnium maximam videri quod haudum in tartara ipsam, prout peccatorum suorum mereretur gravitas, deturbasset: adhæc nescire se causam cur ut bona ab omnibus suspiceretur; ac mundo se fucum facere: si enim homines se perspectam haberent, fore ut omnes ipsam præ contemptu digito monstrarent et in faciem conspuerent.

Charismatibus
revelantibus in-
dignum se
estimabat.

153 Filias suas humiliter rogabat ut sibi demortuæ Deum precibus propitiarent: dicebat enim metuere se, ne, quemadmodum stolide eam mortales ut sanctam haberent, ita et pro se mortua orare omitterent seque diuturnis in purgatorio suppliciis sinnerent expiari. Primis viginti ac duobus annis magnas mentis ariditates passa est; nec tamen amplius quid a Deo poscere in mentem illi venit: quod se crederet indignam cui vel aliqua de Deo cogitatio concederetur; sed insignem Majestatis ejus gratiam videri quod ipsam ante suos oculos versari sinneret. Numquam aliquam a Deo visionem aut revelationem petiit, nec speciale lumen, nisi quod ad illi serviendum, ac ne dolis diaboli pateret, necessarium erat. Et quamvis Deo perfamiliaris erat, numquam tamen curiose quid ex ipso scisci-

tabatur, etsi sæpius ab aliis id facere rogata. Confessarii interdum, periculi faciendi gratia, Sacra eam Communionem arcebant; quam ipsa abstinentiam etsi permolestie ferret, tamen, magis de Dei quam de suo honore sollicita, ipsum assidue dilaudabat, quod, ut honoris divini rationem haberet ac caveret ne divina Majestas tam vili diversorio succederet, confessario inspirasset. Quibus illa cogitationibus mota, magna animi quiete illorum jussui acquiescebat, etsi non sine tenera quadam et amabili pœna; imo quamvis cuncti mortales aliter suasissent, ne vel latum unguem ab illorum deflexisset imperio. Sæpe magna animi demissione superiorum reprehensiones tulit, et illorum ad pedes se supplex abiecit donec imperassent ut surgeret; nec ante verbum in sui purgationem adferebat quam facti sui esset rationem jussa reddere: quam tam paucis adeoque veracibus, planis et claris depromebat verbis ut non solum superioribus satisfaceret, sed etiam interdum pudorem injiceret.

154 Prælati quidam, ejus patientiam, ut videtur, exploraturi, acri in eam oratione invecutus, sciscitabatur cur in litteris etiam sinneret se Excalceatarum fundatricem appellari. Hunc illa rogavit ut hoc se nomine deinceps vocari prohiberet, addens id non magis sibi placere quam si Teresia a Jesu diceretur. Tam sollicitè acceptos colitus favores et quidquid aliquam sui opinionem concitare poterat, suppressere satagebat ut ne filiabus quidem suis id manifestari pateretur. Veaso ad Hispalensem foundationem profecta, Astygis in eremitorium æstus meridiani vitandi causa concessit: quo loco, uti et Hispali, etsi egregiis a Domino gratis sit cumulata, et sociæ in eodem versarentur loco et semper illi adessent, eæque selectissimæ (uti quidem eas ipsa vocat, et quales revera ad labores qui subeundi erant, requirebantur), nihil tamen ex his charismatis animadverterunt, donec longo post tempore in schedis illius scripta hæc reperere. Non tamen semper permittebat Dominus ut tam eximii thesauri delitescerent: nam, sui ipsamet oblita, sæpe quid manifestabat e quo audientes majorem virtutum ejus ad Dei laudem suumque ipsorum emolumentum haurire cognitionem possent. Fieri enim non posse evidens erat, nisi nimiam adhiberet curam, ut tantus quem corde fovebat ignis non aliquo se interdum radio per obviam rimulam proderet. Si quando tamen nec opinanter simile quid de se patefecisset, illico ad sese conversa, ipsum, quoad ejus fieri sine mendacio poterat, revocare vel aliter detorquere satagebat. Hinc quadam die vir pius idipsum notans: « Jam dictum est, in- » quit, Mater: diverticula noli querere; nam quo » plura quæsieris, eo te prodes manifestius. »

eæque studiosi
alios celebrat.

E

F

155 Quadam vice Communionis accessura mensam adeo se spiritu efferri sensit ut etiam corpus a terra extolleretur: quod persentiens, cratem ambabus manibus apprehendit quo se retineret. Dolebat enim hæc coram aliis fieri; Dominumque rogabat ut, si quos sibi communicare favores vellet, id publice non fieret: quod ut obtineret, multis precibus opus fuit. Grave quoque illi erat filiabus inspectantibus raptus pati; verumtamen, cum eos adeo frequentes experiretur, fieri haud poterat quin eos illæ perciperent. Hinc non adeo id illi acerbum erat quam dum coram aliis divina patiebatur: quæ tum quam poterat maxime dissimulabat; utque ea tegetet, infirmo se dicebat corde esse, et nonnumquam cibum sibi afferri petebat, ut quidnam passa esset, hoc modo dissimularet. Dum Hispali plurimis falsorum testium de tractionibus impetebatur, dicere solebat: « Deo » laus,

Gaudebat de
impactis sibi
calumniis.

A « laus, quod hoc loco talis esse noscar qualis re-
« vera sum : alibi quippe omnes in errorem per-
« ducti sunt, neque habent qualem me sibi fin-
« gunt; hic vero prout mereor. » Alphonsus de
Quirones, eques illustris et pius, aliquando ad Te-
resiae colloquium, quin nomen suum ei indicasset,
admissus, et scire avidus quid illa responderet,
monuit ut Magdalenae a Cruce e meminisset, quam
vulgus ut sanctissimam suspexerat, cum tamen
esset diaboli ancilla et cliens. Nihil hac Teresia
mota assimilatione est; quin potius magna cum
humilitate respondit : « Numquam mihi ejus subit
» recordatio quin contremiscam. »

*Deum habuit
humilitatis
magistrum.*

B 156 Denique virtus haec et suiipsius contemptus
ad mortem usque illi perpetuus fuit : in qua nimi-
rum errorum suorum a sororibus veniam petiit,
et illas ad constitutionum ac legum observantiam
est adhortata, simul obsecrans ne malam hanc
religiosam (hoc enim se nomine designabat) ut
exemplum intuerentur. Si quidquid de illius de-
missione animi dicendum esset, hic prosequi vel-
lem, finem dicendi nullum facerem. Duo solum
attulisse sufficiat. Primum, Teresiam singulari
quodam ratione a Domino virtutem hanc esse
doctam : ut mirum minime sit tantum in hac illam
fecisse profectum; cum ipsemet Dominus suam
illi vilitatem nec non errata manifestaret, et ita
quidem ut, quoties illi singularem vellet favorem
impertiri, errata illius, cum quae tunc habebat,
tum quibus olim fuerat obnoxia, ante acriter re-
prehenderet. Deinde vero, cum coelestia in ipsam
dona effundebat, ampliorem simul illi Dei cogni-
tionem majoremque sui ipsius despicientiam com-
municabat. Hinc, dum secum die quadam cogita-
ret non tam intimam modo Jesu Christi praesentiam
quam olim habuerat, in corde sese habere, intra
se audiit : « Hic praesens sum : sed videre te volo
» quam parum sine me efficere valeas »; aliaque
id genus plura illi Dominus suggerbat. Cum igitur
talis esset magister et discipula adeo docilis,
mirumne docentis praecepta adeo perfecte ipsam
adimpleret?

*nec ulla un-
quam vana
gloria labora-
vit.*

C 157 Alterum id est, toto ipsam vitae tempore,
quocumque honorari se modo videret qua verbis
qua rebus, tam praesentem quam absentem, nul-
lam vanam gloriam vel simulationem in animum
admisit; ac numquam quod de hisce confes-
sario aperiret, habuisse. Dicebat proinde, cum
plurima commisisset peccata, nihil unquam vanae
gloriae in sese sensisse; ac manifeste se videre quae
in se erant, non nisi a Deo venire atque adeo
ipsius esse dona. Et quamvis hanc vanitatem stu-
dio consecrari voluisset, id non potuisset; quod
perfecte nosset quoniam ante in statu sese vidisset :
quin potius Dominum, cum eximias hasce sibi
gratias conferret, majorem simul ad delicta agno-
scenda lucem infundere; seque gratias ab illo sem-
per accipere, quin ei serviret.

*CAP. XVI.
In obeundis*

158 Non minus hic diffusa esset narratio, si ad
finem usque pro dignitate exequeretur quidquid ipsa
humiliter gessit. Intelligi id saltem facile potest :
quia tam profunda ac vera humilitas haberi ne-
quaquam poterat quin simul forinsecus appareret;
et fieri vicissim nequibat quin opera et exempla
admiranda inde egrederentur. Jam ab eo tempore
quo oculos illi aperire cepit Dominus, virtutis
hujus edere documenta cepit. Si quando in oculo
versanti circa Officium divinum vel cantum aliqua
incideret dubitatio vel minima, licet rem non
usquequaque ignoraret, illico consulebat novitias,
etiam nuperitimas, sui humiliandi causa. Et quo-
niam caetera omnes magnos in via spiritus pro-

gressus, se vero nullum facere credebat, choro
egressarum omnium pallia complicare minime du-
bitabat.

*AUCTORE
RIBERA.
D*

*domesticis
ministeriis.*

159 Constituta jam sede Abulensi, initio ei vi-
debatur nullas sorores laicas admittere, sed ipsas
moniales hebdomadatim officia Marthae obire; ve-
rum postea, nimio illo dicens labore spiritum suf-
focari, mentem mutavit. Quamdiu tamen hoc vi-
guit, suas famulandi vices insigni animi gaudio
obibat, et vesperi secum dispiciebat quo ova, pisces
aut juscum sapor condiret qui a quotidiano
discreparet, hacque condimentorum varietate Dei
ancillas oblectaret : unde hebdomada illa bene do-
mum prospectum erat. Hoc dum munere fungeba-
tur, suo desiderio Dominum favere dicebat : cum
enim ipsa monachis sapidum instruere percuperet
prandium, liberaliter is submittebat unde parari id
posset; adeo ut ipsam culinae praesentia etiam quoad
corporis opportunitates compendiosum esset. His
tamen ministeriis non usque eo immersa erat ut
Dei sui oblivisceretur; et vicissim Omnipotens
illam ancillantem mira mentis dulcedine consola-
batur et pluribus donabat gratiis. Observata est ab
aliis culinam ingressis, dum sartagine igni appli-
cabat, in mentis excessum rapta et abalienatis sen-
sibus, facie fulgida, sartagine tam arcte com-
plectens ut violenter haec extorqueri non posset.

E

*etiam vilissi-
mis.*

160 In abjectis ministeriis semper prima erat :
hinc, dum caeterae alia domus loca purgarent,
chorum ipsa sibi sumebat everrendam. Quo in
ministerio suaveolentia quaedam mira, quam aliae
non sentiebant, nares ejus afflabat. In omnibus ad
quas concedebat domibus id genus obire officia illi
solemne erat, nimirum lances abluere, sordes ever-
rere, aliaque hujusmodi. Malagone, etsi afflicta
valetudine, ea tamen mentis erat generositate ut
ante alias lecto exsurgeas, omnes domus sordes
convelleret. Cum ibidem domus illius in qua modo
moniales commorantur, aedificium construeretur,
ab aurora ac noctem usque fabris ipsa praesens
adesse, prima sportam et scopas in manus sumere,
ac deinde a praeposita aliisque monialibus, cum
advenissent, commissorum ea die tali in ministe-
rio errorum, pedibus earum advoluta, veniam
postulare, perinde ac si omnium minima exstitis-
set. Nec vero solis priorissis ita se subiciebat;
verum etiam, si quam corripuisset monacham vi-
deretque hanc aegre id ferre et exulcerato ad dies
aliquot esse animo, ad pedes ejus accidens, sibi
petebat ignosci, non satis advertisse se dictitans
quid effutisset.

F

*in potenda er-
rorum venia*

161 Si quando in Lectionibus sacri Officii reci-
tandis impingeret vel minimum, illico se medio in
choro prosternebat, erratum suum fassa; quo sub-
missionis exemplo saepenumero sic adstantium mo-
nialium lacrymae ciebantur ut tantum prosequi
vix possent. Inter nuperas monachas semper sibi
sedem deligebat; et si quae sibi pronuntianda esset
Lectio, posteriores praefectae atque ejus vicariae
cedere pro more habebat. Domicilio Villanova de
la Xara constituto, domesticis obeundis officiis
vacabat ut caeterae; cumque unius dumtaxat bra-
chii usum haberet (altero male affecto), quomodo-
cumque poterat, sordes everrebat et triclinio aut
culinae operam sedula navabat. Cum ad aliquod
venisset monasterium, praefectas suo officio fungi
sinebat perinde ac si ipsa non adfuisset, dignio-
remque iis semper locum cedebat. Si quando oculo
evocaretur, facultatem excundi reverenter a prio-
rissa postulatum ibat. Et hanc si triclinium ingre-
dientem Teresia accubens conspiceret, exsurge-
bat, donec suo illa loco accubuisset. Cum Albae
guardianum

AUCTORE
RIBERA.

A guardianum quempiam alloqueretur, et priorissam ad eundem conveniendum intrantem videret, illico surgens illam considerare voluit, atque aliquantisper in pedes constitit; donec tandem, videns hoc eam ægre ferre, ad morem ei gerendum resedit. Huic præposita nomen erat Joanna a S. Spiritu.

atque aliis hu-
militatis ne-
mortificationis

162 Si quæ monialis ex naturæ infirmitate quid haberet quod nauseam videnti faceret, ad hanc Teresia simul mortificationem et humilitatem exercitura accedens, eam recreabat, manus ejus exosculabatur aut de paratis illi cibariis degustabat, aliaque id genus faciebat. Fuit cum in triclinio suas culpas enuntiaret et humi comederet e patinis lancibusque sordidulis, quamquam munditiei naturaliter perstudiosa esset. Alias manibus pedibusque in morem quadrupedis reptando triclinium ingressa est, multis saxis gravata laqueoque collum insertum habens, quem soror quædam pone sequens manu tenebat, ac suas, ut credo, culpas ipsa profitebatur. Alias eodem ingressa est onusta palea, suas item magna humilitate culpas pronuntians, perinde ac si novitia fuisset quæ ad sui victoriam hujusce humiliationis exercendæ facultatem a præfecta petisset: nulli enim fas est monachæ id genus mortificationes subire, nisi moderatricis facultatem cum animi demissione et fervore postularit. De mortificationibus porro hic pauca dico, cum ex hoc specimine de reliquis conjecturam facere proclive sit, scientique quid sit mortificatio quidquam de hac dicere necesse non sit: cum in omnibus quas tractamus virtutibus facile appareat quanta sui victrix fuerit, quam absoluta sui domina, quantaque fortitudine superarit quidquid impedimento esse poterat quominus heroicis illos virtutum actus exerceret. Is namque vere mortificationi studet qui naturam expugnat, tentationibus oblectatur, Deoque omnia subicit, nec propterea quidquam eorum quæ Dei obsequium et amor facienda exigunt, omittit.

uctibus exer-
cendis sedula
erat.

163 Factum etiam est ut sacrum aditum convivium severa prælatus oratione, quo ipsam mortificaret, inde facessere jussisset; ad cujus vocem magna serenitate et humilitate illico paruit, quamvis numquam non maxima sacri hujus ferculi fame teneretur. Cum ultimis vitæ suæ annis adeo viribus esset exhausta ut communes sequi leges commode non posset, priorissa domus in qua tum versabatur, eam interpellavit eone esset die ad triclinium ventura. Quæ illam interrogatio adeo non commovit ut omnibus quibus ibidem hæsit diebus triclinium frequentarit. Cum in alterius monialis cubiculo agentem præposita quædam cum libertate aliqua sic advocaret: « Jesu bone! tandemne, Mater, tecum » loqui poterimus, quæ tam diu ibi moraris? » illico januam vultu hilari et sedato, nullum proloquens verbum, aperuit. Quando cœnobio aliquo excedebat, pravi quod dederat exempli veniam petere a monialibus solebat; quod etiam fecit cum « vita decederet, ut supra diximus. Hoc vero tanta humilitate et animi teneritudine faciebat ut omnium oculis lacrymas excuteret. Virtutis porro hujus amantissima erat, et ipsum etiam Dominum ejusdem amore teneri asserebat: cujus asserti rationem si scire optarent, hanc esse aiebat quod amaret ipse veritatem, humilitas autem aliud non sit quam veritas, dum scilicet agnoscimus quam parum revera simus, et nihil nos a nobis ipsis boni habere.

Humilitatem
monialibus
pari

164 Cæterum virtutem hanc sodalibus suis impense commendabat, monebatque ne ea quæ domi agerent, externis patefacerent nec sanctitatis apud mundanos nomen affectarent neque placere hominibus stulerent, quamvis id non alio fieret fine quam

ut illi ad domui benefaciendum inducerentur; si enim iter hoc insisterent, fore ut fame emorerentur: potius servare conarentur ea ad quæ voto se obligarunt; etsi enim mundo incognitæ essent, Deum illarum intra claustrum latebras latentium nomen in plateis divulgaturum et curaturum ut homines necessitatibus ipsarum prospicerent. Hoc etiam suis injunxit (Viæ perf. cap. xv), ut, cum arguerentur vel accusarentur, nihil in sui defensionem afferrent neque se excusarent, nisi charitas vel alia causa justa id suaderet: partes enim ipsarum Deum suscepturum. Si quas autem hoc sequi monitum cerneret, singulari gaudio efferebatur easque majoris faciebat. Suadebat ut in rebus minoribus se exercere assuescerent, quo paulatim ad majores pervenirent: ut vero ab excusationibus afferendis abstinerent, permultum conferre dicebat, si cogitarent quantum inde quis per omnia lucrifaciat et quam parum hoc modo amittat. Nam, si rem bene consideremus, comperiemus non immerito nos castigari; cum culpa pleni simus: quod si forte hæc quas obijciunt culpæ nobis non insint, aliarum sane multarum rei sumus; imo vero summo nos honore afficiunt, cum eas quas habemus subticent. Verus porro humilis vere parvi fieri, persecutionibus exagitari et condemnari velle debet, etsi nihil culparum admiserit: si enim imitari Dominum voluerit, quæ illum in re potius quam in hac imitetur?

enixe com-
mendavit.

165 Quapropter omne ipsarum aiebat studium in hac versari virtute debere: neque enim timendum hic esse quod aliquod animæ vel corpori damnum adferat; quin potius tantum inde emolumentum secuturum ut ne falsæ quidem visiones vel revelationes ullum sint allaturæ damnum ei qui vere humilis est. Nihil adhuc esse quod tam cito Deum vincat quam humilitas; hac quippe invitante cum in B. Virginis viscera descendisse, et per hanc a nobis illum in animas nostras summa facilitate esse pelliciendum: tum etiam qui plus habuerit humilitatis, plus etiam Dei; qui vero illius minus, etiam hujus minus habiturum; neque enim intelligere se posse quomodo vel sine humilitate amor vel sine amore haberi possit humilitas: demum duas illas virtutes sine insigni rerum omnium creaturarum abnegatione non posse consistere. Cæterum illam humilitatem improbat quæ donorum a Deo receptorum cognitionem nobis aufert. Salutare quippe est ea cognovisse, simul agnoscendo ea nos minime promeruisse: si enim dona hæc non agnoscantur, semper anima ad quid heroicum aggrediendum iners erit. Nec illam laudabat humilitatem quæ nos ab orationis studio avocaret, qua ficta specie indignos nos dicamus esse qui in Dei præsentia versemur; uti nec illam quæ animam in bonorum operum exercitio languere faciat vel turbet. Unde ipsa, ut quæ miram horum omnium experientiam habebat, esse et falsas quasdam humilitates eruebat, quæ facile hominem decipere possent; et ab his sibi ut caverent, numquam non suas hortabatur.

ANNOTATA.

a Pius Carmelita hac occasione sic de Sancta sua Matre proloquitur: Infirma mundi eligere solet Deus, ut confundat fortia: sicque suam manifestam facit et potentiam et sapientiam. Hoc frequentissime fecit jam ab initio sæculi. Per tubas destruit Jericho. Per lagunculas in fugam vertit exercitum Madianitarum. Per ranas subigit Ægyptum. Per mandibulam Samsonis sternit Philistæos. Neque solum per firmiorem sexum acies suas instruxit; sed etiam mulieres belli sui duces constituit, ut per infirma mundi confunderet fortia. Sic per Jabel mulierem,

A mulierem, vincit Sisaram, exercitus copiosissimi et fortissimi ducem. Sic per Judith confundit Holofernem in fortitudine exercitus sui gloria. Sic suscitatur Debhoram, ut sit dux belli. « Cessaverunt fortes... donec... surgeret mater in Israel. » Nova bella elegit Dominus, et portas hostium ipse subvertit » (Judic. v, 7. et 8).

B Recte non minus quam scite dicit Ypes (lib. III, cap. XIX) Teresiam in suis nominatim libris tantam spirare sanctitatem et prae ceteris virtutibus humilitatem, ut potissimum hoc eorum argumentum esse videatur; quod cuius, licet etiam absque magna attentione eos voverit, facile patet, quandoquidem cuncta humilitatis respersa sint floribus, nec sententia in iis claudatur, imo nec verbum exaretur, quod non paravit stipetque humilitatis sensus. Mirum! Regia illa aquila quae altum petit et emicat in divinum splendorem qui Seraphinorum aciem perturbat, illico demittit se in profundam sui peccatorumque suorum cogitationem. Alias expansis videtur velis sursum ferri et acerrimo spiritus impetu immitti in divinarum perfectionum abyssum, ut paulatim regreditur et ad suum inclinat sese nihilum. Atque illa, quae ratione aut arte nescio, semper meminisse novit vitae suae praeteritae: nec ullam de se in malam loquendi partem occasionem elabi sinit; ac (quod magis mireris) illae ipsae res quae lectori persuadent et spiritus ejus celsitudinem et magnum sanctitatis ejus gradum, ei pro argumento sunt suae vilitatis suique torporis, atque reputat cuncta haec recepta esse ex parte Dei talenta sine reditu ex parte sua.

C Vide supra de ista Magdalena notam a ad cap. v lib. I.

D Numquam inanem gloriam sensit de probitate vitae suae, de aliis vero aliquando, ut patet ex his P. Frederici verbis: Alteruter ex Excalceatis qui eam comitabantur ad fundationem Burgensem (Gratianusne an socius, nescio) loquebatur de sparsa ejus ubique sanctitatis fama. Quod inaudiens Teresia, facie subaustera protulit concisa haec verba: « Tria mihi per vitam dicta sunt: 1° juvenili aetate » venusta me fuisse facie, 2° prudentem me esse, » 3° quod nunc quidam aiunt, me esse sanctam. » Aliquando nimiam adhibui fidem duobus prioribus dictis; sed tantae vanitatis peccatum confessa sum. Ad tertium quod attinet, asseveranter » tibi declaro delusam me eo usque fuisse numquam ut vel semel aut tantillum id crediderim » (lib. III, cap. XXII).

CAPUT IX.

Tolerantia et patiendi amor.

Jam de obedientia, vera et legitima humilitatis filia, loqui me oporteret; sed nisi ante praemisero quantum ipsa propter Deum passa sit, hanc de humilitate materiam exhaustis non videbor. In hac enim multa sunt e quibus manifestum fiat quam radicata esset haec virtus in anima ejus. Pluribus opus foret verbis ad enarrandum multa illa quae passa est: haec tamen multo dici queunt facilius quam insignis patientia et alacritas qua ea perpessa est. Passa autem est omnibus modis quibus pati quis posse videtur, in corpore, anima et honore. In corpore inde a pueritia gravissimas tulit aegritudines, adeo ut toto vitae tempore nulli rei utilis futura videretur, uti primo enarravimus libro; vomitus quoque duos quotidianos, quorum licet matutinus ipsam deseruit, vespertinus tamen illi perpetuus fuit; et alios morbos acerrimos, eosque plurimos: quorum non pauci ad mortem usque illi adhaeserunt, uti cardialgia, dolor colicus, et insolitus quidam, qui caput et brachium ut plurimum, quan-

doque etiam membra omnia occupabat, tremor, et vespertina illa de qua modo egimus nausea; adeo quidem ut quinto ante mortem anno in Mansionibus suis scripserit abhinc annis quadraginta nullo se die a dolore vacuum fuisse (Mans. VI, cap. I).

167 In his omnibus, etiam cum vitae spiritualis initia poneret, insignem exhibuit tolerantiam; atque forti animo se cohibuit ne exteriori signo dolorem quo conflictabatur interius, proderet, neu moniales quae se aegram inviserent, contristaret. Hac in re permultum illi profuit S. Jobi exemplum, cujus historiam legerat; ac cum ipso dicebat: « Si bona » suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus? » (Job II, 10.) Nihilominus eo quem e Mansionibus allegavimus loco testatur consideranti sibi poenas quas promeruerat, haec nullius ponderis visa fuisse. Quando vero dolores intolerabiles videbantur, quosdam patientiae elicere actus assuescebat, suamque voluntatem cum Dei voluntate quoad poterat conformare, Dominum obsecrans, ut, si ita videretur, patientem sibi animum elargiretur et ad mundi finem usque hoc se in statu agere sineret.

168 In itineribus quoque inauditos labores pertulit, per frigora, quae illius valetudini noxia imprimis erant, per imbres, nives et intolerabiles calores itinera capessendo: quibus accedebant quotidianae aegritudines, dolores intensi, pauperies, variaque incommoda subeunda in hospitiiis, comenatu, lecto aliisque quibus corpus adeo imbecillum indigebat; accedebant et viae asperae ac periculis obnoxiae. Non raro etiam contigit ut per plures dies continua caelo pluvia vel nix decideret, ac multis passuum millibus nullus occurreret locus nullumve tectum quo caeli injurias evaderet, ac tandem post itineris molestias tenue adeundum esset hospitium, ubi nec ignem nec igni fovendo materiam nec cibos inveniret, et cubiculi tectum adeo esset rimosum ut, subintrante aere, tam frequens penetraret imber ut interdum essent vestes aqua perfusae. His in rebus eam praeferebat generositatem mentisque constantiam ut facile appareret quam libenter in aeternis ageret. Hoc modo nocte quadam hospitium ita affecta subiit ut vix membra traheret; stillante enim e vestibulis pluvia, colicus illam invaserat dolor et membrorum dissolutio: ac maximus artuum tremor. Quam ut sic affectam Anna a S. Bartholomaeo ejus socia vidit, ignem quaesivit quo pannum illi aliquem calefaceret. Hoc videns vir insignis qui eodem in diversorio erat, adversus ipsam in contumeliosa adeo prorupit verba ut ab id genus viro posse ea proferri non facile quisquam credat; nisi linguam ejus moverit diabolus, ut videret an eam ad impatientiam redigere posset. Haec ipsa hilari mente pertulit, non alia merito de se dici posse credens quam quae erant pessima. Sed quam ex iis aliisque id genus contumeliis hauriebat voluptas illi sanitatem afferre videbatur.

169 Cum Burgis aegerrime haberet, datum illi in valetudinario publico cubiculum caeli pervium injuriis et frigidum. Cujus cum filiae commiserarentur, nimis locum hunc sibi commodum esse ait; neque enim tantum sibi deberi atque se non sua, sed illarum causa angi; habere se namque plus quam mereretur. Cum vero tenuem illi parabant lectulum, exclamabat: « Quam hoc delicatum cubile est, Domine mi, cum ipse dura in cruce recubueris! » Eo ipso tempore, quotiescumque sumebat cibum, sanguis illi e quodam quod in faucibus habebat vulnere prorumpebat; quem illius dolorem miserantibus monialibus aiebat: « Ne » vos, obsecro, mei tangat misratio: plura namque

146 » Dominus

AUCTORE
RIBERA.
D

morbo.

Itinerum labo-
res.

E

F

et incommoda.

AUCTORE
RIBERA.

A

» Dominus meus pro me pertulit, cum felle et aceto » potatus est. » Enixe a Domino contenderat ut numquam sibi dolores deessent : unde nec umquam illi defuerunt. Testari id possunt qui assidue cum ipsa versabantur; qui nullo die eam integra gaudentem valetudine conspexerunt, nisi quod, cum nova inchoanda erat fundatio vel aliquid in maximam Dei laudem peragendum, infirmitates paululum minuebantur, tantamque sibi faciebat violentiam ut nullo premi malo videretur : atque adeo ipsa id dicebat, ac moniales similem offerri occasionem optabant, ut meliuscule habentem Matrem viderent.

vexationes
demonis.

170 Et quoniam quidquid patiebatur, exiguum quid erat, si coronam quam illi prepararat Deus, intueamur, diabolo potestatem fecit Dominus ut ipsam interdum exagitaret, sicut eum ad S. Jobum vexandum cœlitus accepisse legimus (Job. ii, 6). Propterea, uti supra commemoratum est, quotiescumque ope Teresiae aliqua anima se diabolico jugo subduceret vel vitæ rationem meliorem iniret, in ipsam statim cacodæmon omnem suam evomebat rabiem. Quadam vice quinque horarum spatio tam diris ipsam divexavit modis tantaque afflictione tum interiori tum exteriori oppressit (quod corpore se toto, brachiis et capite impeteret, quin se coercere posset) ut duro jam se sub onere succumbere crederet. Interim patiendi gratiam a Domino efflagitabat, simulque paratam se declarabat, si ita illi videretur, ad afflictionem hanc ad judicii extremi diem usque perferendam. Elapso illo quinque horarum spatio, demum intellexit a quo tam miserum in modum fuisset torta : vidit enim adstantem sibi deformem quemdam Æthiopem, ringentem eo quod unde sperarat compendium, inde passus esset dispendium; quem aqua lustrali ab se fugavit.

quas inter
speciatim nota-
tatur.

171 Plura alia id genus perpessa est; sed unum dumtaxat commemorabo quod plus cæteris notatum fuit. Hispalensi sede constituta, Toletum Abulam rediit, ibique biennio toto mansit. Mire interea universus Excalceatorum cœtus exagitatus fuit, uti dictum est supra; ipsa vero missis Abulensi e domo litteris cœnobiorum suorum incolas consolabatur. Male hoc cacodæmona habebat, qui hanc opem hoc conatus est pacto interturbare. Ad Completorii Officium Teresia se conferens, ac lucernam manu gestans, jam scalas ad summum usque gradum ascenderat, cum jamjam odeum ingressura, derepente velut destituta sensibus, retro cedens prolapsa est, atque sinistrum sibi brachium fregit. Ingentem quidem hac in ruptura passa dolorem est, longe vero majorem postea, dum curabatur : multum quippe effluxit temporis antequam accederet qui ossa confracta restitueret; quod quæ confractis ossibus solidandis nota erat mulier, haud procul a Methymna, iis diebus ægra decumberet. Quæ cum adesse tunc non posset, tantisper malagmata quædam jussit applicari, quoad ipsa veniret.

brachii fra-
ctio.

172 Jam brachium coaluerat et enerve erat, cum tandem medica accessit. Nihilominus, pro suo patiendi desiderio, illius se arbitrio totam Teresia concredidit, ut quidquid videretur, id in se exerceret. Igitur a monialibus omnibus, templum adire jussis, se Domino per preces petiit commendari. Interim cum sola cum chirurga et alia quam hæc adduxerat rustica mansisset, duæ illæ, quæ robustæ erant et valentes, brachium jam coalitum tanta vi extendere coperunt, ut, humeri junctura fragorem edente, intolerabilem passa dolorem sit. Hunc tamen illa leniebat meditatione cruciatus quem Dominus Jesus est perpessus, cum illius brachia in cruce extensa sunt. Ut redire moniales,

placido Matrem viderunt vultu, perinde ac si nihil penitus pertulisset; quin potius adeo renidenti ut diceret hunc se dolorem ne omnibus quidem mundi gazis redimere velle. Diu brachium movere vix potuit, ac tandem ita illius usum amisit, ut, quoad vixit, nec vestem induere nec exuere, imo ne velum quidem capiti imponere potuerit. Lapsus vero fuit talis ac tam inopinatus, tam nulla prævia occasione, tamque magnus, ut quotquot domi fuere, dæmone impellente illam cecidisse censerent. Atque id inde colligitur manifestius, quod, cum monialis quædam illi diceret dæmonis id opera factum videri, ipsamet Mater exceperit : « Plura » etiam et majora infligere vellet mala, si Deus id » permitteret. »

173 In anima vero viginti duorum annorum spatio maximas passa est ariditates et desolationes. Per alios aliquot annos gravibus oppressa timoribus est ne a dæmone sibi illuderetur, nec non continua acrique exagitatione illorum qui eam asserebant decipi. Non mediocriter hoc ipsam torisit, quod hujus vexationis et cruciatus auctores viri erant boni et de bono ejus solliciti. Perpessa quoque est horribiles a dæmone interioris tentationes et afflictiones, et sæpe quidem ita graves, ut, quantum videbatur, nullum prorsus in se Dei favorem sentiret, nullum erga ipsum amorem, imo non plus acceptorum ab ipso beneficiorum recordaretur ac si numquam ejusmodi quid cœlitus accepisset; adhuc nec quemquam mortalium videre nec cum quoquam se recreare posset; nauseam quoque illi afferret lectio et oratio; denique omnia et quotquot ipsam alloquebantur, summum illi mororem afferrent. Quid vero dicam de iis quæ in primi et in reliquorum prope omnium cœnobiorum erectione contigerunt? Quid de persecutionibus quibus exagitata est, dum Ordo ipsius maximo in discrimine versabatur? Nam quamvis libro tertio harum meminerim, tamen, si quidquid quoad hæc dicendum habeo, dicerem, plura haud dubie suppetere hocce loco enarranda. Quidnam passam ipsam credimus propter incensum illud desiderium quo apud Sponsam suam esse illoque potiri cupiebat, idque tot annis dilatum; dum interim comedere, dormire, cum hominibus agere et litteras scribere cogeretur, cujus tamen unica voluptas erat in solitudine cum Sponso suo, quem tantopere diligebat, conversari et totam se illi cognoscendo amandoque impendere! Non parum etiam cruciatur, quotiescumque a filiabus suis, quæ tam amanter ipsam complectebantur, divelli easque relinquere cogebatur; quamcumque demum sibi vim ad dolorem hunc dissimulandum faceret, præsertim cum sciret eas non amplius a se conspiciendas.

in anima ari-
ditates ac de-
solationes
diuturnas;

E

F

174 In suo quoque honore multum pertulit, etsi non alium quam Dei honorem et illum qui ad sancti illius Nominis gloriam et divinum obsequium erat necessarius, quæriraret. Jam ante vidimus quam multi illius orandi modos et revelationes explorent, et quomodo illam eum a malo spiritu actam conjurare exorcismis voluerint; quod non exigui doloris illi causa fuit. Die quodam cum in Manchensis provincie pagum cui la Puebla nomen est, appulisset, haud procul a templo ad Sacrum audiendum et S. Communionem participandam excursionem fecit. Quotquot in hac æde convenerant, palam aiebant non recte mulierem hanc videri procedere; proinde consultum fore eam comprehendere. Ut vero cœleste eam viderunt epulum inire, offensi ipsam adire, percontantes ecquanam audacia ad sacram se Eucharistie mensam ingereret : loco itaque se non subduceret; ante enim quam inde

in honore con-
tumelias,

A inde digrederetur, se inquirere velle æquænam esset. Hac Mater contumelia gavisâ, ne verbum quidem interrogantibus respondit. Tanta autem hac de causa in templo coorta commotio, itaque ab omni multitudine tumultuatum, ut, quamvis festum titolare ejusdem (Incarnationi autem dedicatum erat) die illa recoleretur et magna esset solemnitas, omnia tamen turbata viderentur. Et sane, nisi P. Antonius a Jesu, qui ea regione notissimus erat, eo appulisset, longius commotio progressa esset; et quamvis ille convenas verbis lenire conaretur, miserunt tamen qui eas pone sequeretur ac videret quonam concederent. Ad quæ omnia Teresia nulum verbum in sui defensionem attulit.

175 Gravia in illam spargebantur probra ac calumniantium de omni prope re obrectationes: sed has ipsa nihil morata, non minus iis movebatur quam si de alia quapiam sparsæ essent; nihilque proinde in his se habere dicebat quod Deo velut meritorium offerret. Quin et Isabellæ a Jesu (ut quæ noverat omnia hæc cum veritate pugnare) dicenti ferre se nequaquam posse talia de ipsa jactari, placido respondit vultu: « Nulla, carissima,

B » auribus meis accidere musica potest gratior: » cum enim vera dicant, merito illa jactant; at » cum fustibus me non excipiant, multumne tantilla hæc ipsos de me dicere? » Ita scilicet semper respondebat semetipsam insimulando, calumniantes vero defendendo et excusando. Pastrana Toletum abeunti principissa Ebolesensis lecticam, qua veheretur, ei concesserat: quam Toletum hoc modo invecam sacerdos conspicatus mentis impos, ad monasterium abijt, evocatæque ad januam ait: « Tunc illa Sancta es quæ mundo illudis et rheda » veheris? » nec non alia quæcumque in buccam veniebant, effutiebant. Teresia vero ignorans illum mente captum esse, humiliter audiit, nihilque in sui purgationem adferens, cuidam viro probo ait: « Nullus est præter hunc qui meas mihi culpas » suggerat. » Etsi vero dicerent imminuti hunc esse cerebri, ab illo tamen tempore adeo abhorreere lecticas cœpit, ut eas, etsi ab illustribus matronis oblatas, adhibere exinde noluerit, sed communibus suas vehi curribus juberet.

C 176 Quando ad Incarnationis cœnobium reducta est ut eidem præesset, vehementer est inibi tumultuatum (ut suo dictum est loco), quod major monacharum pars ei adversaretur: plura in eam congeriebantur probra, nec verbis perquam injuriis parcebatur, et eo demum processit indignatio ut quædam de numero earum quæ Teresiæ favebant, semper ei comes adhereret, verita ne verborum injurias etiam manus injuriæ exciperent. Hac porro in tempestate ipsa insignem semper animi pacem præferre et sereno ore quoad poterat omnia in meliorem partem interpretari, non mirandum id videri dicens, cum difficile sit alienam cogere voluntatem, aliaque hujusmodi. Cæterum ea interim conscientia quiete fuit ut mane, non præmissa Confessione, divina participare Eucharistiæ Mysteria non dubitavit; quod monachas maxime ædificavit.

calumnias, 177 Ad Hispalensis domus constitutionem abeunti duo pii viri per iter dixerunt multis ipsam Hispali adversis exagitandam. Et sane tam diris illa in urbe exagitata fuit modis ut se, præ illis ærumnis, a primi fundatione cœnobii nihil umquam passam diceret quod hisce comparari posset. Hic siquidem falsa adversus eam de rebus gravissimis producta sunt testimonia, tantumque diabolus valuit ut etiam apud Sanctæ Fidei Inquisitores insimulata sit, illorumque jussu in ipsam ac sodales aliquot sit

cœptum agi. Et quoniam qui hanc concitavit procellam, magnæ vir auctoritatis erat multumque apud omnes valebat gratia, illæ, quamquam omni se vacare nossent culpa, quotidie lictorem, a quo ad sacrum tribunal abducerentur, præstolabantur. Etsi vero tanti ea res momenti tantæque infamiae esset, et unde tantum accedere monasteriis fundandis dispendium, denique tantum Dei obsequio et universo Ordini nuperrime enato poterat damnum sequi, Teresia, virilem exhibens constantiam, gaudebat se, nullo commisso crimine, propter Dei gloriam adversa posse pati; sicut e verbis huc a me adferendis, ex epistola ejus ad Mariam a S. Joanne Baptista depromptis, erui poterit: « Benedictus » Dominus, qui ex omnibus eliciet bona: equidem » jam summo perfusa sum gaudio, tanta simul » congesta videns. Scias velim singularem mihi » hic Dominum fecisse gratiam, cum veluti in » deliciis versari mihi videbar: adeo ut, licet præ » oculis haberem ingens quod inde domibus hisce » oriri damnum posset, nihil tamen illo moverer; » quod longe major esset quæ inde pullulabat voluptas. Magnum sane solamen est conscientia » securitas et culpa vacare. Bene valeo, etsi hactenus incommoda satis usa sim valetudine. Scrupi » illi vitam mihi sustentant. Huic! qualem hic passa » annum sum! »

178 Inde in Castellam reversam aliis alii criminationibus impetiere; sed tam parum eas curabat deque iis tanta voluptate et quiete loquebatur ut audientibus stuporem moveret. Nec vero in solis calumniis sita injuria, sed ad manus etiam aliquando deventum est. Cum Toleti sedis erigendæ gratia ageret, antequam suis esset de proprii tecti opportunitate prospectum, ad cœnobium S. Clementis Missarum Sacra auditura cum sodalibus suis se conferebat: ut vero a nemine cognoscerentur, vestitum mentiebantur, et in matronarum piarum et honestarum comitatu eodem sese conferebant. Hic non procul a religiosarum craticula considebant, quod locus ille secretior esset. Interim Teresia cum quadam e comitibus fœminis Communionis ergo ad alium locum, ubi Sacrum celebrandum erat, sese contulit. Inde vero tanta hominum in ædem confluxit multitudo ut ad suas redire sodales minime potuerit, et in templi medio, oppressa a turbis ingruentibus, manere coacta sit. Cum vero turba difflueret, mulier quædam vicina amissam quærens crepidam, ipsam a beata Matre furto surreptam inclamare cœpit, itaque illico effervescere, quod non satis cito loco surgeret, quo amissum illa calcem quæreret, ut eam pugnis magna vi oneraret, quo hoc ipsam pacto exurgere cogeret: quod enim pallio satis vili undique oblecta esset, pauperculam eam de turba mulierculam credebat. His demum peractis, ad filias Teresia rediit, manibus caput sustinens, iisque ridendo dictitans: « Ignoscat illi Deus; nam satis male habebam. » Inde vero domum reversa lepidum hoc factum non sine risu recoluit.

179 In fundatione Burgensi simile quid illi accidit: cum enim feria quinta Hebdomadæ Sanctæ in æde quadam sacra versaretur, et quidam transire ad eam cupientes locum in quo B. Mater agebat, ipsam non pro eo ac volebant illico surgere viderent, eam calcibus impetere non dubitarunt, ut hoc modo in aliam concedere partem eam compellerent, et in terram propulerunt. Quam Anna a S. Bartholomæo, socia illius, relevatum abiens, ridentem comperit et hilari sedatoque ferentem animo illatam sibi injuriam. Eodem quoque modo pertulit quidquid in ipsam qua verbo qua facto injuriarum irrogabatur

AUCTORE
RIBERA.

malas suspensiones.

reprehensiones superiorum.

AUCTORE
RIBERA.

A gabatur, nullus ut eam unquam idecirco vel tristior-
rem vel commotiorem viderit, sed hilari prope
omnia risu excipientem. Tantum vero in omnibus
his animi robur prætulit, ut, cum quodam tempore
maximis conflictaretur laboribus, filiabus per jo-
cum diceret videri se durum habere ante pectus
asserem quo ita ictus eliderentur ut ad præcordia
penetrare non possent. Cum eam vetarent superi-
ores ad fundationes inchoandas amplius prodire,
varias illi verborum contumelias, quibus eam apud
Generalem Præpositum onerarent, retulerunt :
quibus auditis, tam insolitum ipsam occupavit gau-
dium ut id animo continere non posset; memorque
quomodo David ante arcam Domini saltasset, idem
ipsa coram SS. Eucharistia facere voluisset.

Cupiebat aut
pati aut mori.

180 Quidquid autem reipsa perferebat, nihil sano
erat comparatum cum eo quod perferre cupiebat.
Unde, tametsi natura obluctaretur, animus tamen
quibuscumque se obijciendi laboribus semper in-
territus erat; adeoque non raro Dominum compel-
labat ut imbecillitatis suæ sensus non respiceret,
nec propterea quidquid sibi videretur, imperare
ancillæ suæ cessaret : se namque, illius adjuvante
gratia, imperata executuram. Dicebat non aliter
vivere se oportere quam ut pro Dei nomine pate-
retur, hocque ex toto se animo a Domino postulare.
Hinc interdum ad Dominum clamabat : « Domine,
» aut pati aut mori : aliud mihi a te non peto. »
Sanctos quoque qui majores pro Dei nomine la-
bores pertulerant, sancta quadam invidia æmula-
batur. Hinc factum ut, cum Toleti de SS. Petro et
Paulo Matutinum persolvisset, ingens ipsam animi
invaserit impetus, accedente tam insolito gemitu ut
in supremo vitæ agone versari et anima corpore
emigratura videretur. Durante vero æstu, arden-
tissimis verbis maximam Sanctorum illorum Apo-
stolorum felicitatem, quod ipsos occumbere pro
Domino contigisset, deprædicare exorsa est. In ora-
tione nullas a Domino poterat spiritus consolatio-
nes petere aut desiderare, imo ne id quidem facere
se posse dictitabat, etsi conmitteretur, at solum
ærumnas, quod Dominum semper in iis vixisse
cerneret. Multis etiam annis a Deo petiit, ut, quoad
viveret, vita sibi omnis laboribus persecutioni-
busque abundaret : dicebatque se, cum nullum in
aliis fructum edere posset, velle saltem posse quid-
piam pati, ac paratam se esse omnes qui lingi in
mundo possunt labores perpeti, ut voluntatem Dei
vel paulo perfectius adimpleret. Minus eæ illi pla-
cebant domuum fundationes quæ sine ulla oblo-
cutione et labore erectæ erant; quæ autem plurimo
illi sudore ac difficultate steterant, magis ipsam re-
creabant, easque fore diuturniores arbitrabatur.

idemque vix
alumnis fuerat
cubabat.

C 181 Ad omnium quidem virtutum studia mona-
chas suas plurimum adhortabatur, speciatim vero
ad constantem propter Deum tolerantiam. Dicebat
erubescere ipsas debere, aliud si iter insisterent
quam per quod Sponsus ipsarum prævisset; et eam
quæ hujusmodi in se desideria non experiretur,
pro vera Excalceata non esse habendam : neque
enim quietem debet, sed passionem desiderare,
ut Jesum quadamtenus imitetur. Qui vero consi-
derarit hanc singillatim virtutem non secus atque
humilitatem a Domino ipsam edoctam fuisse, quæ
jam commemorata a nobis sunt, non tantopere
obstupescet. Quadam nempe vice his eam verbis
Dominus compellavit : « Anne in fruendo consi-
» stere meritum putas, filia? Non in hoc id situm
» est, sed in operando, patiando et amando. Non
» audisti nonnisi semel Apostolum Paulum gaudiis
» esse celestibus perfruitum, sed sæpius in labori-
» bus fuisse? Vides adhuc omnem vitam meam

» dolore plenam fuisse et semel dumtaxat me glo- D
» riæ scintillam in monte Thabor expertum. Noli
» putare, cum me vides a Matre intra brachia
» foveri, sine maximo dolore hac eam lætitia per-
» fruitam esse. Nam ex quo tempore Simeon illam
» commonuit, claram illi Pater meus lucem infu-
» dit ad perspicendam ea quæ postea in vitæ
» decursu passurus eram. Sancti illustres qui in
» desertis vixere, sicut a Deo ducti erant, ita ma-
» gnas susceperunt pœnitentias; et quamvis assidue
» cum diabolo ac secummet ipsi præliarentur,
» multo tamen tempore omni consolatione spiri-
» tuali carebant. Crede, filia, quem majori Pater
» meus amore prosequitur, hunc majoribus etiam
» laboribus solere exagitari; et his respondet amor.
» In quo vero id potius tibi ostendere valeo quam
» id tibi cupiendo quod mihi ipse selegi? Respice
» hæc vulnera; numquam enim eatenus dolores
» tui pertigerunt : hoc iter est veritatis a. » Hinc,
» si interdum natura ejus in patiando obtorpesceret,
» Dominus uti bonus magister eam coarguebat;
» quemadmodum mense Februario anni MDLXXI
» cum fecisse constat, dum ait : « Semper quidem hinc
» labores concupiscis, illinc vero eosdem a te ex-
» cutere satagis. Equidem ita dispono res pro tua E
» voluntate quam novi, non pro tua sensualitate
» ac debilitate. Ergo generose certa : vides enim
» auxilium tibi meum affulgere. »

ANNOTATUM.

a Verba hæc reperiuntur in principio Addita-
mentorum ad Sanctæ Vitæ.

CAPUT X.

*Austeritas vitæ, paupertas et
liberalitas.*

U t institutam de illius patientiæ et humilitatis
magnitudine materiam absolvam, necessarium mihi
visum de pœnitentiâ, paupertate et obedientia non-
nulla subjungere. Pœnitentiæ semper amatrix fuit
magnisque ad eam desideriis ferebatur, quemad-
modum ex ejus constitutionibus et summa asperi-
tate quam suis in familiis cupiebat observari, ma-
nifestum fit. Hanc ipsa, quamdiu superiores ob-
invaletudinem non inhibebant, inviolate custodie-
bat, ac sæpe etiam colebat impensius quam corporis
vires permetterent; cum maxime ea delectaretur. Ea
de causa sæpe de suis dolebat morbis, querens hos
sibi impedimento esse, ne, prout cupiebat, vitæ
rigorem sectaretur. Eo tempore quo in Incarnatio-
nis cœnobio agebat, aliquatenus a consuetis morbis
libera, tam aspere in corpus suum animadvertibat
ut frenos ei a confessariis injici oportuerit. Ante-
quam domiciliorum suorum erectionem moliretur,
triennio prope toto in familia cujusdam matronæ
sibi amicæ agens, sæpius ab hac conspecta est diris-
simis in corpus suum sævire flagellis, cilicium hor-
ridum ad carnem premere, animi munditiæ tota
studere, itaque orationi intendere ut toto die illius
conversatione non frueretur nisi pauxillo post
prandium et cœnam tempore. Cum in Abulensi
S. Josephi domo ageret, sæpe se cadebat, imo non
raro ad sanguinem usque. Sed hi dolores exigui ei
videbantur : sæpe namque tam vehementia asperius
in corpus suum sæviendi illam occupabant desi-
deria, ut, si Deo fuisset placitum, suum discerpere
frustatim corpus voluisset. Hanc ab causam urticis
tergum

CAP. XVIII.
Corporis ma-
nerationi.

F

A tergum ferire solebat; ut saepe, dilacerata cute, ulcera suppurarent, quæ deinde repetitis id genus castigationibus disrupta redintegrabantur. Hunc vero in corpus rigorem ne tum quidem intermittebat cum vexata doloribus jaceret. Hinc cum Segoviae Hebdomade Sancta ex febribus decumberet, monachas omnes ab se in templum emisit, nulla omnino apud se retenta; omnibusque digressis, cubili surgens, egregie flagellis tergum cruentavit. Hanc porro flagellorum consuetudinem tamdiu servavit donec brachii mutilatio impedimento fuit: ex eo namque tempore magis corporeis eam obsecundare necessitatibus oportuit.

victus tenui-
tati

183 Cubile saccus erat palea suffultus, non lana. Semper exigui fuit cibi: vino semper abstinuit. Inde a primo stabilito domicilio, quando per valetudinem licebat, quotidianus prope illi cibus erant pultes farinaceæ et ovum unum, addito modico olusculo vel pisis aliove simili leguminum genere: inter hæc ut plurimum jejunabat. Fuit cum non nisi nuces, uvæ passas et ovum vel frustillum piscis manducaret. Etsi vero medici carnis illi usum præscriberent, semper tamen ea abstinebat, nisi maxima compelleret necessitas. Salmanticæ cum

B ventri purgando catapotium bibisset, et illata illi esset gallina cocta, moniales, etsi summa contentione instarent dicerentque majori id sibi ædificationi fore, ab ea impetrare minime potuerunt ut aliquid inde degustaret; sed ovillæ elixæ paululum comedit.

atque asperi-
tati vestium

184 Ut plurimum laneam gestavit tunicam: satis diu tam interula quam stragulæ lecti et cervical illius e panno illo fuere secundario quali insterni equi solent; atque eo tempore res illi accidit sane memoranda. Nimirum cum primum monasterium maximo fervore floreret, Maria a S. Joanne Baptista, audito beatæ memoriæ Pontificem Maximum Pium V interulas admodum spissas gestare, exiguum quid esse censebat, imo etiam quodammodo delicias, si similes ipsa gestaret. Quamobrem, cum suas in partes aliam monialem pertraxisset, ambæ Matrem accedunt veniam sibi fieri postulantes interulas e grossiori panno gestandi. Quibus Teresia primum id in se experiri se velle ait, dispectura num materia illa institutis conformis foret; atque uti dixit, sic etiam fecit. Itaque id genus panni allatum cum esset, omnes inde sibi indusia et alias vestes omnes, quæ e levidensa lanea materia hactenus solebant parari, maxima sua consolatione comparavit. Hæc ad aliquod quidem temporis spatium in usu fuit, sed deinde adeo omnium valetudini nocuit ut hanc tum medicorum tum confessariorum suasu a se postea proscribere coactæ sint. Quo primum die hasce induerant interulas, quodam omnes metu angere cœpere ne in spissiori hoc panno mundæ non essent neque tueri se a vermibus vestibus inasci solitis possent: hinc vesperi, supplicatione instituta et crucifixi Domini effigie prælata, ab odeo ad Teresiæ cubiculum procedere agminatim cœperunt, Dominum orantes ut hunc a se metum excuteret.

quæ Deus a
vermibus im-
munda serva-
bat

185 Hoc peracto et singulis ad cubilia reversis, eas Teresia, quæ paucis idipsum a Domino haud dubie petierit, consolatura singillatim adiit, spem illis faciens fore ut petita cœlitus concederentur. Et sane factum est ut tam in id genus quam in aliis tenuioris materiæ indusiis, uti et in vestibus reliquis, a die illo hactenus nullæ innatæ sint sordes, quin potius ea quoad hoc illis insit mundities quam nec vidit quis umquam nec audivit: quod donum non veteranis modo, sed etiam novitiis quam brevissimo tempore obtingit, nisi forte de reditu ad

sæculum aliquam animo cogitationem foveant. Imo in domicilio Abulensi id observatum est longe mirabilius, novitias quarum vestibus sordes ingenerantur, tandem ab Ordine desciscere. Hic vero quem dico vestium internarum nitor in omnibus monialium cœnobiis locum habet: nam id ipse sedulo de nonnullis inquisivi, qualia sunt Abulense, Salmantinum, Albanum, Vallisoletanum, Hispanense, Ulyssiponense; uti etiam de nonnullis veteranis, quæ uno omnes ore fatentur planeque sibi persuadent in reliquis id omnibus domibus usu venire. Quin etiam auditu comperi, dum ad horum quæ jam dixi monasteriorum quodpiam aliquot alterius Instituti moniales pauperes ad dies aliquot divertissent, iis ipsis diebus hanc in lectis deficere munditiam cœpisse, sed illis inde digressis, eodem die priorem munditiam rediisse, et quæ tum conspectæ sunt sordes numquam exinde amplius comparuisse a.

AUCTORE
RIBERA.

D

186 Studium autem quo erga asperitates ferebatur, immensum erat: cum enim divino flagraret amore et multa pro Deo facere et pati cuperet, insigne ardentium horum desideriorum refrigerium erat rigide in corpus suum posse animadvertere. Hinc quas exercebat asperitates maximopere ipsam consolabantur, laboresque ejus non parum leniebant; et si suo relicta quoad hoc fuisset arbitrio, horribilibus et extraordinariis in carnem modis sævisset. Verum cum hinc ipsa tam inflammato in asperitates et rigores ardore ferretur, illinc vero superiores et confessarii, cum ob assiduas quibus conflictabatur infirmitates, tum quod permagni eam vivere interesset, ab his illam arcerent, et ipsa non parum quoad hoc expostularet, Magister illius (ita enim Christum ipsa vocat) suam etiam circa hoc ei aperire voluntatem voluit; sicut e schedis illius manu conscriptis colligere licet. Quarum in una hæc continentur: « Quodam tempore » cogitanti mihi quam grave mihi esset carnem » gustare et severam in corpus non esse, significa- » tum est id interdum ex amore proprio potius » quam ex ejus affligendi desiderio procedere. » In altera hæc leguntur: « Quodam die animo versans » quam austeram vitam duceret Catharina de Car- » dona b, quodque ipsa etiam austeriorem ducere » possem, pro desiderio quod mihi Dominus ali- » quando dat, nisi confessariorum jussu a severiori » vitæ genere abstinerem, cogitare cœpi an non » satius esset illis in hoc morem non gerere; sed » mihi dubitanti de cœlo responsum est: Nequa- » quam, filia: bonum tu securumque iter tenes. » Viden omnem austeritatem quam ipsa consecuta » tur? Equidem pluris tuam facio obedientiam. »

a
addictissimo
fuit,

E

187 Exploratum etiam habeo P. Martino Gutierrez, collegii Societatis Jesu Salmanticæ rectori, aliquando Teresiam litteras scripsisse quibus dicebat apparuisse tum temporis sanctissimam feminam vita severiore notissimam, puta Catharinam de Cardona, de qua modo meminimus. Cujus cum virtutum texuisset catalogum, illi se quidem singulas ait invidere, unam tamen excipere, quod de austeritate cœpta nihil vellet remittere, quamvis nimiam eam et immoderatam esse confessarii monerent. Quæ verba cum tantam sapientiam redoherent et a muliere essent sanctissima maximæque auctoritatis perscripta, omnibus illa domesticis ipse in recreatione prælegit. Etsi Teresia asperitatis vitæ perstudiosa sectatrix esset, eamque filiabus suis nullo non loco inculcasset, acriter eas tamen reprehendebat, si modum excederent, nec eam ab ipsis aliter quam confessariorum superiorumque nutu permittebat usurpari.

b
servata tamen
obedientia
lego.

F

AUCTORE
RIBERA.
CAP. XIX.
De paupertatis studio.

A 188 Nec verbis exprimere nec mente comprehendere possem quam sanctae paupertatis semper fuerit amica, quantamque haec illi voluptatem afferret. Nec enim minus eam oblectabat inopia quam alios copia: hinc quo domi majori rerum laborabatur paupertate, eo majus illius erat gaudium; cum vero multa suppetebant, major illius erat animi aegritudo quam dum penuria premebatur. Jam vidimus qua contentione laboravit ut in primo a se fundato domicilio e solis viveretur fidelium elemosynis, ut et de hac re litteras Roma advocare non dubitavit. Et, si res a suo dependisset arbitrio, nec illud nec caetera quae deinde erexit domicilia stabili dotata proventu fuissent; verum voluntatem ac iudicium tam in hac quam in reliquis rebus omnibus superioribus subiecit. Hinc non parum iis oblectabatur domiciliorum foundationibus quae annuos essent possessura redditus, dum contra animose iis quae redditibus caritura erant, operam dabat.

malebat exornare
absque redditu fundare,

189 Toletanam inchoaturae sedem duodena aureorum millia addicta erant; sed hac pollicitatione deterrita nonnihil in coeptis refrixit et subdubitare coepit: verum ubi haec stipulatio rescissa fuit et urbis gubernator fundandi facultatem ea conditione fecit ut nullos stabiles census cenobium possideret, non minori perfusa gaudio est quam quis alius divite reperto thesauro fuisset. Hinc exultans sic suas compellavit socias: « Quam modo, carissimae, » « secura est nostra peregrinatio, cum jam hoc idolum a nobis amolitus sit Omnipotens! » In oratoriis domesticis non alias constituat cruce quam arundineas et e ligno non dolato nec elaborato. Nihil unquam a quoquam exigebat nec suas exigere permittebat, nisi ea quibus aegerrime ad domum instituendam carere poterant. Hinc domestica et sacra supellex tandem illi curta erat quoad eam externi ultro e pietatis studio offerrent; sed, quo erat concinnitatis in omnibus studio, exigua quam haberet recula sacram aedem ita instruebat ut ea lauta videretur. Nempe in omni eo quod ad divinum spectabat cultum, imprimis accurata erat et industria. Quando proprio carebat domicilio, adeo non animo angebatur ut magnopere se gaudere diceret potius, quod talibus in aedibus agerent, unde, quotiescumque locatori alliberet, pelli possent: meminerat enim Salvatorem mundi numquam possedisse in terra domicilium quod suum esset.

vestibus detritis libenter utebatur,

C 190 Quoniam vero, dum foundationes domorum prosequeremur, dictum est ecqua in singulis cum rerum penuria conflictaretur quantoque eam gaudio ferret, paucis illam hocce capite commemorabo. Gaudebat imprimis vestes obsoletas, viles ac laceras gestare; attamen semper curabat ut mundissimae forent: erat enim omnis tum corporis tum animae nec non vestium nitore perstudiosa, indignabaturque si quam suarum sordidulam in vestitu cerneret; ut interior illius animae mundities etiam ad corpus et vestimenta pertingeret: quas enim exuebat vittas aut indusia, nullam sudoris aut alterius rei malevolentiam, uti aliorum exutae vestes solent, sed suavem potius odorem spirabant. Saepe etiam sumebat vestes quas aliae jam usu detritas posuerant; in quo naturalis suae munditiae praescriptum excedere quadamtenus videbatur: quin etiam, cum detritam gestare vestem permittebatur, exultantem eam ac suis quodammodo divitiis plandentem vidisses.

operibus munditiam servabat,

191 Etiam assiduis infirmitatibus conflictaretur, laboris tamen cultrix erat indefessa; ac quoties per necessarias occupationes licebat, operi insistebat: hinc vel filum ducebat vel aliarum pensa discriminebat vel suebat vel aliud ejus generis exercitium

osurpabat; adeo ut ne vel momento vacaret. Quando cum viris gravibus ac proceribus collocutura ad cancellos ibat, semper aliquod manuale pensum adducebat: quod nonnullis, cum rem notassent, non parum aedificationi fuit. Propterea perutile aiebat esse clausis cancellis externos affari, quod, interim dum cum ipsis sermo miscetur, aut vitta componi aut aliquod manuale opus peragi commodum possit. Et quoniam hoc ipsa adeo sedulo observabat, nulla monacha erat quae id non imitaretur et vel minimum auderet otiosi. Hinc monialis quaedam cum pensum jam absolvisset, fusi pleni filum in aliud glomus convolvit, ut hoc pacto occuparetur, et ignominiam quam incurrisset, si in conspectu Matris suae otiosa apparuisset, evitaret: quae sedulitas cum mire ipsi placuisset, monialem hanc laudando commendavit. Omnia porro haec opera magna cum accurate et perfectione exequabatur: viso vero aliquod e laboribus tum suis tum reliquarum monialium lucellum redactum esse, singulari perfundebatur voluptate. Jussa librum quempiam componere, grave id sibi esse aiebat, quod aliis occupationibus distineretur et a nendo per scriptionem avocaretur.

192 Volebat pauperiem omni in re enitere. Sategat quidem ut monasteriis suis de horto, sanitatis causa, prospectum esset, nec non ut quaedam in iisdem oratoriola excitarentur, in quae interdum moniales animi colligendi ergo secederent; eadem tamen parva, omniaque simplicitatem volebat, nullam vero elegantiam redolere. Capite XIII Foundationum suarum sic loquitur: « Quam, o Deus » « bone, haec aedificia et deliciae ac recreationes » « exteriores ad pacem interiorem parum conducunt! Unde per ejus amorem vos obsecro, carissimae, et vos Patres, ut in domibus magnis et pretiosis semper omnem quam potestis moderationem adhibeatis. Versentur nobis ante oculos » « veri nostri fundatores, qui sunt sancti illi Patres » « a quibus descendimus, quos per hanc paupertatis » « et humilitatis viam ad Dei fruitionem pervenisse » « novimus. Et sane, ut fatear quod res est, semper » « plus spiritus necnon gaudii interioris vigere » « vidi, quando corporibus suae deesse commoditates et recreationes videntur, quam postea cum » « jam domum amplam habent suasque commoditates. Quantumlibet illa magna sit, quid nobis » « inde boni aut fructus sequitur, cum unius dumtaxat cellae usum continuo habeamus? Si illa » « capacissima sit et bene constructa, quid nostra » « interest, cum parietes nos respicere et considerare minime oporteat? Si item consideremus non » « esse domum quae in perpetuum nobis durare » « debeat, sed solum ad tam modicum tempus ac » « vita nostra durat (quantumlibet illa longa sit), » « omnia nobis quam suavissima videbuntur, sciencibus, quo pauciora hic in terra habebimus, eo » « plura nos in illa aeternitate possessuros, in qua » « nobis habitacula et mansiones dantur pro amoris, quo boni nostri Jesu vitam imitati fuerimus, » « parvitate aut magnitudine. »

193 Idipsum etiam capite II Vite perfectionis pluribus inculcat et a filiabus per amorem Redemptoris ac pretiosum illius sanguinem efflagitat; et addit optare se, si modo sine piaculo dici queat, ut quo die magnificas paratura sunt aedes, eodem illae derepente corruant omnesque ruina involvant: quin etiam, modo tanta conscientia id fieri possit, hoc se a Domino petituram. Haec aliaque id genus plurima dicebat; quia illam Dei esse voluntatem noverat. In qua ipsam sententia imprimis confirmavit sanctitate notus Petrus de Alcantara: qui dum

E
aedificiorum
respicere magnificentiam.

F

Colitis sibi
commendatum
paupertatis
amorem

A dum in vivis ageret, pauperlatem illi plurimum suasit; nec non vita jam functus; glorioso in corpore illi apparens, rei cuiusdam exiguae illam commonefecit, quam tamen, quia ad hanc spectabat virtutem, ipse ut exiguam non duxit. Dum nempe Abulensi cœnobio maceria circumstrueretur, apparens Matri auctor fuit ne calce eam incrustaret, paupertatis illi simul amorem injiciens. Respondentique sine calce fore ut is concideret, subintulit: « Si concidat, non deerunt qui lapsum restaurent. »

filiabus suis instillavit.

194 Dicebat sibi in filiarum gratiam a Deo declaratum esse quæ in paupertate sita sint bona, et hæc perspicenda aiebat ab iis quæ ipsam essent expertæ: « Paupertas enim, inquit, bonum est » quod universa mundi totius bona in se completur; ipsa magnus dominatus, quam qui habet, » omnia illius bona pleno dominio possidet. Vera » paupertas, quæ propter Deum solum toleratur, » magnum secum fert honorem: pauper nullo » præterquam Deo indiget; et statim, cum nullius » opera indigeat, multi ei suppetunt amici. » Esse item hanc aiebat murum qui Religionem egregie tuetur; suasque continuo adhortabatur ne placere mundanis studerent, ut hoc illi pacto eo liberalius necessaria domui subsidia contribuerent (ita enim fore ut fame emorerentur), sed Deo satisfacere, Instituti præscripta ad unguem servare suæque respondere vocationi ante omnia contenderent: Deum quippe ipsis quamprimum præsto futurum; quin et eos qui minus ipsarum rebus studerent, licet invitos, in necessariis rebus subministrandis auxilio fore. Atque id suis nunquam non inculcabat, nec unquam ejus virtutis commemorandis laudibus saturabatur.

laboratissima fuit in egenos et opes indigens.

195 Cum vero tanto in paupertatem affectu ferretur, in pauperes, quoad ejus facere poterat, non modo misericors erat, sed etiam effusa et munifica, sicut animi ejus celsitas postulabat. In eos vero qui pia animarum juvandarum negotia tractabant, quodcumque necessarium erat argentum libentissime insumpsisset, atque etiam, uti ante narratum est, reipsa insumebat. Cum obvium in via habuisset P. Didacum Yepes Ordinis Hieronymiani, quem peculiari affectu complectebatur, videri sibi dixit parum illi ad comitatum pecuniæ superesse, viæ vero adhuc permultum: quinque ergo illi de modico suo viatico argenteos est clargita, nonnisi commodato tamen, quoad facultatem dandi a superiore impetrasset. Hos quidem Didacus nummos, quod ab amica descenderent manu, accepit; deinde vero, gratiis actis, datrici reddidit, quod iis opus ipse non haberet. Cum a ducissa Albana Maria Henriquezia, eam amice invisens, mille argenteos in rerum temporalium subsidium accepisset, eos Incarnationis cœnobio, quod tum temporis moderabatur, consignavit; etsi Excalceatarum domicilia sat magna tum rerum penuria premerentur. Si quas agras, atque etiam bene valentes, re aliqua vere norat opus habere, de hac illis illico prospiciebat, nec de sumptu ullo, etsi a re pecuniaria non admodum esset instructa, querebatur.

ANNOTATA.

a Singulare hoc privilegium, a sensato verique studiosissimo Ribera tam asseveranter memoratum, confirmatur adhuc asseverantius a P. Francisco a S. Maria in altera Chronici volumine. Scilicet is Ordinis sui historiographus (lib. vi, cap. xxiii) fateatur nobiscum se priore quod conscripserat volumine, illius facti, tametsi ordine temporum eo proprie spectabat, meminisse; quo morato sibi magis de eo

constaret idque ipse securius vulgare posset. Verum, inquit, non est quod amplius id celem, cum testatum sit innumeris exemplis sive in processu canonizationis sive secutis temporibus. Quare id evolvit ac stabilivit toto illo capite. Notat autem solam sequioris sexus Teresiae prolem ea prærogativa gaudere; atque ait esse observatum hunc deficere, 1^o si conventus vel monialis non subsit Ordini, 2^o si qua monialis superioribus reluctetur, 3^o si notabiliter se gerat contra disciplinam, 4^o si mutare molitur statuta S. Matris, 5^o si, quæ novitia est, aliquando Religionem non sit professura. Atque hæc auctor Chronici. Addam ego percontanti mihi plures moniales quid rei hodie sit et quæ earum mens, ab iis responsum esse eandem inter eas stare et omni retro tempore stetisse persuasionem, multis, ut aiunt, confirmatam exemplis.

b De Catharina de Cardona sermo fuit in Comment. prævio num. 860 item hic supra Ribera lib. iii, num. 69.

AUCTORE
RIBERA.

D

CAPUT XI.

Obedientia, potentia in verbis et gratia sanitarum.

E

I In obedientiæ virtute Teresia singulari ratione enituit, quæ, ut S. Gregorius Papa loquitur, sola virtus est quæ virtutes cæteras menti inserit insertasque custodit (lib. xxxv Moral., cap. x). In hujus rei declarationem duo dumtaxat summam attulisse satis erit, quæ quidem ex iis quæ primo secundoque commemoravimus libro, satis manifesta sunt et procul dubio admiranda. Primum illud est, eam confessariis suis exactissime paruisse, etsi non alia illis parendi esset ratio quam quod ipsi confitenti operam darent. Nam non modo nihil sine eorum consilio faciebat, verum etiam, si illa quæ a Domino ipsi injungebantur (etsi minime dubitaret quin a Domino illa proficiscerentur) confessarius fieri vetaret, injuncta exequabatur; imo si confessarius contrarium imperaret, sine dubitatione ulla ei parebat, Dominum rogans ut ignosceret jussa ejus ideo negligenti ut illorum exequeretur imperia quos ceu ejus suspiciebat vicarios. Et eo quidem res processit ut etiam sibi vim faceret quo supernaturalibus quas a Deo inter orandum accipiebat gratiis resisteret, et crucis signo ac pollicis ostensione apparentem respueret, voluntati et inclinationi suæ adversans. Atque Dominus talem ejus obedientiam laudabat, suadens ut quidquid confessarii faciendum præscriberent, perficeret, veritatem se illis pollicitus declaraturum: et uti promisit, sic etiam præstitit.

CAP. XX.
Confessariis
suis consilia

F

197 Alterum est, quod toto illo quo de Abulensi fundanda domo agebatur tempore, etsi hanc erigere maxime cuperet (quod id sibi a Deo imperatum esset), quamquam res protrahebatur longius variaque rerum intercedebant eventa, interim ne vel latum quidem unguem ab obedientiæ præscripto deflexerit; sed eruditos semper theologos consulabat, et quidquid illi sine piaculo fieri posse suaderent, id quam exactissime exequabatur: unde ab opere cæpto desistere jussa, sine ulla molestia opus abrumpebat; etsi quod catenus perductum erat, maximo illi labore stetit. Imo domo jam erecta, simul ac Incarnationis præposita eam revocabat, monasterium suum novitiasque relinquere non dubitabat, eoque se conferre, illius in omnibus imperio obsecutura. Nec ante hinc digressa est quam præpositi provincialis pacem ac benedictionem ad

ac superiorum
jussa

novam

AUCTORE
RIBERA.

A

novam domunculam repetendam obtinuit. Hæc quotiescumque mecum ipse perpendo, non possum non mirari, utpote quæ summæ sunt perfectionis; quæ quisnam imitando assequatur, sane ignoro. Equidem plus omnibus mirandum censeo tertium id quod hoc libro sum prosecutus, quod ad unum confessarii imperiti verbum flammis tradiderit ea quæ in Cantica Canticorum erat commentata a. Nec vero arbitror hic opus esse illius in superiores reverentiam pluribus adstruere, cum Balthasar Alvarez S. J. cuidam matronæ hunc in modum locutus sit: « Viden Teresia a Jesu quid a Deo receperit et qualis sit? Atqui puerulæ tamen more » exequitur quidquid ei præcipio. »

revelationibus
divinis.

198 Cum P. Hieronymus Gratianus provincialem ageret, ait illi beata Mater ad quoddam maximi momenti negotium faciendum se aliquanto adhuc tempore in domo in qua tum agebat, commorari oportere. Ille mox contra, sive ad illam mortificandam sive quod ita revera illi id satius esse videretur, respondit se aliter sentire adeoque mox inde digrediendum esse. Teresia, etsi a Domino intellexerat rem perficiendam esse, et hæc (prout quis non ita morigeri iudicio præditus in iis adjunctis autumasset) illius discessu dissolvenda videbatur, tamen, ne verbo quidem aut argumento in contrarium adducto, Gratiano assensit seque statim cum eo in viam dedit. Cum diei biduive iter confecissent, quæsit ex ea Gratianus: « Numquid ante nobis » non indicasti, Mater, celitus tibi revelatum esse » negotium hoc rite ad exitum deducendum? » Cui illa: « Revelatum quidem id fuit: sed in revelatione errare possem; at dum tibi morem gero, » qui meus es superior, me certo scio falli non » posse. » « Jam igitur, inquit Gratianus, dispice » et rem Domino per preces commenda. »

preferre solent.

199 Insequenti ergo die petiit ecquid a Domino quoad hoc intellexisset. Cui Mater: « Significavit » mihi Dominus rem quidem, uti ante aperuerat, » confectum iri; verum hanc longe melius per » eam quam obedientia me docet, quam per illam » quam ego volebam inire rationem, perficiendam. » Non minus sane est id admirandum quam illa de quibus jam ante egimus, quod, quamvis tot revelationes haberet, ac sæpe illi etiam tenuia quædam Dominus circa res agendas declararet, sua tamen consilia non sequebatur nec revelationibus etiam apertissimis adhærebat, neu dicebat: » Majus mihi a Deo lumen communicatur, et major mihi est iis quæ a Patre luminum significatur, quam quæ mortalis mihi consulit homo, » credendi ratio »; sed unum se superioris confessariive verbum pluris aiebat ducere quam revelationes mille, illorumque se consilio, quos ut Dei suspiciebat vicarios, dirigi oportere. Atque id licet verbis apertissime declaravit, tamen multo adimplevit perfectius. Hinc etiam dicebat interdum, quidquid sibi confessarius injungeret vel quidquid ipsa illum velle intelligeret, eorum nihil se ullo intuitu omissuram, imo si quod illius mandatum perficere negligeret, deceptam se graviter credituram.

Singulari voto
se obstrinxit

200 Ad Hispalensem fundationem abeunti, et per sacras Pentecostes ferias in oratorio Astygeni agenti, ardens derepente incidit desiderium, insigni aliquo Spiritum Paracletum obsequio, idque in gratiarum actionem præcipui ejusdam favoris olim hac in festivitate ab eo accepti, honorandi. Ejus generis quidpiam apud se exploranti in mentem venit consultum fore singulari sese voto ad P. Gratiano, qui tum in Bactica Excalceatorum provincialis erat, in omnibus obsequendum ob-

stringere. Magnam hac in re difficultatem sentiebat, D uti colligere est ex iis quæ quadam in scheda exaravit: « Hinc quidem mihi videbar nihil hoc » faciendo præcipui agere, illinc vero durum id » imprimis mihi apparebat, cum quod superioribus » intimi animorum recessus non pandantur, tum » vero quod, si quis superior non bene res administret, alius ei sufficatur; et aliud nihil inde » me consecuturam quam ut toto vitæ tempore » tum interiori tum exteriori libertate carerem. » Atque hoc me aliquantulum, imo etiam satis, » inducebat ne hujusmodi votum conciperem. Ita » me difficultas hæc oppressit ut toto vitæ tempore fecisse aliquid non videar in quo majorem » mentis senserim luctam, ne quidem cum religionis me votis Altissimo obstringerem, nisi forte » cum paterna domo ad cœnobium egressa sum. » Hujus vero rei alia causa non fuit quam quod » mihi illam amicitiam qua in ipsum ferebar, tum in » memoriam non revocarem, sed eum ceu extraneum mihi fingerem, imo nec ejus animi dotes » animo recurrerent, sed id tantum agitare salutarem esset hujusmodi quid in honorem S. Spiritus suscipere. Crediderim porro omnia quæ » mihi remoram injiciebant, non nisi dubitationes » quasdam fuisse quæ mihi quoad hoc occurrebant, » idne in divinum cederet obsequium an contra. »

201 Hæc porro illi repugnantia ac nutatio ruborem injiciebat, dum videbat aliquid in mundo dari quod propter Deum aggredi dubitaret. Verum tandem omnem in ipsum ejus causa id faciebat, fidem conjiciens, protinus in genua procumbens, coram Deo votum concepit omnibus se vitæ diebus facturam quidquid Gratianus injungeret, modo id nec Dei jussis nec superiorum, quorum imperio continebatur, adversaretur. Etque Deo acceptum aliquod præstaret obsequium, omnem quam hactenus habuerat libertatem abdicavit et simul promisit nullam se culpam ac peccatum data opera illum celaturam. In charta vero cui superiora illa inscripsit, illico subnectit: « Ignoro vero num aliquod » hinc mihi accesserit meritum; videbar tamen » mihi eximium quid in Spiritus divini honorem, » quoad saltem intelligere poteram, fecisse. Itaque » factum ut magno inde perfusa sim gaudio et » voluptate, quæ et exinde perpetua fuit. Cum » vero metuerem ne in angore permanerem, majorem nacta sum libertatem nec non fiduciam » novis illum ob exiguum hoc quod præstiti obsequium a Domino gratis cumulandum, ut aliquatenus harum fiam particeps, meque magis in » omnibus illuminet. »

ad parendum
P. Gratiano.

202 Hanc quoque singillatim virtutem a Domino Jesu Christo edocta est; qui sæpe ei consuluit ut cum confessario de omnibus animæ suæ negotiis communicaret, cunctos quos ab se acciperet favores sincere illi aperiret, ipsique in omnibus morem gereret. Declaravit adhuc ab obedientiæ tramite illi nulla deflectendum esse ratione, etsi gravissima occurrerent incommoda, ei nempe dicendo: « Vere » non obedis, si non adversa pati tecum statueris: » respice quæ ipse sum in vita perpressus, et hæc » tibi consideratione omnia videbuntur facillima. » Virtutem hanc ipsa permagni faciebat suisque filiabus esse volebat familiarem; ejus dignitatem ac necessitatem brevi hac declarabat gnoma: « Quæcumque obedientiam non habet, non est vere » monialis. » Hancque proinde haberi volebat non in voluntate dumtaxat, qua exterius res injunctas exequi cuperent, sed etiam in iudicio, eas sibi recte esse a superioribus imperata persuadendo. Quam ob rem, uti secundo narratum est libro, in iudicii voluntatisque

Obedientiam
religiosæ vitæ
cardinem. 1350

A voluntatisque mortificatione potissimum monachas exercebat; uti dum cuidam injunxit ut allatum in cœnam cucumim terræ insereret, dumque alteri tot simul opera imperavit ut ea exequi non posse videretur, aliaque his similia.

et in voluntate
divina per eam
sequenda

203 Dicebat orationem et reliqua monialis exercitia (modo non sint obligatoria) libenter omittenda, quo superiorum pareatur imperio. Si quam vero contingat contristari quod non tantum quantum vellet orationi peragenda tempus sibi concedatur, quod aliis interim illam operibus præposita vacare velit, non aliam aiebat tristitiæ hujus causam videri quam amorem proprium, occulte subtiliterque, vix ut percipiatur, huic orandi desiderio permistum; quo nimirum nobis ipsis potius quam Deo satisfacere velimus: quapropter nefas videri hanc ob causam monachas aliquo mœrore dejici; si enim operibus externis ab obedientia distringerentur, etiam culinæ et ollis purgandis, in iisdem Deum reperturas, qui interioribus exterioribusque in rebus ancillis suis præsto est futurus.

veram perfe-
ctionem con-
sistere

204 Insuper aiebat animam ad perfectionis apicem nulla re pertingere citius quam obedientia; et hanc esse causam cur sub specie recti tot diabolus ab ea aversiones et difficultates oggerat. Neque enim in visionibus, revelationibus ac divinis favoribus vera sita est perfectio, sed in amplectendo tota voluntate et libenter quidquid vult Deus, sive amarum sit sive sapidum. Et, quoniam magna diabolus et sensualitas nobis propterea contentione resistunt, dicebat, quemadmodum ab hominibus in lite perplexa arbitri deligi solent quorum judicio actores litigando defatigati acquiescant, ita ab anima nostra, quo litem quam diabolus et sensualitas illi intentant, a se amoveat, superiorem aut confessorium velut judicem habendum esse, ac firmiter statuendum nihil facere aliud quam quod ille jussit, Dominoque credendum dicenti: « Qui vos » audit, me audit » (Luc x, 16), atque ita consequi ut et a lite sese liberet et suam ipsius voluntatem obliviscatur. « Hæc, inquit, vera est unio, voluntatem meam cum divina unire. Hanc quero, » hanc in omnibus esse velim; non vero nescio quas » inebriationes magnæ cujusdam consolationis, » quæ specioso unionis nomine insigniuntur: et » vero talis deinde futura est, si præcesserit illa de » qua hic loquor. Verum si post suspensionem » hanc et obedientiæ parum et propriæ voluntatis » multum reliquum fuerit, mihi potius cum amore » proprio quam cum divina voluntate conjuncta » videbitur » (Fundat. cap. v).

suas miniales
docuit,

205 Religiosos mancipia esse dicebat Dei, ut qui illius amore et sponte sua obedientiæ se venderint; eos proinde ipsiusmet Dei fruitionem, orationem ac solitudinem, quo obedientiæ se dedicerint operibus, relinquere debere; et, licet in his major errandi, quin etiam impingendi, sit occasio, longe tamen majus ea afferre animabus ipsorum compendium solere quam solitaria mentis recolectio: in horum namque operum nos executione agnoscere quidnam simus et quousque nostra sese virtus extendat; qui autem in solitudine ac secessu obscurus delitescit, nescire, imo ne scire quidem posse, verene humilitate et patientia donatus sit: uti qui numquam in prælio versatus est, necesse est ignoret quibus præditus sit lacertis. Proinde aiebat optimum esse in obedientiæ sese operibus exercere, ut ad sui quis cognitionem perveniat; atque unum humilis cognitionis sui diem esse majorem Dei gratiam quam plurimos in oratione transactos: idque eo magis quod verus amans amet per omnia et in omnibus dilectique perpetuo recor-

detur, et in ipsis quæ peragit operibus queat orare suamque ad Deum mentem sustollere (Ibid.).

206 Quod autem veram unionem in eo sitam Teresia dicat ut voluntas nostræ divinæ in omnibus conformis sit, ab ipsomet Domino docente didicit. Ut enim ipsa de se narrat, sic quodam illi die significavit: « Ne cogites, filia, unionem esse arcte » admodum aliquem mihi conjunctum esse (cum » etiam qui me peccando offendunt, mihi conjuncti » sint), uti nec favores et suavitates in oratione, » etsi illa in sublimi quodam sit gradu, percipi » solitas: quæ licet minus quid sint, sæpe tamen » media sunt ad animas lucrificandas, licet in » gratiæ statu non versentur. Tum intelligebam » unionem esse spiritum mundum et super omnia » terrena elevatum, nihil ut illorum reliquum sit » ob quod ille Dei voluntatem relinquere velit; sed » qui ita unus sit spiritus et una voluntas cum » illius voluntate congruens, et abrenuntiatio ita » Deo penitus occupata, ut nullo amoris suiipsius » vel rei cujuscumque creatæ ibi vigeat memoria. » Quod autem eos etiam qui in divinum suum Numen delinquant, sibi conjunctos ait esse, ita debet intelligi quod ipse sit in omnibus; et generali hoc modo etiam in iis est qui adversus ipsum prævaricantur.

207 S. Gregorius Pontifex hæc Marci Evangelistæ verba: « Illi autem profecti prædicaverunt » ubique, Domino cooperante et sermonem con- » firmante, sequentibus signis » (Marc. xvi, 20), exponens ait: « Quid in his considerandum est, » quid memoriæ commendandum, nisi quod præ- » ceptum obedientiæ, obedientiam vero signa secuta » sunt? » (Hom. xxix in Euang.). Et sane sæpe contingit ut qui exactissimi obedientiæ sunt cultores, alios etiam morigeros experiantur, nec modo creaturas illorum Deus parere velit imperio, sed ipsemet etiam voluntatem ipsorum implere gaudeat. Testatur hoc Vates regius: « Voluntatem timen- » tium se faciet, et deprecationem eorum exau- » diet » (Ps. cxliv, 19). Hac de causa, cum de Teresiæ obedientia modo simus locuti, non importunum videbitur de illius in verbis apud Deum et homines potentia agere. Vidimus hanc aliquatenus, dum declaravimus orationis illius efficaciam, quantumque apud Deum valeret, et quot tum corporum tum animorum morbos precibus suis depulerit.

208 Matrona Burgis jam annis aliquot prolem frustra desiderarat: verum intercessione Teresiæ, cujus precibus se commendarat, brevi votorum facta compos est; quod illa beneficium gratissimo semper animo recoluit. Inde fiebat ut verba illius mira pollerent in omnes energia et potentia. Sæpe eam consulebant tentationibus, perplexitatibus ac scrupulis divexati: quos ipsa, tametsi malum suum explicare minime poterant, a dubiorum vinculis exsolvebat ac quietos ab se dimittebat. Multi quoque, etiam remotis e locis, ad ipsam, de rebus spiritualibus communicaturi, accedebant; alii suis in afflictionibus solamen apud illam inventuri: neque vero indocti dumtaxat, verum etiam viri eruditione conspicui. Nec ullus erat qui non lætior et tranquillior ab ipsa recederet: eximiam enim ad mæstos consolandos a Deo nacta facultatem erat.

209 Proceres et matronas læta quadam candidaque simplicitate compellabat; et quoniam cum Rege cœlorum tam familiaris illi erat conversatio, cum terrenis magnatibus agere minime verebatur. Hos libere de rebus ad animæ salutem spectantibus commonefaciebat et quandoque eodem cum candore humiliter coarguebat. Verum simplicia humiliaque

AUCTORE
RIBERA.

B
ut ipsa a
Domino didi-
cerat.

CAP. XXI.
Insigni potu-
bat potentia

F
ad mæstos
consolandos.

ad commone-
das etiam ma-
gnates,

AUCTORE
RIBERA.

A illius verba tantum habebant apud eos roboris ut non modo non indignarentur, verum etiam gratias agerent et exinde magno monitricem amore prosequerentur, vitamque in melius commutarent. Cum omnibus feliciter quidquid agendum erat transigebat; uti jam ante, dum fundationes enarrabam, ostendi : tam placida namque illius erat agendi ratio, verbaque loquentis adeo partim submissa, partim robusta et prudentia, ut quocumque demum vellet, audientium animos pertraheret. Hinc, dum de Ordinis sui rebus ad regem *b* perscripsit, majore apud hunc pondere ejus fuere litteræ quam præsens omnium qui rem hanc urgebant, commendatio.

ad pellendas
ex animis ten-
tationes

B 210 Jam supra declaratum est quam potentes essent ejus litteræ ad tentationes tollendas. Exempli loco sit monialis, quæ tantis opprimebatur angoribus, ut, etsi nulla impediretur infirmitate, per longum tempus Officium divinum recitare non valeret; quia, quoties id inchoabat, acri corripiebatur malo, quo recitationem abrumpere et choro excedere cogebatur. Teresia autem, cum venisset in cœnobium in quo monialis hæc degebat, re comperta, ei suasit his terve privatim Horas suas ex intervallo recitaret : quod cum feliciter successisset, chorum cum aliis illico petere jussit; et ecce, statim evanescente tentatione, eo quo ante modo decurrere cum reliquis monacha illa pensum Horarum potuit. Fabros duos qui in domo in qua tum agebat, operando occupabantur, tam acri inter se contentione rixantes ut gravius esset mali periculum, ipsa lenibus verbis ita composuit, ut, furore posito, agnorum instar mansuefacti sint.

viresque aut
frigora revo-
candas.

211 Ad Hispalensem sedem stabiliendam digressa, patenti in campo, haud procul a taberna Alvinensi, cum suis in aliquot milites insolentes et aliquot alios, primum verbis, dein mucronibus inter se concurrentes, incidit. Quo ferali territæ spectaculo monachæ, non secus ac pulli sub gallinæ alas, ad Matris suæ gremium confugiunt. Quibus Teresia : « Considerate, obsecro, fratres, hic adesse » Deum, qui vos dijudicaturus est. » Quo dicto, illico reconditis in vaginam ensibus, nescio quo abierunt, nec deinde monachis visi sunt. Interdum nonnulli explorandi gratia illam adibant (neque enim iis quæ de ipsa fama spargebat, credebant), deliberato animo ut, si qua in re poterant, eam verbis constringerent. Ipsa vero communi suo loquendi modo, de rebus scilicet ad animæ salutem spectantibus sermonem miscendo, sciolos hos compellabat. Hæc ipsam intentione cum accessissent adolescentes duo, horum animos, antequam loco se subducerent, ita Teresiæ oratione perculit Deus ut suam ipsimet culpam et sinistram qua illuc venerant mentem sponte ei aperire non dubitarint, indeque in melius mutati digressi sint.

CAP. XXII.
Gratia sanita-
tum

212 Hæc porro potentia non in solis consistebat verbis, sed et manus ejus fuere virtute plenæ; et multa earum adminiculo Deus, ægris sanitatem restituendo, operatus est miracula : neque enim solas illi parere volebat creaturas ratione donatas sed noxios etiam et vitiosos humores. Initium ducamus ab illustri perspicuoque illo prodigio quo in ulnas acceptum sororis suæ filiolum Gonzalum Ovalium, vel jam vere mortuum, vel eo in statu agentem ut omnium judicio exanimis haberetur, genibus suis insistentem, leniter illi inhalando, parentibus vivum et sanum reddidit. In ædibus Aloisiz de la Cerda Toleti dum ageret, quædam e domesticis intolerabili dentium et unius aurium dolore jam dudum ita conflictabatur ut nulla hunc depellere medicorum ars valeret. Hæc de Teresiæ

sanctitate multa cum inaudisset, ut partem male affectam signaculo crucis communiret, enixe ab ea petiit. Quam manu a se benigne Teresia repellens : « Quin tu, inquit, hinc recedis? Te ipsa consigna : » neque enim a manu mea virtutem crux accipit, » sed a se eam habet. » Inter repellendum vero hanc maxillæ partem tetigit quam tangi sibi laborans mulier petierat. Studione id factum an fortuito, incertum est; id constat, ad hunc repente contactum ab omni prorsus dolore fuisse liberatam. Nec vero brevis duntaxat ea fuit liberatio, sed perpetua : exinde enim numquam amplius fuisse eo cruciatam dolore testantur omnes qui ipsam cognovere.

213 Laborabat forte Methymnensis cœnobii moderatrix ardenti febre et pleuritide, ut tenuis in ea spes appareret vitæ. Teresia ergo, comperto quanto in discrimine hæc versaretur, Methymnam cum venisset, confestim ægram invisit : quam dum amplectebatur, omni se morbo solutam præfecta sensit, et penitus sibi restituta postridie lecto surrexit *c*. Aliam graviter pectore laborantem et amplius tres annos male tussientem Teresia bono esse animo jussit, Deo sese valetudinem illius commendaturam pollicita : quo dicto factoque, integra valetudine convaleuit. Cum Vallisoletæ Salmanticam decrevisset proficisci, socia ejus Anna a S. Bartholomæo pridiano vespere repente in morbum incidit; quam cum post Matutinum adisset, ait illi : « Noli turbare, filia; jam enim aliam mihi itineris comitem » selegi, præfectæque in mandatis dedi, ut, simul » ac sanitati restituta fueris, eo te mittat ubi me » esse compererit. » His eam verbis delinire sategbat, quod in ipsam eximio ferretur amore. Quamvis vero eam consolaretur, grave illi tamen erat sine ea iter capessere. Igitur paulisper digressa, Domino illius valetudinem commendavit. Tum rursus cubiculum ingrediens, quo loco valetudinis negotium esset, percontatur. Anna lectulo insidens omnem ab se febrim depulsam testatur, ac se, si Mater vellet, ad eam accessuram, ut sanitatis suæ specimen daret. Annuente Teresia, confestim sospes cubili surrexit; ac postridie mane integris viribus lectulo se proripiens, cum ipsa in viam se dedit.

sive tactu sive
voce

214 Eadem cum ex dentibus laboraret, et ita quidem vehementer ut ferre non posset, Teresiam rogavit ut crucis figura maxillam consignaret : cujus commiseratione tacta Mater crucem formavit, et repente dolor omnis evanuit. Ter quaterve idem Abulæ factum est paulo antequam ad Burgesem fundationem discederet. Burgis deinde cum idem eam dolor invasisset, sortem ejus miseratæ moniales Teresiam enixe rogarunt ut vexatam partem cruce signaret. Cui eo quo assolebat omnibus in rebus lepore aiebat : « Ito, ito, noli putare me » passim cruce omnia consignare »; neque tum crucem efformavit : sed omnium rogatu tandem adducta benedictionem illi impertivit. Quo facto, redonata salute est; nec, quoad Teresia vixit, umquam postea dolor hic Annam torsit : et illius demum post mortem, ut sequenti declarandum est libro, penitus ab eo est liberata.

operandarum

215 Monialis quædam Methymnensis erysipelate laborabat, ac præsertim in naso, quem adeo semper inflatum et inflammatum habebat ut eum tandem medici a gangraena crederent depascendum. Die quodam, cum malo accessisset febris, ut Teresiæ, quæ tum illa in domo versabatur, colloquio frueretur, cubili surrexit. Cujus sortem Mater miserata, manum per vultum duxit, dicens : « Quiesce, » filia : confido in Domino brevi te sanatum iri. »

prædita fuit.

Et

A Et ecce, melius monialis habere e vestigio cepit; et antequam inde digrederetur, omnis penitus ita dolor abscessit ut deinde amplius non accesserit. Plura illi Teresia non injunxit quam ut multas Domino ageret gratias, quod se sanitate redonare dignatus esset d. Palentia digredientem sacerdos quidam pius e dentibus laborans rogavit ut sibi benedictionem impertiret; et subito omnis illorum cessavit dolor. Addere hic etiam aliud redditae salutis, etsi non corporalis, exemplum libet. Cum postremum Salmanticensi cenobio excederet, omnibus eam monialibus ad januam usque comitantibus, dum retrospectit, Isabellam a S. Hieronymo, quae ab aliis aliquanto longius aberat, videns, eamque ad se evocans: « Huc adsis, inquit, filia; quid illic » haeres? » Quam dum inter valedicendum amplexatur, facieque faciem Isabellae tangit, e vestigio aeris qua tum exagitabatur tentatio eam deseruit, nec postea umquam impetit.

ANNOTATA.

a *Legesis dicta in Comm. praevio num. 1550 et seqq.*

B b *De S. Teresiae ad Philippum II epistolis mentio fit in Comm. praevio num. 1574; de monitis ad eundem ab ipsa missis num. 1478; de praestantia et efficacia commercii ejus litterarii cum primariis sanctissimisque per Hispaniam avi istius viris num. 1569; et insuper plures passim in Comm. praevio exhibitae habes epistolas ejus ad regem, ad Generalem Ordinis pluresque magnates et viros sanctitate ac doctrina conspicuos.*

c *Vide in Comm. praevio num. 1104 et seqq. in processu canonizationis admissum id esse ut tertii ordinis miraculum.*

d *Idem et de hoc vide miraculo ibid. num. 1100 et seqq.*

CAPUT XII.

Gratus animus, prudentia et spirituum discretio.

Q uas hactenus commemoravi virtutes in summo gradu maximaque perfectione Teresia habuit, ut norunt ac testantur quotquot cum ea egerunt frequentius: quamquam, quod non adeo, ut oportuisset, exacte haec ab illis notatae sint nec observatarum etiam tam perfecte ipsi meminerint, non pauca quae fructum afferre potuissent, interciderunt. Porro quam grato animo fuerit, adeo manifestum est ut nemo, si vel parum animum voluerit advertere, id non statim agnoscat: in omni namque vita accepta a quocumque beneficia grata mente recoluit; atque adeo in supremo vitae articulo monialibus non minus impense agebat pro omnibus quae sibi impendebant obsequiis gratias quam si externa aliqua mulier fuisset erga quam nullis obligatae essent nominibus. Si quidquid de hac virtute dici potest, hic depromerem, omnem illius vitam et ab aliis in ipsam collata beneficia tam parva quam magna repetere deberem: sed paucula dumtaxat paucissimis complectar. Erga Deum, etiam antequam penitus illi famulari inciperet, adeo erat grata, ut, cum se non tanto in ipsum amore ferri quanto deberet, cerneret, favores quos ab ipso accipiebat, usque eo illam angerent ut ad angorem illum superandum ea qua donata caelitus erat animi generositate maxime illi fuerit opus; ac ne sic quidem animum serenare poterat. Confessorios vero quos habuit, miro semper modo dilexit;

inque animi grati argumentum numquam horum aliquem deseruit, nisi aut illi alio a superioribus amandarentur aut ipsa ad novam constituendam sedem discederet.

217 Saepenumero insigni cum grati animi sensu suis referebat omnia quae ab aliis sibi collata erant beneficia, eaque semper memoria relegebat. Quemdam a quo haustum frigidam aliquando per viam acceperat, impense Deo ad aliquot annos in oratione commendavit. Quando in cenobio Incarnationis agebat, cum in Guimarae de Ulloa aedibus commoraretur, contigit sacerdotem apud quem ambae delicta ponebant, in gravem diuturnumque morbum incidere: quem cum haud procul a Ledesma sanitatis recuperandae ergo ambae deduxissent, Teresia non minori hic illi sollicitudine ac caritate est obsecuta quam patri suo carnali fecisset. Cibaria quippe illi coxit, plurimas apud ipsum noctes vigilando traduxit, et tam officiose omnibus illi in rebus ministravit ut quamdam de turba mulierem dixisses; nec ulla umquam in hoc ministerio illam defatigatio occupavit: unde assiduos quibus postea afflicta fuit morbos his e laboribus et vigiliis ortum potissimum habuisse, plurimorum opinio est. Hispali cum antependium altaris accepisset in quo rudi quodam modo depictum acu erat Abrahami sacrificium, ipsum, quod domus aedesque sacra a rebus necessariis non bene esset instructa, adhibere visum est. Quod cum aeditua altari adaptaret, per jocum ait videri sibi Angelum adstantem gestus virgis seipsum cadentis referre. Ita quidem revera apparebat, et cunctae moniales similitudinem hanc apte excogitavam aiebant; verum severiore in illam conversa vultu Teresia ridentem coarguit, petens haecine esset ob acceptam a proximo elemosynam gratiarum actio, aliaque in hanc rem plurima tanto verborum pondere adeoque serio depromens ut mirarentur universae et simili posthac joco abstinere statuerint.

218 Multa alia hic dici possent, si illorum conservata esset memoria: quod enim maxime esset humilis, etiam minimum beneficium non minus grato relegebat animo quam summum, idque omni quo poterat modo, illo praesertim quo maxime pollebat, oratione scilicet. Unde factum ut quotquot ipsam consilio vel re juverunt, singularibus a Deo beneficiis affecti sint. Exempli loco unum instar omnium depromam, e quo de reliquis formari iudicium poterit. Quodam in monasterio sacerdote usque eo malevolo in Confessionibus sorores utebantur ut quibus poterat modis domui obesset et in omni re adversaretur. Hujus rei priorissa cum beatam Matrem commonefecit, rata illius loco alium in spiritualem Patrem ab ipsa deligendum, hoc illam modo Teresia excepit: « Per amorem Domini » nostri te obsecro, filia, cum ut sustineas, et taceas: nec ulla domi de Patre illo pellendo sermonem misceat, quibuscumque etiam modis vos » ille divexet, modo ad Dei offensam injuria non » pertingat. Neque enim patiar ingratis nos esse » erga illum a quo tantum recepimus boni. Memini enim illum, dum in coemendis aedibus circumvenire nos emptores vellent, fraudem detexisse: unde quod hoc pacto nobis contulit » beneficium nec non cum a quo per ipsum exemptae sumus laborem memoria exuere non possum. Caeterum semper mihi visus est Dei obsequio addictus et bene erga nos animatus. Video » sane non esse in me ceu quoddam perfectionis » genus habendum quod ita beneficiorum memor sum: id mihi innatum esse videtur; una quippe » haeccula suas me quis in partes pertraheret. »

AUCTORE
RIBERA.

et hominibus
acceptorum.

E

F

insigniter memorem se praestitit.

AUCTORE
RIBERA.
CAP. XXIV.
*Prudentia
eius in molien-
da Ordinis sui
Reformatione.*

219 De Teresiæ prudentia hic quidquam loqui minime opus videbatur, cum tam ex iis quæ hactenus diximus quam ex iis quæ in ejus cœnobii nemo non usurpari videt, sole meridiano sit clarius hanc in ea virtutem humana majorem exstitisse. Quo enim modo tot fundari tanta in rerum penuria, totque obloquentium insurgentibus procellis, potuissent domicilia, nisi extraordinaria quadam ac prope divina prædita prudentia illorum fundatrix fuisset, idque eo magis quod mulier esset, paupercula, cœnobii septis inclusa et ex alterius nutu dependens? Quis tot perfringere difficultates, tot tamque varias hominum complexionibus perferre, tot voluntates superare, tot incommoda exhaurire, denique tot ad adeo excelsa necessarias rationes excogitare potuisset? Omnia hæc, etsi tanta sint, tamen mihi videntur exigua, consideranti feminam adeo morbidam aliarumque rerum tractatione impeditissimam, ita etiam inopem, jam stabilita monasteria conservare et dirigere potuisse. Plerisque horum monasteriorum erectionem humani iudicii lance ponderantibus stolidum videbatur plura id genus stabilire; atque adeo censebant etiam jam erecta haud multo post in auras abitura. Unde

B Joanna Suarez, illa intima ejus in Incarnationis cœnobio amica, dicere in speciem reprehendentis solebat: « Jam satis multa crexisti columbaria: » tandem aliquando desine, nec plura molire. » Verumtamen, tanta paupertate et austeritate in iis vigente, et tot ingruentibus persecutionibus, non modo ea quæ jam erexerat, integra perstiterunt et perstant, sed alia de novo etiam constituit.

*in regulari
disciplina*

220 Maxime vero in admirationem me rapit ea quam in omnibus suis domibus præscripsit disciplina, quam bene suas ad orationis studium efformarit, quam ad idipsum compendiarium demonstravit viam, quam ad veram obedientiam, mortificationem, humilitatem, silentium et recollectionem mentis atque adeo reliquas virtutes erudierit. Quod qui ignorat, videat quæ hodie in hisce domibus vigeat vitæ norma; atque inde haud difficulter colliget qualis fuerit magistra, cum tam bene institutas post se reliquerit discipulas. Unde manifeste colligere est quam eximio prædita fuerit ingenio, quam maturum nacta iudicium, quam altam a natura acceperit prudentiam, quamque supernaturaliter a Deo fuerit edocta: neque enim video quomodo humana hisce par esse rebus prudentia posset; ac propterea eam qua ipsa donata fuit, plusquam humanam fuisse non immerito censi. Magno in filias suas amore ferebatur a; quem modis omnibus consentaneis ipsis declarabat: unde fiebat ut ab illis etiam reciproco amore diligeretur, et quocumque eas ducere volebat, haud invitæ sequerentur. Quibuscumque opus habebant rebus, has iisdem procurare satagebat, ut, quoad ejus fieri poterat, nemini quidquam, ac præsertim ægris, deesset.

suaviter simul

221 Volupe illi erat eadem illas hilaritate videre quam ipsa in omnibus præferebat. Hos vero ridebat, qui, cum aliquem interioris pietatis gustum perceperunt, statim humana vitant commercia, et, prout ipsa aiebat, caperata repunt fronte, imo ne alios quidem alloqui audent, veriti ne hoc pacto pius ille sapor penitus intercideret. Hinc statum quotidie suis esse volebat animo remittendo tempus, et in præcipuis Sanctorum festis pia eas permittebat cautione animum oblectare atque in laudem ipsorum carmina pangere et eo quem statuta præscribunt modo sese recreare: religionis tamen limites non transgrediendo, neu latum quidem unguem ab observantia regulari deflectendo. Monia-

lium vero erga ipsam amorem magna comitabatur D reverentia et singularis veneratio, quam eximia illa quam in ipsa notabant sanctitas, prudentia ac sapientia iis ingenerabat. Hinc, quamquam tam tenere ipsam diligebant, ipsaque natura etiam esset hilaris, fiebat ut quæ apud illam agerent, ne oculorum quidem auderent ad eam intuendam attollere, quæque ab ipsa evocabantur, ipsam quodammodo tremiscentes adirent. Ita porro interdum obtutum componebat ut cogitationum arcana intueri videretur. In reprehendendo singularem adhibebat gravitatem, nec non rationes producebat quibus quæ deliquerat confundeatur melioraque spondebat; nullam vero indignationem vel alieniorem animum præferebat, sed potius benignitatem et amorem b.

222 In errata non nisi rarissime connivebat: et fortiter peccantium vero has blande, illas aspere tractabat, mortificatione aliqua severiori ipsas probando, prout opus habere unamquamque observabat. Unam vero inter alias ut plurimum severiore austrioreque curabat medicina; petentique alteri cuidam cur monacham hanc adeo probam et tam bene erga ipsam animatam adeo rudi regeret lupato, ita quidem esse se credere respondit, cæterum necessario hoc illam flagello opus habere, ne ab aliarum E agendi consuetudine deflecteret. Interdum magna cum amoris significatione suam unicuique imperfectionem singillatim aperiebat: eratque erga humiles et morigeras lenis et benigna; austera vero adversum eam quam nimia videret libertate efferrî. Si quam verbis castigarat, illico vultu quodam placido et læto ad eandem redibat, quando aliqua humilitatis signa et erroris agnitionem in peccante cernebat. Nolebat eas quibus id ex officio non incumbere, rerum domesticarum procuratori intendere; sed potius virtutes notare unamquamque alterius cupiebat, ut hoc pacto amor in illam cresceret et ex iisdem aliquod sibi commodum colligerent; aliarum vero sodalium nullam observare errata: atque inde sese aiebat non parum in spiritu profecisse.

223 Non placebant illi quæ adeo sibi de sua perfectione plaudebant ut quidquid observarent in sociis, delictum crederent; atque illas aiebat omnium esse imperfectissimas quæ delicta in se nulla notarent, sed in aliis plurima: eisque aliarum commissa deferentibus fidem a superioribus ante adhiberi nolebat quam maturius rem examinassent. Verumtamen pernecessarium esse aiebat defectus E etiam ipsarum præpositarum cum charitate et prudentia prælatis declarari. Eas vero putide simplices rebatur quæ id nefas esse atque imperfectionem redolere censerent. Quas in oratione ita absorptas notabat ut valetudini corporis officerent, eas per alias recreationis tempore distrahi nec non iis officia injungi aut res similes jubebat. Ægriantes accommodata ad consolandum oratione animabat; si quas vero harum contristari cerneret, quod, sodalibus sui causa occupatis, ipsæ otiosæ lecto decumberent, leniter easdem corripiendo, lætari contra aiebat oportere quod æqualibus merendi operumque misericordiæ privatos intra parietes exercendorum ansam darent, cum in publicis nosocomiis eadem ab illis exerceri nefas esset. Vestitus et vittarum formam serio præcipiebat servari a suis eandem quam in constitutionibus præscripserat. Si quando vero contingeret (quod Deus avertat) aliquam hac in re elegantiam affectare aut quidpiam minus decens sectari, hoc, inspectantibus omnibus, flammis dari jubebat, ut hoc cæteræ monitæ exemplo sibi caverent, factique hujus ad posteros transiret memoria. In sermone suas volebat esse simplices et candorem

AUCTORE
RIBERA.
D

A candorem religiosum spirantes, ipsumque magis eremicorum et hominum recollectorum redolere phrasin quam aulicorum formulas; utque mallent hoc in genere stupidae aliquantulum quam plus aequo curiosae videri.

ad normam
inquisitissimam

224 Nihil a moderatricibus ad statum precum pensum et statutas austeritates volebat addi, nisi aliqua forte fieri aliud suaderet necessitas, idque ad diem dumtaxat: nisi enim id moderamen hic adhiberetur, moniales dissimularent, tepidarum incursuras sese notam ratae, si hac de re conquerebantur; quae, si onus hoc quotidie magis et magis gravaretur, valetudinis iacturam facerent, nec ferendis ad quos voto se obligarunt rigoribus pares forent. Officium divinum volebat tractim voceque depressa recitari. E voce enim contenta geminum aiebat sequi incommodum: primum, cantum altiorum ingratis auribus accidere, cum ad numerum non caderet; deinde, modestiam et spiritum vitae a se initae hoc pacto intercideret. In religiosarum admissione spectari magis volebat dotes animi quam dotem pecuniariam; nullaque de causa permittebat monasteriis adscribi illas quibus ea quae Constitutiones exigunt, defuerint, praesertim si aliquod naturae corporisque vitium habeant, multo vero minus ad votorum easdem emissionem admoventi. Tantum aiebat damnum sequi admittendo plures quam constitutiones praescriberent, quantum si ipsa cenobia destruerentur: imo numquam eum compleri numerum maluisset, ut, si qua admodum idonea allegi in cœtum peteret, huic in familiam admittendae locus esset. Laicas etiam quam paucissimas esse volebat, et eas dumtaxat quibus ægre domus carere posset; atque hac in re praepositis occurrendum videri quae laicas semper habere plurimas gestiunt, quibus domos suas gravant, et saepe quidem ejusmodi a quibus parum illae subsidii habere queunt.

urgenda;

225 Quae natura melancholicae erant, his aditum quam arctissime ad suas volebat oclusum; quod quae sunt hujusmodi, aliis impedimento nec raro etiam domui damno sunt. Si quae vero tales jam in Religionem cooptatae erant, singularem haberi earum a praefectis rationem volebat, in illarum commoda prospici, de rebus necessariis provideri et aliquam eis animi relaxationem asferri. Non tamen inordinatis ipsarum imaginationibus has volebat condescendere, uti nec confabulationes nimias nec libertatem immoderatam concedere, nec inobedientiam ferre, sed cum severitate et rigore eas compescere. Semper enim regulam et constitutiones integre observari volebat, et nulli prorsus, intuitu ullo, tam bene quam male valenti hac in re connivebat, etsi vel diutius in religioso cœtu vixissent vel in saeculo auctoritate valuissent; sed magna quadam constantia et rigore statutorum jura propugnabat.

in prioribus

226 In hoc incumbere ut praepositae eligerentur quae prudentia et vitae probitate caeteris praecellerent: quamquam ne hoc quidem illi satis erat, sed inferioribus etiam imprimis praecipiebat, ut, si quas in superioribus notarent imperfectiones, cum humilitate ac congrua veneratione has ipsis aperirent. Quam si praepositae reprehensionem ægre ferrent et propterea alieniore in has redderentur animo, Domini causa hoc ut perferrent monebat: fore enim ut mercedem hoc nomine ab ipso recipiant. Praefectas nosse volebat potissimam ipsarum constituendarum rationem esse ut in constitutionum legumque observantiam serio excubarent, non vero ut iisdem pro arbitrio quidquam demerent vel adjungerent; et si secus facerent, commonendum

superiorem videri. Credere se aiebat non bene suo officio fungi posse illam praesidem quae domi quid ageret quod provinciali clam esse vellet; quin potius gratum illi esse debere suarum ipsam rerum consciunt esse: hoc enim pacto muneris impositi onus levius reddi. Cum iis potissimum agere moniales domi volebat quae et rerum peritiam aliis majorem et prudentiam maturiorem haberent: verumtamen caverent ne peculiari aliquo in quampiam affectu se ferri, illius causa plus quam alterius faciendo, manifestarent; hoc enim pacto caeteras turbare.

227 Quotidiana sese discere magis magisque aiebat experientia universam domorum harum quietem in priorissis consistere; ubi enim haec subditarum sibi animos obstrinxerint, sponte sua ipsae, quidquid jacentur, exequuntur: sed superiores insignes suipsarum victrices esse oportere, ad inferiorum imperfectiones et tentationes perfringendas. Nihil porro impensius in praefectis exigebat, nihil magis illis aiebat necessarium, quam regendi talentum, majoremque hujus haberi quam sanctitatis rationem volebat; plurimas namque sanctitate praestituras, quae tamen ad gubernandum ineptae futurae sint. Praelati vero partes esse, si quam ineptam nimio aliquarum studio sinistroque affectu electam viderit, creationem hanc irritare, aliamque illi cenobio moderatricem assignare alia accersitam domo. Si qua vero priorissa aliarum gubernandarum dote caruerit, etsi vel religiosissima et virtutibus illustrissima foret, quamprimum in ordinem redigatur nec uno quidem praesente anno permittatur. Uno enim anno fore aiebat ut multum domui subditisque suis noceret; et, si triennio praesente sinatur, fieri forsitan posse ut, subingredientibus parvis consuetudinibus, domus in perniciem ruat. In hoc praelatos nullum commiserationi locum dare volebat; neque enim ubi tanta est mortificatio totque humilitatis exercitia, grave cuiquam videbitur ab officio deponi: « Si vero, inquit, ideo » indignari depositam contingat, inde manifesto » apparet huic ipsam muneri ineptam esse; neque » enim quae adeo est imperfecta ut praefectura » inhiat, iis praeficienda animabus videtur quae » tanta contentione ad perfectionem anhelant. » Quae sane tanto digna est ingenio ratio, digna quae omnium religiosorum memoriae insculpatur.

ad officii sui
munus instruendis,

E

228 Temporalium rerum administrationis magnam haberi volebat rationem: hanc enim ad spiritus negotiorum directionem imprimis esse necessariam. Hinc in domibus quae censibus annuis dotatae erant, majores fieri volebat expensas quam proventus ferrent, etsi alioquin necessariarum commoditatum penuria laborarent; sumptus vero ornatusque nimios omnino praescindebat: si enim praepositae multa in res inutiles impenderent, fieri inde posse ut nihil monialibus in prandium suppetere. In domiciliis vero stabili censu carentibus nullum permittebat alienum aë contrahi: si enim tam haec quam illa debita contrahere inciperent, paulatim utraque in nihilum redactum iri. Statim namque superioribus inhumanum fore videretur quod suis ipsae manibus compararent lucrum iis non concedere, et negare ut a consanguineis quaeque suis subsidium peteret. Hinc multis se partibus malle dicebat monasterium id dissolutum quam hunc in statum redactum videre. Interim tamen necessaria cuilibet sufficienter praestari volebat: ad quae nihil illis umquam aiebat defuturum, modo acriter fiducia in Deum praeposita nitatur et quam poterit adhibeat diligentiam. Visitatores volebat inspicere quid in quaque domo operum fieret, et

in rerum temporalium
administratione,
F

AUCTORE
RIBERA.

A

*in diligentis
ad novas fun-
dationes so-
ciabus,*

lucris uniuscujusque monialis rationem subducere, ut quæ multum erant lucrata, iis gratiæ agerentur, et ad pergendum animarentur, illarumque nomen aliis in cœnobiis, in quibus adeo navæ operatrices non erant, deprædicari.

229 Ad suas foundationes monachas secum ducebat lectissimas: quas si aliquid videret peccantes, acriter corripiebat, monebatque ut viderent ad quantam perfectionem obligarentur; cum non priorum solum commissorum ipsis apud Deum ratio, sed et eorum in quæ aliæ post successuræ pravo illarum exemplo impingerent, reddenda foret. Rebus vero jam constitutis, de illo quem diximus rigore multum remisit, uti ejus e verbis Mariæ a S. Joanne Baptista perscriptis colligere est: « Scias » velim non eam me modo in gubernando esse » quæ solebam olim: jam ex amore omnia fiunt, » nescio an id ejus sit causa quod nulla mihi rigo- » ris exercendi detur modo occasio, vel quod in- » tellexerim hoc pacto tranquillius res peragi. » Omnibus viribus contendebat ut omnem erga consanguineos et creaturas reliquas affectum filiæ suæ exuerent; dicebatque suum erga dilectam aliquam amorem intepescere, si hanc rei cuiquam sæculari animo videret affixam. Novitias rigide regendas negabat, sed tali dumtaxat duce opus habere quæ suaviter ad constitutionum observantiam eas pelliceret.

*in novitiis
Ordini aptis
admittendis,*

C

230 Ingenio bono donatas unice diligebat; ac præter vocationem Dei, nihil in allegendis monialibus etiam laicis spectabat magis quam ut ingenio valerent. Qui ejus perspectam habebant sanctimoniam quamque orationis esset amica, unice commendare pietatem et orationis studium solebant earum quas ab ipsa in familiam vellent cooptari; hoc enim pacto credebant illam suæ voluntati morem, hæc admittendo, gesturam: verum has illa tam parvi pendebat dotes ut in judicio ipsarum explorando omnis illius versaretur cura. Horum de numero etiam ipse fuit; cumque admiratus rei causam ab ipsa postularem, confestim audiui: « Hoc illi loco, » Pater, pietatem Dominus elargietur; hic etiam » orationem edocebitur: sed quæ aliqua pietatis » studia in mundo exercuerunt, interdum etiam » necesse est ante dedoceri, ut quæ ibi didicerunt, » hic obliviscantur. At si ingenio non præsent, » ipsum illis hic dari non poterit. Adhæc si mo- » nialis aliqua pia et Dei ancilla ingenium non » habeat, sibi soli tantum bona est; si id felix a » natura nacta sit, aliis gubernandis et omnibus » quæ domi obeunda sunt ministeriis idonea est. » Quin et aliam rei hujus rationem dabat: quod quæ tenui donata ingenio est, eas quibus obnoxia est imperfectiones non consideret, imo nec easdem, etiamsi admoneatur, possit agnoscere; quin potius numquam non sibi videtur bene rem agere, et nullius suasu ab ea potest opinione dimoveri, vel ut suum subiciat judicium, induci. Atque excellenti hac ratione, ea præsertim monasteria in quibus paucula agunt monachæ, se tam in iis quæ ad corpus quam quæ ad spiritum spectant, conservare hactenus et tueri potuerunt.

*in consulendo
quieti mona-
stiorum*

231 Præcipue studebat ut perpetua moniales animi pace et tranquillitate potirentur; atque hanc ob causam, tum etiam ne cui offendiculo forent, lites omnes, quoad ejus fieri poterat, suadebat evitare, et non nisi extremis jam tentatis, easdem moveri: alia enim via sibi redonandum a Deo quod judicio prosequi negligerent. Nolebat adhæc ante litem cuiquam intentari vel cœptam urgeri quam præpositus rei esset factus certior et ad hoc facultatem singillatim concessisset. Ejusdem quietis comparandæ causa nolebat monacham quampiam

ab una domo in aliam transmigrandi copiam sibi D petere, imo ne quidem nosse hanc aliquando licere concedi; quod diceret intelligere neminem posse, nisi qui reipsa esset expertus, quanta hac in re lateant incommoda, quamque patens eadem moni ad tentationes injiciendas hoc pacto janua laxetur. Hinc cupiebat ut, si quæ harum ad aliam destinanda esset sedem, id per speciem alterius causæ fieret, migrans vero non ideo fieri sciret quod hoc ipsa postulasset. Atque hanc aiebat nullo in loco pacem quam quæreret reperturam, quin potius aliis damnum parituram; et quæ hanc migrationem petit, nullo prorsus apud alias in pretio esse vult. Quod si forte necesse esset quapiam de causa illam inde evocare, id tamen fieri vetabat ob ipsam illius petitionem; hocque ita servari exacte volebat. Nullis porro hocce sedis mutandæ desiderium aiebat innasci quam iis quæ tetricæ sunt vel indolem habent ad res præcipuæ cujusdam utilitatis minime idoneam.

232 Ad spiritus pacem et serenitatem, atque ad operis quod per ipsam Dominus in Religione Carmelitana erat auspicatus, durationem ac incrementum, aliam rationem suggessit perquam salutarem, dum monialibus suis commendat et suis etiam in libris serio inculcat, ut, sicut ipsa doctrinæ amore tenebatur, ita illæ semper de animi negotiis cum versatissimis Theologiæ magistris communicarent, quorum consilio regerentur; hoc namque pacto futurum esse ut semper tuto procederent: quos si simul etiam pietatis studiis addictos nanciscerentur, eo directionem meliorem fore; si vero haberi non possent quibus utraque dos simul obtigisset, eligendos tum eos qui doctrina excellere: dicebat enim numquam sibi ab aliquo viro litterato impositum esse; et hanc opem omnibus quidem necessariam videri, maxime tamen moderatricibus. Cavere sibi suas volebat ab iis qui pauca scirent: se namque experientia nosse equod sibi a nonnullis semidoctis, qui cum rerum essent ignari, non minus tamen confidenter responsa depromerent quam si rem percalluissent, detrimentum accidisset. Ut vero tanti momenti negotium, adeoque orationis et rerum interiorum studiosis necessarium, perpetuo floreret, facultatem dedit hujusmodi de rebus cum quibuslibet religiosis sacerdotibusque communicandi, voluitque ut præpositæ hæc in re semper se faciles præberent. Omne siquidem animæ bonum in eo aiebat consistere ut cum Dei famulis interdum de rebus suis conferat (Vitæ cap. xxiii); et quo plura hæc a Deo dona reciperet, eo ipsam de iis cum illis communicare diligentius debere, a quibus, cum foret opus, dirigi, gubernari et a solitis diaboli imposturis liberari posset.

*et in bonorum
confessario-
rum copia mo-
nialibus fa-
cienda*

E

233 Atque ut ipsa aliis consuluit, ita etiam reipsa præstitit, ut paulo post ad libri hujus calcem manifestum fiet. Ita porro confessario, modo is vir doctus esset, credi a suis volebat ut libro Fundationum in hæc scripserit verba: « Super hoc necesse » est ut doctum ac prudentem confessarium con- » sulat, nec aliud opere exequatur quam quod » ille suaserit. Ad præpositam referre hoc ipsa » poterit, ut sibi eum assignet confessarium qui » hisce sit dotibus instructus. Hoc porro fixum sit, » eam quæ iis quæ confessarius suaserit, non auscultarit, nec se per eum dirigi sinat, a malo illudi » spiritu, vel gravi melancholia opprimi. Etsi enim » confessarius decipiatur, tamen ipsa nequaquam » decipietur, si illius præscripta non transgredia- » tur; tametsi vel Angelus Dei fuerit cum ipsa » locutus. Nam lumen illi Dominus communicabit, » vel ostendet viam qua ad exitum res deducenda » sit.

miræ eluxit.

A » sit. Nullum vero inde sequetur dispendium; at
 » secus facere multis patere potest periculis, et
 » non pauca damna afferre » (cap. viii). Suadebat
 adhuc verbis quam efficacissimis ut apertissime
 sensa mentis illis aperirentur. De qua re sic loquitur:
 » Maxime autem necessarium est, carissimæ,
 » sincere vos et candide cum confessariis vestris
 » procedere, non modo in delictis vestris aperien-
 » dis (est hoc siquidem clarissimum), verum etiam
 » in orandi ratione vestra declaranda. Hoc enim
 » nisi faciatis, affirmare non ausim vos recte ince-
 » dere nec a Deo vos edoceri: is namque amat ut
 » ea claritate et veritate intima animæ illi pandan-
 » tur qui illius vices in terra supplet, qua ipsimet,
 » si inter mortales ageret, aperirentur; simulque
 » vult etiam minimas vos cogitationes, nedum opera
 » vestra, illi manifestare » (Mans. vi, cap. ix).

Afferuntur
 casus aliquot

234 Nonnulla prudentia divina magis quam hu-
 mana exequatur, ut qui ipsius acta videbat, nul-
 lam eorumdem probandorum invenire rationem
 posset; sed ex illorum deinde apparebat successu
 quam congrue essent peracta. Novitiæ cuidam jam
 reliquarum monialium suffragiis ad votorum emis-
 sionem admissæ ait: « Hoc mane professionem
 B » emittes. » Cui monacha: « In aliud hanc, inquit,
 » differam tempus, si Reverentiæ Vestræ videan-
 » tur. » His auditis, excipit Mater: « Tibi dico
 » numquam te in Ordine vota nuncupaturam. »
 Quod tum verbis dixit, post etiam facto ostendit;
 cum nullis aliarum induci potuit precibus ut hanc
 vota sineret emittere. Unde eam paternas ad sedes
 redire oportuit; in quibus eam mox hectica occu-
 pavit tabes, e qua modico post tempore expiravit.
 Alterius item novitiæ profitendi tempus prope erat;
 hanc tamen, impense licet insisterent moniales, et
 nullus in eadem notatus fuisset defectus, admitti
 vetuit. Cujus rei aliam dare rationem noluit quam
 (ut ipsemet ex ea audivi) defectum aliquem corpo-
 ralem; qui nilulominus adeo erat nullus ut nulli
 domesticarum propter hunc a votorum emissionem
 arcenda videretur. Censebant autem omnes divini-
 tus illi esse manifestatum utramque illam ad hoc
 Institutum a Deo electam non esse. De postrema id
 quidem postea evidenter ex iis patuit quæ contige-
 runt; nec defuere etiam quibus revelare Deus est
 dignatus quidquid ab ancilla sua quoad hoc actum
 esset, optime esse actum. Idem severitatis genus
 erga cognatam suam exercuit; cum nec caro, nec
 C sanguis, nec monacharum, illustria de novitia hac
 spondentium (erat namque revera præclaris dotibus
 instructa), preces impedire ipsam potuerint quo-
 minus anno evoluto veste sacra exutam paternas
 ad sedes remitteret.

equibus patuit

235 Commendatam sibi alterius Instituti novi-
 tiam, ad perfectiorem vitam aspirantem, admittere
 volebat; quia, uti jam diximus, ab aliorum Ordinum
 monachis inter suas cooptandis aliena erat. Cum
 vero ob hanc aliasque rationes fratrem illius, qui
 erat Societatis nostræ sacerdos, jam a se dimisisset,
 seque in cubiculum ad scribendum contulisset, mox
 ad orbem versatilem rediit visura num Pater ille
 abiisset. Quem ubi discessisse comperit, e vestigio
 revocari jussit; reversoque edixit ut ipsa hora soro-
 rem suam adduceret: se enim illam suis annu-
 merare velle. Adductam ergo admisit; hæcque
 etiamnum hodie in Salmanticensi domo læta agit,
 sociarumque cum exemplo.

sepe illam
 calidus

236 Alia id genus plura dicere possem, e quibus
 manifestum fit non humanis illam rationibus, sed
 aliis longe sublimioribus certioribusque duci con-
 suevisse. Unum solummodo hic enarrabo, quod ad
 ea quæ probare intendo, efficacissimum futurum

sit. Quodam in cœnobio agebant monialis quædam
 et laica, orationi ambæ addictissimæ, quam et mor-
 tificatione et humilitate suffulciebant, ambæ etiam
 singularibus a Deo favoribus ornatæ. His contin-
 gebant interdum vehementia Dei desideria, quæ
 reprimere non poterant, sed quæ Dominici Corpo-
 ris sumptione retundi videbantur et imminui. Hinc
 a confessario quæque suo obtinuerant ut sæpe sibi
 divina frequentare Mystera liceret. Exinde ita
 accrevit impetus, ut, nisi quotidiana ipsis permitte-
 retur Communio, languore emorituræ viderentur.
 Visum proinde confessariis, tametsi magnam al-
 teruter rerum spiritus experientiam haberet, tanta
 necessitate laborantibus nefas fore quotidianam
 Sacrorum participationem denegare. Sed eo demum
 res processit, itaque angor invalescebat, ut summo
 eas mane, ut vivere possent, Sacram adire Mensam
 oporteret. Præposita per litteras Teresiam de omni-
 bus reddidit certior; sed litteris nihil respondit,
 quoad coram cuncta perspiceret (tametsi jam tum
 intellexit quid rerum lateret) et suas confessario
 rationes proponeret cur illius hac in re sententiæ
 non acquiesceret.

237 Ut ergo hunc in locum appulit, multis
 utrique monachæ ostendit rationibus nonnisi me-
 ram imaginationem esse, quod se, nisi quotidie divi-
 nas epulas obirent, morituras putarent: hæc tamen
 rationes ipsis minime satisfacere, uti nec alterutri e
 confessariis, ei scilicet qui minus habebat doctrinæ
 et rerum spiritualium experientiam minorem; ete-
 nim alter confestim veritati se subiecit. Inde Tere-
 sia perspexit alio has ægras esse medicamenti ge-
 nere curandas, illisque magna cum constantia ait
 similia se habere desideria et tamen a Sacra Mensa
 abstinere: « Mihi credite, inquit, non sæpius com-
 » municabitis quam aliæ, atque ita tres simul
 » moriemur: crediderim equidem longe id expe-
 » dientius fore quam novam hanc in domos has
 » consuetudinem invehere, in quibus non desunt
 » aliæ quæ non minus vobis Deum diligunt quæ-
 » que idem pietatis genus exercere cupient. »
 Hoc illæ die Sacra Mensa abstinendo ingentem
 passæ sunt dolorem, ut vere expiraturæ videren-
 tur. Teresia, quæ etiam eo die Sacramenti sum-
 ptione abstinerat, magnam ostendit severitatem;
 eo quod, quanto minus se obedientiæ subiciebant
 (dum sibi persuaderent se non posse), tanto clarius
 intelligebat meram esse tentationem. Cæterum po-
 stero die, et rursus tertio, minorem expertæ mo-
 lestiam sunt, quoad tandem ita ipse angor est
 imminutus, ut, licet jam Teresiam, a superioribus
 jussam, Sacram Communionem adire ipsæ viderent,
 in bonam id acciperent partem, et tam hæc quam
 reliquæ intellexerint maligni spiritus tentationem
 fuisse d. Factum id in cœnobio haud procul Sal-
 mantica; et quamvis quænam illæ fuerint monachæ,
 norim, earum tamen hic nomina prodere minime
 placuit. Harum una jam Dei visione fruitur, altera
 adhuc superstes est.

238 Quod modo dicam de spirituum discretionem
 quam huic ancillæ suæ communicare Deus digna-
 tus est, qua nimirum dignoscebat in iis quos vi-
 deret, utrum spiritus quem haberent, bonus esset
 an malus, vero consentaneus an dissentaneus, ad
 eam quam jam declaravi prudentiam, quæ lumine
 quodam cœlesti et cognitione supernaturali potius
 quam humanis rationibus conducebatur, aliquo
 modo pertinet; etsi ad prophetiæ etiam donum quam
 proxime interdum videatur accedere. Hoc illa in
 dono excellens fuit, percipiebatque accurate quem-
 nam haberent spiritum qui cum ipsa agebant, et
 quousque pertingerent; itaque fiebat ut eos qui jam
 se

AUCTORE
 RIBERA
 D

inspiratum
 E

F

d

CAP. XXV.
 et singulari
 dono

AUCTORE
RIBERA.

A

se in via perfectionis permagnum fecisse profectum putabant, ab errore mentis liberaret. Moniali cui-dam aperuit egregiè ipsam perfectionis viam in-sistere, sed permultum adhuc illi restare itineris antequam ad finem pertingeret. Alia quædam de re quæpiam cum Teresia dum ageret et humilitatem verbis vultuque proderet quam in animo non habebat, id hæc statim agnovit, et blando illi ore: « Interius hoc, inquit, non sentis. » Internam etiam alterius tentationem agnovit; quam per literas securam esse jussit, quod rectum per iter incederet.

discretionis
spirituum

239 Rusticus quidam quem nemo non ut sanctum suspiciebat virum, nec plebei modo, sed etiam litterati, suum illi spiritum cum aperuisset, a Deo sese compellari dictitans, multaque de aliis rebus spiritualibus apud illam disseruisset, illico bono eum spiritu non duci ipsa cognovit et suo aperuit confessario. Hoc tamen palam enuntiare noluit, ne is famæ jacturam pateretur; sed rem silentio premens, ipsum errore educere contendit, ad sanctos eum mittendo viros, qui in laboriosis eum operibus et obedientia exercerent. Verum cum in his ipse deficeret, facile non ita multo post patuit meras esse iuanias ac stoliditatem. Suo etiam e cœtu (ut supra observavimus) quasdam proscripsit quas omni exterius carere defectu dixisset; quod eas ipsa suo videret Instituto parum idoneas: alias contra, ut in illud nomina darent, verbis animabat, omnemque illis metum adimebat quo ab hoc proposito deterrebantur.

a Deo

240 Alterius cujusdam Ordinis monacha, fervens Dei ancilla, crebrioribus flagellationibus ac jejuniis in maximum languorem incidit: quæ quoties divina adiret Mystera vel novæ devotionis sese offerret occasio, protinus in terram prolabebatur; quo in statu cum octo horas et amplius perseveraret, tum ipsa sibi tum aliis monialibus mentis pati excessum videbatur. Jam civitatem raptum horum fama pervaserat, quod frequentes essent. Agnovit Teresia quidnam rei sub his lateret, doluitque talia spargi: videbat enim quoniam omnia hæc reciderent. Religiosæ porro hujus confessarius Teresiam cum adisset, ea raptus id esse modum negavit, ac nonnisi temporis jacturam videri atque e debilitate ait provenire corporali: quapropter fore consultum ad tempus ei verberationes ac jejunia interdiceret. A quibus cum abstinere, vires corporis recuperavit et nullum ei raptum mansit vestigium (Fund. cap. vi).

ornatam
fuisse.

241 Alius accessit ad ipsam sacerdos admirandus, se Confessionem dictitans excipere personæ quam ex intervallo interviceret Deipara Maria, et cujus in lecto considens plus horæ spatio suavissima cum eadem misceret colloquia et futuros eventus aliaque plura aperiret; quorum nonnulla cum reapse contingerent, fiebat ut quidquid diceret, ut verum haberetur. Agnovit illico Teresia fucum, quem tamen certis quibusdam de causis tum quidem illi aperire noluit; dumtaxat suadens ut paululum expectaret, vicinus num vere vaticinia illa contingerent, simul etiam alios quosdam ex ea sciscitaretur effectus, nec non in vitæ quam ducebat rationem inquireret. Tandem patuit meras omnia esse nugas (Ibid. cap. viii). Plura alia ejusdem generis ei contigere; quin etiam compluribus illusioni obnoxiiis prudentia sua remedium attulit.

ANNOTATA.

a Id facile persuasum erit legenti Sanctæ epistolæ: in earum enim fere singulis summa apparet

matris sollicitudo de rebus etiam minimis cum ad corpus tum ad animam filiarum suarum spectantibus. P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 74, not. 19) refert monialem quamdam in processu canonizationis testatam esse tale fuisse Sanctæ erga ægrotas studium ut pro illis ipsa etiam vasa sacra venundari debere diceret.

b Notat ex Yepesio P. Antonius a S. Josepho (tom. III, epist. 8, not. 4) Sanctam usam fuisse in principio severiore regendi modo quam postmodum, quo omnia cum amore fiebant. Malebat, ait P. Joannes a Jesu Maria, collo subditarum injicere aurea charitatis vincula quam ferrea timoris.

c Sancta (tom. II, epist. 93, num. 2) edicit nullo se sinere modo ut novitia admittatur quæ sagax non sit, cum id sit contra constitutiones et malum adferat incurabile. Ad quod scite advertit P. Antonius a S. Josepho (not. 3) Ordinem procurare novitiæ posse virtutem, quippe cum hæc ideo eum ingrediat, defectum vero judicii a solo Deo suppleri posse.

d Id ipsum narrat Sancta capite vi Fundationum: quamdam porro rei circumstantiam non omnino accurate Ribera tradidit. Dicit scilicet ille: Ita angor invalescebat ut summo eas mane, ut vivere possent, Sacram adire Mensam oporteret, quasi utrique moniali hoc commune esset; Teresia vero ait: Unius quidem angor tantus erat ut summo mane, ut vivere posset, Sacram se adire Mensam oportere sibi videretur; nec sane animæ eæ erant quæ fictione uterentur, nec pro ulla mundi re mendacium protulissent.

CAPUT XIII.

S. Teresiæ de rebus animi sui relationes scriptæ ad quosdam e confessariis suis.

Non abs re mihi futurum videtur ad libri hujus calcem scriptum attexere quod suorum confessariorum cuipiam a Teresia transmisit; quoniam in eo aperte simpliciterque loquitur, utpote illi quem ut Dei habebat vicarium, et quid de sese sentiret, in eo manifeste declarat: hinc iis quæ hoc libro dicta sunt, confirmandis magisque declarandis utile imprimis esse poterit. Etsi vero non alia inde sequeretur utilitas quam quod hoc pacto sanctæ hujus verba ad memoriam posterorum transmitterentur, e re foret hoc illa loco afferre; quo non mediocriter me legentibus existimo gratificaturum. In hæc igitur verba auspicatur: « I. Quem in orando modum » nunc servo, is est. Cum orationi insisto raro per » intellectum discurrere possum, quod anima pro- » tinus sese colligere incipiat et quiete vel raptu » gaudere, et ita quidem ut sensibus meis in ulla » re uti neutiquam possim; ut frustra jam eos » habere videar, nisi forte ad audiendum, atque » id tum quidem non ad aliquid percipiendum. » II. Sæpe me contingit, quin velim, de rebus divi- » nis cogitare, imo etiam dum de aliis rebus loquor; » cumque mihi videar, quantumvis connitar ut » orationi me dedam, ad eandem me non posse » applicare ob magnam ariditatem quam sentio » (quo etiam corporis dolores non parum confes- » runt), tam repente mihi illam recollectionem et » mentis sublationem ingruere ut impedire ea » nequeam; hæc quoque in momento me deserere, » eos in me effectus et fructus relinquunt quos » afferre

CAP. XXVI.
Refert Sancta
se in oratione

a

F

AUCTORE
RIBERA.

D

A » afferre secum solent, et quidem nulla habita
» prævia visione nec re quapiam intellecta, et ut
» ne quidem norim ubinam sim, nisi quod, cum
» perire videatur anima, tam magnum e contrario
» fructum eam videam colligere ut vel anno integro
» eam colligere non posse videar, etsi vellem :
» tantum scilicet inde mihi lucrum accedit.

magnos divini
amoris impetu,

243 » Alias mihi impetus adeo ingentes adve-
» niunt, una cum omnium rerum propter Deum
» abnegatione, ut eos propellere nequeam, vitæque
» mea jamjam finienda videatur, adeo ut tunc
» exclamare et Deum invocare compellar, et me
» occupet fortis concitatio mentis. Interdum ne
» quidem considerare loco valeo : ita scilicet angus-
» tiæ et impetus me occupant. Hæc mihi pœna
» ingruit quin eam procurem; et tam suavis est ut
» ab eadem ne liberari quidem anima vellet, quam-
» diu vivit. Quas vero tunc sentio angustias, eæ sunt
» ut ad mortem inferendam satis esse queant, et ita
» vivere videar ut iisdem non obsistere valeam; cum
» unica Dei videndi ratio ac remedium sit mors, et
» hanc ipsa mihi nequeo accelerare. Hinc anima
» putat omnes homines maxima consolatione per-
» fundi, se vero solam mœrore prosterni; nec non
B » omnes remedium suis in malis, se sola excepta,
» invenire. Hoc porro adeo ipsam divexat, ut, nisi
» Dominus occurreret aliquo raptu quo omnia
» placantur et anima magna quiete et delectatione
» perfunditur, interdum videndo aliquid eorum
» quæ desiderat, interdum alia quædam intelli-
» gendo, ut, inquam, nisi quid hujusmodi inter-
» veniret, anima ab hac pœna se expedire non
» posset.

ardentia Dei
desideria

244 » III. Quandoque ferventia mihi Deo famu-
» landi incidunt desideria, et quidem hinc tam vehe-
» menti impetu ut verbis ea exponere non valeam, il-
» line vero non minori cum dolore quod me tantillæ
» utilitatis esse video. Tum quidem mihi videtur
» nullus labor nec quidquam mihi obijci posse,
» non mortem, non martyrium, quod non facile
» perpetiar. Atque hoc etiam nulla prævia consi-
» deratione, imo in momento, mihi incidit, quo
» tota immutor; ut nesciam unde mihi tantum
» roboris accedat. Tum inclamare velle mihi videor,
» et omnibus declarare quanti referat in rebus
» frivolis voluptatem non locare, quamque ingens
» bonum sit Deus nobis concessurus, si ad id nos
» disposuerimus. Tam vehementia, inquam, hæc
C » sunt desideria ut me ipsa intra me annihilent, et
» velle videar id quod non possum. Videntur porro
» corpus et status hic vinctam tenere me, ut ad
» nihil prorsus in Dei obsequio utilis sim : si enim
» talia me impedimenta non retinerent, res admo-
» dum eximias præstarem quoad meæ vires sinunt.
» Hinc cum impediri me videam ut Deo in nulla
» re utilis esse valeam, adeo hanc pœnam sentio ut
» exprimere non possim. Hæc tamen desinit in
» dulcedinem, recollectionem et consolationem di-
» vinam.

et affectum
erga pauper-
tatem ac soli-
tudinem expe-
rit,

245 » IV. Aliquando, cum mihi illa Deo ser-
» viendi incidunt desideria, severitatem in corpus
» exercere volo, sed non queo. Hæc mihi solatio
» foret : et quoties eam usurpo, me recreat et sub-
» levat; quamvis quod ago, nihil propemodum sit
» ob corporis mei imbecillitatem : at si illa me
» desereret, his accedentibus desideriis, modum
» me excessuram esse credo. V. Interdum grave
» mihi est cum hominibus tractare, atque hoc ita
» me lancinat ut lacrymarum copiam oculis eliciat;
» quod mihi in solitudine agere maxima sit volu-
» ptas. Et licet aliquando nec legam nec orem, ipsa
» tamen solitudo solatio mihi est : conversatio

» vero cum hominibus, præsertim cum consangui-
» neis, mihi videtur gravis, ut velut mancipium
» tum me esse credam; nisi forte cum illis collo-
» quar quorum est de oratione et rebus ad animam
» spectantibus sermo : nam tale me colloquium
» consolatur et recreat; tametsi etiam hi interdum
» mihi tædio sint, vellemque eos non videre, sed in
» illa me conferre loca in quibus sola esse possem.
» Barissime tamen hoc contingit, et ipsi imprimis
» me consolantur quibuscum de rebus animæ meæ
» communico. Sæpe mihi acerbum est quod cibum
» me sumere et somnum inire necesse sit; cum
» vero videam me minus quam alium quemlibet
» iis necessitatibus carere posse, ad Dei honorem
» iis obsecundo eique easdem offero.

246 » VI. Omne mihi tempus videtur breve, et
» numquam puto id ad legendum orandumque
» sufficiens mihi suppetere; quod solitudo mihi
» numquam tædio esset. Semper mihi tempus lon-
» gius dari desidero quod lectioni impendam; erga
» eam enim semper mire affecta fui. Lego admo-
» dum pauca; ubi enim librum inspexi, statim
» mentem recolligo præ oblectatione, atque ita
» lectio in orationem transit; sed id rarissime fit,
» quia multiplicibus obruor negotiis, quæ licet E
» bona sint, non ita tamen delectant uti illud dele-
» ctaret : atque ita fit ut semper temporis desiderio
» tenear; hocque in causa est cur nihil me (ut
» quidem credo) recreet, quod videam ea quæ volo
» et desidero, minime fieri. VII. Omnia illa deside-
» ria, et potissimum virtutum, ab eo mihi tempore
» Dominus dedit quo orationem quietam cum ra-
» ptibus illis mihi communicavit : et tantopere me
» in melius profecisse comperio ut antea mera esse
» viderer perditio.

atque inde in
se augeri

247 » VIII. Post raptus et visiones mihi eveni-
» runt utilitates quas hic subnectam; ut fatear,
» si quid habeo boni, ab hoc in me fonte dimanasse.
» IX. Inde mihi accessit firmissimum propositum
» Deum non offendendi, ne venialiter quidem; nam
» mille potius oppeterem mortes quam venialem
» culpam deliberate committerem. X. Deinde pro-
» positum nullius rei quam ad majorem perfectio-
» nem Deique majus obsequium, ex sententia ejus
» qui animam meam curat ac dirigit, spectare nos-
» sem, omittendæ, quæcumque demum ea esset :
» quam etiam ob nullum mundi thesaurum inter-
» mitterem. Si vero secus facerem, non auderem,
» ut mihi quidem videtur, quidquam a Deo Domino F
» nostro petere nec orationem instituere; tametsi
» in his omnibus multos committam defectus.
» XI. Accessit et erga confessarium obedientia,
» quamquam imperfecta : cæterum cum quid illum
» velle novi aut mihi is imperat, prout quidem
» mihi persuadeo, ipsum implere minime negligere-
» rem; nam si id omitterem, gravissime me crede-
» rem deceptam. XII. Ardens etiam paupertatis
» desiderium, quamvis et hoc imperfectum. Sed
» ita quidem censeo, me, quamvis amplissimos
» possiderem thesauros, nullum mihi privatim cen-
» sum procuraturam esse, nullam in usum meum
» pecuniam conversuram : nec de ea magnopere
» laboro, sed vellem dumtaxat ut de necessariis
» mihi prospectum esset. Verumtamen sentio plu-
» rimum mihi quoad hanc virtutem deesse : nam,
» quamvis mihi argentum nolim, habere tamen
» vellem ad aliis impertiendum; licet nullum mihi
» vel censum vel possessionem desiderem.

puritatem
conscientiæ,

248 » XIII. Ex omnibus prope quas habui visioni-
» bus fructus aliquis animæ meæ accessit; nisi forte
» diabolus me deceperit : sed hoc confessariis meis
» relinquo dispiciendum. XIV. Quando pulchrum
» aliquod

rerum terro-
rum con-
temptum,

AUCTORE
RIBERA.

A

» aliquid splendidumve, puta aquam, campos, flo-
 » res, odores, musicam aliaque huiusmodi per-
 » cipio, videor mihi eadem videre vel audire nolle:
 » tantum scilicet est inter hæc et ea quæ videre
 » soleo, discrimen; quare omni erga res illas af-
 » fectu careo. Inde etiam factum est ut tam parvi
 » eadem pendam, ut, nisi forte primus aliquis sit
 » motus, nihil ejusmodi in me manserit; et hoc
 » mihi mera videtur vanitas. xv. Si cum homi-
 » nibus sæcularibus loquar vel agam, cum fieri
 » aliter nequeat, etsi etiam de rebus ad orandi mo-
 » dum spectantibus, si diuturna ea sint colloquia,
 » etiam per modum recreationis, nisi id necessa-
 » rium sit, violentiam mihi me aliquam facere
 » oportet: est enim id mihi grave. xvi. Quidquid
 » delectabile est, erga ejusmodi affici solebam,
 » necnon mundana omnia cordolium mihi sunt et
 » oculis gravia accidunt. xvii. Illa quæ habere me
 » dixi Dei amandi, ei serviendi eumque videndi
 » desideria, nulla consideratione secundantur, uti
 » ante fiebat, cum devota mihi admodum esse vi-
 » debar, cum item lacrymas assidue fundebam; sed
 » inflammatione et fervore adeo intenso ut iterum
 » repeto, nisi raptu aliquo (in quo nimirum anima
 » contenta esse et quiescere videtur) mihi Deus
 » succurreret, protinus ex hac vita emigratura
 » viderer.

fervorem spi-
ritus.

B

249 » xviii. Quos majorem in perfectionis via
 » fecisse progressum et similia concepissem propo-
 » sita, quosque omnem a terrenis rebus affectum
 » exuisse et generosos esse video, eos maximo-
 » pere diligo; cum id genus hominibus tractare
 » assiduo vellem, et e consortio talium proficere
 » mihi videor. xix. Illi vero quos ita meticulosos
 » video ut iis in rebus palpare videantur quæ ex
 » rationis præscripto hic fieri queunt, me affligere
 » videntur, meque clamare compellunt ad Deum
 » et ad Sanctos, qui ea quæ modo nos deterrent,
 » exequi non dubitarunt: non quod ipsa ad aliquid
 » sim utilis, sed quod juvari a Deo censeam illos
 » qui propter ipsum magna arduaue aggrediun-
 » tur, ac nunquam illum deesse credam ei qui
 » omnem fiduciam in ipsum conjicit. Et dari mihi
 » optem aliquem qui mihi in hoc credendo auxilio
 » sit, et ut de victu ac vestitu nihil laborem, sed
 » omnem rei hujus curam Deo committam. » (His
 » adnexa erant sequentia verba ipsius Teresie manu
 » exarata: « Quod de cura rerum necessariorum
 » Deo relinquenda dico, non ita id intelligo ut
 » mihi ea non procurem, sed ita ut de ipsis anxie
 » non laborem et sollicita sim. » Et postquam hanc
 » mihi ipse libertatem dedit, bene mihi cessit; ac
 » mei ipsius oblivisci, quantum potuero, conor.
 » Vix effluxisse videtur annus ex quo hoc primum
 » a Domino accepi.

animi demis-
sionem.

C

250 » xx. Deo laus, non est, quantum quidem
 » ipsa novi, quod vana gloria me efferat; video
 » namque manifeste nihil a parte mea me conferre
 » ad ea quæ Deus mihi concedit; quin potius meas
 » mihi Deus patefacit miseras: adeo ut omni
 » eo quod cogitare possem, non tot agnoscere
 » veritates possem quot in uno noto momento.
 » xxi. Jam abhinc diebus aliquot, cum de his lo-
 » quor rebus, de tertia quadam eas narrare videor;
 » imo interdum jam ante pudebat me talia de me
 » sciri: at modo mihi videor non propterea esse
 » melior, quin imo deterior, cum tam parum e
 » singularibus hisce favoribus proficiam. Et plane
 » mihi persuadeo nullum me in mundo per omnia
 » deteriore dari posse, aliorumque virtutes ma-
 » joris multo esse meriti, meque nonnisi favoribus
 » cumulari; aliis vero uno in cumulo junctim

» Deum id daturum quod mihi hic in terra conce-
 » dere dignatur: ipsumque venerans precor ne
 » mihi hæc in vita mercedem ullam persolvat; unde
 » credo per hoc Deum iter deducere me utpote
 » miseram et imbecillum voluisse.

251 » xxii. Cum in oratione ago, quin etiam
 » prope semper, modo vel aliquam præmittere
 » possim considerationem, meas petere consola-
 » tiones nequeo, imo ne quidem a Domino eas,
 » tametsi velim, desiderare: cum eum nonnisi in
 » laboribus vixisse videam: quin potius hos mihi
 » ut immittat supplico, modo prius gratiam eo-
 » rumdem ferendorum concedat. xxiii. Videntur
 » mihi omnia huiusmodi, eaque quæ maximæ sunt
 » perfectionis, animo meo inculpi, cum orationi
 » insisto; adeo ut non possim non mirari, ubi tot
 » veritates adeoque manifestas video, ut mundana
 » omnia mihi stultitia videantur. Hinc advertere
 » me accurate oportet quo me ante modo in rebus
 » mundanis gerere solerem: mera namque stultitia
 » videtur esse de morte aliquorum et laboribus
 » mundi anxie laborare vel saltem diuturnum
 » propterea dolorem concipere vel inordinate pa-
 » rentes ac necessarios, etc. diligere. Dico igitur
 » me angi, cum qualis essem et qualia sentire so-
 » lerem, in mentem revoco.

patiendi desi-
derium.

E

252 » xxiv. Si quid in nonnullis noto quod
 » aperte malum esse videtur, mihi persuadere non
 » possum in Deum illos peccasse: si vero aliquan-
 » tum considerando huic rei inhæream, quod est
 » parum vel nihil, nunquam judicium determina-
 » tum formabam, etsi id manifeste viderem; quin
 » imo putabam idem omnibus Deo famulandi inesse
 » desiderium quod mihi inest. In hoc vero singu-
 » larem mihi gratiam fecit, quod nunquam me in
 » re quapiam, animo postea recurrente, firmiter
 » defineam; quæ si nihilominus menti obversetur,
 » semper aliam quamdam in tali persona noto vir-
 » tutem: adeo ut hæc nunquam me crucient, nisi
 » ea quæ publica sunt, necnon hæreses, quæ sæpe
 » me affligunt, et prope semper, quoties de iisdem
 » cogito, nullum mihi dari posse videtur malum
 » ob quod magis aliquem dolere par sit. Affligit me
 » etiam, si quos videam orationis studio deditos ab
 » eodem desciscere. Hoc quidem me cruciat, non
 » tamen adeo graviter; cum curem huiusmodi non
 » inhærere cogitationi. xxv. Video me etiam in
 » melius quoad curiositates quas sectari solebam,
 » profecisse; etsi nondum penitus easdem exuerim:
 » neque enim me semper in his mortificatam video;
 » quamvis tamen aliquando. xxvi. Hæc quæ dixi,
 » sunt ea quæ ut plurimum in anima mea contin-
 » gunt (quantum ipsa quidem intelligo), uti et as-
 » sidua de Deo cogitatio. Atque, licet alia agam,
 » quin ipsa nolim, uti dico, nescio a quo expergefieri
 » me introrsum sentio: id tamen perpetuum non
 » est, sed cum de aliquibus magni momenti ne-
 » gotiis mihi agendum est. Et hac de re, Deo laus,
 » identidem cogito; sed non semper in hac cogita-
 » tione occupor.

et caritatem
erga proxi-
mos.

F

253 » xxvii. Interdum accidit, etsi non adeo
 » frequenter (idque tres, quatuor vel quinque dies
 » durare solet), ut omnia bona, fervores et visiones
 » mihi penitus auferri videantur, imo ipsa etiam
 » plane illorum tolli memoria: adeo ut, licet ho-
 » rum recordari velim, nesciam an aliquid in me
 » boni unquam exstiterit, omniaque mihi videan-
 » tur somnia, vel saltem nullum horum meæ oc-
 » currat memoriæ. Tum quoque corporalia mala
 » me opprimunt, et intellectus turbatur, ut nihil de
 » Deo prorsus cogitare queam, neu sciam in qua
 » lege vivam. Si quid lego, non intelligo, defecti-
 » busque

hos vero alios-
que orationis
sue fructus

AUCTORE
RIBERA.

A » busque plena esse videor et nullum animum ad
» bonum habere, et animi robur, quod semper
» præferre soleo, eo redactum esse ut ne minimæ
» quidem tentationi adversitatis obloquentium
» resistere posse videar. Tum quoque ad nihil prorsus
» esse videor utilis : adeo ut, si quis me com-
» muni hominum numero eximat, doleam et in
» fraudem pertrahere videar omnes apud quos
» aliquo in pretio sum, meque eo abdere loco
» vellem in quo me nemo videret, nec tunc
» solitudinem virtutis causa secter, sed ex pusil-
» lanimitate, denique cum omnibus qui mihi
» adversarentur, tunc ligitare velle videar. Hæc
» quidem mea tum lucta; in qua tamen hanc mihi
» Deus præstat gratiam ut plus solito eum tunc
» non offendam, nec rogem ut hanc mihi amaritu-
» dinem auferat, sed, si modo illi placuerit, eadem
» mihi perpetua sit, suaque me teneat manu, ne
» eum peccando offendam et ut ex toto corde me
» illi conformem. Et insigne illius esse erga me
» beneficium credo quod non perpetuo hac me in
» anxietate esse sinat.

non sibi at-
scribendos
esse.

254 » xxviii. Unum vero hoc miror, cum hu-
» jusmodi in statu sum, unico eorum quæ audire
» soleo verborum, unica visione aut parva quadam
» mentis recollectione, etsi vel ad spatium quo
» Angelica Salutatio recitaretur, vel cum ad sa-
» cram Eucharistiæ mensam me dispono, animam
» et corpus adeo quietum ac validum esse, et intel-
» lectum tam lucidum cum consueto suo faculta-
» tum et affectuum usu. Et sane longa id experientia
» cognovi : nam sæpenumero, præsertim cum di-
» vina in eo Mysteria, jam abhinc semestri eoque
» amplius, sanitatem corpori accedere sentio. Ipsos
» etiam per raptus, qui aliquando durant spatio
» trium horarum, quandoque die toto, magnam
» sanitatis experior emendationem. Et, quantum
» censeo, non est hoc imaginarium quid; nam di-
» ligenter ad id animum adverti et experta sum :
» adeo ut, cum hanc mentis recollectionem habeo,
» nullum morbum verear. Verumtamen, cum ita
» oro uti ante solebam, hanc emendationem valetu-
» dinis non percipio. xxix. Quæ hactenus dixi, me
» credere cogunt omnia illa a Deo proficisci. Nam
» cum noscam qualis fuerim, ut quæ perditionis
» iter insisterem, et qualis paulo post per hæc
» facta sim, certum est animam meam obstupuisse,
» cum non perciperet undenam hæc mihi accede-
» rent virtutes. Vere me non cognoscebam, vide-
» bamque donatum quid esse, non vero labore
» comparatum. Verissime et manifestissime intel-
» ligo (et scio minime me falli) non modo id viam
» quamdam fuisse qua me Deus ad suum duceret
» obsequium, verum etiam qua me ab inferno
» retraheret : quod confessarios meos quibus ge-
» neralem Confessionem feci, minime latet.

sed eos a Deo
proficisci

255 » xxx. Cum etiam quempiam video qui
» rerum mearum aliquid novit, vitam illi meam
» vellem exponere : honorificum quippe mihi esse
» censeo Deum Opt. Max. laudari; cætera omnia
» nihili pendo. Ut ipse bene novit et ego intime
» conscia sum, nec honor nec vita nec gloria nec
» ullum corporis animive datur bonum quod me
» retineat; nec commodum meum ambio vel
» quæro, sed ejus gloriam b. Haud crediderim
» equidem diabolum in animam meam cum hujus
» lucro tot bona collaturum fuisse, quo eam postea
» in exitum pertraheret : neque enim adeo eum
» insanire putem. Neve ipsum etiam Deum credi-
» derim, etsi ob peccata mea decipi meruissem,
» tot virorum sanctorum preces fuisse rejecturum,
» quæ abhinc biennio ad ipsum nomine meo fuscæ

» sunt. Omnes enim numquam non rogo ut Ma-
» jestatem illius pro me deprecetur, ut aperire
» mihi Dominus dignetur num hoc ad gloriam
» ipsius spectet, aut alio me conducat itinere. Ne-
» que enim credo divinam ejus Majestatem per-
» missuram fuisse ut lucusque hæc procederent,
» nisi ab ipsa provenirent. Hæ rationes et tot san-
» ctorum hominum auctoritas animant me, quando
» ingruit timor num a Deo hæc mihi, quæ tam mi-
» serabilis sum, concedantur. Verum cum in ora-
» tione versor et iis diebus quibus quieta sum et
» cogitatio mea in Deum defixa est, etsi omnes
» theologi et homines sancti totius mundi modis
» omnibus me divexarent qui a quoquam excogi-
» tari possent, et id ipsa credere vellem, numquam
» mihi persuaderent hæc diabolo auctore fieri.
» Unde, cum, ut hoc putarem, me inducere vole-
» bant, timebam quidem, videns nimirum quales
» essent qui mihi hoc dicerent, credebamque et eos
» verum mihi dicere, et me, cum essem talis qualis
» eram, decipi et illudi debere : quidquid tamen
» mihi dixerant, illico ad primum verbum vel
» recollectionem vel visionem, evanescebat; et ipsa
» aliter facere non poteram, credebamque nonnisi
» a Deo hæc esse. xxxi. Cogitare equidem possum
» diabolum se quandoque his permiscere, et ita
» revera res se habet, uti dixi et vidi; sed diversos
» hic producit effectus. Qui vero rerum habet ex-
» perientiam, decipi, mea quidem judicio, non
» poterit.

256 » xxxii. Nihilominus dico quod, tametsi
» firmiter mihi persuadeam Deum esse, nihil tamen
» omnino exequerer, nisi is qui mei curam gerit, hoc
» ad majus Dei obsequium spectare censeat : quin
» etiam semper in iis intellexi ut obedirem nihilque
» illum celarem, atque hoc mihi convenire. Sæpe
» mei defectus in iisdem reprehenduntur, et ita
» quidem acriter ut ad intimas usque medullas
» mihi castigatio penetret; nec non commonefio,
» quando in iis quæ ago, periculum subest vel
» subesse potest : quod permultum mihi hactenus
» profuit, dum sæpe præterita mihi peccata in me-
» moriam tunc revocantur, ob quæ ingens animo
» dolor innascitur. xxxiii. Fui in hisce commemo-
» randis æquo longior : verumtamen etiam certum
» est bona quibus affluo, dum oratione egredior,
» tanta esse ut nimis quam brevis fuisse hisce com-
» memorandis videar; quamvis me plurimis alio-
» quin imperfectionibus circumfusam comperiam,
» omnis fructus expertem et valde miserabilem.
» Fortasse fieri potest ut bona non intelligam,
» quin potius decipiar : ipsa tamen vitæ meæ mu-
» tatio penitus evidens est, facitque ut ita sentiam.
» In omnibus autem quæ dixi, id dico quod revera
» mihi sensisse videor. Hæ sunt perfectiones quas
» in me adeo misera et imperfecta Dominum ope-
» ratum esse arbitror. Quæ omnia judicio tuo,
» cum universa animæ meæ arcana noris, dijudi-
» canda submitto.

humiliter pro-
fietur.

257 » xxxiv. Relatio hæc scripta erat aliena
» manu : eam tamen, ut postea videri poterit, Teresia
» suo testimonio affirmat conformem esse iis quæ in
» autographo suo erant. Quæ autem subnectuntur,
» illius manu scripta erant, in hæc verba c : « xxxv.
» Annus eoque amplius effluxisse videtur, dum
» hæc scripsi. Toto illo tempore Deus sua me te-
» nuit manu, ut non in pejus ruerem; sed potius
» me multum quoad ea quæ dicam profecisse com-
» perio. Sit ille propter omnia benedictus. xxxvi.
» Visiones et revelationes non defecerunt, sed
» potius factæ sunt multo sublimiores. Dominus
» modum orandi me edocuit, quem ex quo usurpo,
» majus

Quo ampliora
dei charisma-
ta accepit.

AUCTORE
RIBERA.

A

» majus mihi accessit lucrum, majoremque in
» anima mea rerum terrenarum experior abdi-
» cationem et majorem mentis generositatem et
» libertatem. Raptus etiam increverunt; nam in-
» terdum ingruunt cum impetu, et quidem palam,
» ita ut me retinere nequeam et ab aliis notentur;
» imo id accidit mihi apud alios versanti: nec dis-
» simulare eos possum, nisi fortasse dicendo me
» solere animi pati deliquium, et simile quid tum
» mihi accidere. Et licet in principio oblucter ma-
» ximo conatu, tamen aliquando resistere non
» possum.

*in etiam magis
in amore pau-
pertatis,*

258 » XXXVII. In iis quæ ad paupertatem spe-
» ctant, singularem mihi Dominus fecisse videtur
» gratiam; cum ea etiam quibus humanus carere
» usus non potest, habere non nisi ex eleemosyna
» velim: adeo ut eo in loco maximopere commo-
» rari desiderem ubi nonnisi mendicato vivitur.
» Cum vero hujusmodi in domo ago in qua certa
» sum nihil mihi quoad victum et vestitum defutu-
» rum, non mihi videor votum et Jesu Christi
» consilium adimplere tali perfectione quali in eo
» domicilio in quo nullis vivitur proventibus atque
» sæpe rerum necessariarum laboratur defectu.

B

» Quæ vero per veram paupertatem acquiruntur
» bona, maxima mihi videntur, nec horum facere
» jacturam velim. Sæpe me tanta cumulatam fide
» reperio ut Deum non posse deesse existimem iis
» qui illi serviunt, et certa sim non esse nec fore
» tempus quo illius verba non adimplenda sint:
» ita ut aliter mihi persuadere non possim, nec
» timere quidquam. Quocirca mihi est pœna ma-
» xima, cum amici mihi consulunt ut stabiles in
» cœnobium mea proventus inducam; ac tum me ad
» Deum converto. XXXVIII. Majori in egenos mo-
» veri me commiseratione sentio quam antea sole-
» bam; majori scilicet compassione et ardentiori
» illis succurrendi desiderio: et sane, si meam
» facere possem voluntatem, has ipsas quas induta
» sum, illis elargirer vestes. Nullam nauseam con-
» cipio, etsi cum iis familiariter agam vel manus
» eorum tangam: quod ipsum modo Dei esse
» donum video. Nam licet antea ex amore ejus
» ipsis stipem conferrem, naturalem tamen eorum
» commiserationem non habebam. In hoc sane in-
» signiter me profecisse comperio.

*in injuriarum
tolerantiâ,*

C

259 » XXXIX. Quoad tolerandas aliorum de me
» obtrectationes, quæ satis multæ sunt meamque
» honorem non mediocriter sauciant, non parvam
» in me emendationem experior; adeo ut non ma-
» gis fere me afficiant quam stolidum aliquem
» afficerent: imo vero aliqua nonnunquam,
» quin etiam ut plurimum, ratione moveri adver-
» sarii mihi videntur. Adeo vero parum his moveor
» ut nihil quoad hoc habeam quod Deo offeram,
» utpote cum experientia norim hinc animæ meæ
» permultum lucri accedere; quin potius benefi-
» cium mihi hoc pacto conferri censeam. Hinc
» nulla inde animo hæret adversus illos inimicitia
» simul ac primum orationi me dare incipio. Cum
» vero primum hujusmodi obtrectationes audio,
» parvam quamdam in animo sentio contradic-
» tionem, sine ulla tamen inquietudine vel animi per-
» turbatione. Quin potius, cum aliquos mei com-
» miseratione interdum tangi video, mecum ipsa
» rideo: nam omnia vitæ hujus adversa tam pauca
» mihi videntur ut nulla eorum sentiendorum mihi
» esse videatur ratio; namque lingo me veluti quo-
» dam in somnio agere, et ubi hoc pertransierit,
» nihil omnino cuncta fore video.

in abnegatione

260 » XL. Ardentiora mihi Deus impertitur de-
» sideria, majorem erga solitudinem affectum, nec

» non majorem rerum terrenarum abdicationem, D
» uti ante dixi, idque visionum adminiculo, per
» quas intelligo quid sint cuncta terrena. Quamvis
» etiam omnes amicos et amicas et necessarios
» relinquam, id pro minimo reputo. Imo parentes
» et consanguinei me valde fatigant, quoties vel
» minimum me in servitio Dei impediunt. Cum
» omni libertate et gaudio eos desero; atque ita in
» omnibus pacem reperio. XLI. Aliqua quæ mihi in
» oratione versanti consulta fuere, comperta sunt
» esse verissima. Proin quoad favores quos a Deo
» recipio, magis me profecisse comperio; quoad
» obsequium vero quod illi a parte mea debeo,
» magis in pejus defecisse, quod majore donata
» sim consolatione quam promerebar: tametsi
» exiguus meus fervor et eximius quem mihi alii
» deferunt honor me sæpe valde crucient.

261 Ducta hic erat linea, qualis hæc est:

*amoris proprii
ac mundani,*

Mox vero prosequitur: « XLII. Jam novem prope
» effluxere menses aut circiter, cum quæ hic manu
» mea scripta sunt, scripsi. Ex illo tempore, cum
» acceptis hisce a Deo favoribus ingrata non
» existerem, majorem longe mihi de novo (ut qui-
» dem intelligo) ab eo libertatem videor accepisse. E
» Hactenus alterius opera indigere mihi videbar,
» magisque mundanorum hominum niti præsidio.
» Modo vero perspicio non esse hæc nisi sarmenta
» quædam libanotidis arida, nec securum esse illis
» inniti: mox enim ut aliquod contradictionum
» ac murmurationum pondus incubuerit, illico
» confringuntur. Quocirca per experientiam edo-
» cta existimo nullum esse ad non cadendum ful-
» cimentum fortius quam cruci adherescere et in
» ipsum confidere qui ei affixus fuit. Hunc quippe
» verum esse amicum comperio, et in hoc tam
» potentem me sentio ut universo resistere mundo,
» si mihi adversaretur, posse videar, modo me
» Deus non derelinquat. XLIII. Antea lætari sole-
» bam, si quando amicos homines experirer; verum
» modo, perspicua hac veritate intellecta, parum
» hoc curo: quin potius benevolentia hæc qua-
» damtenus me affligit, nisi illorum quibuscum de
» animæ rebus confero, vel illorum quibus prodesse
» me posse existimo: ab illis enim me amari per-
» velim, ut me sufferant; ab his vero, ut majori
» cum affectu mihi credant dicenti creata omnia
» meram esse vanitatem.

F
*in animi
inæqualitate*

262 » XLIV. Maximam mihi Deus in summis
» laboribus, persecutionibus et obloquutionibus, qui-
» bus hisce mensibus exagitata fui, constantiam
» dedit; et eam tanto majorem quanto vexationes
» acriores fuere, nulla ut ratione in patiendo defa-
» tigarer. Adversantibus vero mihi adeo non male
» volui ut etiam nova in eosdem ferri dilectione
» viderer; quomodo tamen id fieret, nescio: a di-
» vina scilicet dextra id proficiscebatur. XLV. Si
» quid desiderem, natura mea maximo id deside-
» rare impetu soleo: jam vero desideria mea adeo
» quieta sunt, ut, cum ea impleta video, vix intel-
» ligam an gaudeam. Nam tristitiæ et lætitiæ affe-
» ctus, nisi in oratione, ita in me temperatus est ut
» ignara videar, atque ita dies aliquot agam.
» XLVI. Maximi autem sunt quos aliquoties expe-
» rior et experta sum austeritatis amplectendæ
» impetus: si quam vero exerceo, adeo mihi vide-
» tur exigua præ magno illo desiderio, ut inter-
» dum, ac prope semper, ea mihi peculiaris esse
» videatur recreatio; tametsi ea quam usurpo, ob
» corporis imbecillitatem exigua sit.

263 » XLVII. Sæpe mihi gravissima quædam est
» pœna, modo vero nimis quam maxima, quod
» cibum

*ac generosita-
te,*

A » cibum me capere oporteat : maxima vero sit
 » oportet cum in oratione versor; quia mihi lacry-
 » marum elicit copiam et expostulare me cogit,
 » quin id percipiam, quod tamen fecisse me, etiam
 » cum gravissimi in hac vita mihi subeundi fuere
 » labores, non memini : hujusmodi enim in rebus
 » muliebrem non habeo animum, sed virilem
 » quamdam constantiam. Intensius etiam quam
 » soleo, in me ipsa sentio desiderium ut Deo fer-
 » ventis sint servi, qui maxima cum rerum om-
 » nium abdicatione illi serviant et terrenis nullis
 » adhæreant, cum videam omnia esse inanias; ac
 » præsertim viri litterati, quod videam magnas
 » Ecclesiæ esse necessitates (nam ita me hæc affli-
 » gunt ut stultum esse censeam ob aliam rem
 » quamlibet merore dejici) : propterea illos assi-
 » duis precibus Deo commendo; quod magis Ec-
 » clesiæ norim quempiam in summo perfectionis
 » gradu constitutum vero amoris divini fervore
 » prodesse posse quam tepiditate sua plurimos.

264 » XLVIII. In rebus fidei (ut mihi quidem
 » apparet) majorem me præferre video fortitudi-
 » nem; nam omnibus Lutheranis me sola oppone-
 » rem, ut suos ipsis errores patefacere: et sane
 B » tot animarum jacturam non nisi dolenter aspicio
 » et miseror. Video plures animas in via Domini
 » profecisse mea opera; quod clare video Deum
 » voluisse. Etiam percipio quotidie animam meam
 » in illius amore magis magisque per illius beni-
 » gnitatem proficere. Videor mihi, etsi vellem,
 » vana efferri gloria non posse; nec video quomodo
 » mihi persuadere possim harum virtutum aliquam
 » meam esse : quod non multum effluerit tempo-
 » ris, cum me nullam annis plurimis vidi habuisse
 » virtutem; atque etiam modo a parte mea aliud
 » non ago quam gratias recipere, nullum vero
 » præsto obsequium, non secus ac res quæ in toto
 » mundo est maxime sterilis. Et sane ita interdum
 » mecum ipsa perpendo, quomodo, omnibus in
 » melius proficientibus, ipsa ad nihil penitus sim
 » utilis. Et est profecto hoc non humilitas, sed
 » veritas; quodque me adeo inutilem videam, non-
 » nunquam timeo ne a dæmone illudat. Adeoque
 » manifeste perspicio per eas revelationes et raptus
 » hæc mihi lucra accessisse : a parte enim mea
 » nihil sum, nec aliud huc quidquam confero quam
 » inutilis truncus. Hoc vero fiduciam me concipere et
 » securiorem esse jubet; ac proinde me intra divina
 C » conjicio brachia meisque fido desideriis : scio
 » enim certo ea esse hujusmodi ut pro ipso mor-
 » tem oppetere omnemque quietem abjicere, quo-
 » cumque meo dispendio, parata sim.

265 » XLIX. Aliquoties sæpius per diem dicti illius
 » S. Pauli mihi subit memoria (etsi certa sim non
 » ita id in me fieri), ut jam mihi non ipsa vivere nec
 » loqui nec aliquam habere videar voluntatem, sed
 » esse in me putem quempiam a quo regar et con-
 » forter, et me quodammodo extra me raptam esse,
 » ipsum denique vivere mihi crux videatur acer-
 » bissima. Quod vero maximum pro tali obsequio
 » rependo bonum, id est, quod, cum acerbum adeo
 » sit mihi ab ipso separatam esse, ob ejus amorem
 » tamen vivere velim. Vitam autem hanc maximis
 » obrui laboribus et persecutionibus cupio : nam
 » cum ad nihil utilis sim, ad hoc saltem utilis esse
 » velim ut pro ipso patiar. Et sane omnes qui in
 » mundo sunt, libenter subirem labores, ut vel
 » aliquantulo majus mihi meritum comparem, id
 » est, ut magis illius voluntatem exequar. Nihil
 » hætenus, dum in oratione versor, intellexi, tam-
 » etsi etiam multi exinde effluerint anni, quod
 » non reipsa impletum viderim. Quæ vero de ma-

» gualibus Dei video et intelligo, et quo ea modo
 » ipse direxerit, tanta sunt ut vix unquam de
 » iisdem cogitare incipiam quin intellectus mihi
 » deficiat, cum videam ea quæ ingenii captum
 » transcendunt; et hinc animum meum recolligo.
 » Ita porro sedulo me custodit Deus necubi ipsum
 » offendam, ut aliquando obstupescam, videns qua
 » de me ipse laboret cura, ita ut a parte mea huc
 » vix quidquam conferam, utpote quæ iniquitatum
 » et malitiarum pelagus, ante quam hæc mihi ob-
 » tingerent, fui, ut ne me ipsam compescere qui-
 » dem a peccando posse viderer. Cur autem ea ab
 » omnibus sciri velim, ratio hæc est, ut hoc pacto
 » ipsa magna Dei agnoscatur potentia. Sit ille be-
 » nedictus in sæcula. Amen. »

266 His finitis, dein præfixo nomine Jesu, uti id
 pro more habebat in capite omnium scriptionum
 suarum d, sic inquit :

I H S.

« Relatio ista quæ hic ante posita est, non mea
 » scripta manu, est illa quam confessario meo
 » perscripsi, et quam ipse, nihil demendo vel ad-
 » dendo, sua manu descripsit. Erat hic spiritua-
 » lium rerum gnarus in paucis et theologicis
 » scientiis magnus; cum quo de omnibus animæ
 » meæ rebus contuli, et ipse de iisdem egit cum
 » aliis viris eruditis, inter quos fuit Pater Mancio.
 » Nihil ab his notatum in iis est quod Sacris Litte-
 » ris non maxime sit consentaneum. Hæc porro
 » illorum sententia magnam animæ meæ securita-
 » tem adfert, etsi agnoscam non debere me, quam-
 » diu per hoc me Dominus iter conducet, mihi ipsi
 » aliquo modo confidere : atque ita semper feci,
 » etsi id admodum grave mihi sit. Reverentia Ve-
 » stra videat ut hæc omnia sub Confessionis si-
 » gillo clausa maneat, uti id a te jam ante postu-
 » lavi. »

267 Hactenus Matris Teresiæ a Jesu verba sunt,
 in quibus describendis etsi aliquatenus me defati-
 garim, hic tamen ea inseruisse summam mihi volu-
 ptatem attulit; quod plura in iis contineri credam
 quam hætenus toto dixi libro : adeo ut, quamvis
 liber præter hæc aliud non contineret, ob hæc
 tamen sola tolerari et legi mereretur. Unum porro
 hic notandum venit, scilicet omnia quæ iis conti-
 nentur, certo tum illi contigisse cum adhuc in In-
 carnationis cœnobio ageret, antequam ad monaste-
 riorum foundationes abiret; quin imo primam illam
 Relationem, quæ alterius manu est descripta, sub
 initium conversionis illius factam esse, cum serio
 et ex animo Deo se dare et supernaturalibus ab illo
 gratis præveniri cœpit, biennio, inquam, post (uti
 colligere evidenter est e numeris VII, XXX, XXXII,
 XXXVII et XLVIII, ne eadem hic cogar pluribus
 repetere). Annus eoque amplius interea effluxit,
 cum secundam Relationem scripsit; ultimam vero
 novem post mensibus, uti ex ejusdem colligere
 principio est.

268 Ex omnibus porro his junctim colligere est
 ad quantam tantillo ipsa tempore perfectione per-
 venerit; quod sane stupendum est. Quæ ergo jam
 inde a principio suo ad tam sublime perfectionis
 fastigium pervenit, ad quodnam post tot eam annos
 pervenisse verisimile fit, cum tot indies gratis
 cumaretur, tot sibi austeritatibus et laboribus
 Deum deliniret, tot fundaret monasteria, tot ani-
 mas Deo vindicaret, tam assiduo orationis et mor-
 tificationis exercitia coleret, denique tam incompa-
 rabili bonorum postea operum thesauro collecto?
 Si ergo tam eximia ejusdem principia fuere ut ad
 perfectissimorum etiam complementum pertingant,
 ut locum hic videatur habere commune illud, quod,

AUCTORE
RIBERA.

D

profecit

d

E

F

faciendo pro-
gressus

AUCTORE
RIBERA.

A puero Quintiliano, in usu erat proverbium, magnorum fluminum etiam ortus esse navigabiles (Quintil. lib. viii, cap. iii), quanta illam modo in cœlo gloria donatam verisimile; cum ad illam post omnia hæc promerendam tanto majori fuerit opus perfectione, quam tanto studio ac labore tot annis sibi comparavit?

ad summam
evasit vitæ
perfectionem.

269 Hinc si quis in filiabus illius eximias aliquas spectarit virtutes resque supernaturales, norit is non propterea tamen posse eas nec debere cum Matre sua comparari, quod multum ab eo perfectionis absint termino ad quem illa pervenit; noritque tanto majori omnibus simul præire hanc intervallo, quanto mater aliqua sapientissima et prudentissima filiolas juniores superat sapientia, intellectu et corporis magnitudine. Quod omnes non invitas et ex animo existimo confessuras, quod eas ut humiles suspiciam: si qua vero id negaret, hanc id ante alias fateri oporteret, et hujus minor esset habenda quam aliarum ratio; atque hæc etiam maxime a scopo hoc aberraret, cum vel ingenio vel humilitate adeo esset destituta. Notandum hic insuper est quam singulariter beata ipsa Mater cautum voluerit ut hæ Relationes silentio premerentur, et quam e contrario has Dominus in lucem proferre studuerit, atque ut ad manus tandem meas post tot annorum intervallum venirent, permiserit; cum ipsæ etiam characterum notæ, utpote jam dudum exaratae, legentium oculos prope fugerent. Illius porro magnitudo in æternum decantetur, quod ita honoret eos qui omnem ejus causa honorem proculcant.

ANNOTATA.

a Ribera, Yepes et auctor Chronici nescierunt ad quem scripta esset prior hæc Relatio; et Yepes suspicatur destinatum fuisse ad Patrem quemdam e Societate Jesu. Ast, invento postea ipso S. Petri de Alcantara autographo, quod continet triginta tres articulos qui responsorii sunt ad hanc Relationem, evidens est ad S. Petrum missam hanc Relationem (vide Comm. prævium num. 293, item Ribera hic supra lib. iv, cap. iv, a num. 68, ac not. c ad id caput). Porro asserit P. Antonius a S. Josepho (t. II, epist. 11, not. 3) idipsum originale exemplum e quo binas has Relationes desumpsit Ribera, non ita pridem fuisse repertas penes D. Josephum Tapia Osorio. Ait id codicem esse qui duodecim constat foliis forma, ut dicitur, in octavo, quorum priora sex cum dimidia septimi folii pagina occupat Relatio altera, altera vero quod reliquum est codicis; estque illa scripta manu aliena, hæc manu Teresiae; sicut apud Ribera notatur. Neque abs re est meminisse has Relationes, quas Ribera primum vulgavit, dein in Antverpiensi Operum Teresianorum editione anni 1630 additas fuisse ad Sanctæ Vitæ, nunc vero locari solere inter Epistolas (tom. II, epist. 11 et 12). Tandem advertit P. Antonius (loco quo supra) secundum Chronici auctorem scriptam fuisse priorem hanc Relationem anno 1560, tunc nimirum quando Teresia consuluit S. Petrum de Alcantara, ut ab ipsa narratum habes in Comment. prævio numero 234 et seqq.

b Ill. Bossuet in suo tractatu de nova Questione (§ 1: Mystici in tuto, part. II, cap. 1, et alibi passim) S. Teresiam vindicat a Molinosii erroribus, ostendens eam ita loqui solere ut significet se non famulari Deo spe mercedis tamquam hæc spes solum vel præcipuum motivum fuisset, sed ita ut tamen hæc mercedis spes fuerit motivum cohortans et incitans.

c De altera hac Relatione P. Antonius a S. Jo-

sepho (tom. II, epist. 12, not. 2), postquam dixerat, D ut mox retuli (not. a), ipsum ejus autographum existare, sic proloquitur: Ribera et Yepes (lib. iii, cap. xxviii) hanc transcripserunt, quia indicarent ad quem fuisset missa. Nos autem arbitramur missam ad P. Ibañez ob ea quæ Sancta apponit hic ad calcem, dicens nempe et priorem illam et posteriorem hanc Relationem a suo confessario communicatam Patri Mancio. Atqui certum est P. Ibañezium ejus vitam modumque orandi communicasse Patri Mancio, sicut testatur Yepes (in prologo ad Sanctæ Vitæ). Quare nobis persuasum est a Sancta priorem illam Relationem, quæ destinata fuerat S. Petro de Alcantara, simul cum hac posteriore traditam fuisse P. Ibañezio, qui tunc temporis confessarius ejus erat. . . Posterior hæc Relatio scripta est uno a priore illa anno, id est sub initium 1562, sicut affirmat noster historiographus.

d Id ei moris fuisse patet ex ejus quæ superant litterarum autographis. Insuper notari potest frequens earum a laude Jesu principium, frequens item per ejus scriptiones Sacrosancti Nominis illius repetitio, ac ordinaria epistolarum ejus clausula ab hac similive pia formula: Sea alabado etc. (laudetur etc.). Nimirum, quod ipsi cum aliis Sanctis, v. g. S. Paulo, S. Bernardo, S. Francisco Salesio etc., commune erat, ex abundantia cordis scribebat culamus.

LIBER QUINTUS.

PROLOGUS.

Cur auctor latius de Sanctæ virtutibus egerit.

Tot tamque eximia de admirandis Matris Teresiae virtutibus enarranda occurrebant ut quantum librum valde longum esse oportuerit; et erat sane necesse imaginem illam quam suis hic exprimere coloribus proposui, expoliri perficique, quo naturalis et viva appareret, vel potius quadamtenus naturam repræsentaret: nam quamvis id studiosius quam aliis in libris facere contenderim ideoque fuerim prolixior, non tamen plus æquo inhæsi. Non idcirco tamen dicere ausim ita eam ut quidem oportebat a me delineatam esse; cum quod eo pertingere nequaquam potuissem, tum vero quod secretum suum sibi humilis hæc virgo servavit, et acceptos a Deo favores et labores quos illius opitulante gratia exantlavit, quantum sibi fas fuit, silentio premere semper sit conata. Eorum vero quæ tegere minime potuit, pars non exigua oblivione obruta perit; quæ vero reliqua fuere, maxima accuratione collegi, ne temporis injuria penitus exciderant.

2 Lectores proinde obsecro ne ex pauculis his quæ huc afferre potui, de Matris Teresiae virtutibus conjecturam faciant: norint potius plura multo exstitisse, et alia quæ forte longe sint sublimiora majoremque admirationem promerantur, adhuc dicenda restare. Reliquum est igitur ut suum imagini huic ornamentum circumsecus adjungam, miracula, inquam, et magnalia quibus eam condecorare et illustrare dignatus est Deus, in eorum præsertim gratiam qui persuadere sibi vix queunt sanctimonia vitæ quempiam fuisse conspicuum, nisi miraculis eadem patefiat et confirmetur. Accedit quod omnibus miracula prosunt: nam, ut asse-

Prolixè dis-
servit Riberada heroicis S.
Teresiæ virtu-
tibus,

A rit S. Gregorius, quemadmodum animæ corpore inclusæ vita per corporis motum cognoscitur, sic ejusdem corpore egressæ vis virtute miraculorum demonstratur. Quod ipsum quamprimum declarare incipiam : cum enim liber hic postremus brevis futurus sit, nec æquum est præcæm esse productius.

ut lectores ad
eorum imita-
tionem anima-
ret.

3 Cæterum eos qui hanc lecturi historiam sunt, quæ (demptis erroribus qui a parte mea inter-
venerunt) ab omnibus legi magnique fieri meretur, quod mirabilia Dei in hac opera elucescant, roga-
tos imprimis velim ut tam eximias diversasque virtutes admirari satis non habeant, sed easdem etiam divinæ gratiæ adminiculo imitari allaborent. Hanc enim ob causam eas hic deduxi, et quæ quoad eas Teresia monita consultaque dederit, attuli. Etsi vero omnibus ea dicta sint, quod multa in his imi-
tanda omnes, cujuscumque demum sint ordinis et status, reperient, Religionem tamen professis, ac præsertim in eundem Excalceatorum Ordinem cooptatis ea potissimum conveniunt; cum ipsorum ante oculos tam perfectum vitæ religiosæ exem-
plar proponere dignatus sit Deus, ipsosque edocere quomodo ad perfectionem hilariter pervenire et
B ejusdem parvo cum labore reddi compotes queant, qualem denique consolationem et quam admi-
rabiles fructus degustent, ubi illam fuerint adepti. Hanc ob causam studio a communi Vitas San-
ctorum scribentium stylo deflexi, cum plerique illorum potissimum historiæ suæ partem in miracu-
lorum narratione consumant : ego vero, quam-
quam multa etiam hac in parte dicenda habeam, illius virtutibus enarrandis magis studui; quod non illa, sed virtutes facile quis possit imitari. Et sane, si virtutum Sanctorum fuerimus imita-
tores, eos etiam facili negotio in mirandorum patræatione poterimus imitari; et hæc esto nobis defuerint, ea tamen qua in cælis perfruuntur glo-
ria nobis, si veri perfectique eorum simus æmu-
latores, haudquaquam defutura est.

CAPUT I.

Corporis S. Teresiæ transla- tiones.

CAP. I.
S. Teresiæ
corpus

C Ad libri tertii finem narratum est quomodo sanctum Teresiæ corpus (quo velut instrumento Spiritus Sanctus in vita ejus tot prodigia operatus erat) in Albano Excalceatarum cœnobio, eo prorsus loco quo ipsamet depositum asservandum prædixerat, reconditum fuerit; ut de corpore suo eam hoc intellexisse declararit eventus. Nunc ad illud redeamus; si enim, dum ipsa viveret, Deus illustria per ancillam suam patrare opera dignatus est, uti jam narravimus, ipsum id non minus fecisse comperiemus, dum mortua erat. Primo igitur illo anno moniales Matris suæ corpus pietatis ergo visitatum ibant; si quæ vero apud ipsum obdor-
miseret, strepitu interdum aliquo excitabatur ut orationi incumberet. Non raro suavis ab eodem emanabat odor, etsi densa saxorum esset moles et calx superinjecta. Hæc porro suaveolentia iis potissimum diebus sentiebatur quibus festiva San-
ctorum quos Teresia peculiari studio coluerat, agebatur memoria : denique eadem in sepulchro ordinaria prope fuit. Erat hic odor suavissimus, nec semper idem : interdum liliorum, interdum iasmes et violarum referebat fragrantiam; alias cui similem diceret nidori, nescisses.

a

2 Hinc ardens religiosas incessit corporis hujus inspicendi cupido : quod enim tam suaviter id redoleret ut etiam ab externis is odor perciperetur, fieri non posse videbatur ut in putredinem diffunderet. Hieronymus igitur Gratianus provin-
cialis Albam cum venisset, illi moniales referebant quid rerum ageretur, rogantes ut inspicere corpus permetteret. Id Patri consilium cum minime displi-
cisset, submoveri cæpti sunt lapides; sed tanta eorum erat copia ut ne quadriduo quidem ipse cum socio iisdem auferendis suffecerit. Cum vero horum lapidum aliquot in stramen decidissent, et ex hoc post plures dies novitiæ ejusdam in Ordinem admissæ lectum monialis suffarciret, ipsam etiam paleam redolere sensit : cujus rei causam indagans et admirans, tandem a lapidibus fortuito injectis eam stramento adhæsisse fra-
grantiam comperit. Igitur iv nonas Julias anno MDLXXXIII locus apertus est, nono post sepul-
turam mense : erat autem ob nimiam humiditatem in parte superiori corruptus ac semiputris et muscosus, suavissime tamen redolens. Dum enim lapides imponebantur, calx ante injecta erat, cujus humor ad corpus usque penetrarat. Vestes omnes putredine diffluerant et humidum redolebant. E
Corpus vero sanctum oppletum erat terra quæ per sarcophagum putrem penetrarat, nec non mucore plenum; cæteroquin sanum adeo et integrum ac si nuper terra conditum fuisset. Ut enim illud, dum viveret, ab omni turpitudine carnali integrum in perfectissima virginitate Dominus custodivit, ita etiam mortuum ab omni corruptione servavit; et vermes in ipsum sævire noluit in quod impudici ardores jus nullum exercuerant. Omnes prope illi ablatae tum vestes (omnibus namque induta terræ mandata erat), corpus ablutum et a terra purgatum : inde vero per universam domum diffusus est odor ingens et admirabilis, atque ad dies aliquot inibi perceptus. Pauxillum terræ hujus ipse accepi : quæ tam novam spirabat suavitatem ut nemo huic si-
mitem odorem designare nosset, nisi quod quidam e Patribus nostris esse aiebat eundem quem os quoddam ingens S. Laurentij Martyris in Abulensi collegio asservatum exhalabat. Verum odor quem corpus efflat, magnus est ac vehemens, et tam novus ut similem nemo umquam perceperit.

AUCTORE
RIBERA.
incorruptum
et suaveolens
D

3 Corpus porro, novis indutum vestibus et linteis involutum, eodem quo ante repositum est loco, arcæ inclusum, quæ omnium templum subeuntium aspectui patet, quod locus patens sit et apertus. Verum antequam reponeretur, sinistram illi ma-
num provincialis abstulit; quam deinde ipsemet Ulyssiponem detulit, in Excalceatarum cœnobio, quod haud ita pridem fundatum erat, asservandam. Hoc igitur loco corpus sanctum maximo monia-
lium solatio mansit, ab iisque est sedulo asservatum et magno pietatis sensu visitatum. Post hæc Patres Excalceati xv kalendas Novembris MDLXXXV Pastranæ capitulum provinciale inchoarunt, in quo statutum fuit ut sanctum corpus clanculo Alba transferretur ad monasterium S. Josephi Abulense, in quo Teresia Reformationem suam auspicarat et cui mortis suæ tempore cum priorissæ munere præerat. Huc eos potissimum impulit Palentini antistitis Alvari Mendozii studium, qui se prima-
rium monasterii illius sacellum constructurum in-
que optimo ejusdem loco sepulchrum Teresiæ et aliud deinde sibi se positurum sponderat; quippe qui, pro pio in eam affectu, ne a morte quidem ab ipsa separari vellet. Piæ ergo voluntati illius mo-
rem gerere Patribus placuit. Decreta ea res P. Gregorio Nazianzeno, Castellæ provinciali vicario; nec

anno 1583

F

AUCTORE
RIBERA.

A nec non in mandatis ei datum ut brachium unum Albæ ad monialium solatium abscissum relinqueret. Litteræ quoque additæ, quibus corporis avehendi illi potestas fiebat, eodem signatæ die, hora circiter septima cum dimidia vespertina: qua etiam res Albæ contigit stupenda, vera nihilominus; quam qui nosse singillatim volet, Albanas sanctimoniales consulat.

* monasterio
Albano,

4 Hæ nempe cum hora hac in recreationis loco agerent, de iis inter se colloquentes rebus quas in capitulo agitandas putabant, tres alternatim pulsus satis sonoros haud procul a se inaudire, eosque etiam postea ingeminatos; quibus ad orbem versatilem sacrarii ab aliquo qui forsitan inscius inclusus esset, signum dari credebant. Inde non multo post ostiaria, quam potuit diligentissime inquirens num quis in templo hæsisset, tres similes pulsus cum audisset, ad sorores retulit. Tum præfecta: « Ne » curemus hæc, carissimæ; diabolus enim forte » nostram inturbare quietem gestit. » Inde vero alia monialis hunc in loculo in quo sacrum reconditum erat pignus, haud dubie factum videri strepitum asserebat; nam haud procul ab orbe quem dixi versatili sepulcrum erat. Nec vero fefellit.

B Quidnam vero id esset, tum quidem ignorabant; donec tandem P. Gregorio Nazianzeno rem declarantes, ex eo didicere, ea ipsa hora litteras suas quas tulerat obsignatas fuisse. Hinc ea omnibus insedit opinio Teresiam hoc indicio valedicere suis voluisse. Atque ita factum est: nam mense Novembri proximo Albam Gregorius venit, et in pervigilio S. Catharinæ, vii scilicet kalendas Decembris, monialibus ad odeum superius Matutinum recitaturis Officium concedere jussis, ipse cum moderatrice et duabus tribusque e profectionibus in inferiori manens, cum illis litteras suas prælegisset ac potestatem a capitulo acceptam aperuisset, secreto admodum et festinanter sacrum pignus educunt; quod non minus integrum tum erat quam ante et eundem exhalans quem diximus odorem, etsi paulo jam aridius et exsanguius: vestes vero pene totæ computruerant.

relicto illi
tantum bra-
chio sinistro,

C 5 Tum etiam, meo iudicio, manifesta duo eo in loco miracula apparuerunt, præter primarium illud quo corpus illud virgineum ac purissimum ab omni fuit corruptione immune. Primum id est, quod, cum Teresiæ morienti sanguis effluxisset, eoque palliolum laneum album et novum, quo induta fuit, repletum esset, triennio jam et bimestri evolutum, sanguis jucundum spiravit odorem; et cum linteo pallioli hujus particula insereretur, id paulatim sanguine imbutum rubesceret. Hujus ipse pauci vidi partem, uti et alios multos qui ab eodem tineti fuere, quin humectarentur et quin aliud circa eosdem fieret quam quod panno huic per diem unum applicarentur. Et est sane prodigio simile tam præstantem hoc in sanguine odorem notari. Alterum id fuit, quod, postquam sacrum id pignus loculo eductum esset, cum P. Gregorius Nazianzenus, satis quidem invitatus (ut enim mihi ipse narravit, nullo in casu se Deo perfectius voluntatis suæ sacrificium unquam credidit obtulisse), ut superiorum pareret imperio, cultrum quem de zona pendulum habebat, ad brachium quod Albæ relinqueret, resecandum, eduxisset et jam brachio sinistro (cujus erat ablata manus, et quod luxatum fuerat, dum eam demon e gradibus dejecit) inseruisset, facili ipsum negotio, nulla facta vi, perinde ac si peponem vel casum recentem incidisset (uti id ipsemet asseruit) ab humeri juncturis procidit, non minus expedite quam si diutius easdem tentando explorasset. Sic igitur brachium a corpore disjunctum fuit.

D 6 Acceptum itaque corpus et linteo involutum ad januam ipse illico detulit. At dum interim suavissimus eodem dimanabat odor, monachæ in odeo versantes suspicari cœperunt sacrum sibi pignus auferri; quare odoratus secutæ vestigia ad januam advolant. Sed cum jam Gregorius egressus et clausa domus esset janua, tristes ad sua redire, solum habentes Matris brachium et panni sanguine imbuti partem. Illico igitur nihil cunctandum ratus Gregorius ea ipsa nocte Abulam discessit, ne re comperta oppidani Albæ tumultuarentur. Abulæ porro gratulanter acceptum pignus fuit et honorifice eo collocatum loco in quo id omnes monachæ inspicere eoque se oblectarent. Positum id primo in capiti loco, appensis hinc inde ad feretrum cortinis. Deinceps illi longior paratus locus in tumbæ formam, quem tenui bysso violacea introrsum vestierunt, inductis circumsecus e serico argentoque mixtim paratis funibus: exterius vero holoserico nigro instratus erat, quem auro sericoque intertextæ lineæ condecorabant. Porro loculi claviculi, seræ, claves et cardines auro nitebant; appendebant vero scuta duo, aureum et argenteum, in quorum uno Ordinis insignia, in altero Sanctissimum Jesu Nomen inscriptum erat: huic autem tumbæ in stragula aurea hoc erat epigramma acu impictum: MATER TERESIA A JESU. Hoc ipse postea cenotaphium vidi; et licet corpus non includeret, odor tamen eidem inhærebat.

Abulam trans-
portatur;
D

E 7 Sedulo illo tempore curabatur ne ullus in vulgus de corporis integritate neu de ejus Abulam avectione sermo dimanaret; quia interea ita convenire videbatur. Sed postea nonnullis rei consciis satius visum est futurum medicos et theologos aliquot advocare, qui, eodem curiosius inspecto, dispicerent fierine id naturali posset potentia, an vero prodigio ea integritas esset adscribenda, ut quæ hi judicassent, in tabulas deinde referrentur. Hanc ob causam a Maria a S. Hieronymo, domus hujus præposita, rei totius seriem scripto petiere consignari; verum ante nihil illa evulgare instituit quam a provinciali facultatem impetrasset. Ille vero adeo hanc diligentiam non improbat ut litteras potestatis indices illico miserit, quæ pridie kalendas Januarii vespere appulerunt. Quoniam vero hæc celeriter fieri suæque magnalia innotescere Dominus volebat, eadem hora Abulam delati sunt P. Didacus de Yepes, Hieronymianorum Madritensium tum moderator, licentiatum Laguna, regii consilii auditor, nec non Franciscus Contreras, hodie auditor Granatensis; qui rei hujus prodigiosæ dumtaxat videndæ causa Madrito non sine labore et cœlo frigido Abulam excurrere non dubitarunt. Ad antistitis Petri Fernandez de Temiño exscensionem fecerunt, eique ecquod sua in civitate latens haberet pignus, declararunt. Is ergo cum ex quæstore suo Joanne Carillio, qui secreti erat conscius, rem omnem didicisset, præpositæ per nuntium significat postridie se hora nona cum prædictis viris adfuturum. Ut ergo dies postera illuxit, quæ erat prima dies anni MDLXXXVI, hora conducta episcopus cum consiliariis et medicis duobus aliisque, ut vigesimum explerent numerum, ad cœnobium accessit. P. Didacus de Yepes, Julianus de Avila sacerdos ac medici duo, claustrum introgressi, sacrum inde corpus eduxerunt, et in vestibulo impositum tapeti, ostio exteriori diligenter ocluso et plerisque accensas manu faces gestantibus, detexere; episcopus vero omnesque ejusdem comites ipsum, nudis capitibus et in genua provoluti, non sine summa admiratione et lacrymis venerabundi spectarunt.

CAP. II.
Ibiq; ab epi-
scopo et me-
dicis

F

b

c

incorrupta
ejus declara-
tur miraculo-
su 1557

A 8 Medici curiosius cuncta inspicientes, nihil hic naturale subesse, sed rem esse vere miraculosam confirmarunt; uti et vesperi apud episcopum reversi, allatis in rei confirmationem rationibus aliquot, deposuere. Sed usque eo res hæc evidenter patebat ut multis opus non esset. Quis enim neget corpus numquam apertum nec balsamo conditum, cuique nullum condimentum aromatisque liquor additus erat, post triennium ac trimestre ita incorruptum manere ut nulla ei integritatis pars deesset, et odorem tam admirabilem exhalare, dexteræ Omnipotentis et omnem naturalem virtutem transcendens opus esse? Nec minus mirati sunt, cum lineum pannum sanguine adeo recenti atque odorifero imbutum conspexerunt. Tum ad monachas conversus antistes, thesaurum quem asservabant, vere pretiosum esse affirmabat, nec quid proinde in mundo amplius ab ipsis desiderandum videri. Simul etiam injunxit ut decenter eum haberent et tapetem cui instratum fuerat pignus sacrum, ad alios usus non amplius adhiberent. Deinde, anathematis interponens poenam, visa quemquam divulgare vetuit; sed ii tacere non poterant, dicentes identidem: « Hui! » Quam admiranda et stupenda vidimus! » tan-
B toque rei patefaciendæ ardore inæstuabant, ut, coacto episcopo intentatas diras rescindere, toto ea res oppido innotuerit.

Verum jussu
Summi Ponti-
ficis

C 9 Hoc in statu res Abulæ erant, sed Albæ longe alio. Dum enim inde sacræ reliquiæ tollebantur, Antonius de Toledo dux d. nondum e Navarra redierat, et Ferdinandus de Toledo, prior S. Joannis e, ejusdem patruus, illa etiam tempestate oppido aberat. Hic, re comperta, indignari cepit, cum quod beatæ esset Matris studiosissimus, tum quod videret quam pretiosæ rei civitas sua jacturam fecisset: censebat enim non tam duci quam sibi, cui omnem rerum suarum curam dux absens concediderat, injuriam irrogatam. Inde ad monasterium cum scriba publico veniens, præpositæ ac monialibus, gravi interposita poena, edixit ne cui quod sibi reliquum erat Teresiæ brachium ulla ratione traderent. Tum de corpore etiam ipso sollicitus, missis Romam litteris, apud Summum Pontificem tantum effecit ut Excalceatis is mandaret Patribus ut quamprimum Albam sacra lipsana referrent ipsaque præpositæ domuique Albanæ redderent, et si quid obijciendum haberent, coram se vel ipsimet vel procuratore misso id depromerent.

anno 1586

10 Ut primum Supremi Pontificis mandatum P. Nicolaus a Jesu Maria, qui tum provinciam administrabat, intellexit, nihil cunctatus Abulam se contulit, indeque secreto corpus a P. Joanne Baptista, priore Pastranensi, Albam deferendum curavit. Is autem ac P. Nicolaus a S. Cyrillo, Mance-rens domus tum præpositus, Albam cum sacris reliquiis pridie festi S. Bartholomæi anno eodem MDLXXXVI delati sunt. Adeo tamen clanculo eælatae sunt ut quidnam ferretur, nemo scire posset; quas deinde circa octavam matutinam monasterio reddidere. Haud dudum Albanam hi erant domum ingressi, cum eodem ego adveni, Abulam, corporis sancti videndi causa, cogitans, quia magno ejus conspiciendi desiderio tenebar; adeo ut, si paulo citius advenissem, ante januam ipsum reperissem ac voto meo fecissem satis. Ut primum res in oppido vulgata est, solemnī supplicatione et harmonico concentu suam testari gratulationem oppidani et clerus parabant: verum provincialis, quod non ut perpetuo illic mansurum, sed velut commodato corpus sanctum deponeret, Summi Pontificis dumtaxat pariturus imperio, adhiberi pompam inhibuit; sed solum ita monialibus id tradi voluit ut tradi-

tionis testimonium afferretur. Joannes igitur Baptista, accepta a præposito mandata sedulo exequens, ne latum quidem unguem a præscripto deflexit.

11 Exinde in choro inferiori venerandum pignus collocatum est, et, duce ad cancellos una cum matre comitissa Lerinensi versante, confertæ multitudini templum occupanti, multis accensis cereis, ostensum. Pastranensi vero præposito e monialibus sciscitanti verene id Matris Teresiæ a Jesu corpus esse agnoscerent et hoc sibi traditum revera esse certo scirent, ab omnibus responsum est ipsum esse, et tota populi adstantis multitudo idem se corpus agnoscere asseruit: quorum omnium testimonium a scriba publico exaratum fuit. Et sane opus fuit corpus post cancellos sistere: tanta namque confluit multitudo, tantus omnium videndi fuit ardor, is adfluentium impetus, ut, si sacrum in anteriori parte templi expositum fuisset pignus, vestium præsectis frustis, ne corpore quidem ipso populus abstinuisset. Omni vero pomeridiano tempore tam frequens confluit turba miraculum hocce spectatura ut nec excludere eam possent nec ipsi qui in interiori agebamus parte, egredi, nisi sera nocte; quod nulla homines videndi caperet saturitas.

12 Oppidani vero, dum non credunt sacras has Albæ reliquias a Patribus relinquendas, publicas adhibere custodias, ne a quoquam eæ inde auferrentur: quin imo monachas auctoritate publica rogarunt ne eas cuiquam auferendas concederent, magnopere gavisum sacrum ad se pignus relatum esse. Horum omnium oculatus ipse sum testis, qui intra cancellos id per otium sum contemplatus, ac deinde pedes illius, tametsi raptim admodum, exosculatus: etsi enim jam advesperasceret et templi fores occluderentur, nobis tamen accessum externi prohibebant. Aliud hic non minus mirandum commemorabo, cujus idoneus sum testis: nam circa me ipsum contigit. Eadem vespera Excalceati Patres qui Teresiæ corpus Albam detulerant, cum cœnaturi ad idem divertissent hospitium quo ego cum socio successeram, ecce allata ad eos vestis qua corpus indutum fuerat, ut eam Abulam referrent; quod aliam Albanæ monachæ vestem illi dedissent: allata autem ea est complicata et stragulo ita involuta ut fartura forinsecus exstaret. Ad hanc propius accedens, suavissimum ab eadem prodire sensi odorem: tribus autem prope horæ quadrantibus hoc ipsa loco mansit. Digressis Patribus, ad illud me statim conclave proripui in quo ipsi diverterant; cui a pauxillo illo spatio quo complicata vestis in ipso hæsit, tanta adhæsit fragrantia ut eam illico perciperem et evidenter agnoscerem. Haud multo post eodem socius meus cum successisset, num quid sentiret a me rogatus, respondit sentire se et perbene odorem percipi. Quin ea ipsa nocte hoc in cubiculo decumbens, quoties somno evigilarem, eundem odorem percipiebam et probe agnoscebam.

13 Ab illo tempore in præsens usque sacrum corpus Albæ hæsit, una cum brachio; sed nonnisi rarissime ejus inspicendi lit copia. Nimirum cum Abulenses Excalceatæ cum universa civitate contenderent ut Abulam sacra lipsana referrentur, Antonius de Toledo, dux Albanus et præfectus rei bellicæ regni Navarræ, simul et Ferdinandus de Toledo, prior S. Joannis, cum partim sua partim cœnobii et oppidi Albani causa Albæ id remanere vellent, ad Sanctissimum Patrem Sixtum V Pontificem Romanum causam retulerunt: cujus auctoritate judex rei constitutus Cæsar Specianus, episcopus Novariensis, Nuntius apostolicus, anno

AUCTORE
RIBERA
D

Albam refer-
tur.

E
ubi Ribera
ipse illud vi-
det.

F

Litteris apo-
stolicis docer-
nitur

AUCTORE
RIBERA.

MDLXXXVIII mense Decembri pronuntiavit Albam perpetuam Teresiani corporis sedem fore. Ab hac deinde sententia cum ad Pontificem appellatum esset, eam ipse omni qua necesse fuit verborum auctoritate et gravitate, nec non ea quae desiderari posset firmitate, confirmavit vi idus Julii MDLXXXIX. Itaque in magnifica ibidem recondetur tumba, quam S. Joannis prior (qui corporis Albæ retinendi præcipuus auctor fuit) se paraturum spondit.

ut corpus
Albæ perpetuo
maneat.

14 Neque vero hic omisero, quomodo, antequam Albam referretur corpus, id ipsemet de cælo Dominus præmonstrarit. Uno enim ante mense quam rediret, eo ipso loco quo deinde repositum est et hodie quiescit, monacha quædam, cum in oratione versaretur in choro superiori, lucidissimam conspexit stellam; ejus is erat fulgor ut reliqua sidera cum hoc comparata carere luce viderentur. Eadem deinde in choro inferiori fulgentissimam conspexit lucem, quæ incomparabilem et admirabilem pulchritudinem præferbat. Unde intellexit singularem domui faustitatem imminere; et, postquam corpus postliminio rediit, tum demum perspexit hoc sibi prodigiis præsignatum.

B

ANNOTATA.

a De iis quæ Ribera modo est narraturus, consule Commentarium prævium a § LIV.

b Procurarat sibi Yepesius litteras P. Nicolai Doria provincialis, quibus sibi sociisque suis copia fieret sancti corporis inspiciendi. Sociorum autem horum titulos paulo aliter designat quam Ribera: nempe Paulum de Laguna (qui postea factus est Cordubensis episcopus) ipse appellat præsidem consilii Indiarum, Franciscum vero de Contreras auditorem consilii regi; quibus titulis idem quoque vocantur in Actis canonizationis (num. 1119 Comm. prævii). Consule Yepesium lib. II, cap. XII.

c Yepesius sese cum Juliano de Avila in claustrum ingressum fuisse non memorat; sed tantummodo dicit corpus a monialibus allatum fuisse: cæterum narratio ejus cum Riberiana concordat.

d Antonius de Toledo y Beaumont filius erat Didaci de Toledo et Briandæ de Beaumont e regio Navarrensi sanguine creta. Ex parte paterna, defuncto patruo suo Frederico (de quo obiter meminimus num. 874 Comm. prævii), adeptus est ducatum de Alba et Huesca, marchionatum de Coria ac comitatum de Salvatierra; ex parte vera materna comitatum de Lerin cum præfectura rei bellicæ regni Navarrensis. Cfr. Imhof in Genealogiis viginti illustrium in Hispania familiarum (pag. 308 et 318).

e Estis de quo n. 1055 Comm. prævii locuti sumus.

CAPUT II.

*Status brachii et corporis
S. Teresiæ. Plures illius
a morte apparitiones.*

CAP. III.
Describit Ri-
bera

Quicumque hæc legent, peculiarius scire desideraturos arbitror quo id corpus in statu sit: quod non invitus hic ipsis descripsero, quandoquidem curiosius et attentius id inspexi, ut hanc quam modo daturus sum descriptionem depromere possem. A brachio a eam auspicabor, quod sapius ipse tractavi; deinde corpus ipsum describam. Brachium plane inde ab humeri junctura integrum est, præterquam quod manu truncum sit, quam

Ulyssiponem advectam esse jam ante dixi. Est id autem id, tum quia ipsum est quod in casu e gradibus olim luxatum et confractum erat, tum quia manu mutilum, unde aliquis ex eo sensim vigor evanuit, minus carnosum quam illud quod corpori etiamnum adhærescit; satis tamen habet carnis, quamquam ante plus habuerit, quia modo nonnihil exsiccatum est: color ejus idem plane qui dactylorum; caro ejus ceu caro arefacta; pellis in longum rugosa est, ut solet esse in hominibus ante obesis et dein macilentioribus. Verumtamen integrum est et sua lanugine convestitum; illudque sæpenu-mero vidi et tetigi. Mundo semper panno involutum a monialibus asservatur; qui pannus sensim unguine quodam ceu oleo indidem effluente madefit, et ita est pinguis ac si oleo aut simili cuiquam esset liquori intinctus: qui quidem liquor eundem spirat odorem quem brachium ac corpus.

16 Quamplurimi eodem imbuti sunt panni, ac veluti sacra quædam reliquiæ variis hactenus dati: quin etiamnum modo dantur et imbuuntur; etsi jam aliquanto minori liquor hic emanet copia, quia caro evigoratur. Hanc porro carnem nulla devastare potest corruptio, perinde ac si ipsa aenea foret: quin etiam minima caruncula, vel medio ungue spissa, ne quidem per intensissimos æstatis calores, licet etiam e collo vel in pectore vel alio loco summe calido gestetur, suum odorem, modo bene involvatur, amittet. Est hoc certissimum, utpote jam longo cognitum usu et visu quotidiano: adeo ut tam qui multum de carne Matris Teresiæ a Jesu quam qui exiguum habet, quoad durationem et incorruptionem perinde est ac si alterius Sancti os haberet. Quo primum brachium illud in meas accepi manus tempore, antemeridianum fuit; iisque is odor adhæsit quem caro exhalat: quo ita recreatus fui ut ne prandium quidem sumpturus eas abluere voluerim, ne hanc fragrantiam perderem. Sed frustra scilicet hoc verebar: nam cum eas postea lavi, eadem constans mansit; imo etiam postquam cubitum concessi, in manibus eandem sum odoratus. Super hæc tam insolitus mihi tempore illo pietatis accessit sensus ut eum et liquido perciperem et animo quindecim inhæserit continenter diebus. Corpus autem viii kalendas Aprilis, ipsa Incarnationis Christi Domini die, anno MDLXXXVIII per otium sum contemplatus: quod quoniam attentius inspexi, utpote qui rei ejusdem reddere testimonium, quod hic reddo, deereveram, hinc apte ipsum describere potero.

17 Est igitur corpus erectum, etsi paululum antrorsum provergens, qualis senum esse incessus solet; ex eo tamen facile conjici potest ipsam satis proceram fuisse. Ita porro solidum est, ut, si manu axillas suffulcias, stare in pedes possit et indui et exui, non secus ac si viveret. Coloris est dactylini, cujus et brachium esse jam dixi, etsi aliquibus in partibus magis ad candorem tendens. Pars corporis furvior est vultus; quod enim ei inciderit velum eique cum multo pulvere adhæserit, reliquis corporis partibus pejus habitus fuit: cæterum sua illi constat integritas, ita ut ne quidem extremum nasi sit imminutum. Capilli iidem sunt ac dum primum terræ mandaretur. Oculi sicci sunt, cum humor eorum paulatim exaruerit; cæterum integri. Verruæ illæ quas in facie habebat, suis cum pilis perstant. Os habet ita clausum ut nullo aperiri pacto queat. Carnosi sunt præ cæteris corporis partibus humeri.

18 Pars illa unde brachium præcisum fuit, succosa est; et succus manui tractantis adhærescit eundemque spirat odorem quem corpus. Manum habet

quid tum in
sinistro bra-
chiotum in corpo-
re S. Teresiæipse observa-
vit;

A habet bene formatam, in benedictis morem constitutam, etsi non integros digitos. Quos qui prae-secuerunt, non laudo: quæ enim manus tam mirabilia patravit opera, quamque integram superesse voluit Deus, integra relinquenda erat. Pedes perbelli sunt iustaque gaudent mensura. Universum corpus carne plenissimum est. Quem autem id exhalat odorem, non discrepat ab eo qui brachio prodit; tametsi sit vehementior. Equidem tantam ex penitiori absconditi huius thesauri detectione consolationem hausi ut lætorem toto vitæ tempore mihi illuxisse diem nullum credam et illo inspiciendo satiari oculus nequaquam posset. Cæterum non possum non dolere dum vereor ne ipsum olim, vel magnatum postulatu vel instantibus monasteriorum precibus, sit in frustra disper-tiendum. Neque vero id meo iudicio dividendum est, sed eo prorsus in statu relinquendum quo relinquere dignatus est Deus; cum ipsum magnitudinis divinæ nec non integerrimæ Matris Teresie virginitatis et admirabilis ejus sanctitatis sit indicium. Quod qui vel petierint vel concesserint, næ illi opinione mea genuini illius filii futuri non sunt.

Cap. IV.
et quomodo
Sancta appa-
ruerit

B 19 Postquam de eximio illo incorrupti corporis miraculo jam egimus (quod alia etiam, uti jam vidimus, in se miracula involvit), consentaneum arbitror de aliis plurimis quæ tum per ipsum tum per alia quæ illud tetigere, operari dignatus est Altissimus, prodigiis pauca addere. Hoc enim ipse pacto hominibus declarat quanti fidelem ancillam suam ipse faciat et ab omnibus fieri velit, ac singularibus a se eos cumulatum iri gratiis qui salutarem ejusdem intercessionem efflagitaturi sunt. Hac de causa a visionibus inchoabo, dicamque quo post obitum modo ipsa variis apparuerit: quæ toties quidem se spectandam dedit, ut, si omnes ejusdem apparitiones enarrandæ forent, multa earum concinnanda essent capita, ac fortasse integer liber. Ut enim S. Gertrudem a morte Dominus monialibus luculenta gloria spectabilem exhibuit, et sæpius quidem, ob Matris suavissimæ mortem eas mœrentes consolaturus (Insinuat. lib. v, cap. III), ita etiam has ancillas suas, Matris suæ, quam adeo intime complectebantur, decessu prostratas, dignatus est consolari. Imo non per Gertrudem solam, sed et per filiarum ejus aliquot jam defunctas similia Dominus operatus est (uti e sequentibus aliquot ejusdem libri capitibus liquet).

Teresia Lai-
zia

C 20 Aliquando splendor insolitus in sepulcro Teresie apparebat, ac præsertim cum monacham aliquam contingeret ex hac vita decedere. Si quæ vero silentii tempore inter se loquebantur, tres ad cellæ ejus janua ictus interdum audiebantur, quibus velut signum dabatur præsentem hic adesse Matrem et silentii filias commonere. Visa sæpius fuit splendens et gloriosa varia in specie plurimis utriusque sexus Excalceatis, quorum tanta est prudentia et pietas ut de hisce apparitionibus neutiquam sit ambigendum. Verumtamen, quod adeo eæ sint frequentes, et qui eos quibus eæ visiones contigerunt, non novit, non eam quam revera merentur fidem iis est adhibiturus, aliquas tantum utiliores et notiores hic commemorabo. Non multo post beatæ Matris obitum tempore, Teresia Laizia, Albani cœnobii fundatrix, cum in morbum incidisset, jam paulo melius medicorum iudicio habens, adstantem sibi eam conspexit, palio albo amictam et velatam: quæ vultu reudenti signum manu dedit ut ad se accederet. Cui Laizia: «Moriarne Mater? Horane jam venit?» Quo petito, beata Mater ex oculis evanuit. Exinde cum

in deterius valetudo concederet, propediem sese morituram prædixit, utpote a Matre evocatam. Quare animæ rebus in tuto constitutis, haud multo post vita decessit.

AUCTORE
RIBERA
D

Patri cuidam
Excalceato.

21 Vir quidam eximius de Excalceatorum familia (cujus nomini hic parco, quod etiamnum superstes sit) alii per litteras significavit se ob Teresiam a Jesu decessum non amplius angi audere, quod eos ipsa acriter corripere qui sua morte contristarentur quique ob labores subeundos expostularent: cum nullam ipsa ob rem luculentior in cœlo receperit mercedem quam ob eos quos in mundo perpessa fuit labores; et, si ullam ob causam in terram redire vellet, non ob aliam id factura esset quam ut amplius pateretur. Mox vero ipse subnectit: «Cuidam b non abhinc multo tempore maxima eam in gloria et candidissima luce nescio unde promicante (nam id non videbat) circumfusam videnti ait: Cœlites simul et mortales amore et puritate debemus esse uni: illi quidem divinam conspicientes Essentiam, hi vero Sanctissimum adorantes Sacramentum; erga quod vos ita gerere debetis uti nos erga Essentiam: nos quidem fruendo, vos vero patiando; in hoc namque discrepamus: quo vero plura tuleritis, eo pluribus potiemi. Hoc filiabus meis enarra.» Ejus cui hæc visio obtigit, insculptum memoriæ mansit: «Sacramentum et labores.» Cum e vita Teresia concederet, nonnullis insidebat opinio labores et celeritatem itineris quo Burgis Albam rediit, mortem illi attulisse. Verum a morte Excalceato cuidam monacho sese gloriosam exhibens: «Nemo, inquit, aliam mortis meæ esse putet occasionem quam amoris divini impetum, qui adeo mihi potenter incidit ut eum natura mortalis ferendo non esset c.»

E

Catharina a
Jesu.

22 Tertio libro, cum de Veasensis domus fundatione ageremus, multa de duabus illis germanis, ejusdem fundatricibus, quæque eidem deinde se ambas devoverunt, diximus: quarum natu grandior Catharina a Jesu, illustri sanctitate monacha, ejusdem domus moderatrix cum esset, sanctissime demortua est. Hæc, cum morbida in lecto jaceret, postridie quam Mater de vita migrasset, duæ tresve de adstantibus monialibus, clam inter sese collocuturæ, inde se subduxere. Quibus illa dixit non esse cur secederent: si enim de Matre Teresia secreta esset communicatio, hanc se jam novisse. His illæ auditis, accessere rogantes quid rei esset. Tum illa respondit Matrem pridie obiisse et sibi apparuisse. Eidem et alias postea apparuit; et cum illa metueret, nec ad Matrem accedere propius auderet, dum vereretur ne forte vera non esset apparitio, Teresia ipsam confirmans ait: «Laudo equidem quod in credendo non sis facilis; malo enim hisce in monasteriis pluris fiant solidarum virtutum studia quam visiones et revelationes: verumtamen ut videas visionem hanc falsam non esse, accede.» Quo dicto, latens quoddam sub altero ubere ulcus vel vulnus, quod nulla chirurgorum curare potuerat ars, manu tetigit, nec non manuum alteram, in qua deformem quamdam, rotundam nigramque, quæ nulla tolli poterat industria, maculam habebat. Ut ergo Mater evanuit, Catharina et abscissionem et manus fœditatem ablatam vidit: quæ curatio magnam omnibus qui ipsam antea viderant morbidam et postea sospitem compererunt, admirationem movit.

F

Catharina a
Conceptione.

23 Jam annus a Teresie obitu effluxerat, cum Albana quædam monacha, cui Catharina a Conceptione nomen, insignis caritatis officiis et pietatis studiis, morti propinqua decumbebat. Cum ergo reliquæ

AUCTORE
RIBERA.

reliquæ in Matutinis precibus essent, earum uni in recollectione mentis visa est suo sancta Mater sepulcro egredi, insignem manu una ferens crucem tornatilem, alia vero monacham quam illa non noverat, ducens: ambarum porro facies rutilabant. Inde Matre cubiculum ingressa in quo ægra decumbebat, benedictionemque impertiente, ipsa non multo post animam reddidit. Optaverat imprimis Teresia ut Beatrix Ovalia, Joannæ de Abumada sororis ejus filia *d*, in Excalceatarum se cœtum daret; sed hactenus huc ipsa animam adjungere non potuerat: donec per somnium materteram defunctam videre se putavit in loculo in quo sepulta fuit, medio erectam corpore seque amabili-
ter invitantem, jamque proximam benigne, uti vivens assueverat, alloquentem. Inter alia porro hæc ab illa audire sibi visa est: « Quamdiu tandem » a vita monastica profitenda abhorrebis? » Tum Beatrix jam hoc sese agitare respondit ac brevi se monialem fore. Et vere jam de re hac egerat; non tamen eam adeo celeriter nec ante exequi statuerat quam id illi Deus desiderium inspirasset securita-
temque dedisset fore ut bene sibi in Religione esset: unde etiam Teresiæ ait multum hac se angere cogitatione ac metuere ne forte male sibi res succederet. Respondit Mater id non esse metuendum; certissime enim bene illi fore: quare firmiter de-
mum statueret propositum exequi. Inhibuit insuper ne cum ullo hac de re nisi cum viro quodam pio quem ipsa consulere solebat, communicaret. Atque ita somnium desiit; tametsi non una hæc Beatrici ratio fuit.

Beatrici de
Ovalla

24 Equidem hoc non magni facerem nec hic commemorassem, nisi magni qui secuti sunt effectus credere me compulissent esse quid somnio majus; uti et alios compulere, quibus perspectum erat quam alieno animo a religiosa vita Beatrix esset. Immutata igitur est, atque in id quod ante exhorruerat, penitus propendens, ad ipsum quem ita metuebat locum toto anhelavit studio; in quo is quem consulere permissa est, maximo illi fuit adju-
mento: atque adeo intra paucos dies monasterio sese addixit; in quo semper quieta vixit, unum hoc dolens quod citius se ei non dedicasset. Quædam de monialibus, hoc impletum videre percupida, cum in sermone quædam inaudisset ob quæ minus illi ad exitum deducendum videbatur, ad beatæ Matris sese conferens tumbam, instanter
hocce ei negotium commendavit. Ubi vero ad quietem se nocturnam composuit, Matrem eo vestitu quo uti vivens solebat, atque ore renidenti conspexit, ab eaque petiit: « Illanc, Mater, pro qua te » deprecata sum, nostro nomen dabit Ordini? » Cui cum illa annuisset capite, illico disparuit. Monachæ vero huic penitus insedit rem pro voluntate perfectum iri; et sane paucis post diebus Beatrix Instituto accessit.

et moniali ad
Ordinis

25 Quod modo subnecto, recentius est et certissimum, etsi studio nomen occultem. Excalceata quædam cum mœreret quod se non adeo integre ac oportebat Domino crederet famulari, quadam die, dum maxime affligebatur, ei magna mentis recol-
lectio incidit cum perfecta suiipsius cognitione et timore quodam pace et amore pleno; et quamquam oblectari conabatur (quod esset in loco in quo ab aliis poterat notari), in mentis rapta est excessum, tam immensa repleta dulcedine ut par ulla dari illi in mundo non posse videretur. Splendida se luce vidit circumfusam, atque in illius medio Matrem Teresiam velut florido quodam in circulo conspi-
enam; quæ manibus librum apertum in sinu reclina-
tum tenebat, cujus characteres auro erant pul-

chriores, dicens: « Lege, filia. » Ipsa vero pudore suffusa oculos attollere non audebat ad legendum. Tum Teresia, velut subridens, manum extensam illius oculis admovit. Quo tactu adeo introrsum est recreata, ut, cum sibi videretur cœcutire, caliginem ab iisdem amoveri putaret. Illico ergo caput attollens, scripturam legere potuit.

26 Erat autem scriptum in hæc verba: « Spon- » sus meus voluntatem tuam habet, ut eadem pro » sua voluntate utatur, semper tibi adversando. » Cui monialis: « Quomodo, Mater, mihi futuras » putem vires ad rem adeo ingentem perficiendam, » cum etiam in minimis adeo me videam imbecil- » lem? » Tum Teresia: « Cum minus cogitaris, has » ipse tibi dabit, et parva tolerando ad majora » superanda paulatim colligitur robur. » Petiit deinde rursus monacha: « Qua Domino meo ra- » tione placebo, Mater? Iter quod insisto, an ne » rectum? » Respondit Teresia: « Non per iter » quod ipsa cupis: singularitatem fuge, teque ab » eo qui tuæ director est animæ, gubernari sine; » ac bene feceris. » Eadem ipsam monialis alio tempore maximo amictam lumine conspexit, forma quam augustissima: quando etiam magna quadam cum potestate auctoritateque hostem tartareum, huic religiosæ nocere satagentem, fugavit, aliquam in hac illi esse partem negans; ipsam vero ad se invitans, animum illi addidit, ad majus animæ bonum id illi accidere spondens, quæque facienda essent ut pax et animorum conformitas in monasterio augeretur, illi præscribens. Simul eventum qui in domo illa erat futurus, quique postea reapse accidit, aperuit. Alii moniali in specie gloriosa visa est, cingulo multis pyropis fulgido accincta. Quam speciem religiosa illa demirata, et quid gemmata illa zona designaret, percontata, hanc illi ob ardentem illum quo semper animas zelata est zelum datam audiit.

27 Non deerunt, credo, qui ex me quærent cur iis adjungenda sit fides quæ hoc sum capite prosecutus; cum nonnisi e privatis hominibus hæc sciri queant, quibus forte, ob peculiarem ipsorum erga Matrem affectum, hæc imaginatione dumtaxat ita videri potuerint. Quibus ut respondeam, suadeo ut non plura horum credant quam velint, cum ulterius eos nec velim nec queam compellere. Verumtamen, si, omni sinistro exuto affectu, rationes quæ hæc credere suadeant, perpendere voluerint, forte resipiscent et alia sentient. Hanc ob causam legant rogo quæ de hoc argumento ad tertii libri finem scripta sunt. Atque rursus hanc velim rationem expendant quæ permagni apud me est ponderis, cum indubitatum sit esse veras visiones aliquibus particularibus factas, ecquæ ut tales habendæ sint potius quam quæ ad eximio alicui Dei famulo vita functo auctoritatem conciliandam spectant; cum hanc parare cacodæmon non soleat, sed omnem contra, si fieri posset, eorum auctoritatem imminueret ac nomen inobscuraret, ut hoc pacto et divinæ gloriæ incrementum et animarum emolumentum impediret. Si vero ea ratio quam ad illis non credendum adferunt (non esse nimirum privatis testibus, quique affectu quodam decipi potuere, fidem adhibendam), alicujus sit momenti, dicam equidem infinitis aliis id genus rebus, quarum omnes historiæ Sanctorum tum novæ tum veteres plenæ sunt, fidem denegandam videri.

28 Refert Gregorius magnus conspectam a S. Benedicto sororis Scholasticæ animam columbæ specie in cœlos evolantem (lib. II Dial., cap. xxxiv); ac visam eidem Germani episcopi Capuani animam eodem abeuntem (Ibid. cap. xxxv). Potuit haud-

in afflictione
versanti

E

hisque appari-
tionibus

E

fidem denegandam non
esse

dubie

A dubie Benedictus, etsi vitæ sanctitate illustris, quam in visione decipi; at nefas fuerit eum in his quæ ad sanctis illis animabus nomen auctoritatemque parandam spectabant, deceptum affirmare. Idipsum et de aliis sanctimoniam illo inferioribus dicemus. Scribit idem S. Doctor duobus monachis viam quamdam fulgidam visam esse, inde a S. Benedicti cella in cœlos usque tendentem, illisque dictum fuisse hac Beati illius Patriarchæ animam in cœlorum habitacula penetrasse (Ibid. cap. XXXVII). Ex quibus autem id sciri potuit nisi ex his ipsis religiosis, qui suum in Patrem intimo quodam studio ferebantur? Vel quis dixerit privato eos affectu et imaginatione ad hoc credendum ductos fuisse? S. Bonaventura in S. Francisci Vita (cap. XIV) prodidit hujus recenter defuncti animam, stellæ cujusdam in candida nube transparentis specie, a quodam sodalium illius in cœlos abeuntem visam esse. Alii etiam monacho ægrotanti eundem tradit conspectum Franciscum ad Cœlites properantem; qui, dum ut se præstolaretur rogat, vita excessit et una cum ipso eodem evolavit. Addit eadem hunc nocte apparuisse episcopo Assisiati, significasseque in cœlos jam se abire gloria donandum.

utendit.

B 29 Non inferiora de S. Dominico tradidit S. Antoninus; et aliquot singillatim Prædicatorii Ordinis Fratres gloriosi hujus viri animam corpore egressam ad paradisi gaudia rapi vidisse. Similia de S. Thomæ Aquinatis anima idemmet refert: quem conspectum esse a plurimis testatur, atque imprimis ab Alberto quodam, cui una cum S. Augustino apparuit; huic item fuisse revelatum pari ambos donatos in cœlo gloria. Idem auctor est Franciscum se discipulo suo Rufino, jamjam e vita emigraturo, spectandum dedisse: Bonaventura quoque sæpius eundem variis post mortem asserit apparuisse, tam viris quam fœminis. Cyrillus Hierosolymitanus, in ea quam ad S. Augustinum scripsit S. Hieronymi Vita, aliquoties hunc se variis exhibuisse a morte gloriosum scribit. S. Martinum tradidit Sulpicius Severus visum esse gloria illustrem in cœlum ferri, et auditos in ejus funere cantantes Angelos. S. Paulinus Nolanus episcopus in Vita S. Ambrosii, quam ad S. Augustinum misit, a plurimis ait pueris nuper sacro fonte tinctis illius animam visam, ab aliis quidem sua in cathedra consistentem, ab aliis cœlos conscendentem. Deinde narrat quomodo sæpius idem præsul privatis quibusdam apparuerit, e quibus id ipse acceperit. In re porro adeo manifesta pluribus me nolo extendere: hoc unum addam, nihil dari posse quod sit manifestum illi qui pertinaciter nihil omnino credere in animum inducit. Hæc aliæque his similia, quæ in authenticis Sanctorum historiis occurrunt plurima, nonnisi a privatis quibusdam visa sunt, e quibus eadem postea ab aliis cognita sunt: nullus tamen vir sapiens dicet ob privatum illorum affectum dumtaxat ita illis hæc visa fuisse. Id quoque nostra ætate videmus contingere: uti in rebus gestis sancti Fratris Ludovici Bertrandi, quas Vincentius Justinianus ex Ordine Prædicatorum scripto prodidit, legere est; nec non in Vita sancti Fratris Petri Nicolai, quam Christophorus Moreno, Franciscanorum in Valentina provincia præpositus, litteris mandavit: in quibus similium incidit visionum mentio, quæ singularibus hominibus oblatæ sunt; in Vita quidem Ludovici Bertrandi cap. XX et XXI, et in Vita Petri Nicolai cap. I, LI et LII.

ANNOTATA.

a Pluries de hoc Sancto brachio sermo fuit in

Comm. prævio, v. g. num. 1041, 1118, 1457, etc.

b Etsi ex verbis hic a Ribera allegatis discerni nequeat virone an fœminæ hac apparitio facta sit, affirmat tamen Yepesius (lib. III, cap. XXXIX) eam factam fuisse Carmelitæ cuidam Excalceato: unde mihi satis probabile apparet hunc ipsum esse a quo ea descripta est.

c Vide quæ de hac re disseruimus in Comm. prævio, num. 1017 et seqq.

d De Beatrice Ovallia egimus num. 51 Comm. prævio.

e De Sanctorum Vitæ et Historiis hoc loco citatis consule Annotata nostra ad capita I et II libri I.

AUCTORE
RIBERA.

D

CAPUT III.

Miracula per corporis S. Teresie Reliquias et pannos sanguine ejus tinctos.

P plurima hactenus operatus est atque quotidie operatur omnigena miracula Altissimus, quod honorare suam velit ancillam, quæ tantopere illum honoravit ac tam fideliter illi semper est obsecuta. Minoribus prætermittis, luculentiora solum depromam quæque magis videntur miracula dici posse: in quorum commemoratione ut certo procedam ordine, ad quatuor eadem visum est capita revocare. In primum referam illa quæ per ea quæ ad corpus ejus spectant (qualia sunt corpus ipsum, manus, sanguis) facta sunt; secundo complectar quæ vestium illius tactu contigerunt; tertio includam quæ imagine ejus sunt effecta; quarto denique ea continebuntur quæ ad ipsius invocationem, nulla alia accedente re, patrata sunt: etsi aliorum quoque plurima vel prope omnia ad illius invocationem sit patrare Altissimus dignatus, hic tamen dumtaxat ea intelligo quæ per solum orationis adminiculum evenere. Non est necesse ea hic denuo repetere quæ per corporis ejus nondum terræ mandati opem facta sunt; cum de illis facta sit mentio postremo libri in capite, quo et mortem ejus et sepulturam pluribus sum prosecutus: quocirca ea tantummodo hic proferam quæ per jam sepultum prodigia patrare Deus est dignatus.

31 P. Baeza Minorita Albanus aurem habebat e qua tam viscosus promanabat humor ut auditus sensum læderet. Hic cum post Vesperas ad Excalceatarum domum abisset et sacrum Teresie brachium auri magna cum fiducia admovisset, eodem ipso die ab utroque se malo liberatum percepit. Quod cum haud ita multo post aliis ipse referret, institit ut in signatas testimonio tabulas ut manifestissimum prodigium referretur. Franciscus Gomez, faber lignarius Albanus, sesquimensis et amplius ita ex oculis laborarat ut nihil omnino agere posset; et adeo non malum medici malagmatibus abstulerant ut etiam adauxissent. Unius præsertim tormentum adeo erat vehemens ut jam non dolor, sed furor (ut ipse aiebat) videretur. Interca ad Excalceatas excurrit, et ad januam supplex rogavit ut sese Deo per preces commendarent et de reliquiis Matris Teresie sibi aliquid largirentur. Cui ostiaria suasit ut in templum illico se conferret, ubi tum beatæ Matris brachium spectandum dabatur, peteretque id suo capiti et oculis admoveri. Quod dum fiebat, eodem instanti, ut ipse nunc confitetur, minui cœpit dolor, et exinde quotidie magis et magis decrescere; ut quinque post dies ad

CAP. V.
Sanationes
non paucæ
E

F
Alba per
Sanctæ brachium.

AUCTORE
RIBERA.

A

opus abierit omni dolore liber, nullo alio adhibito remedio. Quique ante verebatur ne oculorum aciem penitus amitteret, per Teresiae se merita jam oculos ait perspicacissimos et acutissimos natum esse.

atque Ulyssi-
pone

32 Ulyssiponensis Excalceata novitia omni prorsus olfactus sensu toto vitae tempore caruerat, nec sciebat quid suaveolentia et maleolentia esset. Quadam die Maria a S. Josepho praeposita coram omnibus monialibus produxit Teresiae manum, quam Ulyssipone esse commemoravimus. Tam suavis inde prorupit fragrantia ut omnium corda tenerius afficerentur et nulla non singularem quamdam suavitatis novitatem in animo perciperet Deumque collaudare inciperet. Dolens novitia se frustrari beneficio quo sodales reliquae potiebantur, sanctam illam manum naribus admovit, dicens: « Non ante hinc manum tuam amovebo, Mater, » quam id olfaciam quod reliquae, ut una cum » ipsis Deum deprædicem. » Tum dicere adstantibus cepit fumum calidum per nares sibi ascendere, quo eadem aperirentur; ac manus odorem percepit atque olfactum recuperavit. Ad cuius rei periculum faciendum varia illi odoramentorum genera allata; quæ singula potuit discernere, et hunc bonum, illum foetidum dicere: nec umquam postea hoc est sensu destituta. Eidem jam professæ, nocte quadam, monialibus omnibus dormitantibus, tam insolitum symptoma incidit ut seipsam discerneret; adeo ut quatuor eam moniales omni conatu retinere non possent. Dicebat adhuc videri sibi ossa comminui et cor evelli. Diabolo porro hæc auctore fieri omnium erat opinio, quod nihil unquam simile passa esset. Omnibus ergo monialibus metu percussis et morientibus, allata beatæ Matris est manus et illi applicata: quam ut contigit, confestim ita liberata est ac si nullum esset unquam malum passa.

B

per manum
ejus

a

33 Principis Cardinalis a jussu religiosæ aliquot Belgicae, quæ variis inter hæreticos exagitatae erant modis, tandem apud Excalceatas Ulyssipone diverterunt quoad de commodiori illis esset tecto prospectum. Inter has erat una, natione Castellana, nomine Catharina a S. Spiritu, filia Ludovici Carrillo, et Cardinalis Granvellani b a parte materna consanguinea. Hæc ab annis viginti eoque amplius perpetuo stomachi dolore torquebatur, ut vix quidquam comederet nihilque ciborum stomachus ferret; cujus et moniales reliquæ et quotidiana corporis infirmitas reddebant testimonium. Ergo allata Matris Teresiae manus pectorique applicata est, ipsa interim tam intensum patiente dolorem ut vix par esset ferendo: verum hic mox omnino evanuit, nec umquam rediit. Ut vero divinum omnes agnoscerent beneficium, cæteris inspectantibus, illos comedit cibos quos ante neutiquam stomachum ferre solere norant, qui jam nullum ei damnum adferebant.

suaveolentiam.

c

34 Hæc vero manus suavissimum spirat odorem, at non semper æque intensum, modo minorem modo majorem, pro festivitatum discrimine: cujus rei esse testes domesticæ possunt. Imo vero cum aliquod patratura prodigium est, esse longe solet odor vehementior et suavior. In qua et hoc prodigiosum observatum est, quod, cum odoriferum aliquid illi applicatur, ipsum confestim omni suo privetur odore. Cuius rei facta periclitatio, præsentem Alphonso Coloma, Inquisitore Ulyssiponensi c aliisque e familia Cardinalis principis proceribus. In cultri quippe cuspidem acceptum muscum, etsi odoris vehementissimi, quodque omnia quæ tangit, illico afficit, manui admotum sanctæ,

suum quamprimum odorem perdidit. Præposita D vero, ut quæ ingenii acumine valet, scire cupiens num occulta quadam causa muscum rebus mortuis applicitum odore suo privaretur, Celsitudinis suæ medicum consuluit. Naturaliter hic id posse fieri negavit; sed e contrario ea quæ redolent, quo odor conservetur, mortuorum sepulcris maleolentissimis indè solere. Hujus etiam rei facere periculum medicus ipse volens, chirothecas succino odorifero imbutas producens, manum sanctam iisdem inseruit; et ecce omnis illarum odor momento dispersit. Quin etiam postridie, cum ægotam quamdam invisisset, easdem chirothecas omni suo spoliatis nidore ostendit. Hoc porro periculum fieri modo nequit, quod argento manus inducta sit et non nisi per cancellulos quosdam transpareat; per quos tamen eximius quidam odor exhalat.

35 Ulyssiponenses miro erga eandem studio E patrantur, feruntur; multique suis eam in necessitatibus viri conspiciunt exigunt. Ea ad duas matronas parturientes allata, facili ambæ negotio uterum posuere; et una quidem, ut postea grata commemoravit, sine ullo prorsus dolore. Eques Ulyssiponensis, zelotypia laborans, dæmone instigatore, uxorem nocte neci destinavit; per diem vero Excalceatarum domum adiens, præpositæ animi angorem et conceptum mente facinus aperuit. Rogavit illa virum nocte illa domum ne adiret, sed in Excalceatarum Patrum cœnobio pernoctaret, illorumque in omnibus consilio acquiesceret. Verum cum sibi bene monenti acquiescere et rancorem animi et destinatum scelus illum ponere nolle cerneret, Teresiae manum protulit; quam suo ille pectori dum applicat, pessima voluntas repente evanuit, et mens tranquillata ac serena mansit.

36 Isabella a S. Hieronymo, Hispalensis Excalceata, quæ deinde Ulyssipone vicariam egit, tali frequenter corripiebatur ægritudine ut unum corporis latus fœda languere paralyti videretur ac non nisi aliena manu in aliud converti latus posset. In festo S. Michaelis brachium adeo male affectum fuit ut nocte dieque tota queritabunda ipsum movere et triduo prope toto in lecto in aliud sese volveret latus non posset. Aderat iis forte diebus Hispali Hieronymus Gratianus, penes quem unus Teresiae digitus erat d. Hunc ipse eidem clam applicari jussit, ut tum morbida tum reliquæ domesticæ hunc Matris suæ esse digitum ignorarent. F Mox ergo ut ægriantis manus digitum sensit, eam ipsa facili negotio movit, obstupescens qua celeritate sancti hujus membri virtus suum per brachium occulte serperet. Quocirca cum per universum male affectum latus ipsum circumduxisset, ab omni malo curata etiamnum hodie sospes est, nec deinceps hoc illam symptoma occupavit, cum tamen quinquennium jam eoque amplius a redonata salute effluerit. F. Joannes de las Cuevas præsentatus, de quo. ante etiam actum e, Methymna cum pertransiret, Excalceatarum præpositam adiit, eique digiti beatæ Matris particulam, quam velut sacrum pignus circumgestabat, ostendit. Petiit illa sibi fieri ejus monialibus ostendendæ copiam: quas inter Joanna a S. Spiritu, in qua jam olim aliud patratum erat prodigium (ut sequenti dicam capite), cum eam prioris ægritudinis denuo fatigarent reliquæ, magna cum fiducia digitum sibi admovit et suæ redditæ salutis est.

Digitis quoque

d

F

e

37 Excalceatis e Carmelitibus quidam cum Albam venisset et acceptum beatæ Matris brachium oscularetur, pelliculam quamdam aridam in tuber elatam dente præmordit: quam chartæ impositam dum

et carnis ejus
particulis

A dum asservabat, ecce octo post dies eandem inspicere, a decida recentis sanguinis gutta ipsam, tametsi triplicatam, permaduisse comperit. Quo prodigio obstupefactus, hac charta ablata, aliam circumponit; quam etiam alia cruoris gutta imbuat. Hujus rei plures moniales sunt testes, et charta in perpetuum miraculi monumentum asservatur. Agnes a S. Alberto Excalceata cum biennio Caravacae lecto affixa decubisset, ut alienae ope manus in templum rei sacrae audiendae et sacrosancti convivii adeundi causa portaretur, ardens eam incessit cupido aliquid de carne beatæ Matris habendi; cujus sperabat adminiculo, viva concepta fiducia, sanitati se restituendam. Ex Albano ea petita monasterio cum nondum advenisset, forte Caravaca transiit de Excalceatis Patribus unus, qui de Matris digitis unum habebat. Hoc admoto, incredibiles illa septem diebus sensit cruciatus, quos primo die sudor et maxima membrorum secuta concussio. Post hebdomadam, ablatis et digito et frustillo carnis Alba transmissa, sospes lectulo surrexit; ac sine ullo jam impedimento incedit, gradusque aliarum instar ascendit et descendit. Per pannos etiam cruore Teresiano imbutos prodigia operari

B Deus est dignatus. Abhinc biennio matrona quædam Albæ illustri stirpe oriunda (quam et Teresia vivens magno semper amore coluerat, et quæ vicissim rebus illius magna cum fide plurimum tribuebat) alterius auris usum penitus amiserat, quam et continuus tinnitus perstrepebat: huc accedebat vehemens cephalalgia. Cum autem linteolo beatæ Matris cruore tincto aurem communiasset, et audire cepit et sospitatem est consecuta; atque a divino deprædicando beneficio, per ancillam ipsius Teresiam collato, numquam cessat.

C 38 Monacham Albanam maxima occupavit melancholia et cordis amaritudo, quæ aliquot illi adhæsit diebus: etsi vero ea intermitteret interdum, continuo tamen recurrebat. Jam medici suas admovent manus, sed frustra; donec tandem horum pannorum aliquo admoto prorsus convaleuit. Licentius Joannes de Medina civis Albanus colico dolore ita torquebatur ut de salute desperarent medici. Ergo illi linteolum simile applicatur: tum vero pelli dolor cepit, ac tandem penitus evanuit; cujus rei, ut et aliarum plerarumque, permulti sunt testes. Licentius Vallejo, ducis Albani consiliarius, filium biennem habebat adeo corpore imbecillum ut

C nulla vitæ spes superesset. Mæstus ergo pater, quod aliis careret liberis, Antonium de Zamora sacerdotem Albani cœnobii sacellanum advocat, ut, sacris Euangelii recitatis verbis, Deo ipsum commendaret. Tantisper ipse et mater templum adeunt, sacra Missarum audituri solemnia, ne filiolum emorientem videre cogerentur. Antonius itaque ut adfuit, linteolum illo sanguine imbutum super pueri caput imposuit; qui illico reviviscere visus, manum linteolo admovit gaudens et institit ut lecto tolleretur: quem renidentem accipiens nutrix in ulnas, ad patrem retulit. Antequam vero pater templum peteret, quendam filii vocem audiit; sed, dum alterius eam pueri esse vocem putat, pedem referre et respicere detrectat, ne, comperto alterius esse vagientis vocem, dolor increceret. Ingressa ergo nutrix sanum eum ac sospitem patri reddidit. Pannum vero puer ita mordicus manu continebat, ut, si quis eum tollere satageret, ploratu renitetur. Hujus rei plurimi Albæ sunt testes; neque enim multum temporis effluxit, et res in omnium gesta est oculis.

C 39 Isabella Hernandez Albana ex latere laborabat acerrime; cumque desperarent meliora medici,

Teresia a Jesu aliquid sibi reliquiarum illico petiit afferri. Allatus pannus e sanguine madefactus cum capiti esset admotus, habere meliuscule cepit; et febris illico desiit, præsentem eo qui linteum illi admoventem sacerdote. Ut ergo primum lecto surrexit, templum Excalceatarum petens, beatæ Matris brachium venerabunda salutatum abiit. Res hæc die festo Epiphaniæ anni MDLXXXVIII, multis inspecantibus, contigit. Alvari Bracamontii Albani triennem filiam dira cruciabat febris et vomitus sanguinis continuus. Cum nocte quadam ad extrema prope redacta esset, Antonius de Zamora sacerdos cruentum quod habebat linteum jussit afferri, et ipsum, parentibus aliisque plurimis præsentibus, capiti imposuit. Mox illa aperire oculos, adstantes affari, et de dolore suo queri desinere, et exinde rectissime, admirantibus omnibus, valere. Contigit hoc vii idus Martii MDLXXXVII.

C 40 Magdalena de Toledo, in cœnobio Albano monialis g, biduo eoque amplius febris acerrima laborabat; sed uno id genus linteolo collo obvoluto, extemplo eam febris reliquit. Quod jam narraturus sum, multo est recentius: nam ad hunc usque diem quo hæc scribo, vix mensis ab eo elapsus est. Anna a S. Trinitate Excalceata Salmantina incredibili laborabat, quali hactenus numquam (quod optima corporis esset valetudine), cordis dolore: adeo porro vehementer id ipsam malum torquebat ut prope deliquium animi pateretur, quod etiam invalescens febris inaugebat. Multa medicamenta nequiequam adhibebantur; donec tandem cordi applicitus est pannus sanguine Teresiæ tinctus: simul ipsa Dei ancillam rogavit ut sospitatem sibi a Domino posceret ipsoque cor suum replet. Post paulo quam pannus admoventi cepit, maxima ipsam invasit cordis angustia, ac sudor densus eodem prorupit loco; et ecce media vix elapsa fuit hora, cum omnis eam corporis deseruit dolor, nec post unquam rediit. Simul etiam interius divinam misericordiam, ancillæ ejus deprecatione, sensit. Hoc testari ipse possum, utpote probe conscius: ego enim auctor fui ut sacrum ei hoc malagma applicaretur.

C 41 Quod sequitur, mihi ipsi contigit. Cum amplius mensem acerrimus pedum me torqueret dolor, ut nonnisi paululum et summo cum cruciatu incedere possem, et quæ adhibere malo solebam remedia frustra jam essent, pridie festi SS. Apostolorum Simonis et Judæ ad vesperam ad sacras statui Matris Teresiæ reliquias, medicorum corporalium ope intermissa, confugere; tametsi, quantum e superiori conjicere tempore poteram, omissis illis remediis, vererem ne me maximis cruciatibus nocte illa ferendis exponerem. A quo ergo tempore hoc decrevi, ad hanc usque diem, pridie scilicet idus Maji anni MDLXXXIX, qua hæc eadem litteris mando, vehemens me pedum dolor non corripuit: quoties enim is denuo ingravesceret, arculam qua pauxillum carnis B. Matris inclusum erat, adibam; et tum is extemplo evanescebat. Postea vero adeo integris fui pedibus ut ab omni prorsus fuerim pœna liber, et quocumque necesse foret, haud segniter me conferrem. Biduo etiam cum ex crure laborarem et malo levando quolibet adhiberem remedia, quod id me graviter divexaret, tandem, arculam meam adiens, omni vacuus cruciatu mansi. Hæc exeunte Aprili anno hoc eodem fiebant. Et, cum quindenis post diebus me crus denuo fatigaret, ad idem recurrens perfugium, plane sospes evasi; nec eundem post sum dolorem, ad usque scilicet Julias ejusdem anni kalendas, quibus hæc typis excuduntur, expertus. Francisci Cardenas Albani civis

AUCTORE
RIBERA.

multa sunt
miracula
9

Narrat Ribera
quæ sibi ipsi
contigerint.

utrum pan-
tis

f
sanguine ejus
tincta

AUCTORE
RIBERA.

A civis jam duobus annis ita caput habat ut cranium interne putresceret, jamque mortuo quam vivo propior appareret. Adeo intensi ejus erant dolores ut diu noctuque querulus expostularet. Verum, cum panniculus oleo quod e sancto brachio promanat tinctus putrescenti esset calvariae admotus, et os quoddam palmari magnitudine cranio excidisset, dolor omnis illico evanuit nec postea hominem torset, et fieri plagæ melius cepit. Noxius vero humor ille a capite in brachia diffuens cum novum Francisco dolorem afferret, iisdem linteo eodem tactis, nullum deinceps vel in capite vel in brachiis sensit cruciatum.

ANNOTATA.

a Erat is Albertus Austriacus, Maximiliani II imperatoris filius, anno 1577 a Gregorio XIII in S. R. E. Cardinalium numerum cooptatus, anno 1583 a Philippo II Hispaniarum rege prorex Lusitanie creatus, dein factus Belgii gubernator, ac tandem per matrimonium, quod, abdicato cardinalatu (nam Sacris Ordinibus non fuerat initiatus), cum Isabella Clara Eugenia Philippi II filia inivit, Belgii ac Burgundiæ principatum adeptus. De cujus laudibus plura equidem, si longius hic a proposito digredi liceret, dicere possem: quas qui summam enarratas legere velit, adeat recognitum ab Oldoino opus Ciacconii de Vitis Romanorum Pontificum et S. R. E. Cardinalium (tom. IV, col. 51 et seqq.).

b Antonii Perrenot Cardinalis Granvelli clogium pariter vide apud Ciacconium (t. III, col. 925 et seqq.).

c Fuit is postea episcopus Barcinonensis ac dein Cordubensis.

d Ex iis quæ in Comm. prævio num. 1460 et seqq. disserui, non tam conjectari quam certo deduci potest digitum cujus ope patrata ea sanatio est, illum esse qui hodie Bruxellis asservatur et colitur.

e De eo Ribera egit lib. III, num. 62, et nos in Comm. prævio num. 879, 911, 916 et 918. Principi Cardinali Alberto Lusitaniam administranti a Sacris Confessionibus fuit: inde vero promotus est anno 1596 ad episcopatum Abulensem, obiitque in oppido Oropesa anno 1598; ut notat Egidius Gonzalez Davila in Theatro Ecclesiastico Hispaniæ (tom. II, pag. 307 et 308).

f Idem miraculum narrat Yepesius (lib. IV, cap. IV), additque eundem puerum, anno ætatis suæ quinto, mane festi Corporis Christi, febri correptum, simul ac fronti suæ applicitus et ori pie admotus fuisset pannus oleo Teresiani corporis tinctus, integram valetudinem recuperasse.

g Vide supra, lib. I, num. 87, qui hæc monialis oculorum usum recuperavit per crucem illam prodigiosam quam Joanna de Ahumada a sorore sua S. Teresia acceperat.

CAPUT IV.

Miracula per vestes S. Teresiæ.

CAP. VI.
Dolores mor-
bique varii

P er vestium sanctæ hujus Matris frustilla patrata miracula non pauciora sunt numero nec pondere inferiora; quia hæc et pluribus sunt et plura per loca communicata. Monialis Albana inflammatum habebat hepar, ut putrescentia ejiceret phlegmata; os quoque tanto calore succensum ut die nocteque assiduo frigida in os accepta caloris æstum leniret;

putabatque non sibi os modo, verum etiam fauces D et interanea aduri. Incassum jam tentarat medicos, et diuturnum id malum erat. Sed cum paucillum e manica B. Matris gutturi apposuisset, minui paulatim cepit incendium, post vero etiam penitus restinctum, nec reversum. Eadem deinde graviter adeo ex capite cum laboraret, ut, vix sustinere valens corpus, in terram proruere videretur, interdum etiam sensuum usum præ doloris rabie amitteret, alium admovit pannum, et omnis prorsus ab ea evanuit dolor. Alia monialis cum os verbere percussisset, unde et ipsum et maxillæ confestim intumescere et acerrimus dentes dolor divexavit, frustillo pallii beatæ Matris applicito, expers doloris mansit.

43 Fuit quæ ex stomacho aliisque infirmitatibus adeo pertinaciter laborabat ut omnes dapes ingestas ad dies aliquot egereret, sæpe etiam triduo nihil penitus degustaret. Accedebat ad mali gravitatem quod festis potissimum diebus hoc ipsam malum invadebat, ut Sacrae ideo Communionis sumptione abstinere cogeretur: imo vero postremis duabus vicibus adeo vehemens id fuit ut, cum de vita actum crederet, ad æternitatis momentum se per Confessionem disponere cuperet. Ut vero fasciam E aliquam quam Teresia gestarat, sibi accinxit, ægritudo statim imminui cepit. Cum primum hoc intellexi, triennium jam effluxerat ex quo nullam ipsa senserat in stomacho ægritudinem; tametsi a nocituris minime sibi cavisset, quin potius morbum, noxia usurpando, provocasset. Aliam uber hebdomada tota ita afflixit ut vereretur ne a cancro exederetur; quod ipsum jam ocelluisset et ad brachia usque radios transmitteret. Sed, postquam aliquod e pallio Teresiano frustum applicuisset, et callus et dolor abiit, nec subinde rediit. Ophthalmia aliam quamdam lancinabat, ita quidem acriter ut alter oculorum aliquando ei capite videretur eximi. Cui applicita e reculis beatæ Matris quapiam, malum pelli quamprimum cepit. Et id quidem frequens fuit: hinc aliquoties illam ultro adhibere oculo noluit, ut hoc pacto aliquid patiendi meritorum suorum segetem adaugeret: jam enim usu noverat, cum quid rerum Teresiæ adhiberet, malum amovendum.

44 Cephalalgia acris aliam conflictabat sic ut legere in libro nihil pium posset (erat quippe hora lectioni spirituali destinata). Cum ergo fatigata in serinium in quo Teresiæ vestes asservabantur, caput reclinaret, dolor ipsum quamprimum reliquit. Tanta autem serinio prodibat fragrantia ut facile intelligeret se illius contactu a pœna liberatam. Sacerdos Albanus Oviedo nomine a pustulis infestabatur adeo ut sensuum esset impos. Sed linteo quo sacrum Teresiæ corpus fuerat involutum, illi superposito, protinus sibi redditus est, perinde ac si profundo emersisset somno; et exinde nullum languorem est expertus. Joanna Pacheco de Mendoza, comitis de la Puebla de Montalvan filia et Alphonsi Bracamontii dynastiæ de Peñaranda conjux, graviter annum amplius e faucibus laborarat; et per intervalla dolor incresebat. Incassum levamenta medica adhibita erant, sanguinis facta immutatio frequens, unguina denique varia. Cognito vero apud Mancenses Excalceatos quoddam Matris Teresiæ asservari indusium, ipsum ad se deferri jussit; allatum gutturi admovit, nec nisi quindenis evolutis diebus abstulit. A primo vero quo id adhibitum momento mitigari cruciatus cepit, et e doloribus quibus obnoxia erat, nullos postea persensit. Rei hujus tabulæ in ipso oppido Peñaranda a Michaele Perez scriba publico pridie idus Martii anno

per vestimenta
TeresianaAlba et circa
Albam

F

A anno MDLXXXVII confectae sunt; ac tum hoc quod dixi miraculum Joanna jurata asseruit.

depluntur.

45 Bernardina de Toledo in Albano monasterio monacha, ardenti aestuans febris, cum laneam subuculam albam quam beata Mater vivens gestarat, induisset, illico sudare coepit; ac confestim febris cessavit, et, mirantibus medicis monialibusque omnibus, nihil minus opinantibus, sospitatem est consecuta. Major Mexia, ejusdem coenobii monialis, podagra et ischiade iners erat et graviter torquebatur. Malagma crocatum applicuerunt medici; sed, cum post semihoram dolor inde ingravesceret, ipsum tollere conati, minime potuerunt. Induitur itaque scapulari beatæ Matris: et ecce e vestigio dolores minuti, et ita densus sudor corpore coepit effluere ut mutanda fuerint lintea; denique commodè emplastrum dimoveri potuit. Eadem de qua supra Bernardina de Toledo cum morbo e quo decessit, decumberet, tam gravis eam oppressit sopor ut excitari eodem nisi admotis stimulis doloribusque inflictis non potuerit: ubi vero evigilabat, sensuum omnium erat impos. Angebat monachas, hoc eam in articulo unde dependeret aeternitas, eo impotentiae redactam esse atque ita expirare. Accedens deinde Major Mexia, ejusdem loci religiosa, quamdam Teresiae vittam aegrienti dum applicat, expergefata est et sensibus restituta; quorum etiam ad mortem usque compos fuit. Quae omnia universae loci ejus sorores etiam hodie testantur. Joannem Ovalium Albæ commorantem quadam die morbus torquebat articularis: hinc uxorem Joannam de Ahumada aliquid reliquiarum Teresiae jubet afferre. Verum dum pedem exierit, ut ei reliquiae adhiberentur loco qui maxime eum fatigabat, toto coepit corpore contremiscere, et tremore quidem novo, non quali vulgo homines concuti consuevere. Ergo ut propius advertit et parum censet decens fore pedibus venerandum illud pignus applicare, capitique demum adjungit, tremor omnis primo minui, deinde penitus coepit evanescere, uti et podagrici dolores; quibus quiescentibus, quievit et ipse ac placido somno obdormivit. Hoc idibus Januarii anni MDLXXXVII factum cum esset, sequentis anni mense Junio ex illius ore accepi non amplius podagra exinde eum laborasse.

Methymnae Campi

46 Anno vero MDLXXXVI kalendis Januarii illustre et insigne, ad ancillae suae intercessionem, operari voluit Altissimum prodigium a. Inter Excalceatas Methymnenses novitia agebat, Joanna a S. Spiritu cognomine, quam prope sesquiannum continua exagitarat febris. Accesserant ad hanc ultimo semianno et aliae aegritudines graviores: paralysis nempe, quam ischiadica pepererat arthritis, nec non membrorum omnium languor, ut nec lancem manu gestare nec loco se movere posset, nisi duabus a monialibus suffulta. Cordis quoque deliquium illi prope quotidianum erat. Cum vero vehementius dolorum aestu opprimeretur, saepe rerum beatæ Matris aliquid sibi præberi poscebat; sed infirmarum id curatrix adferre negligebat. Tandem diei Circumcisionis tertia post meridiem hora, aliqua fasciae Teresianae portione illi admota, ita intenderunt dolores ut jamjam animam efflaturam se crederet. Hanc igitur cum auferri post paulo jussisset, quod ferendo dolori impar esset, alia eam monialis adhortata: «Eia, inquit, soror, a fidem concipe et exurgere conitere.» Vestita siquidem erat; quod eo die ad sacram esset Communionis mensam deducta. Vix verba finierat, cum manum aegrienti porrigens, erigere ipsam tentat. Ergo solo sese tenens, viresque sibi eundi redditas

sentiens, sola per incommodos satis gradus descendit, praefectam evocans et tenero pietatis fletu sodales omnes ad Deo Opt. Max. ejusque ancillae Teresiae gratias persolvendas invitans, quod omnis jam esset infirmitatis expers. Mirabantur omnes, viso prodigio, somnii fabulam se audire ratae. Caeterum ipsa nulla exinde febris, nullo animi tentata deliquio est; et nullius nixa adminiculo, quocumque collibitum erat, sese conferebat. Octo post mensibus Methymnam ipse pertransiens, quo rei hujus redderet certior, Joannam conveni: a qua ea quae ante sunt de reddita sanitate narrata, praesens accepi; eamque bene valere comperi.

AUCTORE RIBERA.

D

47 Eadem in domo Mariam a Conceptione novitiam semitertiana febris conficiebat, adeo quidem pertinax ut medicus, tentatis nequicquam omnibus artis suae solatiis, nisi de caelo sospitatem consequeretur, ullam de vita spem negaret superesse. Illius tamen suasa cum alvum purgasset, in deterius prolapsa est et continua aestuare febris coepit; adeo ut aestuans tertianae paroxysmus alter alterum continuo successu maximis cum angoribus exciperet. Hoc se in statu cum Maria cerneret, de rebus beatæ Matris aliquid sibi petiit afferri. Allatum ergo frustillum manicæ ejus quam induta erat dum animam redderet. Ipsa hora qua id admotum (tum scilicet cum frigoris acredo accessura erat), ita omnis eam reliquit febris ac si ante non febricitasset; ut qui mane eam in extremo vitae reliquerat discrimine medicus, post meridiem, eam sospitem videns, perspicue miraculum agnoverit, et in laudes proruperit ejus qui famulae suae patrocínio id esset operatus. Palentiae cuidam febrienti cum vitta beatæ Matris applicata esset, illico is habere coepit melius. Eadem vitta alium etiam graviter aegrotantem valetudini restituit. In Palentina Excalceatarum domo beatæ Matris reliquiae duas a dolore dentium, aliam ab aurium liberarunt. Alia ejusdem Instituti monacha tam vehementer ex oculis laborabat ut quietem capere non posset. Lacinia aliqua e vestibulis sacris applicita, dolor desiit, nec postea rediit.

ac Palentia

E

48 Fuit quam decem prope annis humerus et brachium ita affligebant ut nullos hoc in usus librare posset. Haec cum, sodalibus vestem a beata Matre olim gestatam adaptantibus, manicam ejusdem proxima nocte male affecto lateri applicuisset, postridie sibi reddita, periculumque factura num brachio uti posset, iisdem se pollere comperit viribus quibus ante; nec simile malum posthac secutum est. Excalceata Albana pedem in clavum induerat; qui dum e vulnere intumescit, advocatus chirurgus medicamenta malo sistendo, ne sursum proserperet, adhibet. Sed haec ipsa, absente infirmariae praefecta, cum abstulisset, insigni cum fiducia, sed non sine labore (quod maximo dolore torqueretur), in genua in lecto procumbit, atque haec ipsa secum: «Si fidem habeam, quid alia medicamenta praeter hanc requiro?» Extemplo igitur aliquem Teresiae pannum pedi applicat: tum tumor evanuit, et pedis rediit usus. Haec ipsa est quae olfactus destituta sensu, ipsum moriente Teresia, ut in loco narravi, recepit. Eodem in monasterio quadam a tribus quatuorve diebus ex humero laborabat et humanae opis medicamentis frustra usa fuerat; sed postquam Teresiae vestem induisset, cruciari desiit. Ibidem alia, uno antequam Mater vita decederet anno, tam ardenti se aestuare in visceribus sentiebat flamma ut ferreo quodam cingulo ardenti ac lato lumbos crederet ambiri. Jam defecerant humanae artis subsidia; quin etiam postquam ad superos jam Teresia abisset, gravius is ipsam ardor adussit:

similia contingunt prodigia;

F

AUCTORE
RIBERA.A
ait et in Can-
tabria

verum cum pallium ejusdem demortuae sibi superposuisset, sanitatem recuperavit.

49 Mense Junio anni MDLXXXVIII, cum de sociis nostris Salmantinis Martinus Gastiatigui Cantaber, in patriam abiturus, aliquas a me Matris Teresiae poposcisset reliquias, modicum de ejusdem pallio et tunica accepit, nec non linci quo brachium fuerat involutum panni. Ad suos cum pervenisset, in Manaria pago, medio ab oppido Durango lapide, rogatus fuit num quas penes se haberet reliquias. Eo namque loco Joannes de Goytia quartana abhinc triennio febris semitabidus laborarat, et eo tum redactus erat ut spem vitae medici abjecissent. Alias se negavit habere praeter eas quas dono acceperat, et quidem eas Teresiae esse, illiusque ut opem exposcerent, suadebat. His, cum febris accessus instaret, de collo languentis Joannis appensis, exinde febris non amplius correptus fuit, et sospitem illum Frater noster inde digrediens reliquit, atque optime erga beatam Matrem animatum. Ut primum in vulgus didita ea fama est, frequentes ad eum accessere aliquid sibi harum reliquiarum dari multis cum lacrymis et singulari pietatis sensu postulantes; atque ii potissimum qui ad scelestas sibi

B ipsis manus inferendas a cacodæmone instigabantur aut lemuribus infestabantur. Quorum ipse postulatis cum annuisset, quinque vel sex ad eum venire immensas pro impenso beneficio gratias agentes; atque hi quidem ab id genus se tentationibus, illi a spiritibus infestis se earum ope liberatos gratanter professi sunt. Hi porro spiritus puerorum vagientium exsugebant sanguinem, et variis eos infestabant modis; neque hos modo, verum etiam grandiores, qua poterant, exagitabant.

nonnullisque

50 Maria quoque de Galarraga, senatoris Durangensis uxor, ab eodem Martino instanti aliquid e lipsanis sanctae hujus contendit, quod conjux jam a medicis derelictus de vita desperaret. Firmiter sperare sese aiebat fore, cum aliis salutaria haec fuissent, etiam marito ut auxiliarentur. Praeter frustillum vestis sibi nihil reliquum esse Martinus dum diceret, quod sibi servare decrevisset, multis id ipsa cum lacrymis rogavit: quibus ille motus tandem, quidquid habebat, matronae impertiit. Tringinta vero post diebus cum Durangum Frater ille revertisset, haec in media illi occurrens platea, multis spectantibus, alta inclamat voce harum ope reliquiarum sanitati maritum redditum esse, et postridie ejus diei quo eas accepisset, et cibum sumere et loqui et melius habere, stupentibus medicis, coepisse, et quinto tandem post die penitus convaluisse: quem Martinus etiam sospitem conspexit. Quicumque eas tractant reliquias, suavem eas spirare odorem professi sunt; unde illae in ea regione ardentem ab omnibus expetuntur. Idem vero Martinus, instantibus precibus popularium suorum motus, pannum mihi dedit lineum, ut, ubi ad dies aliquot brachium Teresiae ei involutum fuisset, hunc illi in Cantabriam mitterem. Haec porro eo majori procurat studio quod in se etiam quam reliquiae haec potentes sint, expertus sit. Cum enim ad oculum usque maxillarum altera illi intumisset, tunicae se Teresianae particulam, quam Burgis acceperat, habere recordatus, sibi applicuit; et protinus gena detumuit. Ipse redux coram mihi narravit quidquid hic a me scripto mandatum est. Palentinum senatorem colicus tentabat dolor: quem frustra irritoque conatu cum depellere medicus nititur, de vestimento Teresiae pauxillum, quod ab Excalceatis acceperat, cum corpori admovisset, e vestigio sanus factus est. Albana monialis, e dentibus aegrotans, e pannis beatæ Matris aliquem appli-

cuit; sed cum ne sic quidem levamen sentiret, et D præ doloris vehementia quiescere non posset: « Vult fortasse, inquit, Mater nostra me quidquam » pati: quo dicto, pannum sustulit, et illico dens cum fragore disruptus et dolor pulsus est. Petri Rodríguez de S. Georgio uxor, eodem in oppido, triduo parturiens fœtum eniti non potuerat, etsi omni allaboratum esset ope et variae Sanctorum de collo ejus appensae reliquiae. Maritus igitur ab Excalceatis pannum beatæ Matris petiit excurrit; qui postquam puerperæ corpus tetigisset, fœtum illico effudit sospes sospitem.

51 Mariæ Lopez, Alphonsi Lopez conjugis, in oppido Petrahita dirus satis diu mamillam cancer adserat: ad humerum usque jam proserpens malum tam tetram abscissionem pepererat ut etiam hunc a cancro occupandum non inanis esset conjectura. Cassa erant omnia quæ adhibebantur medicamenta; quoad Teresianæ fasciæ pars membro male affecto admota, quam Albæ acceperat, omnem languorem dispulit. Eodem in oppido aliam pariendi difficultas ad extremum prope redegerat, quod, uno parto fœtu, adhuc alius utero lateret, quem, nequicquam tentatis omnibus, edere in lucem minime poterat. Sed cum eandem ei applicuissent fasciolam qua alteram fœminam, quæ ejus cognata erat, feliciter enixam diximus, sine ullo negotio prolem peperit, et bene valuit. In pago las Navas territorii Peñarandensis, Francisci Blasquezii uxorem sesquiannum prope totum manuum tenuerat torpor, ut nonnisi alieno ministerio cibum in os inferre posset. Sed cum novies ex intervallo Teresiae adisset sepulcrum, sospes ad suos rediit; et manuum nacta usum, numquam non id prodigium deprædicat. Anno MDLXXXVII Annam de Matanza, matronam pietatis studio nobilem et magnæ auctoritatis, Salmanticæ tam dirus tibiæ corripuerat dolor ut incedere non posset, verereturque ne amplius adire Sacrorum causa templa non posset nisi a bajulis delata. Sed e Teresiae pannis a monialibus acceptum aliquem cum tibiæ obvolvisset, protinus languor pulsus est, nec postea recurrit: quin potius, etsi ætate gravis, et pedibus et corpore toto jam valet. Has ipsamet dein reliquias Mariæ de Salaya pleuritide ad dies aliquot laboranti cum dedisset, etiam haec illarum adminiculo sospitem invenit. Easdem quoque cum licentiatu Guillenio, collegii ibidem a S. Emiliano cognominati alumno, qui a gravi morbo surgens varios toto corpore, et præsertim capite, brachiis et tibiis, languores contraxerat, concessisset, has ille gestando sanitatem quamprimum consecutus est. Haec de causa in grati animi signum Albam delatus, magna pietate Teresiae brachium salutatum venit.

52 In municipio Cayo, haud procul a Compostella, cum anno MDLXXXVIII mulieri fœtum exanimem aliquot diebus utero continenti Beatrix Bermudez de Castro (cujus in ditione ea versabatur) pauxillum de reliquiis B. Matris misisset, his utero impositis, vix semihora effluxit, cum facili partu non sine prodigio (erat enim extinctus) fœtum enixa est. Una de pedisequis Aloisii de la Cerda, odontalgia vexata, vittam beatæ Matris a domina sua poposcit. Sed hujus admotu dolor increvit usque eo ut vittam auferret. At cum aliquot post dies dolor idem recurreret, et majori sibi vittam tude adhiberet, momento is cessavit, nec rediit unquam. Joanni de Tapia apparitori primario Albano catarrhus diuturnus odoratus sensum sic occluserat ut nec bene nec grave olens quidpiam biennio continuo perciperet. Sed capiti dum obvolvitur linteolum quod Teresiae brachium tetigerat, quatuor

Hispania la-
vis.

A quatuor evolutis quibus ipsum gestavit diebus, allatum thymum ac pulegium, mirantibus domesticis omnibus, perbene olfecit; atque ex eo tempore quoslibet interstinguere odores potuit. Bartholomaei Martinezii filia Isabella, in pago cui patrio vocabulo nomen Naharros del Castillo, altero a Peñaranda lapide, vehementi aestuabat febris; sed ejusdem loci inquilina mulier, quæ linteum simile habebat, illi ab ejusdem Instituti sectatrice filia transmissum, ipsum aqua abluit: quam febricitanti potandam cum dedisset, hæc, subito evanescente febre, postridie in agrum ad opus abiit.

Dum hoc Ribera caput claudit,

53 Possem hic et alia minora referre, uti et quædam quæ mihi contigerunt; sed studio ea visum omittere, ne quælibet velut prodigiosa habere velle videar. Huic igitur capiti finem imponam commemoratione rei quam ex eo ipso cui facta est, accepi, et quam alii permulti ex illo, quod eam non illibenter narraret, audivere. Carmelitarum Excalceatorum prior quispiam ad cæteras quas de collo gestabat reliquias, etiam quasdam Teresiæ addidit. Huic quodam tempore sacras Altaris vestes induenti scrupulus est illapsus, quod aliis Sanctorum legitime ab Ecclesia invocari jussorum reliquias alterius nondum Sanctis adscriptæ permiscuisset. Sed cum ad easdem inde tollendas aliquatenus animus propenderet, aliunde allato repente nuntio distractus, ejus rei non amplius est recordatus. Exinde in altari versantem anxietas animi adeo premere cœpit ut eas quamprimum inde tollere voluisset. Hæc dum animo volutat, magnam intra se sentit reprehensionem, hinc quidem blandam, inde vero asperam. Audire namque videbatur improperantis vocem, ingrati animi eum insimulantem et indignum dicentem qui tam pretiosa lipsana custodiret. Inde vero tam teneras prorupit in lacrymas, tamque excellens erga hasce reliquias et sanctam ipsam affectus animo inortus, ut suum laud gravate cor aperuisset, quo easdem huic includeret. Unde eum in Teresiam consecutus est amorem ut numquam non de ejusdem sanctitate sermonem misceret inque miracula illius sedulo inquireret: quorum cum non pauca collegisset, hæc deinde mihi insigni cum affectu ac pietatis sensu exhibuit.

monialis Salmantina per subuculam Sanctis sanatur.

C 54 Huic jam capiti finem imposueram, cum iv nonas Maji anni MDXC, quo hæc prælo subjiciebantur, id quod modo commemoraturus sum, contigit; quod mihi religio fuit omittere, cum quod digna res sit memoratu, tum quod de ejus mihi veritate usquequaque constet, tum denique quod omnium hocce volumine traditarum sit nuperima. Anna a SS. Trinitate, de qua alias dixisse memini, Excalceata Salmantina, pleuritide laborabat; quæ, cum nonnihil se dolor remisisset, quinto post die tam vehementer recrudit ut denuo ei venam incidi jussisset medicus, quo de novo curatio adhiberetur. Interea dum quæritur phlebotomus, sed non invenitur, ipsa subuculam quam induta Teresia erat cum Extremæ Uctionis Sacramentum illi administraretur, capiti imponit. Mox toto sudor fluere cœpit corpore; qui quo erumpebat densior, eo febris et pleuritis decrescebat magis: tandem sudore, qui sesquihoram prope tenuit, cessante, cessavit et dolor. Quibus interveniens medicus ab omni eam febre liberam comperit, atque ab eo die eadem magno cum medici tum omnium præsentium stupore non recurrit.

ANNOTATUM.

a Refertur hoc miraculum in Actis canonizationis (num. 1157 et seqq. Comment. prævii); ubi plura

ejus adjuncta singulatim enucleantur et testes in ejus confirmationem adducuntur.

AUCTORE
RIBERA.
D

CAPUT V.

Miracula per imagines et epistolam S. Teresiæ, item ad ejus invocationem.

E Ferdinandus de Trejo Hispalensis, Dei virtutumque cultor impiger, hanc ipsam ob causam adeo pertinaciter a malignis spiritibus impetebatur ut etiam se visibiles exhiberent. Quadam die cum infestatio incretueret, quod ad multos jam dies molestiam continenter exhiberent nullamque quietem concederent, sculptam quamdam gloriosæ Deiparentis Mariæ imaginem, quam habebat, illis objecturus erat, hujus ad conspectum eos in fugam actum iri sperans; sed forte fortuna quamdam Teresiæ a Jesu effigiem inscius malignis spiritibus, quorum clamoribus obtundebatur, objectavit. Ad cujus primum intuitum tam repente vociferantes inde abacti sunt ac si violenter fustibus quis eos exegisset. Atque hoc ille pacto tam ab exterioribus illorum molestiis quam ab internis exagitationibus est liberatus; quam gratiam passim omnibus insigni cum gratitudine et devotione commemorat. Inde vero ita strenuus Teresiæ factus est cliens ut numquam ejus imaginem collo deponat. Cujus si uxor liberive aliquo vexentur malo, magna hanc illis fide superponit, illius ope sperans ipsos salute donandos.

CAP. VII.
Imaginibus
Teresiæ demonum terri-
cula

56 Excalceata quædam terribili, quæ multos jam dies tenuerat, afflictione vexabatur; cumque frustra omnia adhiberet remedia, et quid faceret, ignoraret, nocte quadam mœrore oppressa gravissimo, effigie quadam Teresiæ ad solatium suum ante se posita, eam fixis intuens oculis, oblectare se non aliter cœpit ac si præsens Teresia adstisset. Hæc dum fiunt, in animæ suæ intimo videre sibi visa est Teresiæ oculos Deo plenos; atque ipsam verbis charitatem spirantibus sibi persuadentem audire ut ad hanc se tribulationem Dei causa ferendam disponeret: quæ enim ipsam mæneret merces, ingentem adeo esse ut nullius queat hominis cogitatione comprehendere. Tam efficax porro muta hæc fuit exhortatio ut omnes quas in animo experiebatur tenebræ dispulsæ sint, tantaque eam quiete et gaudio compleverit ut haud obscuris patuerit indiciis supernaturalem quamdam, Teresia intercedente, gratiam illius in animum illapsam esse. Sacerdotem Palentinum, divini reverentem Numinis, qui Teresiam vivam coluerat, diebus aliquot tanta vexavit mentis angustia et scrupulus ut triduo Sacris celebrandis idcirco abstinuerit. Hanc ob causam Teresiæ sese commendavit; quæ illi sacras Horas recitanti apparuit, dicens: « Rectum insistis iter, fili mi; porro » perge, et in eodem progredere. » Tum ille pedibus ejus advolutus, ab eadem petiit benedici. Excepit Teresia: « Benedicat te Deus »; dataque ei sculpta quadam sui imagine, illico ex oculis evanuit. Tanta porro sacerdoti indita quies ut sacrificare potuerit: qui datam iconem magna asservans fide et veneratione, etiamnum hodie eam habet et omnibus enarrat ea quæ retulimus.

E

animumque mœ-
rores et scrupu-
li fugantur.

F

57 Religiosus (ut aliquoties ipsiusmet ex ore accepi) postridie ad populum in concione acturus, cum nullum quod arderet menti cogitatum occurreret,

Quædam ex
ejus epistolis

AUCTORE
RIBERA.

reret, nocte superiori ante beatæ Matris imaginem inambulabat : ad quam propius accedenti subito bonus utilisque de Evangelio diei occurrit conceptus, cujus occasione etiam multa ex aliis audivit, quique affatim materiæ exhortationi quam parabat, suggessit, et singularem auditoribus fructum attulit. Erant autem ea hujusmodi ut nunquam similia ipse vel legisset vel audisset vel cogitatione agitasset. Tam porro repente hæc illi indita ut facile colligeret donatum id esse, non præmeditando præceptum vel ab intellectu efformatum : qui quoties hac de re etiam postea cogitaret, permagni hanc inspirationem faciebat et nonnisi a beata Matre id sibi profectum haud obscure intelligebat. His simile addere possumus, quod non imaginis, sed epistolæ a beata Matre missæ adminiculo contigit. Quoniam vero ea cui hæc est gratia data, Deum timet fideque dignissima est, et ego, dum hæc scribo, quas ad præpositam Excalceatarum Palentinarum hujus rei testes litteras misit, asservo, integre rem hic commemorare potero; et est hæc sane certissima. Genovefa de Toledo, Clarissa Palentina, laborabat ex stomacho; cui salutare fore videbatur quasdam a Teresia a

B Jesu olim acceptas litteras sinui imponere. Has ergo produxit, suavissime redolentes (quem illa odorem non parum mirabatur, quod eo quo repositæ erant loco nulla res odorifera adesset), et in sinu gestavit. Post triduum lectulo cum surgeret, easdem quiete relegit, ut lectas in sacculo una cum aliis Reliquiis reponeret, nunquam eas quoad viveret a se depositura.

suavem spirat
odorem.

58 Inter relegendum autem quædam notavit quorum neminem a morte sua conscium volebat : hinc lineæ, in qua hæc exarata erant, eradere initium cepit. Dum autem eradit, angustia intra se cepit ac cogitare rectene id a se fieret; sed recta qua id faciebat intentione nixa, et nihil quare id omitteret esse censens, in oblitterando pergit, et aliam lineæ delet partem. Tum de novo inaugurari angor, et aliud sequi prodigium. Quem enim hactenus perceperat in epistola odorem, prorsus evanuit. Hanc deinde cum de Minorum Ordine Pater intervisisset, et de rebus beatæ Matris ortus inter eos esset sermo : « Negare, inquit, non potes, carissima, quin aliquam Matris Teresiæ a Jesu habeas reliquiam : » nam et ad me odor ejus dimanat; atque is idem » est odor quo omnes res illius imbutæ sunt. » Tum religiosa unas se habere dicens litteras, eas, ut erant complicatæ, sacculo eduxit; sed has naribus dum applicat, nihil prorsus odoris percipit. Intellexit igitur ob suam se in pauculis illis epistolæ verbis eradendis audaciam hoc odoris, quem alii percipiebant, beneficio a Deo privari. Id vero tum patuit manifestius, cum idem non multo post monachus mirabilem quemdam odorem ait ab eadem epistola proficisci; quem tametsi alii percipiebant, haudquaquam tamen ipsa olfaciebat.

CAP. VIII.
Anna et S.
Bartholomæo.

59 Quæ ad invocationem sanctæ Matris contigerint miracula, numero esse crediderim plurima, si modo ipsa nossem; illorum tamen aliqua hoc loco commemorabo. Anna a S. Bartholomæo (quam a Teresia etiamnum in vivis agente jam supra narravi a dentium dolore aliisque malis liberatam) cum, corpore sancto Abulæ requiescente, die quadam ita male affecto et exhausto esset corpore ut se vix traheret et nihil agendorum, etsi eorum mole obrueretur, posset exequi, ad sanctum Matris confugit corpus, et coram eo aliquantisper in genua provoluta, ejus se precibus sedulo commendavit, obsecrans ut se juvaret et secum esset; quod nihil omnino valeret per invaletudinem agere. Confestim

sana inde surrexit, et iis quæ sibi plurima agenda erant negotiis mira promptitudine vacavit : quocunque vero sese locorum conferret, non aliter odorem qui ab Teresiæ exhalabat corpore, naribus præsentem habuit quam si ante oculos ipsam habuisset. Eas porro in se notavit vires, eam agendi facilitatem, ut quatuor se viris plura præstare posse censeret : quin si quid aggrediretur, ipsum velut jam ex voto confectum, vel perinde ac si alius quispiam suo id loco perageret, invenire sibi videbatur.

60 Cum Albam corpus sanctum Abula referretur, in Mancera Excalceatorum domo nocte una diversatum est. Decumbibat eo ibidem tempore e febris hemitritæa P. Antonius a S. Maria : quem prior Nicolaus a S. Cyrillo consolaturus, lecto surgere jussit, ut sanctum cum aliis stiparet corpus. Fecit ille imperata gaudens; et sacras comitatus reliquias, et ob magnalia in ancilla sua Teresia exhibita supremo Numini gratias agens, singularem quamdam sensit suaveolentiam, qua ille, velut stimulo, est ad magis divinam bonitatem deprædicandam animatus. Ejusdem diei vespera statum erat mitioris febris accedendi tempus; sed, tametsi ad multam noctem vigil ageret, illa non accessit. Exinde prior ad cubiculum suum concedere Antonium jubet, ne quid nimia hæc ipsius valetudini vigilia officeret; in quo ille dum agit per aliquod temporis spatium, eundem odorem percipit, atque inde rursus multo post tempore. Atque eadem omnino erat fragrantia quam Albæ haud procul ab ejusdem sepulcro perceperat. Mane, dum corpus produceretur avehendum, multis cum lacrymis vale illi dixit, ejusque se intercessionem ex animo commendavit, eique supplex fuit ut Deum oraret ne iis se e morbis quibuscum luctabatur, educeret, sed ut eos gratanter admitteret sibi in iisdem tolerandis subsidio esset; et ecce, eodem die vehementior quoque febris non accessit, uti nec postea umquam.

P. Antonius a
S. Maria

61 Senatoris Palentini mustum adeo effervescebat ut nulla humana compesci arte posse videretur. Rem ille conspicatus, vinum precibus Teresiæ commendat, Excalceatis se spondens monialibus donarium aliquod missurum. Subito ecce mustum turbulentum, industria nulla adhibita, detumuit, adeo ut ipsum vendere potuerit : qui postea fidem liberans cœnobio stipem misit et rem prodigiosam narravit. Multa hic, præter ea quæ supra narravi, de me ipso referre possem, quod sanctæ hujus virginis intercessionem plura in me Deus contulerit beneficia; sed ea supprimo : etsi enim mihi ea prodigiosa videantur, aliis fortasse talia non videbuntur, qui me dicent studio ac sine causa adaugere miraculorum numerum velle. Albanæ religiosæ faucibus piscis spina insederat. Huic tollendæ cum omnis humana insudans industria frustra esset (quod nimirum non appareret, imo profundius immersa diceretur) et ad liquidum ipsa videret quam præsentem in periculo versaretur, ad eum se confrens locum quo sanctum corpus depositum ante fuerat (Abulæ namque tum requiescebat), cum in genua provoluta sese beatæ Matri suæ commendasset, ori manu inserta, spinam eduxit, quod quidem antea sæpius tentarat, at nunquam successerat.

aliquæ inter-
cessionis Te-
resiæ effica-
ciam experi-
untur.

62 In hoc igitur desinens, finem historiæ huic imponam; etsi ei jam in lucem editæ plura suo tempore miracula adjungi posse non ignorem, cum quod quæcumque evenerint, scire non potui (quamquam quam potui accuratissime in iisdem conqui-
rendis elaborarim), tum vero quod Deum Opt.
Max.

Finem operi
suo

A Max. decrevisse videam sanctam hanc virginem honorare et illius nomen ab eo tempore quo primum vita functa est, celebrare. Hinc crebra novaeque quotidie illius opera patrat miracula, quod fortasse brevi in Sanctorum eam referri catalogum velit, ut hoc pacto magis innotescat et celebretur, pluresque per eandem animae adjuventur: etsi, ut mihi videtur, Altissimus ipse, quoad universa Ecclesia eam honorandam decernat, quodammodo ut canonizatam habere videatur manifesto illo miraculo quod ejus in corpore elucescit, tametsi alia deessent argumenta. Quamobrem neminem adeo ignarum arbitror futurum qui vitio mihi vertat quod hoc in opere saepius « sancta mater, sancta, corpus sanctum » aliasque id genus loquendi formulas passim de Teresia ejusque rebus loquens adhibui; cum in hoc mihi praeiverint Sancti Ecclesiae Patres et Doctores, etiam de superstitionibus hoc modo locuti, necnon ipse Paulus alique Apostoli.

63 Quod si quem forte illud aut simile quippiam torqueat (quanquam in hoc brevior potius quam prolixior dici queam), aliqua hic e S. Antonini archiepiscopi Florentini Historiis deprompta verba producam: « Quantum autem nobis (qui tenebris » involvimur) permittitur judicare de Sanctis, per » conjecturas et praesumptiones, ex gestis eorum » arbitror ambigere neminem plurimos Beatos » utriusque sexus non canonizatos ab Ecclesia, » imo nec nominatos, non fuisse minoris meriti » et inferioris gloriae multis catalogo Sanctorum » adscriptis. Non enim canonizatio adjicit ad meritum vel praemium essentielle Beatorum, nec » decernit sanctitatis gradum, sed venerationem » temporalem et gloriam, ut post ipsam possit solemniter Officium celebrari et festivari, quod alias » fieri non dicitur. » Hactenus S. Antonini verba: quibus et, Domine Deus, qui Sanctos et facis et coronas, Historiam termino quam de fidei ancilla tua scribere aggressus fui, ut cognoscat mundus quantos in ipsa constitueris thesauros, tuumque omnes Nomen in aeternum extollant. Cumque tu sis, o mundi Salvator ac Domine, omnis sanctitatis et principium et finis, et cum egregii et odoriferi hi flores qui in sancto Ecclesiae tuae viridario olim enati sunt hodieque nascuntur, non rosae, sed spinae ac vepres semper exstitissent, nisi pretioso tuo Sanguine fuissent irrigati, in aeternum in Sanctis tuis lauderis ac benedicaris, Sanctis, inquam, qui perfectissima digitorum tuorum sunt opera.

64 Dignetur utinam infinita bonitas tua concedere ut exiguum hocce munusculum quod tibi offero, ante conspectum tuum in odorem suavitatis ascendat; et quod miser ipse ac vilis peccator de tam eximia ausus sim sanctitate loqui, non eo spectet ut mearum rursus iniquitatum tibi subeat memoria (quod opera mea ab his quae hocce volumine commemoravi, nimium quantum distent), sed potius ut illius intercessione eae mihi ignoscantur, novumque in visceribus meis cor et spiritus novus creentur, ut inveniar simillimus illi quam tu diligis et ego quoque diligo. Si vero temeritatem non sapiat, loquar ad Dominum meum, etsi pulvis sim et cinis, eumque venerans precabor ut quotquot e pio erga ancillam tuam studio ad fidelem et veram hanc Historiam, etsi male conscriptam, legendam accesserint, benignitate tua concedente, nova vivaeque eliciant desideria tui in aeternum ob magnitudinem operum tuorum laudandi et illustrium harum virtutum imitandarum libique ex toto corde serviendi. Quae hic mirabilia referuntur opera, Domine, tua sunt dona; et quocumque e loco vis ut se exerat veritas, ipsa a te proficiscitur. Illa certe

opera ad emovendos homines potentia sunt, et revera multum eis dare efficaciae soles. Ab illo me timore libera, Domine, quo uno affici possim, nempe ne sua ideo opera illa frustrentur efficacia quod hujus ego scriptionis fuerim instrumentum.

65 Tuque, o Mater sancta, cujus ad honorem et memoriam posteris tradendam hunc laborem sum aggressus, etsi ut tuas referrem laudes minime promeruerim, nosti quam id ex animo fecerim et quale tu mihi adjumentum contuleris ut id praestarem. At vero non recte dico me laborem insumpisse: nam nullum prorsus sensi; sed potius solatio mihi fuit ac voluptati hanc scribendi provinciam subiisse, etsi tempore quam impeditissimo. Hoc unum scilicet spectavi, ne illustrium operum tuorum intercideret memoria: atque idcirco omni quo potui studio contendi ut semper cognoscaris, lauderis et tuarum virtutum imitatores habeas, ac potens ille Dominus, quo dante adeo mirabilis evasisti, in te ac per te laudetur. Ignosce, obsecro, ingenii mei tenuitati jejunaque meae eloquentiae, cum noris meum tibi gratificandi studium nec tenue nec inops extitisse. Cum vero divina mihi bonitas concesserit ut in hoc mundo te familiariter nossem, ac tu me diligeres meque divinae ejus Majestati commendare in te receperis; hoc mihi, obsecro, tu ab illo impetra quod ab ipso ego postulavi, ac numquam miseri filii tui obliviscere, qui tanto te studio affectuque complector, quoad meritis tuis ad beatum tandem Creatoris ac Domini nostri conspectum perveniam, ut ibi tecum et cum Sanctis omnibus eo fruam et in saeculum saeculi sanctum nomen ejus dilaudem. Amen.

GLORIA SIT SANCTISSIMAE TRINITATI.

Appendicis loco ad S. Teresiae conscriptam a Ribera Vitam annectemus Prologum quem Yepes pari suo de S. Matre praemisit operi. Prologus ille sylloge quaedam est historica egregiis conflata authenticis documentis sive testimoniis quibus adstruuntur simul et elucidantur multa eorum quae vel Ribera narrat vel quae nos in Sanctae Vitae commentati sumus. Accedit quod hoc pacto, nostro nimirum operi inserentes illa Yepesii praetexta, quae totius ejus libri summam quodammodo continent ac medullam, praestanti illi alteri S. Teresiae biographo aequum praebeamus, atque injuriosae oblivionis eximamur culpa quae forte in nos conficeretur, si omnis Yepesius opere nostro exularet.

TESTIMONIA

a viris doctrina et sanctitate illustribus de S. Teresia prolata, collecta a Didaco Yepes in Prologo ad Vitam Teresianam, atque in latinum translata a Matthia Martinez.

Infiniti amoris quo hominem prosequitur, nusquam Deus majora indicia et argumenta dedit

AUCTORE
RIBERA.

et ad S. Teresianam.

E

F

Singularibus

COLLECTA
EX VEPES.

A quam in cruce pendens : in illa namque sua plena amoris viscera patefecit, cujus magnitudinem nulla exprimat lingua, verba nulla satis exaggerent. At amoris teneri ac delictiosi, qui viscerum affectus et teneritudo est, quin et affabilis ac dulcis conversationis familiaritatisque qua suis sese amicis communicat, eae tantum animae possunt esse testes quae per experientiam ipsam sentiunt, illae, inquam, quae per vitae puritatem, contemplationis sublimitatem amorisque subtilitatem eo jam pervenire ut illius sponsas dilectissimas sese appellent et revera tales sint. Nullius quippe matris tanta est sollicitudo, nullius sponsae tantum illicium, nullius item animus ita ab amore evictus et sublatus est, ut cum conversationis ac familiaritatis divinae dulcedine et suavissimi illius amoris divini teneritudine comparari aut aequari possit. At quis, nisi qui de facto ea experitur et sentit, deliciosa amoris signa et suavitates quas erga huiusmodi animas Deus exhibet, verbis exprimat? Hoc constat, neminem unquam potuisse aut scivisse verbis exprimere quomodo illud sit; quamvis aliquid ex iis quae ipsaemet de eo testantur et Sacra Scriptura docet, eruere aliquo modo nobis liceat. Christus quippe B erga dilectissimas hasce sponsas suas est adinstar vivi fontis qui numquam exhauritur, et e quo continuo lux, suavitas ac delictiae promanant; et quidquid demum ab illo fluit et descendit, amoris et ignis sunt flumina. Harum amoris delictiarum et teneritudinis plurima eaque clarissima in sacris litteris videre est testimonia, in quibus quaedam velut imago delictiosi huius amoris nobis proponitur. Alias namque Spiritus Sanctus eum vocat cellam vinariam, alias ipsummet vinum, alias liquorem vino longe suaviorem ac meliorem; alias denique uberum nomine eum indigitat : neque enim tam sunt suavia et sapida materna infanti ubera nec tantum vicissim mater cum parvulo suo delictiatur, quam Dei amores et delictiae sapidae et delectabiles sunt cum ipso tractantibus et conversantibus. Alias quoque ebrietatis, languoris, delictui, pacis quae omnem sensum exsuperat, ac sibili aurae tenuis nomine eum significat; et licet alia sexcenta ei darentur nomina, numquam tamen illa ad dulcem illum amorem quo amicos suos permulcet Deus, declarandum aut exprimendum sufficerent. Nam quod Deus infinitus sit amor et bonum bona reliqua transcendens, hinc anima quae revera ipsum possidet, quamdam bonorum et delictiarum quae C ab infinito hoc amore nascuntur, collectionem haud dubie possidebit.

intimisque

2 Quamquam autem certum sit quoslibet justos qui in Dei gratia et amicitia sunt et vivunt, illius quoque familiaritate ac blanda suavique conversatione gaudere et plurimis aliis sinceræ amicitiae titulis Deo suo conjunctos esse, hic tamen tener amor, quo animas quas suavissime amat et ut sponsas suas habet, afficit et perfundit, amoris ac conversationis arctitudine priorem illum longo intervallo transcendit ac superat. Etenim primi illi velut per fidem habent quod hi sentiunt per experientiam : unde tantum inter eos est discrimen quantum inter eum qui mellis dulcorem reipsa percipit et eum qui ipsum ideo nosset dulce esse quod ita ex aliis audierit. Primi ad summum aliquam suavitatis huius partem (quod enim Deus animae tam vicinus sit, hinc illius odorem fragrantia sexcentas quodammodo per rimulas sentitur et percipitur) olfaciunt : hi vero coelestis Sponsi sui amplexuum dulcedinem gustant; atque huius adminiculo sanguinem suum lac factum, id est, modo quodam suavi ac sapido, Deus ipsis communicat.

Et sicut in regum aulis quidam sunt qui janua B apertam tenent ad agendum et loquendum cum rege, alii vero qui interius penetrant, quibus sua ille secreta revelat et qui semper apud ipsum versantur ejusque intimi et familiares sunt, quibuscum proinde ille amice tractat et loquitur, ita se res in animabus cum Deo agentibus habet : quarum quae arcto amoris vinculo ei unitae et conjunctae sunt, illius suavissima conversatione perfruuntur et absconditissimorum illius secretorum participes sunt.

3 Hae item sunt quae suavem hunc Dei amorem D reipsa sentiunt et experiuntur; de quo nihil aptius aut convenientius dici potuit quam quod de eo S. Joannes ait, dum eum vocavit manna absconditum (Apoc. ii, 17) : manna quidem, quia delectatio est supra modum dulcis ac suavis, et non uno solum saporis genere sapida, sed ad comedentis gustum, saporem, desiderium et conditionem se conformans; absconditum vero, quia nullus quomodo sapiat intelligit, nisi qui ipsum de facto comedit et gustat : ipsa quippe experientia linguam mutam reddit, et quae in anima peragitur magnitudo illam quodammodo ineptam reddit ad eorum quae gustavit minimam partem exprimendam. Atque haec est causa cur haec gratiae ac delictiae quas animabus Deus praestat, ita immensae sint ut homines eas non credant, multi etiam ne intelligant quidem : nam, ut bene S. Bernardus ait (Serm. lxxix in Cant.), hoc amoris idioma barbarum est non amanti et intellectu difficilius quam graeca lingua ei qui ipsam non didicit. Cujus rei hanc S. Augustinus dat rationem : « In homine carnali tota » regula intelligendi est consuetudo cernendi : » quod solent videre, credunt; quod non solent, » non credunt. » (Serm. cxlvii de Temp.). Atque hoc est quod Apostolus dixit : « Animalis homo » non percepit ea quae sunt Spiritus Dei » (1 Cor. ii, 14). Ideo et S. Dionysius Areopagita eum quodam e discipulis suis de mystica hac lingua qua ad animas loquitur Deus, agens, ei consulit ut cum sapientibus huius saeculi, nullam rerum divinarum ac coelestium experientiam et scientiam habentibus, absconditam hanc sapientiam non communicaret (de Myst. Theol. cap. i). Et S. Augustinus de amoris huius et delictiarum subtilitate loquens, sic ait : « Da amantem, et sentit quod dico : da fer- » ventem, da sitientem et fontem aeternae patriae » suspirantem, da talem, et scit quid dicam; si F » autem frigido loquor, nescit quid loquor. » (Tract. xxvi in Joan.). Ut ergo secreta et arcana amoris lingua intelligatur, aures Augustinus exigit amorosas; eum vero ut ineptum et ullius intelligendae incapacem rejicit qui per frigiditatem et tepiditatem suam illius suavitatem ac dulcorem gustare non meruit.

4 Tametsi vero plurimis ob sensus stuporem et hebetudinem amorosa haec Dei cum animabus conversatio incredibilis videatur, ii tamen qui fidei lumen et veritatem habent, eximios illos favores et delictias quibus amicos suos Deum allocutum esse et affecisse Sacra Scriptura commemorat, non possunt non fateri et credere. De Moyse quippe ait eum cum Deo, ut amicus cum amico solet, facie ad faciem loqui consuevisse; et aliis quoque Prophetis gratiam hanc a Deo factam constat. Quin et Deus ipse in Veteri Testamento manifeste professus est delictias suas esse cum filiis hominum conversari : in Novo vero Testamento, in quo amorem suum in homines magis Deus patefecit, majores illius erga eosdem fuere amoris ac benevolentiae effusiones; quemadmodum, si inde a temporibus Apostolorum

Dei amicis,

F

maximus ab
eo favores
consequens,

A Apostolorum ad nostra usque historias Sanctorum percurrere velimus, facili negotio videre erit. Ut autem multos viros sanctos quibus Dominus ipse apparuit et alios singulares favores præstitit, jam omittamus, certum est eum superioribus sæculis eandem gratiam etiam multis sanctis mulieribus fecisse; quarum si hic texere catalogum et seriem vellemus, prius nobis tempus deficeret quam materia. Plenæ namque his exemplis sunt Sanctorum historiae, atque adeo vix ulla est in qua non singulares et eximios quosdam Dei erga amicos suos favores legere sit.

S. Teresia a
Jesu.

5 Cum ergo ostendere vellet Dominus ingentem liberalitatem et effusionem suam, qua se adeo impense et sine mensura amatoribus communicat, eandem esse modo quæ fuit sæculis prioribus, et ad bonum faciendum gratiam et ad malum naturalem propensionem (etenim eundem Deum habemus modo, eandem is quoque bonitatem habet quam prius, easdem quoque in Ecclesiam suam immittit influentias, eosdem denique ei favores et gratias facere paratus est) eandem esse, hinc ultima hac ætate tam eximiam nobis sanctam dare voluit, sanctam, inquam, Matrem Teresiam a Jesu; cui gratiarum quas magnis Sanctis divisim dare solet, plurimas junctim et collectim dedit. Etenim favores et deliciae quibus eam Dominus cumulavit, nec non amoris qua cum ipsa egit affabilitas et teneritudo, tam ingentes ac singulares sunt ut pares vix unquam legerim vel audiverim; ut taceam dona tam admirabilia ac virtutes adeo perfectas et in summo gradu collocatas, nec non alias eximias sanctitatis qua eam donavit prærogativas, quibus eam inter multas sanctas mulieres eminere, et (ut id sine ullius injuria dicam) inter reliquas omnes rarissimam ac perfectissimam esse voluit. Nam tametsi multas sanctas mulieres maximis eximisque virtutibus præstantes fuisse, alias admirabiles cœlitus visiones et particulares quosdam a Deo favores accepisse, alias quoque inusitata quædam miracula patrasse, alias denique omnia hæc conjuncta habuisse legamus, nullam equidem Sanctam (tametsi accurate et diligenter rem excusserim) reperiri cui magis extraordinarias et particulariores Deus Opt. Max. meo judicio contulerit prærogativas quam sanctæ huic Matri Teresiae a Jesu. Ut enim de donis ac dotibus naturalibus (quæ sane plurima fuere) quibus eam Dominus cumulavit, nihil dicam, divina certe et supernaturalia tot et tam eximia in ipsa fuere ut in nulla unquam majora apparuerint.

jure meritis-
simu

C 6 Etenim, præter tantam virtutum perfectionem ac vitæ sanctimoniam (per quam operibus et factis in perfectæ et heroicæ virtutis ratione eo pervenit quo fortissimi quique ne cogitatione et desiderio quidem pertingunt), tot tamque extraordinarii Dei favores, tanta item cum suprema illa Majestate familiaritas et communicatio, ac si de Seraphinorum, illius amore quam maxime incensorem et illi intimorum, numero fuisset, tanta quoque rerum cœlestium notitia, tanta cum Cœlestibus ipsis familiaritas et conversatio, quasi ipsa de illorum societate fuisset, tam sublimes rerum divinarum conceptus et sensus, tantum in absconditis secretis et arcanis mysteriis declarandis lumen quantum in ullo vix quisquam notavit, tam eminens et sublimis doctrina quam libris suis comprehensam ad posteros transmisit (in quibus e rerum quas scribit subtilitate, magna qua easdem penetrat intelligentia, singulari qua ipsas exprimit perspicuitate, styli

quo ea quæ dicit, propinat, elegantia et divino artificio, et quo facit ut qui legunt, Spiritus Sancti ignem, qui istis in scriptis inclusus est, notabiliter percipiant, nec non manifestam illam lucem ac calorem quem ipsa passim spirant), ad oculum demonstrant hanc doctrinam a Deo esse inspiratam, e cœlo profectam et non sine speciali Spiritus Sancti assistentia et ope conscriptam. Præterea quod religiosi Ordinis fuerit Mater et Fundatrix, quod mulier una et sola integrum tam mulierum quam virorum Ordinem ad tantam perfectionem et vitæ arctitudinem et ad eam sanctitatem reduxit ut quædam primævæ illius sanctitatis et innocentie quæ primitivæ Ecclesiæ temporibus inter sanctos illos Ægypti et Palæstinæ anachoretas vixit, imago et exemplar esse videatur; et hæc omnia, cum divina assistentia et ope, suis ipsa manibus et brachiis suique sudoris impendio perfecit; adhuc miraculosa corporis illius incorruptio et integritas, nec non plurima prodigia et mirabilia quæ illius opera tum in vita tum post mortem præstitit et quotidie adhuc præstat Deus: omnia, inquam, hæc tam extraordinaria, nova, magna, singularia, tamque ab omni eo quod secundum ordinarium rerum ordinem et cursum fit, longe remota, simul juncta, quædam miraculorum, prærogatarum et singularium gratiarum, quibus hanc Deus sanctam honoravit, coacervatio est, quæ universa ita simul juncta sanctæ ulli obtigisse numquam legi.

7 Nolo autem hic aliquam inter sanctitatis et perfectionis uniuscujusque gradus ac qualitates comparationem instituere; sed soli Deo, qui uniuscujusque spiritum metitur et dignitatem novit, hujus rei judicium adscribo: solum hic loquor de illis quæ exterius de Sanctis hac in vita scire possumus. Nam tametsi in plurimis horum substantiæ et formaliter ipsa sanctitas non consistat, ut plurimum tamen Dominus maximis Sanctis majores conferre gratias, majorem impertiri lucem, eisque ut instrumento ad majora obsequii et gloriæ suæ opera efficienda uti consuevit; quemadmodum eum in beata Matre Teresia a Jesu fecisse constat: prouti, Deo propitio, latius exponam in commentario de ejus vita, quem scribere aggredior, non alium labori meo scopum præfigens quam ut Deus magis glorificetur in Sanctis suis, utque mortalium mentes, considerando quam suaviter quamque facile Deus se communicet iis qui ex animo eum quærent, ad ei serviendum magis excitentur. In omnibus porro a me narrandis veritatem ac sinceritatem historicam studiose spectabo: mendacio enim nec glorificari Deus nec honorari Sancti queunt. Plurimum rerum quas de sancta Matre scribam, oculatus sum testis, utpote qui per multos annos cum ea egi, Confessiones ejus excepi et cum ea communicavi. Cætera desumentur sive ex informationibus ad ejus canonizationem sive ex relationibus fide dignissimis. Ordinar a vitæ ejus serie, quæ sane mirabilis est, usque ad tempus quo orsa fuit Ordinis sui Reformationem. Secundo loco referemus Reformationis hujus initia, monasteriorum foundationes, ingentes quos sustinuit labores, gloriosum ejus ex hac vita decessum et res memorabiles quæ in eodem contigerunt. Virtutes ejus tertio describemus libro; quarto denique miracula. Ante vero quam Historiam hanc exordiar, exponere visum est vulgatam tota semper Hispania de admiranda ac singulari beatæ Matris Teresiae a Jesu sanctitate, tam in vita quam post mortem ejus, approbationem eximiamque æstimationem.

COLLECTA
EX VEPES.
D

E

annuamanda
est.

F

COLLECTA
EX YEPEB.

A

§ I.

*De sanctitate et perfectione
vitae Sanctae Matris Te-
resiae a Jesu favens semper
omnium sententia.*Vitam ac spi-
ritum ejus

Quibus propositum est illorum Sanctorum et Sanctarum quibus Dominus particulares et extraordinarias gratias contulit, Vitas describere, solent, quo rite historiam suam auspicentur, et fidem atque auctoritatem, quam res tam sublimes ac divinae requirunt, ei concilient, lectorem praemonere, ante omnia probantes visiones, revelationes et alias id genus gratias quas Sancti illi caelitus recipere, certas, veras et indubitatas fuisse: possem equidem huic labori supersedere; cum generalis et communis quae in universa Ecclesia est, sanctitatis ac doctrinae B. Matris Teresiae a Jesu, tot testimoniis confirmata, approbatio adeo sit evidens ut nullum (nisi forte sit qui solem lucere neget) reperire sit qui non idem debeat confiteri. Nihilominus, tum ut meae consolationi et erga sanctam hanc virginem devotioni, nec non solatio illorum qui eandem quoque devotionem habent, consulam, tum ut debita cum opinione et aestimatione lector ad vitae ejus historiam legendam ingrediatur, quaedam visum mihi est paucis praemittere testimonia quibus illius vita, libri, sanctitas et spiritus comprobata sunt. In quo et viris doctis faciam satis, et ignorantibus ac rudibus eos quos Dominus suis confert favores et gratias reddam credibiles: hi namque, velut animalia bruta et terrena, aliud non judicant quam quae oculis cernunt et quae oculorum fidem non excedunt, omni in re ad sensuum suorum iudicium ac tribunal appellantes. Atque hac ratione me necesse non erit novo cum labore hic regulas ad spiritus discernendos tradere ac coacervare aut tractatum de visionibus, revelationibus aut raptibus (uti alii fecerunt) praemittere. Hac quippe in materia, aut in regulis illis consignandis iisque ad casus particulares applicandis, graviter errare possem: quod certe de tot tamque illustribus doctoribus quos hic producam, et qui spiritum ejus examinare sustinuerunt, nullatenus praesumendum aut opinandum est. Nam, sicuti jamjam videbimus, viri omnes gravissimi et tum doctrina tum vitae sanctimonia illustrissimi, qui eadem qua sancta haec virgo aetate florere, hunc assumere laborem non dubitarunt; atque una manu lapidem lydium, Sacrae, inquam, Scripturae regulas, alia vero Sanctorum doctrinam praefidentes, vitam, revelationes et spiritum illius examinarunt et expenderunt: in omnibus porro illam hisce regulis et doctrinae mire conformem viderunt, ut jamjam ex illorum testimoniis et dictis erit videre. Quae autem hic producam, non ex incertis et dubiis quibusdam relationibus, sed ex authenticis ac probatis informationibus quae ad sanctae Matris canonizationem fiunt, deprompta sunt; et pene omnes quos hic adfero, testimonium suum jurejurando confirmant.

§ II.

*Testimonia virorum gra-
vium et doctorum qui Te-**resiae a Jesu spiritum ap-
probarunt.*

Ut ergo de veneratione et aestimatione, simul et de magna devotione quam erga sanctam hanc tum viventem tum mortuam varii habuere, aliquid dicam, exordium ducam ab his qui cum ea in vita conversati sunt, eam cognoverunt ac spiritum illius examinarunt, approbarunt et talem fuisse censuerunt qualem cum illa jam mortua omnes confitentur et agnoscunt. Quod autem sancta Mater ex una parte tam esset humilis ut sese indignam reputaret cujus Dominus ullatenus recordaretur, ex alia autem parte tot et tam singulares a Deo gratias ac favores reciperet, uti norunt omnes et in vitae illius historia pluribus refertur, timens tamen ne forte sua ob peccata (quae ipsa, utpote vero humilis, continuo plangebatur, tamquam si gravissima flagitia fuissent) ei daemones forsitan illuderet, quieta non erat, nec, quamvis tot sibi Dominus gratias conferret, securam. Hinc cum suis confessariis hac super re conferebat: unde etiam illos et doctissimos et gravissimos semper habere satagebat; quin et illorum jussu et praescriptione cum aliis ejus notae viris et in Hispania tum temporis auctoritate ac doctrina celeberrimis communicabat. Insignem porro ad hoc faciendum occasionem et commoditatem sancta Mater habebat, quod Hispaniam prope totam, dum ad nova monasteria monialium fundanda eorumque jam fundatorum directionem et gubernationem abiret, peragraverit. In quo sane divinam providentiam licet admirari: ut nimirum, cum illius viventis spiritus ac sanctimonia a tam multis esset approbatus, ipsa jam mortua ab omnibus coleretur et suspiceretur; et ut haec, quae, quoniam tam admirabilia et rara sunt, aliquem forsitan remorari possent, tantorum et tam multorum testimonio jam comprobata et constabilita, communem omnium opinionem post se traherent. Initium ducamus a viris litteratis: hi quippe sunt qui majore cum rigore et exactius Sacrae Scripturae regulas et Sanctorum Patrum doctrinam examinant, quique non sine prudentia in hisce credendis et approbandis ut plurimum esse solent tardiores quam illi qui solius pietatis oculo eadem considerant. Quos ergo viros doctos S. Mater, dum viveret, consuluit, et quibuscum tractavit, sunt sequentes.

10 Primus P. F. M. Dominicus Bañez, primarius facultatis theologiae cathedrae in universitate Salmanticensi jubilarius: quod sane ad magnam illius doctrinam testandam et colligendam satis est; ut taceam ejus summam rerum ad spiritum spectantium, quam per tot annos sibi collegarat, experientiam. Hic ad multos annos S. Matris a Confessionibus fuit, et jam inde pene a conversionis illius initio ad vitae usque finem, quatuor nimirum ac viginti circiter annorum spatio, cum ea egit ac communicavit; quin imo illa etiam absens in omnibus suis difficultatibus ex illius directione ac nutu pendebat. Ipse quoque vicissim S. Matrem tanti fecit, tantamque de ipsius sanctitate opinionem concepit, ut, cum in illius exequiis in Salmantino Excalceatarum monialium coenobio concionem haberet, illam S. Catharinae Senensi in sanctimonia aequalem, in scriptis vero et doctrina ea superiorem esse aperte confiteri non dubitavit. Ut porro melius tam gravis ac docti viri opinio ac sententia intelligatur, ipsiusmet testimonium, quod, dum de illa in Sanctos referenda ageretur, ipse de eadem tulit, hic visum est verbotenus adscribere: « Nemo, » inquit,

P. P. Bañez,

b

A » inquit, melius quam ego scire potest particula-
 » res favores et gratias quas Matri Teresiae a Jesu
 » Dominus contulit; ad multos enim annos ejus
 » Confessionem excepi, eamque tum in Confes-
 » sione tum extra illam saepius examinavi, variis-
 » que eam modis exploravi, semper me erga illam
 » valde asperum et rigidum praebens: quo autem
 » illam magis humiliabam et despiciebam, eo ma-
 » gis ipsa ad meum consilium amplectendum ani-
 » mabatur, ita se securius tutiusque incedere
 » existimans. » Et inferius de particularibus favo-
 » ribus et gratiis quas Dominus ei contulit, loquens:
 » « Hac, ait, in parte tam multae occurrunt res
 » notandae, ut, nisi novus de iis conscribatur liber,
 » per ordinarii testimonii viam dici eae nequeant.
 » Et forsitan ego, si necesse id erit, aliquem tra-
 » ctatum conficiam e quo intelligatur et constet
 » quam secuta ac tuta Mater Teresia a Jesu in-
 » cesserit via, longe secus ac spiritus illi joculari-
 » res qui hiscenostis temporibus detecti sunt. » Et
 » post alia multa adjungit: « Toto illo tempore quo
 » cum ipsa egi (egi autem multis annis) numquam
 » in ea aliquid vidi quod virtuti contrarium foret;
 » sed majorem candorem et humilitatem quam in
 B » ulla alia persona observavi. In omni autem vir-
 » tutis, naturalis aequae ac supernaturalis, exercitio
 » singularissimum omnibus cum ipsa agentibus
 » erat exemplar. Illius porro oratio et mortifi-
 » catio rarum quid erat, uti de ea testari ac re-
 » ferre poterunt quotquot particularius cum ipsa
 » egerunt. » Quod autem de illius candore et
 » humilitate asseverat, idem pene de omnibus
 » aliis ejus virtutibus fert testimonium. Praeter haec
 » alia multa de hac sancta ejusque libris, quos
 » ipse, antequam in lucem emitterentur, sanctae
 » Inquisitionis jussu examinavit et approbavit,
 » adfert elogium. Pauculis illis verbis plura de ea
 » dicit quam cuiquam videatur; cum ait opus esse
 » libro in quo particulares quos Dominus sanctae
 » huic virgini impertitus est favores et gratiae con-
 » scriberentur: quam scribendi operam ipsemet
 » quam libentissime subiisset, si occupationes, quae
 » non vulgares fuere, ei ad hoc opportunitatem de-
 » dissent c.

c
 de Medina,

11 Antequam vero Ordine gloriosi Patris S. Do-
 minici egrediar, alios ex eodem hic viros adducam,
 quorum testimonium auctoritate ac fide dignissi-
 mum est et omni exceptione majus. Atque imprimis
 C P. F. M. Bartholomaeum de Medina, primum
 d academiae Salmanticensis cathedricum d: qui cum
 tam multa tamque extraordinaria de S. Matre ex
 aliorum sermone inaudisset, parvi ea faciebat neque
 fidem iis adjungere poterat; imo satis sinistre de ea
 sentiebat ob ea quae de his rebus audiverat. Cum
 ergo Teresia Salmanticam monasterii sui fundandi
 causa venisset, omnimodis curavit cum magno hoc
 viro conferre: semper namque querebat viros
 quibus ipsius spiritus non usque adeo placebat et
 qui majores ei movere difficultates poterant, ab his
 melius eum credens excutiendum et examinandum
 quam ab illis qui ad ipsi credendum facile induce-
 bantur. Illum ergo adiit, et postquam generalem
 apud eum Confessionem instituisset, suae orationis
 et vitae quam insistebat, ei rationem reddidit, simul
 et quidquid de vita sua ipsa conscripserat, legen-
 dum et examinandum tradidit. Unde non minus
 confusus fuit quam certus jam et securus spiritum
 Dei esse qui in sancta illa anima vivebat eamque
 tam insolitis et extraordinariis favoribus visitabat;
 ipseque adeo de numero fuit illorum qui beatam
 Matrem maxime securam esse jusserunt, atque ex
 eo tempore insignis illius amicus factus est, et di-

cere non est veritus nullum in terra Teresia san-
 ctioem esse.

12 P. F. M. Joannes de las Cuevas, qui in
 illustri Dominicanorum Ordine provincialem egit
 ac deinde ad Abulensem est episcopatum evectus e,
 familiarissime ac particulari quodam modo S. Ma-
 trem cognovit; ipsa quoque vicissim eodem quo
 solebat tenore, sinceritate et candore cum ipso de
 spiritu et modo suo orandi egit, simul quoque uni-
 versae vitae rationem ei reddidit. Qui mox facile
 percepit quam insignes Deus Opt. Max. in anima
 illa thesauros recondidisset: unde mirifice eam co-
 luit, et amicitiam cum ipsa servavit. Atque in in-
 formatione quae de illius relatione in Sanctos facta
 est, ait illam se ut insigniter sanctam et summarum
 virtutum culticem habere. Idem quoque testatur ac
 de ea pronuntiat P. F. M. Didacus de Chaves,
 Philippi II Hispaniarum regis confessarius f, qui
 cum priorem in monasterio S. Thomae Abulae age-
 ret, cum eadem egit et communicavit. P. F. Joan-
 nes Gutierrez, regi eidem a concionibus, et F. Fer-
 dinandus del Castillo, cujus quam de suo Ordine
 composuit Historia eruditionem, doctrinam et spi-
 ritum satis prodit g, ipsam quoque examinarunt et
 ipsius spiritum approbarunt. Magis vero in parti-
 culari P. F. M. Garcias de Toledo, generalis India-
 rum commissarius h: hic enim magna cum particu-
 laritate cum illa egit et satis longo tempore cum ea
 contulit; hic quoque ipsam Vitam suam scripto
 jussit committere, et fuit is ad quem epistola illa
 quae in ejusdem fine legitur, scripta est i.

13 P. F. M. Petrus Hernandez (quem Philippus
 rex novae Excalceatorum Reformationis visitatorem
 et protectorem esse voluit, ut eam suo in exordio
 tueretur et propugnaret), summæ vir doctrinae,
 magni spiritus et austeritatis, aliquot annis sanctam
 Matrem cognovit et cum ipsa tractavit: illius
 quippe praelati et confessarii vicem functus est.
 Cumque eam initio magno cum timore et cautela
 tractare coepisset, postea tamen, quemadmodum et
 caeteri omnes, manus dedit et cessit; ipsique exin
 suis in foundationibus magno fuit adjumento: quin
 et dicere non est veritus Teresiam a Jesu ejusque
 moniales mundo reipsa declarasse fieri posse ut
 et mulieres perfectionem sequantur evangelicam;
 quasi diceret illam magno suo spiritu ac talento
 facile et usitatum reddidisse quod hominibus vide-
 batur arduum ac difficile. Non minus de sanctae
 Matris sanctitate ac spiritu alius ejusdem Ordinis
 F provincialis dubitavit, F. Joannes Salinas dictus;
 qui et P. M. Dominicum Bañezium (uti suo is testi-
 monio affirmat) commonuit ne plus aequo mulie-
 rum virtuti confideret aut crederet: quin imo male
 eum habebat quod ille de Matris Teresiae a Jesu
 rebus tam eximie et praeclare sentiret. Cui Domi-
 nicus respondit illam prius alloqueretur et tractaret
 quam aliquod de ea iudicium ferret. Contigit porro
 illum Toletum, ubi tum S. Mater agebat, concio-
 num habendarum gratia mitti; ubi eam toto qua-
 dragesimali tempore examinavit diversaque ejus
 pericula fecit: quem illius mox sanctitas et virtus
 ita rapuit et affecit, ut, quamvis ob multa negotia
 perexiguum ei esset tempus, quotidie tamen ad
 ejus Confessionem excipiendam eam adiret. Inter-
 roganti eum deinde Magistro Bañezio quid ei de
 Teresia a Jesu visum esset, respondit: « Decepisti
 » me dicens mulierem esse: revera non est mulier,
 » sed vir, et quidem de maxime barbatis k. » Quo
 loquendi modo heroicam ac magnam ipsius virtu-
 tem, sanctitatem et valorem declaravit. P. F. M.
 Didacus de Yanguas per octo annos S. Matris Te-
 resiae Confessiones excepi, vir ejusdem Ordinis
 cumprimis

COLLECTA
 EX YEPES.
 D
 de las Cuevas.

Hernandez,

F

k

COLLECTA
EX YIPES.

A

I
Ibañez

m

B

C

n

cum primis gravis et eruditus. Hic illam confessus est magni spiritus mulierem fuisse, maximisque dotatam virtutibus; quin et particulares aliquot revelationes quas a Domino S. Mater accepit, refert, et suo in testimonio multas alias sanctitate S. Matris dignas laudes et excellentias congerit.

14 Idem quod isti Patres tam graves et docti, sensere de eadem alii plurimi ex eodem Ordine magistri, praesentati, regentes, et lectores. Praeter ceteris P. F. Petrus Ibañez, qui postea collegii S. Gregorii Vallisoletani rector fuit, ei suis in principiis sexennio a Confessionibus fuit; et particularem quemdam in undecim capita distinctum tractatum composuit, in quo permultas regulas et documenta e Sacra Scriptura ac Sanctis Patribus ad spiritus dignoscendos colligit et profert: quas omnes cum in spiritu sanctae Matris locum habere videat, dubitare se non posse ait quin a Deo is sit. Equidem omnia hic referre cuperem quae doctus ille Pater scripsit; sed pro hujus mei commentarii brevitate aliqua dumtaxat e tractatu illo desumam.

« Omnia, ait, ejus verba, epistolas ac res omnes »
» plenas videbam humilitate, qua plurimum cupie-
» bat ut errata sua miseriaeque praeteritae omnium
» paterent oculis ac vulgarentur sermonibus,
» ægerrime ferens se ut bonam suspici. Quando
» divina in ipsa gratiae augebantur, conficiebatur
» cura ne quis de se quidquam inaudiret neu
» bonam inde de se opinionem conciperet. » Nar-
» ratisque rebus quibusdam particularibus, ait :
» « Domum humilitas ejus est res incredibilis, uti
» testantur quotquot plus ceteris cum ea agunt. »
Inferius vero subdit: « Dico ad oculum patere Deum
» huic mulieri favere et vera esse quaecumque
» ad adstruendam ejus sanctimoniam dicere pos-
» sumus. Domum S. Josephi crexit ex expressa
» Dei revelatione; cujus vel magna illa quae inibi
» viget sanctitas evidens est argumentum. Reli-
» giosa hæc adeo puram habet conscientiam ut
» quotquot ejus delicta in Confessione accipimus
» et cum ea communicamus, uti et ejus sodales,
» eam obstupescamus: dici namque potest quidquid
» animo voluit, quidquid agit, Deum esse, et ad
» honorem divinum ac spirituale animarum emo-
» lumentum referri. Itaque illam S. Josephi do-
» munculam fundavit tanta perfectione instructam
» quanta degentibus in terra mulieribus, imo et
» viris, inesse possit. Quod si aliquid de eximio

» fructu spirituali quem ex illius congressu, quot-
» quot cum hac Dei serva colloquuntur, capiunt,
» dicere voluerit, numquam finem inveniet nar-
» ratio. Nam quæ quoad hoc contingunt, stu-
» penda sunt et insigne Dei miraculum. Nihil de
» me hic dicere volo, qui ob demerita mea non
» proficio; quamquam evidenter in me expertus
» sum, ex quo cum ipsa agere cœpi, multis in re-
» bus ita singularem Dei mihi adfuisse opem ut
» liquido viderem eam cœlitus venire. Quare in
» meipso non magis eam ut sanctam habere non pos-
» sim quam dicere interius me ipsam non nosse ».
» Multa mihi aperuit quæ solus Deus nosse pote-
» rat, quod essent res futurae et quæ ad interiora
» et profectum spiritus spectabant, quæque mihi
» videbantur impossibiles: quas tamen quam ve-
» rissimas fuisse deprehendi. » Et paulo inferius
prosequitur: « Quidquid sanctae huic revelatum
» est, non nisi in magnos et illustres spirituales
» effectus, summam afflictorum consolationem et
» singularem in divino amore profectum tendit.
» Plus æquo prolixum foret, quidquid ei revelatum
» est, narrare velle. Omnes quicumque haberi
» Abulae poterant aut illac pertransibant, viros do-

» ctos consuluit et cum iis suis de rebus contulit; D
» atque inter ceteros sanctum quemdam hominem
» ex Ordine S. Francisci, quem ipse novi, F. Petrum
» de Alcantara dictum, virum singularis orationis
» ac poenitentiae et zeli in professione sua. Sanctus
» hic, esto non adeo magnis quæ eum excurrere
» Abulam cogerent negotiis urgeretur, nihilomi-
» nus a divina Majestate eo ut concederet impul-
» sus est, ad hanc ancillam suam consolandam,
» cum plurimos hisce in rebus haberet adversarios:
» ille vero certam eam reddidit ac credere jussit
» a Deo ea esse nullamque hic illusionem subesse;
» ipsamque quoad modum quo Deum videbat, ac
» revelationes et divinas quas habebat allocutiones,
» plane illustravit et securam fecit. Quod autem
» sanctus hic vir tantum illi tribueret ac deferret,
» particularemque affectum et amicitiae signa ei
» exhiberet, factum est ut omnes ei contradicere
» desinerent; atque exinde valde fuit quieta: adeo
» ut quotquot ei ante adversabantur (erant autem
» plurimi) et quotquot hac de re consulti fuere,
» apertissime testentur spiritum hunc sine dubio a
» Deo provenire, ita ut nulla in hoc subesset illu-
» sio. Et tametsi initio plurimi quam maxime
» ei contradicerent et eam intimidarent, jam ta- E
» men omnes eam ut insignem Dei ancillam ha-
» bent et quo possunt honore venerantur. »

15 Hæc et alia multa ille vir in hoc tractatu scribit; et aperte testatur, si omnia quæ de ipsa dicenda habet, dicere vellet, necesse sibi fore ingens volumen conscribere. Hæc ab eo relatio facta est sexennio postquam sancta Mater magis intime se Deo dare cœpit; et hodierna etiam die ipsiusmet Patris manu exarata in Excalceatarum monasterio S. Josephi Abulensi asservatur. Porro mirifice sancta Mater illi viro profuit: nam tametsi antea insignis Dei esset servus, postquam tamen cum ipsa egit, aliam vitæ rationem inivit et in virum sanctum evasit. Hujus Patris opera sancta Mater de orationis et vitæ suæ modo cum P. F. M. Mancio, primario Salmanticae cathedratico, communicavit: et idem ejus quod aliorum omnium qui ipsam cognovere et tractarunt, de illa fuit judicium. Illius quoque Confessionem exegit et spiritum probavit P. F. Vincentius Varon, Officii S. Inquisitionis consultor et vir egregie doctus, qui illi Toleti agenti ad sesquiannum in Confessione et vitæ directione operam dedit: quod illa obsequium sibi impensum egregie ei rependit; illius namque ora- F
tionibus factum est ut ad magnam is vitæ perfectionem pervenerit. P. F. Praesentatus Philippus de Meneses, in collegio S. Gregorii Vallisoletano Theologiae lector, cum tam multa de sancta Matre dici inaudisset, Vallisoletum Abulam venit, visurus annon cacodæmon ei illuderet, ut illam aut ab illusione liberaret et meliora edoceret, aut, si recta via incederet, illam, si quando alios de ea loquentes audiret, tueretur. Hanc ergo cum audisset, non potuit non honorifice de ea loqui. Confessa quoque est et contulit cum alio praesentato, cui nomen Lunar, et qui in monasterio S. Thomae Abulensi priorem agebat. Hi omnes ejus spiritum et virtutes explorarunt, approbarunt et laudibus extulerunt: tantus namque ab eo splendor ac flamma emicabat, ut, tametsi tam singularia et extraordinaria ipsa haberet ut nemini non timorem incuterent, nemo tamen qui eam alloqueretur et cum ipsa conversaretur, de summa illius sanctitate, et quin omnes illi favores et gratiae eximiae a Deo provenirent, posset dubitare.

16 Non minus vero cum Patribus Societatis Jesu sancta Mater quam cum Dominicanis contulit.

Quod

aliqui viri
docti Ordinis
Prædicato-
rum;

o

item PP. Ri-
bero.

- A Quod enim in duabus illis Religionibus tantam doctrinam nec non tantum orationis ac virtutum usum vigere cerneret, nullatenus sibi errare posse videbatur aut illudi, si illorum virorum doctrina, consiliis et monitis niteretur. Imprimis vero Matris Teresiae a Jesu sanctimoniam divulgat et celebrat doctissimus Pater et Doctor Franciscus Ribera, qui cum magno omnium plausu in duodecim Prophetas Minores, S. Pauli ad Hebraeos Epistolam et Apocalypsim S. Joannis Commentarium edidit; cumque aliis magni momenti rebus occuparetur, tanto tamen devotionis affectu et aestimatione erga admirabilem Matris Teresiae a Jesu sanctimoniam et virtutes motus est, ut, nullo alio certe sibi scopo praefixo quam unica Dei gloria, utque tanta sanctitas illius in Ecclesia innotesceret, et ut ob particulares quasdam gratias quas ejus intercessione a Domino ipse receperat, gratum illi se exhiberet (quod ipsemet fatetur), jam senior et annis gravis de illius vita et miraculis integrum librum conscripserit: in quo, licet tam alta et heroica de sancta hac virgine referat, semper tamen pauciora quam rei dignitas exigit, atque infra ejus dignitatem se loqui existimat. Ut vero major scripto illius accedat auctoritas, tametsi ipsa scribentis auctoritas per se sufficeret, quod magnae vir sit religionis et virtutum plurimarum, ipse in testimonio quod dat in informatione quae de ejus canonizatione facta est, sub jurisjurandi sacramento confirmat quidquid a se libro illo descriptum est, verissimum esse. Quin imo quaecumque scripsit, serio et accurate inquisivit, omniaque quam potuit fidelissime scripto commisit; ut unicum hoc ejus testimonium ad tam singulari et admirabili virtuti fidem adjungendam sufficiat.

Henriquez,

- 17 Sanctam quoque Matrem diu cognovit et tractavit illustris ex eadem Societate Doctor P. Henricus Henriquez, eruditione et doctrina praestans, qui praecelarios quosdam in Theologia morali libros composuit, multiplici scientia refertos. Huic magnum insedit desiderium vitam et revelationes hujus sanctae examinandi; uti ipsemet in testimonio quod in informatione Salmanticae circa ejus canonizationem instituta dedit, ingenue confitetur. Cum enim Hispali S. Matris, cum eo foundationis instituendae causa profecta esset et ibidem anno integro moraretur ac magnis multorum exagitaretur afflictionibus, Confessiones toto illo tempore exciperet, eam per otium (uti ipsemet refert), praesente Roderico Alvarez, ejusdem Societatis sacerdote, viro sexagenario, magnique spiritus et rerum experientiae, qui et ipse tunc sibi persuadere non poterat tantas Dominum in sanctam Matrem virtutes et gratias contulisse, examinavit. Rodericum, ut dubitaret, movebat partim ipsa gratiarum magnitudo et singularitas, partim magna quam habebat ipse multarum deceptionum et illusionum diabolicarum, quas in multis, iisque notabilibus et quae ut valde spirituales habitae erant, personis compererat, experientia: unde etiam tractatum quemdam conscripserat, in quem multos casus particulares et varias spirituum discretionem edocentes regulas retulerat, et in quo primum ejus intentum erat ostendere magnas ut plurimum hac in parte diaboli fraudes et illusiones, ac praesertim in mulieribus, subesse. Quocirca duo illi Patres pariter S. Matrem inducere (quod ita superior ejus tum mandasset) ut quidquid sibi hac in parte contigisset, scripto committeret ac sui rationem redderet, eam examinantes et interrogantes ac velut commentantes, omnesque illius libros, verba et scripta accuratissime perfringentes. Quam postquam toties et

tam studiose singillatimque examinassent, mirifice ac per omnia eis placuit, et singularem ejus humilitatem, charitatem et admirabilem orandi modum magnamque discretionem et rerum spiritualium experientiam ad oculum perspexere. Itaque tandem supervacuum illum timorem quem hactenus habuerant, penitus deposuere. Omnia haec expressa sunt P. Henriquezii verba, qui coeptum suum ad petita sermonem sic prosequitur: « Habuit Mater » admirabile donum in omnibus orationis gradibus quos Sancti tradunt. Unde etiam Patres » Franciscus de Borgia, Societatis Jesu Generalis, » et Antonius Araoz, ejusdem Ordinis commissarius, postquam cum ea egissent ejusque spiritum » examinassent, eum singulari et admirabili cum » elogio approbarunt, dicentes se, tametsi in multis » aliis personis multas cacodæmonis illusiones » experimento vidissent, quoad res tamen Matris » Teresiae a Jesu plane certos et securos esse eaque » non aliter quam a liberali Domini manu data » amplecti. » Atque hoc esse ait quod ipse novit, nec non alia multa ad ejus perfectionem, vitam sanctam et eminens orationis genus spectantia. » Quae, inquit, intellexi et saepius referentes audivi » P. Gasparem de Salazar et P. Balthasarem Alya- » rez, Societatis Jesu sacerdotes, qui multis cum » ipsa annis communicarunt. Et, siquidem opus » foret, multas referre possem revelationes, et quidem approbatas, quas sancta Mater Teresia a » Jesu insigni tum suiipsius tum aliorum plurimorum cum profectu habuit, quae relatæ non » sunt in librum quem de vita illius quam accuratissime et fidelissime Pater et Doctor Franciscus Ribera scripsit. »

18 Et hanc materiam prosequens, paulo inferius hæc addit: « Reperi in ipsa magnam et admirabilem prudentiam et simul Christianam simplicitatem, animum generosum cumque excellenti humilitate succinctum, adhuc simplicem in rebus » difficillimis erga superiores obedientiam. In actibus charitatis aliarumque virtutum mire splendebat, et eos quibuscum agebat, ad similes virtutum actus inflammabat et emovebat. Præterea » mortificationem et vitæ austeritatem cumprimis sectabatur: adhuc pergratum illi erat quod superiores et confessarii gravia, laboriosa sensualitatisque displicentia ei injungerent. Quin imo » in multis persecutionibus quas passa est (ut passa est Hispali) animum præferbat invincibilem et » constantem, magnam quoque atque admirabilem patientiam et in Deo fiduciam. Conscientiam ab » omni vitio et imperfectione purissimam conservabat, magna cum animi pace et quiete conjunctam, quam ei Dominus concedebat. Quin imo » cum ex ipsa tum ex P. Martino Gutierrez rectore Societatis Jesu Salmanticae didici dono prophetiae » illam a Deo donatam fuisse. » P. Egidius Gonzalez p, Castellanae provinciae praepositus et visitator Societatis Jesu, magni in ea nominis multisque virtutum ornamentis conspicuus, duodecim et amplius annis Matris Teresiae a Jesu Confessionem excepit, familiariterque cum ea tractavit; et ipsa ei communicavit res sui spiritus, revelationes ac visiones quas in suo libro descripsit. Is de ejus sanctitate testimonium ferens sic loquitur: « Fuit » Mater Teresia a Jesu magni spiritus mulier, et » cum Domino Jesu Christo familiariter admodum » est conversata; in qua sublimissimam et altissimam orationem, continuam cum Domino praesentiam, simul et magnam quandam erga ea » quae humilitatis sunt propensionem adverti: » itaque permultae fuere visiones et revelationes » quas

E

Gonzalez,

F

p

COLLECTA
EX YEPES.

A

» quas a Domino accepit. » Et paulo post : « Per-
» spexi maximis illam virtutibus dotatam fuisse,
» atque imprimis spe singulari : numquam enim
» eam de re ulla quam aggrediebatur et executioni
» mandare volebat, anxiam aut dubitantem vidi.
» Semper enim in Deo confidebat, idque per media
» quibus numquam ea ad exitum deducenda puta-
» batur; maximasque difficultates perfringendo,
» quidquid perlicere decreverat, exitum sortie-
» batur. »

Perez.

19 Addam his alia id genus testimonia. Unum
est alterius cujusdam provincialis ejusdem Ordinis,
non minus prudentis et docti quam fuit superior
ille, Patris, inquam, Bartholomæi Perez, qui plus-
quam decennio cum S. Matre communicavit, itaque
de eadem testatur : « Mater Teresia a Jesu magni
» spiritus et orationis mulier fuit : quotiescumque
» enim cum illa egi, semper eam de rebus spiri-
» tualibus magno cum spiritu zeloque Religionis et
» animarum boni loquentem audiui; e quo colli-
» gere est illam Dominum sua in memoria quam
» præsentissimum habuisse. De eo autem tanto
» loquebatur cum fervore et sensu ut vere se
» summo Dei ac proximi amore æstuarere ostende-
» ret; ut, quoties cum ipsa agebam ipsamque lo-
» quentem audiebam, ita ædificatus essem et ad
» Deo serviendum animatus ut non sine ratione et
» tum mihi visum sit et modo etiam videatur illam
» ut sanctam habendam ac suspiciendam esse.
» Atque idem fuisse audio iudicium omnium
» eorum qui cum ipsa agebant : nemini enim non
» mirum sanctitatis odorem afflabat. Multi viri do-
» ctrina, spiritu et vitæ sanctitate conspicui illius
» spiritum approbarunt. Et quæcumque sanctam
» Matrem tractantem negotia vidi, tanta eadem
» luce et cognitione ab illa notavi tractari ut
» magnam illam rerum notitiam et facilitatem
» effectum quemdam esse censerem continuæ illius
» communicationis et orationis quam cum Domino
» habebat. Quod et ab aliis qui eandem explora-
» runt, notari observavi. » Et infra : « E conver-
» satione et communicatione quam cum sancta
» Matre habui, cognovi eo modo quo cognosci
» potest, eam in gradu heroico fide, spe ac caritate
» dotatam fuisse, et in particulari ingenti Dei et
» illius gloriæ et salutis animarum amore, nec non
» virili constantia ac generositate in iis quæ ad
» Domini nostri Jesu Christi obsequia spectabant
» cæptis prosequendis, nullas ut persecutiones aut
» hominum obloquia curaret. Speciatim vero au-
» divi quædam illius apud religiosos qui ipsam
» visitationis causa adierant, colloquia de ingenti
» fidei zelo, cujus potissimum intuitu sua mona-
» steria fundare cæpit. Perspexi denique dictam
» Matrem omnigenis virtutibus, et quidem in
» summo perfectionis gradu, dotatam fuisse. »
Hactenus illius verba.

B

20 P. M. Hieronymus de Ripalda Societatis Jesu,
cum Salmanticensis collegii rectorem ageret, ac
prius cum Abulæ moraretur, quadriennii spatio
beatam Matrem Teresiam a Jesu tractavit ejusque
Confessiones excepit. Qui de illius sanctitate inter-
rogatus sic respondit : « Mater Teresia a Jesu
» magni spiritus mulier fuit sublimique orationis
» genus habuit; cujus adminiculo Dominus multa
» ad suum obsequium spectantia ipsi communica-
» vit, quæ ipsa dein mecum diversis temporibus
» contulit : atque inde magnam de alta ejus ora-
» tione et ea quam ei Deus communicabat luce
» opinionem concepi. Egit illa cum doctissimis et
» gravissimis quos tunc temporis hæc provincia
» habuit Societatis nostræ viris, uti fuere Doctor

Ripalda

» Araozius, commissarius Patris Generalis, P. Li-
» centiatus Martinus Gutierrez, collegii Salmantini
» rector, P. Balthasar Alvarez, qui in Toletanæ
» hujus provincie administratione decessit, et quo,
» omnium dictæ Societatis religiosorum iudicio,
» nullus erat in rebus spiritus tractandis eisque
» cognoscendis versatior ac peritior, atque ideo re-
» rum spiritualium præfectum prope semper age-
» bat. Hic prædictæ Matris Teresie a Jesu sexen-
» nio toto confessarius fuit, et de illius spiritu ac
» rebus cum P. Francisco de Borgia contulit.
» Omnes porro illi quos dixi Patres ipsum Matris
» Teresie a Jesu spiritum approbarunt et com-
» mendarunt. » Et inferius : « Mater Teresia a
» Jesu insigni fide, spe et caritate dotata fuit : no-
» minatim vero in ipsa observavi exactam et ex-
» traordinariam erga confessarios suos obedien-
» tiam in omnibus quæ ei mandabant, nec non
» singularem in Domino adversus omnigenas quæ
» occurrebant difficultates fiduciam, et insignem
» Dei timorem cum continua in rebus suis de se
» ipsa cautione, excellentem quoque humilitatem,
» qua sua et spiritum suum cum viris apprime
» doctis et spiritualibus conferebat, denique exem-
» plarem patientiam, qua omnes quæ sibi irroga-
» bantur injurias æquissimo animo perferebat. »

21 Alius ejusdem Societatis Pater, cui nomen
Joannes de Aguila, qui sanctæ Matris confessarius
fuit eamque tractavit, idem pene dicit; et addit se,
præterquam quod in sancta Matre tres virtutes
theologicas in summo gradu et maximo incre-
mento notaverit, ex luce illa quam ei Dominus
in oratione communicabat, magnam Fidei nostræ
mysteriorum notitiam et Sacræ Scripturæ intelli-
gentiam in ea observasse : esto enim indocta esset
mulier, tamen multa ejusdem loca in sensu catho-
lico et certo secundum Sanctorum Doctorum spi-
ritum et mentem intelligebat; deque Deo tam subli-
miter et alte sentiebat ut ad oculum pateret quam
illi familiaris esset : atque inde, meo iudicio, magna
illa in rebus agendis et cunctis operationibus ejus
circumspectio et prudentia proveniebat. Finem non
invenirem, si omnes Societatis Jesu Patres qui
ipsam novere ejusque Confessiones audire et ma-
gna cum prudentia et cautela spiritum illius appro-
barunt, recensere vellem. Inter quos fuit P. Marti-
nus Gutierrez, Salmantini collegii rector, vir doctus
et concionator egregius, magnique spiritus et ora-
tionis. Dein P. Salazar, rector collegii Conchen-
sis, qui, uti P. Henriquez suo in elogio prodidit,
multa et præclara de Teresie sanctitate retulit, cum-
que Abulæ rectorem ageret, mirifice eam adjuvit
eique favorem præstitit q. Tum vero P. Santander,
Segoviensis collegii rector; necnon Doctor Paulus
Hernandez, Inquisitionis Toletanæ consultor, qui
de ea dicere solebat : « Magna est Mater Teresia a
» Jesu quoad dotes naturales, sed major quoad
» supernaturales r. » Cum omnibus hisce Patribus,
doctis æque ac gravibus, occasione foundationum
suarum sancta Mater communicavit; qui omnes
idem prorsus de ejusdem sanctitate, virtute et spi-
ritu tulere iudicium. Quin et aliis non paucis S.
Mater confessa est; quorum nonnullorum, quid de
ipsius perfectione et sanctitate senserint, testimonia
hic depromam.

et alii o. Socie-
tate Jesu;

22 Licentiatus Gaspar de Villanueva, multæ vir
eruditionis et Malagonensis oppidi vicarius, sanctæ
Matri, ibidem dum ageret, aliquot mensibus a Con-
fessionibus fuit, hocque de illa testimonium dat :
« Mater Teresia a Jesu maximi spiritus fuit mulier,
» nec non excellentis cum Deo conversationis, et
» quæ siliptius ac commodorum suorum oblita, in
» omnibus

necnon Gas-
par de Villa-
nueva

A » omnibus honorem et gloriam Dei quæsit; ad-
 » hæc fide, spe et caritate in heroico et sublimi
 » gradu dotata fuit. Humillima erat et cumprimis
 » obediens, summæque castitatis, et in aliis virtu-
 » tibus mirum in modum provec̃ta: omni enim
 » tempore quo cum ipsa egi illique a Confessionibus
 » fui, tantam vitæ puritatem prætulit ut num-
 » quam aliquid tum opere tum verbo in ipsa
 » vidisse me meminerim quod reprehensionem
 » mereretur, sed omnia maximæ ædificationis et
 » exempli; adeo ut mihi ipsa videatur fuisse unum
 » e prodigiis illis quæ Deus in terra ostendit ut
 » ab hominibus glorificaretur. »

et Christopho-
 rus Colon.

23 Magister Christophorus Colon, archiepisco-
 patus Valentini visitor generalis, sæpe sanctæ
 Matris Teresiæ a Jesu Confessiones excepit, cum
 ipsa communicavit et familiariter egi; atque in
 informatione quæ Valentini facta est, ait hæc verba:
 « Ego censeo Matrem Teresiam a Jesu fuisse unam
 » e maxime singularis spiritus mulieribus quas
 » umquam in terra vidi; esto cum aliis plurimis
 » variis in regionibus et provinciis tractaverim.
 » Etenim orationis adminiculo præclarissima a Do-
 » mino obtinuit: habuit autem imprimis vivam
 B » spirituum notitiam et discretionem, qua fiebat ut,
 » tametsi cum varii status et conditionis hominibus
 » ageret, quod tamen uniuscujusque spiritui conve-
 » niebat et in status sui ordine postea ei eventurum
 » erat, apertissime detegeret et attingeret. » Et infra:
 » Excellentem habuit fidem, spem et caritatem,
 » adeo quidem ut nihil timeret neu animum con-
 » traheret, quantumlibet ei omne humanum auxi-
 » lium deesset; unde etiam dicere solebat: Fideles
 » simus ei qui datam fidem frangere non potest.
 » Si quis vel solum eam intuitus esset, ipsa inte-
 » rius respondere videbatur ad ea quæ mens scire
 » desiderabat; adeo ut, si quod quis dubium habe-
 » bat, eam necesse non esset interrogare ut illud
 » resolveret. » Et addit deinde: « Illius humilitas
 » erat sincera et candida; cui similem in nulla pura
 » creatura, quantaslibet ipse toto vitæ meæ cursu
 » tractavi, perspexi. Unde etiam omnem favorem
 » ac laudem humanam et quidquid huc spectare
 » videbatur, fugiebat. Illius circumscriptio casta et
 » honestas erat tam magna ut hoc a Domino con-
 » secuta donum videretur ut quotquot eam intue-
 » bantur, nescio quam iis ipsa honestatem affri-
 » caret; adeo ut impossibile videretur aliquem
 C » inordinato in ipsam amore ferri. » Omnes quos
 hactenus retuli, sanctæ Matris confessarii fuere.

§ III.

Testimonium virorum san- ctorum qui Sanctæ Matris vitam et libros judicio suo approbarunt.

Quibus con-
 sentiunt S.
 Ludovicus
 Bertrandus.

Licet omnes quos diximus hactenus, multarum
 virtutum et sanctitatis eximie viri sint, jam tamen
 referre et depromere volo eos qui admirabili et
 nota sanctitate floruerunt, et quod horum de sancta
 Matre fuerit judicium, paucis perstringere: qui
 enim ea quæ Dei sunt, vere gustarunt et experti
 sunt, dono sapientiæ magna cum certitudine de
 sensibus et effectibus e spiritu divino natis judicant.
 Sicut is qui bonum habet gustum et palatum vino

delicatissimo jam assuetum, si quis ei acetum aut
 aliud crudum vel factitium vinum porrigat, statim
 per gustus experientiam multo clarius percipit
 vini differentiam quam is qui solo visu aut odore
 vel gustum depravatum habens id vellet discernere.
 Multi ergo viri spirituales, qui plurima haud du-
 bie a Domino acceperant similia iis quæ et in
 sancta Matre ipse operabatur, spiritum ejus ap-
 probarunt. Inter hos fuit imprimis sanctus P. F. Lu-
 dovici Bertrandus, cujus sanctitas tam intra quam
 extra Hispaniam notissima est; prout liquet (ne
 de plurimis ejus miraculis loquar) ex eo quod
 canonizationis ejus causa jam admodum promota
 sit. Sanctus hic vir non sine divina revelatione
 permagni fecit sanctæ hujus virginis vitam admi-
 randasque virtutes et propositum reformandi Ordi-
 nis ab ea conceptum; atque adeo ad opus hoc
 divinæ gloriæ promovendæ tam accommodatum
 inchoandum litteris Dei nomine scriptis eam ani-
 mavit s.

COLLECTA
 EX VEPES
 D

25 P. M. Joannes de Avila, habitus nostris
 temporibus vir vere euangelicus, et quo fidelior
 ac zelosior jam abhinc multis sæculis Ecclesia
 Dei ministrum non habuit, cujusque virtutes et vita
 fuere tam singulares ut P. Ludovicus Granatensis
 singulari eas libro descripserit. Ut ergo sanctus
 hic vir spiritum ac revelationes sanctæ Matris exa-
 minare posset, ipsa confessariorum suorum jussu
 suam Vitam scripsit. Hanc ille accurate expendit;
 scripsitque epistolam in qua aliquot rationibus
 sanctæ Matris revelationes et spiritum probavit.
 Imo vero religiosissimus P. F. Ludovicus Grana-
 tensis, sancti illius viri Vitam dum scribit, inter
 alia evidentia argumenta quibus illum spirituum
 discernendorum donum habuisse probat, hoc ut
 singulare producit, quod nimirum in Matris Te-
 resiæ spiritu examinando et approbando scopum
 optime tetigerit. Hæc autem ejus sunt verba:
 « Contigit quoque ut insignis quædam religiosa,
 » cui nomen Teresia a Jesu, nostra hac ætate
 » notissima (etsi initio a multis qui ejus spiri-
 » tum ignorabant, persecutionem pateretur), cum
 » se ab aliquibus premi et exagitari cerneret,
 » ejusdam e S. Inquisitionis officialibus consilio
 » ad Patrem Avilam, ob magnam illius in rebus
 » spiritualibus peritiam et experientiam, recur-
 » sum haberet, eique totius vitæ suæ rationem
 » redderet: qui cum quid rei esset, satis intellexis-
 » set ejusque spiritum perdidicisset, in epistola
 » quadam ei respondit non esse quod se amplius
 » inquietaret, at certa et segura esset nullam in
 » rebus suis illusionem subesse, quod omnia a
 » Deo proficiscerentur. » Quo testimonio et ipse
 Ludovicus Granatensis sanctæ Matris Teresiæ a
 Jesu sanctitatem confirmat ejusque spiritum ap-
 probat v.

Ven. Joannes
 de Avila.

E

F

26 P. F. Petrus de Alcantara, magni vir spiri-
 tus multæque orationis, qui sua industria et labore
 Patrum Franciscanorum Excalceatorum Ordinem
 reformavit et ad magnam perfectionem eduxit, fuit
 inter præcipuos qui singulari quadam ratione cum
 sancta Matre tractarunt; et in eo vicissim ipsa insi-
 gnem spiritum et vitæ sanctitatem perspexit. Ille
 quoque fuit qui præ cæteris sanctam Matrem (uti
 ipsa in sua Vita scripsit) securam reddidit, eam
 ad Alvares Mendozii episcopi Abulensis notitiam
 perduxit, atque auctoritate et bono quod apud eum
 habebat nomine tantum apud episcopum potuit ut
 hunc ad facultatem primi monasterii fundandi
 concedendam permoverit. Quod vero majus, tanta
 apud Abulenses omnes P. F. Petri de Alcantara
 erat auctoritas, tamque bene de eo opinabantur
 157 universi,

S. Petrus de
 Alcantara.

COLLECTA
EX YEPES.

A

universi, ut, cum in principio, dum primum Dominus tantas sanctae Matri gratias conferre incipiebat, multi de illius confessariis, litterati alioqui et graves viri, spiritum Dei cum esse negarent, sola Patris hujus auctoritas suffecerit ut contrarium postea de ea crederent, eosque ipse mentem et opinionem priorem mutare coegerit. Imo vero sanctus hic vir dicere solebat inter eas animas quae tunc temporis majore in mundo sanctitate florebant, sanctam Matrem Teresiam a Jesu referendam videri et primam pene existere; atque adeo, una excepta fide, nihil sibi esse certius ac manifestius quam spiritum illius a Deo esse. Unde etiam illi in ejus laboribus, difficultatibus et foundationibus insigni adjumento fuit. Hi duo quos dixi viri tam sublimis sunt spiritus tamque admirabilis sanctitatis, et eas habuere virtutes vitaeque tam fuere conspicui, ut in Sanctorum referri numerum digni sint. Primi Vitam scripsit P. F. Ludovicus Granatensis; alterius vero, Petri, inquam, de Alcantara, ipsa sancta Mater paucis verbis heroicis virtutes perstringit *u*.

u
S. Franciscus
de Borgia,
P. Balthasar
Alvarez,

B

27 In hunc virorum spiritualium et insignium Dei servorum numerum referre possumus P. Franciscum de Borgia, Societatis Jesu Generalem, sanctimonia vitae imprimis conspicuum, nec non P. Balthasarem Alvarez, quorum jam supra mentionem fecimus. Hi quoniam sanctitatis pignora Dominus in beata Matre Teresia a Jesu posuisset, satis superque et viderunt et testati sunt. Atque imprimis P. Franciscus de Borgia ita erga eam affectus mansit, itaque ejus spiritus illi satisfecit et placuit, ut de illa nunquam nisi quam honorificentissime et magna cum laude loqueretur, et, postquam semel cum illa egit, semper exinde illi litteras miserit, ne tam sanctae foeminae communicationem amitteret. Porro P. Balthasar Alvarez, vir singulari dotatus spiritu multaeque orationis et qui Toletanae provinciae praefuit, ad multos annos ei confitenti aures dedit, multisque eam mortificationibus exercuit, et alia ad ejus spiritus periculum faciendum tentamina praemisit; e quibus spiritus illius puritatem sinceritatemque indes magis et magis perspiciebat, idque cum insigni ipsiusmet profectu et admiratione, singularia dona in ipsa agnoscendo.

P. Rodericus
Alvarez,

C

28 Inter hujusmodi viros numerabo quoque P. Rodericum Alvarez, virum heroicarum et illustrium virtutum, qui S. Matris spiritum (uti jam supra P. Henricus Henriquez testatus est) et examinavit et probavit. De qua re particulare quoddam testimonium dat licentiatos Ferdinandus de Mata, Hispalensium praedicator et vir cum primis spiritualis; qui suo in elogio, postquam idem quod alii de illius spiritu testatus esset, addidit: « Audi divi P. Rodericum Alvarez Societatis Jesu, qui Matris Teresiae a Jesu confessarium egit, dum ipsa Hispali habitaret, spiritum illius laudantem et approbantem quasi admodum certum: quod ille Pater judicium de ea tulit, postquam eam accurate explorasset et Dominum in oratione rogasset ut lucem sibi et notitiam daret ad rei veritatem intelligendam. Porro P. Rodericus Alvarez habitus est pro viro cui Dominus spiritum discernendorum donum dederat; unde et hujusmodi in rebus S. Inquisitionis assessores eum nonnumquam consulbant: semper quoque eum ut virtutis ac religionis exemplar ac magni spiritus virum tum domestici tum externi suspexere. Quem nonnumquam audiavi dicentem, Dominum S. Matri multa ad suum obsequium spectantia per orationem communice, quae in libris qui de illius vita perscripti

» sunt nec non aliis chartis manu exaratis legi. D
» Quin et ex eodem P. Roderico, qui generalem
» illius Confessionem exceperat, audiavi ipsam par-
» ticulare quoddam castitatis donum habuisse at-
» que in virginitate aequae integram et corpore
» intactam fuisse ac S. Catharinam Senensem; et
» quamdam perspicillorum thecam produciens, di-
» xit: Quemadmodum impossibile est ut theca haec
» habeat cogitationes aut sensum carnis, ita et
» Teresiae impossibile id erat ob particulare casti-
» tatis et puritatis quod a Deo acceperat donum. »
Hanc Pater iste, rerum spiritus adeo peritus et zelosus Dei famulus, approbationem de ea tulit, postquam multa jejunia, orationes et alia plurima examina hanc ob causam praemisisset. Cumque quadam die in collegii sui choro in oratione ageret, Dominus ei e variis Sacrae Scripturae locis declaravit spiritum beatae Matris esse bonum et sua manu profectum: unde ex illo tempore passim omnibus evulgare ipse coepit spiritum illum a caelo venisse; quin etiam provincialem suum, qui tum erat P. Didacus de Acosta et de hac re quoque dubitabat, revelationis sibi in oratione factae certiore reddidit. Provincialis porro sancti hujus Patris, adeo rerum spiritualium periti et spiritualis, testimonio et informatione motus, illico dubitationem suam deposuit, et tam recte de sancta Matre sensit, idem de illa testimonium tulit atque perinde quoad ejus spiritum securus fuit ac reliqui omnes quos diximus hactenus.

29 Hunc quoque in numerum hic referam P. Julianum de Avila, majorem Excalceatarum Abulensium sacellanum, virum vitae exemplaris et plurimarum virtutum, quem etiam ut talem omnes cives Abulenses habuere: quod satis in illius morte patuit, quando ejus jam defuncti corpus et reliquias ut Sancti alicujus (qualis et vere erat) coluere et venerati sunt. Fuit sanctus hic vir perpetuus sanctae Matris socius, ac viginti annorum spatio cum ipsa egit, et in ejus foundationibus eam comitatus est; cumque admirabiles ejus virtutes assidua frequentatione et usu perspexisset, quemdam de iis quae vidit et reipsa expertus est quoad ejus sanctitatem librum conscripsit *x*. Ex testimonio porro quod pro sanctae Matris canonizatione tulit (amplum sane id est ac magnum) breves hasce quae sequuntur sententias deprompsi: « Ego, inquit, cir-
» citer viginti annos sanctam Matrem frequentavi,
» cum ea sum conversatus, ei confitenti aures dedi-
» et Sacram Communionem ei porrexi: quin et in
» omnibus foundationibus quae ei occurrerunt,
» usquedum Dominus eam ex hac vita sustulit,
» eam sum comitatus eique servivi. Habuit ipsa
» fidem admodum vivam, spem tam claram et
» raram quam alios Sanctos habuisse constat, et
» charitatem adeo ferventem ut eam nec labores
» nec contradictiones nec obloquia nec exigui
» hominum erga ipsam affectus neque aliae res
» ullae, quas nimis quam longum foret referre, in
» charitate et amore erga Deum, quem in omnibus
» declarabat, frigescente facerent; adeo ut non sine
» ratione dicere posset illud Apostoli: Quis nos
» separabit a charitate Christi? Ego velut testis
» oculatus dico nihil aut adversi aut prosperi, nihil
» quod ad facultates, honorem aut vitam perti-
» neret, neque demum aliud quid satis fuisse ut
» ab iis quas coeperat foundationibus perficiendis
» desisteret; utpote quae secunda esset Deum sibi
» minime defuturum. » Et paulo inferius: « In
» rebus supernaturalibus quas in ea Deus faciebat,
» et in ope quam illi in foundationibus praestabat,
» superabat gratias illas quas multis Sanctis anti-
» quis

Julianus de
Avila,

F

COLLECTA
EX YEPES.
D

A » quis Deus praestitit; cum tam mirabilia et stu-
 » penda illius opera Deus faceret. » Et alio in
 » loco : » Nemo negare poterit aut dicere audebit
 » quin Dominus in Matris Teresiae a Jesu rebus
 » ita se eminentem praestiterit quantum in maxime
 » insignibus et praestantissimis quos Ecclesia Dei
 » habet Sanctis. Ego velut testis oculatus dicere
 » audeo eam res aequae supernaturales habuisse ac
 » maxime a Deo amati Sancti habuere. Ego quo-
 » vis ferme die porrigebam ei S. Communionem,
 » et plerumque in ecstasi remanebat. Eo tempore
 » Dominus illam tantis tamque eximiis cumulabat
 » favoribus ut quidquid ipsa fassa fuerit, id parum
 » sit praeter illas quae circa res supernaturales Domi-
 » nus ei dabat intelligere. Inter haec tam sublimia
 » quae eam Deus sentire faciebat, dabat et alia
 » quaedam quae dici et aperiri poterant; atque haec
 » sunt quae ipsamet tam vere scripto commisit.
 » Equidem illo viginti annorum quo cum ipsa egi
 » spatio nunquam eam adverti aut intellexi ullum
 » peccatum veniale scienter et volenter fecisse; et
 » mihi constat nunquam ipsam ullum facturam
 » fuisse, esto quidquid in mundo est, per hoc
 » lucrari potuisset. Scio praeterea tantam et tam
 » B » continuam illi orationem Deique praesentiam
 » fuisse, ut, quo illam ferre posset, per aliquot ex-
 » terna negotia quae ad monasteriorum suorum
 » regimen et augmentum spectabant, diverti et
 » occupari eam oporteret; ordinarium quoque illi
 » fuisse cum Deo de suis rebus communicare et
 » colloqui, et Deum vicissim illi loqui et multa
 » quae ad fundationes monasteriorum spectarent,
 » majori ei cum familiaritate aperire quam de
 » multis Sanctis legimus. Et hoc plerumque fiebat
 » post sumptam Sacram Communionem. »

episcopi plures

30 Volo quoque hic commemorare episcopos et
 alios praelatos Hispaniae, graves aequae ac doctos,
 qui, postquam cum Matre Teresia a Jesu egissent,
 idem de illa vivente dedere iudicium quod universa
 Ecclesia de illa jam mortua. Primus sit Theotonius
 de Braganza, archiepiscopus Eborensis, qui ma-
 gnanim cum S. Matre familiaritatem et notitiam
 habuit, ac identidem se ideo felicissimum reputabat
 quod eam in hac vita novisset, quique ante Teresiae
 mortem, ipsa non mandante, librum de Via perfectio-
 nis, quem in monialium suarum usum sancta Ma-
 ter conscripserat, in Lusitania typis excudendum
 curavit y. Secundus sit doctor Velasquez, ex cano-
 nico Toletano episcopus Oxomensis, ac deinde Com-
 postellanus archiepiscopus. Canonicum is cum age-
 ret, expresso Domini jussu eum sancta Mater in
 suum confessarium delegit; et ipse postquam eam
 frequentasset ejusque Confessiones excepisset, tan-
 tam erga ipsam devotionem et affectum concepit,
 tamque praecclare de heroicis ipsius virtutibus sensit,
 ut, cum Oxomensis episcopus esset, ipsam evocarit
 ut Soriae in dioeceseos suae oppido monasterium
 constitueret, eamque primum in domum suam
 ingredientem, genu flexo exceperit: tanta scilicet
 is in sanctam veneratione ferebatur. Quo illa ho-
 nore ita erubuit atque umquam alias in vita eru-
 buerat z. Alvarus de Mendoza, episcopus Palentinus,
 beatam Matrem ut sanctam suspiciebat, et ut talia
 omnia quae ad ipsam spectabant, reputabat; et,
 licet in principio illius fundationibus aliquod subji-
 cere vellet impedimentum, ita tamen postea quoad
 spiritum Dei qui in sancta Matre commorabatur,
 securus et confirmatus fuit, ut exinde nunquam se
 de re ulla, quantumvis impossibilis ea videretur,
 dubitasse dixerit, dummodo Teresia eam affirmaret.
 Cumque in principio omnes occlamarent ac dice-
 rent stultitiam esse mulierem rem tam arduam, uti

erat nova Ordinis reformatio, ordiri et suscipere
 velle, ipse vero e rerum successu videret ad oculum
 quam ipsi male sentirent, dicere solebat: « Sane
 » nos stulti sumus; ipsa vero et sapit et sancta
 » est. » Unde etiam summus beatae Matris amicus
 exstitit, ipsamque, uti et Religionem ejus, quibus-
 cumque potuit modis, tam in exordio quam omni
 eo quo vixit tempore, egregie juvit ac protexit.
 Archiepiscopus Hispalensis Christophorus de Rojas
 illius intimus ac familiarissimus exstitit, atque
 adeo et indefessus Religionis illius patronus et pro-
 tector. Archiepiscopus vero Burgensis Christopho-
 rus Vela, qui Excalceatarum conventus Burgis
 erigendi, quem sancta Mater ibidem fundavit, fun-
 dationi ante totis viribus obstiterat, tam praeclearam
 de ipsa postea opinionem concepit ut in quadam
 quam in hoc ipso conventu deinde habuit concione,
 magna cum animi teneritudine et pene cum lacry-
 mis, multis eam laudibus cumularit, seipsum ac-
 cusans quod in licentia illi ad hoc danda tam
 difficilem et tardum se praebuisset.

virique alii
permulti

31 Didacus de Covarruvias, episcopus Segovien-
 sis et Castellae praeses, inter viros doctissimos illius
 regni nominandus, maximo sanctam Matrem honore
 affecit et optime praecclareque de illius sanctitate sen-
 sit. quae etiam opinio cognato ejus Joanni Orozco
 de Covarruvias, episcopo Gaditano, insedit; quem-
 admodum videre est e libro quem hic de vera et
 falsa prophetia conscripsit. Quin etiam hodie in
 vivis sunt quatuor episcopi qui sanctae Matris Te-
 resiae confessarii fuere: doctor Mansius episcopus
 Calagurritanus, doctor Sierra Palentinus aa et do-
 ctor Castrius Segoviensis; qui omnes, prout par est,
 virtutum quas in sancta Matre usu didicerunt et
 manibus prope palparunt, excellentiam et sanctita-
 tem mire deprædicant: quartus ego sum, qui quid
 de illa sentiam, neque hoc libro nec multis aliis pro
 rei dignitate exponere potero; attamen ad solamen
 meum et ad mea erga hanc sanctam debita sol-
 venda haec lineamenta exaro, et quod intractabilis
 calamus meus attingere non potest, lingua suppleo:
 a multis quippe annis (id quod bene norunt viri
 tota Hispania gravissimi, quibuscum pro meo con-
 fessarii regis Philippi II munere me agere oportuit)
 jucundissima mea conversatio est virtutum hujus
 sanctae praekonem agere, sanctitatem ejus venerari
 ac filios filiasque ejus juyare; ad quod non alia me
 movent quam gloria Dei et zelus animarum, nec
 non ea quibus Teresiae obstrictus sum nomina,
 uti et profectus meus spiritualis. Inter viros eccle-
 siasticos et religiosos referre quoque possumus Fer-
 dinandum de Toledo, ducis Albani filium, magnum
 Ordinis S. Joannis priorem; qui, quod sanctam
 Matrem in vivis agentem vidit et cum ea versatus
 est, profundam ejus humilitatem, admirabilem san-
 ctitatem et virtutes statim perspexit. Etiam inde ab
 eo tempore quo eam frequentare cepit, eam ut
 sanctam in coelo agentem et dignam quae etiam in
 terra, publica Romanae Sedis approbatione, ut talis
 coleretur, suspicere incepit. Unde ut insigne ali-
 quod Deo obsequium praestaret utque ostenderet
 quo in sanctam Matrem affectu ferretur, cum ex
 hac vita decessit (triennio videlicet aut quadriennio
 post sanctae Matris mortem), quatuordecim aureo-
 rum millia testamento legavit, qui in annuos redditus
 assignarentur atque in sumptus canonizationis
 impenderentur: quin et aliam facultatem suarum
 partem conventui in oppido Consaburano moniali-
 bus Excalceatis fundando dedicavit; atque haec
 omnia in Dei honorem ac Teresiae venerationem
 praestitit.

E

aa

F

32 Quamvis vero eam in vita non noverint, dignitatibus
 mortuam ecclesiasticis

COLLECTA
EX VEPES.

A mortuam tamen eam ut sanctam et canonizatione dignam, idque actis et testimoniis publicis, multi graves in Hispania viri censuerunt. Inter alios patriarcha et archiepiscopus Valentinus Joannes de Ribera, cum in fundatione ejusdam collegii quod instituit, notabiles duplices portiones et collationes legasset, quibusdam per annum festivitibus et diebus quibus nonnullorum Sanctorum memoria agitur, percipiendas; inter Sanctos hos etiam refert Matrem Teresiam a Jesu, ut ei post canonizationem perinde ac cæteris celebritas institueretur: quippe jam tum illius canonizationem, de qua nemo dubitabat, ut certam habebat *bb*. Laurentius de Otaduy, Abulensis episcopus, vir doctissimus et egregie pius, decem aureorum millia dedit e quibus Abulæ Excalceatis Fratribus monasterium construeretur; et in pactis quæ cum Ordine instituit, inter cætera hanc fundationem tum ad Dei Opt. Max. tum ad beatæ Matris Teresiæ a Jesu honorem et gloriam fieri ait. Neque vero mirum est ipsam ab illo beatam appellari, cum sæpius repetat et inculcet sanctam Matrem Teresiam a Jesu non minus apud se canonizatam esse quam S. Catharinam Senensem. Nam quod ejus loci in quo S. Mater nata et educata erat, episcopus esset, illius excellentes virtutes et sanctitatem optime perspectas habebat. Omnes ergo quos hactenus commemoravimus viri, nec non alii plures quos studio omittimus, tam graves, tam sancti et docti tantæque dignitatis et auctoritatis, cum sanctam Matrem Teresiam a Jesu cognovissent eamque frequentassent, sanctitatem illius ad unum omnes approbarunt. Nescio vero quod majus aut amplius excogitari (hac quidem in parte) de quopiam Sancto testimonium queat, aut quod exactius Ecclesia examen instituere, excepta illa approbatione quæ vel a Generali Concilio vel a Sede Apostolica proficiscitur, quod adeo sit sufficiens et efficax atque hoc quod de sancta Matre factum est; cum tot archiepiscopi, episcopi, provinciales, Religionum superiores, magistri et doctores S. Theologiæ, viri spirituales æque ac sancti, quibuscumque viis et modis multo tempore mulieris hujus sanctæ spiritum examinarint *cc*. Illorum viro numerus, qualitates, elogia, dignitates nimis quam sufficientia sunt, non ad unum dumtaxat, sed ad multa provincialia Concilia digne instituenda; ut eis nec caput nec membra nec doctrina nec virtus nec numerus nec aliæ partes ad ipsum necessariæ deessent.

ne secularibus
spectabiles.
dd

C 33 Personarum sæcularium quæ sanctam Matrem cognoverunt et magni fecerunt *dd*, mentionem hic facere nolo; quod æquo longiorem ac prolixiorem prologum hunc facerem. Unum dumtaxat hic referam, qui instar sit omnium quos afferre possem, Philippum II Hispaniarum regem; cui sancta Mater, dum viveret, litteras scripsit, quemque de aliquibus rebus certiore fecit, nec non alia quædam ab eo in gratiam Ordinis sui postulavit, quæ ipse ei magna cum liberalitate concessit. Atque adeo litteris et opinione quam de ipsa conceperat, motus, particularis Religionis illius pater fuit et protector *cc*. Idem fecit imperatrix Maria, nec non principissa Joanna; cujus petitione et instantia Madrito sancta Mater pertransiit apud Excalceatas S. Claræ hospitatura. Non minor fuit erga eam devotio Christianissimi regis Franciæ, qui ad postulationem et preces cognatæ suæ ducissæ de Longavilla, et præsertim ob affectum erga sanctam Matrem, a Summo Pontifice Clemente VIII aliquot Ordinis ab ipsa fundati moniales postulavit; cui Sanctitatis Suæ jussu P. Generalis moniales misit, et anni spatio sub protectione et tutela regis Christianissimi quatuor primaria in Francia fundata

sunt monasteria, et quotidie nova ab aliis civitatibus expetuntur *ff*.

//

§ IV.

Testimonia quæ de S. Matre jam mortua data sunt.

S Sancta Matre jam demortua, omnes qui ea tempestate in Hispania florere viri graves juxta ac docti, sancto et pio quodam zelo moti, calamum in manus sumpserunt ad vitam illius conscribendam. Primus qui laborem hunc suscepit, fuit Pater Franciscus Ribera Societatis Jesu (uti jam supra significavimus), qui paucis post ejus mortem annis multa in unum volumen conjunxit quæ tum ipse tum alii de sancta Matre noverant. Et illo ipso tempore P. F. M. Dominicus Bañez ex Ordine Prædicatorum, primarius theologiæ facultatis Salmanticæ professor, ejus jam superius mentionem fecimus, idem facere decrevit, velut testis oculatus et tot per annos S. Matris confessarius; sed graves et plurimæ quas habuit occupationes pia hæc desideria ne exqueretur, impedimento fuere. Quod vero quotidie hominum de Teresiæ sanctitate opinio et æstimatio cresceret, simul etiam illorum erga ipsam crevit devotio. Maxime vero erga illam affecta fuit ipsa imperatrix, regis Hispaniarum Philippi II soror: cupivitque quam maxime ut P. M. F. Ludovicus de Leon Ordinis S. Augustini et SS. Litterarum in Salmanticensi universitate professor, vir per Europam tum ob ingenii præstantiam tum ob singularem doctrinam notissimus, vitam et miracula illius scripto committeret; quod neminem illo melius tunc quidem in Hispania id pro argumenti dignitate præstiturum suoque in hoc desiderio satisfactorum (nec immerito) putaret: unde ei hanc provinciam et laborem injunxit; qui illi sane fuit perquam jucundus. Operi ergo se accinxit, et multa quæ (postquam P. Franciscus Ribera illius gesta scripsisset) tempus et diligens inquisitio detexerat, in unum collegit; cui ego multa communicavi, quæ hoc in libro refero. At visum Deo illum in laboris principio, cum vixdum quinque aut sex paginas scripsisset, ex hac vita evocare; itaque omnes spe sua frustrati sunt. Verumtamen, esto optatum adeo partum hunc in lucem edere non potuerit, prologum quemdam edidit (qui cum libro quem ipsa sancta Mater de Vita sua conscripsit, simul edi solet), in quo, licet quam brevissime, tamen erudite ac vere, sublimi stylo maxima quædam mirabilia quæ Deus Opt. Max. in hac Sancta et per illam operatus est, recenset et tradit *gg*. Ego vero, veritus ne aut tempus aut obliquo mirabilia Dei opera sepeliret penitus aut saltem immutaret, laborem hunc reassumere non dubitavi, omnia quæ hactenus de ejus vita et sanctitate edita erant, simul in unum corpus compingens.

Post obitum
Teresiæ

E

F

99

totum terrarum
orbem

35 Obiter vero hic notandum (quod et notarunt plurimi) singularem quamdam Dei gratiam et privilegium fuisse quod huic sponsæ suæ contulit, quod, cum particularis Ordinis religiosa fuerit, ab omnibus tamen religiosis ita universaliter amata et honorata fuerit ac si singulorum Religionem professa esset. Quodque magis mirandum est, cum viri egregie docti et summi theologi ut plurimum parum afficiantur erga illos (præsertim si mulieres sunt) qui extraordinarias visionum, revelationum ac raptuum vias consecantur, in sancta tamen Matre regula hæc locum non habet: imo vero per experientiam

A experientiam videre est, quo viri doctiores et majoris eruditionis sunt, eo hos pluris opera illius facere magisque erga ea affici; quod Sacrae Scripturae luce spiritus illius subtilitatem et acumina penetrent. Et sane non sine singulari quadam Dei fit providentia, ut, quoniam ipsamet sancta Mater ita doctrinam delexit et magnorum doctorum tanta fuit cultrix et frequentatrix, numquam ut sibi a viro bene docto male consultum fuisse dicere so-
leret, ita ipsi vicissim eam jam mortuam hono-
rent, colant et omnimodis venerentur, illius san-
ctitatem et vitae perfectionem non solum verbis,
sed etiam libris celebrare et extollere conantes.
Omnium vero de sanctitate benedictae hujus Matris
testimoniorum generalissimum est communis to-
tius Hispaniae et aliorum regnorum, praesertim
Italiae, Galliae, Germaniae et Indiarum Orientalium
et Occidentalium, acclamatio. Reges quippe Hispa-
niae Philippus II et Philippus III varias ad Sum-
mum Pontificem scripsere litteras quibus illam in
Sanctorum referri catalogum petiere, nec non re-
gina Margarita nuper defuncta Philippi III uxor, quae
mirifice erga illam afficiebatur. Idem quoque ab eo
petiere regni Castellani proceres in comitiis anno

B MDXCVI indictis, nec non Aragonii: adhuc omnes
Ecclesiae Hispanicae in congregatione quam anno
MDXCV indixere, item in alia quae non multo
post priorem illam congregata est; quae omnes
quam enixissime Summo Pontifici supplicarunt ut
Teresiam Sanctorum fastis adscriberet. Idem quo-
que petiit provinciale concilium Tarracone cele-
bratum. Imo vero vix ullus fuit in Hispania ar-
chiepiscopus, episcopus aut celebris universitas,
uti sunt Salmantina et Complutensis, qui non
hujus rei impetrandae ad Sedem apostolicam litte-
ras miserint *hh*. Omnes enim ad unum benedictam
hanc Matrem non modo sanctam, sed sanctissi-
mam, perfectissimam et omni sanctitate ac virtute
absolutissimam vocarunt. Denique ab omnibus ipsa
vulgo culta est et Sanctae nomine appellata.

fama sancti-
tatis ejus

36 Unde etiam gravissimi quique in Hispania
de illius reliquiis aut habent aliquid aut habere
procurant; plurimi quoque illarum virtutem et
potentiam sensere, uti e vitae illius historia videre
est. Illius quoque corpus, tamquam mulieris san-
ctae, a multis gravibus doctisque viris visitatur et
colitur, et ad illius invocationem plurima scri-
ptione dignissima contigere miracula; nec solum
in Hispania, sed etiam extra illam *ii*: nam adeo
longe se devotio erga ipsam diffudit, ut P. F. Didac-
us de Soria, Philippinarum insularum episcopus,
in extremis Indiarum finibus, in epistola quam ad
Clementem VIII Pontificem exaravit, tantopere
erga sanctam Matrem Indos affici scribat ut filio-
las suas cum sacris Baptismi aquis abluuntur,
illius in honorem velint Teresiae nomine insigniri.
Inter ea autem testimonia quae extra Hispaniam de
Teresiae a Jesu sanctitate lata sunt, non postre-
mum sibi locum vindicat illud doctissimi aequae ac
gravissimi viri Thomae Bosii, qui in suo de Signis
Ecclesiae libro sic de illa loquitur: « Teresia
» Hispana virgo admirandae sanctitatis, incredibili
» patientia, humilitate ac prudentia floruit. In
» precibus saepe extra omnes sensus rapiebatur, in
» altumque aera toto corpore sustollebatur. Edidit
» libros doctrinae coelestis plenos, quibus edocua-
» mur vias Christianae divinaeque vitae degendae.
» Sexaginta ac plura monasteria tum virorum
» tum foeminarum fundavit auctoritate ac fide
» coelestium rerum quas illa patiebatur. Ejus ca-
» daver incorruptum perstitit, et innumera mira-
» cula edidit. Ratio vitae quam suis monasteriis

» praescripsit, est supra humanam conditionem,
» magnae perfectionis ac puritatis, quam factis
» exhibuerunt ejus sectatores » (tom. I, lib. XII,
cap. XIII, signo LVII). Eadem quoque veneratione et
respectu de rebus sanctae nostrae loquitur P. Anto-
nius Possevinus Societatis Jesu, vir hac aetate do-
ctrina sua celeberrimus; qui versioni Latinae libri
quem ipsamet sancta Mater de Vita sua scripsit,
illius in honorem et elogium epistolam praemisit *kk*.

COLLECTA
EX YEPES.
D

37 Et sane nimis quam prolixum foret, si omnes
qui tam Latine quam Hispanice scripsere, graves
aeque ac doctos et celebres viros referrem, qui
eam sanctam vocitant ac sexcentis sanctitatem ac
vitae sublimitatem ejus encomiis extollunt. Ad
gravia haec quae deprompsimus testimonia addere
possemus quod sancta Mater Religionis tam viro-
rum quam mulierum, quae inter omnes quas hodie
habet Ecclesia vitam austerissimam ducentes facile
princeps est, fuerit reformatrix, dum eam jam
prolapsam ad primævum suum spiritum et fervo-
rem reduxit; nec non admirabilem librorum ipsius
doctrinam ac singularem quem spirituales in Eccle-
sia ex illis fructum percipere; admirabilem cor-
poris illius incorruptionem, et, quod amplius est,
sanctum quod ex eo promanat oleum; innumera
quae ad illius intercessionem, tum in vita, tum post
mortem, edita sunt miracula; labores et persecu-
tiones quas animo plusquam muliebri passa est;
virtutes heroicas quas habuit; denique particulares
quas Dominus ei praestitit favores et gratias. Qui-
bus e rebus omnibus tam magna et admirabilis
componitur sancta, uti Mater Teresia a Jesu fuit.
Unde fit ut eam Deus ipse jam ante canonizare et
e caelo ut Sanctam declarare videatur.

kk
pertransit.

ANNOTATA.

a Virorum doctrina et sanctitate insignium quos
Yepesius hic citat, plerosque indicatos habes in Actis
canonizationis (Comm. praeii num. 1191 et seqq.,
ac 1324 et 1328) necnon in S. Teresiae epistola ad
P. Rodericum Alvarez (apud Riberam, lib. IV,
cap. IV).

b De notissimo hoc Ordinis Praedicatorum theologo
actum est num. 351 Commentarii praeii et saepius
alibi. In quo illud mirum fuisse notat P. Echardus,
quod, etsi in scholis continuo versatus, vitae spiri-
tualis vias reconditiores perspectas haberet omnes,
nec mysticae theologiae minus quam scholasticae
peritus esset. Unde, ait, cum Abulae ageret, ubi
octo circiter annos stetit, sanctissima illa virgo,
decus et ornamentum Carmeli, Teresia a Jesu con-
fessarium eum sibi delegit, arcanorum cordis inti-
miorum consciunt esse voluit et directorem; seque
illi spirituali quodam incantamento ita devinctam
professa est ut se nihil suscipere posse diceret nisi
a Bañezio ante probatum (Script. Ord. Praed.,
tom. II, pag. 352). Ac re quidem vera in quadam
ad ipsum Bañezium epistola id Sancta hisce verbis
profitetur: Mirandum non est si quid fiat ex amore
Dei; quandoquidem amor erga P. Dominicum tan-
tum apud me valet ut quidquid illi probatur, et
mihi probetur, ac quod ille vult, et ego velim:
nescio equidem quo pertineat ista incantatio (tom. I,
epist. 16). Obiit Bañezius anno 1604, aetatis suae 77,
postquam quinquaginta circiter annos scholas theo-
logicas rexisset.

c Idem ex P. Frederico jam notavimus nota g ad
prologum libri i Riberæ. Ad ea autem Bañezii tes-
timonia quae Yepesius congescit, addere possumus
votum ejus a nobis relatum num. 1026 Comm. prae-
vii, necnon quod refert P. Antonius a S. Josepho
158 (tom. III,

E

F

A (tom. III, epist. 59, not. 20) auditum aliquando fuisse Bañezium dicentem tanto se erga Teresiam ob insignia Dei dona ei collata reverentia sensu affici ut tremens ad Confessiones ejus audiendas accederet.

d Cfr. num. 592 Comm. prævii. Antonius a S. Josepho (loc. cit. not. 22) ex testimonio monialis ejusdam asserit doctum hunc theologum religiosius se interrogantibus quomodo adeo Matris Teresiae amicus evasisset, respondisse: Patres, dictum mihi erat mulierem esse; sed plane vir est virtute, sapientia et prudentia in discernendis bonis malisque spiritibus.

e Vide not. e ad caput III libri IV Ribera.

f Munus confessarii regii, quod humiliter detrectarat, Chavesius obedientia tandem adactus hisce accepit conditionibus ut ex æquo regni negotia peragerentur utque redditus suo muneri addictos ipsemet non attingeret; prout testatur Egilius Gonzalez Davila in opere cui titulus: Teatro de las grandezas de la villa de Madrid (pag. 266). Additque hic scriptor: Plura grandiaque contigere regem inter et ipsum, quibus penitentis regis obedientia et confessarii virtus eximia claruit. Eum Gregorius XIII plurimi faciebat, eique Breve scripsit datum III Aprilis MDLXXXI, quod originale vidi, quo illum hortatur ut regi, si uxorem ducere libeat, nuptias suadeat cum Bragantini ducis filia. Obiit Chavesius anno 1592, ætatis suæ 85 et Religionis 68; cumque ut virum religiosissimum ac regionum confessariorum exemplar in concione ad populum dilaudavit P. Joannes Gutierrez, qui ei proxime ab Yepesio subnectitur.

B tatur ut regi, si uxorem ducere libeat, nuptias suadeat cum Bragantini ducis filia. Obiit Chavesius anno 1592, ætatis suæ 85 et Religionis 68; cumque ut virum religiosissimum ac regionum confessariorum exemplar in concione ad populum dilaudavit P. Joannes Gutierrez, qui ei proxime ab Yepesio subnectitur.

g De hac Historia, quam Ribera quoque valde commendat (lib. I, num. 20), vide num. 746 Comm. prævii.

h In Americam profectus est P. Garcias cum Antonio de Mendoza prorege Peruviae, filio Inici Lopez de Mendoza, secundi marchionis de Mondejar; eumque hujus cognatum esse (sobrino del virrey) putavit S. Teresa, ad fratrem suum Laurentium in Peruviam scribens (tom. I, epist. 30, num. 13). P. Touron Ord. Præd. in gallica sua Historia generali Americae, ubi multa præclara de P. Garcia legere est (part. V, lib. III, num. 167 et seqq.), narrat eum natum esse Oropesæ in Castella Nova, atque in ejus honorem idem Oropesæ nomen a prorege inditum fuisse novæ civitati quadraginta circiter a Lima leucis exstructæ. Auctor Chronici Carm. Exc. (uti num. 316 Comm. prævii notavimus) P. Garciam e comitibus de Oropesæ ortum esse dicit (lib. I, cap. XII, num. 2); sed alia est sententia P. Antonii a S. Josepho, qui ut rem certam ac probatam asserit eum fuisse fratrem Ferdinandi ducis Albani (tom. IV Epist., fragm. 1, not. 5), quod etiam admisit Boucher (lib. IV, not. k).

C i Dedimus hanc epistolam num. 1517 Comm. prævii; ac num. sequenti stabilivimus opinionem secundum quam hæc epistola missa fuerit, non P. Garciae, sed P. Petro Ibañez.

k Idem dictum tribuit Ribera (lib. III, cap. I, num. 2) P. Petro Hernandez; nec absimile est illud quod a P. Bartholomæo de Medina prolaturum adstruitur, ut supra diximus, not. d.

l Opera pretium videtur aliqua ex Yanguasii testimonio hic transcribere, quæ reperire est fol. 20 Summarii MS. de quo num. 786 et 1441 Comm. prævii locuti sumus: Adeo tenuit dictam Matrem dotatam fide quod gratia Dei numquam (ut dicebat) habuit primum motum contra fidem; et quod delectabatur magis illud credere quod non videbat, erat solum quod diceret Deus et ejus Ecclesia: quoad spem clare apparet ex progressu ejus vitæ, et auditum ab ea quod per plures annos desideraverat

mori ob desiderium videndi Deum, et aliquoties D elevando oculos ad cælum remansit exanimata et sine sensu: quoad charitatem semper tenuit provalde dotata amore Dei, et ab ea audivit quod propter Dei amorem suscepit onus foundationum et pertulit omnes labores in illis, et ulterius quod per plures annos habuit magnam sitim pro Christi fide pati martyrium, quod non solum pro Christi fide, sed quod pro una sola cerimonia Ecclesiae libenter vellet vita privari.

n Yepes hæc legit in Ribera textu, quem hiuleum esse demonstravi (lib. IV, cap. IV, not. b). Unde hic devius est, dum dicit Ibañezium rectorem fuisse Vallisoleti ac toto sexennio S. Teresiae confessarium egisse: utrumque enim assertum Bañezio applicandum est.

o Ribera lib. IV, num. 105 et 117, profitetur se nescire a quo confessario hæc verba sint prolata; imo num. 105 supponit alium esse quam Ibañezium.

p Cfr. num. 316 Commentarii prævii, ubi ostendimus non convenire inter S. Teresiae biographos utrum hæc capite XXXIV Vitæ suæ loquatur de P. Varonio an vero de P. Garcia de Toledo.

q Num. 793 Commentarii prævii demonstratur hunc Societatis Jesu virum, cujus laudes breviter pandit Juvenius (Hist. S. J. part. V, lib. XXIV, § XXII), omnino distinguendum esse ab altero S. Teresiae confessario cui nomen Gonzaleus de Avila.

r De P. Gaspare de Salazar, qui pluries memoratur in Comment. prævio (specialim num. 301, 309, 787 et seqq.), visionem se habuisse Sanctæ refert hisce verbis: De rectore Societatis Jesu, cujus aliquoties memini, nonnulla vidi spectantia ad magnas gratias quas ei Dominus impertiebatur, sed quas, ne longior sim, hic omitto. Quadam die, cum ei magnus obligisset labor, in quo multas persecutiones et afflictiones patiebatur, mihi Sacrum audienti sub salutaris Hostiæ elevatione Christus cruci affixus se spectandum dedit, atque aliqua verba consolatoria aliaque mihi suggessit quæ Patri illi indicarem, præmonendo eum de iis quæ futura erant eique ob oculos ponendo quid Salvator pro ipso passus esset, atque hortando ut ad patientiam sese præpararet. Ille ex hisce singulare solatium et animum sumpsit; et omnia ita acciderunt ut Dominus mihi prædixerat (Vitæ cap. XXXVIII, num. 9). Præterea P. Henricus Henriquez in processu compulsoriali Salmantino ita testatus est: Quod scivit a P. Gaspare de Salazar S. J., qui scit multa de prædicta Teresia de Jesu; qui cum distaret per plures leucas a loco in quo stabat, in ejus camera clausa sibi apparuit, antequam moreretur, dicta Teresia de Jesu, et illi dedit quædam documenta et monitiones; et quod iste testis postea desuper hoc interrogavit d. M. Teresiam, quæ cum humili modestia ostendit hoc ita exstitisse ex parte Dei Domini et ad certos salutare effectus. Leguntur hæc in MS. Summario de dono prophetiæ et gratia discretionis spirituum, de quo num. 1079 Comm. prævii locuti sumus.

s Maluimus hoc loco sensum potius quam verba ipsa latine reddere allegoricæ phraseos hispanæ: Grande es la Madre Teresa de Jesus de las tejas abajo, pero mucho mayor es de la tejas arriba; quam visdem fere verbis Ribera tradit lib. II, n. 82, ubi Martinezii versionem ad litteram dedimus.

t Prophetiam hanc epistolam refert Yepes lib. II, cap. I, et nos retulimus in Commentario prævio, num. 283.

u Legesis Sanctæ epistolam ad Ibañezium, num. 1517 Comment. prævii allatam, in qua dicit omnino se cupere ut Joannes de Avila librum Vitæ suæ videat,

A deat; se enim hac intentione cum scribere cepisse. Adhuc num. 426 ejusdem Commentarii ostendimus quam sollicita Sancta esset ut suus liber ad Magistrum Avilam deferretur.

v Ut num. 784 Comm. prævii diximus, Sancta anno 1577 hortatu Theotonii de Braganza litteras scripsit ad Ludovicum Granatensem (tom. I, ep. 14); quibus testatur sibi maxime in votis fuisse, modo per statum et sexum id licuisset, eum adire ut res animæ suæ ei communicaret, sequæ illius precibus impense et humillime commendat. Coram autem videre P. Ludovicum Teresia exinde nunquam potuit; siquidem ille ab anno circiter 1555 ad mortem suam usque, quæ anno 1588 contigit, in Lusitania versatus fuit: neque adeo præter modo laudatam epistolam alia ratio suppetit ob quam Boucher eum spiritualibus S. Matris directoribus annumeret (lib. ix, not. e).

w Elogium S. Petri de Alcantara a S. Teresia concinnatum in Comm. prævio prætermisimus; quia aptior ei asserendo locus erit in opere nostro ad diem xix Octobris, ubi de Sancto hoc viro ex professo agendum nobis erit. Quod ad approbationem spiritus Teresiani ab eo factam attinet, vide notam a ad caput ultimum libri iv Ribera et alia loca quæ in eadem nota indicavimus, necnon epistolam ejus a Ribera allegatam lib. i, num. 123, 124 et 125.

x Vide not. g ad prologum libri i Ribera, item not. b ad cap. ii libri ii.

y De hac Eborensi editione (cujus etiam meminit Ribera lib. ii, cap. i, num. 2) iterum loquitur Yepes lib. iii, cap. xviii; et nos de ea ex P. Antonio a Jesu, qui quoad annum impressionis ab Yepesio dissentit, plura diximus num. 1497 Comm. prævii. En quid Sancta de hoc libro suo scribat in epistola xxii Julii 1579 ad præsulem Eborensensem data: Proxima hebdomade... misi tibi libellum meum... Oblita fui te rogare ut Vitam S. P. N. Alberti eodem codici inscriptam simul cum eo libello imprimendam cures: hæc enim magno nobis omnibus erit solatio; nec hactenus alio idiomate habetur quam latino, e quo eam in mei gratiam vernacule reddidit Pater quidam Ordinis S. Dominici (nempe Didacus de Yanguas), vir maxime litteratus et egregius Dei famulus (tom. IV, epist. 5). Teresia Theotonii consilio, quod ei pro mandato erat, cessasse videtur ut suus liber vulgaretur in publicum.

z Ad Alphonsum Velasquez missa est epistola illa excellentissima et vere admirabilis de qua memini num. 1574 Comment. prævii et quæ octavum in primo Epistolarum volumine locum occupat.

aa Martinus de Aspi Sierra, natione Cantaber, fuit cathedraticus academix Salmanticensis, canonicus Burgensis ac demum episcopus Palentinus, qua in dignitate obiit anno 1607; uti refert Egidius Gonzalez Davila in Theatro Ecclesiastico Hispaniæ (tom. II, pag. 185). De cæteris episcopis hic ab Yepesio laudatis satis dictum fuit sive a Ribera sive in Comm. prævio.

bb Lege num. 1063 Comm. prævii litteras quibus beatificatus ipse postea Joannes de Ribera beatificationem S. Teresiæ a Clemente PP. VIII efflagitavit.

cc Ad viros ecclesiasticos hactenus ab Yepesio allegatos addi possunt Sancius Davila episcopus (vide num. 28 et 29 Comm. prævii), qui, teste Palafoxio (tom. I, epist. 6, not. 1), panegyricum habuit in celebritate canonizationis S. Teresiæ, et, cum vix sacerdotio erat initiatus, ab ea in confessarium adhibitus fuit; Gaspar Daza, quem Sancta sub orationis suæ supernaturalis initia consuluit (Comment. prævii, num. 143 et seqq.), qui, licet tum Confessiones ejus excipere recusavit, deinde tamen ejus confessarius videtur fuisse (Ibid. num. 1025); Franciscus de

Salcedo, assiduus S. Virginis fautor, qui, ut P. Antonius a S. Josepho ex antiquis documentis asserit (tom. IV, epist. 43, not. 13), post uxoris suæ obitum presbyter factus circa annum 1570, multoties sacellani et confessarii vices egit apud moniales Teresianas Abulenses, obiitque anno 1580; P. Antonius de Segura, Franciscanus Excalceatus, S. Petri de Alcantara eximius socius, ad quem Sancta, ut n. 34 Comment. prævii diximus, litteras dedit, et quem illius Confessiones aliquando audisse putat P. Antonius a S. Josepho (tom. II, epist. 15, not. 4); Bartholomæus de Aguilar Ord. Præd., cui Hispali in emptione domus rescindenda (cfr. Comment. prævii, num. 698) plurimum se debuisse profitetur Sancta, eum insuper ab eximia rerum ad vitam religiosam pertinentium experientia plurimum commendans (tom. II, epist. 86); P. Gonzalvus Pantoya Carthusianus et Garcias Alvarez presbyter sæcularis, de quibus in fundatione Hispalensi (Comment. prævii, § xxxviii); Hieronymus Reynoso et Salinas canonici, in fundatione Palentina memorati (Ibidem § xlii); P. Franciscus Suarez, inclitus theologus S. J., qui, teste Nierembergio (Vita S. Ignatii c. xl), dixit S. Teresiam sibi communicasse res animæ suæ, sequæ has ut Spiritus Sancti opera reveritum fuisse; PP. Salcedius et Petrus Manrique S. J. (de hoc vide Comment. prævii, num. 459, et Ribera lib. ii, num. 84) necnon Hieronymus Manrique episcopus Salmantinus et P. Ludovicus a S. Maria, vir litteratus et sanctus Ordinis Hieronymiani, quos omnes ut S. Teresiæ laudatores adducit Yepes in jurato suo testimonio quod in Summario nostro MS. de Sanctæ vita ac virtutibus reperitur (fol. 43): ne quid dicam de S. Joanne a Cruce, de PP. Gratiano, Mariano, Doria, Heredia, Roca cæterisque Excalceatorum primariis, nec de pluribus aliis viris præstantibus quorum nomina recensentur in Comm. prævio num. 1080 et seqq.

dd Multa specimina singularis venerationis qua sæculares plurimi nobilitate generis insignes S. Teresiam prosecuti sunt, videre est in Comm. prævio et apud Riberam; ubi inter cæteros nominantur sequentes: Aloisia de la Cerda, filia secundi ducis de Medina Celi; Maria de Mendoza, comitissa de Ribadavia; Joanna de Toledo, marchionissa de Villena; Eleonora de Mascareñas; Maria Pimentel, comitissa de Monterey, cum filio suo Hieronymo de Azavedo et nuru sua Agnete de Velasco y Tovar; Ludovicus Hurtado de Mendoza, comes de Tendilla et marchio de Mondejar; Suerus de Vega cum uxore sua Elvira Manrique, filia comitis de Osorno; Beatrix de Beaumont y Navarra, e regia Navarrensi stirpe; Ferdinandus de Toledo, magnus dux Albanus, ejusque uxor Maria Henriquez, qui inter S. Teresiæ admiratores et amicos singulari ratione eminent, ut notavimus num. 874 et 1525 Comm. prævii. Addere hisce oportet summum politicum simul et bellatorem ac scriptorem Didacum Hurtado de Mendoza, a Carolo V imperatore et Philippo II rege ad negotia summa adhibitum atque a Nicolao Antonio in Bibl. Hisp. Nova inter litteraturæ hispanæ principes numeratum; qui non solum S. Teresiæ amicitiam coluit, sed et litteras ad eam scripsit ac responsorias ab ea accepit, quibus magnanimo hæc virgo urbanissimis et ad persuadendum accommodatissimis verbis magnum illum virum ad pietatem atque adeo ad sanctitatem sectandam incitat (tom. I, epist. 11). Adhuc in juridica informatione testatus fuit Julianus de Avila, itinerum S. Matris comes, tantam fuisse Teresiæ adhuc viventis famam ut quocumque locorum accederet, concurrerent omnes omnium ordinum summorum infimorumque homines ad illam videndum

A videndam et cognoscendam, et matronae primariae contenderent illarum ut ingrederetur domos, quod magno illis esset solatio virginem adeo sanctam hospitio excipere. Idem declaravit Joannes Fernandez de Velasco, dux de Frias et praefectus rei bellicae regni Castellae, allegando nominatim matrem suam Annam de Guzman y Aragon et priorem uxorem suam Mariam Giron, utramque Teresiae frequentandae studiosissimam, et generatim dicendo maximam omnium pene hominum erga Teresiam reverentiam se manifeste deprehendisse in pluribus Hispaniae provinciis, ac sibi demum ipsi Teresiam videri faminam sanctam, perfectam et a Deo ad animas juvandas speciatim electam. Duci de Frias consentiebant plane dux et ducissa del Infandato alique ex proceribus in causa beatificationis Teresianae interrogati. Et Petrus de Castro, episcopus Segoviensis, affirmabat quod est res valde notoria sanctitas vitae et miracula sanctae Matris etiam viventis: fuit et est habita et tenta pro sancta, non quomodocumque, sed in gradu sublimi et superante, nedum a principali gente, sed populari, qui omnes illam habuerunt pro sancta, et per istud nomen sanctae fuit vocata, nominata et cognita;

B de quibus adest publica vox et fama, etc. Haec collegimus e saepe dicto Summario (fol. 42 et 43).

ee Praeter monita anno 1569 a Teresia ad Philippum II missa (quorum memini in Commentario praevio num. 1478) ac praeter epistolam de qua ipsa met Sancta mentionem facit in libro *Fundationum* (cap. XXVII, num. 4, et apud nos in Comment. praevio num. 681) et quam etiam subintelligit in altera sua ad regem epistola (tom. II, epist. 1, num. 3), praeter utrumque, inquam, hoc Sanctae scriptum, quatuor superant hodie missae a Teresia ad Philippum II epistolae, quarum singulae singulorum quatuor voluminum agmen ducunt ceterarum. Ordine temporum prima (tom. III, et in Comment. praevio num. 563) quae scripta est XI Junii 1573, S. Virgo nostra a monarcha gratiam postulat, a fido ejus bajulo Joanne de Padilla proponendam; ac in ejus fine Philippo, quem strenuum Ecclesiae defensorem et adiutorem appellat, cum Christiano orbi adeo opus sit, longos apprecatur annos. Altera (tom. II, et in Comment. praevio num. 658), data XIX Julii 1575, regi commendat Carmeli Reformationem, ejus sortem in manu ejus esse declarat; eique supplicat ut curet Reformatos subtrahi Mitigatis et

C subdi P. Hieronymo Gratiano. Tertia (tom. I, et in Comment. praevio num. 764 et seqq.), missa XIII Septembris 1577, Philippo commendat eundem P. Gratianum, tunc temporis dire a Mitigatis vexatum, atque illam claudit dicendo fidenter regi Reformationem non aliud praeter ipsum habere in terris fulcrum. Ac tandem quarta (tom. IV, citata in Comment. praevio num. 776 et seqq.), quae diem adscriptam habet IV Decembrem 1577, parem ob causam, nimirum cum a Mitigatis pessime haberentur moniales Incarnationis et earum confessarius S. Joannes a Cruce, regis patrocinium inelamat, rursus ei declarans omni alio in terris auxilio destitutam esse Reformationem. Praeterea Sancta, cum XXV Martii 1579, licet tertia persona utens, scripserit (tom. I, epist. 27, num. 4; ut videre est in Comment. praevio, num. 831) Deum sibi dixisse ut Reformati ad regem Philippum confugerent, ac significasse hunc ipsis in patrem fore, libro *Fundationum* (cap. XXVII, num. 15) ipsa narrat, patrocinante rege, factam pro votis in capitulo Complutensi separationem Reformationum: atque ob felicem hunc rerum exitum adeo se gavisam ait ut voluisset totus secum mundus de tanto benefi-

cio Deum laudasset precesque fudisset pro rege D Philippo, cujus opera Deus ad tam prosperum finem perduxerat ejus captum, adversus quod, ait, demon tantis usus fuerat artificibus, ut, ni rex succurrisset, cuncta fuissent pessumdanda. Et revera, teste Chronico (tom. I, lib. v, cap. x, num. 10, 11 et 12), Philippus nulli pepercerat labori ut Reformatio suo staret pede, eumque in finem litteras miserat ad Nuntium apostolicum, ad praesidem consilii regii Castellae, cunctosque insuper tulerat sumptus qui expendendi fuerant ad congregandum capitulum Complutense anni 1581. Ideo VI Martii 1581 decretum unanimi plausu ibi conditum est, quo statuitur 1^o ut, recurrente annua ea die, in omnibus per Hispaniam coenobiis Missae Sacrificium pro rege familiaeque ejus celebraretur, 2^o ut exinde in omnibus successive per vices domibus pro rege perpetuo quotidie litaretur, 3^o ut statis assignatisque per domos horis in Ordine de die et de nocte esset qui coram Sanctissimo Eucharistiae Sacramento pro rege preces funderet, et 4^o ut hebdomadatim e tribus quibus corpus affligere solent flagellationibus unam Deo, ut regi propitiaretur, omnes offerrent. Quid praeterea Hispaniae reges contulerint sive ad impetrandam Teresiae canonizationem, sive ad E venerandas sacras ejus exuvias, sive ad eam in Hispaniarum patronam cooptandam, legi potest in Comment. praevio num. 1055, 1057, 1069, 1074 multisque aliis tum hujus tum Glorae posthumae locis.

ff De Reformationis Teresianae propagatione loquemur ex professo in Sanctae nostrae Glorae posthumae.

gg Quid Ludovicus de Leon ad editionem Operum Teresianorum contulerit, exposuimus in Comm. praevio num. 1498 et seqq. De Vita S. Teresiae ab eo inchoata sermo fuit in nota g ad prologum libri i Riberæ.

hh Quae hic strictim ab Yepesio indicantur, latius explicata habes in Comm. praevio, § LVI et LVII.

ii Juvat et de his iterum aliqua adducere e juratis virorum gravium testimoniis. Petrus Manso de Zuñiga, episcopus Calagurritanus et Calceatensis, affirmat se scire quod post obitum Matris Teresiae a Jesu crevit ejus devotio, non solum in Hispania, sed extra; quia fuit tenta nedum pro sancta, imo et pro singulari et superata sanctitate, et sic communiter illam vocant et nominant sanctam Matrem cum magna veneratione sanctae in omnibus locis ubi de illa habetur notitia: et hujusmodi aestimationem et opinionem scit quod habuit de dicta sancta Matre D. Rex Philippus II, prout illam habent Rex Dominus noster et Regina et multi Principes et Cardinales et Episcopi et aliae personae doctae et graves, tam ecclesiasticae quam saeculares, homines et mulieres; et est publicum et notorium quod multae ex illius reliquiis sunt distributae in Hispania inter personas tales quales retulit, et quod illam habent in veneratione et se commendant dictae sanctae: et quod habet ipse testis ossiculum ejus sancti corporis et litteras missivas sua manu, quas servat uti reliquias; quae omnia viderunt judex et notarius, ut fidem faciant: et notarius facit fidem quod vidit dictas reliquias in potestate dicti Domini Episcopi, et ossiculum existerat in cruce pectorali, quod Dominatio sua portabat in pectore cum magna veneratione et aestimatione, uti de magna sancta, et pro tali omnes adstantes illam reliquiam venerant. Alphonsus Manrique, archiepiscopus Burgensis, dixit vidisse quod crevit opinio sanctitatis in animis omnium in differentiibus partibus; et quod cum diversis tractando de ea, audivit magna cum veneratione vocare illam semper

A per sanctam Matrem, utpote a Clemente VIII in occasione quod Dominatio sua Illustrissima tractavit cum eo super canonizatione; et recordatur idem audivisse ab Ill. D. Card. de Medices, postea Papa Leone XI, praefecto Congregationis Rituum illo tempore, qui affirmavit Ill. DD. Cardinales Congregationis venerasse illam, ut ipse faciebat, cum veneratione et opinione sanctae; et illos praelatos et personas graves scit similiter fecisse, et quod reliquiae sunt aestimatae uti unius magnae sanctae; et quod Dominatio sua... portat secum unam litteram scriptam manu dictae Matris inter alias reliquias Christi et Sanctorum ejus. *Laurentius Otaduy y Avendaño, episcopus Abulensis, pariter proficitur se pro reliquia conservare epistolam S. Teresiae et venerari quamdam ejus imaginem. Dux de Lerma testatur esse admodum aestimatas Teresiae Reliquias et imagines, ab ipsis etiam rege reginaque Hispaniae. Alii plures testes loquuntur de imaginibus quibus Teresia representatur cum radiis et cum columba, de carminibus, antiphonis, et orationibus in illius honorem a multis recitari quotidie solitis, de concionibus plurium annorum spatio Salmanticae ad ejus laudes publice praedicandas habitis, de nomine Teresiae puellis imposito cum in Hispania tum in Indiis Occidentalibus; ac citatur nominatim marchio de Caracena, prorex regni Valentini, qui ex devotione erga S. Matrem illo nomine quamdam e suis filiabus vocari voluit (Summar. MS. fol. 44 et seqq.).*

B *kk En approbationem Operum Teresianorum a Possevino scriptam, et a Martinezio praefixam latinam eorumdem versionem: Ad instantiam R. P. Magistri Sacri Palatii Bartholomaei Mirandae legi et excussi Opera S. M. Teresiae a Jesu; de quibus ita censeo: primum singulares me divinae Majestati gratias agere, quod illorum tandem aliquando mihi inspicendorum et legendorum occasionem diu optatam dederit; neque enim possum non eximios ex eorumdem lectione fructus percipere, si ad ea quae tradunt praeccepta patentes aures et patentem animum attulero: deinde in magnum divinae gloriae incrementum cessurum, si in quamcumque ex hispanica linguam translata prelo subjiciantur; quod Spiritus Sanctus sanctissimae hujus virginis mentem et calamus hic ita dirigere videatur ut post lectionem non nisi summa ad omnes, praesertim religiosos ac religiosas atque adeo universos spiritualium rerum studiosos, dimanatura sit utilitas. Videtur quippe Deus Opt. Max. non sine singulari quodam munere hisce ultimis ac novissimis temporibus nostris, tam divinam doctricem et directricem in rebus spiritualibus mundo submittere voluisse, quae quidquid ad diversos orandi modos, spirituum discretionem et intervariarum locutionum intelligentiam quoquo modo spectat, quam lucidissime exponeret, et omnes qui incidere hac in materia possent dubitationum nexus summa perspicuitate dissolveret; utpote quae et orationi contemplationique fuit addictissima et immediate a Spiritu Sancto edocta et instructa, ut inter theodidactos non immerito referri posse videatur. Romae xx Januarii anno MDXCII. Ita testor. Antonius Possevinus S. J.*

Tandem post Riberam et Yepesium pro coronide pulcherrima S. Teresiae Apophthegmata sive placita aut monita (hispane Avisos, de quibus paucis prolo-

cuti sumus in Comm. praevio num. 1554) hic apponemus, exemplum sequentes P. Pini, decessoris nostri, qui ad diem xxxi Julii § LXXXIV et § LXXXV idem praestitit in Vita S. Ignatii. Enimvero talia quae a Sanctis traduntur monita regulae censeri debent quas ipsi secuti sunt: dubitari quippe non potest quin humiles vi homines caperint facere quod docuerunt alios. Neque pia hoc solum est conjectura; sed revera et ex testimoniis biographorum suorum et ex Actis canonizationis suae secundum eas regulas vitam suam exegisse deprehenduntur. Quapropter asseverari merito potest compendiosa illa S. Teresiae scriptio, non minus bene quam in utroque Riberae et Yepesii prolixo opere, practicam ejus vitam delineari, imo vividius, sin accuratius: nam in illis ejus ad omnes actiones perfecte obeundas regulis mens ipsius adeo spirare videtur, ut, si quis sibi imaginetur feminam ad hanc amussim sese componentem, reipsa coram se representatam sibi Teresiam habeat, orantem, conversantem, incedentem, manducantem, omniaque aestimantem ac agentem ex tradita in iis Monitis evangelicae perfectionis norma. P. Alphonsus Andrada S. J., qui bina sat spissa volumina in 4^o in haec Monita compegit, putat Sanctam successive et per partes ea chartae mandasse, eo quod filium in iis crebro abrumpat, quod nonnulla diversis locis retractet et quod graviora levioribus subjungat: qua de causa ipse in novum ordinem ea redegit, secundum quem, ab inferioribus exorsus et ad superiora progrediens, eorum singula commentatus est. Hanc Andradæ seriem, quia melior est et parum nota, et nos hic exhibemus. Si quis antiquam maluerit, obviam ille facile reperiet in vulgatis Sanctae Operibus, ubi Monita illa exstant aut post Viam perfectionis aut ad Operum illorum calcem inter minores ejus scriptiones. Nos veterem illum Ordinem indicamus subjunctis intra uncas ad singula Monita numeris.

COLLECTA
EX IPSA
SANCTA

D

E

MONITA

a Sancta Matre Teresia a Jesu monialibus suis tradita.

I.

Terra licet ferax, nisi colatur, tribulos et spinas profert: sic et spiritus hominis (1).

II.

Te humiliandi et omnibus in rebus ad mortem usque mortificandi ne umquam finem facias (51).

III.

Vitam praeteritam praec oculis habe, ut ipsam deplores; ac cogita tuum teporem, et quantum tibi desit ut hinc ad caelum tendas, quo sic in timore vivas: et haec est radix multorum bonorum (48).

IV.

In timore Domini plurimum te exerce: id enim in anima compunctionem et humilitatem concitat (61).

V.

Memento te nonnisi unam habere animam, et tantum semel morituram esse, te nonnisi unam habere vitam et ipsam brevem, unum te manere judicium, et nonnisi unam esse gloriam et hanc aeternam. Ea ratione multis quantum remittes (68).

159 Secutus

COLLECTA
EX IPSA
SANCTA

*Secutus hic sum textum Andradae, qui sic habet :
A Acuerdate que no tienes. . . mas que una vida
breve, y una cuenta particular; dum in editis Sanctae
libris, pro voce cuenta, ponuntur voculae que
es; quod inanem pleonasmum sapit.*

VI.

Animæ tuæ negotia cum confessario tuo, qui
spiritualis et doctus sit, pertracta; cui illa aperies
et cujus opinionem in omnibus sequeris (63).

VII.

Superiori et confessario tuo tentationes, imper-
fectiones et quidquid tibi difficile occurrit, pate-
facies, ut ipse ad ea superanda tibi consilium et
remedium suggerat (18).

VIII.

Da operam ut vesperi quotidie conscientiam
tuam rite examines (57).

IX.

In omni opere et per singulas horas conscien-
tiam tuam examina; et visis imperfectionibus tuis,
operam da ut eas cum Dei gratia emendes : et hac
B via ad perfectionem pervenies (27).

X.

De iis quæ ad te non spectant, curiose nec lo-
quaris nec inquiras (47).

XI.

Attente considera quam facile homines muten-
tur et quam parum ipsis fidendum sit : quapropter
Deo, qui immutabilis est, arctissime te unito (62).

XII.

De omnibus rebus spiritualibus, v. g. de Reli-
giosis, Sacerdotibus et Eremitis, nonnisi bene lo-
quaris (2).

XIII.

De alio malum nec auscultes nec dices, nisi de
te ipsa : et, dum in eo gaudebis, bene proficis (22).

XIV.

Numquam rem aliquam derideto (7).

XV.

Numquam multum verbis contendito, maxime
de rebus quæ parvi momenti sunt (5).

XVI.

C Numquam res exaggera, sed sententiam tuam
cum moderatione propone (13).

XVII.

Numquam aliquid affirmabis quod non bene
sciveris (15).

XVIII.

De nulla re temere sententiam tuam promas;
sed tantum hoc facies si interrogeris aut caritas
id exigat (16).

XIX.

Ab omnibus rebus cor tuum abstrahere, ac Deum
quære, et illum invenies (36).

XX.

Ebi multi congregati sunt, ibi semper loquere
tantum parum (3).

XXI.

Nihil unquam loquaris, quod non ante apud
teipsam sedulo perpenderit, Dominoque studiose
commendaveris; nihil ut dicas quod ei displi-
ceat (10).

XXII.

In omnibus colloquiis et sermocinationibus

semper res aliquas spirituales intermisce; et ita D
inania verba et detractionem impedis (14).

XXIII.

Alium de rebus spiritualibus loquentem audi
cum humilitate et instar discipuli : quod ille bonum
dixerit, tibi dictum putabis (17).

XXIV.

Numquam hunc inter et illum comparisonem
facito; id enim odiosum est (44). In recentioribus
Operum Teresianorum editionibus hoc Monitum
conjungitur cum eo quod apud nos trigesimum est.
Unde fit ut tantum Monita ibi numerentur sexa-
ginta octo.

XXV.

In mensa neminem alloquaris, neque oculos
alicujus aspiciendæ gratia attollas (40).

XXVI.

De cibo, sive is bene sive male conditus sit, ne
conqueraris; sed Jesu Christi fel et acetum reco-
gita (39).

XXVII.

In cibo vestituque nihil tibi singulare petas, nisi E
id magna necessitas requirat (50).

XXVIII.

Singularitatem, quantum fieri potest, evita;
nam communitati permultum illa nocet (33).

XXIX.

Non nisi statis horis edito ac bibito; et tum
Domino multas gratias agas (20).

XXX.

Sed considera mensam cœlestem ejusque cibum,
qui est ipse Deus, et convivas, qui sunt Angeli. Ad
illam mensam oculos sustolle cum desiderio ei as-
sidendi (41).

XXXI.

Cum lætaberis, in immoderatum risum ne te
effundas; sed humilem, modestam, affabilem et
quæ alios ædificat lætitiâ præferes (24).

XXXII.

In omnibus quæ agis et tractas, modesta esto (4).

XXXIII.

Unumquemque moderata quadam cum hilaritate F
alloquere (6).

XXXIV.

Illius quicum ages, indoli, genio complexionique
te attempera : cum læto læteris, cum tristi contri-
steris : denique ita singulis te accomoda ut singu-
los lucreris (9).

XXXV.

Erga omnes mitis esto, in te ipsam dura (55).

XXXVI.

Quod domestici tibi dicunt, hoc semper facere
stude, dummodo obedientiæ non adversetur; et eis
cum humilitate et verborum suavitate responde (49).

XXXVII.

Omnium te ancillam esse semper cogitabis, et in
omnibus Christum Dominum intueberis; atque ita
fiet ut omnibus et venerationem et honorem dela-
tura sis (25).

XXXVIII.

Aliorum numquam tecum recogitabis defectus,
sed virtutes eorum defectusque tuos (28).

XXXIX.

A

XXXIX.

Nihil unquam de te ipsa loquere quod in laudem tendat, uti de scientia, virtutibus et parentela tua, nisi aliquid hinc bonum secuturum speres; atque etiam tum id nonnisi cum humilitate fiat et considerando dona illa a Dei manu venire (12).

XL.

Interiorem devotionem, nisi id valde necessarium sit, ne ostendas: « Secretum meum mihi » aiebant SS. Franciscus et Bernardus (38).

XLI.

Externe numquam devotionem praeferes quam interne non habeas. Bene tamen celare poteris ejus quo laboras defectum (37).

XLII.

Numquam te excusato, nisi adsit causa valde justa (11).

XLIII.

Si ab aliquo reprehenderis, cum interiore et exteriore humilitate reprehensionem admitte, et ora pro eo qui te reprehendit (45).

B

XLIV.

Indiscrete numquam aliquem reprehendes, sed cum humilitate et pudore tui ipsius (8).

XLV.

Si aliis praeferis, neminem in ira reprehende, sed tantum postquam illa praeteriit; ac tum reprehensio tua proderit (59).

XLVI.

Semper prompta esto ad obediendum, tamquam si Jesus Christus id tibi per Superiorem aut Praelatum injungeret (26).

XLVII.

Coram Superiore tuo (in quo Jesum Christum intueri debes) nihil nisi quod necessarium est, loquitor, idque magna cum veneratione (42).

XLVIII.

Si quando Superior unus aliquid praecipit, ne dicas ab alio contrarium praecipere; sed cogita ambos sanctum finem habere, et in eo quod tibi jubet, illi obsequere (46).

C

XLIX.

Religionis tuae statuta et regulam saepe legito, eaque observare satagito (34).

L.

Sine causa cella non aberis vel egredieris; egrediens autem a Domino gratiam petes ad eum non offendendum (19).

LI.

Perfectioni ac devotioni studiose te applica; et omnia quae ages, cum eo studio agito (60).

LII.

Saepe cor tuum ad Dominum per amoris actus sustollendi usum habe; quia hi actus animam incendunt et teneritudinem excitant (52).

LIII.

Quotidie quinquagesies per diem te Deo offerito; idque magno cum fervore et cum ardenti ejus possidendi desiderio (30).

LIV.

Quod mane meditata fueris, hoc tota die cogita-

tionem versabis; et hac in re eris valde diligens: magnum quippe inde bonum consequitur (31).

LV.

Pios affectus quos Dominus tibi immittet, diligenter servabis; et desideria quae in oratione tibi dabit, opere exequi stude (32).

LVI.

Sic et omnium reliquarum virtutum actus elice (53).

LVII.

Sic omnia tua agito, tamquam Dei Majestatem coram intueris; atque ea ratione anima permultum lucratur (21).

LVIII.

Nihil unquam facias clam quod coram omnibus facere non possis (43).

LIX.

In omnibus rebus creatis Dei providentiam et sapientiam considera, Deumque in cunctis lauda (35).

LX.

Intensum semper desiderium habe omni in re et occasione semper aliquid patiendi pro Christi nomine (29).

LXI.

Patri aeterno omnia offer, cum Filii illius Jesu Christi meritis conjuncta (54).

LXII.

Singulas actiones tuas ad Deum dirige, illas ei offerendo, eumque rogando ut cedant ad ejus honorem et gloriam (23).

LXIII.

Tristitiae et turbationis tempore consueta bona opera orationis et poenitentiae ne omittas: etenim daemon te inquietare ideo satagit ut illa omittas. Contra plura facito quam solebas; et videbis quam cito Dominus tibi adfuturus sit (66).

LXIV.

Tentationes et imperfectiones tuas iis quae in domo minus in virtute propectae sunt, ne aperias; id enim et tibi noceret et aliis: sed tantum cum perfectioribus de iis loquere (67).

LXV.

Eo die quo sacra tibi Communio adeunda est, in oratione tua matutina recogitabis te, licet tam miseram, Deum tuum esse recepturam; vesperi vero, te eum recepisse (58).

LXVI.

Quoties sacram Communionem adibis, aliquid a Domino donum posce; idque per summam illam misericordiam qua ad pauperem animam tuam venire dignatus est (64).

LXVII.

In Sanctorum festis virtutes ipsorum recole, Deumque roga ut easdem tibi concedat (56).

LXVIII.

Etsi multos Sanctos in patronos habeas, S. Josephum tamen speciatim delige, eo quod multa a Deo ille impetrat (65).

LXIX.

Tuum desiderium sit videre Deum, tuus timor posse eum amittere, tuus dolor quod eo non fruaris, tuum gaudium quod aliquando eo frui possis; et sic in magna pace vives (69).

Compendium

COLLECTA
EX IPSA
SANCTA.
D

E

F

A

Compendium chronologicum rerum Teresianarum.

Quod in commodum lectoris Stillingus fecit in Vita S. Joannis Chrysostomi (ad diem XIV Septembris, § XCI), aliique decessores nostri in aliis quibusdam Vitis prolixioribus, praestamus hic et nos, Vitae S. Teresiae brevem subnectentes chronotaxim.

Anno 1515. XXVIII Martii, Teresia nascitur (Comm. prae. num. 53 et 54).

Circa an. 1522. Maurorum terras adire parat (n. 58.)

Circa an. 1529 In bono languet (n. 81).

1531. Apud moniales Augustinianas resipiscit (ibid.).

1532. Aegrotans domum paternam repetit (ibid.).

1533. II Nov., fit Carmelitana (n. 82 et 83).

1534. III Nov., professionem facit (n. 100).

1535. Agra rus petit et orationi mentali se dedit (ibid.).

B 1536. Ad domum paternam reducit (ibid.).

1537. Ad cœnobium suum refertur (ibid.).

1539. Ope S. Josephi sanatur (n. 101).

1541. Orationem mentalem intermitit (n. 109 et 117).

1542. Eandem resumit (n. 114).

1555. Sanctiorem vitam auspicatur (n. 119).

1556. Supernaturalibus cumulatur donis (ibid.).

1557. Cum S. Francisco de Borgia agit (n. 163).

1558. Sæpe audit divina alloquia (n. 170 et seqq.).

1559. Frequentiores habet visiones (n. 203), et ideam fundandi monasterii concipit (n. 119 et 280): circa id tempus a S. Petro de Alcantara visitur (n. 234).

1560. Votum facit agendi quidquid perfectissimum norit (n. 231).

1561. In fundationem monasterii S. Josephi incumbit (n. 309).

1562. Mense Junio, primam Vitæ suæ descriptionem Toleti absolvit (n. 115 et 1516); XXIV Augusti, Abulæ S. Josephi monasterium fundat (n. 343).

C 1563-1566. In S. Josephi degens, Vitam iterato scribit (n. 115, 1520, 1530) et Viam perfectionis componit (n. 382 et 1538).

1567. A Generali Ord. Carm. data Teresiae facultas plura cœobia erigendi (n. 395 et seqq.): fundatio Methymnensis (n. 403): iter Sanctæ Complutense (n. 456).

1568. Foundationes Malagonensis (n. 422), Vallisoletana (n. 431) et Durvelensis (n. 441).

1569. Foundationes Toletana (n. 464 et 478) ac Pastrancenses (n. 491 et 492): commoratio Sanctæ Toletana anno fere integro, aliquot itineribus interrupta (n. 472).

1570. Fundatio Mancerana (n. 449): discessus Sanctæ Toleti (n. 551): fundatio cœobii virginum Salmantini (n. 511) et collegii Complutensis (n. 499).

1571. Fundatio Albana (n. 537): Sancta cœno-
bio Incarnationis Abulensi ad triennium præposita mense Octobri (n. 541): Altomirani virorum cœno-
bii erectio (n. 564).

1572. Fundatum cœnobium virorum B. V. M. de Subsidio (de quo n. 859).

1573. Foundationes virorum Granatensis et Ru-

peculensis (n. 569): Teresia Salmanticum missa D (n. 571), ubi librum Foundationum orditur XXIV Augusti (n. 572 et 1543).

1574. Foundationes Hispalensis virorum (n. 585) et Segoviensis virginum (n. 593).

1575. Foundationes Veasensis virginum (n. 613), Almodovarensis virorum (n. 616) et Hispalensis virginum (n. 631): decreta capituli Carmelitani Placentini adversus Excalceatos (n. 634 et 635).

1576. Fundatio Caravacensis (n. 684): recessus Sanctæ in monasterium suum Toletanum (n. 710), ubi augendo Foundationum libro operam dat usque ad XIV Novembris (n. 729): capitulum Excalceatorum (n. 711): fundatio Montis Calvariae (n. 714).

1577. Die II Junii, Sancta Toleti inchoat librum Castelli animæ (n. 785 et 1541): Abulam mense Julio mittitur, ubi suum S. Josephi monasterium jurisdictioni Ordinis submittit (n. 769) et Castello animæ scribendo XXIX Novembris finem imponit (n. 785 et 1541).

1578. Reformatio Teresiana in summo discrimine versatur (n. 794 et seqq.).

1579. Kal. Aprilis, Excalceati a provincialium Mitigatorum jurisdictione eximuntur (num. 832): mense Junio Sancta Toleti ad plura cœobia mittitur (n. 838 et seqq.): fundatio Biatiensis (n. 832).

1580. Fundatio Villanovana (n. 863): varia Teresiae itinera (n. 871 et seqq.): litteræ apostolicæ de separatione Excalceatorum a Calceatis XXII Junii datæ (n. 878): fundatio Palentina (n. 891).

1581. Inchoatum III Martii Complutense capitulum separationis (n. 916): foundationes Vallisoletana et Salmantina virorum (n. 919) ac Soriensis virginum (n. 927): Sanctæ in priorissam monasterii S. Josephi Abulensis electio (n. 940).

1582. Foundationes Granatensis virginum (n. 946), Ulyssiponensis virorum (n. 942) et Burgensis virginum (n. 999): Teresia XX Septembris ægrota Albam advehitur (n. 1015), ibique IV Octobris moritur (n. 1108) et postridie, qui erat ex Calendarii correctione dies XV Octobris, honorifice sepelitur (n. 1034).

1583. IV Julii, corpus ejus retegitur (n. 1037).

1585. XXIV Novembris, Abulam transfertur (numero 1041).

1586. Kal. Januarii, visitatur ab episcopo Abulensi (n. 1042): XXIII Augusti Albam reportatur (n. 1044).

1589. X Julii, Sixtus V decernit ut corpus Teresiae F Albæ maneat (n. 1044).

1591. Episcopus Salmantinus illud visit (n. 1046).

1595. Informationes instituuntur de Teresiae virtutibus ac miraculis (n. 1055).

1598. Sepulcrum ejus sublimius collocatur (numero 1050).

1604. Sepulcrum aperitur, ac dein firmitus occluditur (n. 1054): processus apostolici de Teresiae vita et miraculis confici jubentur (n. 1064).

1614. XXIV Aprilis, Teresia Beatis adscribitur (n. 1068).

1616. Loculus Teresianus, tumbæ lapideæ inclusus, in novo sacello ponitur (n. 1409).

1622. XII Martii, Teresia in Sanctorum Album refertur (n. 1373).

1629. In natali ejus loco ecclesia exstruitur (n. 55).

1750. Tumba ejus aperitur (n. 1417).

1760. Corpus ejus urnæ argenteæ ex regia donatione includitur (n. 1432).

GLORIA POSTHUMA,

E MULTIS, QUA MANUSCRIPTIS, QUA TYPO EDITIS DOCUMENTIS.

CAPUT I.

Gloria posthuma ex miraculis.

§ I. Miracula S. Teresiae multa et magna : e quibus primum ea quæ Yepes refert, sed quæ non habet Ribera, succincte exponuntur.

Multa Deus per mortuam Teresiam miracula operatus est.

Gloriam S. Teresiae posthumam capite primo illam exponemus quam ipse Deus ei contulit, operando, ipsa patrocinate, miracula; capite altero eam quam Ecclesia Sanctæ nostræ procuravit, concedendo in ejus honorem Officium et Festa atque Indulgentias; eodemque capite eam gloriam prosequemur quam varia hominum genera, a Summis Pontificibus ad promiscuum usque vulgus, et præsules et reges et viri pietate ac doctrina insignes, suo in S. Teresiam affectu et fiducia, illi comparaverunt; tertio demum capite ostendemus gloriam quam ipsa Teresia sibi peperit reformando Carmeliticum Ordinem, in quo spiritus ejus jugiter manet, hodieque ipsa vivit ac spirat. Quod primum igitur attinet, miraculorum quæ Deus per Teresiam viventem operatus est, alia in Commentario prævio jam exposuimus, alia in citatis a nobis Actis canonizationis habentur. Quare actum ageremus, si, exempli gratia, hic repeteremus a Sancta filiolum Joannæ sororis suæ ad vitam revocatum, de quo num. 49 et 310, et apud Riberam, lib. I, cap. VIII; si Annam a S. Bartholomæo scribere extemplo doctam fuisse, de quo num. 846; si multiplicatam fuisse farinam Villanovæ de la Xara, aut Annam a SS. Trinitate e gravi erysipellate in instanti solo tactu manus Teresiae, aut Albertam Baptistam eodem modo e pleuritide gravique febris redditam salvam; quæ tria miracula in Actis canonizationis art. II superius recensentur. Idem dixerim de miraculis quæ in Sanctæ transitu aut paulo post evenerunt; de quibus ibidem art. III. Par quoque ratio est de apparitionibus, visionibus, multisque aliis divinæ bonitatis et potentiae in Teresia ostentis, quibus vita ejus scatet, et quorum passim meminimus in Commentario nostro. De his ergo ibi, de aliis vero quibus Deus mortuam Teresiam illustravit, nunc dicam, sed de paucissimis dumtaxat. Neque inter miracula numerabo innumera illa spiritualia beneficia quæ S. Mater fusa oratione creberrime a Deo obtinuit, quæque tot ac tanta erant ut ipsa in vivis adhuc agens omnipotens appellaretur. Nimirum Deus illi pollicitus erat se præstiturum quæcumque postularet : sicut ipsa testatur initio capitis XXXIX Vitæ suæ, ubi plura impetratorum a se hoc modo beneficiorum allegat exempla, mirabilia

hæc narrationi suæ verba adjiciens : Multis factum est vicibus ut ad meam petitionem Dominus animas alias gravibus irretitis peccatis solveret, alias everberet ad magnam perfectionem, liberaret alias e purgatorio, et singularia alia multa beneficia concederet, idque magis in sanitate animabus quam corporibus restituenda : taliter ut, si ea referre velim, et me ipsam scribendo, et lectorem legendo defatigem. Hæc ipsa asseverat Teresia, et quidem ita loquitur decimo ferme octavo jam ante mortem suam anno. Neque magis inter miracula recensebo a femina etiam in viris patrata Ordinis reformationem, fundataque continuas inter contradictiones tot monasteria a virgine imbelli, inope et fere semper ægra : non dubitante ea de causa Cardinale Bentivoglio suo ad canonizationem ejus suffragio has voces addere : Quæ dixit, quæ fecit, quæ scripsit, omnia sunt miraculorum ejus velut præconia.

2 Porro neque animus fert pervestigare silvam prodigiorum a S. Teresia patratorum quæ litteris consignaverunt multi ac fide digni scriptores; nimia enim sunt quam ut ego ea hic inseram. Jam octavo a morte Teresiae anno, cum fama ejus nondum Christianum orbem pervolarat, Ribera enumerabat septuaginta miracula; atque Yepes, sedecim annis Ribera posterior, ad Riberiana adjecit alia fere totidem, ac insuper notat in prologo libri sui quarti, in quo de miraculis agit, se tantum notabiliora memorare et impossibile esse enarrare cuncta, additque postremo libri illius capite, non fore dicendi finem, si vel solas sanationes omnes patrociniis ejus obtentas velit chartæ mandare : etenim capite illius libri quarto affirmat vel ducenta certa miracula allegare se posse patrata per solos panniculos sanguine oleace ex corpore ejus manante tinctos. Similiter, altero ab Yepesio anno, nempe 1608, P. Joannes a Jesu Maria in sua S. Matris Vita (lib. I, cap. I) ait : Si crebra Teresiae miracula forent singula percensenda, et justum volumen exigenter et lectorem fortasse delassarent. Neque aliter Sacre Rotæ auditores ante Servæ Dei beatificationem Paulo V affirmabant (ut supra legere est in Actis, art. I de miraculis in genere) per ejus intercessionem Omnipotentem Deum quam plurima ubique terrarum operatum esse miracula. Demum Chronici scriptor (lib. V, cap. XXIX, num. 1 et 2) ait magnum numerum miraculorum S. Matris demonstrari et biographorum ejus assertionibus, et institutis ante canonizationem informationibus, et factis a Sacra Rota Relationibus, et editis Summorum Pontificum Bullis : quare supervacaneum se judicare ait excurrere in enarranda tot prodigia, evoluendasque tot revelationes et apparitiones quibus Sancta gloriam qua in calo fruitur, clientibus suis manifestavit. Quare chronista lectorem suum ad historias particulares quæ de iis agunt, remittit.

3 Hunc ego si imitandum mihi ratus, quamplurima ea Sanctæ nostræ miracula, ab omnium nationum scriptoribus celebrata, silentio præteream, absit fingat sibi ideo quis me fidem iis denegare aut denegatam ab aliis velle. Clare namque profiteor iis accenseri me nolle hypercriticis qui, Joannis Launiji, Joannis Clerici et Adriani Bailleti vestigiis insistent-

sed tantum pauca hic recensentur.

F

quæ tamen ideo reliqua in dubium revocantur per hypercriticis.

EX VARIIS.

A tes, credulitati antiquæ nimia incredulitate sua mereri volunt. Scilicet quodammodo dixeris auctores istos, aliosque quos hodierna ætas adhuc nequiores tulit, quique operam navant miraculis undequaque per fas et nefas eliminandis, eos, inquam, quodammodo dixeris credere Deum operose miracula patrare, atque ejus, cujus misereri videntur, sive mundum creantis, sive Ecclesiam hominesque gubernantis, labori parcere velle, ut, amotis quotquot possunt miraculis, et creaturis ordinario suo cursui relictis, Omnipotenti omnia levius fluant. Vah! insani homunciones qui Deum suo pede metiuntur immensamque potentiam ejus sui cerebelli angustiis coarctant, summa imprudentia non advertunt viam se sternere ad procacem impietatem eorum qui omne commercium pernegant Creatorem inter et creaturas, et qui Factorem dicunt operis sui incurium, Deumque cælo suo incarcerant, atque Numen comminiscuntur mutum, quod, ceu lethargia aut paralysi correptum, stertit, humani generis alte oblitum. Gressum, inquam, eo faciunt mali isti critici, qui ex congruis ad stabilendam veritatem habendamque certitudinem testimoniis nacti cum fuerint sufficientem extraordinariarum Dei in Sanctis suis operationum notitiam, adversus hanc proterve inficias eunt, et crasso liberoque errore hariolantur Supremo Numini etiam erga amicos suos agendum esse immutato usque rerum ordine et fere ex humanæ politiæ legibus: quod ni faciat, superbi isti fidem Deo suam præbere non dignantur.

quæ ad impietatem ducit.

B & Atque eo modo illi e Sanctorum Vitæ miracula demunt, continuo refugiente insana eorum sapientia credere visiones, apparitiones, prophetias aliæque prodigia, quantumvis rite probata; et sic noxiæ suo exemplo docent lectores suos in dubium revocare portenta non minus mira et magna quæ continent sacræ utriusque Testamenti paginæ, aliosque inducunt ut, quoties revelata a Deo facta non quadrant præconceptis suis ideis, recurrant ad allegorias, ad mythos et ad cætera pseudoezegeticæ somnia. Inde igitur fit ut ex nimia primitus in historia crisi auctoritas proborum auctorum historiæ ecclesiasticæ, ipsarumque Sacrarum Litterarum sensim minoris pendatur, et ut eo pedetentim, sin ipsi incauti hagiographi, saltem creduli eorum lectores deveniant, ut in omnibus passim rebus, sprete auctoritate, ducem sequentes solam suam rationem, in barathrum tandem ruant incredulitatis. Ast alia prorsus ratione fidelis Christianus prudensque rerum ponderator novit Deum ludere in orbe terrarum, mirabilem esse Deum in Sanctis suis, sermocinationem ejus cum puris animabus esse stupendam nimis, Deumque, ut S. Joannes Chrysostomus alicubi loquitur, per acervos miraculorum et in virtute prodigiorum manu sua suos conducere amicos. Nec tamen ideo prudens Catholicus omnia illico narrata miracula admittit; sed trutinatur argumenta quibus ea fulciuntur, eoque majoris fidei seu testes seu scriptores requirit quo proposita miracula fuerint magis prodigiosa credituque difficiliora. His præmissis, ne quis sperni a me negarique suspicetur omnia miracula quæ S. Teresiæ adscribuntur, dum ea non ob aliam causam omitto quam quod iis recensendis amplæ molis liber vix sufficeret, aliquot modo, sed pauca, et certis plurimis probatisque miraculis proferam quæ speciminis loco sint cæterorum quæ prætermitto.

Ea miracula quæ Sanctæ exuvias spectant, magna et certa esse

C 5 Celebria imprimis et ex eo genere miraculorum quæ permanentia dicuntur, illa sunt miracula quæ a tempore quo Sancta vita functa est, in ejus corpore resectisque corporis partibus conspecta fuerunt. De his in Commentario nostro prævio pluries jam incidit sermo, præsertim § LIV. et seqq. ubi actum est de statu sacrarum S. Teresiæ exuviarum; item in

Actis canonizationis ejus, art. IV, § 1, II et III, ubi D inter duodecim miracula quæ illic referuntur, tria prima spectant corporis incorruptionem et odorem ac emanantem inde liquorem. Sed ad ea quæ ibi dicta sunt, nonnulla adhuc sunt addenda ob magnam prodigii celebritatem et momentum: adeo enim divina hæc in Sanctæ exuviis ostenta Sacræ Rotæ auditoribus mirabilia videbantur, ut, etsi exhibita sibi probataque magno numero haberent patrata per S. Virginem miracula, confiterentur tamen incorruptionem corporis Servæ Dei Teresiæ miraculo maximo esse referendam (Relat. de miraculis, art. IV). Adhæc, quo magis hæc facta elucidentur, eo magis eorum apparebit certitudo, quæ tanta est ut quicumque scepticus esse et haberi noluerit, ea admittere cogatur. Nimirum adeo de his jam constabat Ypesii tempore, ut hic auctor, vigesimo quarto anno a S. Virginis obitu scribens, multiplex in ejus corpore prodigium (incorruptionis, effluentisque inde odoris, olei ac sanguinis) lib. IV, cap. II, Vitæ suæ Teresiæ coram tota Hispania asseveranter enuntiaret hocce modo:

6 Nostris, ait, ea miracula contingere temporibus, neque uno alterove die; sed viginti tres anni elapsi sunt ab exhumato illius corpore, totoque illo annorum spatio id prodigium contemplari potuerunt E quotquot in Hispania sunt viri graves, seu episcopi, seu magnates, seu alii viri in dignitate constituti. Quippe cum universitas Salmanticensis quatuor solummodo leucis Alba distet, nullus magister fuit, præclarusque nullus doctor, qui, celebritate portentis illius excitus, non quæsierit, quod fama per-ceperat, suis ipse oculis contemplari. Plures quoque tam Albæ quam Abulæ inclyti medici Sanctæ corpus examinarunt, ad unumque confitentur omnes esse ibi miraculum quo Deus Servam suam honorat, non sinens rodi a vermibus corpus quod concupiscentiæ ignes temerare non valuerunt. Quare, cum dux del Infantado Joannes Hurtado de Mendoza Sanctæ corpus vigesimo ab obitu ejus anno intuitus fuisset, vidissetque non modo id esse sine corruptione, sed et bonum exhalare odorem et emit-tere copiosum quemdam liquorem seu oleum, adeo de miraculi veritate ei persuasum erat ut in hæc proruperit verba: Ni Christianus jam essem, ob id solum prodigium Christianam amplecterer Religio-nem. Quin veritus non est inclytus e S. Dominici familia theologus P. Gonet (in suo Clypeo Theol. tom. VI, tract. X, disp. I in digress. Edit. Colon. 1672) inter motiva adhærendi Ecclesiæ Catholicæ F ponere divina hæc in corpore S. Teresiæ ostenta. Tota Hispania, ait, demiratur non integritatem solum et incorruptionem corporis Seraphicæ Virginis Teresiæ, sed et cælestem liquorem omni balsamo puriorem ac suaviorem ex eodem sacratissimo corpore promanantem. Mirum igitur non est triplex illud in corpore S. Teresiæ (incorruptionis, odoris et olei) prodigium pro triplici distincto miraculo ab Ecclesia, post rigidissimum pro more juridicum examen institutasque multas informationes, ad beatificationem Servæ Dei admissum fuisse: ac prudens certumque tanti Tribunalis judicium toties secutis temporibus confirmatum fuit quoties sacra-rum earum Reliquiarum iteratum est examen.

7 Nova itaque illis miraculis non tam certitudo quam evidentia accedit ex longitudine temporis quo duravere. Primum enim, quod mirabilem cadaveris incorruptionem spectat, hæc permansit toto illo annorum spatio quod interjacet inter Sanctæ transitum et ultimam anno 1760 factam corporis refectionem; imo verisimile admodum est integritatem illam hodieque perennare. In instrumento authentico anni 1750 (imo et anni 1760, siquidem in hoc posteriore affirmatur

probatum ex Ypesii et aliis:

quod confir-matur e longi-tudine tempo-ris quo dura-vit sancti cor-poris integri-tas.

A affirmatur idem esse cadaveris habitus qui fuerat anno 1750), sicut legi potest § LXX, dicitur fuisse repertum corpus integrum et incorruptum; et, enumeratis membris quæ inde ablata et per orbem dispersa sunt, hæc verba subjiciuntur: Reliquum corpus servatur cum pelle, carne et ossibus. Caput divisum est a trunco, quoniam ablata est potior pars colli; cæterum, asservatur integrum cum pelle et carne, adeoque in oculo dextro distinguitur acies seu pupilla et palpebræ. Quod omnium maxime mirabile est, brachium dextrum est tam flexibile quam si vivum foret. Videtur frustatim avulsa esse manus; et solum os medium, quod albissimum et pulcherrimum est, fuit relictum cum quibusdam nervis. Similiter in pede sinistro distincti cernuntur digiti et ungues. Adhæc in epistolis, laudatis § eodem, quibus moniales Albanae referunt quæ in visitato nuper S. Matris suæ corpore suis ipsæ oculis conspexerant, testantur magnam ejus flexibilitatem, suavissimum odorem, oculi dextri claritatem, caput omni sua carne vestitum, pectorisque albedinem et pulchritudinem.

Narratur qui vivus a cadavere pluries profluxerit sanguis.

B Non ut discretum ab incorruptione, sed ut ejus indicium et confirmatio, ab Ecclesia admissum est miraculum vivi illius sanguinis qui ex inciso, læso aut etiam dumtaxat presso cadavere pluries scaturivit. Juvat Yepesium de hoc, lib. IV, cap. II, audire loquentem: Non solum corpus omnis incorruptionis est expers, verum etiam (quod magis mirabile est) sæpe ex eo profluere conspectus est sanguis, idque post tot a morte ejus annos. Aliquot hic referam casus, qui omnes confiterentur personis fide dignissimis quas pro nulla mundi re veritatem læsuras esse scio. Mater Anna a Jesu prioratu Madritensi defuncta, ad monasterium suum Salmanticense, comite P. Joanne a Jesu Maria, diffinitore generali Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, se conferens, atque Albæ, qua transibat, sacrum corpus visitans, dum illud attente inspiciebat, circa scapulas partem vidit adeo rubram ut sanguis vivus illic adesse videretur. Quam cum admoto linteoparumper pressisset, illico effluente sanguine linteum tinctum est. Dedit Anna hoc linteum P. Diffinitori, et petiit alterum; quod ubi similiter sancto corpori applicuisset, humectatum fuit perinde ac primum, interim illæsa et cicatricis vulnerisque experte manente cute. Hac re Mater illa ita in admirationem raptâ et tanto devotionis sensu mota fuit, ut per non exiguum temporis spatium animo suspensio persistit una cum cæteris omnibus qui aderant. Ego postulavi ut mihi unum e linteis illis daretur cum relatione omnium quæ facta erant; de quibus regem Philippum II certior feci. Atque hæc prima occasio fuit qua rex mandavit ut Nuntius apostolicus Camillus Cajetanus juridicas informationes curaret instituendas. Miraculum autem hoc in sanguine S. Matris conspectum fuit duodecimo a morte ejus anno: quod sane tempus sufficiens erat ut sanguis corrumpere ac putrefieret; quippe quod ad corrumpendum ferrum sufficit. Atque idem acciderat quando S. Mater primum exhumata fuit: nam lacerata inter vestiendum summa pectoris cute, tam vivus apparuit sanguis ac si vixisset ipsa Sancta. In brachio quoque cæterisque carnis ejus Reliquiis idem prodigium animadversum fuit. Quidam Carmelita Excalceatus, S. Matris examinans brachium, frustulum aliquod dentibus inde evellere tentavit; cumque vix aliud quam siccam pelliculam paululum e carne eminentem detraxisset, hanc licetissimus chartæ involvit: post octo vero dies eandem inspiciens, guttam sanguinis vividissimi per tres

chartæ plicas transmissam reperit; et ubi huic chartæ admirandus alteram substituit, etiam in hac prodit gutta sanguinis: quæ quidem res, a pluribus ejusdem Ordinis viris conspecta, magnum ac manifestum miraculum fuit. Nec minus stupendum est illud quod contigit Matri Hieronymæ a Spiritu Sancto, priorissæ Carmelitissarum Excalceatarum Madritensium; quæ, præsentis monasterii sui subpriorissa, chartam explicans quæ particulam quamdam carnis S. Matris capiebat, linteolum quo illa involuta erat, quatuor guttis sanguinis penitus humectatum invenit, idque convocatis monialibus suis non sine admiratione videndum exhibuit. Ego autem postridie quam res ea acciderat, idem linteolum inspexi, cui tum alia adhuc guttula accesserat; illudque abstuli ut medicis ostenderem: hi vero nullam naturalem causam assignare noverunt hisce effectibus, qui e supernaturalibus divinisque causis nascuntur.

9 Fuscæ jam exposito miraculo incorrupti cadaveris, restat ut de duobus aliis miraculis, nempe de suavecotentia Reliquiarum ejus et de liquore sive oleo quod olim inde emanavit, quædam disseram quæ nec in Ribera habentur neque apte in Commentario nostro prævio inseri potuerunt. Quoad primum notandum est incorruptionem et odorem, juxta apostolicæ Sedis et S. Congregationis præxim, duo esse distincta miracula: idque argumentum apposite ad rem nostram tractat Benedictus XIV (de Beatif. et Canoniz. lib. IV, part. I, cap. XXXI, num. 28) hisce verbis: In Relatione causæ S. Teresiæ in secundo miraculo post mortem ita legitur: « Quem odorem, licet illum » consideremus in abstracto a miraculosa corporis » incorruptione, etiam per se miraculo insigni ad » scribendum fore censuimus. » Concordant Acta ejusdem causæ collecta a Joanne Paulo Mucantio, Congregationis Sacrorum Rituum secretario, quæ sunt in conventu S. Annæ Patrum Carmelitarum Excalceatorum Hispanorum in Urbe degentium, in quorum Actorum tomo I, pag. 276, enarrantur Congregationes habitæ super examine Relationis rotalis: « Illustrissimus et Reverendissimus Cardinalis Lancellotus incepit examinare articulum » quantum ejusdem Relationis de miraculis post » mortem, et primo loco examinavit miraculum de » incorruptione corporis; quod miraculum per se » esse et inter alia miracula annumerandum Illustrissimi et Reverendissimi Domini judicaverunt. » Proposuit et examinavit secundum miraculum » de odore mirifico qui ex corpore ipsius Servæ » Dei emanabat; quod miraculum esse a prædictis » Illustrissimis et Reverendissimis DD. Cardinalibus conclusum fuit. » Concordat Relatio habita in Consistorio secreto de eadem causa S. Teresiæ a Francisco Maria Cardinali a Monte: « In eodem » corpore tria miracula computantur, incorruptio- » nis, odoris et liquoris perenniter desudantis. »

10 Suavem fragrantiam Teresiam, dum adhuc vivebat, corpore suo emisisse narrat Yepes lib. II, cap. XXXVIII, sequentibus verbis: Vivente Sancta, experiebar ex ore ejus prodire odorem ac fragrantiam haud modicam: unde aliquantulum hæsitare cæpi neque adeo bene de illa re, utpote parum mortificationi congrua, sentire; quoniam suspicio mihi nascebatur num forte pastillos dulciarios odoramentis conditos manducaret. Sciscitanti vero mihi dixit socia ejus Anna a S. Bartholomæo bona illa odoramenta ita conditioni atque invaletudini S. Matris esse contraria, ut, cum ei superiori nocte, quia propter infirmitates cœnare non potuerat, copiam porrexisset, ab hac comedenda abstineret non alia de causa quam quod aliquanto condita esset odore: adjecitque

EX VARIIS.
D

utque bonus Reliquiarum ejus odor.

E

F

qualis jam in ea, dum adhuc vivebat, notatus fuit.

EX VARIIS.

A adjecitque eadem Anna se etiam, quando S. Matri, ex quo brachium ejus eluxatum erat, auxiliatrices ad vestes induendas præbebat manus, eandem odoris suavitatem ac fragrantiam experiri fuisse solitam, quam etiam post obitum suum conservabat. Magnum sane miraculum est e corpore mortuo (quod ex se aliud non est quam sterquilinum atque omnium hujus vitæ rerum nauseosissima, utpote intolerabilem passim fœtorem exhalans, quo aer in tantum inficitur ut pestes aliæque lues contagiosæ inde generari soleant) odorem hunc longe suavissimum exire, qui, ut porro dicturi sumus, hodieum in ejus corpore cæterisque Reliquiis perseverat: cujus rei plurimi sunt testes, cum vigesimus quartus a morte ejus jam labatur annus.

enarratur.

11 Libro autem IV, cap. II, hanc demortuæ suaveolentiam latius explicat, sic inquit: Fragrantia illa quæ percepta fuit, cum primum cadaver ejus exhumaretur, et qua monialis quædam obtinuit sensum odoratus quo a nativitate caruerat, supra memorata est. Insuper eandem suaveolentiam conservant cunctæ ipsius Reliquiæ, cunctæ vestes, chartæ, atque ipsi libri manu ejus exarati. Quippe, uti caro per peccatum corrupta et fœdata nequit ex se non emittere tetrum odorem, ita sanctam ac puram carnem bene olere vult Deus in terra; quo ostendat limpiditatem carnis illius suis placuisse oculis, simulque testatum faciat sancta precationum ejus odoramaenta ante conspectum Divinitatis suæ ascendisse, ac significet florida virtutum ejus sorta, quæ coram Deo suavissime redolebant sicut ager plenus et floribus vestitus. Est porro is odor suavissimus ac fragrantissimus atque ita vehemens ut experientia constet alias quascunque res odoríferas, ubi quibuslibet Sanctæ Reliquiis apponuntur, proprium ac naturalem suum odorem amittere ac Reliquiarum illarum odorem contrahere. Quod mihi ipsi contigit, cum paululum illius terræ de qua locutus fui (nempe terræ e tumulo S. Teresiæ desumptæ) et quædam linteola pyxidi pastillorum perquam odoriferorum ac pretiosorum imposuissem: odor nempe Reliquiarum suum pastillis odorem ademit, quin ullus vicissim ex hisce in Reliquias transfunderetur, non magis quam si hæ fuissent in aquam immersæ. . . . Ad id ipsum comprobandum Ulyssipone, dum Sanctæ manus in domo Alberti Cardinalis et Austriæ archiducis, qui tum Lusitanie regnum gubernabat (et qui postea Belgarum princeps fuit), asservabatur, D. Alphonsus Coloma, hodie Carthagenensis episcopus, alique nobiles viri, principis cubicularii, cupientes miraculum hoc ad oculum videre, cultri mucrone aliquantum succi felis odoratæ sumpserunt: qui, tametsi olidissimus et lentus sit quam maxime, tamen, simul ac sanctæ manui fuit affrictus, illico odorem amisit. Miraculosus ille odor adstruitur quoque in Actis canonizationis (art. IV, § II); in Bulla canonizationis (num. 1398); in Chronico (lib. V, cap. XXX); in opere P. Gonet (loco supra citato); in Decore Carmeli religiosi, a P. Philippo a SS. Trinitate Lugduni in Gallia edito anno 1665 (loco mox citando); inque plurimis aliis libris, variis locis et temporibus editis, ac demum in epistolis a monialibus Albanis anno 1750 conscriptis (de quibus vid. § LXX). Quod si instrumentum quod tumbæ inclusum anno 1750 fuit, de ea fragrantia sileat, notandum est præcipuum hujus documenti scopum fuisse ut posteris mandaretur quo loco habituque essent urna et inclusæ ea Reliquiæ. Mox videre erit quomodo P. Fredericus, qui medio sæculo decimo octavo scribebat, asseveret se eam fragrantiam persensisse in terrea Sanctæ imagine quæ composita erat ex humo sepulcræ ejus vicina et

probabiliter olim madefacta oleoso eo liquore qui e corpore defluebat.

12 Distinctum quoque ab incorruptione alterum miraculum est oleosus hic liquor, atque e S. Virginis corpore diu et copiose manavit. Audi iterum Yepes lib. IV, cap. II, hac de re scribentem: Permanens id fuit miraculum a tempore exhumati cadaveris ad usque hodiernum diem. Antequam exhumaretur (prout loco suo jam narratum fuit), cælestis ille liquor abundantissime ex eo scaturit; quandoquidem terram sibi in loculo adjunctam humectavit. Hujus terræ tantulum ego accepi quantula est nux avellana; et, licet videatur terra sicca instar arenæ, linteola tamen et chartæ quibus involvitur, perinde madefiunt atque inunguntur ac si in oleum immersa forent: idque jam ab aliquot annis continua experientia mihi constat, sicut et aliis qui nacti fuerunt partem terræ quæ sancto corpori in sepulcro adhæsit. Postquam vero inde extractum fuit, olei scatebra quædam id esse videtur: per tot enim annos mundis illud sindonibus ac linteis involvi sæpe oportuit, cum ad sacrum hoc oleum colligendum, tum ne in S. Matris arcam sepulcræ tumulumque effluat. Unde factum est ut plurimi panni oleo hoc imbuti in omnem Hispaniam fuerint dispersi et ubique pro magnis eximisque Reliquiis habeantur. Dominus vero plurima per eosdem operatur miracula. Porro hoc oleum e sancto corpore scaturire æque notum vulgo ac manifestum est atque ipsa corporis incorruptio. Cum enim parva aliquot carnis frusta gravibus piisque personis nonnullis donata fuerint (quamquam a Summo Pontifice atque ab Ordinis moderatoribus, proposita anathematis pœna, vetitum fuerit ne quis sacrum corpus jam attingat), omnes sexcenties animadverterunt atque ad oculum viderunt ex hac sacra carne, quæ nec in vita nec in morte corrupta fuit, oleum effluere, quo significatur magna caritas qua Sancta, dum vixit, homines dilexit. Ac mihi quidem tertio quartove post mortem ejus anno obtigit articulus digiti manus sinistræ, quem exinde semper ad pectus meum gessi. Initio eum involvi linteolo e tela hollandica; quod postero die oleo fragrantissimo imbutum reperi: idem de altero quod priori substitui linteolo factum est; atque ita porro, cum per dies amplius quinquaginta novum quotidie linteum apposuissem, singula eodem liquore linteæ maduerunt. Neque id hodieum fieri desiit; ita ut articulus ille tanquam fons quidam scaturiens esse videatur: si enim totus ex oleo constitisset, naturaliter pro sua parvitate jam dudum fuisset absumptus.

13 Præterea in Actis canonizationis id manantis olei miraculum probatum habes (Relatione de miraculis, art. IV, § III). Ejus quoque meminit Bulla canonizationis, quam Gregorius XV publicavit quadragesimo post Sanctæ obitum anno, sic inquit: Sacrum corpus: repertum fuit odorato liquore circumfusum, quo perenniter usque in præsentem diem, Deo Ancillæ suæ sanctitatem jugi miraculo attestante, desudat. Item Lectio sexta Breviarii Romani ad XV Octobris, miraculi illius mentionem facit, dicitque ejus corpus incorruptum, odorato liquore circumfusum, pia veneratione coli. Fatetur tamen P. Franciscus a S. Maria in Chronico (lib. V, cap. XXX, num. 3), tum cum scribebat, id est versus medium sæculum decimum septimum, id prodigium rarecere, minoremque quam olim, suo tempore esse liquoris copiam quam sacræ Teresiæ exuvia stillabant. Attamen anno 1665 P. Philippus a SS. Trinitate, parte II sui Decoris Carmeli religiosi (ut ait P. Fredericus lib. V, cap. VIII), affirmat illud nondum

Item qui miraculosus liquor e Reliquiis ejus manavit, explicatur:

E

F

quovis hoc miraculum tandem deservit.

A dum ex integro cessasse. Sicut corpus, inquit, repertum fuit incorruptum, odore suavissimo fragrans et odorato liquore perfusum, sic hactenus prædictæ ejus Reliquiæ (nempe manus Ulyssipone et pes Romæ) aliæque minores ubique dispersæ cum his privilegiis perseverant, ut quotidiana constat experientia. Etsi mirabilis illa stillatio, postquam sexaginta aut etiam octoginta annos durasset, hodie desierit, id spatium abunde suffecit et excitandæ justæ admirationi, et, ob innumeros spectatores qui id viderunt ac testati sunt, demonstrandæ supernaturalis facti certitudini.

Ex Ypesio
miracula nu-
merantur quæ
1^o ad Sanctæ
corpus corpo-
risque partes,

14 Cætera S. Teresiæ miracula Ypesius ob multitudinem partitur hoc modo. Postquam exposuit illa quæ viva patravit, aliæque quæ in morte ejus acciderunt aut quæ spectant ad corporis ejus incorruptionem (de quibus nos hactenus egimus), prima dein classe (lib. IV, cap. III) illa complectitur quæ Deo operari placuit ad corporis ejus Reliquias; secunda (cap. IV) quæ ad pannos sanguine ejus oleove ex corpore manante tinctos; tertia (cap. V) quæ ad vestium ejus contactum; quarta (cap. VI) quæ ad Sanctæ epistolas scriptas; quinta denique classe (cap. VII) quæ ad ejus invocationem. Prima ergo series hæc est. Comes de Lemos, Gaspar Cortes qui marchionis del Valle filius erat, et comes de Salinas, applicito illis frusto carnis S. Matris, omnes tres sanitati restituti sunt. Aloisia de Alagon Excalceatam se fore coverat; incidit in morbum, a quo, impositis capiti orique S. Matris Reliquiis, convaleuit, eorumque in conventu Excalceatarum Madritensium deinde implevit. Villanovæ de la Xara Eulaliæ, Franciscæ Lopez filię, os ita oclusum erat ut aperiri vi ulla nequiret: ad extrema deductæ admotum fuit paucillum e carne sacra; os aperuit, comedit, convaleuit. Pari modo Maria a S. Hieronymo Malagonensis præposita, aliæque monialis, hæc a febre tertiana, illa a diuturno e naribus sanguinis fluxu, vicaria item Franciscanarum Excalceatarum Madritensium a capitis dolore immunes evaserunt. Comes de Triburcia, una cum marito ex Hispania in Belgium navigans, maris tempestatem, ex quo paululum e carne S. Matris in id projecerat, sedatam vidit. Vallisoleti ejusdem Reliquiæ Antonio de Tamayo febrem tabidam excussere; Cardenosæ (in diœcesi Abulensi) e muliere demonem expulere: quod et Mancera factum. Barbaræ de Tapia, Sanctæ Matris consanguineæ, filiam vehemens febris invaserat: admotis illi Sanctæ Reliquiis, abacta febris est, miraculum agnoscen-
B
C
tibus medicis. Anno 1603 Isabella de Monroy, S. Mariæ Dominarum Salmanticensium professa, utroque oculo cæca, visum, monialis vero Segoviensis, a Conceptione dicta, fragrantia quam spirabat caro S. Matris percipiendæ cupida, olfactum recepit: admovit eadem alias pectori suo ejusdem Reliquias, et mox diuturna animi anxietate liberata fuit et posthac permansit. Civitate Regia in Castella Nova Hieronymam de Poblete solo repente prostravit, velut mortuam, illum dolor: frustum carnis jam sæpe dictæ marito dedit P. Joannes ab Incarnatione, quod brevi admodum tempore dolorem omnem prorsus absternit. Tauri (hispanice Toro) ad Durium fluvium in Hispania Tarracoen-
D
E
F
sensi Joanni Atalaya pictori S. Matris Reliquiæ dolorem dentium ademerunt. Laterum dolor ibidem ademptus fuit nobilis viri Francisci Deza filio circiter quinquenni, admovente agro frustum carnis S. Teresiæ P. Francisco a SS. Trinitate. Vallisoleti D. Ludovicæ de Porras annis novem carcinomate laborabat; annis item quinque brachium e fistula malo affectum gesserat: S. Matris manum

sibi applicuit, et ex utroque malo convaleuit. Ulyssipone licentiatu Thomas de Baeza Polanco ad extrema deductus, nec de peccatis confiteri valens, ubi capiti ejus Sanctæ manum imposuit confessarius, rediit ad serenitatem mentis, et universa peccata confessus, cum animæ, tum corporis salutem obtinuit. Maria a S. Hieronymo, Malagonensium Excalceatarum præposita, oculum dudum inflammatum, imposito illi S. Matris digito, perpetuo sanum reddidit.

15 Post hæc Yepes, miracula quæ adhibitis pannis S. Teresiæ vel sanguine vel quod ex ejus corpore dimanavit oleo tinctis facta sunt, relaturus, hujusmodi facile ducenta sibi in promptu esse præfatus, hæc tantum, quorum mentionem Ribera haud facit, singillatim refert: at unum dumtaxat, quod, adhibito panno ejus sanguine tincto, contigit Francisco Morales, haud procul Madrito habitanti, a quo istiusmodi pannus febrim quartanam gravissimam abstulit; verum plures enumerat qui, adhibitis quos proxime dixi pannis, quantum Teresiæ apud Deum intercessio posset, experti sunt: licentiatu Vallæi, Albano duci a consiliis, filium a febribus liberatum; Joannam a Jesu, Excalceatam in S. Josephi monasterio Salmantino, a periculosissimo gutturi seu colli apostemate; P. Balthasarem Ponce, Carmelitarum Mitigatorum provincialem, anno 1588 die VI Septembris a febre tertiana; D. Petrum, conventus de Miraflores priorem et Carthusiæ visitatorem, ab ingenti aurium dolore; Mariam Evangelistam, religiosam, ab affectis oculis; Eleonoram a Matre Dei, Excalceatam, a febribus; Agnetem a Jesu, Excalceatam Segoviensem, a pectoris callo; Mariam a Cruce, ejusdem conventus, a podagra; Annam a S. Josepho a paralysi; Franciscam ab Incarnatione ab erysipellate; subpriorissam conventus Excalceatarum Toletanarum, Agatham a S. Josepho, a febre tertiana; mulierem Pastranæ a diuturna defectione olfactus; duos obsessos Gironæ a demonis vexatione itidem liberatos. Meminit et aliorum aliquot ejus generis miraculorum; at quibus Sanctæ Reliquiis, haud æque explicate tradit.

16 Postquam e vivis abiit S. Teresia, vestimenta ejus, seu integra seu in partes secta, quaquaversum missa sunt, ad eorumque contactum plurima intercessione ejus meritisque contingere miracula, quæ partim saltem a Ribera pari diligentia ac fide collecta supra videre est lib. V, toto cap. IV. His Yepes sequentia addit. Spem vitæ propagandæ nullam fecerat reliquam D. Joannes de Guzman, marchio de Ardales; relictum a medicis ducisso de Sesa Annæ a Jesu, Excalceatarum in conventu Granatensi antistitæ, precibus commendavit: misit Anna pusillum ex habitu S. Matris epistola inclusum, quod ægro admotum continuo salutem attulit. Grassante in civitate Granatensi peste, ipsamet Anna a Jesu, D. Catharina de Ronquillo aliæque ea lue jam infecti eodem usi consilio incolumes evasere. Ferdinando de Toledo, S. Joannis priori, podagra laboranti, frustum veli S. Teresiæ moniales Excalceatæ Albanæ miserunt; quod ut sibi pie applicuit, convaleuit illico; ac quatuordecim aureorum millia testamento reliquit convertenda in annuos redditus unde canonizationis S. Matris sumptus fierent. Methymnæ Campi Aloisia de Ordas, sedecim annorum puella, crebris membrorum tremoribus animique deliquiis agitata, ingenti item e violenta narium compressione respirandi difficultate laborabat: mali causam haud assecuti medici suadebant ut extremis morientium præsidii muniretur. Ad Excalceatarum cænobium ductæ impositum fuit S. Matris scapulare, et post horas

EX VARIIS.
D

2^o quæ adhibi-
tis pannis,
ejus sanguine
etc. tinctis,

E

3^o quæ ad con-
tactum vesti-
um ejus,

F

EX VARIIS.

A tres domum incolumis rediit. Relapsæ idem contigit quinquennio post. Hispalis e stomacho laborabat Antonius de la Cueva adeo ut a diebus jam quadraginta quatuor nihil eo retineri potuerit : frustum illi indusii S. Matris impositum fuit, neque deinceps id mali sensit. Villanovæ de la Xara D. Joanna de Ercias ob difficilem partum in vitæ discrimen venerat : manicam S. Matris sibi imposuit, et, stupentibus cunctis, prolem enixa est illico. Parem inde opem in eadem civitate experta est D. Sperantia, Joannis Zapate uxor. S. Matris scapulare in canobio Excalceatarum Segoviensium servatum fuit, ejusque usu monialium plures variis e morbis ad sanitatem rediere : in his fuit Beatrix a SS. Sacramento, quæ dira phrenesi exagitata, mentis et corporis incolumitatem recepit. Madriti item in conventu Excalceatarum frustum indusii S. Matris servatum fuit, quod multis sive illius cænobii monialibus sive externis salutem attulit; uti experta fuit sobrina sororis licentiatii Varrii, et Stephana, Valderravani, priori Ferdinando de Toledo a secretis, uxor, adhibito S. Matris velo, cum a medicis utraque jam esset derelicta. Catapotium numquam sumperat Aloisia a S. Dominico, conventus S. Annæ Madriti monialis, quin evomisset : potionis sumptio, uti censebant medici, admodum erat necessaria; egestio vero non minus periculosa : potionem sumenti applicitum fuit S. Matris indusium : sumptam retinuit stomachus, quod numquam contigerat ante. Phthisi pene confecta erat Isabella a S. Dominico, Segoviensium Excalceatarum præposita : missum ad eam anno 1585 Abula paucillum terræ fuit quæ S. Teresiæ digitis adhæserat : sexto ex quo accepit die omnino convaluit.

^h quæ ad ejus scripta,

B 17 Miraculis quæ tertio loco reposuit, quæque per imaginem et epistolam S. Matris facta sunt, addit Yepes sequentia. P. Lobo, concionator apostolicus, multis animi angustiis Romæ pressus, accepta S. Matris epistola, iis se expeditum sensit. Prior quidam Carthusianus, vir valde probus, in gravissimam tentationem incidit, cui prope aberat quin succumberet; at, ut epistolam S. Matris manu exaratam animo devoto exosculatus est ejusque subsidium imploravit, ea cessavit omnino. Licentiatius Petrus Fernandez Barragan, ecclesiæ S. Mariæ de Rosario Vallis Viridis in archiepiscopatu Hispalensi curio, cum multa de S. Teresiæ prodigiis ac sanctitate inaudisset, illi se commendare ac indices gestorum ejus quidpiam pervolvere assueverat : placuere ei imprimis hæc Teresiæ inter obtreptatorum calumnias apud Riberam (lib. IV, c. VIII) verba : Deo laus, quod hoc ipsa loco (Hispalis) talis esse noscar qualis revera sum : alibi quippe omnes in errorem perducti sunt; tantamque in ea animi demissionem admiratus, verba illa transcripsit gessitque in sinu, præsidio sibi aliquando futura : cum enim Hispalis in solarium adium archiepiscopatum una cum Bernardino Rodriguez, archiepiscopatus provisore, versaretur, isque sclopum minorem explodere frustra iterum atque iterum tentasset, dum sclopum Petro porrigit, explosione facta, globuli seu serupuli plumbei in Petri pectus acti ipsum non modo non lædunt, sed et decem aut duodecim pedum spatio retroaguntur : ipse vero Teresiæ verbis, quæ, ut diximus, in sinu transcripta gerebat, salutem suam debere dixit. Prodigium mox legitima instituta est inquisitio. Novem mensium febris vexata Agatha a S. Josepho, subpriorissa Toletana, postquam nocte una frustum habitus S. Matris et chartam in pectore gesserat, postridie a medico inventa est incolumis, neque in febrim relapsa est, quod Yepes lib. IV, cap. IV narrat.

18 Haud pauciora ad invocationem S. Teresiæ patrata fuere miracula : his quæ Ribera profert lib. V, cap. ultimo, hæc addit Yepes ad lib. V, calcem. P. Joannes de Montalvo Ordinis S. Dominici, in conventu S. Thomæ Abulensi concionator, anno 1595 Vallisoletum tendens, ad locum quemdam (Boecillo dictum) tribus inde leucis dissitum progressus, jumentum quo vehabatur, ad aquarium duxit; quo illud eo se proripuit impetu ut in periculo Pater esset ne ad saxeam aquarii frontem sibi caput illideret : mox ergo S. Teresiæ auxilium invocavit; stupentibus vero cunctis, tandem jumentum substitit, donec P. Joannem e stapeda pendulum famulus periculo exemit illesum. Marchio de Almazan, vir admodum pius, per binas horas magna animi ariditate et molestia orationi vacaverat, ut pium animi motum aut de peccatis dolorem conciperet; sed incassum. Tardio itaque captus, finem orandi facit; at dum surgit, oculos in Teresiæ iconem conjicit, atque quadam edita voce eam rogat mærenti sibi ut propitia esse velit : mox interna consolatione usque adeo delibutus fuit ut ex oculis magna lacrymarum vis foras eruperit, et referendis Deo ac S. Teresiæ gratias, ut tum, ita et deinceps sese agnoverit imparem. Vallisoleti monialis Cisterciensis, infirma admodum brachioque contracta, auditis S. Matris miraculis, ingenti erga illam devotione affici cepit; cumque in choro enixe ejus patrocinio se commendasset, momento integram incolumitatem adeptæ, socias suas, ostenso quod sibi obtigerat miraculo, ad parem erga Teresiam devotionem incitavit. Villaregi ab apostemate laborans quidam Societatis Jesu non absque prodigio, uti postmodum domus illius incolæ testati sunt, sanatus est.

19 Monialis quædam Excalceata conventus Abulensis, adeo membris contracta ut neque incedere neque se vestibus induere neque cibum per se sumere posset, anno 1606 die XXIV Junii ita sanitati S. Matris intercessionem restituta est ut per se cibos sumeret, triclinium adiret et domum perinde circuiret ac ante. Novitiæ cuidam, Helena a Cruce, quies nulla, animi nulla tranquillitas fuerat : volente tirocinii anno, Teresianis castris excedere statuit : condicto die cognatam accersit, hortumque ingressa eremitorio subit : ibi religiosi vestibus se exuere cepit, anxie tamen Virginis Deiparæ ac S. Teresiæ favorem implorans; huic autem aiebat : Jamne, Mater, me domo tua vis pellere? Vix hæc elocuta, exutas vestes festinato resumpsit, et una cum vestibus mentis hilaritatem induit, quam, nuncupatis incunctanter votis, deinceps perpetuam habuit. Agneti a Jesu, Excalceatarum Segoviensium sacristæ, allatus fuit calix novus; quem, quo primum die usu fuit, mensa minus caute imposuit : hunc ubi in pavimentum lapidibus stratum lapsum ac plane distortum vidit, primum ad præpositam, inde ad chorum mæsta se contulit, conjectisque in S. Matris iconem oculis, mæstitiæ abs illa solamen petiit. Ad sacristiam rediit calicem ita pristinae formæ restitutum offendit ut nullum servaret læsionis indicium.

20 Persona quædam religiosa multæque auctoritatis Annæ a SS. Trinitate in conventu Excalceatarum Salmantino retulit gravi se pectoris humorumque dolore multis diebus pressam, cum sæviret vehementius malum, S. Matris opem implorasse; hanc vero sibi a Sacra Synaxi apparuisse, valide simul ac suaviter et citra dolorem altera manu pectus, altera humeros pressisse, ac benedixisse : ex quo ab hujusmodi malo permansit immunis, sed et in divino obsequio evasit animosior. Albe

frequentissime

contigerunt.

- A in conventu Excalceatarum soror Catharina a S. Joanne Baptista ex mandato præposita putres loculi in quo jacuerat Sanctæ corpus, tabulas igni tradidit; mox ignis caminum corripuit: at, ut invocata ab illa S. Mater fuit, nulla re combusta, restinctum fuit incendium. Alias eadem soror pedem clavo inieperat: ex neglectu vulneris pes intumuit adeo ut stare non posset: medicamentum utrique mulo chirurgus apposuit, et pannis involvit; vix digressus hic erat: Quid, inquit, hoc mihi opus est medicamento, modo in S. Matrem sat sit fiducia? Simul hoc abjicit, simul illi se commendat. Die postero, depulso utroque malo, quasi nihil fuisset passa, incessit. Jam decennium febris quartana conflictata fuerat in conventu Excalceatarum Tolitano Teresia a Conceptione; demum eam febris invasit, præ cuius vehementia sibi emoritura videbatur. Sanitatem, suo ut officio fungi posset, a Domino S. Matris intercessione petiit: visa sibi est S. Matrem mentis oculis ægra corporis sui membra signo crucis signantem intueri ac dicentem audire hoc illam in signo sanandam esse; quod et factum est. Bis itidem alias, a medicis derelicta, præsens S. Matris patrocinium experta est eadem.
- B Ferdinando de Mata, ecclesiæ Hispalensis concionatori, soror erat, nomine Francisca, quam veterino ac febre tabifica laborantem S. Matri, quam sibi propitiam non semel senserat, enixe commendavit. Morituram ex his malis non evasuram affirmabant medici: contra bene sperabat ægræ frater; nec irrita illi spes fuit: convaleuit illico. Atque hæc contracta ex Yepesio.

§ II. Antverpia patrocinio S. Teresiæ, simul et precibus Annæ a S. Bartholomæo, miraculose liberatur.

- P Præsidio fusarum ad Deum a Ven. Anna a S. Bartholomæo orationum Antverpiam summo discrimine ereptam fuisse, ex probationibus mox adducendis plenissime constat: sed et simul constat S. Teresiam fuisse quæ celesti monito Annam ad orandum excitavit; ita ut hoc prodigium interventui non minus S. Teresiæ quam Ven. Annæ attribui possit et debeat. De eo igitur hic agendum est: neque obiter id præstabimus; sed pro rei gravitate miraculosum factum inquiremus, et stabiliemus gravissimum argumentorum sanctione. Non potuit utique iis de rebus agi in causa canonizationis S. Teresiæ, quippe cum hæc absoluta esset, quando illæ contigerunt; sed late de iis actum fuit in causa Antverpiensi Ven. Annæ, ut patet e Philippi a Sebastianis ad Animadversiones promotoris fidei Responsione (num. 62—78, pag. 169 et seqq.); cui Responsioni omnino concordant ipsæ, partim autographæ partim authenticæ, monitionum tunc temporis in Carmelo Antverpiensi viventium juratæ (quas penes me Antverpia

acceptas habeo) depositiones. Ex his præcipua summam contraham argumenta, certam fidem facientia, quibus passim interseram adjectitias quasdam annotationes quæ ea argumenta adhuc confirmant. Ubi ipsa Actorum verba referam, typis utar romanis, italicis vero, ubi tantum contractum eorum sensum; atque uncis includam quæ ego inseruerim. En itaque quomodo laudata Acta loquantur.

22 Duo præteriri non possunt miracula quæ plene probata reputamus, liberationem videlicet seu præservationem urbis Antverpiæ, secutam anno 1622, et liberationem seu præservationem arcis ejusdem urbis anno 1624. Utramque hanc, imo trinam præservationem, de mandato P. Joannis a Matre Dei, confessarii ejusdem Ven. Servæ Dei, narravit ipsamet in relatione facta hispanico sermone. Verba dein afferuntur quibus testatus est is Annæ confessarius eam quam commissariis exhibebat relationem, esse ab Anna scriptam ad instantiam deponentis. [Ante oculos habeo hispanam eam Annæ autographam relationem, ad Antverpienses pertinentem Carmelitissas, quæ illam mihi, hæc tractaturo, inspiciendam permiserunt. Ex momentoso eo instrumento, cujus characterum signa, quantumvis lurida, evidenter referunt manum Annæ (cujus multa penes me commutato accepta habeo autographa ex archivo Carmeli tum Bruzellensi tum Antverpiensi), lineas hic in ima pagina positas insculpendas curavi. Voces autem quas exaratas cernis, hæc sunt: Yo las dije: Vistanse, y vamonos al Santísimo Sacramento, que debe de haber alguna traicion, que parece ser nuestra Santa la que nos despierta. Y fuemos. Yo dije al Señor: Aquí os traigo vuestras siervas, que os piden lo que deseo * (vide ad calcem paginæ). Quod latine sonat: Conferamus nos ante Sanctissimum Sacramentum, quoniam debet esse aliqua proditio: apparet enim esse nostra Sancta Mater quæ nos excitat. Ivimus, et dixi Domino: Huc adduco famulas tuas, ut petant id quod desidero. Ex analogia autem hispanæ cum latina lingua facile dignoscitur ad quas latinas supra voces hæc hispanæ respondeant. Quod si quis miretur intelligibilem vix esse hanc Annæ scripturam, advertat velim, præterquam quod manus ejus numquam concinna fuerit, scriptam esse eam relationem a femina senio confecta et quæ jam apoplexia correpta erat. Constat enim Annam hac laborasse biennio ante mortem, quæ contigit vii Junii 1626: et cum in relatione sua mentionem faciat mortis Mauriti Nassovii, qui xxiii Aprilis 1625 e vivis excessit, consequens est eam quatuordecim postremis vitæ suæ mensibus hæc scripsisse, et proin eam paralysi jam fuisse tactam]. Sic autem ea relatio in latinum conversa sonat, quæ etiam in Actis Ven. Annæ reperitur.

23 In his bellicis rebus aliqua notabilia mihi contigerunt. Ipso die quo Mauritius cum magnis copiis ac magna resolutione ad intercipiendam civitatem Antverpiensem accedebat, quadam nocte majorem sui militis partem naves conscendere jussit. Ipsa nox serena et tranquilla fuit. Suis porro dicebat:

EX VARIIS
D

ex Actis in
causa beatifi-
cationis Annæ
a S. Bartholo-
mæo hauriun-
tur;

E

F

citaturque au-
tographa Ven.
Annæ de reve-
latione anni
1622

Phæres utrius-
que miraculi
huius proba-
tiones

Vistanse y vamonos al Santísimo Sacramento
que debe de haber alguna traicion, que parece ser
nuestra Santa la que nos despierta. Y fuemos.
Yo dije al Señor: Aquí os traigo vuestras siervas,
que os piden lo que deseo.

EX VARDIS. dicebat : « Eamus alacriter ; solus Deus aut diabolus me ab interceptione impediēt », assecurando ipsos quod essent Antverpia potituri, ac eos inde multum divites reversuros. Accedendo autem propius Antverpiam, protinus exorta fuit tempestas ac magnus ventus frigidus, quo aqua congelata fuit ; unde momento naves ac multi milites submersi sunt. Solus Mauritius liber, rependo per aquam, evasit cum maxima difficultate : ita ut ipsi corpus apertum fuerit, ac deinceps sanitatem non recuperaverit, ac tandem exinde mortuus fuerit. Hac nocte, prodictionis hujus, cum qua veniebat, cum essem inscia, ab ipsa hora duodecima ingenti timore perculsa fui, ac magno cum impetu, elevatis in cælum manibus, ad orationem recursum habui. Cumque brachia defessa demitterem, mihi visum fuit quod rursus ab aliquo elevabantur, dicebatque mihi nescio quis : « Jam non est hora ; habe ele-
vata. » Sic autem perstiti fere usque ad auroram. Tunc intellexi exauditam fuisse petitionem meam. Hæc est pura veritas.

item de altera
anni 1624 re-
latio:

24 Alia vice, cum decumberem dormiens, evigilavi ad aliquos clamores qui e dormitorio emittebantur, quos etiam evigilans audivi ; vocavi, et venerunt duæ religiosæ, quibus dixi : « Vadant per cellas videre quænam se male habeat ; quia audio clamores. » Responderunt : « Omnes dormiunt, nulla infirma est. » Ego dixi ipsis : « In-
duant se, et conferamus nos ante Sanctissimum Sacramentum ; quoniam debet esse aliqua proditio. Videtur enim quod sit nostra S. Mater quæ nos excitat. » Ivimus, et dixi Domino Deo : « Huc adduco famulas vestras, ut petant id quod desidero : ego enim nihil possum. » Sic autem consentiebam huic veritati, coram Domino confusam me inveniens. Cum autem aliquantulum ibidem perstitissemus, statim, absque eo quod aliquid viderem aut audirem, intellexi quod poteramus discedere. E memoria effluxerat quod simul cum clamoribus quos audiebam, audiebam pariter in castello ad arma pulsari. Respexi autem per fenestras quas versus illam partem habemus, si forte aliquod lumen videre possem ; nihil tamen vidi, omnia erant obscura : nihilominus intellexi aliquod mali subesse. A paucis abhinc diebus, evigilavi hora secunda post mediam noctem cum impetu sive interno instinctu quod opus esset orare. Cum autem somno opprimerer, redibam ad lectum ; sed sentiebam tantam inquietudinem quod non poteram requiescere : ex quo intellexi Dominum velle quod orarem. Sic accessi ad orationem elevatis manibus cum impetu, sed instinctu petendi misericordiam. Ita ab hora secunda usque ad quartam, id est duabus horis, abstracta a sensibus, et absque eo quod in mea potestate esset desistere, sic elevatis in cælum manibus permansi ; ac toto illo die mansi quasi mortua, corpore adeo rupto quasi baculis percussa fuisset. Nescivi quid esset ; sed postea dictum mihi fuit quod hæretici quamdam prodictionem præ manibus habebant, quam non potuerunt ad effectum reducere, etc. [Revera autem fuisse ter, quoties Anna hic memorat, paratas in Antverpiam insidias dolumque assultum scriptores plures referunt : v. g. anonymus auctor libri cui titulus : *Civilium apud Belgas bellorum initia, progressus, finis optatus* ; qui (p. 245 et 276), de tertia contra Antverpiam expeditione agens, ait Batavorum, cum integram prope noctem in ericeto a via errassent, cumque perpluti et madidi vix tandem sub arcem venissent, cælesti quodam lumine perterritos et consternatos, ausos non fuisse eam aggredi. Hæc autem expeditio cum sine hominum naviumque jactura tentata fuerit, facile

potuit celari aut digna non videri historiographis quæ posteris traderetur].

25 Dein Acta asserunt totum hoc quod Ven. Serva Dei ex sui confessarii mandato scripsit, esse quoad primum et tertium in Relatione ejus casum confirmatum a testibus de visu ; atque referunt prolata a juratis iis testibus verba, quorum summam lectoribus hic exhibeo. § x. Nonum miraculum. Præservatio urbis Antverpiensis (anno 1622) ab incursu hæreticorum. Decimus testis, qui confessarius fuerat Ven. Annæ, totam rem, ut supra in hujus relatione est, enarrat, et id se intellexisse ait ex ore Ven. Annæ. Decimus sextus testis, monialis cænobii illius, dicit se ingressam fuisse hora quinta matutina cellulam Ven. Matris, et sibi a Ven. Matre dictum : « Filia, nocte hac magnum impendit periculum. » Pugnavi hac nocte quasi contra hostilem exercitum. Brevi aliquid intelligemus. » Viditque deponens quod dicta Mater erat valde debilitata ac penitus in sudore, ratione cujus sudoris fuit ipsi mutata tunica aliaque vestimenta. Et in fine addit paulo post auditum esse comitem Mauritium Nassovium super mare fuisse cum exercitu ad intercipiendam civitatem Antverpiensem ex improviso, ac credere se Deum Dominum dictam interceptionem impedivisse ob intercessionem Ven. Annæ. Decimus nonus testis, item monialis ejusdem cænobii, pariter testatur idem se hora quinta ex ore Ven. Annæ audivisse, ac credere hoc esse miraculum et naturæ vires excedere, atque eam liberationem attribuendam esse præsidio orationum Ven. Matris. Alius testis, tunc temporis prior conventus Carmelitarum Discalceatorum Antverpiæ et confessarius Annæ, dicit sibi postridie illius eventus mane ab Anna declaratum esse se pernoctasse in oratione, et in magno agone fuisse, et rogasse Dominum Deum pro aversione imminens periculi a civitate Antverpiensi. Dicitque deponens fuisse miraculosam hanc revelationem, et dictam Ven. Annæ precibus liberationem civitatis Antverpiensis a Deo impetratam. Tandem serenissima regina Franciæ et suum de publica miraculi fama adjunxit testimonium, quod in Actis ad canonizationem Ven. Annæ (pag. 173) refertur sequentibus verbis : Dicit opinionem esse publicam, et pro indubitato haberi Antverpiæ et alibi, imo etiam inter personas primariæ qualitatis, urbem Antverpiensem liberatam fuisse ab hostium incursu intercessionem Ven. Annæ a S. Bartholomæo ; eaque de causa sua Majestas insculpi curavit argenti capse supradictam historiam.

26 § xi. Decimum miraculum. Liberatio seu præservatio arcis Antverpiensis (anno 1624) ab incursu hæreticorum. Primus testis (qui confessarius fuerat Ven. Annæ), dicit : quod anno 1624, cum a marchione Spinola nomine regis Hispaniæ obsideretur Breda, dictus comes Mauritius princeps Auriacus, dux exercitus Hollandorum, aliquot millia militum destinavit ad intercipiendam per insidias arcem Antverpiensem : et cum de nocte valde obscura et tempestuosa ad arcem accessissent cum scaphis juxta portam quam vocant auxiliarem, et mirabilia instrumenta secum detulissent, et illa applicare conarentur ad pontes et alia opera subruenda, ut sibi ingressum in arcem pararent, dicta Ven. Mater Anna circa mediam noctem excitata fuit ; et cum audivisset aliquem gemitum certo pulsus ad parietem, vocavit ad se Matrem subpriorissam, et jussit ut aperiret religiosarum cellas, et videret an aliqua male haberet et ideo gemeret : quæ cum id fecisset et bene dormientes omnes invenisset, idque dictæ Ven. Matri Annæ renuntiasset, dixit eidem Matri subpriorisse se persensisse quod

atque synopsis
testimonio-
rum c § x

E

F

et c § xi lau-
datorum Acto-
rum præbatur.

- A quod civitas Antverpiensis esset in magno periculo, et propterea excitaret omnes religiosas, et juberet convenire ad chorum ad orandum Deum pro ista necessitate: quod cum factum esset, paulo post audita sunt tormenta bellica, et intellectum est hostem circa arcem illam egisse quæ supra dicta sunt, ac relictis instrumentis abivisse re omni infecta. Dictus autem R. P. Deponens dicit tunc temporis se fuisse Bruxellis existentem priorem conventus Bruxellensis, et dictam Ven. Matrem Annam tunc ad ipsum R. P. Deponentem scripsisse quæ supra sunt de ipsa relata, et se tunc illius litteras ostendisse Serenissimæ Infanti Isabellæ, quæ etiam illas retinuit, et, ut credit, in Hispaniam misit ad regem Catholicum; et jussit Serenissima Infans ut dictus R. P. Deponens Antverpiam proficisceretur, ut omnia particularia intelligeret atque illius Celsitudini referret. Et dicit ulterius dictus R. P. Deponens dictam Ven. Matrem Annam sibi dixisse supradictum gemitum fuisse S. M. Teresiæ, quæ ipsam ad orandum excitavit; et credit R. P. Deponens evidenter dictam revelationem esse miraculosam, et liberationem dictæ arcis per intercessionem et preces supra narratas; et dixit R. P. Deponens
- B utramque hanc liberationem civitatis Antverpiensis ubique per Belgium et alias provincias esse publicam et notoriam. *Decimus testis, qui actualis Annæ erat confessarius, dicit se postridie mane, cum vix ulli in civitate facti notitiam habebant, Ven. Annam adisse, ab eaque totam rem sibi fuisse narratam; et porro ea refert quæ jam attuli supra e declaratione primi testis. Undecimus testis, illius cœnobii monialis, deponit idem; et dicit se cum cæteris sororibus media nocte interfuisse orationi in choro, atque audivisse verba quæ Ven. Mater tum protulit, de periculo nempe in quo Antverpia erat. Decimus sextus testis, item monialis ibidem, declarat se eadem percepisse, non quidem visu, sed tantum relatu Ven. Annæ (nam ad chorum cum aliis non accesserat ægritudinis causa), atque se ex ore ipsius Annæ audivisse fuisse S. Teresiam quæ eam ad orandum impulerat. Ac Deponens ait se quævisse ex aliquot militibus arcis de tempore quo machinatio fuisset detecta, et intellexisse se ex iis id factum esse ipsissimo tempore quo Ven. Mater dixerat periculum cessasse. Tandem, ne citandis his Actis diutius immorer, finem hic faciam allegando verba monialis cœnobii Antverpiensis (in quo eo tempore filia ex præcipuis*
- C *Belgii familiis Deo se dicant); quæ ad allatum jam supra testimonium suum hæc addidit: Se intellexisse ex ore Innici de Borgia, ipsius arcis gubernatoris, quod, ut utramque machinationem significaverat Serenissimæ Infanti Isabellæ, (dixissetque) castro minus bene esse provisum, adeoque ipsum facile periclitari posse, quod, inquam, Serenissima Infans ei responderit: « De castro et civitate Antverpiensi nihil metuo tamdiu quam ibidem habeo » Matrem Annam a S. Bartholomæo, cujus defensionem pluris facio quam copiosum exercitum », etc.*

Domino. Notum testatumque facimus, visis depositionibus factis respective coram nostris commissariis RR. DD. Godefrido Diepenbeke archipresbytero, Zegero van Hontsum pœnitentiario, Davide van Heemissen et Gaspere Estrix plebano, S. T. licentiat et canonicis cathedralis ecclesiæ nostræ Antverpiensis, per Matrem Priorissam et moniales alias conventus Discalceatarum hujus civitatis Antverpiensis in platea dicta den Rogier, R. Patrem Provinciale ejusdem Ordinis, Joannem Greyus nautam, et Adrianum Beerendoneq notarium, iisque serio et mature examinatis, habito etiam consilio theologorum et aliorum piorum virorum, nos declarasse, prout declaramus per præsentem, per dictas depositiones satis nobis constare quod in Decembri anno MDCXXII, cum princeps Orangiæ Mauritius intenderet partim vi partim prodicione capere Antverpiam, et Deo volente dissiparetur classis ejus circa Willemstadt, ita ut vento et gelu urgente ipse vix evaderet, Venerabilis Anna de S. Bartholomæo media nocte fuerit divinitus incitata ad orandum; in quo miraculosa quædam revelatio notanda est, et quod diu etiam ultra vires, incitante Deo, in oratione perseveraverit, et suis meritis ac perseverantia in oratione obtinere visa sit miraculosam istam prædictam, de qua toti mundo constitit, classis hostilis dejectionem: quod sane sanctitatis ipsius merito haberi potest indicium. In quorum fidem præsentibus manu nostra subscripsimus et sigillum nostrum apponi jussimus. Datum Antverpiæ die quarta mensis Octobris anno MDCXXIX. Joannes episcopus Antverpiensis.

28 *Posteriori vero scriptum est in hæc verba:* Joannes Dei et apostolicæ Sedis gratia episcopus Antverpiensis. Omnibus has visuris salutem in Domino. Notum facimus, visis depositionibus factis coram nostris commissariis RR. DD. Gaspere Estrix plebano et Davide van Heemissen, S. T. licentiat et canonicis cathedralis nostræ ecclesiæ Antverpiensis, per Matrem Priorissam et moniales alias conventus Discalceatarum hujus civitatis Antverpiensis in platea dicta den Rogier, R. Patrem ejusdem Ordinis Provinciale, Andreæ de Sea, Alphonsum Martines milites, D. Jeronymum de Guerra capitaneum et locum tenentem in arce nova hujus civitatis, et Adrianum Beerendoneq notarium, iisque serio et mature examinatis, habito etiam consilio theologorum et aliorum Deum timentium, nos declarasse, prout declaramus per præsentem, per dictas depositiones satis nobis constare ista nocte quæ fuit immediate post duodecimam mensis Octobris anno MDCXXIV in magno periculo fuisse arcem Antverpiensem supradictam, et illud periculum eodem tempore quo contigit generatim fuisse revelatum divinitus Ven. Matri Annæ de S. Bartholomæo piæ memoriæ, priorissæ tunc temporis dicti conventus Discalceatarum, et ipsam divino motu suas moniales ad orationem media nocte convocasse, atque non sine divino Numine sensisse quando periculum istud cessaverit, ideoque in eo facto peculiarem dictæ Ven. Matris sanctitatem et humilitatem eluxisse. In quorum fidem præsentibus manu nostra subscripsimus et sigillum nostrum apponi jussimus. Datum Antverpiæ die tertia mensis Octobris anno MDCXXIX. Joannes episcopus Antverpiensis.

29 *Juridica hæc solemnique sub accepta a talibusque testibus jurisjurandi fide facta ab antistite Antverpiensi informatio mirandum in modum confirmatur ultroneo testimonio omnium prope auctorum qui, Belgicam Batavicamve illorum temporum*

EX VARIIS
D

E

et anni 1624.
miraculo juridica approbatio.

F

Hoc episcopi
judicium confirmatur modo

Transcribitur
episcopi Antverpiensis de
utroque, anni
1622

27 *Quædam nunc quæ aliunde quam ex Actis illis hausi, argumenta adjungam, et primo quidem authenticas de duplici illa miraculosa, urbis anno 1622, et arcis anno 1624, liberatione approbationes quas Ill. Episcopus Antverpiensis dedit post juridicum facti examen. Bina ea authentica documenta, in membrana conscripta et munita episcopi sigillo, quod in cera rubra impressum in pyxide e membrana pendet, Antverpia accepta penes me habeo, eaque hic ad litteram insero. Prius ex iis sic sonat: Joannes Dei et apostolicæ Sedis gratia episcopus Antverpiensis. Omnibus has visuris salutem in*

EX VARIIS.

A historiam contextentes, discrete animadverterunt Deum evidenter intervenisse, qui iterata illa Mauritiū molimina cassa reddiderit, elaboratissimaque ejus consilia destituerit; quamquam dubitandum non est plerosque eorum prorsus ignorasse quid in asceterio Antverpiensi Carmelitissæ Annæ a S. Bartholomæo eveniret, quidve ab episcopo Antverpiensi actum exploratumque fuerit. Talia aliquot scriptorum judicia indicabo, prætermittis auctoribus aliis quam plurimis, quos qui voluerit consulere, inveniet illos eodem fere modo neque minus expresse loqui atque hos quos assero. En itaque nonnullos qui cives incolere Antverpienses fuerunt; quibus dein addam alios quosdam alienigenas, præsertim Batavos, qui nil tale suspicantes, non leve subsidium robur directis miraculi probationibus adjecerunt.

quo historici,

30 Antecessores nostri, qui Antverpiæ degebant, et qui proin rerum, a se pro more suo sollicite inquisitarum nec leviter asserendarum, bene conscii erant, ad diem VII Junii, agentes de Prætermisissis (pag. 3) sic habent: Ven. Mater Anna de S. Bartholomæo, Teresianarum fundatrix Antverpiæ, quam urbem suis precibus semel iterumque ab imminenti hostibus eripuit. Ac fere idem dicunt B tomo II Martii, pag. 393. Item Joannes Diercxsens in suo opere: Antverpia Christo nascens et crescens, secundis curis, Antverpiæ 1773 (tomo VII, pag. 148, ad annum 1622), ait circumferri imagines Ven. Annæ, dicatas Infanti Isabellæ Claræ Eugeniæ (ergo factas ante annum 1633, quo archiducissa obiit), sub quibus hoc lemma legitur: Miraculis claruit ante et post obitum: inter cætera anno 1622 urbem Antverpiensem, prout anno 1624 ejusdem arcem, sua intercessione ab hostibus liberavit. Sic quoque Aubertus Miræus in Chronico suo Belgico (ad annum 1624) inter prodigiosa divini Numinis præsidia refert quod Antverpia semel et iterum atque tertio ex artificiose paratis insidiis incolumis evaserit, hoc modo inquit: Durante porro obsidione Bredana, cum in arce Antverpiensi paucos milites præsidio relictos esse Mauritius princeps Arausio-nensis ab exploratoribus certo accepisset, eam mense Octobri clam noctu tentari jussit. Noctis obscuræ tenebris tecti hostes scaphas in fossam arcis dimiserant; scalas muris admovent; malleos, vectes reliquaque instrumenta ad claustra portasque frangendas expederant: cum ecce lumen ex alto emissum Batavos detexit, et vehemens ventorum turbo C effecit ut neque lintres firmare neque scalas muris affigere valerent. Id genus prodigia ac præsidia divina et an. 1607 itemque an. 1622 nos ipsi Antverpiæ sensimus. Anno certe 1622 postridie kalendas Decembres. . . . Mauritius Nassovius, numerosa ac valida classe Antverpiam petens, ingenti tempestate subito exorta, prope Bergas ad Zomam tantum non periit. Utriusque miraculose illius liberationis meminit etiam Valckenisse pluribus locis memorialium suorum quæ manuscripta asservantur in Bibliotheca regia Bruxellensi sub numeris 5938, 5963, 6195 et 17243. Pari ratione Adrianus van Meerbeeck in flandrico suo opere cui titulus: Mercurius Belgicus (Bruxellis, 1625, part. 1, pag. 109 et seqq., fuse evoluit et paratam diuturno labore immensisque sumptibus classis armaturam, et certam de felici successu Mauritiū fidentiam, et milites nautasque cum procellis ac hieme misere colluctantes, et diruta a Deo hominum molimina. Atque his testificationibus Antverpiensium scripto-rum (supersedeo afferendis aliorum Belgarum senti-tiis) adstipulantur scriptores etiam alienigenæ, v. g. Angh, Galli etc. Legesis Historiam universa-lem ex anglico gallice conversam (Parisiis, 1788,

tom. CI, pag. 47 et 69); item Gabrielem Chappuys D in generali sua Belgici belli Historia (Parisiis, 1633, lib. xviii, pag. 504, et lib. xix, pag. 590); item Josephum de la Pise in historica Tabula principum Arausiæcorum Arausiæque principatus (Hagæ Co-mitis, 1638, pag. 789 ad annum 1622, et pag. 799 ad annum 1624); item Joannem Leclerc in Historia de federatis Batavicis provinciis (e gallico batavice facta sub titulo: Geschiedenissen der vereenigde Nederlanden, Amstelodami 1730, tom. II, pag. 235).

31 Demum, quod dignum est notatu, ipsimet scriptores Batavi his de rebus taliter loquuntur, ut, quin advertant, plane confirmant juridicum præsulis Antverpiensis processum. Non modo enim condo-lent inopinatam illam repetitis vicibus stragem et tristem ignotæ sibi causæ effectum; sed et discrete affirmant fuisse tantam congestam bellicam vim, tan-tamque adhibitam prudentiam et tantas artes, ut uni Deo adscribendus sit malus exitus iteratorum istorum ad potiundum Antverpia Mauritiū tenta-minum, quæ, pro ea quæ exhausta in iis parandis erat humana prudentia, videbantur non posse non habere prosperum successum. Imo, quod adhuc ma-gis singulare ac mirandum est, eorum complures, postquam pronuntiata a Mauritiū verba, quibus E ipsemet asseveranter declararat a solo Deo impediri posse successum, retulerint, expresse et ultro con-fitentur divinum fuisse Numen quod ejus consilia subruerit. Juvat ipsamet Batavorum aliquot scri-ptorum, qui Mauritiū partes utique tuentur, verba oculis lectorum subijcere.

32 Leo van Aitzema in amplissimo suo opere de Rebus politicis et bellicis (Saken van staet en oorlogh, anno 1669, tom. I, pag. 132), postquam narravit asperissimo repente gelu anno 1622 cor-reptas et subito exortis horribilibus procellis factatas collisasque fuisse naves, pro epiphonemate addit Omnipotentem Deum satis ostendisse se illi (de invadenda Antverpia) Mauritiū consilio cæptoque favere noluisse (Dat God Almachtig wel toonde desen aenslach niet te willen segheuen). Pari ra-tione Joannes van den Sande in sua batavice con-scripta patriarum historiarum Synopsi (Amstelo-dami, 1650, lib. vii, ad annum 1622) hæc habet: Princeps meditabatur incursum in castellum Ant-verpiense, tamque certum se de prospero eventu confidebat, ut, in navem Dordraci conscendens, quibusdam diceret: « Id quod aggredior ausum, » tam certo eveniet prospere, ut unus Deus id F » prohibere possit. » Quod et factum est (« Desen » aenslag gaet so vast, dat niemant deselve ver- » hinderen kan als God alleen. » 'T welck oock gebeurde). Simili modo Alexander van der Capellen (in Commentariis, Trajecti ad Rhenum anno 1777 editis, tom. I, pag. 126 et 316), infaustam primum memorans anni 1622 expeditionem frustratamque Mauritiū fidentiam, dicit se sperare fore ut Deus, qui solus prohibuit successum istius cæpti, simili ali-quando iterando tentamini melius foveat: hoopende dat Godt de Heere, die nu alleene dit werck helet heeft (gelyck de Prints, van Dordrecht gaende, geseit heeft, dat geen menschen ter werelt syn dessein konden breken of beletten, maer Godt de Heere alleene), op een ander tyt beter seggen geven sal. Item de altera, anni 1624, expeditione tractans, postquam dixisset duas jam horas feliciter impensas fuisse pontibus clam jaciendis apportandisque in-strumentis, sic narrationem suam claudit: Selo-pe-tarii et nautæ parati scandendo castro instabant, cum custos eos oculis prius quam auribus intercep-it, subito hora a media nocte prima splendescen-tibus clarissime stellis. Quod ni evenisset, non detecti

etiam Batavi, utriusque simi-
eventum refe-
runt.

v. g. van Al-
zema, van
den Sande,
van der Ca-
pellen.

A detecti aggressores arceque fuissent potiti : non enim plures quam præsiarios milites centum arx habebat qui arma tractarent; nec facile ac certo ex urbe suppetiæ potuissent afferri. Apparet Deo hactenus non placuisse ut res ea bene cedat. Conjicio tale quid denuo in Flandriæ loca a Mauritio structum iri.

ac Cl. van der Kemp, sive anni 1622

33 Denique, quem unum pro cæteris omnibus adhuc citem, Cl. C. M. van der Kemp, qui nuper rime amplam Mauritiæ Vitæ batavico idiomate divulgavit Roterodami anno 1843, utrumque eum bellicum eventum fideliter et cordate describit (tom. IV, pag. 153 ad annum 1622, et pag. 162 ad annum 1624, cum annotationibus pag. 372 et 392). Priore autem loco, ad annum 1622, ita loquitur : Mauritius, occasionem arripens qua remotus dispersusque erat hostium exercitus, xxx Novembris pluribus e locis equitatum in Antverpiensia quæ dicuntur ericeta congregavit : et simul 88 cohortes peditum cum tormentis reliquoque belli apparatu et vel quadringentarum diversæ amplitudinis navium classem accivit Guilielmopolim; atque ipse eo die Haga Comitatus discessit, et altero post die illuc attigit, stipatus principe Henrico, comite Ernesto

B Casimiro omnibusque fere belli ducibus. At ipso quo advenerant die biduoque sequenti acerrimum illico incubuit frigus, ita ut equites non possent progredi, regredique cogerentur. Vix autem redierat equitatus, ut regelavit. Sed cum iter denuo capessere vellent, procellosa adeo tempestas debacchari cœpit ut Mauritio classique suæ vix receptui locus esset et ut maximo versarentur in vite discrimine : quippe nautæ hiemis rigore et turbinum vehementia suas regere amplius non valebant naves, quæ conflictabantur et quarum aliquot in ripam pellebantur. Eæ interea moræ effecerant ut consilium percrebuisse : quare, remisso ad hiemalia milite, Mauritius propositum liquit, nonaque Decembris die Hagam jam reverterat. . . . Attamen certam adeo boni exitus fovebat ille spes, ut, Dordraci navem conscendens, nonnullis proceribus hæc dixisse verba perhibeatur : « Deum precamini ut cœptis bene faveat : » nam solus Deus felicem successum prohibere » valet. Secus, ni ipse impediatur, prosperum successum non minus in mea habeo potestate quam » hanc meam quam vobis porrigo dexteram. » Ergo (concludit Cl. van der Kemp) evidens est voluntate Dei sinistre hoc evenisse cœptum. « Mijne » Heeren, bidt God voor onze onderneming : » want God alleen kan mij dezelve doen mislukken : anders heb ik den aanslag zoo zeker in » mijne macht, als de hand die ik u toereik. » Het was dan ook duidlijk Gods werk hetwelk dien aanslag deed mislukken. Porro exhibet D. van der Kemp ipsam Mauritiæ rerum a se gestarum missam in Decembris ad Status qui dicuntur Generales relationem; quæ cum prolixior sit quam ut hic referatur, lectorem eo remitto : ubi inter alia plura legat convocatas Dordracum in xxx Novembris copias; classem in altum vela dedisse 1 Decembris a meridie, ut postridie exscensio feret; vix æquor ingresses, vespere totaque insequenti nocte vexatos fuisse sædissima tempestate et tanto frigore ut, procellarum vi injecta navibus aqua, quæ mox congelascebat, nautæ funium apparatu uti nequirent; fluentia postero die repleta actaque fuisse glaciatis aquis; ergo singulas naves quemcumque poterant petivisse locum; ex iis quasdam Guilielmopolim reiectas; 50 vel 60 alio in tutum se recepisse; majorem ratiū partem prope ripam alicubi gelu constrictam jacere; 10 vel 12 in scopulos actas elisasque esse.

34 Ad alternam quod attinet expeditionem, nempe anni 1624, idem auctor D. van der Kemp hoc modo ejus meminit : Summo in silentio pararat Mauritius pedites circiter mille equitesque ducentos. Tam solerter cuncta erant disposita ut, non secus ac anno 1622, ille declararit non esse, præter Deum, qui felicem impedire posset successum. Verumtamen Deus hunc impedit (Evenwel God verbindeerde dien). Perventum jam erat ad arcis fossam, militesque in eo erant ut in muros scanderent, cum atra eousque nox prolinus tam clara evasit ut excubitor motum prospiceret strepitumque ciceret. Ergo infecta re discessum est, nullo tamen amisso milite. Hic interserit auctor (nota 457) quædam e Regestis Statuum generalium ad diem xix Octobris 1624 excerpta loca, quibus ipsi mandant ut regis Galliarum apud rempublicam Batavam legatus hæc verbis certior fiat de infelici illius expeditionis successu : Excubitor qui in arce vigilas agebat, rem advertit, non equorum strepitu aliove rumore, sed lucescente inopinato cælo et exorto splendore stellarum; quo factum est ut custos aggressores viderit, sclopetumque laxarit; ita ut retro fuerit cedendum. Tandem claudit Cl. van der Kemp hanc suam narrationem gravibus hæc vocibus quas hausit e Cl. Bosscha : Digna profecto memoratu res est heroem ejus consilio et fortitudine multa ardua, imo quæ impossibilia æstimabantur, bellica facinora Marte secundo peracta sunt, a suis armorum primitiis tot adornasse in Antverpiam molimenta, nec tamen ullius prosperum fuisse exitum. Immutabili dixeris stetit divina Providentiæ decreto ut hæc urbs fœderatarum nostrarum provinciarum reipublicæ accederet numquam. Igitur, quod ex longa hæc argumentatione consequens est, si multorum gravissimorum testium jurata depositio apud antistitem Antverpiensem valuerit ut eam quam num. 27 et 28 exhibui judicalem tulerit sententiam, fatendum est judicalem eam præsulis Antverpiensis sententiam iis quæ adjecti historicorum, et quidem præcipue Batavorum et acatholicorum, verbis haud parum esse contestatam et confirmatam. Unde Ven. Annæ a S. Bartholomæo applicari videtur posse id quod libro Judith (cap. iv, v. 13) de Moyse Amalecitarum gentem debellante pronuntiatur : Confidentem in virtute sua et in potentia sua. . . non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando disjecit. Atque hæc dum claudo, lectorem denuo meminisse velim supra demonstratum esse, si Anna orarit, S. Teresiam fuisse quæ celesti monito Annam ad orandum incitarit : ita ut utrique et Annæ et Teresiæ, imo primo loco Teresiæ, laus amoti ab Antverpia periculi sit tribuenda.

EX VARIIS.
sive anni 1624
expeditionem
describant.
D

E

F

§ III. Specialia aliquot miracula selecta.

Editor compendii Actorum canonizationis S. Teresiæ, in prologo suo præmonet ea solum illic memorari miracula quæ singillatim pro canonizatione et a procuratore Ordinis præsentata et a Rota approbata fuere : præter quæ, ait, sunt et alia quam plurima evidentia, pleneque probata testium depositionibus in processibus desuper confectis : ac novissime, post gratiam beatificationis ipsius Virginis, satis compertum est alia per ipsam Deum patrasse, maxime duo illa excellentiora, in contradictorio judicio ab Ordinariis discussa et approbata, suscitationes

E multis Sim-
etis miraculis

EX VARIIS.

- A *suscitationes scilicet duorum mortuorum. Proferam ergo utramque hanc suscitationem, verbis utens P. Frederici (lib. v, cap. x), qui narrationem sequitur Chronici (lib. v, cap. xxxii). Anno Domini 1614, quo Beatorum fastis Sancta nostra inserta fuit, Augustinus Josephus de Alva, filiolus duorum municipum Burgensium, accepto die viii Septembris, duodecim vel quatuordecim diebus a sua natiuitate, baptismo, male se habuit et vita functus est. Nutrix quæ cum lactabat, ne tristitiam matri inferret, pueri ægritudinem dissimulavit: at hæc, materno affectu compulsa, cum inter septimam et octavam noctis horam filiolum suum voluisset invisere, eum colore mutatum invenit, alte defossis oculis, ore incomposito, motu, pulsu, sensu, denique vita carentem. Quem talem ex inopinato cernens, fasciis mœrens mater exsolvit, propius circumspexitura an aliquod vitæ indicium in ipso appareret: sed nihil aliud ex diligenti sua indagatione retulit quam certiorum se esse factam quod misellus filiolus suus omnino obiisset. Tunc plura beneficia quæ a Seraphica Matre nostra jam acceperat, ejus menti recurrerunt; piaque recordatione recte uti novit. Alte inelamabat, et magna cum fiducia*
- B *ac devotione illius auxilium invocabat, inquit: « Sancta Mater, intercede apud Sanctissimam Virginem et Dominum nostrum Jesum Christum ut obtineam filium meum et eum recuperem vivum, si sic expediat. »*

mortui unius

- 36 Unius horæ cum dimidia ferme spatio perseveravit, eadem verba ingeminans; et juxta precationis augmentum crescebant in ipsa desideria, devotio, spes. Interea non pauci, ad ejulatus accurrentes, pueruli aperire os satigerunt, nutrix lac ipsi infundere, ut experiretur illudne gustaret: at quorsum id in defuncto? Subinde mater ardentiori fiducia intercessuræ Teresiæ adhæsit, nec sine superna motione inquit: « Eum cuncti bene conspiciat, et an vita sit » functus, certos vos facite, ut magis inde aliquod » Domini prodigium fateamur. » Novis investigationibus curaque adhibita cuncti respexerunt; cunctique iterum, nemine refragante, defunctum esse testati sunt. Tum spe repleta mulier supra caput mortui filioli posuit sacram iconem Teresiæ exhibentem; et ecce illico uno temporis puncto is suscitatus lac e nutrice sugit sanumque se præbet, quantum tenerrima ejus ætas indicare par erat. Postero die nonnullorum pietas, qui admirabilis
- C *admodum prodigii erant conscii, parentes pueri hortata est, ut, ad majus devotionis excitamentum in fidelium animis erga Beatam Teresiam, illum proximo Octobri in supplicatione quæ in ejusdem festo habenda erat, circumduci juberent. Hujusmodi suasioni obstiterunt parentes; cito tamen Sancta eos ad assensum duxit. Vix enim ipsi statuerunt minime permittere ut eorum filiolus in supplicatione gestaretur, hic a lacte gustando abstinit, nec, quocumque facto tentamine, ullius ubera sugere voluit: quo ipsi viso, se non tantum in supplicatione illius anni eum circumlaturos esse sponderunt, sed et in cæteris in Teresiæ honorem deinceps celebrandis; et puerulus in eodem promissionis eorum puncto iterum manifesta sanitatis indicia dedit, lacque gustavit. Hoc super facto ab archiepiscopali Burgensi curia legitima instrumenta confecta, et a fiscali objectiones consuetæ habitæ; cumque patefieret veritas facti, D. Ferdinandus de Azevedo archiepiscopus definitivam miraculi sententiam protulit: quæ magna cum solemnitate edita fuit, et cives Burgenses ad peculiariter Sanctam colendam animati sunt.*

37 Duo nondum voverant anni ab ea susci-

tatione, cum altera evenit in oppido Gueneja Gaditanæ dioceseos. Isabella de Belver, puella quadriennis, diuturna maligna febris, debilitate summa et cibi defectu, ad quem capiendum impotens erat, ad mortem tandem adducta est, et viii Augusti 1616 obiit. Cum nullus restaret anhelitus, frigida ac protensa haberet membra, mortis colore pallesceret, oculis esset emunctis atque ita horribilis aspectu ut mater ipsa ad eam quam antea adeo tenere amplectebatur, timeret accedere, non erat dubium quin puella ex hac vita migrasset. Auditis afflictæ matris fœmineis de more clamoribus, qui valde procul insonnerunt, vicini turbati ac trepidi statim advenere. Genitor, ubi paternum ex animo dolorem ob filiæ amissionem ostendit, maxima fiducia permotus, ea, inquam, fiducia qua majorem, ut ipse in processibus testatus est, nunquam in seipso expertus fuerat, cujuscumque alterius Sancti immemor, supplicem se totum exhibuit B. Matri Teresiæ a Jesu, ut vitam defunctæ restitueret; tantoque animi fervore orabat ut minime ipsi potestas esse aliter faciendi videretur. Cumque magis ejus spes augeretur, ad mortuæ cor puellæ papyraceam Sanctæ nostræ apposuit imaginem, ferventibusque suis precibus ulterius incubuit. Haud ita post, ut ipse ac mater a cadavere recesserunt, audierunt ambo sacra ab effigie fieri strepitum, qui aures bis distincte percussit, veluti scilicet evenire mos est quando valide charta percutitur. Ad suam filiam respiciendam mirantes accurrerunt, ac invenere pulsationem in ipsius corde, et membra, quæ omnia prius obriuerant, calida esse ac flexilia: adeoque indubie ad novam mortalem vitam revocata est puella, ut summopere hilaris et optime valens, et peculiari, quam nunquam antea in ipsa adverterant, pulchritudine respersa faciem, aliquid ad manducandum petierit, egressa fuerit domo, et cum suis coævis ad ludendum in viam processerit. Super his juridice processus est habitus, adhibitis de more formulis quæ in hujusmodi factis requiruntur. D. Nicolaus Valdes de Carriazo y Ojalora, episcopus Gaditanus, definivit hoc esse evidens miraculum, a B. M. Teresia patratum; effigiem vero quæ hujus prodigii instrumentum fuit, Pater Prior Alphonsus a S. Joseph, hujus definitionis procurator ab Ordine institutus, ad suum conventum Velezmalacitanum detulit.

38 *E magno numero miraculorum quæ Deus per Sanctam nostram operari dignatus est, adhuc pauca quædam, quæ memorem, seligam. Et quidem ea promam ex dissitis variisque temporibus, ut pateat omni ævo potens Sanctæ patrocinium fuisse, idque non interivisse aut debilitatum fuisse temporis lapsu. En itaque unum quod, ut alia plura, a theologis medicisque, Ordinariorum jussu et interposito jurejurando, legali inquisitione facta, plenissime constat. Refert illud P. Josephus a S. Teresia in Floribus Carmeli (num. 75); unde illud hausit P. Fredericus (lib. v, cap. x), cujus verba hic latina facio: P. Michael de la Valle Ord. Præd. Mexici anno 1615, illo nempe quo in Indiis festum beatificationis Seraphicæ Matris celebratum est, in morbum incidit; isque tam malignus et pervicax fuit ut post quadrimestrem curationem in domo unius ex patris ejus, cum illum medici sanare diffiderent, tamquam mortuum deseruerint. Fratres sui Ordinis, eum sine loquela, sine sensibus, obfuscatis oculis ac sine aliquo vitæ signo cernentes, ad cœnobium reversi sunt, Sacrum in suffragium ipsius animæ facturi, ac monituri P. Priorem ut præciperet quæcumque ad sepulturam opus esset. Id nuntiantibus aderat P. Joannes*

et alterius suscitatus narratur: D

F
item sanatio
ægræ in urbe
Mexico anno
1615.

A de Olazabal, theologiae in eo cœnobio lector; et affectu ac devotione motus quam S. Teresia profitebatur, e cujus Reliquiis particulam apud se servabat, eandem alteri Fratri in manus tradidit, ut illam ad decumbentem, sive is adhuc viveret sive jam decessisset, ferret, a potenti Teresia intercessionem ipsius salutem sperans. Eo se contulit Frater; cumque ægrotum, sicut illum ante reliquerat, sine ullo vitæ indicio invenisset, in aquæ vas Reliquiam mersit, eamque, Sancta nostra primum invocata, et Fratri ore, quod sibi tenaciter cohaerebat, per vim aperto, ejus labiis admovit: vix aliquas in eo guttas infuserat, cum is qui minime respirabat nec ullum vitæ signum edebat, perinde ac si a profundo se somno excuteret, nova virtute in vitam rediit, statimque sensus recepit, solutus febri, nullumque aliud præteritæ ægritudinis indicium retinens præter lassitudinem, quæ tamen depulsa est paucissimos intra dies. Res in omnium conspectu adeo versata est totque habuit testes ut P. Aloisius Bagliexo, qualificator Sanctæ Inquisitionis, piam petitionem obtulerit Illustrissimo ac Reverendissimo archiepiscopo D. Joanni de la Serna, ut ad miraculum comprobandum juridica fieret informatio. Quatuordecim testes, cuncti omni exceptione majores, factum in processibus deposuerunt: promotor fiscalis objectiones suas minime prætermisit: his vero ex integro dilutis, archiepiscopus, postquam utriusque cleri insigni fama viros et aliquos medicæ facultatis doctores in consilium adhibuit, die quinta Martii anni 1616 sententiam pronuntiavit pro veritate miraculi, illudque per urbem vulgari jussit; ac inde non modicum incrementum erga Sanctam Fundatricem devotio cepit.

atque alterius

39 Aliud P. Fredericus (lib. v, cap. xiii) miraculum exhibet, quod Bononiæ anno 1751, quo tempore ipse suam italicam S. Teresia Vitam parabat, evenit. In asceterio, inquit, SS. Josephi et Teresia Carmelitana erat tertiaria, nomine Teresia Maria a Corde Jesu, cujus mirabilis sanatio anno sequente in ea civitate typis in lucem edita est, prævie habitis quæ assolent juridicis informationibus coram notario publico die ix Octobris anni 1752, accedente approbatione P. D. Aurelii Castagna, clerici regularis S. Pauli, ecclesiæ metropolitanae penitentiarii, consensu D. Francisci Cotogni vicarii generalis, et judicio duorum peritissimorum medicorum, qui suam in hunc modum sententiam ediderunt: « Præ-

C « fatam sanationem in accurata historia allatam, « attentis morbi circumstantiis, et irritis omnium « remediorum usu, nec non subito et inopinato « ejusdem adventu, mirabilem prorsus et a consuetudine naturæ ordine alienam esse asserimus. « Dominicus Maria Gusmanus Galeazzi, Phil. et « Medicinæ doctor et medicus supradicti conventus. » Jam vero deveniamus ad prædictæ Historiæ narrationem, prout in impressa pagina legitur. Præfata illa tertiaria soror, utut virenti ac juvenili esset ætate, longo abhinc tempore variorum acerbitate malorum insolita quadam ratione gravabatur. Ab anno enim 1744 usque ad 1749 modo sævas plurimum ac crebras cepheas pertulit, obstinatas modo acres tusses a tuberculis sive parvis pulmonis vomiciis excitatas, cum sanguineis item sputis, purulentis interdum, cumque acutissimis non raro febribus. Tandem die xxiii Januarii anni 1749, cum præmemorata mala vehementius urgerent, secus spinam dorsi et in partibus musculorum sacrolumbarium et semispineorum maximis doloribus spasticis correpta fuit; qui, vim eludentes efficacium opportunorumque remediorum quæ ad-

hibuerunt tum excellentissimus dominus Joannes EX VARIIS
Baptista Cingari, præstans æque ac infatigabilis D
curationis medicus, tum doctor Gusmanus Galeazzi, vir celeberrimus et extraordinarius monasterii medicus, quin idcirco remitterent, paralyticos musculos effecerunt, inferiores artus ita omnino stringentes ut dies suos in amaritudine ducere coacta semper fuerit, nunc affixa lecto cum summa respirandi difficultate, seque ab uno ad aliud latas vertendi impotens, nunc in sede immobilis, nunc, paucis licet vicibus, dura ex necessitate ægre post se crura trahens, innixa baculo et religiosarum suarum sororum valde mœrentium manibus suffulta.

40 Ut ipsam a feris adeo malis ac pervicacibus anno 1751
liberarent, nihil intentatum prædicti medici relique- Bononiæ,
runt, quin et aliorum doctorum sententiam exquirere decretum est; cumque propterea D. Cingari de integra morbi serie fidelem relationem exarasset, eamque ad D. Angelum Ceccarini misisset, magni nominis medicum Liburni, in patientis patria, qui etiam ejusdem exemplar Neapolim transmisit ad alium celebrem doctorem D. Josephum del Vecchio, ab ambobus una cum laudatis curationis medicis definitum fuit desperandum esse de sanatione E
miseræ sororis patientis diu et dictis iterato mediis frustra tentata, imo eandem ex toto claudam futuram et ad quælibet agenda inutilem. Quare afflictissima ut erat ægrota soror, quocumque artis remedio posthabito, ex animo, ardentique cum spe, obedientia freta primum, ab Altissimo, qui cujuslibet certioris remedii fons est, efficacius opportuniusque subsidium quærere studuit, Seraphicæ Matris suæ S. Teresia adhibens patrocinium. Hinc ejus festivitati anni nuper transacti 1751 devotissimum præmisit novendium, in quo vel unum ligere gressum millies conata est, unoque temporis momento baculum et sustentacula ponere; at vero incassum: quippe suis illa malis cruciabatur acerbius. Novendio igitur quod fuerat aggressa, summa cum perseverantia, resignatione ac spiritus fervore expleto, ac illucescente decima quinta Octobris die, ob festam beneficentissimæ Sanctæ memoriam solemni, se sensit impelli, ut ipsa pluries asseruit, vel potius efficaciter roborari ab interiori Sancti Spiritus motione, ad exoptatam sanitatem a Sancta flagitandam, tuto ac enixe fidens eam se esse obtenturam. Sumpto igitur F
Christi Corpore, et impetrata a Matre præposita licentia, supra chori altare baculum deposuit, ac nullo jam usa fulcro, coram sororibus ibi congregatis propter conscientiae examinationem, quam præmittere praudio solent, illico curva quæ erat et viribus destituta, se plane erexit incolumis, ea virium copia pollens ac si nunquam vel quid leviusculum passa fuisset; adeo ut post semihoram ministrare præstareque esse sororibus ad mensam voluerit, quæ admiratione captæ et gaudio perfusæ lacrymabantur, ac miserationes Domini et validam beneficentissimamque S. Matris suæ potentiam extollebant. In posterum semper ipsa optima valetudine floruit, qua nunquam, præter omnem comparisonem, meliorem habuerat; ita ut ad hodiernam usque diem quodcumque maxime laboriosum monasterii officium exercere, suæque Regulæ, austeræ licet, præscripta servare potuerit. Hæc est fide digna ac jurejurando firmata narratio mirifici eventus, quæ ad hodiernum usque diem a medicis consulto dilata est, ut, plenissima sororis valetudine constanter perseverante, præclarissimum beneficium magis magisque constaret, omnesque omnipotentem Deum æquissime concelebrarent, qui tali prodigio

EX VARIIS. prodigio S. Teresiam glorificare dignatus est. Porro
 A eo ipso capite ubi P. Fredericus hoc miraculum
 describit, S. Teresiam erga Italos summe beneficam
 fuisse ostendit hocce modo: Multarum quas Sancta
 hæc nobis comparat gratiarum locuples testis est
 tota Italia. Cum fiducia crebro ad aras ejus recurritur,
 harumque tholis votiva donaria ornatusque
 appenduntur. Plures civitates eam elegerunt in
 patronam; quod præcipue Neapoli pro toto Neapolitano
 regno factum est anno 1628 cum pompa
 quam solemnissima. Multis in locis festum ejus de
 præcepto est, aliis civitatibus aut pagis opi ejus
 adscribentibus liberationem a peste, aliis ab inun-
 datione, aliis ab aliis calamitatibus. Imo plurimi
 tanta in hanc Sanctam feruntur fiducia ut ipsius
 auxilium invocare idem iis videatur atque rem
 postulatam adipisci. Vicinitasque deserti nostri
 Longobardici, sicut mihi, cum eum locum anno
 1751 visitavi, asseveratum fuit, dicere solet: « A
 » Sancta illa impetramus quidquid voluerimus. »

nec non mira
 sanatio Com-
 plutensis
 puellæ hocce
 sæculo.

41 Mirabilem modo sanationem, quæ nuperius
 quam memorata hactenus miracula evenit, proferam.
 Ab indendo tamen huic facto miraculi nomine,
 tametsi illud certa testificatione munitum sit, ab-
 B stinebo, eo quod ecclesiasticus de eo processus, qualem
 Synodus Tridentina requirit, institutus non fuerit.
 Illud ex autographa epistola R. M. Angelæ Josephæ,
 priorissæ Excalceatarum Carmelitarum Complu-
 tensis cœnobii cui a Corpore Christi nomen, mihi
 Madrito perscripsit R. P. Lerdo, nunc Romæ Socie-
 tatis Jesu Assistens, data XXIV Martii 1840 epistola:
 « qua ipsa Angelæ Josephæ verba hic transumpta
 habes. Die xxx Decembris 1807 nata est in hac
 civitate Gregoria Alvarez de la Campa, filia Emma-
 nuelis Alvarez de la Campa et Mariæ Saldaniæ.
 Puellula hæc, insciis parentibus, e brachiis ancillæ
 deciderat: unde, cum jam accrevisset, deprehensum
 fuit eam incedere non posse; ac brevi parentes
 animadverterunt coxendices ejus prominere, genua
 vero retrorsa esse. Medicos igitur advocarunt: sed
 quæcumque hi adhiberent remedia adeo non sustu-
 lere malum ut imo auctum fuerit potius. Accessit
 ad eam curandam chirurgus Estremerensis; at
 inanem sumpsit operam. Denique puella, quæ non
 aliter quam quadrupedum more rependo paululum
 se movere poterat, quinto circiter ætatis suæ anno
 eo devenit ut ne repere quidem amplius posset.
 Pridie autem festi S. Matris nostræ Teresiæ sta-
 C tuerunt mæstissimi parentes S. Missæ Sacrificium
 in Sanctæ honorem Deo offerendum curare. Pater
 itaque domo ad ambulationem egressus atque
 instinctu quodam interiori ad cœnobium S. Didaci
 PP. Franciscanorum hujus civitatis deductus, P.
 Monedero, re narrata, commendavit ut Sacrum in
 honorem S. Teresiæ faceret. Inde regressus domum,
 uxori ait: « Curam jam habui ut Missa ex voto
 » nostro celebretur; » damque ambo conjuges in
 conclavi inter se colloquuntur, filiola ex angulo
 ubi posita erat, repente se erigens, currere cœpit ac
 parenti dixit: « Pater, pater, en quomodo per
 » totum conclave discurram! » Parentes, præ stu-
 pore vix sui compotes, gratias actum ierunt Sanctæ,
 et exinde, quamdiu potuerunt, quotannis votivum
 novendium instituerunt in S. Matris honorem et
 intererant concionibus quas præcipui doctores ac
 cathedralici hujus civitatis pro magna sua erga
 Sanctam religionem habere consueverunt. Puella illa
 etiamnum vivit; petiique ab ea num aliquam habe-
 ret scriptam miraculi testificationem. Hanc quidem
 ait se non habere: attamen quendam e vicinis
 suis, qui hodieque in vivis degit, posse de miraculo
 testimonium dare; se vero ipsam, si necesse foret,

jurejurando illud asserturam quale a me relatum D
 est. Parentes ejus, qui parvulam veste monialium
 Teresianarum induerant, legitimam miraculi pro-
 bationem neglectui habuerunt; ac modo vita functi
 sunt. Ipsa porro Gregoria jam a bimestri matrimo-
 nium iniit. Scribebam Compluti die XXI Februarii
 1840. Angela Josephæ a S. Teresia.

42 Paucis his singillatim prodigiis enarrandis
 finem imponens, modo ea generatim beneficia anno-
 tabo quæ per pulverem ad Sanctæ sepulcrum colle-
 ctum multi graves auctores fieri attestantur. Se-
 quar rursus P. Fredericum, qui de his (lib. v,
 cap. xiv) sic loquitur: Hi qui sinceram fidem cum
 Christiana humilitate conjungunt, norunt ac con-
 titentur quodlibet in manu omnipotentis Dei in-
 strumentum habile esse quo prodigia operetur;
 neque vacillat eorum fides, cum legunt patrata
 a Moyse miracula virga, a Samsonē maxilla asini,
 a Christo saliva, a Petro umbra. Igitur cavillis
 cachinnisque, ut confido, abstinebunt, ubi audie-
 rint hodieque vigere eam pietatem qua prisci
 Christiani Sanctorum sepulcra olim prosequen-
 tur, teste S. Gregorio Nysseno, qui in Oratione
 de S. Theodoro Martyre ait: « Quod si quis etiam
 » pulverem quo sepulcri locus obsitus est, secum E
 » auferre permittat, pro munere accipitur, et tam-
 » quam res magni pretii reposita terra ista ser-
 » vatur. » Quod idem videri potest apud S. Gre-
 gorium Turonensem in Vita S. Martini, lib. ii,
 cap. i, et lib. iii, cap. xi et seqq. In loco ubi Sanctæ
 corpus Albæ primo fuit inhumatum, terra circum-
 quaque reperta fuit oleoso liquore madefacta. Ex
 hac igitur terra, cui admixtus est sepulcri pulvis,
 parvæ statuæ conflantur S. Teresiæ effigiem refe-
 rentes, ac distribuuntur piis ejus cultoribus. Indu-
 bitate autem ego affirmare ausim me in hujusmodi
 una suavissimam expertum esse fragrantiam:
 scilicet æstimo eam humectatam fuisse illo liquore
 qui tumuli terram ipsosque circumjactos lapides
 penetrarat. Sed is odor ordinarie hodie non am-
 plius advertitur in iis statuæ quæ ex Hispania in
 Italiam afferuntur. Fideles magno fructu eas adhi-
 bent. Nimirum tantillum inde pulveris deterunt,
 quem deglutiunt chartula involutum, magno suo
 ex ope Sanctæ quam invocant in necessitatibus
 commodo.

Ut pulvere
 sepulcri plu-
 rimum Sancto-
 rum olim

43 Cum P. Procuratorem generalem Congre-
 gationis nostræ Hispanæ, ut mihi gratias quasdam
 distincte explicaret quas fideles ex pio eo more
 percipiunt, essem percontatus, xxii Decembris
 anni 1750 hæc mihi rescripsit: « Allatæ ab Hi-
 » spania imagunculæ S. Matris nostræ Teresiæ ex
 » pulvere illius sepulcri partim conflantur; hoc
 » est, e terra aliqua glutinosa sepulcro prius in-
 » jecta, ibique per tempus aliquod conservata, cui
 » pulvis e sepulcro extractus admiscetur. Innu-
 » meræ vero sunt gratiæ sive curationes miracu-
 » losæ quas passim ac perpetim in Hispania, ma-
 » xime in regno Gallæciæ, sicuti in provinciis
 » Italiæ et aliis fere totius Christiani orbis, imo et
 » apud infideles, hujus sacri pulveris applicatione
 » vel sumptione divina virtus operatur. Veteribus
 » nova jugiter succedunt mirabilia, quæ, veluti
 » ex assiduitate vilescentia, nec jam scribuntur
 » nec debita admiratione multoties observantur.
 » Unde, etsi nonnulla audierim vel viderim, nul-
 » lius tamen authenticam probationem modo trans-
 » mittere valeo. » Atque ego affirmare ausim
 id et hic etiamnum evenire Totque sunt beneficia
 quæ eo modo obtinentur, ut, ob numerum, juri-
 dica de iis informatio non fiat: continuoque per-
 crebescit fama de multis iis ac quotidianis, non
 secus

Ita hodie pul-
 vere sepulcri
 S. Teresiæ

A secus ac legitur in vetusto quodam libello qui Mediolani incerto anno typis prodit Francisci Vignis et instructiones continet ad in Sanctae honorem pie decies feriam quartam obeundam: « Innumera-
» rabiles sunt gratiae ac subsidia quae Deus patro-
» cinio Seraphicae S. Teresiae fidelibus confert, et
» iis quidem maxime qui in infirmitatibus suis de-
» vote pulverem sepulcri ejus sumunt, qui vulgo
» pulvis S. Teresiae dicitur. »

plura miracu-
la sunt, quae
in Genua
anni 1702 et-
tatur.

44 Inter plura quae P. Fredericus (loc. cit.) nar-
rat miracula hoc pulvere patrata, unum ego seligam
quod Genuae contigit et cujus relatio ibi et etiam
Mediolani typis vulgata est. Sanatio id fuit quae juri-
dice declarata fuit miraculosa post seriam valde
informationem a Joanne Baptista Spinola, archie-
piscopo Genuensi, hisce verbis: Pronuntiamus et
declaramus constare de curatione miraculosa se-
cuta in persona dictae Rev. Sororis Mariae Victoriae
Centurionae, monialis in monasterio S. Teresiae
Excalceatarum; et successive permittimus publi-
cari ad majorem Dei gloriam. Datum Genuae ex
palatio archiepiscopali die iv Maji 1702. Hae porro
relatio typis excusa ita sonat: Anno nostrae salu-
tis 1701, xxiii Januarii, die Dominica, R. Soror

B Maria Victoria a S. Teresia Centuriona, annos 26
aut 27 habens, quadam vertigine gravabatur, dicta
a medicis tenebrosa et essentiali, juncta paraly-
si, quae cum a minimo dextrae manus digito incep-
set, inde ad totum dextrum pariter brachium ac
latus pervenerat. Earum porro accessus vertiginum
frequens adeo erat et vehemens, ut, praeterquam
quod magnam ipsi oculorum obscuritatem attu-
lerint et omnimodam visus extinctionem, eam
insuper ad impotentiam redegerint vel per mini-
mum quidem temporis spatium se vertendi vel
tantillum caput movendi, aegrotante gravissi-
mum se super calvariam pondus et nimium in
capite aestum persentire. Hic morbus septennio
ante a parvis brevibusque vertiginibus cepit ini-
tium, quae, dum e lecto surgeret, ei visionem per
semihoram circiter impediabant, quasque, quan-
tum opinari licuit, ideo passa erat quod pluri-
bus noctibus apertis fenestris auram dormiendo
captaverit, et per diem solis reflexus multum ex-
ceperit. Progressu temporis eam vim praedictae
vertigines obtinuerunt ut piam earum sororum
sollicitudinem impulerint ad varias medicorum
consultationes tam Genuae quam alibi urgendas,
ut aliquod miserae patienti levamen adhibere cura-
rent; at frustra semper: licet enim a parvis atque
frequentibus sanguinis e jugularibus venis emis-
sionibus, trium ferme vel quatuor per vices un-
ciarum, aliquid commodi caperet, perbreve tamen,
ut prius, iterum laborabat; eo vel magis quod
tanta effusio sanguinis, supputata ab exitu Octo-
bris anni 1700 usque ad xxiii Januarii anni 1701,
10 ad 12 librarum erat: crebraeque vertigines,
quae in eodem speciatim mense Januario sibi mu-
tuo succedebant, opinionem hanc medicis ingere-
bant ipsam denique posse apoplectico ictu corripi,
qui eam ad obitum certo duceret. Adeo demum
Reverendae Sororis Mariae Victoriae valetudo in
pejus versa erat ut ei restituendae oclusam esse
viam periti censuerint, eo quod promptissimis
et efficacissimis remediis tam diu obluctata fuis-
set; cum ad Sanctam suam Matrem Teresiam
fidenter admodum conversa, ab assistentibus so-
roribus enixe petiit parumper illius terrae seu
pulveris ex parva quadam Sanctae statua, quam
ex ejus sepulcri terra confectam fuisse praefatae
Sorores se audivisse testantur. Allatum illa pulve-
rem devotissime sumpsit, et visum illico recupe-

ravit, caput movit, quod a praedicto calore minime
amplius gravari solebat, seque incolumem et a
quocumque mali genere eam pridem vexante immu-
nem sensit. Imo, ut evidentius pateret miraculum,
non modo a pertinaci morbo divina benignitas
ipsam solvit, sed insuper carnosiores ac rubicun-
diorem quam ante morbum fuerat, eam reddidit,
sicuti ad unum fatentur illustres medici.

45 Gaudeo me, quod hactenus de spirituali pul-
veris illius efficacia e P. Frederico dixi, etiam pro
hodierno tempore posse gravissimi viri, R. P. Lerdo,
testimonio corroborare. Laudata enim jam pluries
epistola xxiv Martii 1840 sic ille scribit: Parvae
imagines terrae, quas Teresinas vocant, et quas
tum Albæ tum Abulæ ex pulvere terrae sepul-
cro Teresiae adjacente moniales conficiunt, distri-
buuntur, eaeque pro eliminandis febribus tertianis
praesertim, dum in pulverem redactae bibuntur,
utilissime per totam Hispaniam, maxime per Ca-
stellam, usurpantur. Neque absimile est aliud bene-
ficium quod idem eadem epistola asseverat hisce
verbis: Antiqua et novis experimentis semper con-
stantis fiducia est qua fideles populi, tum Pastranae
tum in oppidis adjacentibus, obtinere certatim quaerunt
particulas ligni ex arbore albæ mori, ab ipsa
S. Teresia illo in horto plantatae, quas in suis lan-
guoribus morbisque curandis admirabilis efficaciae
esse sentiunt. Huc etiam referri potest quod de pio
aque ac proficuo sive sericarum sive chartacearum
Teresiani cordis imaginum usu exposui § LXXII
Commentarii praevii, ad quem lectorem remitto.

46 In animo tandem mihi erat, non tam parti-
cularia facta, quam alia quaedam prodigiorum
genera memorare quae in quibusdam auctoribus re-
perio, quaeque, si congruis stipata essent probatio-
nibus, aptum hic locum obtinerent. Verum, cum his
munta illa non sint, contra vero cum advertam
auctores qui ea referunt, esse paratiores ad fusa
describenda mira quaedam visa promendamque mi-
raculorum copiam, quam ad subministranda au-
thentica documenta justasque eorum admittendo-
rum rationes, ideo cogor ea in medio relinquere.
Extremo tamen, post allata e Ribera Yepesioque
miracula et post exhibita ea quae in processu canoniza-
tionis S. Rota approbavit, aliaque nonnulla qua-
episcopi, adscito e Tridentinae Synodi placitis theolo-
gorum aliorumque doctorum virorum auxilio, ex-
ceptis etiam pro more testium juramentis, exami-
narunt et comprobarunt, juvat exponere, sin ut
miraculum, saltem ut singularem quendam eventum,
factum sequens, quod confido fore, cum cuivis le-
ctori jucundum, tum spirituali S. Teresiae proli,
ob recens quod S. Mater visa sit dare obedientiae
specimen, proficuum. Illud factum R. M. Angela
Josepha a S. Teresia, priorissa Complutensis, cujus
alteram narrationem jam supra (num. 41) alle-
gavi, ita ad R. P. Lerdo anno 1840 perscripsit:
Die ii Decembris 1808 Gallis civitatem Complu-
tensem invadentibus, inde excesserunt monialium
cætus, ut qualicumque qui occurrere posset tu-
multui sese subducerent. Omnium ultima civitatem
liquit communitas hæc Carmelitissarum Excalcea-
tarum S. Mariae, a Corpore Christi dictarum; quia
imminens periculum ignorabant, et, tametsi reli-
giosi nostri eas monuerant, id non credebant. Præ-
turbatione, festinatione et mœrore quo afficieban-
tur, non poterant in tuto ponere pretiosas Reli-
quias quae asservabantur in cella S. Matris nostrae
Teresiae, cujus ibi sculpta extat effigies ad mensam
charta et atramentario instructam sedentis ac ca-
lamum manu tamquam ad scribendum composita
tenentis. Effigies hæc eximia est atque pulcherrima;
adeoque

EX VARIIS.
D

hodieque plus
is et efficac
pulveris usus
perdurat.

Singulariter
remuneratur
priorissam
Complutensem
in S. Teresiam
fiducia anno
1808.

E

EX VARIIS: adeoque quotquot eam vident, asserunt eam nonnisi in caelo formosiorē esse posse. Præposita, quæ erat Mater Isidora a SS. Trinitate, magna animi cum Deo conjunctione spectabilis, S. Matris nostræ cellam ingressa sanctoque zelo accensa, ingenti mentis ardore dixit: « Mater mea, obedientiæ, » dum vivebas, fuisti amantissima, atque hanc » virtutem nobis filiabus tuis impense commenda- » disti. En nos digredimur; tu vero remanes. Pro » meo præpositæ munere tibi injungo ut Gallis » nequaquam te videndam exhibeas, nec sinas ut » in cellam tuam ingrediantur. Ecce jam videbo » num jussa factura sis: cura ut sis mihi obe- » diens. » Intrarunt porro in cœnobium octingenti Galli: qui quantocius (prout nobis retulit famulus, qui monasterii hortulanus erat atque ad illud custodiendum ibi relictus, quique etiamnum vivit) ad cellam Sanctæ properarunt, ut ostium ejus ascia aperirent; verum, quantumvis id molirentur, seram excutere non valuerunt. Videntes igitur suos conatus esse frustraneos, per aream, quam aream Sanctæ vocare solemus, transierunt ad cellæ ejus fenestram perrumpendam, in quam nonnulli ex ipsis sclopetarias glandes emisērunt; ac fatigabant se, quin tamen quidquam proficerent. Tum cellam præpositæ, quæ cellæ S. Matris contigua est, ingressi, parietem medianum terebris perforare cœperunt; et quidem hunc laborem usque eo perduxerunt ut nonnisi tantillum fere spatii forandum restaret, quantillum, si ita loqui fas sit, habet densitas putaminis ovi: nec tamen inceptum opus ad exitum deduxere. Quod vero maxime prodigiosum est, præposita, ubi cellam S. Matris observaverat, præ mentis turbatione clavem in plano ad imam cellæ suæ fenestram reliquit; et hanc nihilominus, licet ita in propatulo jacentem, nemo Gallorum arripuit: ita ut reduces moniales, postquam usque ad diem xv Januarii a sua domo abfuissent, clavem invenerint eodem in loco adhuc permanentem, et ingenti cum gaudio viderint cellam S. Matris obseratam esse, laceram animadvertentes parietem. Plures ex iis monialibus adhuc in vivis sunt.

CAPUT II.

Gloria posthuma ex cultu.

§ I. De Indulgentiis, Officiis ac Missa in S. Teresiæ honorem concessis.

Indulgentiæ concessæ plurimæ.

De utroque translationis et transverberationis festo, deque cultu quem S. Teresia a beatificatione sua apud Carmelitas primum et dein per Hispaniam consecuta est, suis jam exposuimus locis. Collecta quoque, Secreta et Postcommunio, quas Summus Pontifex canonizationis die Missæ inseruit, legi possunt ad xxxi Julii, § cv Commentarii prævii in Vitam S. Ignatii. Non est igitur cur eas hic repetamus. Quare ordior ab Indulgentiis. Plenariam largitus est Gregorius XV, cum S. Matrem cum quatuor suis sociis Sanctorum ordini adscripsit; atque eadem die, Bullam canonizationis promulgans, relaxavit omnibus Christi fidelibus, vere pœnitentibus et confessis, qui annis singulis S. Teresiæ festo die, ad sepulcrum in quo corpus ejus requiescit, visitandum accesserint, unum annum et unam quadragenam; iis

vero qui in ejusdem festi octava, 40 dies de injunctis seu quomodolibet debitis pœnitentiis remisit. Dein Brevis xix Septembris 1622 dato plenariam Indulgentiam concessit, consuetis sub conditionibus, omnibus Carmeli Excalceati ecclesiam die xv Octobris visitantibus. Extat hoc Breve in Anno Teresiano (tom. IX, pag. 314) et in Bullario Carmelitano (tom. II, pag. 396). Ad Carmelitas Calceatos extensa fuit hæc Indulgentia non secus ac reliqua privilegia Excalceatorum per litteras apostolicas Clementis X, die xxxi Octobris anni 1670 datas, quibus initium est: Ad uberes. Has in eodem Bullario (tom. II, pag. 577) reperies.

48 Mutationes plures in S. Teresiæ Festo, Officio et Missa contigerunt. Primo itaque de Festo. Constat a primis initiis S. Matris memoriam annexam fuisse diei v Octobris, et hæc dies in litteris apostolicis de Beatificatione servata est his verbis: Ut deinceps in futurum singulis annis in die depositionis dictæ B. Teresiæ, videlicet die quinta mensis Octobris, . . . Officium et Missa: . . . recitari et celebrari respective possit. . . concedimus. Cui ordinationi nullam immutationem intulit Bulla canonizationis. At quæstio fit cur S. Matris festum diei v assignatum fuerit, cum tamen inter horam 9 et 10 vespertinam die iv Octobris supremum obierit diem. Varie a variis respondetur. P. Petrus Thomas Saracenus de Bononia, in Menologio Carmelitarum, anno 1628 Bononiæ impresso, ad calcem Vitæ S. Matris (pag. 376) ait S. Teresiam e vivis quidem in cœlum migrasse die iv Octobris; sed, inquit, Summo Pontifice concedente, publice et in Ordine apud Discalceatos Patres, ne D. Francisci solemnitas impedirentur, die v Octobris colitur. P. Montoya aliam dat rationem, adstruens S. Matrem mortuam esse die v Octobris secundum computum Italarum, diei initium ab antecedente vespere repetentium. P. Fredericus (lib. v, cap. ii) tertiam init sententiam, scribens S. Matrem expirasse die iv Octobris inter horam 9 et 10, cum dies v surgeret, atque etiam secundum computum ecclesiasticum a primis Vesperis jam esset inchoata; quapropter, quoniam dies iv S. Francisco sacra erat, S. Matris festivitatem usque ad annum 1629 die v fuisse celebratam. Guyetus in Heortologia (lib. ii, cap. ii, pag. 128) ad quæstionem: Quo die consignandus sit in fastis Natalis cujusque Sancti, late de præsentis dubitatione disserit, adstruens Natalem diem a vespera ad vespem computandum suaderi ratione Officiorum; usu tamen communi, quam exempla plura, puta S. Francisci de Paula, S. Ludgeri, S. Cuniberti Coloniensis, præbent, eundem a media nocte ad mediam noctem computari; licet ipse haud improbaverit usum contrarium, si Sancti post horam Completorii obiverint, tum quoniam Officium non præcedere, sed sequi aut certe comitari debeat Sanctorum triumphum, et eo potissimum die celebrari eorum transitus quo primum vulgatus fuerit; dicitque his adstipulari festivitatem S. Martini, media nocte demortui, S. Teresiæ vespere decedentis, aliorumque item multorum, quos non nominat.

49 Porro die v Octobris, ut ex P. Saraceno intelleximus, adhuc anno 1628 agebatur Teresianum Festum; at sequenti anno ea mutatio contigit quæ in epistola P. Ferdinandi a S. Maria, Præpositi Generalis Excalceatorum Congregationis Italianæ, xvi Junii 1629 data, impressa vero cum Officiis propriis Ordinis anno sequenti, sic exponitur: S. D. N. Urbanus Papa VIII Officium S. Matris nostræ Teresiæ ab eadem Sacra Rituum Congregatione approbatum celebrari præcipit die xv Octobris, in quo depositio ejusdem Sanctæ eo anno occurrebat

Ejus festum initio v Oct., non iv Oct.,

F

dein vero xv celebratum.

- A occurrebat secundum reductionem decem dierum a Gregorio XIII anno 1582 eadem die xv factam. Vide etiam P. Fredericum lib. v, cap. n. Quantum vero hæc dierum suppressio ad S. Matris festivitatem pertinet, ea declaratur a P. Guyeto (lib. v, c. n, quæst. xiv) in hunc modum: Anno 1582 facta est a Gregorio XIII Pont. Max. correctio kalendarii, cujus primum caput illud fuit ut decem dies eo anno omitterentur. Locus autem omissionis ejusmodi indictus est mense Octobri, inter diem iv Octobris et v, adeo ut, celebrata de more iv nonas festivitatem S. Francisci, postridie non iii nonas seu v dies mensis, sed idus ipsæ seu xv dies numeratus sit. Ipsa vero eadem die iv Octobris sub vesperam contigit felix ad Deum transitus S. Virginis Teresiæ, cujus proinde Natalis, juxta id quod a nobis dictum est, . . . postridie in fastis consignandus erat. Et vero consignatus fuit primitus ipsa v die Octobris. Verum cum ipsamet dies fuerit prima ex omittendis, Romæque adeo, et alibi ubi tum servatum fuit Pontificis decretum, non v Octobris, sed xv numerata sit, rectius postea inscriptus fuit illius S. Virginis Natalis ipsis idibus seu xv ejusdem mensis. Eruditis innotescit Gregorianam correctionem duobus mensibus serius in Gallia ita fuisse factam ut decem dierum omissio a die x Decembris usque ad xix inclusive kalendario induceretur; verumtamen quotquot novi kalendaria diæceson Gallia, ea S. Matris festivitatem, nisi dies impediatur, ad xv Octobris exhibent.

Varium fuit
ejus Officium.

- B 50 Nunc de ipso Officio dicemus. Ex Brevi beatificationis anno 1614 Carmelitis Excalceatis utriusque sexus et clero Albano concessum fuit Officium et Missa de B. Teresia tamquam de una Virgine; atque hæc concessio non multo post ad Hispaniam universam et ad totum Carmelum fuit extensa, prout ex aliis Brevibus patet. Neque per canonizationem aliquid huic concessioni additum fuit. At, cum anno 1629 diem festum S. Matris transferret Urbanus VIII, proprium simul concessum fuisse Officium ex epistola præcitata Præpositi Generalis liquet. Quod Officium, quale anno sequenti excusum est, præ oculis habeo. Est autem pro Carmelitis ritus duplicis et de Communi Virginum; sed proprios habet Hymnos Vesperarum et Matutini, propriamque Orationem, et eas secundi Nocturni Lectiones quæ etiamnum in Romano Breviario habentur. Per annexam vero octavam recitabantur in ii Nocturno Lectiones desumptæ e SS. Patrum scriptis. Nihil itaque hic mihi describendum est. Attamen, quod ad Hymnos spectat, præter eos quos annotat Græcolas (Comment. hist. in Breviar. Rom., lib. 1, cap. xxviii) suis temporibus ipsi Urbano VIII Pont. Max., poeticis suis operibus laudatissimo, solitum fuisse adscribi, Chronicum (lib. xxiii, cap. xliii, num. 4) tradit ab eo etiam conditos fuisse Hymnos S. Mariæ Magdalene de Pazzis et S. Teresiæ. Eandem sententiam amplexus P. Fredericus eos sub Urbani VIII nomine cum duplici paraphrasi seu versione metrica italice ad calcem libri quinti edidit. Imo etiam Lectiones cæterasque Officii partes Urbano VIII esse tribuendas, patet cum e P. Alphonso de Andrade (Prologo ad Monita spiritualia S. Teresiæ, pag. 13), tum e P. Petro a S. Andrea, suam Cardinali Barberino dedicante Historiam generalem Excalceatorum Congregationis Italica, ubi cum ita alloquitur: Specialis illa patris tui (Urbani VIII) in Seraphicam Parentem nostram Teresiam devotio. . . illum. . . tot inter gravissimas pontificatus curas ad ejus gesta elegantibus Hymnis, Oratione ac Lectionibus, e sacro pectore depromptis, cogenda ac Breviario apponenda adegit. Faustinus quoque Ar-

valus plura de his Hymnis edisserit in Hymnodia Hispanica (pag. 201), notatque, cum hi Hymni etiam in festo Transcæberationis cordis recitarentur, atque in secundo hæc verba: Hæc est dies qua candidæ instar columbæ Cœlitum ad sacra templa spiritus se transtulit Teresiæ, minime cum festivitate consonarent, anno 1738 S. Rituum Congregationem jussisse in festo Transcæberationis dici: Felix dies qua candidæ, etc. Unde nihil jam hiulcum superest.

51 Ad annum ferme 1629 referenda est prima inscriptio nominis S. Matris in Martyrologio Romano. Ex Thesauris enim Sacrorum Rituum Bartholomæi Gavanti (sect v, cap. xxi, num. 7) et ex Benedicto XIV (de Beatif. et Canoniz., lib. iv, part. ii, cap. xvii, num. 7) innotescit in recognitione editionis Baronianæ jussu Urbani VIII festa Sanctorum qui nuperius canonizati fuerant, enuntiata fuisse, positus primo loco iis Sanctis quibus datum erat Officium de præcepto. Hos inter nondum erat S. Mater, inferiorem idcirco nactura locum. Hujusmodi editione usus est Balduinus Willot in sua gallica Martyrologii versione, cui præmisit decretum Sacre Congregationis quo statutum fuit xxiii Aprilis 1630 ut hoc excuderetur Martyrologium typis Romanis Andreæ Brogiotti. Anno sequenti excusum est idem Martyrologium Moguntia, atque ex eo Tanayus de Salazar S. Matris memoriam producit his quæ cum versione Willoti consonant verbis: Albæ S. Teresiæ Virginis, Fratrum et Sororum Ordinis Carmelitarum ætioris observantiæ Matris et Magistræ. Reapse non capio quare unquam hæc annuntiatio immutanda visa sit: verumtamen in editione Romani Martyrologii, anno 1748 curata ab ipso Benedicto XIV, loco Albæ habes Abulæ in Hispania, licet S. Mater Albæ sit defuncta, atque huic proinde ejus alliganda videantur cœlestia natalitia. Quod typothetæ cave ne adscribas, quoniam pag. 373 in adjecto Martyrologio Carmelitano eadem repetita occurrunt. Anno 1709 prior commemoratio adhuc obtinebat, ut ex Castellani versione gallica liquet. In Martyrologio Parisiensi, item in Ebroicensi et Antissiodorensi Albæ affiguntur S. Matris natales. Latiores Teresianas laudes, illic exstantes, mihi non recensendas arbitror, ut nec illas quas tum Ferrarius anno 1625 inseruit suo generali Catalogo Sanctorum qui in Martyrologio Romano non sunt, tum Saussayus Appendici Martyrologii Gallicani.

52 Occasionem concessi Officii proprii inde repetit Chronicum (lib. xxiii, cap. xliii, num. 4) quod jam anno 1629 agebatur de inserendo S. Matris Officio ipsi Romano Breviario et toti præscribendo Ecclesiæ. At non ita cursim id fuit factum. Nam anno 1634 Gaspar de Guzman, dux de Olivares, epistolas Romam dedit, ut testatur idem Chronicum (lib. xx, cap. xxxv, num. 6), quibus facta ea de re petitio urgeretur. Quare Cardinalis Alcornoz, regis Hispaniæ legatus, huic negotio suas impendit curas (ibid. num. 12). Ac post multas superatas difficultates (ut hic Cardinalis, in Hispaniam destinans decretum tantopere expetitum, ad Gasparem de Guzman die xv Septembris 1636 rescripsit) tandem impetravit ut proprium S. Matris Officium, in Hispaniis jam recitatum, per totam Ecclesiam cuilibet, ad Horarum canonicarum recitationem adstricto, ad libitum sub ritu semiduplici celebrandum concederetur. Atque ipsum decretum legere est in Chronico (ibid. num. 13). Nescio utrum tunc primum S. Matris Festum agi ceptum sit in Polonia. Josephus Goldolphus a Ryckel, abbas S. Gertrudis Lovanii (de Patriarchis Familiarum Religiosarum, pag. 669, ex lib. iii, cap. ii, de Purgatorio P. Eliæ), ait Vladislauum, regem Poloniae (anno 1632 re-

EX VARIIS.
D

Nomen S. Teresiæ quando et qui Martyrologio Romano insertum.

E

Concessio recitandi ejus Officii gradatim amplior.
F

EX VARIIS. *gnum is est adeptus) recens coronatum, a Sede apostolica duo petisse et impetrasse: Quorum primum fuit ut S. Teresiae festum per universum Poloniae regnum celebrari juberet ritu duplici; alterum ut cuilibet sacerdoti in eodem regno Poloniae fas esset in die Animarum tria celebrare Sacra, prout assolet in Natali Domini. At hic pium Teresianorum desiderium non stetit; sed novis supplicationibus ab Innocentio X impetrarunt XXIX Octobris 1645 ut per universam Ecclesiam S. Matris festivitas sub ritu semiduplici de praecepto recitaretur (vide Benedictum XIV de Beatif. et Canoniz., lib. IV, part. II, cap. XVI, num. 8, et P. Fredericum, lib. V, cap. XVI). Viginti vero annis post, die scilicet XIX Septembris 1665, indultum est ad preces P. Joannis a Conceptione, procuratoris generalis Congregationis Hispanicae, ut prima die non impedita cujuslibet mensis S. Matris Officium sub ritu semiduplici in hac Congregatione recitari posset; quod anno sequenti XVIII Septembris ad totum Ordinem ipsosque Calceatos propter privilegiorum communicationem extendi declaratum est. Exstant decreta in Bullario Carmelitano (tom. II, pag. 542 et 544). Quid deinde fuerit actum, ex sequenti Sacrae Rituum Congregationis decreto intelligere est: Officium S. Teresiae Virginis Ordinis Carmelitarum, nuper Breviario Romano ex praecepto recitandum sub ritu semiduplici idibus Octobris appositum, Sanctissimus Dominus Noster, piis Catholicorum fere omnium principum votis annuendo, ex sententia Congregationis Sac. Rituum in posterum sub ritu duplici in eodem Breviario imprimi, et ab omnibus Christi fidelibus, tum saecularibus tum regularibus utriusque sexus, qui ad Horas canonicas tenentur, in tota Ecclesia recitari praecepit. Hae die XXI Julii 1668. M. Episc. Portuensis Card. Ginettus. — Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secr. Quod decretum confirmavit Clemens IX litteris sub forma Brevis XI Septembris 1668 (vide Bullarium Carmelitanum, tom. II, pag. 552 et 553). S. Teresiam primam esse Virginem non Martyrem cui Officium duplex in Breviario Romano datum sit, notat P. Fredericus a S. Antonio (lib. V, cap. XVI).*

Officium S. Teresiae quale in Ordine Carmelitico;

53 Porro IX Junii 1696 approbavit Sacra Rituum Congregatio Lectiones proprias quae in S. Matris festivitate et persequentem octavam a Carmelitis recitarentur. Eas inter servatae sunt tres veteres Lectiones secundi Nocturni. Quadriennio post obtenta sunt propria Antiphonae, Responsoria et Versiculi, in quibus ad Magnificat in secundis Vesperis encomium doctrinae S. Matris cernere est. Officium vero quale Ordo hodie recitat, postquam a Cardinali Colloredo revisum ac correctum esset, indultum fuit XIX Junii 1700: quod ipsi prae notatum edito exstat Officio. Ex epistola P. Josephi a SS. Sacramento, procuratoris generalis Romae, ad P. Josephum ab Incarnatione octiduo post hanc innovationem (sed forte ante ejus promulgationem) data, editaque a P. Antonio a S. Joachim in Anno Teresiano (tom. VI, pag. 359), partem gestorum eruere licet. Ejus dicta ex idiomate hispanico latina facio: Concessio Officii proprii in S. Matris laudem die XIX Junii (anni 1700) obtenta est absque Evangelio Doctrinis; quod petatum non est, quia id consilium mihi dederant Cardinales etiam ii qui maxime S. Teresiae devoti sunt, dicentes Sanctae quidem merita inesse Doctrinis, sed in Ecclesia moris non esse hoc assignare Evangelium mulieribus, quantumlibet sanctis et doctricibus mysticis, qualis esset S. Teresia; ideirco inanem fore similem petitionem, quae sine dubio rejiceretur. Hymnum ad Laudes, compositum a Cardinali, immutavit Cardi-

nalis Colloredo, scribens VIRGINES; qui etiam noluit expungi pristinam Antiphonam quae primo loco est ad Laudes: HÆC EST VIRGO SAPIENS ET UNA DE NUMERO PRUDENTUM, quatuor tamen reliquas proprias faciens: atque insuper Antiphonas binas, alteram ad primas, alteram ad secundas Vesperas, proprias fecit; quam triplicem Antiphonarum diversitatem in solo Natali Domini usurpat Ecclesia. Hæc omnia sunt pulcherrima et majestate plena, et quam accommodatissima stylo Ecclesiae universalis. Romae, XXVII Junii 1700. Hæc de Officio Romano.

54 Verum duobus annis priusquam Ordini Carmelitano speciale aliquod S. Matris Officium concederetur, proprio jam utebantur monasteria Excalceatarum Carmelitarum quae in diocesi Parisiensi erant. Anno enim 1627 impressum est Parisiis apud Franciscum Hors ex concessione archiepiscopi, VIII Januarii ejus anni data, Officium proprium recitandum tum die festo tum persequentem octavam. Quamvis id pro manibus mihi sit, ei aliisque similibus hic exscribendis, ne prolixior sim, supersedeo, et eo quidem magis quod Romano Officio multo sint inferiora. At dignum censeo ut hic referatur id peculiare Officium quod Emin. Card. Caesar Montius, archiepiscopus Mediolanensis, anno 1647 inseruit Ambrosiano Breviario. Sic autem sonat:

dein quale in ritu Ambrosiano.

ORATIO PRIMA. Superni luminis Pater, qui ad meliora semper æmulanda charismata mentem Beatæ Virginis Teresiae charitatis ardore inflammare et sapientiae luce illustrare dignatus es, quaesumus ut, ipsa interveniente, quod ore et opere docuit, et simplici capiamus mente et toto cordis ardore compleamus. Per Dominum etc.

ORATIO SECUNDA. Beatæ Virginis tuæ Teresiae meritis nos, Domine, in tui amore propitius accende, ut, sicut illa tibi placuit et flore virginitatis et charitatis ardore, ita nos valeamus ea intercedente bonis operibus abundare. Per Dominum etc.

ANTIPH. (ad Cantica Magnificat et Benedictus). Audivisti, filia, et inclinasti aurem tuam, et ideo concupivit Rex decorem tuum, et oleo lætitiæ unxit te prae consortibus tuis.

PSALLEND. Ut stella matutina in medio nebulae, ut luna plena in diebus suis, et sicut sol fulget in meridie, sic Beata Teresia fulget in Templo Dei.

LECTIO. Teresia Virgo Hispana, piis ingenuisque parentibus Abulæ nata, tenerissima adhuc ætate Sancti Spiritus igne succensa, in Christianæ perfectionis fastigio suae jecit eximiae sanctitatis fundamenta. Etenim domo pie profuga, trajicere tentavit in Africam, ut in lapideis Barbarorum cordibus æternum de Jesu Christo insculperet suo sanguine testimonium, quod nondum per ætatem potuisset exprimere lingua. Verum peculiari Dei consilio domum reducta, sanctimonialium Beatissimæ Virginis Montis Carmeli Institutum professa, tanto exarsit perfectionis ardore, ut, mundo infernoque undequaque adversantibus, severiorem Carmelitarum vivendi Regulam, Pio IV approbante, pristinae observantiae restituerit et in duobus supra triginta monasteriis cum virorum tum mulierum, sola Dei ope, ipsamet propagaverit. Libros ad orationis studium et cœlestium desideria mentes hominum inflammantes non persuasibilibus humanæ, sed divinæ sapientiæ verbis, rerum divinarum experientia magis quam lectione magistra, conscripsit. Eam novo sponsaliorum ritu, suae scilicet passionis clavo, annuli vice, sibi Christus in sponsam adscivit; et exinde tanto ipsa patiendi flagravat desiderio ut exclamaret identidem: Domine, aut pati aut mori. Non defuit æstuanti Sponsus, sed per Angelum ignito jaculo cor ipsi transverberavit; illaque

- A illaque Sponso tanta charitate respondit ut insolitum et perdifficile votum semper efficiendi quidquid perfectius esse et ad maiorem Dei gloriam pertinere intelligeret, constantissime emisit. Visionibus revelationibusque praeclaris mirabiliter illustrata, amoris magis erga caelestem Sponsam quam morbi vi animam Deo reddidit Albæ anno salutis 1582 idibus Octobris juxta Gregorianam kalendarii emendationem, ætatis vero suæ 67 (dic 68). Virgini morienti Christus inter Angelorum agmina adfuit; ejus anima sub specie columbæ in cælum evolutis visa est; et arbor cellæ illius proxima, jamque dudum arida, præter omnem temporis et naturæ rationem, tantæ Virginis ad caelestis Agni nuptias feliciter intrantis testis, repente effloruit; multaque alia admiranda ejus obitum illustrarunt. Denique corpus illius odorato liquore circumfusum et adhuc incorruptum pia veneratione colitur, illamque in vita et post mortem multis claris miraculis Gregorius XV in Sanctorum numerum retulit. *Non est cur miretur quisquam me hæc de Teresiano Officio absolventem non meminisse quarundam anno 1622 de cælo, ut ferunt, delapsarum chartæque inscriptarum precum,*
- B quarum meminit P. Fredericus (lib. v, cap. xvi). Præterquam enim quod portentum adeo singulare infirmo nitatur testimonio, ex prævio beatificationi processu Granatensi constat illas jam tum, partim saltem, concinnatas fuisse preces. Quare, missis aliis argumentis, hæc pro naniis habentor.

Missa in honorem Sanctæ celebrata, qualis.

- 55 Jam de Missa S. Matris, sepositis his quæ ad ritum pertinent, utpote ex dictis de Breviario satis cognitis. Primis temporibus recitabatur Missa de Communi Virginum; cujus tamen Collectam his finire verbis Paulus V vivæ vocis oraculo permisit: Ita piæ devotionis et caelestis doctrinæ erudiamur affectu. Gregorius XV, omnia vivæ vocis oracula irritans, hoc quoque de medio sustulerat; at die 1 Januarii 1624 probavit formulam: Et caelestis doctrinæ erudiamur affectu. Præsens norma debetur Urbano VIII, anno 1628 præscribenti hæc verba: Caelestis ejus doctrinæ pabulo nutriamur, et piæ devotionis erudiamur affectu. Usque ad annum 1665, ubi jam inter Calceatos et Excalceatos Carmelitas omnigena privilegia communia erant, dicebatur apud Calceatos Missa de Communi cum una Collecta propria, quæ hodie in Missali Romano superest. In Missarum autem supplemento excuso anno 1699 eadem adhuc Missa recurrit; sed inserta tamen habet, qualia festo S. Ignatii de Loyola sunt in Missali Romano, Secretam et Post-communionem. Huic Missæ insertum est postea Evangelium festi S. Francisci Assisiensis; quod servatum est, cum reliqua omnia præter Collectam xxvii Julii 1720 immutata sunt. Quantum licebat, in hac Missa quesitum est ut S. Matris doctrina extolleretur, et ut innuerentur plura ejus gesta aut dicta. Satis fuerit Epistolam: Optavi et datus est mihi sensus, ex capite viii libri Sapientiæ, annotasse. Hæc Calceatis atque Excalceatis propria. Hi vero in Confiteor, tum ad Missam tum in Officio divino, licet cæterum ritu Romano fere a suis exordiis utantur, post SS. Petri et Pauli nomina subdunt nomina Beati Eliæ et Beatæ Teresiæ, non appositis Patris nostri seu Matris nostræ titulis. Adhuc Pius VI kalendis Februarii 1794 approbavit Præfationem propriam, quæ ab Excalceatis dicatur in festivitibus S. Teresiæ et per festi ejus octavam, ac in omnibus ejusdem Missis per annum votivis. Sic autem sonat: Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte, Pater omnipotens

æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Qui B. Teresiam Sanctorum scientiæ ac divinæ caritatis ardore munerare: et Angeli visione, ignito jaculo præcordia ejus transverberantis, vehementius inflammare: eamque sibi spirituali connubio sociatam, data dextera, significare dignatus est. Quo caritatis incendio dum B. Teresiæ vita consumitur; spiritus ejus, columbæ specie egredi visus, sublimem caelestis gloriæ gradum conscendit. Et ideo cum Angelis, etc.

EX VARIIS
D

§ II. De reliquo S. Matris cultu, et speciatim de tutelari regni Hispaniæ patrocínio.

Mitto, ne prolixior sim, de Summis dicere Pontificibus, quorum magna erga S. Teresiam pietas satis constitit ex iis quæ de Reliquiis, canonizatione et cultu ecclesiastico prolata jam sunt. Primo itaque de regibus, et quidem de solis regibus Hispaniæ. Philippus II, cui Carmelus Reformatus beneficia quam plurima in acceptis referre debet, erga S. Matrem vitam sanctam servavit, imo auxit, venerationem, studium et amorem quem sæpe exhibuerat vivæ; ita ut ejus libros inter pretiosissima cimelia reponeret, utque, audito Ypesio coram eo pro concione propalante Teresiani corporis integritatem, coleret S. Matris ipsa exciperetque venerabundus panniculos qui anno 1594 ex scapulæ tactu sanguinolenti facti fuerant, etc.: quæ quidem pietas adhuc clarius constat ex litteris, mandatis omnigenisque curis in canonizationis negotio impensis. Similibus argumentis, potissimum beatificationis et canonizationis procuranda celebrandaque, et patrocínio Hispaniarum S. Matri credendo et ab adversariorum vindicando contradictionibus, inclaruit Philippi III et Philippi IV sincerus erga S. Matrem amor et religio. Quin voto se Philippus IV ejusque conjux obstrinxerunt ad primæ nascituræ sibi filiæ conferendum Teresiæ nomen (vide P. Fredericum, lib. v, cap. xvi). Item Carolus II magnam coluit erga S. Teresiam pietatem, cujus ipsemet testis est, scribens in sui testamenti codicillo se ejus devotum præstitisse clientem. Argumento est facta ab eo ejusque conjuge fundatio qua diu noctuque ante S. Matris sepulcrum binæ lampades in perpetuum arderent; atque id magis adhuc patet e litteris quas ad patriarcham Indiarum dedit, quasque ego hic latine versas exhibeo: Ob peculiarem devotionem quam erga S. Teresiam animo foveo, statui in sacello (regio) die xv Octobris festivitatem celebratum iri cum concione et solemni Sacro, quemadmodum in festo S. Ferdinandi aliorumque fieri assolet. Atque tibi mando ut secundum hoc meum statutum ea exequenda cures. Madriti die v Julii 1681. Cum autem postea adverteret se id temporis sapius Madrito absuturum, celebritas dilata est ad diem quæ immediate sequitur festivitatem patrocínii B. M. Virginis (Chronic. lib. xviii, cap. v, num. 3). Profitetur in memorato supra codicillo Carolus sibi per totam vitam in votis fuisse sui regni patrocínium S. Matri credere, ac se id negotium, ut rem momentosam, suo successorì enixe commendasse. Quid porro Ferdinandus VI ejusque uxor ac Carolus III præstiterint, narratum ibi jam est ubi de S. Teresiæ corpore annis 1750 et 1760 examinato novæque imposito arcæ ab ipsismet regibus donatæ. Atque hæc de regibus

Regum, nominatim Hispanorum, in S. Teresiam pietas;

E

F

bus

EX VARIIS *bus Hispanis. Quæ alii reges, principes ac proceres priuolara crebro edidere erga S. Teresiam venerationis cultusque specimina, longum foret enarrare. Imo, ut vel solorum Albanorum ducum jugis a me depingeretur erga eam pietas, nimium quantum mihi spatium necesse foret. Sufficiat unius alteriusve ex honorificis istiusmodi aduersus Sanctam nostram documentis mentionem facere. Lusitaniæ rex anno 1665 decretum edidit ut singulis annis xv Octobris tribunalia vacarent et ut tota universitas Conimbricensis, præeunte rectore, accederet ad solemnia in Carmelitarum templo celebranda divina Officia (vide Annum Teresianum, tom. VI, pag. 223).*

(item aliorum, præterea etiam et Sanctorum.)

57 Cardinalis Petrus de Salazar, quem S. Matris cor diuine claudendum theca curasse jam diximus, constituit certos redditus ex quibus solverentur sumptus necessarij ad celebrandam quotannis quam piissime S. Matris festiuitatem in cœnobio Carmelitarum Excalceatarum Cordubensium (vide Annum Teresianum, tom. I, pag. 356). Ludovicus Emmanuel Portocarrero, archiepiscopus Toletanus et Cardinalis, dicavit xv Octobris in ecclesia cathedrali præclaram ex argento statuam quæ sacram Teresiæ effigiem referret (ibidem, tom. X, pag. 306). Sequentia de S. Josepho Calasancio, Clericorum regularium scholarum piarum parente, ex P. Frederico latina facio: Erat ei familiarissima amicitia cum PP. Carmelitis Excalceatis, maxime cum Venerabilibus PP. Joanne a Jesu et Dominico a Jesu, qui ei consultores et magistri spirituales, defensoresque ac promotores pii ejus Instituti erant. Venerabatur tamquam insignem suam patronam S. M. Teresiam. Ejus Opera et libri Morales S. Gregorii, qui multum quoque iuuerant S. Matrem, in deliciis erant Calasancio, eisque legendis tempus impendebat plurimum. Apparebant ei sæpius illi Sancti; quibuscum colloqui pluries auditus fuit inter suaves lacrymarum imbres. Celebris facta est apparitio qua eum dignata est S. Teresia anno 1627, cum præmonens de sæva imminente tempestate; quæ, dum totum ab eo fundatum Ordinem fere submerserat, occasionem dedit Josepho mirabilem constantiam et heroicam ad mortem usque patientiam exhibendi. Laboribus oppressus, in gravem inciderat morbum, erysipelate maligno crus quod ex casu læsum erat, corripiente; ac mors ei Sacramentorum receptione communito jam imminabat. Cum solus esse voluisset maneretque alta contemplatione defixus, apparuit ei S. Mater, ac illum de vita et valetudinis restitutione securum fecit, significans Deum velle sibi ab eo obsequium præstari per Instituti istius propagationem, eaque ratione ingentes non defuturos illi labores et asperrimas persecutiones: quæ omnia ut generose ferret, ipsa multum ei addidit animum (lib. v, cap. xvi). Ex hoc tempore, inquit P. Talenti (in Compendio chronologico-historico Vitæ S. Josephi, pag. 109), melius habere cœpit; neque multo post a dolore liberatus est, licet crus permanserit frequenti obnoxium inflammationi atque doloribus. Pro grata sua erga Sanctam memoria voluit ut quæ prima in suo Ordine edificaretur ecclesia, a S. Teresia titulum mutuaretur; et reapse jussum dedit ut ejus nomen iaderetur, quando proximo die vii Septembris scholæ cum tirocinio Neapoli extra Portam Regiam aperiebantur. Cui rei cum PP. Carmelitani refragarentur, quod timebant ne populi ad suam ædem concursus desineret, Josephus, pacis amantissimus, jussit ut ecclesiæ suæ titulus mutaretur, dicereturque a Nativitate B. Mariæ Virginis, ratus gratum fore S. Matri Teresiæ suam erga ejus filios obsequentiam. S. Alphonsus de Ligorio, ut ait

D. Jeancard in ejus gallice scripta Vita, piis obsequiis magnæque fiducia S. Josephum et S. Teresiam plurimum colebat: in utriusque honorem conscripsit novendialem Devotionem, eosque sui Instituti Patronos declaravit; quorum ut quotannis in singulis domibus celebrarentur festa, sedulo curabat. Sæpius eos ipse invocabat, et numquam inchoabat scriptionem, epistolam, et ne vel annotatiunculam, quin in fronte, cum Jesu et Mariæ nominum initialibus litteris, Josephi et Teresiæ litteras quoque signasset. Originem patrocini quo suam Congregationem a B. Teresia protegi voluit S. Alphonsus, reperio apud Tannojam, alterum Sancti biographum (gallice versum Parisiis anno 1842, tom. I, pag. 383): scilicet die ejus festo 1750 detecta est conspiratio quam quinque ex ejus Congregatione sodales inierant; ac S. Teresiæ tutelæ adscripsit S. Alphonsus hanc detectionem, eoque magis ad eam colendum inferbuit. Quam instituerat novendialem devotionem ipse nonnumquam obibat cum plebe; ut liquet ex his Tannoje verbis (tom. III, pag. 278): Mense Octobri 1784, ultima die novendialis devotionis erga S. Teresiam, quam pie cum populo (Nuceriensis) obiverat, raptus est in diuturnam ecstasim, continuo ingeminans: « Amor æternæ, amo te. »

58 Hanc autem quam in religiosæ familiæ nupera Institutore aduerto ergo S. Teresiam venerationem a duobus jam sæculis notavit Yepes in omnibus fere religiosis Ordinibus. A bene multis, inquit, fuit animadversum huic Christi sponsæ divinitus concessam fuisse gratiam et privilegium ut, quæ ex una est religiosa familia, singulariter fuerit amata et reverenter habita ab omnibus; non secus ac si ad singulas pertinuisset (Prolog. § iv). Pulchre id confirmat P. Fredericus, sic scribens: Primi qui ejus scripserint gesta, Jesuita fuerant et monachus Hieronymitanus. Ludovicus de Leon, Augustinianus, longum de ea texuit encomium, condiditque egregiam de ejus Operibus apologiam. Qui primi ex hispano in alia idiomata ejus verterunt libros, item pertinent ad religiosas familias: Carthusianus monachus in idioma gallicum eos misit; Jesuita in theoticum seu flandricum; Augustinianus, prior cœnobii Moguntini, in latinum; duo e Congregatione Oratorii in italicum. P. Didacus Alvarez e Dominicanorum Ordine et P. Joannes de Rada e familia S. Francisci duabus validis doctisque elucubrationibus tuiti sunt ejusdem S. Matris libros a censuris quas iis inflixerat Summoque Pontifici anno 1605 obtulerat anonymus quidam, cui obtulerunt licentius os, etc. (lib. v, cap. xvi). Sine negotio centenis aliis nominibus hic breviusculus catalogus augeri posset. Præ oculis enim mihi est tomus V Anni Teresiani, ubi (pag. 207—283) index habetur honorificentissimorum titulorum et cognominum quæ S. Matri fuerunt data ab innumeris scriptoribus, quorum plurimi diversis religiosis familiis erant adscripti. Possem equidem ad congesta hæc S. Teresiæ cognomina addere alia quam plurima quibus a tempore quo scripsit auctor Anni Teresiani, multi alii eam cohonestarunt: sed pro longo auctorum titulorumque elencho suffecerit unum nominasse pietate, doctrina gravissimoque quo fungitur munere insignem Emin. Card. Lambruschini, Sanctissimi Domini Gregorii XVI vicarium, qui conscriptas a se de S. Teresiæ virtutibus pietati excitandæ ac fovendæ maxime utiles Meditationes in lucem recens dedit.

59 Coronidis loco his specimen subdam honoris et cultus quo S. Teresiam recens prosecuta est nostra Societatis Jesu familia. Scilicet Hagæ Comitum Patres S. J. non indignum principe illo loco templum a fundamentis,

E
Imo omnium fere religiosorum Ordinum.

Recens illius specimen a Societate Jesu editum.

A fundamentis, jacto primo lapide anno 1838, positoque tribus post annis supremo, crexerunt sub titulo et patrocinio S. Teresiae; de quo certe citra invidiam dicere fas est, sive amplitudinem spectes sive elegantiam, de palma disputare illud posse inter reliquas omnes aedes sacras a tribus saeculis in Batavico solo erectas. Quod porro Societatem nostram Bollandianam attinet, non solum pro modulo et officio S. Teresiae gesta, nomen et cultum explicuimus, ac, si quando opus esset, vindicavimus; sed et sub piis ejus Sanctique Josephi auspiciis vela laxavimus, potens illud Sanctorum par in rediviva nostrae Societatis patronos adsciscentes et utriusque festum speciali ratione quotannis celebrantes.

Non modo singularia loca vel collegia eam patronam adoptarunt,

60 Teresiae, cum tantum Beatis et necdum Sanctis adscripta erat, a Mexicanis jam in patronam assumptae, memini ad num. 1072. Quare non iterabo quae ibi legi possunt. Nec est cur memorem nescio quod Teresianum et apud equites Melitenses et in Galliarum regno patrocinium, quod singularis quidam scriptor Sanctae affinxisse magis quam asseruisse videtur (vide *Chronicum*, tom. IV, lib. XVIII, c. VI, num. 9). Saltem nulla utriusque hujus memorandi certe facti mentio mihi alibi occurrit. Neque etiam recensebo omnes singillatim urbes, universitates, ecclesiarum capitula, procerumque familias, quae se S. Matris clientes solemniter professae sunt: dicendi enim vix finis esset. Quippe auctor *Anni Teresiani* (tom. II, pag. 149) vel supra quadraginta enumerat nobiles Hispaniae civitates ecclesiasque cathedrales quae se ejus clientelae palam devoverint; et adhuc alias complures fatetur se omittere. Si cui placuerit haec nosse, adeat id opus, reperietque ibi et etiam apud alios passim auctores ipsa plurium electionum illarum decreta, v. g. decretum Lucense, in Hispania Sacra (tom. XII, pag. 195); Cremonense, apud P. Fredericum (lib. V, cap. XI); Eugubienense, in *Anno Teresiano* (tom. X, pag. 307), et alia alibi. De solo igitur Sanctae in universum Hispaniarum regnum patronatu disseram, et tantum, pro ratione hujus operis, per compendium. Quis enim v. g. jure a me exposulet ut, dum posthumam Sanctae gloriam exhibeo, dissidia proferam quae male diviserunt S. Teresiae a S. Jacobi patronatus sectatoribus, et quae acriora subinde fuerunt quam decet et tale argumentum et pios ac sinceros Sanctorum clientes? Qui hac super re ampliora cupierit, consulat *Chronicum* (tom. IV, lib. XVIII, cap. VI); *Annum Teresianum* (tom. II, pag. 147-248); *Memoriale de patronatu S. Jacobi adversus patronatum S. Teresiae*, auctore Francisco de Quevedo y Villegas; *Acta Comitiorum generalium Gadibus anno 1812 adunatorum*, typis regis inibi edita sub titulo: *Diario de las discusiones y actas de las Cortes* (tom. XIV, pag. 55).

sed et regni comitia et quidem pluries: 1^o anno 1617,

61 Publica regni Comitia una cum rege semel et iterum, annis 1617 et 1626, S. Teresiam in patriae patronam elegerunt; atque id confirmarunt ii provinciarum deputati qui, assumpto Comitiorum generalium et extraordinariorum nomine, Gadibus concenerunt anno 1812, scilicet in turbatissimo illo patriae Ecclesiae statu quo Hispaniae rex Ferdinandus VII Summusque Pontifex Pius item VII areta custodia in Gallia a Napoleone detinebantur. Etsi iterata illius electionis decreta non perstiterunt, fas tamen est me paucis ea evolvere. Prima itaque de regni Hispani patronatu S. Teresiae committendo mota questio est die XXIV Octobris 1617 in Castellae et Legionis Comitibus, habitis coram Philippo III in regio Madritensi palatio; ac XVI Novembris latum est decretum quo ipsa nominabatur illorum regnorum patrona et advocata, primario addita Hispaniarum patrono Apostolo S. Jacobo. Decreti illius partem, encomiis novae patronae plenissimam, exhibet *Chronicum* (loco quo supra, num. 4). Exin ipse rex una cum Castellae praeside aliisque regni primoribus Sanctae patronatum sollicitè promoverunt; quod patet e binis litteris quae in Comitibus anni 1812 exhibitae fuerunt, et quarum alteras ad Gaditanos XVIII Augusti 1618 miserat praefatus praeses, alteras Philippus III. Ast archiepiscopus Hispalensis D. Petrus Baca de Castro aliique de clero vehementer obnisi sunt, non quidem animo a B. Teresia alieno, sed unius S. Jacobi patronatus studiosiores, quem timebant imminutum iri partito inter duos honore. Multa hi adversus novum hunc B. Virgini delatum cultum contorserunt argumenta, licet exigui, imo, pro tempore quo haec agebantur, nullius ponderis; cum tunc nondum Urbani VIII decretum prodisset, quo cavetur ne alii in patronos quam Sanctorum fastis adscripti adoptentur, ne electio fiat sine episcopo et clero, ut Congregatio Rituum electionem faciendam praenoscat factamque approbet, etc. Attamen rex amore pacis, donec oblenta esset Beatae canonizatio, statuit moras trahere. Atque hoc iterum patet ex litteris XXIV Septembris 1618 ad Gaditanos nomine regis datis, quibus mandat ut executioni decreti supersedeatur, usquedum aliter ipse significarit (vide praefatum *Diarium* anni 1812, pag. 55). Ast interim Philippus III vita defunctus est, undecimo scilicet priusquam Sanctorum albo Teresia insereretur mense.

62 Praecipuo quod contra Teresiae patrocinium objectum fuerat, per ejus canonizationem amoto repagulo, Philippus IV, ut paterni regni, ita et paternae in Teresiam pietatis haeres, rem proprio suo motu resumpsit, eoque, ut videtur, prouiore animo quod Sanctae auxilium expertus esset tum in Belgio (vide cap. I, § II, ubi de Antverpia) tum in America, attributa S. Salvatoris oppidi recuperatione patrocinio S. Teresiae, cujus effigiem in militum vexillis rex depingi voluerat. Quomodo bellicum hoc patratum fuerit facinus et quomodo supremus hujus expeditionis dux, Fredericus de Toledo Osorio, marchio de Balduenza, ut primum in Hispaniam redux Malacae navi exscenderat, in hujus civitatis Carmelitarum templo gratum erga adjutricem Teresiam animum publice testatum fecerit, legi potest in *Anno Teresiano* (tom. V, pag. 7, 8 et 9) et in *Chronico* (tom. IV, lib. XVIII, cap. V, num. 8 et 9). Ergo Philippus, solo motu suo in Teresiam affectu ac veneratione, ut ait *Chronicum*, anno 1626 Caesaraugusta Madritum scripsit ad Franciscum de Contreras, suum in Castella praesidem, ut Comitibus tunc inibi adunatis questio de S. Teresiae patrocinio denuo proponeretur. Quod cum fecisset praeses, omnes prope quotquot Comitibus intererant (teste *Anno Teresiano*, tom. II, pag. 149) eam regnorum coronae Castellae patronam nuncuparunt. Philippus certiore de hac suffragatione fecit Urbanum VIII. Atque hic, majoris roboris decreto addendi gratia, XXI Julii 1627 (non 1628, ut *Annus Teresianus* habet, loco quo supra) illud confirmavit litteris datis in forma Brevis (non Bulla, ut ad calcem Actorum canonizationis anno 1628 editorum et ab aliis passim dicitur), quas hic lectorum oculis submitto.

63 Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam, etc. Domini nostri Jesu Christi, qui servos et ancillas suas aeternae gloriae praemio donat in caelis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex injuncto nobis pastoralis officii debito procurare tenemur ut eorundem servorum et ancillarum Christi debitus honor et veneratio in terris indies magis promoveatur, et laudetur Dominus in Sanctis

EX VARIIS. D

E

et iterum anno 1625.

F

edente Urbano VIII confirmatorium Breve.

EX VARIIS.

A etis suis. Quamobrem Christi fidelium ad eorundem Sanctorum patrocinium confugientium vota, ut optatum sortiantur effectum, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ac desuper ejusdem officii partes propensis studiis impendimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane dilecti syndici seu procuratores regnorum coronæ Castellæ nobis nuper exponi fecerunt, quod ipsi, attente considerantes quot et quanta meritis et intercessione S. Teresiæ de Jesu præpotens Deus illis contulerit et indies conferat beneficia, quamque regna prædicta illius vitæ sanctimonia ac quæ Dominus per eam operari dignatus est, miraculis, nec non etiam fundatione tot monasteriorum tam virorum quam mulierum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, in quibus primitivæ dicti Ordinis Regulæ observantia maxime floret, per eam institutorum, illustrentur, idcirco et alias ob singularem quem erga ipsam S. Teresiam gerunt devotionis affectum, in comitiis seu parlamento dictorum regnorum ultimo loco habito eandem S. Teresiam in præcipuam regnorum coronæ hujusmodi Patronam et Advocatam elegerunt, prout in decreto desuper emanato plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, syndici seu procuratores prædicti plurimum cupiant electionem hujusmodi, quo firma perpetuo subsistat, nostro et hujus Sanctæ Sedis apostolicæ patrocinio communiri, nos syndicorum seu procuratorum eorundem pietatem et consilium hujusmodi plurimum in Domino commendantes, illosque specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutas fore censentes, supplicationibus tam charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum regis Catholici quam eorundem syndicorum seu procuratorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio electionem prædictam ac desuper emanatum decretum hujusmodi apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, atque omnes et singulos tam juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; utque imposterum eadem S. Teresia ab omnibus et singulis eorundem regnorum personis tam sæcularibus et ecclesiasticis quam regularibus uti talis Patrona, cum omnibus et singulis privilegiis, gratiis et Indulgentiis similibus Patronis competentibus seu alias concedi solitis (sine tamen præjudicio et innovatione vel diminutione aliqua patronatus S. Jacobi Apostoli in universa Hispaniarum regna), haberi et reputari; atque ita ab omnibus ad quos spectat observari debere, etiam perpetuo statuimus, præcipimus et mandamus: decernentes nihilominus irritum et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ

vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die XXI Julii 1627, Pontificatus nostri anno quarto.

64 *Hæc S. Virgini a Papa, rege et comitiis collata dignitas propensis animis excepta fuit, non modo ab Excalceato Carmelo, sed et a quam plurimis civitatibus, imo fere ubique per Hispaniam locorum; quod comprobatur Joannis de Ortiz de Zarate scripto testimonio, verbotenus citato in Anno Teresiano (tom. II, pag. 149). Affirmat scilicet hic auctor, qui Philippo IV a secretis erat, in tabulario regio asservatas esse vel quinquaginta præcipuarum, quas enumerat, Hispaniæ civitatum capitulorumve ecclesiarum cathedralium aut collegialium responsorias litteras quibus regi testatum faciunt se id ab eo communicatum decretum et acceptasse et executioni mandasse. Interim tamen ecclesia Compostellana aliæque nonnullæ efflictim Teresiano patrocinio refragatæ sunt. Quem videns Carmelus adversum conatum, ad regem recurrit, ac simul qua scripto quo verbo strenue defendit honorem quem alii suapte et Carmelo inconsulto Teresiæ detulerant. Id experti refragatores ac desperantes, ut ait Chronicum, de successu suorum conatum in Hispania, Romam se verterunt. Citatus ibi interrogatusque Romanus Carmelus est: quo respondente non agi de mota a se causa, interrogatus est Hispanus regis in Erbe legatus, qui et ipse respondit nulla sibi ex Hispania ea super re venisse mandata. Non ceretur auctor Chronici (tom. IV, lib. XVIII, cap. VI, num. 7) asseverare interceptas in via retentasque fuisse regis litteras, quas suo tempore adhuc exstare affirmat. Quidquid sit de gravi hac criminatione, Brevis revocationem obtinuerunt adversarii ab Urbano VIII; qui tamen sivit ut singulis civitatibus et ecclesiis maneret copia certis sub conditionibus Teresiam adoptandi patronum. Atque is, ait Chronicum, illius disceptationis finis fuit. Etenim Philippus IV, qui graves etiam viros experiebatur S. Matris patrocinio contrarios, pro sua prudentia censuit rem non urgendam, sed potius expectanda meliora esse tempora quibus citra animorum motus perfici id negotium posset; adduntque Acta Comitiorum anni 1812 (tom. XIV, pag. 56) regem, ne urgeret, politicis etiam inductum fuisse rationibus, quas, ut ibi dicitur, facile intelligit quicumque hispanam temporum illorum norit historiam.*

65 *Atque hæc suspensa eo permansere statu ad annum usque 1812, quo præmemorata Gaditana Comitia renovandi Teresiani patrocinii periculum fecerunt. Quo autem hoc tentatum sit modo, breviter exponam secundum ipsa Comitiorum Acta. Jam III Septembris 1811 deputatus Guatemalensis, D. Antonius Larrazabal, moverat hanc questionem, votum allegans Caroli II, qui moriturus in suo codicillo scripserat se per totam vitam illud cordi habuisse propositum, ac successori regnorumque Comitibus commendatam hanc habere velle rem, utpote maximi momenti ob magna e tali patronatu speranda beneficia. Deinde XXI Aprilis 1812 Carmelita Gaditani (in quorum templo Comitia solemnes Deo retulerant gratiarum actiones de facto a se in Insula vulgo de Leon novo regni constituto) simile, multis munitum documentis, postulatum exhibuerunt. Atque XXIII Junii quinque deputati comitiales qui id susceperant examinandum, re fusa a se disputata, Carmelitarum voto omnino annuendum censuerunt. Brevem amplæ eorum ratiocinationis ecce analysin: Annis 1617 et 1626 secundum tunc vigentem ecclesiasticam de patrocinio legem rite in patronam electa fuit Teresia. Abunde id patet ex Brevis quod Urbanus VIII dedit, non ut tribue-*

quis tamen iterata ea electio persequitur.

E

Denique anno 1812 agitur de restaurando illo patrocinio; F

ret

A ret factae electioni essentialem per decretum suum vim, sed tantum ut accidentale illi robur hac confirmatione accederet, et ut pietati satisfaceret regis ac subditorum ejus. . . Nihilominus, biennio nondum præterlapso, intercidit is patronatus, missis ad civitates ac municipia a canonicis Compostellanis litteris quibus affirmabatur Urbanum VIII suum Breve altero revocasse decreto. . . Quidquid sit de hac revocatione, cum a Comitibus rite electio olim facta et ab apostolica etiam Sede approbata atque executionem nacta aliquando fuerit, novo non opus est decreto, neque Romam recurrendum; sed binis anterioribus annorum 1617 et 1626 decretis, quæ valida fuerunt nec a rege vel Comitibus umquam sunt abrogata, stari potest, adeoque Carmelitarum votis accedi.

cujus decretum exhibetur.

66 Ergo e mente comitialium eorum delegatorum (Alphonsi Rivera, Francisci Sonra, Vincentii Pasqual, Petri Gordillo, Joachim Villanueva) latum est decretum, et quidem sine controversia unanimique suffragio, atque regni administris, ut exequendum id curarent, traditum est. En quibus id promulgatum sit verbis (quæ desumo ex tomo II, pag. 215, *Historiæ et Vitæ S. Teresiæ*, auctore P. Joanne a S. Ludovico, Valentini editæ anno 1813, ea ex hispanis latina faciens): D. Ferdinandus VII, Dei gratia et Hispana constitutione Hispaniarum rex, eoque absente et captivo regni administratores quos nominaverunt generalia et extraordinaria Comitia, omnibus hæc visuris vel auditoris notum faciunt sancitum a Comitibus esse id quod sequitur. Generalia et extraordinaria Comitia, considerantes annis 1617 et 1626 a Comitibus S. Teresiam a Jesu secundum Apostolum S. Jacobum (después del Apostol Santiago) electam fuisse horum regnorum patronam et advocatam, ut in omnibus patriæ necessitatibus invocaretur, ac cupientes novum edere testimonium, ut constantis erga inclytam hanc Hispanam feminam populorum nostrorum devotionis, ita et eorum in ipsius patrocinio fiduciæ, decretum faciunt ut S. Teresiæ a Jesu patrocinium, pro Hispaniis adoptatum in Comitibus annorum 1617 et 1626, deinceps in actum prodeat, et ut jungatur RR. archiepiscopis, RR. episcopis ac corporum et territoriorum exemptorum prælatibus ut circa solemnitatem ritus S. Teresiæ id disponant quod ei qua patronæ congruit. Intellectum hoc esto regni administratoribus ut executioni mandetur, atque curanto ut imprimatur, publicetur et divulgetur. — Joannes Polo y Catalina, præses. — Josephus de Torres y Machi, deputatus secretarius. — Emmanuel de Llano, deputatus secretarius. — Datum Gadibus xxviii Junii 1812. — In curia administratorum regni. = Igitur mandamus omnibus tribunalibus, municipiis, præfectis, gubernatoribus, cæterisque auctoritatem civilem, militarem vel ecclesiasticam habentibus, cujuscunque sint ordinis vel dignitatis, ut observent eurentque observandum, implendum et exequendum præsens decretum cunctasque ejus partes. Notum hoc vobis esto ut fiat, ac curatote ut imprimatur, publicetur ac divulgetur. — Dux del Infantado. — Joachim de Mosquera y Figueroa. — Joannes de Villavicencio. — Ignatius Rodriguez de Rivas. — Comes del Abisbal. — Datum Gadibus xxx Junii 1812. — D. Antonio Cano Manuel.

Hispani S. Teresiæ patroni cælitus.

67 Gaditanum hoc de ecclesiastico S. Teresiæ patrocinio plebiscitum, quale ex Comitiorum illorum officina prodiit, sine commentario retuli; tametsi plura in eo reperiuntur quæ debite erga ecclesiasticam auctoritatem obedientiæ et reverentiæ non satis quadrant, sed quæ meum non est discutere.

Historicum saltem est documentum, ex quo, juxta atque ex actis Comitiorum 1617 et 1626, testatum fit quam fuerit hodieque perennet contribulibus suis accepta S. Teresia, siquidem diversa adeo hominum genera diremptisque adeo temporibus creditam ei voluerint patriæ tutelam. Germano certe Hispanorum nulli defuit amor, fiducia summaque erga eam veneratio, quominus universi hos ei collatos voluerint honores: sed lata decreta ideo non persisterunt quod, adoptatis duobus principalibus patronis, haud pauci timerent a recentiore Teresia antiquum S. Jacobi patrocinium aliqua ratione evictum iri; ne quid dicam de temporum iniquitate modoque quo id nuper tentatum fuit. Atque eæ solæ fuerunt causæ ob quas nulla Teresiani patrocini vestigia hodie superesse videantur. Porro, præter Hispanum, regnum quoque Neapolitanum Sanctam nostram habere patronam voluit, sed secundariam: narratque P. Josephus a S. Teresia, Comitibus, auctore et promotore D. Antonio Alvarez de Toledo, duce Albano, prorege, eam cum plausu unanimisque votis proclamavisse; additque jugem et vegetum sub Antonii successoribus, nominatim sub comitibus de Castrillo et Peñaranda, ejus cultum ad sua usque tempora permansisse. Atque hæc præfatus scriptor tomi IV *Chronici*, editi Madriti anno 1684 (lib. xviii, cap. vi, num. 9).

EX VARIIS.
D

CAPUT III.

Gloria S. Teresiæ posthuma ab Ordine quem reformavit.

§ I. Celeriter ac late propagata sacra Teresiæ familia.

Tertio nunc capite ejus gloriam ostendemus ex numerosa, inclyta, docta et sancta prole quam fecunda hæc parens spiritualiter progeniit. Enimvero gloria parentis est progenies gloriosa; et arbor bona habetur quæ bonos fructus facit, artifexque laudatur ab opere, quia ex effectu rite noscitur et æstimatur causa. Quod e votis Romanorum Pontificum et sub auspiciis potentium etiam principum superiores Ordinis incassum pluries tentarant, Carmelitana etiam virorum familia a S. Virgine ad disciplinæ severitatem non modo revocata fuit, sed et tam solido fundamento Reformatio hæc fuit superstructa, tamque sagaci optimarum regularum minime septa, ut fertilis hæc vitis brevi propagines suas per totum fere terrarum orbem emisit, ac copiosissimos fructus per tria fere jam sæcula in Ecclesia Dei procreavit. Brevi itaque conspectu Ordinis incrementa ab ipsis ejus incunabulis consideremus. Videlicet fundati fuere, vivente ipsa Sancta Reformatrice, conventus triginta duo, quos exhibet schema sequens, in quo conventibus seminarum litteram F, virorum vero conventibus litteram V præfigam:

Vivente Sancta, celerissima fuit Reformationis propagatio.

F. Abulæ, xxiv Augusti 1562.	
F. Methymnæ Campi, xv Augusti 1567.	
F. Malagone, xv Aprilis	1568.
F. Vallisoleti, xv Augusti	
V. Durveli, xxviii Novembris	1569.
F. Toleti, xiv Maji	
F. Pastranæ, ix Julii	
V. Pastranæ, xiii Julii	

V. Mancera,

EX VARIIS.

A

<i>V. Maneræ, xi Junii</i>	1570.
<i>F. Salmanticae, i Novembris</i>	
<i>V. Complati, i Novembris</i>	
<i>F. Albæ, xxv Januarii</i>	1571.
<i>V. Altomiræ, xxiv Novembris</i>	
<i>F. B. V. M. de Subsidio, Aprilis</i>	1572.
<i>V. Granatæ, xix Maji</i>	1573.
<i>F. In Rupecula, xxix Junii</i>	
<i>F. Hispali, v Januarii</i>	1574.
<i>F. Segoviæ, xix Martii</i>	
<i>F. Veasi, xxiv Februarii</i>	1575.
<i>F. Almodovari, vii Martii</i>	
<i>F. Hispali, xxix Maji</i>	1576.
<i>F. Caravacæ, i Januarii</i>	
<i>F. In Monte Calvariae, i Decembris</i>	
<i>V. Biatæ, xiv Junii</i>	1579.
<i>F. Villanovæ, xxii Februarii</i>	1580.
<i>F. Palentiae, xxix Decembris</i>	
<i>V. Vallisoleti, iv Maji</i>	1581.
<i>V. Salmanticae, i Junii</i>	
<i>F. Soriæ, iii Junii</i>	1582.
<i>F. Granatæ, xx Januarii</i>	
<i>V. Ulyssipone, xix Februarii</i>	
<i>F. Burgis, xix Aprilis</i>	

B

circa quam
errant plures:

69 Monitum hic velim lectorem me in hoc dispo-
nendo clencho, prout antea feci in Commentario
prævio, potissimum sequi Ordinis Chronicum, pro
viribus conando errores vitare quos non paucos
reperi in variis aliorum catalogis, de quibus postea
sermo erit. Præterea meminisse lectorem velim con-
ventum Durvelensem religiosorum xi Junii 1570
fuisse translatum Manceram, et conventum Rupe-
culæ initio Decembris 1576 ad Montem Calvariae
prope Veasum, Pastranenses autem moniales ini-
tio Aprilis 1574 transisse Segoviam. Unde fit ut
interdum triginta sub Teresia fundata numerentur
monasteria, communius vero triginta duo, dicente
Breviario Romano: Effloruit in eo consilio (refor-
mandi Carmeli) omnipotens miserentis Domini
benedictio. Nam duo supra triginta monasteria
inops virgo potuit ædificare, omnibus humanis
destituta auxiliis, quin imo adversantibus plerum-
que sæculi principibus. Sive, ut dicit consistorialis
Aulæ advocatus coram Summo Pontifice et Cardina-
libus: Plurima ejus Instituti mulierum virorumque
cænobia (rem a sæculis in fœmina inauditam)
generoso ausu excitavit: siquidem septemdecim
monasteria monialium erexit ac gubernavit, viro-
rum vero quindecim fundata reliquit, miraque
prudencia direxit, omniaque sanctitatis exemplo
constabilivit. Non recte igitur Helyot in sua *Ordi-
num religiosorum Historia* (tom. I, cap. XLVIII) ait
plura quam triginta duo Teresia vivente erecta fuisse
monasteria.

C

Sanctæque
mortuæ, Ordo
multo adhuc
magis

70 Jam xxii Junii 1580 Gregorius XIII litteris
suis in forma Brevis provinciam creaverat Fratrum
Excaltatorum, quia, ait, successive, benedicente
Domino, numerus religiosorum primitivam regu-
lam hujusmodi profitentium et observantium adeo
hoc tempore excrevit ut de præsentis viginti duæ
domus Fratrum et monialium hujusmodi, in quibus
fere trecenti Fratres et ducentæ moniales existunt,
devotum Altissimo famulatum exhibentes, in præ-
dictis regnis Hispaniarum reperiantur. Sancta non-
dum vivis excesserat, cum filii ejus xx Martii 1582
Ulyssipone in Africam ad Guineæ missiones vocati
fuere, et anno sequente ad Conganam et Capover-
densen seu Promontorii Viridis. Genuæ recepti
Fratres anno 1584, quos anno 1590 Sorores secutæ
sunt. Anno 1585 in America prima Mexicanæ pro-
vinciæ fundamenta jacta fuere. Anno 1586 procura-
tor Ordinis Romæ degere cepit: et anno 1587

litteris pontificiis Sixtus V copiam fecit eligendi D
suum Reformationi vicarium generalem, qui anno
subsequente electus est in primo capitulo generali,
ubi et Reformatæ familia in sex provincias divisa
fuit, eo quod, ut loquitur Pontifex in prædictis
litteris, numerus Fratrum hujusmodi et monialium
Discalceatorum non mediocriter auctus fuerit, et
in dies majora, benedicente Domino, suscipiat in-
crementa cum divini cultus augmento, bonæ famæ
odore ac spirituali fructu et consolatione anima-
rum, tum ipsorum religiosorum, tum etiam aliorum
Christi fidelium, qui piis eorum exemplis in viam
salutis diriguntur, jamque non modo per univer-
sam fere Hispaniam, sed etiam in Indiis complura
monasteria et domus aliaque regularia loca Discal-
ceatorum instituta et erecta fuerint, quæ omnia
per unum priorem provincialem non ita commode
regi et gubernari queunt.

71 Neque minus rapida subsequencia fuerunt extenditur,
Reformationis incrementa; adeo ut, cum S. Joannes
a Cruce, qui primus ejus professus fuerat, xiv De-
cembris 1591 de vita decederet, Ordo jam possideret,
partim Fratrum partim Sororum, domos octo supra
septuaginta. Anno dein 1593, omnino segregata
Reformatorum a Calceatorum familia, obtentus est E
Reformationi suus Præpositus Generalis. Hæc igitur
suo jam stabat pede, cum anno 1597 Summo
Pontifici visum est a Congregatione Hispana sepa-
rare tres quæ in Italia existebant domos, nempe
Genuensem Fratrum, quæ anno 1584 erecta fuerat,
inibique Sororum, quæ anno 1590, ac Romanam
Fratrum, quæ ipso illius separationis die erigebatur.
Constitutæ trinæ hæ domus fuerunt anno 1600 Con-
gregationis titulo insignitæ, rectæque a commissario
apostolico; donec, fundato quarto conventu Neapoli
anno 1602, et quinto haud procul a Tusculana
civitate anno 1605, proprium Præpositum Gene-
ralem adeptæ fuerint. Porro Reformatum S. Teresiæ
Ordinem successive adivisse anno 1604 Persidem,
Poloniam et Galliam, anno 1607 Belgium, anno
1612 Coloniam, etc., patebit e schemate mox exhi-
bendo, in quo cernere erit quo tempore singulæ utrius-
que Congregationis domus erectæ fuerint.

72 Specialem tamen mentionem meretur celebris posita v. g.
multisque nominibus gloriosa una et altera Ordinis sede in Gallia
propago, scilicet ejus in Galliam invectio, ac pos-
sessio capta Montis Carmeli. Quod ad sedem in Gallia
positam pertinet, narrationem ejus rite, licet paucis
verbis, describit auctor operis cui titulus: *Essai F*
historique sur l'influence de la Religion en France
pendant le dix-septième siècle, secundis prælis Lo-
vanii recusi anno 1824. Sic ait scriptor ille (lib. 1,
§ vii): S. Franciscus Salesius, cum Parisiis (anno
1602) morabatur, viam planarat ad exequendum
cæptum quod multi homines frugi moliebantur.
Virtutes nempe S. Teresiæ valde per totam Eccle-
siam resplenduerant, ac primarum ejus sodalium
servor auxerat celebritatem reformati ab ea Ordinis.
Statuerant itaque zelosæ quædam personæ id
Institutum, quod pietatem multum promovere na-
tum erat, etiam in Galliam inducere. Animo rem
hanc præcipueolvebant duæ principissæ de Lon-
gueville, Domina Acarie (posthac soror conversa
sub nomine Mariæ ab Incarnatione, ac Beatorum
fastis inserta anno 1791), D. de Berulle, D. de
Marillac, duo alii e magistratu viri Sublet et Gau-
thier, doctor Duval, Gallemant, D. de Breigny, etc.
Inter sese hac de re illi conferebant, præsentem
S. Franciscum Salesio. Litteræ patentes ab Henrico IV
ad eam erectionem impetrabantur, amotis quæ
subinde objiciebantur repagulis. Maxima difficul-
tas in Hispanis e Carmelo sororibus obtinendis ver-
sata

- A sata est. DD. de Berulle, de Bretigny, Gauthier et pia quædam femina cognomento Jourdain Hispanum ad id iter susceperunt; rex vero tum ad legatum suum Madriti, tum ad regem Hispaniæ Philippum III, in eundem finem litteras dedit. Non nisi multas post efflagitationes atque tentamina sex Hispanæ Carmelitane obtentæ sunt, ut ad novum conventum Parisiis erectum inhabitandum accederent, et juxta suæ Regulæ mentem plures ibi inter eas adscribi cupientes informarent. Domina Acarie non paucas jam congregaverat puellas; easque ad eandem vitæ consuetudinem præparans, in perfectionis semita, quam animose adeo erat aggressa, ipsa dirigebat: Congregatio S. Genovefæ cætus hic vocabatur, et quotquot eam constituebant, singula apud moniales Carmelitanas in usu posita sectabantur. Domus eodem tempore in suburbio S. Jacobi Hispanam coloniam receptura instruebatur. Ducissa Nemosiensis primum claustrum lapidem posuit pro regina Maria de Medicis, quæ tunc Fonte Bellaqueo versabatur: ducissa de Longueville et principissa d'Estouteville, ipsius cognata, secundum statuere lapidem: paucis vero post diebus pariter ecclesiæ chorum incepterunt DD. de Berulle et
- B de Marillac. Tandem Hispanæ sorores, ardentissime exoptatæ, Parisios pervenerunt; ac primo quidem ecclesiam abbatissæ S. Dionysii visitaverunt et Montis Martyrum; ac Sanctis Galliæ Apostolis, ibidem præcipue cultis, venerationis suæ obsequia impenderunt. Suum inde conventum solemniter introgressæ sunt, magna urbis frequentia, spectatisque coram viris, iis præsertim qui huic domicilio illis apparando studiosius insudaverant. Post triduum Maria de Medicis cum principissis et aulicorum comitatu conventum adiit. Piæ septem sodales, ex earum numero quas Domina Acarie collegerat atque paraverat, habitum Ordinis sumpserunt; quas inter cernebatur marchionissa de Bréauté, florens ætate vidua, filia Nicolai de Harlai de Sanci; Domina Jourdain et du Coudray, Domicellæ d'Hannivel et de Fontaines-Marans. Primis illis temporibus aliæ etiam dignitate ortus opibusque præclaræ inter S. Teresiæ filias annumerari gestierunt: memorare enimvero hic posset Ludovicam Séguier, viduam præsidis et matrem Domini de Berulle; nobilem puellam de Brissac, filiam Caroli de Cossé, ducis de Brissac et castrorum præfecti; tres filias Dominae Acarie;
- C Mariam Silviam de la Rochefoucauld, Cardinalis hujus nominis sororem, et comitissam de Rochefouart de Chandenier; Mariam Phelipeaux-d'Herbault, viduam Henrici de Neuville de Villeroi; nobiles puellas de Marillac, de Raconis, etc. Ab anno 1605 novum monasterium ædificandum Pontisarræ fuit, Divione tertium: brevi alia subsecuta sunt Ambiani, Turonibus, Rothomagi, etc. Anno 1616 ducissa de Longueville secundum ejusdem Ordinis conventum Parisiis statuit: tertius postea fundatus est. Celerrime ita auctæ in Francia domus, ut sexaginta duas labente sæculo caperet.

adiit Persidem; in cujus metropoli Ispahamo Ordinis sui domum aliquamdiu cum rexisset, anno 1627 revocatus fuit Romam, et dehinc missus in Syriam ad fundandam Aleppensem Missionem. Absoluto prospere et hoc negotio, pro superiorum voluntate adiit Carmeli Montem, nihil non tentaturus ut illic pedem figeret Ordiniq; suo domicilium pararet (vide *Annales Carmeli Excalceati Gallici*, auctore P. Ludovico a S. Teresia, lib. II, cap. cxi et seqq.). Exhibet *Chronicum descriptionem Eliani illius Montis*, quam P. Prosper anno 1631 ad suos superiores ex eo hospitio misit, ut induceret eos ad novos socios sibi ex Europa permittendos. Hoc dum agitur, referuntque superiores negotium ad Urbanum VIII, P. Prosper a loci dynaste, cui arabice nomen erat Mir Tarabei sive Princeps Carmeli, facultatem obtinet struendi cænobii, ea conditione ut annum penderet tributum ducentorum realium sive 50 fere francorum. Urbanus tandem, votis annuens Præpositi Generalis ac Fratrum Congregationis S. Eliæ, III Decembris 1633 Carmelitæ Excalceatis sacri Montis Carmeli habitationem et possessionem ita asserit ut nulli alterius Ordinis religioso habitare illic aut locum habere liceat. Exinde prælaturæ conventus illius titulum sibi reservat Præpositus Generalis Congregationis

I Italiciæ, quamquam domus regitur a priore in capitulo electo. Pii interim illi cænobia magnum sibi, aut magis Deo Catholicæque Religioni, amorem et æstimationem conciliant pietatis et humanitatis operibus quæ exercent erga Christianos qui in iis vicinisque locis Turcarum servituti subsunt, et erga peregrinos qui ad loca ea appellant: quod multi viatores in suis relationibus memorarunt, hodieque suis laudibus deprædicant.

74 Ad perennem quoque Catholici nominis gloriam et simul in Excalceatæ familiæ commendationem non modicam, juxta recens structum monasterium in Monte Carmelo splendida, quæ anno 1828 incepta fuit, modo fere perfecta stat ecclesia, singulari in barbaris illis Turcarum terris gaudens privilegio habendi pulsandique æs campanum. Præclarum opusculum cui titulus: Notitia de templo et hospitio Montis Carmeli, auctore D. Artaud de Montor (Parisiis, 1843), multa curiose explicat super hoc Catholici Religioni simul et Teresiani zeli sanctæque industriæ monumento, quod exurrexit indefesso labore Fratrum aliquot Carmelitarum, qui undequaque eum in finem stipem corrogarunt et structuræ præfuerunt. Miror tamen in eo opusculo non allegari litteras pontificias datas die xxvi Novembris 1839, quibus S. D. N. Gregorius XVI ecclesiam præfatam prærogativis Basilicæ minoris decoravit, eamque filialem capituli Lateranensis declaravit, ut notat R. P. Gregorius a S. Josepho, subprior monasterii Brugensis, qui etiam ipsas pontificias litteras mihi subministravit.

75 Gregorius Papa XVI. Ad perpetuam rei memoriam. In apostolicæ Sedis fastigio collocati, illustrium præsertim ecclesiarum honori atque splendori libenter profecto prospicimus. Quum itaque in eo Carmeli Montis loco ubi ad Evangelicam Apostolorum prædicationem viri plurimi Sanctorum Prophetarum Eliæ et Elisæi vestigiis inhærentes, et Baptistæ præconio ad Christi adventum comparati, rerum veritate perspecta, susceptaque Catholica Fide, omnium primi sacellum Deiparæ Virgini sacrum construxerunt, in præsentia nova erecta reperiatur ecclesia curæ commissa Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Congregationis Italiciæ, atque hodiernus generalis procurator Congregationis ipsius a nobis efflagitaverit ut ecclesiam eandem Basilicæ titulo ac juribus decorare

EX VARIIS.

I

ibi recens structa minor exstat ecclesia.

F

nominis Basilicæ insignita.

et in Monte Carmelo.

73 Altera memoranda Reformati Carmeli propago est Mons Carmelus, in quo felicia prisci Ordinis cunabula fuerunt. Scribitur in *Chronico* (lib. XIX, cap. XLVIII) hunc locum Teresianæ in Italia Congregationi cecidisse sequenti modo. Versus annum 1620 frequens erat per Palæstinam missionariorum e Carmelo Excalceato, Persidem aliæque Asiatica regna petentium, iter. Lustrabant pii illi viatores inter alia Terræ Sanctæ monumenta Montem Carmelum, qui sacra familiæ cui adscripti erant, ortum præbuerat et nomen. Inter eos P. Prosper a S. Spiritu, Cantaber, vir strenuus et devotus, isthac

EX VARIIS. velimus, nos, de VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum consilio, ejusdem procuratoris et Congregationis desideriis quam libentissime annuendum censuimus. Quamobrem omnes et singulos quibus hae litterae favent, peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, hisce litteris auctoritate nostra apostolica commemoratam ecclesiam in Basilicam minorem cum omnibus et singulis privilegiis, gratiis, praeminentiis, exemptionibus et indultis quibus aliae ecclesiae Basilicae minores hujusmodi quomodolibet utuntur, fruuntur et gaudent, atque uti, frui et gaudere possunt et poterunt, erigimus, ac talem hoc futurisque temporibus esse et fore statuimus, eandemque ecclesiam Basilicam nuncupari et haberi volumus. Decernentes ipsas praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, dictaeque ecclesiae plenissime suffragari, atque ab omnibus ad quos spectat et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii apostolici auditores, Sedis apostolicae Nuntios, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant. quoties opus fuerit felic. Benedicti XIV praedecessoris nostri super Div. Mat. aliisque apostolicis, atque in universalibus provincialibusque et synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus: quibus omnibus et singulis, illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die xxvi Novembris 1839, Pontificatus nostri anno nono. A. Card. Lambruschini.

§ II. In Ordinem cooptata multa membra insignia natalibus, scientia ac virtute.

Ordini adscriptae multae clarae generis faminae.

Parvi aut potius nihili pendenda esset Ordinis laus a numero membrorum, nisi aliis nominibus corpus laudabile esset et nisi ejus membra congruis suo statui dotibus fulgerent. Ut a sequiori sexu et simul ab inferioris meriti gradu incipiam, decus non modicum Teresiano Instituto addidit neglecta a multis puellis generis nobilitas ac sprete fortunatae paternae domus amplitudo et molities, ut, hispida severioris Carmeli lana indute strictaque arctata clausura et sustentata paupere victu, sub S. Teresiae disciplina Deo ancillarentur, Deoque, quantum homini datum est, conjungerentur tum intellectu per pias cogitationes, tum corde per pios affectus. Longum esset earum quae ex Evangelii placitis ita sapientissime stultae fuerunt, texere catalogum. In claustra adhuc viventes Teresiae, quae pauculas inopes orphanas in primum suum Abulense S. Josephi monasteriolum

collegerat, confluerunt aliquot post annis puellae ac matronae potenti claroque genere ortae. Has inter fuere, ut alias plures taceam, Anna ab Incarnatione, filia proregis Navarrae, in aula Philippi II educata (tom. IV, epist. 68, not. 13); proxime cognata comiti de Tendilla (tom. I, epist. 28, num. 18); Helena de Quiroga, filia fratris Cardinalis de Quiroga et vidua D. Didaci Villaroel (Chronica, lib. x, cap. vi), etc.

77 Illarum vero quae postmodum Ordini se manciparunt, aliquot enumerat Palafox in suis annotationibus ad epist. 24 tomi I (quas anno 1656 composuit) hoc modo scribens: In conventu Ulyssiponensi vivit hodie Mater Michaela a S. Anna, filia augustissimi imperatoris Matthiae; quae, insigni rerum mundanarum contemptu, spes terrenas cum caelestibus, et patris sui archiducis Alberti palatium cum arcto Carmelitissarum Excalceatarum claustro commutavit. Albæ duas cognovi uno eodemque tempore sorores, alteram excellentissimi ducis Antonii, vocatam Beatricem a SS. Sacramento, alteram excellentissimi ducis Ferdinandi hodie viventis, quae fuit M. Anna a Cruce, marchionissa de Villanueva del Rio; quae mirabili plane exemplo ac spiritu, modo ut praelatae, modo ut subditae, inter Excalceatas Teresianas eniterunt. M. Joanna a SS. Trinitate, ducissa olim Bejarensis, ex illustri stirpe Infantadia orta, e palatio suo ad Hispalense monasterium transiit, relicta nobili sua prole, ut S. Teresiae proli semet adjungeret, dans Deo animam simul et egregium hominibus exemplum. M. Ludovica a S. Magdalena, comitissa de Paredes, paedagoga et cubicularia serenissimae Infantis, aulam regiam deseruit, ut in cœnobium Malagonense, cui hodie praest, sese abderet; atque ita, quae olim augustissimae reginae nostrae palatium virtutibus suis illustravit et ingenio suo moderata fuit, nunc Deo ancillatur in magis regio ac sublimiori palatio. In Talaverense monasterium ingressa est M. Ludovica a Cruce, in saeculo dicta Ludovica de Padilla, filia summi Castellae praefecti Antonii de Padilla, mater ducis de Uceda et fundatrix cœnobii Lermensis, in quo anno 1614 prioratum gerens obiit, subditarum aequae ac praelatarum exemplar. Ibidem vixit M. Beatrix a S. Josepho, in saeculo vocata Beatrix de Ribera, propinqua comitis Molinensis consanguinea ac praecipua fundatrix Lermensis cœnobii, cui tredecim annos praefuit, defuncta anno 1633. In hoc cœnobio Lermensi vestem Carmelitanam induit M. Maria a Cruce, cui saeculare nomen Maria de Velasco, filia haeresque comitis de Moron. Obiit ibidem anno 1625, magno sui desiderio ob singularem prudentiam aliasque virtutes relicto, novitia Catharina ab Incarnatione, filia excellentissimorum ducum de Lemos, annos nata sexdecim.

78 Vallisoleti claruit M. Mencia a Matre Dei, e magna domo Benaventana, et in Complutensi Corporis Christi cœnobio M. Maria a SS. Sacramento, ejusdem Menciae soror et olim marchionissa de las Navas: ambae hae amitae fuerunt comitis de Benavente hodie viventis. Item Vallisoleti M. Mariana a SS. Sacramento, e domo de Montealegre; nec non sancta illa anima, excellentissima D. Brianda de Acuña, in Religione dicta Teresia a Jesu, amita comitum de Castrillo, insigne Excalceatarum virginum exemplar, quae, ut Chronica perhibent, per quatuor continuos annos solo pane et aqua vixit et sic vivere perrexisset, nisi vetuissent superiores. Palentiae excellentissima Ludovica de Moncada y Aragon, soror ducis de Montalto, comitissa de Santa Gadea et uxor olim Eugenii de Padilla, summi Castellae praefecti, quae nomen sumpsit Ludovicæ

quarum, e Palafoxio, aliter in Hispania

ingressa Carmelium.

- A dovicæ a SS. Sacramento. Lucronii M. Vincentia a SS. Sacramento, filia comitum de la Corzana, quæ hodie Palentino cœnobio præest. Burgis duæ filiæ excellentissimorum comitum de Aguilar, marchionum de la Hinojosa, quæ tempore S. Teresiæ e regio cœnobio de las Huelgas ad Excalceatas Carmelitanas transierunt, et inter has vocatæ fuerunt Catharina ab Assumptione et Isabella a SS. Sacramento. Guadalajaræ soror Eleonora a Jesu Maria, filia excellentissimorum ducum Pastranensium. In cœnobio S. Josephi Cæsaraugustano et in Oscensi duæ filiæ marchionum de Torres. Item Cæsaraugustæ in S. Josephi obiit Ven. Mater Catharina a Conceptione, neptis præfecti rei maritimæ regni Lusitani, quæ Madriti inter honorarias matronas apud principissam Lusitanam versata fuerat. In Barcinonensi cœnobio M. Stephana a Conceptione, illius fundatrix, in sæculo dicta Stephana de Rocaberti, filia comitum de Peralada in principatu Catalaniæ. Oscæ cognata ejusdem Stephanæ, M. Catharina a Conceptione, vocata in sæculo Catharina Boxados y Rocaberti, filia comitum de Saballa, quæ hodie Oscensi cœnobio præposita est. In cœnobio Corvensi M. Alphonsa a Matre Dei, in sæculo Alphonsa Niño de Guevara, parens D. Roderici Lassi Niño de Guevara, comitis de Añover, notissimi in Hispania in aula regis Philippi II et in Belgio in aula archiducis Alberti, ejus administer et consiliarius major fuit. Ibidem M. Eleonora Maria a SS. Sacramento, Matris Briandæ cognata et filia comitum de Arcos. Cordubæ M. Brianda ab Incarnatione, in sæculo Brianda de Cordova, e stirpe de Guadaleazar; item D. Catharina de Cordova, filia excellentissimorum marchionum de Priego, dominorum domus de Aguilar, Alphonsi de Cordova y Aguilar et Catharinæ Fernandez de Cordova, in Religione nuncupata Catharina a Jesu: quarum duarum egregias fuisse virtutes docent Sacre illius Reformationis Chronica, tom. II, lib. viii, cap. xxiv et xxv.

aliæ abbi,

- 79 Romæ duæ filiæ præfecti rei bellicæ Colonna, proximæ cognatæ præfecti rei maritimæ regni Castellæ; quarum in sæculo nomina erant Maria et Victoria Colonna. Neapoli parens excellentissimi D. Ludovici Moncada y Aragon, ducis de Montalto et proregis Valentia, soror excellentissimi ducis de Medina Celi. Denique annotationes in commentariis abirent, si enumerandæ forent illustres fœminæ quæ vestem Teresianam assumpserunt cum aliis plurimis virorum titulis ac dominiis insignium filiabus: quæ cum tantæ sint numero, brevi scripto referri nequeunt, adeoque hic omittuntur. Idem dictum velim de viris plurimis nobilibus et magnæ in sæculo auctoritatis, qui, relicta mundi vanitate, pauperem S. Teresiæ lanam induerunt seque excalcearunt, ut honoribus atque divitiis mundanis nuntium remitterent ac perpetuam memoriam æternamque gloriam sectarentur et mererentur. Unum pro omnibus sit videre serenissimam imperatricem Eleonoram, alteram Ferdinandi II sanctitate ac victoriis clarissimi imperatoris conjugem, quæ, mortuo Cesare, ut solamen de ingenti illa jactura caperet, sub S. Teresiæ pallium se recepit in regium Carmelitarum Excalceatarum monasterium Vindobonense.

enumerantur:

- 80 Referens § proximo Carmeli in Gallia initia, mentionem feci plurimum natalibus insignium matronarum et puellarum quæ ei nomen dederunt. Annumerari iis possunt, in Parisiensi conventu, platea dicta de la Grenelle, Thais a Misericordia, filia ducis de Grammont et vidua comitis de Ruppelmonde, et in altero conventu Parisiensi, dicto de Notre-Dame des Champs, Ludovica a Misericordia,

in sæculo Ludovica de la Baume, domina de la Vallière et ducissa de Vaujour. Sed præ cæteris memoranda est in conventu Sandionysiano Teresia a S. Augustino, filia Galliarum regis Ludovici XV, quæ, nata xv Julii 1737, x Septembris 1770 Religionis habitum induit, præbente ei Maria Antonia, futuri regis Ludovici XVI uxore, illud ipsum pallium quod S. Reformatrix olim gesserat, quodque Parisiis inter Sacras Reliquias asservari diximus (num. 1473). Solemni huic cæremonia præerat Nuntius, speciatim ad hoc delegatus a Romano Pontifice, qui summo desiderio percupivisset ipse huic solemnitati præesse, ni locorum impedivisset distantia (vid. Proyard in Vita inclytæ illius monialis, lib. II, et gallicum opusculum D. Artaud de Montor: Notitia templi et hospitii Montis Carmeli, Parisiis, 1843). In Italia, in conventu Fanensi, Teresia a Jesu, in sæculo comitissa Joanna Ghini, vidua Scipionis Chiaramonti Cæsenatis, ac mater Pii VII, facta Carmeli filia, sexagenaria obiit anno 1773 in odore sanctitatis. In Belgio, in conventu Gandavensi, plures ex primariis patriæ familiis uno die aulam commutarunt cum asceterio Carmeli II Februarii 1623, serenissima principessa Isabella Clara Eugenia cum aulico suo comitatu eas ducente per plateas urbis in cœnobium, magno apparatu ac splendido pioque populi et senatus Gandavensis applausu, ut narrat Antonius Sanderus in sua Flandria Illustrata (lib. III, cap. XXII Rerum Gandav.), ubi nominatim quatuor ex iis ita citantur: Domina Magdalena de Conflans, soror marchionis de S. Remy, nunc soror Magdalena a S. Elisabeth; D. Maria de Noyelles, hæres et primogenita comitis de Noyelles, nunc soror Maria a S. Joanne; D. Maria de Hallewyn, e nobili Flandrorum familia, nunc soror Maria a S. Joseph; D. Catharina de Barca, filia Antonii de Barca, qui portui Gandavensi præfuit, nunc soror Catharina de Christo. Quod si cunctas enumerare velim Belgicas puellas quæ calcarunt aut hodieum calcant gentilitia scuta thesaurosque, ut præoptato sibi Sponso Jesu Christo in rigido Carmelo adhæreant, non unus mihi sufficeret paragraphus. Sed pauca quæ dixi, pro specimine sunt.

81 Inter viros quoque qui Reformatum amplexati sunt Ordinem, non exiguus fuit numerus: ortorum nobilissima stirpe. Jam inter primos Teresiani Instituti sectatores computabatur P. Hieronymus Gratianus, Ordinem cum fratre tribusque sororibus ingressus, quem Bibliotheca Ord. Carm. Exc. (p. 190) ortum dicit in aula regis Catholici, Vallisoleti, patre Didaco Gratiano de Alderete, Carolo V et Philippo II a secretis, et matre Joanna de Anthisio, nobilis Poloni regique Poloniæ apud Carolum V oratoris filia. Computabatur et P. Ambrosius Marianus, ex inclyta in regno Neapolitano domo, sodalis quondam Hugonis Boncompagni, Pontificis postmodum sub nomine Gregorii XIII, et deputatus ad Concilium Tridentinum (vide Commentarium prævium, num. 482). Quibus adde P. Nicolaum a Jesu Maria, Genuensem, ex illustri stirpe Doria. Hic tres e primis fuerunt S. Matris asseclis. Mitto innumeros alios qui postea nobilitatis tesseres vallo dixerunt, ut, S. Teresiæ vestigiis insistentes, Crucis opprobrium sectarentur.

82 Alio nomine egregia Teresiano Instituto, et proin ipsi etiam Teresiæ, laus accrevit, nempe e doctrina qua scientias, potissimum sacras, filii ejus illustrarunt. P. Martialis a S. Joanne Baptista in Bibliotheca Ordinis sui, anno 1730 Burdigalæ edita, jam tum, ut fert libri index, sequentem scriptorum numerum collegit: qui S. Scripturam tractarunt,

EX VARIIS.

D

E

ut et plures clarissimi viri.

F

At major adhuc Ordini gloria venit e cultura scientiarum, et Missionibus.

EX VARIIS.

A runt, auctores 56; qui theologiam polemicam, 27; qui scholasticam, 40; qui moralem, 40; qui mysticam, 43; qui Sacros Canones, 27; qui historiam ecclesiasticam vel civilem, 64; qui Vitas Sanctorum, 96; qui orationes sacras, 102; qui ascetica religiosorum, 61; qui alios libros spirituales composuerunt, 139; præter alias complures qui egero de mathesi, de astronomia, de litteratura, de linguis orientalibus, præcipue de Persica, a Carmelitis missionariis exculta et illustrata. Non enim solo calamo Carmelus Catholicam Fidem et pietatem promovit, sed exercito multis modis zelo. Quippe hi, e consortio sermonis Dominis prodeuntes, cum ipsimet arderent, aptissimi erant ut sacro quovis ministerio alios accenderent. Non parvus quoque Teresiano Carmelo honos inde accessit, quod a Clemente VIII et Paulo V præfecti successive fuerint curando Romæ Missionum negotio P. Petrus a Matre Dei et P. Dominicus a Jesu Maria. Ne quid dicam de Missionibus quas Ordo ille florentes habuit, et ex parte habet, in Perside, Syria, Arabia Felice et Indiis, formati ad id munus viris in duplici Missionum seminario, Romæ sub titulo S. Pancratii, et Melitæ sub titulo S. Teresiæ.

B multo autem
maxime e vite
sanctitate.

B 83 Gloria denique cæteris omnibus titulis longe præcellentior enata est Reformato Carmelo e disciplina observantia, Instituti sui amore et vite sanctitate, qua is Ordo usque se commendabilem præstitit, hodieque præstat. Alibi mentionem jam feci de celso perfectionis fastigio ad quod, ut patet ex ipsis S. Teresiæ libris, in suis asceteriis quam plurimæ filiæ ejus ascenderant. Tali autem stirpe satam, Teresianam progeniem degenerem non fuisse demonstrari posset vel e solis encomiis quæ frequentissime de religiosa ea familia a Romanis Pontificibus, ab episcopis, ab universitatibus et a piis doctisque viris prolata fuerunt. At, his brevitatis causa omissis, unum alterumve quod omni verborum laude majus est, breviter attingam argumentum. Hujusmodi est quod Reformatus is Ordo in gremio habuerit non exiguum personarum numerum quæ tam eminenti sanctitate effulserunt ut canonizationis earum causa introducta aut non parum provecta sit. Præter S. Joannem a Cruce, qui anno 1727 inter Sanctos, et B. Mariam ab Incarnatione, quæ anno 1791 inter Beatos cooptati fuerunt, en, e primum mihi obviis, aliquot hujusmodi Venerabiles Servos Servasque Dei. Reperio nempe (in Vita Ven. Annæ a S. Augustino, anno 1832. Parisiis gallice recusa, pag. 2) a S. Sede declaratum virtutes in gradu heroico coluisse: decreto anni 1735, Annam a S. Bartholomæo; decreto anni 1762, Claram Mariam a Passione; decreto anni 1769, Franciscum a Puero Jesu; (inibi pag. 377) decreto anni 1776, Annam a S. Augustino; (in gallica Vita B. Mariæ ab Incarnatione, Parisiis a Cl. Boucher edita anno 1800, pag. 314) decreto anni 1789, Magdalenam a S. Josepho; (in præfata Vita Ven. Annæ a S. Augustino, pag. 2) introductam jam causam in via esse ut ad ulteriora pervenire possit, Mariæ ab Angelis et Dominici a Jesu Maria, ut et (in Benedicti XIV opere de Beatif. et Canoniz., lib. II, cap. II, num. 11, multisque aliis locis) Annæ a Jesu, ac (in Novissima Positione super virtutibus, Romæ 1838) Teresiæ Margaritæ Redi a Corde Jesu: præter alios aliasque qui me hæc non accurate perscrutantem fugiunt. Adducentur, ait Theophilus Raynaudus (in Scapulari Mariano, part. I, cap. IV, § IV) de S. Teresia loquens, Virgines post eam, Virgines plane sapientes, quæ acceptis lampadibus sumpserunt oleum secum, in quas cadit illud Cypriani elogiolum: « Flos est » iste ecclesiastici germinis, decus atque orna-

mentum gratiæ spiritalis, læta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini, illustrior portio gregis Christi. Ubi enim vigeat exquisitius regularis observantia, ubi paupertatis sollicitus sit studium, ubi obedientia jucundius efflorescat, ubi silentium, quo multiplicitas peccatorum præpeditur, ubi collectio animæ et familiaris consuetudo cum Deo diuturnior, purior, suavior reperiatur, quam inter sacras has virgines, haud facile dixerim. » Proptereaque non mirum, si efflorescat super eas sanctificatio Domini. Testes rari exempli in tot ubique Teresianis parthenonibus claræ sanctitatis nomine piæ virgines et jam cælo illatæ et etiamnum superstites.

§ III. Inclyta virtutis specimina nuperis temporibus a sequiori Carmeli sexu edita in Belgio, Gallia et Hispania.

A Altero dein non minus luculento et magis universali argumento S. Teresiæ filie (de solis hic loquor virginibus, eo quod historica de virorum sorte documenta mihi non suppetunt) a medio et amplius sæculo orbi Christiano testatum fecerunt non intepuisse primitivum Reformati sui Ordinis spiritum, ac gravissimas inter ærumnas ubicis præ se tulerunt nullis corde suo evellendum minis vocationis suæ amorem et æstimationem, exempla quoque ediderunt omnimodarum virtutum ac specialim masculinæ in rebus adversis fortitudinis. Etenim a sexaginta jam annis ad hunc usque diem in cunctis prope totius Europæ successive partibus sequior ille Carmeli sexus passus est domorum suarum direptionem aut longa etiam exilia duosque carceres et sævam aliquando necem: quam haud pauca in Gallia fortiter oppetiverunt, quando sub finem sæculi præteriti omnis dominatorum populi illius in scopulos impigisse videbatur sapientia, insaniente quæ pro Deo colebatur humana ratione (quam ipse qui hæc scribo in picta incensari vidi effigie, qualis scilicet in oppidulis adhibebatur, dum in urbibus projectissima fœmina in principis templi altari collocabatur, ubi monstrum illud divinos usurpabat honores). A proposito meo recedere me non arbitror, si pauca quedam quæ luctuosis vis temporibus Carmelus toleravit, litteris hic consignem; cum magnam non tantum Ordinis commendationem habeant heroicamque prodant in prole fortitudinem, sed et magnam simul conferant gloriam Matri quæ talem sua institutione efformavit suoque spiritu imbuit prolem.

85 Quæ autem promam, partim hauri e manuscripta a Cortracena Carmelitissa ephemeride et e pluribus editis libris, partim audiivi ex ore Carmelitissæ proxima mihi consanguinitate conjunctæ, quæ, ex Iprensi primis vicibus Ordinis sui domo anno 1783 sub Josepho II expulsa, Castellionem in Gallia petiit, ut inter suas in monasterio diem clauderet. At et hac domo turbine revolutionis Gallicanæ evulsa, dum plures e sodalibus suis capite plectuntur, feliciter nece, sed non periculo, erepta, diu Galliæ pererravit plagas Juranosque montes, millenas inter mortes, et totis sex mensibus emendicata victitans panem, illotisque usa vestibus, donec tandem Solodurum in Helvetia appulit. Rursus hinc

E Testata sit opera Carmeli, maxima monialium, virtus.

F

indicatis prius fontibus unde argumenta haurita sint.

A decimo post mense, eos tractus invadente Gallorum exercitu, profuga Alexandriam in Pedemontio propriere se fuit conata. Sed et tertium suo quod ingressa erat monasterio expellitur. Exin annos adhuc ferme quindecim in ea civitate morata, tandem, ut cecidit Napoleon, trigesimo tertio exilii sui anno Belgium repetivit, ubi abhinc sexennio pientissime in Domino obiit, annos nata quatuor supra octoginta. Ergo que ipsa qua oculata testis mihi sæpe enarravit, passim dicendis interseram, eaque confirmabo aliis que ad manum mihi sunt, quæque suo citabo loco, documentis.

In Austriacis
primum ditionibus

B 86 Posteriore sæculi dicimi octavi parte vehementer impeti ceperunt Religionis Catholice dogmata et instituta, vehementius autem appeti Ecclesie Catholice bona, specialimque tunc passim traductus est ut inutile terræ pondus et prope ut crimen ac scelus quicumque in asceterio occuparetur jugibus Dei laudibus canendis, satageretque fuis precibus a populo avertere vindictam caelestem. In Austriacis primum ditionibus a Josepho II, ut suæ matri anno 1780 successerat, sine mora suppressæ sunt contemplativorum, ut dicuntur, Ordinum domus. Quam firmo autem animo, pulsæ sacris suis domiciliis, S. Teresie filie in sua vocatione perstarent, innotescit ex litteris quas Reverendissimus Propositus Generalis Congregationis Italice, P. Hilarion ab omnibus Sanctis, scripsit ad Ludovicam Francie, filiam, ut supra dixi, Ludovici XV, et amicum Ludovici XVI, monialem in conventu Sandionysiano. Optima enim hæc virgo, ut audierat sororibus suis in remotis iis plagis ingruere persecutionem, sollicitæ pietatis ducta sensu, rogarat P. Generalem ut certiore se dignaretur facere de earum statu. Ad ejus ergo litteras respondit Reverendissimus sequentia: In Germania, Carmelitanas Viennæ, Græcii, Pragæ, Neostadii, in S. Hippolyti, Lincii et Leopoli, domo sua jam esse ejectas. Ex his, postremæ civitatis moniales, una dempta, in vicina Poloniæ Ordinis monasteria commigrasse; Græcienses et Pragenses, quibus sui Instituti in vicina regione non patebat domus, uno sub tecto convivere; reliquarum vero domorum sorores admissas fuisse in monasteria aliorum Ordinum. . . In Italia tres duntaxat domos fatali decreto subjacuisse, videlicet Mediolanensem, Cremonensem et Mantuanam; hujusque, Mantuanæ nempe, incolas ad unam omnes capessivisse aliud Carmeli domicilium, et partitas esse in Parmensi, Regiensi, Placentino ac Bononiensi. . . Ast omnium miserabiliorem fore sortem numerosarum in Belgio filiarum, quæ propediem suis propellendæ quoque erant e claustris; jamque suppellectilia earum a fisci administris esse censita. . . Summo interim sibi esse solatio Bruxellenses moniales (quod e provinciali norat) in Gallie monasteria receptum iri, moto nimirum rege supplicibus precibus quibus apud eum illa ad quam scribebat Ludovica Borbonia egerat. . . Postremum, enixe se cæteras potenti ejus patrocinio commendare, ut illas Belgici Carmeli incolas, quas modo ut filias regebat, saltem ut sorores sub alio deinceps regimine in tuto esse sciret (novit lector Excalceatas in Gallia non subfuisse Carmelitanis viris, sed aliis superioribus aut commissariis apostolicis).

summa injuria et imprudentis extormentis fuerunt Carmeli conventus,

87 Dum hæc Propositi Generalis litteræ novum solertis principissæ erga miseras sorores pietati calcitrant addunt, ipsaque e regia Ludovici XVI liberalitate cuncta disponit ad exules recipiendas, ferale promulgatur in Belgio edictum de supprimendis contemplativis Ordinibus. Asceteriorum itaque incolæ suis spoliantur illic bonis suisque exterminantur domiciliis, quævis ipsæ hæc e juratis patriæ legibus

non minus æquo plenoque possiderent jure legalique non minus titulo quam quisque suam herus domum, sicut ipsum demagogum Mirabeau fassum esse affirmat Cl. de Gerlache in sua Regni Belgici Historia (Bruxellis anno 1839, tom. I, pag. 121, aut anno 1842, tom. I, pag. 155). Memorent alii qui sortem populorum fastis inscribunt, quomodo novum hic calculum experientia adjecerit S. Scripturæ oraculo, pronuntianti justitiam elevare gentes, miseros autem facere populos peccatum (Proverb. XIV, 34); explicentque quo pacto publica araria, in quæ tantum alieni auri congestum erat, brevi fuerint ære alieno supplenda; atque evolvant qua ratione stipendiarii milites in bello quod Josephus II adversus Turcas suscepit, brevi absorberint omnes thesauros congregatos e divenditis bonis extinctorum bis mille monasteriorum (quot Fellerus numerat in suo Diario ad annum 1788, tom. III, pag. 535), dum in his juxta computum Cl. de Gerlache (loco mox citato) trecenti supra triginta tria millia innocuorum incolarum eatenus sua vixerant penu, largisque vicinos pauperes sustentarant elemosynis.

88 Interea, cum de excisis monasteriis in multis Europæ regionibus mihi sermo est, repeti jure a me potest quod Joannes Marshamus, anglicanæ licet ecclesie membrum, abhinc duobus sæculis, de patria sua agens, hoc modo scripsit: Jamdudum diem fatalem obierunt monasteria nostra; nec præter semirutos parietes et deploranda rudera supersunt nobis avitæ pietatis indicia. Minus impendiosa hodie cordi est Religio, et vetus dictum obtinet: «Religio gentem esse oportet, religiosum nefas» (A. Gell. lib. IV, cap. IX). Videmus nos, heu videmus, augustissima templa et stupenda æterno dicata Deo monumenta, quibus nihil hodie spoliatus, sub specioso eruendæ superstitionis obtentu, sordidissimo conspurcari vituperio, extremamque manere interuersionem! «Ad altaria Christi stabulati equi, Martium effossæ Reliquiæ» (Hier. epist. III, pag. 32, A. ad Heliodorum). Sunt quidam zelatores adeo religiose delirantes ut religiosos veterum Ordines ex τῶν προφეტῶν τῆς ἀβύσσου (Apocalypsis IX, 3) prognatos aiant. Ita licenter sibi indulget προσπιθῆναι. Insuper sane mihi quoque, Vitam commentato Institutricis religiosæ familiæ, multaque proin de monasteriis sermonein, contigerit quod idem Marshamus subjungit de Monastico Anglicano: Neque deerunt hæc qua vivimus ætate homunciones elephantina olfacientes proboscide, qui ista quæ jam prodeunt, tanquam futilia, inutilia et hodiernæ rerum conditioni minus congruentia damnabunt, et non tantum a bibliothecis eliminanda, sed et flammis tradenda judicabunt (in Propylæo ad Monasticum Anglicanum).

pulchra monasteria olim suffragata Marshamo, licet acatholico, E.

89 Sacratæ itaque, ut dixi, Excalceati Carmeli in Belgio virgines, nullius criminis reæ, a Religione perosis avidisque spoliis ecclesiasticorum, suis e domiciliis per sacrilegum nefas apertamque injustitiam foras projectæ, quærebant locum ubi pedem figerent. Potenti Ludovicæ Borboniæ patrocinio, exultaturis patuerunt Carmelitanarum in Gallia domus. Atque eo se recepit media et amplius Belgarum pars. Scilicet, ut notatum invenio in Manuscripto archivi Cortraceni, inter eas quæ primitus, id est anno 1783, patriam reliquerunt, hospitatae sunt:

Multa tum Carmelitanæ e Belgio Galliam petivere,

13 Bruxellenses (id est tota familia); in conventu Sandionysiano.

2 Alostane: ibidem.

5 Antverpienses: 2 Remis, 2 Hovî, 1 Leodii.

3 Vilvoordienses: 2 Parisiis, platea vulgo Chapon, 1 Ambiani.

167 7 Ruremundana:

EX VARIIS

7 Ruremundana: 3 Ambiani, 2 Viroduni, 2 Me-
tis.

6 Gandavenses: 4 Gisortii, 1 Trecis, 1 in Gan-
daviensi Anglarum conventu (hæc enim domus, ut et
Lyra et Hoogstratensis, quæ a contribulibus suis
fuerant fundatæ, suppressionis decreto non subjec-
bant).

12 Tencramundana (id est tota familia): in duo-
bus conventibus Parisiensibus, platea S. Jacobi et de
Grenelle.

7 Iprenses: 3 Rothomagi, 3 Castellione, 1 In-
sulis.

8 Brugenses: 5 Parisiis, 3 Pontisara.

12 Montenses (id est tota familia): Duaci.

12 Tornacena: 7 Insulis, 1 Trecis, 1 Castel-
lione, 1 Parisiis, 2 Valencenis.

5 Contracena: Pontisara.

non tamen
omnes, et ob
justas quidem
rationes.

90 Dein, tractu temporis, exulum numerus ad-
huc crevit, ita ut anno 1787 viginti quatuor essent
supra centum: e quibus centum et duæ interiorem
Galliam habitabant, ceteræ vero viginti duæ here-
bant in Gallicis Leodiensibusque Belgio vicinis tra-
ctibus. Is autem numerus eo magis mirandus est
quod a decennio et amplius Belgica monasteria
multas ob vexationes fere emorerentur, et proin in-
completus esset monialium in omnibus prope domibus
numerus. Etenim jam diu Viennensem aulam ve-
neno Jansenistico infecerant duo clarissimi medici
van Swieten et Dehaen, viri specietenus Catholici, et
qua tales missi a celebri Boerhave, quem imperatrix
Maria Teresia duos artis suæ peritissimos, sed Ca-
tholicos, rogat (vid. Mémoires pour servir à l'Hist.
eccl. Paris 1815, in Catal. Scriptorum, ad xxii
Dec. 1772). Ea igitur ratione factum est ut, inter
alia illata Religionis impedimenta, etiam monaste-
rium ingressuris repagula objicerentur, ab ætate, a
dote, a consensu parentum, fieretque difficilis, et
proin rarus, aditus ad religiosas familias. Præterea
moniales e Belgio in Galliam migrantes e Charybdi
in Scyllam propemodum incasura erant: nam adeo
grassabatur gliscebaturque in dies sædo in eo regno
impietas, ut superior Carmelitissarum in Gallia,
D. Rigaud, assereret anno 1780 inter centum in-
colas Parisienses non esse duodecim qui gravissimum
Sacrae Communionis paschalis præceptum implerent
(vid. Histoire des religieuses Carmélites de Com-
piègne conduites à l'échafaud. Sens 1836, p. 176),
atque ut eo fere tempore cordati viri jam præsa-
girent et asseveranter prædicerent non elapsum iri
decennium, quin proscribendi essent sacri Religionis
ministri, divinaque Mystéria in cryptis et latibulis
peragenda. Vide Journal historique D. de Feller,
ad annum 1786 (tom. I, pag. 230 et 318). Habi-
tabunt ibi, aut perspicax ille immortalique laude
dignus Catholica Religionis athleta, verba Isaia XIII,
21 et 22, usurpans, habitabunt ibi struthiones,
et pilosi saltabunt ibi. Et respondebunt ibi ululæ
in ædibus ejus, et sirenes in delubris voluptatis.
Imo, quod magis mirabile est, quodque multi passim
laudent a celebri ecclesiaste Beauregard coram aula
regia Parisiis fuisse prænuntiatum anno 1789, idem
Fellerus apertissime prædixerat toto prius quam
Beauregardius triennio, ea instare tempora quibus
impudice theatri actrices intra profanandorum
sanctuariorum parietes ab apostatis Catholicis pro
Deo colerentur, scorta simul et idola! (Vide locum
Felleri supra citatum; item vide pag. 420, ubi tam
eloquenter de misero temporum eorum statu disserit
ille auctor, ut nesciam an quidquam promi possit
Catholico pectore dignus).

non autem ob
defectum vir-
tutis,

91 Has igitur aliasque ob causas quas silentio
prætereo, ipsi Belgii episcopi extinctarum domo-

rum monialibus non dissuadebant quidem, sed
nec suadebant emigrationem in Gallias. Ergo, si
multæ eo se non receperint, invitantiæ Ludovicæ
Francicæ, ipsique qui id cupiebat, at non jubebat,
Reverendissimo P. Generali morem non gesserint,
id non imputandum est labanti in vocatione animo
aut affectui carnis et sanguinis, sed justis, ut pro-
babile est, causis ac rationibus, quas inter ea multis
erat communis, quod decrepitis infirmisve sorori-
bus quibus exilii iter impossibile erat, esset ab iis
e charitatis lege inserviendum. Imo, quantum e do-
cumentis testimoniisque intelligere potui, ne vel una
Belgici Carmeli sanctimonialis fuit quæ in suo statu,
quantum per circumstantias licebat, sancte non per-
severaverit.

92 Quod si quis ab exemplis nosse velit quanta
in Belgico Carmelo vigeret virtus et quam vere Tere-
siana eæ essent virgines, legat in appendice operis
Cl. Proyart: Vie de Madame Louise de France,
religieuse Carmélite, fille de Louis XV, relationem
emigrationis Carmelitanae familiae Bruxellensis. Mo-
dica eorum suppellex, ut præ vilitate a fisci admini-
stris censu prope indigna haberetur; vix ullæ ab
exulaturis convasatæ reculæ, rhedisque suis vix
quidquam asportatum præter tria sacra corpora
B. Alberti et Venerabilium Annæ a Jesu et Annæ
a S. Bartholomæo; fracta præ dolore valedicturi eis
Cardinalis de Franckenberg post distributam ultimo
a se S. Synaxim vox et interrupta oratio; processio-
nalis descensus in ipso abitus momento ad locula-
menta quibus inclusa jacebant cadavera et cineres
defunctorum suarum sororum, ut ultimum eis vale
dicerent, æternamque in cælis requiem apprecaren-
tur; oscula humo affixa in carissimis illis locis in
quibus commori et contumulari maluissent; fletus
singultusque circumfluentium, summo licet mane,
vicinorum ad rhedas quæ aucturæ erant volunta-
rias eas exules, patriæ Religionique gratissimas;
stipatio devotorum Carmelo amicorum, æstimatissi-
morumque virorum D. de Villegas d'Estainbourg ac
baronis de Peuthy; ultima denique abeuntium mora
in ecclesia Hallensi ad celeberrimam B. Virginis
statuam, ut Deiparæ Angeloque Belgii tutelari po-
stremum suam patriæque sortem commendarent: hæc
omnia in supremo eo momento demonstrant et heroi-
cam in Tereisianis iis virginibus virtutem et magnam
hominum erga Carmeli Ordinem venerationem. Ea
autem veneratio liberior meliusque exorere se potuit,
quando, conversis rebus politicis, xxv Junii anni
1790 postliminio e Gallia revertentes, splendida
lætæque pompa, et quaque moniali præcipuam quam-
dam e Bruxellensi nobilitate matronam ad latus
habente, in basilicam S. Gudulæ primum, clero
præeunte, conductæ fuerunt, et inde, postquam de-
cantatus solemnissime fuisset hymnus Te Deum, tan-
dem iterum reductæ ad optatissimum suum clau-
strum (vid. p. xviii Vita P. Cornelii Smet, præfixæ
præstanti viri illius operi cui titulus: Het Leven
van onzen Heer Jesus Christus, Brussel, 1841). Ast
cheu! novæ eas rursus manebant ærumnæ, quas
æque fortiter tolerarunt, cum Gallorum, qui Belgium
invaserant, decreto anno 1796 suppressa denuo mo-
nasteria sunt.

93 Mitto æqualia aliorum Belgicorum conventuum
exempla; e Bruxellensi enim, cujus reliqui omnes
simillimi erant, disci omnes possunt: ac propere ad
declarandum jam breviter S. Teresiæ gloriam post-
humam ex constantia qua etiam in Gallia Excal-
ceati Carmeli moniales sub finem sæculi præteriti
durissima quæque perpeti maluerunt quam a sancta
sua vocatione deficere et maculam inferre gloriæ suæ.
Uno autem argumento id demonstrari potest, quod
suppeditat

que quanta in
his fuerit, præ-
batur exempla
Carmeli Bru-
xellensis.

E

F

In Gallia quo-
que perstitere
Carmelitane
in vocatione.

A *suppeditat* Cl. d'Hesmivy d'Auribeau, archidiaconus et vicarius generalis Diviensis, qui jussu Pii VI Romæ collecta multa documenta anno 1794 in lucem dedit sub titulo: *Mémoires pour servir à l'histoire de la persécution française. Nimirum hic* (tom. I. part. II. pag. 537, art. Paris) *agens de heroica fortitudine quam devotæ Deo sponsæ exeruerunt in æstu persecutionis Gallicanæ, testatur sequentia: Carmelitana præ cæteris virgines animos dedere Catholicis invicta sua constantia. Austerus ille Ordo, qui inter suas nuperrime computarat Ludovicam Borboniam, erat numerosus imprimis. Attamen inter mille nongentas et amplius moniales vix quinque aut sex defecerunt.*

ut liquet e supplicibus earum litteris;

94 *Hæ communibus supplicibus litteris, simul ac sparsus fuerat rumor de imminente domibus suis exordio, ad congregatos eos primores cives qui regni Galliarum fata regenda sibi arrogarant, confugerunt: inque iis ea qua insontes decet libertate mulieres hæ illos alloquebantur. Quo, inquebant, pacto proscriptis et convellatis Institutum quod nunquam non sibi demeruit dominorum in Gallia tutamen, populi æstimationem, multitudinis gratitudinem? Ecquam domum feratis destrui, in qua amita augustissimi monarchæ potiores vitæ suæ annos recens transegit? Carmelitanarum fortuna nunquam talis fuit quæ cupiditatem alliceret; neque earum indigentia benefactoribus umquam fuit oneri. Sed nobis euangelica ea est paupertas qua nobis sufficiamus, miseris opem feramus, patriæ non desimus, magnæque gaudeamus felicitate, plurimarum licet rerum abstinentes. Libere vota profitemur. Monasteria nostra omnes nos æquales habent; dives illic nulla, nulla nobilis: omnium par est regulis legique subjectio. . . Non hic, quod fama mendax spargit, victimæ, amissa libertate, lenta tæbe consumuntur. Contra vero (Deum testamur!) si qua est in mundo felicitas, hæc nos sub umbra sanctuarii fruimur. Ac, si denuo optandum esset mundum inter et monasterii clathra, nulla nostrarum sil quæ factum olim delectum ratum non habeat, idque adhuc majore quam prius lætitia. . . Nolite igitur iis nos expellere refugiis in quibus omnium consolationum fonte gaudemus. Illa magis de novo aperiat et pietati quæ suam ad hoc vitæ genus vocationem exploratam habet, et infortunio cui sanctæ hæ latebræ modestum præbent asylum. Mementote venerabilium earum exulum (Belgas intelligunt,*

C *quas ad primum earum in Galliam ingressum Ludovicus XVI civitate donavit) quæ confidenter hospitum jura hic quæsierunt. . . quæque vos obtestantur ut in pace diem hic claudere sinantur. Hanc supplicam, illustres viri, omnium quotquot in regni monasteriis existunt, sororum nomine, demisse vobis porrigimus. Omnes, appposito litteris his, quas suo etiam sanguine exarare paratissimæ erant, chirographo, testatæ sunt malle se pati mille mortes quam status sui jacturam facere: quod eis pro martyrio esset. Instrumenta quæ fidem faciant eas in suo vitæ genere perstare velle, in manu sunt unius e comitibus vestris (Illustrissimi episcopi Claromontani), qui ea exhibebit simul atque id exegeritis. Cum iis omnibus, unanimi id fatemur voce, pro crudeli maxime injustaque oppressionem habere, si nostra turbarentur asyla, quæ tuta inviolabiliaque esse semper existimavimus. Summa veneratione, etc. Signatum erat: Superiorissa et religiosa Carmelitana (vid. d'Hesmivy d'Auribeau, part. II. pag. 655).*

idipso exemplo confirmatur Carmeli Virodunensis et Lugdunensis.

95 *Si particularia investigare et evolere placet, celsarum virtutum exempla quæ in rerum Gallicarum perturbatione singuli monialium con-*

ventus et singula cujusque conventus moniales ediderunt, non unum mihi concinnandum esset volumen, sed plura. Adeat qui hujusmodi specimina habere voluerit, prædictum opus Cl. d'Hesmivy d'Auribeau. Ibi videre est (pag. 535) Carmeli Virodunensis, item (pag. 1043) Carmeli Lugdunensis sanctimoniales ferocibus dolosisque suis iudicibus talia esse locutas ut Pater celestis os eis dedisse videatur cui non possent resistere omnes adversarii earum. Ad priorum responsa ipse in episcopalem Virodunensem sedem intrusus episcopus Aubry erubuit; et a mulierculis victus, turpiter ex acie cessit. Eodem modo tumultuarii feroces iudices Lugdunensis tribunalis, postquam totum quatrimum nihil non tentassent ad animum virginum illarum frangendum, liberas eas, nec supplicii terrore fractas, nec dolis deceptas, dimittunt, stupentibus quodammodo ipsismet lupis agnos faucibus suis laxari, atque istorum iudicum ultro fatente se jam miracula admittere; quippe qui tanta animi sui conversione in semetipso miraculum experiretur.

96 *Verum nusquam immissa cælitus fortitudo sanctaque simul et modesta virginum illarum iudicibus suis respondentium audacia eluxit magis, quam in agone quem tredecim Compendienses Carmelitanæ sustinuerunt adversus iudices aut magis adversus monstra quæ omnem justitiæ et humanitatis sensum exuerant. Extat ea de re egregia relatio quam neci fortuito erepta superstes quædam ejusdem conventus soror composuit, quæque anno 1838 Senonibus edita est sub hac inscriptione: Histoire des religieuses Carmélites de Compiègne conduites à l'échafaud le 17 juillet 1794. Religiosa ea familia, in qua abneptis debebat celeberrimi regii administri Colbert (vid. eam Relat., pag. 13) et in qua e regia Ludovici XVI domo principissæ Aloisia, Victoria, Sophia et Ludovica, quoties aula Compendii agebat, sæpe ad mensam sive lectricum sive ministrantium partes obibant (ibid. pag. 2), fervens, inquam, ea domus tam sancte observabat religiosam disciplinam, ut D. Rigaud, unus e tribus Carmelitanarum in Gallia visitoribus, cum pro officii sui munere domum inspexerat, non haberet quod corrigendum eis commendaret (ibid. pag. 182). Legi illic potest (ibid. pag. 50 et seqq.) qualia candidis iis animabus crimina objicerentur, quæ fuerint iudicum interrogata, quæ sororum responsa, qualis ab iniquo præside pronuntiata condemnatio, denique quam lete excepta mortis sententia: quæ omnia in ea Relatione clauduntur sequenti necis descriptione: Fideles illæ Christi sponsæ mane ad mortem sese præpararant, ac canendis Dei laudibus occupabantur. Ut autem in carros, ad supplicii locum avehendæ, conscenderant, cantabant Psalmum « Miserere », Antiphonam « Salve Regina », ac « Te Deum. » Dein, cum perventum esset ad terminum ac descendendum e vehiculo, octogenaria monialis, cujus omnia membra arthritide erant constricta, movere ipsa se nequibat, neque a sororibus, quarum manus vinculis erant innexæ, poterat juvari. Hæc videns lictor impetu in eam fertur, projicitque ceu massam plumbeam ex curru; ac viventem adhuc anum, sed totam sanguinolentam et attrito fronte visu horridam, immanes lictoris satellites in ferale pægma trudent, cultroque collum subnectunt.*

97 *Ut pertingerant supplicii locum, omnes cantare cœperunt hymnum « Veni Creator », ac renovare promissa Baptismatis et formulam votorum Religionis. Animadversumque non sine magna admiratione fuit carnificem et satellites totamque circumfusam multitudinem, nullo edito iræ vel impatientiæ signo, sivilisse ut illæ hæc Catholicæ pietatis*

EX VARIIS.
D

præcipue vero e necatis Compendienses;

E

F

quarum mors hic describitur.

EX VARIIS.

A pietatis exercitia obirent et complerent. Plebs quoque quæ vias quibus transvehantur, obstruebat, quæque solebat in eos quos aristocratas vocabant, indigne vociferari, ne vel muliebat, aut, si quæ vox percipiebatur, plangentis erat et admirantis innocentium, taliter supplicium patientium, sortem. « O animas, aiebant, candidas! Quam celesti illarum vultu! » Certe, si his apertus non pateat paradisos, paradisos nulli erit. » Reverenda Mater Priorissa, ut altera Machabæorum mater, poposcit, et a tortore impetravit, ut omnium postrema moreretur. Atque is, ait relatio, si accusatores et iudices species, atrox illius causæ exitus fuit; si vero heroicam in victimis constantiam, finis fuit gloriosissimus. Humata dein fuere cadavera in suburbio S. Antonii, in eo cimiterio ad quod religiosa modo familia SS. Cordium, dicta de Picpus, habitat, et in quo congesta fuerant, juxta Relationem (pag. 33) 1298 corpora quæ intra sex hebdomadas, a XIV Junii ad XXVII Julii, falsæ revolutionis Gallicanæ secuerat. Horum occisorum nomina typis vulgata fuerunt anno 1814, et in eo elencho nomina tredecim monialium adjuncta sunt centum et viginti quatuor aliis eodem die morti datorum nominibus.

Ea monialium fortitudo honoris fuit Religiosi Catholici ac vito monasticæ.

B 98 Omitto plura hujusmodi Christianæ fortitudinis exempla, quæ cum legeris, Acta te legisse putes priscorum Martyrum, qui, ante Decii, Diocletiani Saporisve satellites immoti serenoque stantes ore, quasi in alienis corporibus patiebantur, ac in morte ridebant. Tale interim animi robur talisque in electo a se statu sacratarum Deo virginum constantia magnam Ecclesiæ Catholicæ ipsique monasticæ vitæ comparavit gloriam. Nam, ut laudatus sepe d'Hesmev (part. II, pag. 537) asseverat, inter quadraginta duo ferme millia virginum, quot tunc capita in Galliarum monasteriis numerabantur, non fuere ducentæ ex omnibus simul religiosis familiis quæ aut in Deum fuerint sœdisfragæ aut in regiam potestatem, emittendo nempe improba quæ tunc extorquebantur jurajuranda. Atque eo modo, ut rite observatum est a Cl. Barruel in sua Cleri Gallicani Historia (Antverpiæ 1794, part. I, pag. 19), numerosæ illæ virgines, cum oblata, imo obtrusa, libertati prahabere dilectos suos cancellos, mendacii et calumniæ convicerunt insinceros vitæ monasticæ detractores, qui sæculo præterito universæ Europæ persuadere conati fuerant monasteria non continere nisi miserandas incarceratas puellas, quæ alienæ voluntatis erant victimæ, et quibus pergratum fieret, si, ruptis vinculis et clathris, in libertatem asserebantur. Simul et sanctimoniales illæ præclara tali agendi ratione luculenter demonstrarunt quanta sit differentia inter castas virgines quæ in Religione Catholica Jesu Christo sese decoerent, et inter jactatas ab hodiernis avitæ Religionis desertoribus priscas Vestales, quæ, septenæ quamquam tantum erant, non infrequenter, quia violatæ castitatis reæ, e decreta sibi pœna, humo infodiebantur: ut legere est apud Eusebium, S. Ambrosium, Prudentium, etc. (vid. Memorialia Trivoltiana, ad annum 1720, pag. 848).

Dicta confinantur parti in Hispania virginum hodierna constantia.

C 99 Neque in Belgio et Gallia duntaxat fracti illapsique, ut ita loquar, Ordinis ruinæ impavidas et constantes virgines serierunt, sed et recens in Hispania. Grassata enim et illic est persecutio adversus Catholicam Religionem sacræque ejus instituta; atque XI Martii anni 1836 in moniales earumque domos sequentia decreta prodierunt (quæ legi passim possunt in illius temporis diariis, v. g. Cl. Kersten: Journal historique et littéraire, Liège, tom. II, pag. 654): Domicilia monialium ad

D cum numerum restringentur qui necessarius est ut commodè capiantur quæ exire detrectabunt. Religiosæ quarum domus supprimentur, dispartientur in domos conservandas. Nulla autem manebit domus, nisi viginti professas contineat. Eadem civitate contineri non poterunt hinc ejusdem Ordinis domus. . . Religiosis ad statum sæcularem ante reductis et quarum domus jam extinctæ sunt aut deinceps exstinguentur, pensio fiet quinque realium (sive circiter franci unus et quarta ejus partis); si vero in alia religiosa domo vivere maluerint, pensio tantum fiet quatuor realium (sive unus circiter franci). Interim in illis vacationibus et angustiis, quibus non tantum religiosis familiis novitias adscribere vota que profiteri vetatur, sed et illæ familie bonis omnibus spoliantur, domiciliorumque numerus, congestis multis monialibus in domos pauciores, quam plurimum minuitur, in tali, inquam, rerum statu sacræ Deo virgines in electo a se statu perseverant, atque in cuncta Hispania vix ullas reperire est moniales quæ obtrusa sibi libertate uti velint, quamvis plurimis in locis ob solum male a gubernio censum prædura egestate premantur. Speciatim autem, quod Excalceatam S. Teresiæ familiam attinet, plures, rerum hispanicarum benignari, asseverant inauditum sibi esse vel unius Teresianæ virginis liberum e suo, licet reserato, asceterio egressum, nedum ullius a religioso statu apostasiam: unde fit ut ipsa quæ Catholicis partibus adversantur diaria sanctam eam virginum in claustrali vita pertinaciam stupeant ac prope laudent. Denum, ut post sæva ea quorum memini tempora primum eluxit aliqua in Belgio et Gallia libertas restituendi monasteria, brevi reffloruit Teresiana familia, ita ut in utroque eo regno hodie non exiguus existat numerus domorum, quas suo quodammodo e cinere renatas dixeris.

E § IV. Conspectus provinciarum ac domiciliorum utriusque Congregationis Ordinis Carm. Exc. quæ erecta fuerunt a tempore S. Teresiæ usque ad nuperas rerum subversiones.

CONGREGATIO HISPANICA

SEU S. JOSEPHI.

F Antequam Carmelus a S. Teresia reformatus in duas Congregationes abiret, constitutæ fuerant anno 1588 sex provincie: quarum prima, sub titulo S. Eliæ, Veterem capiebat Castellam cum Navarra regno; secunda, sub titulo S. Spiritus, Castellam Novam et regnum Murcianum; tertia, dicta a S. Angelo, Andalusiam superiorem; quarta, S. Philippo dicata, Andalusiam inferiorem cum Lusitania; quinta, sub S. Josephi patrocinio, Catalaniam, Aragoniam et Italiam; sexta denum, a S. Alberto nomen mutata, Novam Hispaniam in terris ultramarinis. Stetit hæc provinciarum distributio (disulsis tamen interim, nempe anno 1600, monasteriis Italicis) ad annum usque 1610; quo anno congregatis in capitulo generali decimo Patribus visum fuit unam ex utraque Andalusia provinciam conficere, præposito Lusitanis vicario provinciali.



FACIES EXTERIOR CARMINIARUM, MONAST. S. TERESIAE, AVILA.



Illustratio Carolus Del.

Cur. D. H. M. S.

EXTERIOR MONASTRII CARMINIARUM ET MONASTRII S. TERESIAE.

CA. EXTERIOR IN MONASTRII S. TERESIAE AVILA.

A ciali. Ortis hinc controversiis Romamque anno proxime sequenti delatis. R. P. Alphonsus a Jesu Maria, quartus Carmelitarum Excalceatorum in Hispania Generalis, probante Antonio Cajetano, Capuano archiepiscopo et Nuntio apostolico, cui hujus rei procuracionem Paulus Papa V commiserat, die XIII Aprilis 1612 cum summo omnium suorum applausu vicariatum Lusitaniæ, quamvis sufficientem provinciæ constituendæ cœnobiorum numerum nondum haberet, in provinciam sub S. Philippi titulo crexit; quo pacto, coactis jam in unam S. Angeli provinciam Andalusitis, in senarium rediere provinciæ numerum.

Cum autem anno 1640 Catalani primum et mox etiam Lusitani imperium Philippi IV, Hispaniarum regis, detrectare capissent, adeoque ab ineunte anno 1641 regia in Lusitaniam potestate gauderet Joannes dux Bragantinus, Barcinonenses vero cum magna Catalonia parte ad Galliæ regem Ludovicum XIII descivissent, congregati Pastranæ anno 1643 Carmelitæ Excalceati suam S. Josephi provinciam ita dispartierunt ut penes provincialem maneret ea Catalonia pars quam Galli eatenus occupabant, reliquam provinciæ partem vicarius administraret; item capitulis ac diffinitoriis provincialibus in Lusitania et Catalonia tempore belli celebrandis solito ampliorem, quantam scilicet rerum adjuncta exigere viderentur, concessere potestatem: denique, præter leges communes, aliquem e provincia Castellæ Veteris designarunt qui vices diffinitoris provinciæ Lusitanæ suppleret. Triennio post, in capitulo generali vigesimo secundo, nullus e provincia Lusitana diffinitor, sed hujus loco (prouti jam pridem quoad Mexicanam provinciam obtinebat) alius ex toto, ut dicitur, Ordine fuit electus; isque, ex decreto S. Congregationis negotiis Episcoporum et Regularium præpositæ edito XXVII Aprilis 1646 et deinceps binis Innocentii X litteris apostolicis confirmato, non diffinitor provinciæ S. Philippi, sed sextus diffinitor appellatus. Ad eandem normam, propter Lusitanorum absentiam, diffinitorium generale constitutum fuit in tribus sequentibus capitulis generalibus, annis 1649, 1652 et 1655. Quoniam autem Chronicon Ord. Carm. Exc. anno 1657 desinit et cætera circa hanc rem documenta mihi desunt, compertum non habeo num qui e Lusitana provincia ad capitula generalia sui Ordinis venerint ante pacem anno 1668 Hispanos inter ac Lusitanos initam. Verum recrudescente bello anno 1704, iisdem ac anno 1646 redeuntibus difficultatibus, sextus iterum diffinitor, teste ultimo continuatore Chronici (lib. XXIII, cap. 1, num 11, et lib. XXIV, cap. XVIII, num. 7), e toto Ordine assumptus fuit; idque hodie etiam obtinere, docet nomenclatura mox citanda. Denique e litteris nuper ex Hispania ad nos datis accepimus provinciam illam Lusitanam jam dudum separatam et a quibusvis aliis independentem existere, ita ut nec ad Hispanicam Congregationem pertineat, nec aggregata sit Italica.

Porro, cum labente sæculo XVII numerus cœnobiorum in Aragoniæ regno multum accrevisset, creata fuit anno 1685 nova Aragoniæ provincia sub S. Teresie titulo. Idem obtinuit pro Andalusia inferiore anno 1688, pro Navarra anno 1704, et demum pro Murcia anno 1713. Atque hæc quidem de Congregatione Hispanica in universum prænotanda duxi; quæ anno 1832 adhuc numerabat in Hispania provincias octo, in iisque domos virorum centum et tredecim, prout agnoscere est e nomenclatura omnium Superiorum eo anno confecta et typis exarsa. Monialium vero Ordinis jurisdictioni subditarum, inquit is qui prædictam nomen-

claturam ad nos anno 1840 destinavit, cœnobiorum sexaginta circiter manent: aliarum autem Ordinaris subjectarum monasteria non pauca; at numeri mihi ignoti. Erat præterea, subdit idem, alia provincia, S. Alberti dicta, in regionibus Novæ Hispaniæ, nunc reipublicæ Mexicanæ; cujus domus virorum sexdecim, monialium vero sex aut octo facile numerari possent. Singularum nunc provinciarum domicilia, additis Patronorum nominibus et annis foundationis, ex ordine enumerabo: adhibendo Chronicon Ordinis, nomenclaturam paulo ante memoratam, tabulas topographicas simul et chronologicas provinciarum hujus Congregationis anno 1739 excusas, elenchum qui ad diem XV Octobris in Tamayi Martyrologio Hispanico legitur; præcipue vero elenchum quem P. Dositheus a S. Alexio tomo posteriori Vitæ S. Joannis a Cruce inseruit, et cui in exemplari quo utor, recentior manus adscripsit aliquot cœnobiorum condita ad annum usque 1746, necnon catalogum quem circa finem anni 1844 R. P. Emmanuel a S. Rosario nobis describere dignatus fuit ex notis quas in cœnobio suo conservant Carmelitissæ Excalceatæ Oscenses. Annotationes quasdam, ubi res feret, insereram. Præmittendum autem est, extra provinciarum ordinem,

Romanum hospitium, SS. Annæ et Joachim, anno 1610 cum venia Pauli V Summi Pontificis erectum; in quo procuratores generales, pro negotiis Congregationis ad Romanam Curiam deputari soliti, cum suis sociis residerent. De hospitii hujus origine et incrementis agit continuator Chronici (lib. XIII, cap. XI).

I. PROVINCIA CASTELLÆ VETERIS SEU S. ELIÆ. (Erecta anno 1581.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Durvelense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1568
- 2 Manceranum, B. V. M. de Monte Carmelo. 1570
- cui successit Abulense, S. Teresie. 1600
- 3 Vallisoletanum, B. V. M. de Consolatione. 1581
- 4 Salmanticense collegium, S. Eliæ. 1581
- 5 Segoviense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1586
- 6 Flavii Sicci, B. V. M. de Monte Carmelo. 1588
- 7 Taurense, Incarnationis. 1589
- 8 Bañezense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1595
- 9 Palentinum, B. V. M. de Monte Carmelo. 1599
- 10 Batuecanum desertum, S. Josephi. 1599
- 11 Methymnacampense, Corporis Christi. 1645
- 12 Albanum, S. Joannis a Cruce. 1679
- 13 Fontiberiense, S. Joannis a Cruce. 1723
- 14 Padronense, S. Josephi. 1733

Quatuordecim hæc monasteria adhuc existebant anno 1832. Abulense ab anno 1636 solum occupat cui domus natalis S. Teresie fuerat superstructa; Fontiberiense pariter natali S. Joannis a Cruce domui substitutum fuit. P. Emmanuel a S. Rosario Bañezensi assignat annum foundationis 1590, et Padronensi annum 1700. Adjungenda prædictis monasteriis tria hospitia: videlicet Peñarandense, Ponferratense et Albercense; quorum postremo in tabula topographica adscribuntur hæc verba: pro Fratribus eremi.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Abulense, S. Josephi. 1562
- 2 Methymnacampense, S. Josephi. 1567
- 3 Vallisoletanum, Conceptionis B. V. M. 1568
- 4 Salmanticense, S. Josephi. 1570
- 5 Albanum, Incarnationis. 1571
- 6 Segoviense, S. Josephi. 1574

168 7 Palentinum,

EX VARIIS	7 Palentinum, S. Josephi.	1580
A	8 Fluvii Sicci, S. Josephi.	1603
	9 Taurense, S. Josephi.	1619
	10 Penarandense, Incarnationis.	1669

Extra jurisdictionem Ordinis :

11 Placentinum, SS. Trinitatis.	1627
<i>In tabula hujus provinciae topographica et in P. Dositheii elencho Salmanticense monasterium anno 1569 et Segoviense anno 1573 fundata dicuntur; sed perperam. Vide Commentarium praeivum, §§ XXVII et XXXIII.</i>	

II. PROVINCIA CASTELLAE NOVAE SEU S. SPIRITUS. (Erecta anno 1588.)

MONASTERIA VIRORUM.

1 Pastranense, S. Petri.	1569
2 Complutense collegium, S. Cyrilli.	1570
3 Almodovarense, B. V. M. de Monte Carmelo.	1575
4 Madritense, S. Hermenegildi.	1586
5 Toletanum, S. Spiritus.	1586
6 Cogolludense, B. V. M. de Monte Carmelo.	1588
7 Bolarquense desertum, B. V. M. de Monte Carmelo.	1592
B	
8 Ocaniense, S. Alberti.	1599
9 Civitatis Regalis, S. Angeli.	1610
10 Guadalajarensis, SS. Regum.	1632
11 Talaverense, B. V. Mariae.	1699
12 Budiense, Conceptionis B. V. M.	1732

Haec monasteria, quae (cum tabula topographica hujus provinciae mihi desit) enumeravi secundum elenchum P. Dositheii et catalogum P. Emmanuelis, eodem numero recensentur in nomenclatura anno 1832 confecta: sed in hac, nescio quam ob causam, Talaverense nonnum locum occupat; quod praeter ordinem chronologicum, qui alias passim inibi servatur, factum esse nemo non videt. Quod vero in P. Dositheii elencho Pastranensi monasterio annus 1589 assignatur, is typothetae, non auctoris, est error. Habebat haec provincia hospitium quatuor: Consaburense, Malagonense, Ispinenense et Corvenense.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

1 Malagonense, S. Josephi.	1568
2 Toletanum, S. Josephi.	1569
C	
3 Pastranense, Conceptionis B. V. M.	1569
4 Corvenense, Incarnationis.	1585
5 Madritense, S. Annae.	1586
6 Talaverense, S. Josephi.	1595
7 Ocaniense, S. Josephi.	1595
8 Civitatis Regalis, S. Antonii.	1596
9 Loechense, S. Ignatii Martyris.	1596
10 Consaburense, S. Josephi.	1597
11 Complutense, Corporis Christi.	1599
12 Almodovarense, S. Josephi.	1599
<i>cui successit Ispinenense, SS. Josephi et Ildephonsi.</i>	
	1606
13 Guadalajarensis, S. Josephi.	1615
14 Madritense, S. Teresiae.	1684

Extra jurisdictionem Ordinis :

15 Complutense, Conceptionis B. V. M.	
16 Guadalajarensis.	
17 Madritense, Nativitatis B. V. M.	1651
18 Boadillense.	

Pastranensis virginum monasterii abolitio, ab ipsa S. Teresia facta, narratur in Commentario praeivto (num. 596 et seqq.). Caetera, praeter Almodovarense (de quo videsis Chronicon, lib. x, cap. xxii), ex PP. Dositheo et Emanuele descripsi.

III. PROVINCIA ANDALUSIAE SUPERIORIS D SEU S. ANGELI. (Erecta anno 1588.)

MONASTERIA VIRORUM.

1 Granatense, SS. Martyrum.	1573
2 Rupeculense, S. Joannis a Cruce.	1573
3 Montis Calvariae, B. V. M. de Monte Carmelo.	1576
4 Biatense collegium, S. Basilii.	1579
5 Malacitanum, S. Andreae.	1584
6 Manchiae Regalis, Conceptionis B. V. M.	1586
7 Ubetense, S. Michaelis.	1587
8 Giennense, S. Josephi.	1588
9 Alcaudetense, Incarnationis.	1590
10 Velezmalacitanum, S. Josephi.	1591
11 Nivense desertum, B. V. M. ad Nives.	1593
12 Antiquarense, B. V. M. in Bethleem.	1617
13 Cazorlense.	
14 Benamejiense, B. V. M. de Remediis.	1682
15 Gaucinense, S. Crucis.	1700

Si e quindecim monasteriis hic enumeratis secundum tertiumque demas, habes hujus provinciae statum qualis erat anno 1832. Calvariense, ut in tabula topographica annotatur, non ita diu post obitum S. Teresiae fuit derelictum. Rupeculense, quod anno 1576 cum Calvariensi commutatum fuerat, sed anno sequenti denuo coeperat incolere, adhuc existerat circa saeculi proxime elapsi medium. Cazorlense autem, quod in nuperrima nomenclatura recensetur, nec elencho P. Dositheii nec catalogo P. Emmanuelis nec tabula topographicae inscriptum est. Praeterea P. Dositheus Antiquarense coenobium omisit, et fundationi coenobii Manchiae Regalis annum 1589 erronee assignat. Gaucinense in tabula topographica anno 1702 fundatum exhibetur. Hospitia hujus provinciae tria ponit P. Dositheus: Veasense, Rondense et Mijense; in tabula topographica quartum additur Gracelemense.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

1 Veasense, S. Josephi.	1575
2 Granatense, S. Josephi.	1582
3 Malacitanum, S. Josephi.	1585
4 Sabiotense, S. Josephi.	1585
5 Ubetense, Conceptionis B. V. M.	1595
6 Biatense, Incarnationis.	1599
7 Giennense, S. Teresiae.	1615
8 Antiquarense, S. Josephi.	1636
9 Velezmalacitanum, Jesu et Mariae.	1699

P. Dositheus septimum ex hisce monasteriis praetermisit.

IV. PROVINCIA CATALANIE SEU S. JOSEPHI. (Erecta anno 1588.)

MONASTERIA VIRORUM.

1 Barcinonense, S. Josephi.	1586
2 Mataronense, S. Josephi.	1588
3 Tarregense.	1588
4 Herdense collegium, S. Josephi.	1589
5 Dertusanum, B. V. M. de Miraculo.	1590
6 Gerundense, S. Josephi.	1591
7 Tarraconense, S. Laurentii.	1597
8 Reusense, S. Joannis Baptistae.	1606
9 Cardonense desertum, S. Hilarionis.	1606
10 Barcinonense, B. V. M. de Gratia.	1626
11 Silvense, S. Raphaelis.	1636
12 Vicense, S. Hieronymi.	1642
13 Balaguerense, S. Teresiae.	1678
14 Villanovanum, S. Josephi.	1735

Tarregense monasterium, a Franciscanis primum (vide Waddingum ad annum 1318, t. VI, pag. 324).

dein

A dein a Dominicanis occupatum, Carmelita Excalcreati adierunt die XXV Septembris 1588: sed cum hi non ita diu post inde excessissent, in eorum locum successerunt Augustiniani; uti narrat Narcissus Feliu de la Peña y Parell in suis Annalibus Catalaniæ (lib. XIX, cap. XI). Atque hæc ratio est cur istud monasterium non recenseatur in tabulis et catalogis quæ præ oculis habeo. Silvensem foundationem non anno 1627, ut in tabula hujus provincie topographica et jam antea in tabulis anno 1699 editis scriptum fuit, sed anno 1636, ut Tamayus et P. Dositheus habent, factam fuisse demonstrat alter e Chronici continuatoribus (lib. XXI, cap. IV), et confirmat auctor Annalium Catalaniæ paulo ante citatus (lib. XX, cap. II). Ex eodem auctore (lib. XXI, cap. VI) patet P. Dositheum foundationi Balaguerensi recte adscripsisse annum 1678, dum contra in tabula topographica erronee notatur annus 1668. Villanovanæ foundationi tabula hæc assignat annum 1735, sed annum 1737 manuscripta additio ad elenchum P. Dositheï. Cæterum omnia cænobia supra enumerata, præter Tarregense, adhuc supererant anno 1832.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- B
- 1 Barcinonense, Conceptionis B. V. M. 1588
 - 2 Mataronense, Conceptionis B. V. M. 1648
 - 3 Reusense, Conceptionis B. V. M. 1660
 - 4 Ilerdense, S. Anastasii. 1686
 - 5 Tarraconense, S. Teresiæ. 1708
 - vel SS. Josephi et Annæ. 1712

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 6 Vicense, Jesu, Mariæ et Josephi. 1638
- Monialium cænobium Barcinonense sub titulo B. V. M. sine labe Conceptæ fundatum fuisse narrat auctor Chronici (lib. VIII, cap. VII, num 5), cui consentiunt Tamayus et P. Dositheus: quare puto nomen S. Josephi per errorem irrepsisse in tabulam topographicam. In hac tabula et in catalogo P. Emmanuelis monasterio Tarraconensi asseruntur patroni SS. Joseph et Anna et annus foundationis 1712; in elencho P. Dositheï patrona S. Teresia et annus 1708: ambigo ultra ex parte stet veritas. De anno foundationis monasterii Ilerdensis concordant inter se præfata documenta; sed discrepant ab Annalibus Catalaniæ Narcissi Feliu, qui foundationem hanc ex testamento Josephi Pastor, canonici Ilerdensis, factam refert ad annum 1640 (lib. XX, cap. V). Forsitan dictum cænobium ab anno 1640 ad annum 1686 Ordinario loci subfuerit.

V. PROVINCIA LUSITANIÆ SEU S. PHILIPPI.
(Erecta anno 1588.)

MONASTERIA VIROBUM.

In Lusitania :

- 1 Ulyssiponense, B. V. M. de Remediis. 1582
- 2 Cascaense, B. V. M. de Pictate. 1594
- 3 Eborensense, B. V. M. de Remediis. 1594
- 4 Figuerense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1602
- 5 Conimbricense collegium, S. Josephi. 1603
- 6 Aveirense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1613
- 7 Portuense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1617
- 8 Vianense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1618
- 9 Busacense desertum, S. Crucis, dein S. Joannis a Cruce. 1628
- 10 Santarenense, S. Teresiæ. 1648
- 11 Adollalbense, Incarnationis. 1648
- 12 Braccarense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1653
- 13 Setubalense, S. Teresiæ. 1661
- 14 Ulyssiponense, Corporis Christi. 1665
- 15 Carnidense, S. Josephi vel S. Joannis a Cruce. 1681

In regno Congi :

EX VARIIS

D

- 16 Angolense, S. Teresiæ vel Conceptionis B. V. M. 1610

In Brasilia :

- 17 Bahiense, S. Teresiæ vel Salvatoris mundi. 1619
- 18 Fernambucense, S. Familiæ in Egyptum fugientis vel B. V. M. de Monte Carmelo. 1698

De hac provincia vide quæ dixi in annotationibus de Congregatione Hispanica in universum. Annos quibus fundata fuere duodecim prima cænobia modo enumerata, desumpsi e Chronico; cui magis fidentum reor quam cæteris documentis, nonnihil inter se et a Chronico discrepantibus. Quatuor postremis cænobiis binos titulos, hinc e tabula topographica et catalogo P. Emmanuelis, illinc e P. Dositheo assignavi: utri præferendi sint, nescire me fateor. P. Dositheus tribus ultramarinis monasteriis annos non adscripsit; P. Emmanuel Angolensi et Bahiensi assignat annum 1600. Hospitia hujus provincie erant Tavirense in Lusitania et Recifense in Brasilia.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

E

- 1 Ulyssiponense, S. Alberti. 1585
- 2 Carnidense, S. Teresiæ. 1642
- 3 Aveirense, S. Joannis Euangelistæ. 1658
- 4 Ulyssiponense, Conceptionis B. V. M. 1681
- 5 Eborensense, S. Josephi. 1681
- 6 Portuense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1699
- vel SS. Josephi et Mariæ. 1706

Prior monasterii Portuensis titulus apud P. Dositheum, alter in tabula topographica comparet: idem dicendum de annis 1699 et 1706, Monasteria vero Ordinarii locorum subjecta intra hujus provincie limites mihi nulla occurrunt.

VI. PROVINCIA MEXICANA SEU S. ALBERTI.
(Erecta anno 1588.)

MONASTERIA VIROBUM.

- 1 Mexicanum, S. Sebastiani. 1586
- 2 Angelopolitanum, B. V. M. de Remediis. 1586
- 3 Atlixense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1589
- 4 Vallisoletanum, B. V. M. de Monte Carmelo. 1593
- 5 Guadalajarensense, Conceptionis B. V. M. 1593
- 6 Zelayense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1597
- 7 Mexicanum collegium, S. Alberti. 1601
- cui successit Cuyocanense, S. Annæ. 1614
- 8 S. Fidei desertum, S. Joannis Baptistæ. 1606
- 9 Queretarense, S. Teresiæ. 1614
- 10 Salvaterrense, S. Angeli. 1644
- 11 Ad Aquas Calidas. 1649
- 12 Tacubense, S. Joachum. 1696
- 13 Toluense, S. Josephi vel Conceptionis B. V. M. 1699
- 14 Antiquarense (seu Oaxacanum), S. Teresiæ vel S. Crucis. 1699
- 15 Orizavense, S. Teresiæ. 1735
- 16 Popayanense.
- 17 Latacunganum.

E septemdecim hisce monasteriis tredecim notantur in tabula topographica; et merito: nam quatuor ex his jam a longo tempore non amplius incolebantur. Guadalajarensense extitit prius ab anno 1593 ad 1610, et iterum ab anno 1649 ad 1653; quo demum anno, sicut et alterum Aquis Calidis fundatum, propter varia objecta impedimenta derelictum fuit, uti narratur in Chronico (lib. XXV, cap. II). Popayanense vero ac Latacunganum ob congrui victus inopiam deseruerunt incolæ, teste Antonio de Ulloa in Itinerario

EX VARIIS. *rario America Meridionalis* (part. 1, lib. VI, cap. III).
 A *P. Dositheus duodecim provinciae Mexicanæ tribuit virorum cœnobia; sed his recentior manus addidit Orizavense. Quæ de Cuyocanensi collegio et cœnobio Queretarensi notavi, desumpta sunt e Chronico* (lib. XI, cap. XXI, et lib. XXIII, cap. VIII); *cum de his non satis accurate loquantur elenchus P. Dositheus et tabula topographica. De titulis monasteriorum Tolu-*
censis et Antiquarensis nihil certi statuere possum. Hospitia tria, Guadalajarensis, Tehuacanense et S. Ludovici Potosinum, annotantur in tabula topo-
graphica; nulla vero apud P. Dositheum. Circa annum 1827 in republica Mexicana sedecim Carmelitarum cœnobia numerata fuisse docent Hoff-
mannus, Pahlus et Pfaffius in sua Geographia anno 1837 Stutgardiæ germanico idiomate edita (tom. III, pag. 321); *at num Excalceatorum, non indicant: ajunt vero plura e 150 illius regionis cœnobiis per annos subsequentes fuisse deleta. De reliquo præsens provinciae Mexicanæ Ord. Carm. Exc. status mihi prorsus ignotus est.*

Porro, ad sequiorem sexum quod attinet, in regionibus Americanis ad Hispanicum dominium olim spectantibus extitere et partim (v. g. Guatemalæ, B Havanæ et in S. Jacobi apud Chileses, uti a viris fide dignis accepi) etiamnum extant sequentia

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Angelopolitanum, B. V. M. Dolorosæ. . . 1730

Extra jurisdictionem Ordinis:

- 2 Angelopolitanum, S. Josephi. . . 1604
- 3 Mexicanum. . . 1616
- 4 Mexicanum alterum. . . 1659
- 5 Guatemalense. — 6 Guadalajarensis. — 7 Havanense. — 8 Limanum. — 9 Carthagenense. — 10 Limanum alterum. — 11 S. Jacobi Chilense. — 12 Cordubense. — 13 Potosinum. — 14 Quitoanum. — 15 Cuzcense. — 16 Bogotense. — 17 Guamanganum. — 18 Latacunganum, cui successit Quitoanum alterum — 19 Charensis. — 20 Popayanense. — 21 Conchense. — 22 Trujillense. — 23 Arequipanum. — 24 Pacense.

Novemdecim priora ex hisce monasteriis in tabula topographica provinciae Mexicanæ recensentur: cætera quinque in Itinerario Ulloano reperi, in quo etiam mentio fit de Latacungano monialium monasterio, quod anno 1698 terræ motu destructum fuit; unde se moniales Quitoam contulerunt, novum ibi cœnobium erectura (part. 1, lib. V, cap. IV, et lib. VI, cap. 1). *Loquens autem Ulloa de omnibus generatim Carmelitarum Excalceatarum monasteriis in America Meridionali sitis: Notatu dignum est, inquit, virginum Teresianarum monasteria firmissimo pede stare; nec ullum inter ea noscitur in quo pauciores reperiantur moniales quam ad definitum a regulis numerum complendum requiruntur* (ibid. lib. VI, cap. III).

VII. PROVINCIA ARAGONIÆ SEU S. TERESIÆ.
(Erecta anno 1685.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Valentinum, S. Philippi. . . 1589
- 2 Tamaritense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1591
- 3 Casaraugustanum, S. Josephi. . . 1597
- 4 Bilbilitanum, S. Josephi. . . 1599
- 5 Oscense collegium, S. Alberti. . . 1627
- 6 Enguerense, SS. Josephi et Annæ. . . 1649
- 7 Boltaniense, S. Spiritus. . . 1651
- 8 Turiasonense, S. Teresiæ. . . 1654
- 9 Nulense, S. Familiae. . . 1673

- 10 Sosense, B. V. M. de Valentiniana. . . 1677 D
 - 11 Turris Carmeli, S. Eliæ. . . 1682
 - 12 Palmarum desertum, S. Teresiæ. . . 1694
 - 13 Tervelense, S. Josephi. . . 1697
- Omnia hujus provinciae monasteria virorum adhuc supererant anno 1832. Nescio an idem dici possit de hospitibus Ibdensi, Calandensi et Molinensi.*

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Casaraugustanum, S. Josephi. . . 1588
- 2 Valentinum, S. Josephi. . . 1588
- 3 Turiasonense, S. Annæ. . . 1600
- 4 Bilbilitanum, S. Alberti. . . 1603
- 5 Oscense, S. Teresiæ. . . 1642

Extra jurisdictionem Ordinis:

- 6 Casaraugustanum, S. Teresiæ. . . 1600
- 7 Majoricense, S. Teresiæ. . . 1630
- 8 Turiasonense, S. Joachimi. . . 1632
- 9 Caudiclenne, S. Teresiæ. . . 1648
- 10 Malvendense, S. Josephi. . . 1649
- 11 Tervelense, SS. Josephi et Teresiæ. . . 1660
- 12 Valentinum, Corporis Christi. . . 1681
- 13 Nulense.

Monasterium virginum Palmæ in Majorica anno 1600 erectum dicitur a P. Emmanuele.

VIII. PROVINCIA ANDALUSIÆ INFERIORIS
SEU S. JOANNIS BAPTISTÆ.

(Erecta anno 1688.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Hispalense, B. V. M. de Remediis. . . 1574
- 2 Guadalcazarensis, B. V. M. de Caritate. . . 1585
- 3 Cordubense, S. Josephi. . . 1586
- 4 Bujalancense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1587
- 5 Hispalense collegium, S. Angeli Custodis. 1588
- 6 Aguilarensis, B. V. M. de Monte Carmelo. 1590
- 7 Andujarensis, B. V. M. de Monte Carmelo. 1590
- 8 Astygitanum, Conceptionis B. V. M. . . 1591
- 9 Lucenense, S. Josephi. . . 1600
- 10 Barramedense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1641
- 11 Insulæ Regalis, S. Joachimi vel S. Josephi. 1680
- 12 Carmonense, S. Josephi. . . 1687
- 13 Coronilense, S. Michaelis. . . 1688
- 14 Paternense, Dominae Virtutum. . . 1693
- 15 Montorensis, S. Joannis a Cruce. . . 1697
- 16 Vallestre, S. Josephi. . . 1697
- 17 Lucarense, S. Teresiæ. . . 1700
- 18 Speculense, S. Teresiæ. . . 1733
- 19 Gaditanum, B. V. M. de Monte Carmelo. 1736
- 20 Corvense desertum.

Viginti hæc monasteria enumerantur in nomenclatura anno 1832 edita. Novemdecim tantum enumerat auctor tabulae topographicae; qui videtur Vallestre cœnobium, quod P. Dositheus desertum Vallestre vocat, cum deserto Corvensi confudisse. P. Dositheus, qui elenchum suum anno 1727 edidit, septemdecim tantum nosse potuit virorum hujus provinciae cœnobia: attamen, ut ex eo elenchu liquet, jam tunc Speculi, Gadibus et in loco cui a Corvo nomen, hospitia Carmelitarum Excalceatorum exstebant; hisque annumerat P. Dositheus quatuor alia, quæ in tabula topographica non comparent, hospitia: nimirum S. Joannis Baptistæ, Arcense, Pedrosense et Gonzalvipontanum.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Hispalense, S. Josephi. . . 1575
- 2 Cordubense, S. Annæ. . . 1589
- 3 Lucarense, S. Josephi. . . 1590
- 4 Cabrense,

- A 4 Cabrense, S. Josephi. 1603
 cui successit Lucenense. 1612
 5 Astygitanum, S. Josephi. 1638
 6 Barramedense, S. Teresiae. 1644
 7 Aguilarense, S. Josephi. 1671
 8 Gonzalvipontanum, S. Josephi. 1705
 9 Bujalancense, S. Teresiae. 1708

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 10 Fontis de Cantos, S. Josephi. 1632
 11 Talaverense, S. Teresiae. 1640

Monasterium Gonzalvipontanum a P. Dositheo annotatur, sed in tabula topographica et a P. Emmanuele omittitur: Cabrense utrobique abest, quamvis ejus fundatio in Chronico narratur (lib. xi, cap. xxxvii). P. Emmanuel Bujalancensi assignat annum 1700, et duobus sequentibus annum 1600.

IX. PROVINCIA NAVARRÆ SEU S. JOACHIM.

(Erecta anno 1706.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Pampelonense collegium, S. Annæ. 1587
 2 Oxonense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1589
 3 Corellense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1595
 4 Tudellense, S. Josephi. 1597
 B 5 Peñarandense, S. Josephi. 1603
 6 Calagurritanum, B. V. M. de M. Carmelo. 1603
 7 Burgense, B. V. M. de Monte Carmelo. . 1606
 8 Lermense, S. Teresiae. 1617
 9 Lucroniense, S. Josephi. 1628
 10 Lazcanense, S. Teresiae. 1641
 11 Marquinense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1691
 12 Insulanum desertum, S. Josephi. 1719
 13 Reense, S. Joannis Baptistæ. 1733
 14 Balsamedense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1732
 15 Villafrancanum, S. Joachim. 1734

Idem est horum cœnobiorum ordo ac numerus in tabula topographica et in nuperrima Congregationis Hispanice nomenclatura. Duodecimum, decimum tertium et decimum quartum recentior calamus elencho P. Dosithei adjecit, omisso decimo quinto, quod pariter omisit P. Emmanuel. Lermensi P. Dositheus S. Josephum patronum assignat, Lucroniensi S. Teresiam: quod equidem erronea nominum transpositione factum reor; etenim e Chronico patet sub patrocinio S. Teresiae cœnobium Lermæ fundatum fuisse (lib. xv, cap. v): P. Emmanuel annum 1597 adscribit Corellensi, et annum 1700 Insulano deserto ac monasterio Reensi. Adde hospitium duo: Bilbaense et Soriense.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Soriense, SS. Trinitatis. 1581
 2 Burgense, S. Josephi. 1582
 3 Pampelonense, S. Josephi. 1583
 4 Lucroniense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1589
 5 Calagurritanum, S. Josephi. 1598
 6 Lermense, Incarnationis. 1608
 7 Corellense, B. V. M. de Ara Cali. 1723

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 8 Zumayense, S. Josephi. 1640
 9 Sansebastianense, S. Teresiae. 1663
Calagurritano apud P. Emmanuelem adscriptus est annus 1589.

X. PROVINCIA MURCIANA SEU S. ANNÆ.

(Erecta anno 1713.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Altomiranum, B. V. M. de Subsidio. 1571
 2 Rodense, B. V. M. de Subsidio. 1572
 3 Daimielense, S. Josephi. 1583
 4 Manzanarense, B. V. M. de Gratia. 1558

- 5 Caravacense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1586 EX VARIIS.
 6 Villanovanum, B. V. M. ad Nives. 1587 D
 7 Uclesense, S. Josephi. 1594
 8 Criptanense, S. Jacobi. 1598
 9 Conchense, S. Angeli Custodis. 1626
 10 Sanclementinum, S. Teresiae. 1673
 11 Lietorense, S. Joannis a Cruce. 1679
 12 Murciense collegium, S. Teresiae. 1689
 13 Carthagenense, S. Joachim. 1690
 14 Cambronense desertum, S. Joachim. 1732
 15 Ilorcense.

Cænobia Altomiranum et Rodense post obitum S. Teresiae suæ relictæ (Rodense quidem anno 1603, ut dicitur Chron. lib. iv, cap. xx, num. 8): cætera omnia hic enumerata perstabant adhuc anno 1832. Ilorcense, quod hospitii tantum nomine gaudet in tabula topographica, et desertum Cambronense in P. Dosithei elencho, quippe ante eorum foundationem confecto, non reperiuntur. Caravacense cænobium, cujus possessionem adierunt Carmeliter Teresiani die xviii Decembris 1586, sed cui non ante annum sequentem SS. Eucharistia fuit illata, primitus ad provinciam Andalusiam pertinuit; sed anno 1610, teste auctore Chronici (lib. vii, cap. xlix, num. 4), transiit ad Novæ Castellæ provinciam: unde anno 1713 ad E Murcianam. P. Emmanuel Murciensi collegio adscribit annum 1680.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Caravacense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1576
 2 Villanovanum, S. Annæ. 1580
 3 Conchense, S. Josephi. 1588
 4 Daimielense, B. V. M. de Pace. 1599
 5 Valerense, SS. Annæ et Josephi. 1600
 cui successit Sanclementinum. 1617

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 6 Villarobledense, B. V. M. de bono Consilio. 1729

CONGREGATIO ITALICA

SEU S. ELLE.

Anno 1617, in quinto suo capitulo generali, Italica Congregatio in sex provincias fuit distributa: quarum prima, sub S. Annæ patrocinio, Genuensem ditionem cum Etruria complectebatur; secunda, Sanctissimo Mariæ nomine insignita, ditionem S. Romanæ Ecclesiæ cum regno Neapolitano Siciliaque; tertia, S. Spiritui sacra, Poloniam et Lithuaniam; quarta, a S. Angelo dicta, Longobardiam; quinta, sub titulo S. Teresiae, Galliam; sexta, cui a S. Josepho nomen, Belgium, Burgundiam et Germaniam. Ex hisce deinceps cæteræ prodierunt provinciæ. E Genuensi nata est anno 1695 provincia Etruria seu Annuntiationis B. V. M. E Romana anno 1626 ortum habuit Neapolitana Matris Dei, et sexennio post Sicula S. Alberti. Anno 1734 Lithuani se junctam a Polonis provinciam, S. Casimiri dictam, nacti sunt. Pedemontana S. Mauritiî provincia anno 1653 constituta fuit; Veneta S. Joannis a Cruce anno 1677. In Gallia circa sæculi proxime elapsi finem quinque provinciæ numerabantur: Avenionensis, cui remansit inditus anno 1617 S. Teresiae titulus; Parisiensis, anno 1635 sub titulo omnium Sanctorum erecta; Normandica SS. Trinitatis, anno 1686 e Parisiensi nata; Lotharingica S. Nicolai, orta itidem e Parisiensi anno 1740; et Aquitana Jesu, Mariæ et Josephi, anno 1641 inchoata. Demum sexta provincia, primitus sub S. Josephi patrocinio constituta, successu temporis in octo omnino provincias abiit: nimirum anno 1626 erecta fuit provincia Germaniæ seu SS. Sacramenti, e qua processerunt anno 1701 Austriaca S. Leo-

EX VARIIS. *poldi et anno 1740 Bavarica S. Crucis: e Burgundicis canobus anno 1653 conflata est S. Claudii provincia: Belgium anno 1665 duas Carmelitarum Excalceatorum provincias habere cepit, Flandro-Belgicam, quæ retinuit S. Josephi nomen, et Gallo-Belgicam, cui patroni SS. Maria et Joseph: ex hac distracta fuit anno 1681 Wallo-Belgica seu Leodiensis, a S. Carolo cognominata; Flandro-Belgica autem anno 1761 in duas abiit; quarum altera dicebatur Brabantia seu S. Josephi, altera Flandria-rum seu S. Josephi et Reginae Pacis. Mentio præterea facienda est provincie Hibernicæ, quæ anno 1638 sub titulo S. Patricii erecta fuit, sed non diu post a nefario Cromwello destructa; sub cuius tyrannide Carmelitæ utriusque sexus Excalceati, non secus ac aliorum Ordinum religiosi, horrendo modo fuerunt ab hæreticis vexati et partim Catholicæ Fidei odio trucidati. Demum ad enumeratas hætenus provincias adjungendæ sunt missiones in variis orbis terræ partibus, potissimum vero in Asia, institutæ, ad veræ Religionis inter infideles propagationem et inter Catholicos conservationem.*

Italica quoque Congregationis tabulas æri incisas ob oculos habeo; sed hispanicis tabulis eo potissimum inferiores quod hæ topographicae sunt simul et chronologicae, illæ topographicae tantum. Insuper adhibebo elenchum quem P. Ludovicus a S. Teresia adjecit libro secundo Annalium Carmelitarum Excalceatorum Gallie, anno 1665 editorum; item elenchum, quo etiam pro Hispanica Congregatione describenda usus fui, a P. Dositheo a S. Alexio confectum; libellum quoque anno 1725 Lovanii excusum sub hoc titulo: Chronologia omnium provinciarum et conventuum tam religiosorum quam sanctimonialium utriusque Congregationis Hispanicæ et Italicæ Ordinis Carmelitarum Discalceatorum: quo tamen in libello chronologiam Congregationis Hispanicæ, quantumvis hæc etiam promittatur, frustra quæsieris. Maximam vero præ cæteris documentis lucem mihi asseret Catalogus universalis provinciarum, monasteriorum, conventuum, residentiarum, hospitiorum et missionum Congregationis Italicæ, prout fuerunt ab exordio usque ad annum 1780, magna cura confectus nitideque descriptus a R. P. Gregorio Maria a S. Josepho, subpriori Brugensi; qui arduum hunc laborem, summa superiorum suorum voluntate, in nostri gratiam atque ad S. Matris Teresiæ honorem suscipere non dubitavit: ut adeo industriæ ipsius potius quam meæ attribuendus sit Congregationis S. Eliæ conspectus, quem nunc describere aggredior. Ac primum quidem locum, extra provinciarum seriem, sibi vindicant domicilia soli Præposito et diffinitorio generali immediate subjecta, adeoque

NULLI PROVINCIE INCORPORATA.

- 1 Romanum collegium generalitium et domicilium Superiorum majorum, SS. Teresiæ et Joannis a Cruce. 1762
- 2 Melitense collegium, S. Teresiæ. 1626
- 3 Montis Carmeli vicariatus, S. Eliæ. 1631
- 4 Romanum seminarium missionum, S. Pancratii. 1662
- 5 Ulyssiponense hospitium pro natione Germanica, SS. Joannis Nepomuceni et Annæ.
- 6 Roncilionense monasterium virginum, SS. Teresiæ et Annæ.

I. PROVINCIA GENUENSIS SEU S. ANNÆ. (Erecta anno 1617.)

MONASTERIA VIRGINUM.

- 1 Genuense, S. Annæ. 1584

- 2 Lodanense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1609 D
- 3 Genuense, B. V. M. de Sanitate. 1613
- 4 Voraginis desertum, S. Joannis Baptistæ. 1616
- 5 Genuense, S. Caroli Borromæi. 1623
- 6 Savonense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1623
- 7 Clavarense, B. V. M. de Horto. 1628
- 8 Vultrense, S. Teresiæ. 1659

Horum monasteriorum quinto ac sexto, haud scio an per errorem typographicum, annus 1628 adscriptus legitur in elenchō P. Dositheï.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Genuense, Jesu et Mariæ. 1590
- 2 Genuense, S. Teresiæ. 1619
- 3 Savonense, S. Teresiæ. 1623
- 4 Savonense, S. Spiritus. 1643

Genuense S. Teresiæ monasterium secundo loco collocat P. Dositheus, adjecto anno 1619; et merito quidem hoc ab eo factum arbitror: etenim in Hist. Gen. Carm. Disc. Congreg. S. Eliæ, Romæ impressa anno 1668, affirmatur Genuense illud prius fundatum fuisse quam Savonense S. Teresiæ (tom. I, lib. I, cap. XXXIV). Recedendum igitur mihi putavi ab auctore Catalogi Lovanii impressi et a P. Gregorio, qui Genuense S. Teresiæ canobium, quasi anno 1629 fundatum, tertio loco posuerunt.

II. PROVINCIA ROMANA SEU S. MARIE.

(Erecta anno 1617.)

MONASTERIA VIRGINUM.

- 1 Romanum, B. V. M. de Scala. 1597
- 2 Tusculanum, S. Silvestri. 1605
- 3 Interamnense, S. Valentini. 1609
- 4 Romanum, S. Pauli, dein B. V. M. de Victoria. 1612
- 5 Perusinum, S. Teresiæ. 1622
- 6 Caprarolense, SS. Mariæ et Silvestri. 1623
- 7 Viterbiense, SS. Joseph et Teresiæ. 1630
- 8 Anconitanum, S. Peregrini. 1642
- 9 Sentinense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1643
- 10 Montis Virginei desertum, Præsentationis B. V. M. 1668
- 11 Urbinense, Annuntiationis B. V. M. 1672
- 12 Matelicense, SS. Valentini et Teresiæ. 1705

Lovaniensis Catalogus Perusino canobio titulum Jesu et Mariæ assignat. P. Ludovicus Interamnensi, quod anno 1609 fundatum fuisse ex Hist. Gen. Congreg. S. Eliæ (tom. II, lib. III, cap. XXV) constat, annum adjicit 1613; contra vero Romano sequenti annum 1609. Eidem Romano annum 1613, Perusino 1623, Viterbiensi 1629 ac Sentinensi 1644 adseribit P. Dositheus.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Romanum, B. V. M. de M. C. et S. Agidii. 1610
- 2 Interamnense, S. Josephi. 1618
- 3 Romanum, S. Teresiæ. 1627
- 4 Romanum, Reginae Celi vel Præsentationis B. V. M. 1654

Extra jurisdictionem Ordinis:

- 5 Romanum, S. Josephi. 1598
- 6 Fanense, S. Teresiæ. 1632
- 7 Romanum, Corporis Christi vel SS. Petri et Marcellini. 1637

Ultimum hoc Romanum monasterium sub Corporis Christi titulo fundatum fuit a Cardinali Dominico Gymnasio, uti liquet ex Hist. Gen. Congreg. S. Eliæ (tom. I, lib. I, cap. XLII) et e brevi hujus Cardinalis biographia quæ reperitur in Ciaconii et Oldoini Vitis Romanorum Pontificum (tom. IV, col. 346, edit. Rom. 1677): attamen P. Gregorius SS. Petrum

A SS. Petrum ac Marcellinum hujus monasterii patronos facit, recentiora proculdubio documenta nactus. Idem, secus ac fecere antiquiores, Romanum monasterium S. Teresiae collocat extra Ordinis jurisdictionem.

III. PROVINCIA POLONIAE SEU S. SPIRITUS.

(Erecta anno 1617.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Cracoviense, Conceptionis B. V. M. 1605
- 2 Leopopolitanum, S. Michaelis. 1614
- 3 Cracoviense, SS. Michaelis et Josephi. 1619
- 4 Czernense desertum, S. Eliae 1620
- 5 Visnicense, SS. Salvatoris. 1623
- 6 Premisliense, S. Teresiae. 1630
- 7 Camenecense, B. V. M. de Victoria. 1638
- 8 Varsoviense, Assumptionis B. V. M. 1642
- 9 Berdyczoviense, Conceptionis B. V. M. 1644
- 10 Visniowiciense, S. Annae. 1669

Monasterium Varsoviense anno 1622 sub S. Josephi patrocinio fundatum dicunt P. Ludovicus et Catalogi Lovaniensis auctor: hic etiam a cæteris dissentit quoad Camenecense cænobium, quod S. Michaeli sacrum esse asseverat. P. Dositheus annum 1613 assignat Leopolitano, 1617 Cracoviensi alteri, 1632 Visnicensi et 1642 Berdyczoviensi, cui patronos tribuit S. Joannem Baptistam et S. Joannem Evangelistam.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Cracoviense, SS. Josephi et Martini. 1612
- 2 Leopopolitanum, B. V. M. Lauretanæ et S. Josephi. 1642
- 3 Varsoviense, S. Spiritus et S. Teresiae. 1649
- 4 Cracoviense, SS. Teresiae et Joannis a Cruce. 1719

Leopolitano S. Spiritus, et Varsoviensi Assumptionis B. V. M. titulum assignat Catalogus Lovaniensis, et Cracoviense posterius omittit.

IV. PROVINCIA LONGOBARDIAE SEU

S. ANGELI. (Erecta anno 1617.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Cremonense, S. Himerii. 1606
- 2 Bononiense, B. V. M. Lacrymosæ. 1611
- 3 Mediolanense, S. Caroli Borromæi. 1614
- 4 Faventinum, SS. Thomæ et Mariæ Magdalænæ. 1617
- C 5 Papiense, B. V. M. Gratiarum. 1621
- 6 Parmense, B. V. M. Albæ. 1623
- 7 Placentinum, S. Teresiae. 1627
- 8 Vallesinum desertum, S. Angeli. 1633
- 9 Mutinense, B. V. M. de Paradiso. 1641
- 10 Comense, S. Spiritus. 1641
- 11 Laudense, S. Marci. 1643
- 12 Mantuanum, SS. Josephi et Teresiae. 1646
- 13 Concesiense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1647
- 14 Ferrariense, S. Hieronymi. 1671
- 15 Foroliviense, S. Teresiae. 1673
- 16 Vallesinum, SS. Trinitatis. 1678
- 17 Regiense, SS. Josephi et Teresiae. 1685
- 18 Rosanense, B. V. Mariæ. 1685
- 19 Imolense, B. V. M. de Ponte. 1735

P. Ludovicus Cremonensi monasterio adscribit annum 1607, Mediolanensi 1612, Faventino 1615, Parmensi 1624, Placentino 1626, Concesiensi 1643, Mantuano 1644; P. Dositheus Bononiensi 1612, Faventino 1616. At Cremonensis initia ad annum 1606 referuntur in Hist. Gen. Congr. S. Eliae (tom. II, lib. 1, cap. XLVI): Mediolanense non ante annum 1614 edificari cepit, ut apparet e litteris a Frederico Cardinali Borromæo ea de re datis,

quas in sua archiepiscoporum Mediolanensium Historia ex ejusdem monasterii MS. codice recitat Jos. Ant. Saxius (tom. III, pag. 1091): de Concesiensi fundatione, a Cæsare Cardinali Montio, item Mediolanensi antistite, anno 1647 effecta, videsis eundem Saxium (ibid. pag. 1137). Ad novemdecim monasteria modo enumerata accedit in P. Gregorii Catalogo et in tabula topographica Rezanense hospitium.

EX VARIIS.
D

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Cremonense, SS. Josephi et Teresiae. 1613
- 2 Bononiense, S. Gabrielis. 1619
- 3 Parmense, SS. Teresiae et Antonii. 1635
- 4 Mutinense, S. Josephi. 1655
- 5 Placentinum, S. Josephi. 1673
- 6 Mediolanense, SS. Josephi et Teresiae. 1674
- 7 Rosanense, S. Teresiae. 1687
- 8 Regiense, Desponsationis B. V. M. 1689
- 9 Mantuanum, SS. Stephani et Teresiae. 1694

Extra jurisdictionem Ordinis:

- 10 Viglevanense, SS. Josephi et Teresiae.
- 11 Angleriense, SS. Teresiae et Joannis a Cruce.

V. PROVINCIA AVENIONENSIS SEU

S. TERESIAE. (Erecta anno 1617.)

E

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Avenionense, B. V. M. a Nazareth, dein S. Josephi. 1608
- 2 Lugdunense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1618
- 3 Massiliense, SS. Josephi et Mariæ Magdalænæ. 1632
- 4 Toloniense, B. V. M. de M. C. et S. Joachim. 1635
- 5 Aquissexiense, SS. Josephi et Teresiae. 1637
- 6 Camberienense, B. V. M. de Monte Carmelo et S. Annae. 1639
- 7 Gratianopolitanum, B. V. M. de Monte Carmelo. 1644
- 8 Arelatense, S. Josephi. 1648
- 9 Astromelense, S. Josephi. 1653
- 10 Montepessulanum, S. Josephi. 1663
- 11 Barjoliense, B. V. M. de bono Refugio. 1678
- 12 Carpentoractense, SS. Josephi et Joannis a Cruce. 1684

De duodecim hisce cænobiis, quibus addendum Cabellionense hospitium, satis bene consonant inter se documenta quæ præ manibus habeo. In Catalogo Lovaniensi, quem secutus fuit P. Gregorius, Lugdunense cænobium anno 1618 fundatum dicitur: quod quidem a veritate non alienum esse evincitur ex Annalibus Carm. Exc. Gallie a P. Ludovico a S. Teresia conscriptis (lib. 1, cap. XLIV); quamvis ipse P. Ludovicus in suo elencho annum 1619 eidem cænobio adscribat.

F

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Avenionense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1613
- 2 Carpentoractense, SS. Josephi et Teresiae. 1627
- 3 Caberienense, S. Teresiae et O. O. SS. 1634
- 4 Cambellionense, SS. Josephi et Teresiae. 1668

Extra jurisdictionem Ordinis:

- 5 Cabillonense, Matris Dei et S. Josephi. 1610
- 6 Lugdunense, B. V. M. de Pietate. 1616
- 7 Belnense, S. Stephani. 1618
- 8 Massiliense, S. Mariæ Magdalænæ. 1623
- 9 Aquissexiense, S. Mariæ Magdalænæ. 1625
- 10 Matisconense, Præsentationis B. V. M. 1626
- 11 Arelatense, S. Josephi. 1632
- 12 Gratianopolitanum, Desponsationis B. V. M. 1649
- 13 Trivoltianum, Pueri Jesu et S. Josephi. 1668

Etiā

EX VARIIS.

A *Etiam hodie Camberii in Sabaudia existit monialium Teresianarum canobium; in Gallia vero Carpentoracti, Cabillone, Lugduni, Beluæ, Massiliæ, Aquis Sextiis, Arelate itidem degunt ejusdem Instituti virgines: quin et recentiora iisdem in tractibus habent monasteria Montepessulanum, Nemausense, Aubancense, Forojuliense, Augustodunense et Tronchense prope Gratianopolim; ut e nuperrimo elencho ad nos transmissio accepimus.*

VI. PROVINCIA BRABANTIE SEU S. JOSEPHI.

(Erecta anno 1617.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Bruxellense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1610
- 2 Lovaniense, S. Alberti. 1611
- 3 Antverpiense, S. Josephi 1618
- 4 Lovaniense, SS. Josephi et Teresiæ. . . 1621
- 5 Mechliniense, S. Josephi. 1652
- 6 Nethense desertum, Incarnationis et S. Joannis a Cruce. 1689

Hiscæ monasteriis adde duo hospitia: Vilvordiense scilicet et Ruremundanum. Nethensi deserto P. Dositheus adscripserat annum 1699; sed hunc recentior calamitas in 1689 mutavit. De cæteris canobiis nulum est inter varios quos adhibeo scriptores dissidium. Hodie nullum hujus provincie virorum canobium amplius extat.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Bruxellense, SS. Josephi et Annæ. . . 1607
- 2 Antverpiense, S. Josephi. 1612
- 3 Mechliniense, S. Teresiæ. 1616
- 4 Vilvordiense, S. Elisabethæ. 1663
- 5 Ruremundanum, SS. Teresiæ et Joannis a Cruce. 1698

Extra jurisdictionem Ordinis:

- 6 Lovaniense, SS. Mariæ et Josephi. . . 1607
- 7 Buscoducense. 1622
- 8 Oirschotum. 1644
- cui successit Mollense. 1665
- ac demum Willebroekanum, SS. Josephi et Teresiæ. 1712

Ex octo hiscæ monasteriis duo tantum priora et sextum hodie persistunt. Buscoducenses moniales profugæ, capta anno 1629 a Batavis urbe, partim se receperunt Alostum, ubi anno 1632 monasterium condiderunt, testibus Cornelio van Gestel in C. Historia Archiep. Mechl. (t. I, p. 138) et J. F. Foppens in Hist. Episc. Silvæduc. (pag. 315); partim anno 1636 abiire Coloniam, uti refert Egidius Gelenius (de Magnit. Colon. lib. III, syntag. LXXVII), initium daturæ novo inibi monasterio; partim denique Oirschoti anno 1644 sedem fixerunt, prout narrat van Gestel modo citatus. Olim quoque intra provincie Brabantinæ fines extitere tria

MONASTERIA VIRGINUM NATIONIS ANGLICÆ.

- 1 Antverpiense, SS. Josephi et Annæ. . . 1619
- 2 Liranum, B. V. M. de Monte Carmelo. . 1642
- 3 Hoogstratanum, B. V. M. de Monte Acuto. 1677

Horum duo priora hodie in ipsa Anglia perdurant, tertium in Gallia. Nimirum ex Antverpiensi ortum habet Llanhernense prope oppidum S. Columbæ in Cornubia (vulgo Llanherne near St. Columb's, Cornwall); e Lirano illud quod pridem fuit in Coken Hall, nunc vero est in loco quem Domum Carmeli vocant, apud Darlingtoniam in comitatu Dunelmensi (vulgo Carmel House, near Darlington, Durham): Hoogstratanum quoque aliquanto tempore fuit in Anglia continuatum, nempe Canfordiam in Dorsetia (vulgo Canford, Dorsetshire); at inde remotum est in Bellumlocum ad Valonias, Norman-

dia in Gallia civitatem (vulgo Beaulieu, Valogne, D Basse Normandie seu Département de la Manche). Videsis indices ecclesiarum, collegiorum, canobiorum etc. subnecti quotannis solitos Directorio seu Ordini divini Officii in Anglia.

VII. PROVINCIA NEAPOLITANA SEU MATRIS DEI. (Erecta anno 1626.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Neapolitanum, Matris Dei. 1602
- 2 Alecense, S. Teresiæ. 1620
- 3 Neapolitanum, S. Teresiæ. 1620
- 4 Bariense, SS. Josephi et Teresiæ. . . 1629
- 5 Turris Græci, S. Januarii. 1632
- 6 Altiliense, Jesu, Mariæ et Josephi. . 1632
- 7 Surrentinum, SS. Josephi et Teresiæ. . 1636
- 8 Tranense, SS. Marci et Teresiæ. . . . 1637
- 9 Cataciense, S. Joannis Baptistæ et S. Joannis Evangelistæ. 1638
- 10 Tarentinum, SS. Josephi et Teresiæ. . 1642
- 11 Monopolitanum, SS. Joannis Baptistæ et Annæ. 1644
- 12 Cosentinum, Animarum Purgatorii. . 1647
- 13 Brundusinum, SS. Joachimi et Annæ. . 1672
- 14 Massæ Lubrensis desertum, Montis Calvariae. 1680
- 15 Salernitanum, B. V. M. de Portu Salutis. 1582
- 16 Bituntinum, B. V. M. de Populo. . . 1702
- 17 Beneventanum, S. Nominis Mariæ. . . 1711

In texendis horum monasteriorum ordine et chronologia dux mihi fuit P. Gregorius; a quo tamen recessi in designando titulo monasterii Cosentini, quod ipse sub S. Teresiæ patrocinio positum esse asserit. P. Ludovicus Altiliensi, P. Dositheus Tranensi canobio patronos attribuunt SS. Josephum ac Teresiam. Annum 1657 Cosentino canobio adscribit P. Ludovicus; 1630 Bariensi et 1646 Monopolitano P. Dositheus; 1648 Cosentino et 1678 Salernitano ac deserto Massensi auctor Catalogi Lovaniensis.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Neapolitanum, S. Josephi. 1607
- 2 Trejanum, SS. Trinitatis. 1620
- 3 Alecense, SS. Nicolai et Teresiæ. . . 1631
- 4 Bariense, S. Teresiæ. 1647
- 5 Neapolitanum. 1746

Extra jurisdictionem Ordinis:

- 6 Gallipolitanum, Jesu, Mariæ et Josephi. 1692 F
- 7 Neritense, S. Teresiæ. 1699
- 8 Anacaprense, S. Michaelis. 1710

Monasterium Trejanum solus mihi indicat P. Gregorius. Neapolitanum posterius non alibi invenio quam in additione manuscripta ad P. Dosithei elenchum. Neritense et Anacaprense tantum occurrunt in tabula topographica et in catalogo P. Gregorii. Gallipolitanum Catalogus Lovaniensis tutelares asserit SS. Josephum et Teresiam.

VIII. PROVINCIA COLONIENSIS SEU SS. SACRAMENTI. (Erecta anno 1626.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Coloniense, SS. Josephi et Teresiæ. . . 1613
- 2 Herbipolitanum, SS. Josephi et Mariæ Magdalene. 1627
- 3 Confluentinum, Omnium Sanctorum. . 1656
- 4 Heidelbergense, SS. Josephi et Jacobi Min. 1702

Coloniam non anno 1612, ut scribit P. Ludovicus, nec anno 1614, ut in aliis elenchis asseritur, sed anno 1613 incolere ceperunt Carmelitæ Excalceati, teste Gelenio (de Magnitud. Colon., lib. III, syntag. I). Confluentino canobio annum fundatio-

nis

A nis 1659 solus assignat P. Ludovicus. Jungendum ad quatuor cœnobîa hic indicata Neoburgense hospitium.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Coloniense, B. V. M. de Pace et S. Teresiæ. 1637
- 2 Neoburgense, SS. Josephi et Teresiæ. 1661

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 3 Coloniense, B. V. M. Lauretanæ et S. Josephi. 1636
- 4 Dusseldorpiense, B. V. M. de M. Carmelo. 1643
- 5 Eifflia-Monasteriense, S. Josephi. 1659
- 6 Aquisgranense, Jesu, Mariæ et Josephi. 1662

Pars extorrium Buscoduco monialium non Aquisgranensi, ut credidisse videtur Gestelius (supra, ubi de provincia Brabantina, a me citatus), sed Coloniensi monasterio jurisdictioni Ordinarii subjecto initium dederunt anno 1636; sed anno 1662 aliquot ex iis Aquisgranum petierunt, novum et ibi cœnobium inchoaturæ, de quo agit Chr. Quixius tom. II Subsidiarum Historiæ Aquisgranensis (pag. 32). Alterius monasterii Coloniensis, anno 1637 per accersitas Bruxellis moniales fundati, primordia refert Egidius Gelenius in opere suo de Magnitudine Coloniae (lib. III, syntag. LXXVIII).

IX. PROVINCIA SICULA SEU S. ALBERTI.
(Erecta anno 1632.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Panormitanum, B. V. M. de Remediis. 1610
- 2 Messanense, B. V. M. Gratiarum. 1619
- 3 Panormitanum, S. Erasmi. 1619
- 4 Baidense, S. Isidori. 1626
- 5 Syracusanum, S. Teresiæ. 1633
- 6 Messanense, S. Alberti. 1635
- 7 Pitineense, S. Isidori. 1635
- 8 Catanense, B. V. M. Novæ Lucis, dein S. Spiritus. 1643
- 9 Mutycense, B. V. M. de Populo. 1643
- 10 Castelveteranense, S. Josephi. 1643
- 11 Mazaranum, S. Viti. 1669
- 12 Mylense, S. Catharinæ. 1693

Messanensi priori cœnobio unus P. Gregorius, lapsu fortasse calami, annum 1617 adscripsit; alteri Messanensi annum 1637 solus P. Ludovicus : huic equidem, licet cætera documenta aliter sonent, quoad annum foundationis prioris Panormitanæ assentior ex Hist. Gen. Congr. S. Eliæ (tom. II, lib. III, cap. XXXIX). Titulum B. V. M. Novæ Lucis Catanensi cœnobio primitus inditum, de quo nihil dicunt varii quos adhibeo catalogi, memorat D. Vitus M. Amicus et Statella, Benedictino-Casinensis prior, in sua Catana illustrata (lib. IX, cap. V, num. 4).

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Panormitanum, SS. Annæ et Teresiæ. 1628
- 2 Panormitanum, Assumptionis B. V. M. 1636
- 3 Messanense, Conceptionis B. V. M. et S. Caroli. 1686

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 4 Casmenense, Regine Cæli. 1627
- 5 Scicalense, S. Claræ. 1631
- 6 Vizzinense, Animarum Purgatorii. 1657
- 7 Claromontanum, S. Teresiæ. 1660
- 8 Syracusanum, S. Teresiæ. 1668
- 9 Galerense, B. V. M. Gratiarum. 1670
- 10 Mutycense, S. Martini. 1670
- 11 Casmenense, S. Claræ. 1676
- 12 Victoriense, S. Josephi. 1686
- 13 Mutycense, S. Francisci Xaverii. 1698
- 14 Montis Drepani, S. Teresiæ. 1701

Undecim hæc posteriora per solum P. Gregorium mihi innotuerunt. Puto autem meritissimum hunc virum titulos duorum monasteriorum Panormitanorum inadvertenter invertisse : quapropter eos e Catalogo Lovaniensi et elencho P. Dosithei suo ordine disposui. Secundum hunc P. Dosithei elenchum prioris monasterii Panormitani fundatio referenda foret ad annum 1629.

X. PROVINCIA PARISIENSIS SEU OMNIUM SANCTORUM. (Erecta anno 1635.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Parisiense, S. Josephi. 1611
- 2 Charentoniense, B. V. M. de M. Carmelo. 1617
- 3 Meldense, Assumptionis B. V. M. 1622
- 4 Nivernense, Annuntiationis B. V. M. 1626
- 5 Sylvanectense, S. Ludovici. 1642
- 6 Metense, SS. Eligii et Josephi. 1644
- 7 Lingonense, S. Egidii. 1646
- 8 Aurelianense, S. Annæ. 1647
- 9 Vicense, S. Joannis a Cruce. 1675

MONASTERIA VIRGINUM.

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 1 Parisiense, B. V. M. de Campis, dein Incarnationis. 1604
- 2 Divionense, S. Josephi. 1605
- 3 Aurelianense, Matris Dei et S. Josephi. 1617
- 4 Parisiense, Matris Dei. 1617
- 5 Nivernense, S. Teresiæ. 1619
- 6 Carnutense, Incarnationis. 1620
- 7 Trecense, Incarnationis. 1620
- 8 Castellionense, Nativitatis Domini. 1621
- 9 Metense, Incarnationis. 1623
- 10 Calvomontanum, SS. Josephi et Teresiæ. 1623
- 11 Blesense, Assumptionis B. V. M. 1625
- 12 Senonense, Visitationis B. V. M. 1625
- 13 Sandionysianum, Jesu et Mariæ. 1625
- 14 Molinense, Nativitatis Domini. 1628
- 15 Trecense, B. V. M. de Pietate. 1630
- 16 Remense, Incarnationis. 1633
- 17 Virodunense, Nativitatis Domini. 1634
- 18 Compendiense, Annuntiationis B. V. M. 1641
- 19 Parisiense, S. Teresiæ. 1668

Nonnulla ex his cœnobîis, sedato gallicæ rebellionis furore, reflorescere ceperunt. Parisiis nuper tria habebant, nunc habent adhuc duo domicilia moniales Teresianæ : Aureliani quoque, Niverni, Carnuti, Trecis, Blesis, Senonibus et Remis denuo sedes nactæ sunt : Compendio, quo similiter redierant, non ita pridem excesserunt. Ad hæc duo recentiora habent monasteria, Cenomanense videlicet et Brenense (vulgo Brienne-le-Château), intra antiquæ hujus, de qua agimus, Parisiensis provincie fines sita.

XI. PROVINCIA AQUITANA SEU JESU, MARIE ET JOSEPHI. (Erecta anno 1641.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Perpinianense, S. Josephi. 1589
- 2 Tolosanum, S. Josephi. 1623
- 3 Lemovicense, S. Andreae. 1625
- 4 Burdigalense, B. V. M. de Salute. 1626
- 5 Claromontanum, Assumptionis B. V. M. et S. Petri ad Vincula. 1633
- 6 Blayense desertum, SS. Josephi et Teresiæ. 1638
- 7 Cadurcense, Omnium Sanctorum. 1639
- 8 Ricomagense, S. Teresiæ. 1643
- 9 Tutelense, S. Joannis Baptistæ. 1644
- 10 Engolismense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1654
- 11 Agennense, Annuntiationis B. V. M. 1660
- 12 Burdigalense, S. Ludovici. 1676

170 Perpinianense

EX VARIIS.

A Perpinianense cœnobium, cujus fundatio narratur in Chronico Hispanico (lib. viii, cap. xix), e Congregatione Hispanica, ad quam primitus pertinebat, ad Italicam transiit et provincie Aquitanæ fuit insertum anno 1662; postea scilicet quam Ruscinonensis comitatus, cujus caput est Perpinianum, vi armorum primum, dein pacis fœdere anno 1659 inito, in ditionem venisset Ludovici XIV, Gallie regis. Videsis Annales Carm. Exc. Gallie, jam pluries a me citatos (lib. ii, cap. cxlviii). P. Ludovicus, horum Annalium scriptor, priori Burdigalensi cœnobio titulum B. V. M. de Salute tribuit; idemque facit auctor Catalogi Lovaniensis: contra PP. Dositheus et Gregorius eidem cœnobio S. Ludovicum patronum asserunt, alteri vero B. V. Mariam. Equidem haud dubito quin hac in re potior sit P. Ludovici auctoritas; utpote qui suos Annales edidit anno 1665, id est, decennio vel saltem quinquennio antequam alterum Burdigalense cœnobium conderetur. Dixi: vel saltem quinquennio; nam Catalogus Lovaniensis ad annum 1671 refert posterioris hujus cœnobii primordia.

MONASTERIA VIRGINUM.

Extra jurisdictionem Ordinis:

- B**
- | | | |
|----|---|------|
| 1 | Turonense, Matris Dei. | 1607 |
| 2 | Burdigalense, S. Josephi. | 1610 |
| 3 | Tolosanum, Matris Dei et S. Josephi. | 1616 |
| 4 | Bituricense, Matris Dei et S. Josephi. | 1617 |
| 5 | Santonense, Matris Dei et S. Josephi. | 1617 |
| 6 | Ricomagense, Matris Dei. | 1618 |
| 7 | Burdigalense, Assumptionis B. V. M. | 1618 |
| 8 | Lemovicense, Matris Dei et S. Josephi. | 1618 |
| 9 | Narbonense, Matris Dei et S. Teresie. | 1620 |
| 10 | Lectoracense, Matris Dei et S. Josephi. | 1624 |
| 11 | Andegavense, Incarnationis. | 1626 |
| 12 | Ageunense, SS. Trinitatis et S. Teresie. | 1628 |
| 13 | Ausciense, SS. Trinitatis et B. V. M. de Victoria. | 1630 |
| 14 | Pictaviense, Incarnationis. | 1630 |
| 15 | Montalbanense, Pueri Jesu et S. Teresie. | 1634 |
| 16 | Apamiense, SS. Salvatoris et S. Josephi. | 1648 |
| 17 | Niortense, Passionis Domini. | 1648 |
| 18 | Engolismense, SS. Trinitatis, Jesu, Mariæ et Josephi. | 1654 |

Turone, Burdigale, Tolosæ, Bituricis, Ricomagi, Lemovici, Lectoraci, Agenni, Auscis, Pictavii, Montis Albani et Apamiæ hoc tempore iterum degunt moniales Teresianæ. Annotanda hic insuper sunt recentiora monasteria Albiense, Aquisbigeronense (Bagnères), Bayonense, Cadurcense, Carcassonense, Eigeacense, Floropolitanum, Liburniense, Moissacense, Oleronense, Ruthenense et Tutelense.

XII. PROVINCIA PEDEMONTANA SEU

S. MAURITII. (Erecta anno 1653.)

MONASTERIA VIRORUM.

- | | | |
|---|---------------------------------|------|
| 1 | Montevicense, S. Teresie. | 1618 |
| 2 | Taurinense, S. Teresie. | 1623 |
| 3 | Caballarii Majoris, S. Teresie. | 1644 |
| 4 | Astense, S. Josephi. | 1647 |
| 5 | Alexandrinum, S. Annæ. | 1666 |
| 6 | Niciense, B. V. M. de Laghetto. | 1674 |
| 7 | Eporediense, S. Josephi. | 1694 |

De his monasteriis, quibus addendum est Montis Calerii hospitium, anno 1704 inchoatum, a cæteris quibus utor auctoribus maxime dissentit P. Dositheus: nempe Montevicensi adscribit annum 1621, Taurinensi 1622, Caballariensi 1636, Astensi 1646, Eporediensi vel, ut ipse vocat, Albaniensi 1685. Alexandrinum monasterium, quod antiquiores in provincia Longobardia collocant, a P. Gregorio

Pedemontanæ attribuitur; ad quam, credo, translatum fuerit postquam Leopoldus imperator, ex inito die viii Novembris 1703 adversus Gallie regem pacto, Alexandriam ditionem Victori Amadeo II, Sabaudie duci, transcripserat. Denique notari velim cœnobium quod Niciense nuncupavi, non intra urbem Niciam, sed in ejus territorio situm esse. Fratres suos eo induxit et ecclesia B. V. M. de Laghetto donavit Henricus de Procana, anno 1672 ex Ordine Carm. Exc. ad Nicienses insulas evectus; uti videre est in Gallia Christiana (tom. III, col. 1294).

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- | | | |
|---|--|------|
| 1 | Taurinense, SS. Christinæ et Josephi. | 1638 |
| 2 | Alexandrinum, SS. Josephi et Teresie. | 1696 |
| 3 | Montecalariense, Matris Dei et S. Josephi. | 1703 |

P. Dositheus asserit primum horum monasteriorum anno 1635 erectum fuisse.

XIII. PROVINCIA BURGUNDIÆ SEU

S. CLAUDII. (Erecta anno 1653.)

MONASTERIA VIRORUM.

- | | | |
|---|---|------|
| 1 | Dolense, SS. Josephi et Teresie. | 1623 |
| 2 | Salinense, SS. Josephi et Teresie. | 1627 |
| 3 | Vesuntinum, SS. Michaelis et Josephi. | 1645 |
| 4 | Graiense, S. Josephi. | 1646 |
| 5 | Sanctaudiense, SS. Josephi et Joachimi. | 1647 |
| 6 | Bletteranense, Conceptionis B. V. M. | 1666 |
| 7 | Marnacense, SS. Josephi et Teresie. | 1673 |

Aliam rursus chronologiam sequitur P. Dositheus, adscribens annum 1626 Salinensi cœnobio, 1646 Vesuntino, 1654 Sanctaudiensi, 1667 Bletteranensi.

MONASTERIA VIRGINUM.

Extra jurisdictionem Ordinis:

- | | | |
|---|---|------|
| 1 | Dolense, S. Mariæ Magdalene. | 1614 |
| 2 | Vesuntinum, Conceptionis B. V. M. et S. Josephi. | 1616 |
| 3 | Salinense, Matris Dei et S. Teresie. | 1627 |
| 4 | Graiense, SS. Trinitatis et S. Josephi. | 1644 |
| 5 | Arborosinum, B. V. M. de bono Consilio et S. Josephi. | 1647 |

Nuper Vesuntione iterum habitare cœperunt virgines Carmelitanæ Excalceatæ.

XIV. PROVINCIA GALLO-BELGICA SEU SS.

MARIE ET JOSEPHI. (Erecta anno 1665.) **F**

MONASTERIA VIRORUM.

- | | | |
|---|--|------|
| 1 | Duacense, SS. Josephi et Teresie. | 1615 |
| 2 | Insulense, S. Josephi. | 1616 |
| 3 | Marlaniense desertum, S. Josephi. | 1619 |
| 4 | Namurcense, S. Josephi. | 1622 |
| 5 | Tornacense, S. Teresie. | 1624 |
| 6 | Audomarense, Annuntiationis B. V. M. | 1626 |
| 7 | Montense, SS. Josephi et Teresie. | 1647 |
| 8 | Cameracense, SS. Josephi et Leopoldi. | 1652 |
| 9 | Valencenense, Conceptionis B. V. M. et S. Joannis a Cruce. | 1673 |

Duacensi monasterio S. Josephum patronum assignant PP. Ludovicus et Dositheus, SS. Mariam et Josephum auctor Catalogi Lovaniensis. Hic Marlaniense desertum prope Namurcum anno 1620 incolæ captum esse dicit; qua in re non solum a PP. Ludovico, Dositheo et Gregorio dissentit, sed etiam ab Hispanico sui Ordinis Chronico (lib. xvii, cap. xlii, num. 5). Ex ejusdem ego Chronici fide (ibid. num. 6) annum 1622 fundationi Namurcensi assignavi, quam alii ad annum proxime sequentem referunt. Valencenensi in Lovaniensi Catalogo et P. Dositheo elencho apponitur annus 1680.

MONASTERIA

A

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Montense, SS. Josephi et Teresie. 1608
- 2 Tornacense, S. Josephi. 1614
- 3 Valencenense, Conc. B. V. M. et S. Josephi. 1618
- 4 Duacense, SS. Mariæ et Josephi. 1625
- 5 Insulense, SS. Josephi et Teresie. 1626
- 6 Namurcense, Jesu, Mariæ et Josephi. . . 1673

Hodie Duaci in archidiocesi Cameracensi, sub Ordinarii jurisdictione, existit monasterium Teresianum. Ante annum 1834 etiam Insulis et in Roubaix degerunt Carmelitanæ virgines; sed eo anno, post varias cum episcopo Cameracensi contentiones, in Belgium abierunt. In Belgica provincia illius parte hodie existunt virginum Teresianarum monasteria Montibus, Tornaci et Namurci.

XV. PROVINCIA VENETA SEU S. JOANNIS A CRUCE. (Erecta anno 1677.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Venetum, B. V. M. de Nazareth. 1647
- 2 Brixienne, S. Petri de Oliveto. 1650
- 3 Veronense, Annuntiationis, B. V. M. . . 1664
- 4 Vicentinum, S. Hieronymi. 1669
- B 5 Patavinum, SS. Hieronymi et Teresie. . 1670
- 6 Tarvisinum, S. Hieronymi. 1681
- 7 Naupliense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1686
- 8 Patrense, S. Teresie. 1687
- 9 Cremense, B. V. M. de Cruce. 1687
- 10 Venetum in Alga, SS. Georgii et Laurentii Justiniani. 1699

Anno 1633, quem annum Catalogus Lovaniensis Veneto monasterio assignat, hospitio uti Venetiis ceperunt Carmelitæ. Excalceati, monasterio vero proprie dicto non ante annum 1647; prout exponit Flaminius Cornelius in Ecclesiæ Venetæ antiquis monumentis (tom. VI, pag. 410 et seqq.). Ex eodem Corneli operi patet monasterium S. Georgii in Alga non anno 1660, ut cum Lovaniensis Catalogi auctore scripsit P. Gregorius, sed anno 1699, ut notavit P. Dositheus, factum fuisse Carmelitanum. De titulis monasteriorum Tarvisini et Cremensis, quos inverso ordine ponit P. Gregorius, consonant inter se Catalogus Lovaniensis et P. Dositheus elenchus; quare his adhaerendum mihi putavi. P. Dositheus priori Veneto adscripsit annum 1650; Brixienti, cujus SS. Petrum et Teresiam patronos facit, annum 1663. Auctor Catalogi Lovaniensis Veneto posteriori titulum S. Teresie, Naupliensi S. Marci titulum attribuit; annos vero 1665 Veronensi, 1694 Cremensi, 1696 Patrensi. De Naupliensi et Patrensi cœnobiis referre hoc loco juvat P. Gregorii annotationem: Conventus, inquit, Neapoli de Romania erectus antiquam ecclesiam a Græcis fundatam et S. Nicolao de Portu sacram habebat. Sedes erat missionariorum, qui inde per totam regionem excurrerant, Catholicis Græci ritus annuntiantes verbum Dei et Sacramenta administrantes. Capta urbe a Turcis anno 1715, florens hæc missio tam Mahumetanorum crudelitate quam Græcorum schismaticorum odio destructa est. Patris Achaia, quæ illustris est urbs S. Andreae Apostoli Martyrio, fundatus est secundus missionis conventus; cujus ecclesia, prius moschæa imperialis Mahumetanis abominationibus devota, dedicata fuit S. Andreae Apostolo. Summam Catholicis et hæc missionis sedes utilitatem afferebat. Ast anno 1716, capta urbe et subjecta a Turcis Achaia, omnia destructa sunt, religiosi quibusdam trucidatis, cæterisque in diram servitutem conjectis. Hæc P. Gregorius; qui suo etiam catalogo adjicit hospitium Conelianense.

C posteriori titulum S. Teresie, Naupliensi S. Marci titulum attribuit; annos vero 1665 Veronensi, 1694 Cremensi, 1696 Patrensi. De Naupliensi et Patrensi cœnobiis referre hoc loco juvat P. Gregorii annotationem: Conventus, inquit, Neapoli de Romania erectus antiquam ecclesiam a Græcis fundatam et S. Nicolao de Portu sacram habebat. Sedes erat missionariorum, qui inde per totam regionem excurrerant, Catholicis Græci ritus annuntiantes verbum Dei et Sacramenta administrantes. Capta urbe a Turcis anno 1715, florens hæc missio tam Mahumetanorum crudelitate quam Græcorum schismaticorum odio destructa est. Patris Achaia, quæ illustris est urbs S. Andreae Apostoli Martyrio, fundatus est secundus missionis conventus; cujus ecclesia, prius moschæa imperialis Mahumetanis abominationibus devota, dedicata fuit S. Andreae Apostolo. Summam Catholicis et hæc missionis sedes utilitatem afferebat. Ast anno 1716, capta urbe et subjecta a Turcis Achaia, omnia destructa sunt, religiosi quibusdam trucidatis, cæterisque in diram servitutem conjectis. Hæc P. Gregorius; qui suo etiam catalogo adjicit hospitium Conelianense.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Conelianense, S. Teresie. 1682
- 2 Muranense, S. Josephi.

XVI. PROVINCIA WALLO-BELGICA SEU S. CAROLI. (Erecta anno 1681.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Leodiense, S. Josephi. 1617
 - 2 Hoiense, S. Domitiani. 1638
 - 3 Jemeppeense, S. Joannis a Cruce. 1683
 - 4 Visetense, SS. Sacramenti. 1691
- Quamquam in Chronico (lib. XVII, cap. XLII, num. 4) fundatio Leodiensis facta dicitur anno 1618, putavi equidem recedendum mihi non esse ab aliis quæ mihi præsto sunt documentis, in quibus ea ad annum 1617 refertur. Hoiensi solus P. Ludovicus adscribit annum 1641.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Leodiense, B. V. M. de Monte Carmelo et S. Eliæ. 1627
- 2 Hoiense, S. Josephi. 1651

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 3 Cinacense, S. Josephi. 1629
- Refloruit Leodii virginum Teresianarum monasterium.

XVII. PROVINCIA NORMANDIÆ SEU SS. TRINITATIS. (Erecta anno 1686.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Rothomagensis, SS. Josephi et Teresie. 1624
 - 2 Venetiense, S. Vincentii Ferrerii. 1627
 - 3 Abbatisvillanum, Jesu, Mariæ et Josephi. 1640
 - 4 Atrebatense, S. Josephi. 1642
 - 5 S. Salvatoris apud Caretum, S. Josephi. 1644
- cui successisse videtur Rhedonense, S. Josephi. 1687
- 6 Ambianense, S. Josephi. 1648
 - 7 Depense, S. Eliæ. 1651
 - 8 Brivatense, S. Ivonis. 1652
 - 9 Lupariense desertum, B. V. M. de Successu. 1660
 - 10 Caretense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1688
- Cum P. Ludovicus in suis Annalibus (lib. II, cap. LI) ad annum 1644 enarret foundationem S. Salvatoris apud Caretum, quin Rhedonensis usquam meminerit, P. Dositheus vero, Gallus et ipse, Rhedonensis cœnobi initia ad hunc eundem referat annum, quæ tamen ab auctore Catalogi Lovaniensis et a P. Gregorio ad annum 1687, imò ab Expillio in Dictionario Geographico Galliarum (art. Rennes) ad annum 1690 referuntur, cumque a tabula hujus provincie topographica cœnobi S. Salvatoris absit, et Rhedonense contra eundem inscribatur, hinc non improbabili conjectura me usum arbitror, dum dixi alterum ex his cœnobiis alteri fortasse successisse. Caretense autem P. Dositheus anno 1686, auctor Lovaniensis Catalogi anno 1687 ortum fuisse crediderunt.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Morlaense. 1620
- Extra jurisdictionem Ordinis :
- 2 Pontisarense, S. Josephi. 1605
 - 3 Ambianense, S. Spiritus et B. V. M. de Monte Carmelo. 1606
 - 4 Rothomagensis, Assumptionis B. V. M. . 1609
 - 5 Depense, Matris Dei. 1615
 - 6 Cadomense, Incarnationis. 1616
 - 7 Nannetense.

EX VARIIS
D

E

F

- EX VARIIS. 7 Nannetense, SS. Salvatoris. 1618
 A 8 Morlaense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1624
 9 Guincampense, S. Teresiae. 1628
 10 Gisorienne, Conceptionis B. V. M. 1631
 11 Abbatisvillanum, Jesu, Mariae et Josephi. 1636
 12 Pontaudomareuse, Nativitatis Domini. . 1641

E Belgio Morlaeum advenire anno 1619 moniales Carmelitanae tres, canobium sub Ordinis jurisdictione fundatura in ea civitatis parte quae ad Treccoriensem pertinebat diocesim. Sed, cum Guidonis Champion, episcopi Treccoriensis, consensum frustra petissent, inde se receperunt in alteram partem civitatis, Renato de Ricux, episcopo Leonensi, subjectam; ibique monasterium inchoarunt. Post haec, inde aufugere coactae, primum in ipso S. Pauli Leonensis palatio episcopali, deinde in arce Brivatensi aliquamdiu commoratae sunt; usquedum tandem anno 1625 cum aliis quas sibi adseverant monialibus Insulas in Flandriam se receperunt. Qui haec latius enarrata videre cupierit, adeat Michaelis de Marillac commentarium de Ereptione et Institutione Ordinis monialium Teresianarum in Gallia, Parisiis editum anno 1622 (cap. VIII, et docum. B et seqq. in appendice), item P. Ludovici Annales jam saepe allegatos (lib. I, cap. LII et LIII) et Historiam Petri Cardinalis de Berulle, auctore Tabaraud (lib. II, cap. VI). In praesentia virgines Carm. Exc. caenobia habent Pontisarae, Ambiani, Rothomagi, Nannetibus, Morlaei, Abbatisvillae et Ponte Audomari; quibus adjungenda sunt Lexoviense et Valoniense recens fundata.

XVIII. PROVINCIA ETRURIAE SEU ANNUNTIATIONIS B. V. M. (Erecta anno 1695.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Florentinum, S. Pauli. 1619
 2 Senense, S. Michaelis, nunc S. Nicolai. 1684
 3 Aretinum, B. V. M. Gratiarum. 1695
 4 Pratense, B. V. M. de Pietate, nunc S. Francisci. 1699
 5 Pisanum, S. Euphrasiae, nunc S. Torpei. 1719

Ultimum hoc monasterium sub invocatione SS. Josephi et Teresiae anno 1718 erectum putavit auctor Locaniensis Catalogi.

MONASTERIUM VIRGINUM.

- Florentinum, S. Teresiae. 1630

XIX. PROVINCIA AUSTRIACA SEU S. LEOPOLDI. (Erecta anno 1701.)

C

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Vindobonense, B. V. M. de Monte Carmelo et S. Teresiae. 1622
 2 Pragense, B. V. M. de Victoria et S. Antonii Patavini. 1623
 3 Graeciense, S. Josephi. 1628
 4 Tridentinum, B. V. M. del Astas. 1642
 5 Goritiense, B. V. M. de Castaneo. 1649
 6 S. Annae desertum (non procul Vindobona). 1654
 7 Neostadiense, S. Teresiae. 1656
 8 Lincense, SS. Josephi et Elisabethae. . . 1674
 9 Javarinense, Conceptionis B. V. M. et S. Stephani Regis. 1697
 10 Scalitense, SS. Trinitatis et S. Leopoldi. 1699
 11 Paczoviense, S. Wenceslai. 1708
 12 Hippolytopolitanum. 1773

Annus foundationis Vindobonensis est 1623 apud P. Ludovicum, 1629 in Catalogo Lovaniensi; Pragensis 1624 et Neostadiensis 1665 in eodem Catalogo et apud P. Dositheim; denique apud hunc Goritiensis 1648. In civitate S. Hippolyti inchoarunt Carmelitae Excalceati hospitium anno 1707, idque anno 1773 in monasterium transiit; uti refert

Albertus de Maderna in Historia Canonica Sandi Hippolytanae (part. II, pag. 427 et 428). Porro, secundum elenchum die XIV Maji 1842 in ephemeride Romana, cui vulgare nomen Diario di Roma, publicatum, hodie in imperio Austriaco numerantur quinque Ord. Carm. Exc. caenobia.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Vindobonense, S. Josephi. 1629
 2 Graeciense, Annuntiationis B. V. M. . . 1643
 3 Pragense, S. Josephi. 1650
 4 Neostadiense, Desponsationis B. V. M. . 1667
 5 Hippolytopolitanum, S. Teresiae. 1707
 6 Lincense, S. Teresiae. 1710

Neostadiensi Catalogus Locaniensis adscribit annum 1665; Hippolytopolitano idem Catalogus 1701, P. Gregorius 1705, P. Dositheus 1706, Albertus de Maderna (loc. cit.) 1707; et hunc quidem potissime mihi sequendum duxi. Elenchus paulo superius allegatus numerat hoc tempore in Austriaco imperio tria monasteria virginum Carmelitarum, quin indicet Calceatone sint an Excalceatæ.

XX. PROVINCIA LITHUANA SEU S. CASIMIRI. (Erecta anno 1734.)

E

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Lublinense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1610
 2 Posnaniense, S. Josephi. 1618
 3 Vilenense, S. Teresiae. 1626
 4 Glembocense, Assumptionis B. V. M. . . 1642
 5 Grodnense, Exaltationis S. Crucis. . . . 1646
 6 Kownense, S. Josephi. 1708
 7 Antelepciense.
 8 Pinsciense.
 9 Zaviliense.
 10 Vilenense alterum.

Horum monasteriorum quarto annum 1646, quinto 1668 adscripsit P. Dositheus. Septimum et octavum annotantur in tabula topographica simul et in catalogo P. Gregorii; in solo hoc catalogo nonum; in sola tabula decimum.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis:

- 1 Lublinense, SS. Josephi et Teresiae. . . 1624
 2 Vilenense, S. Josephi. 1638
 3 Lublinense, Conceptionis B. V. M. . . . 1649
 4 Posnaniense, SS. Nominis Mariae. . . . 1656
 Annus Posnaniensis foundationis P. Dositheus

est 1665.

XXI. PROVINCIA BAVARIAE SEU S. CRUCIS. (Erecta anno 1740.)

MONASTERIA VIRORUM.

- 1 Monachiense, B. V. M. de Monte Carmelo et S. Nicolai. 1629
 2 Augustanum, SS. Sacramenti. 1632
 3 Ratisbonense, S. Josephi. 1635
 4 Schongaviense, S. Annae. 1720
 5 Urfarniense desertum, SS. Teresiae et Joannis a Cruce. 1732

Augustani caenobii primordia ad annum 1631 refert P. Ludovicus, ad annum 1628 Joannes Leon. Mayr in Moderna Ecclesia Augustensi anno 1762 edita (part. IV, sect. III, § III, num. 1), ceteri ad 1632. Ratisbonensi P. Ludovicus adscribit annum 1639; Schongaviensi solus Catalogus Lovaniensis annum 1719, alii rectius 1720; nemp anno quidem 1719 consensum suum foundationi praeiit Alexander Sigismundus, episcopus Augustanus; sed sequenti tantum anno, teste eodem Mayr (ibid. num. 2), caenobii facta est erectio.

MONASTERIUM

A

MONASTERIUM VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

Monachiense, SS. Trinitatis. 1711

XXII. PROVINCIA LOTHARINGIÆ SEU
S. NICOLAI. (Erecta anno 1740.)

MONASTERIA VIROBUM.

- 1 Nanceiense, B. V. M. Lauretane et S. Jo-
sephi. 1611
- 2 Mussipontanum, Annuntiationis B. V. M. 1623
- 3 Gerbevillense, B. V. M. de Monte Car-
melo et S. Joannis Baptiste. 1624
- 4 Baroducense, SS. Josephi et Teresie. 1631
- 5 Sanmichaelense, S. Josephi. 1645
- 6 Lunevillense, S. Leopoldi. 1708

Sanmichaelensi canobio P. Ludovicus S. Tere-
siam, Catalogus Lovaniensis Deiparam in templo
presentatam et S. Teresiam patronas attribuunt.
De canobio Nanceiensi consuli meretur Historia
civitatis Nanceiensi, auctore J. J. Lionnois pre-
sbytero (tom. II, pag. 380 et seqq.). Annectendum
sex monasteriis hujus provincie hospitium Novica-
strense.

MONASTERIA VIRGINUM.

B

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Nanceiense, B. V. M. ad Nives. 1618
- 2 Mussipontanum, SS. Trinitatis et S. Te-
resie. 1627
- 3 Baroducense, S. Ludovici. 1627
- cui successit Lunevillense. 1629
- dein Nanceiense, SS. Josephi et Teresie. 1635
- 4 Sanmichaelense, S. Teresie. 1628
- 5 Novicastroense, S. Josephi. 1649

De omnibus hisce monasteriis agit in suis Anna-
libus P. Ludovicus : de utroque autem Nanceiensi
magis particularia videre est apud Lionnois (tom. II,
pag. 273 et seqq., et tom. III, pag. 74 et seqq.).
Hodie nullum amplius intra provincie hujus Lo-
tharingicæ fines existit monialium Teresianarum
canobium.

XXIII. PROVINCIA FLANDRICA SEU
S. JOSEPHI ET REGINÆ PACIS.

(Erecta anno 1761.)

MONASTERIA VIROBUM.

- 1 Brugense, S. Josephi. 1631
- 2 Gandavense, SS. Josephi et Leopoldi. 1649
- 3 Ipreense, SS. Josephi et Teresie. 1650
- 4 Dunkerkanum, S. Josephi. 1654
- 5 Teneramundanum, S. Josephi. 1662

Hisce canobiis adde Cortracenum hospitium et
sex cellulas deserti Nethensis in Brabantia, quæ
post annum 1761, quo hæc provincia erecta fuit,
Patribus Flandris reservatæ sunt. Hodie rursus
degunt Carmelitæ Excalceati Brugis, Gandavi, Ipris
et Cortraci.

MONASTERIA VIRGINUM.

Sub jurisdictione Ordinis :

- 1 Gandavense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1622
- 2 Ipreense, SS. Josephi et Teresie. 1623
- 3 Brugense, B. V. M. de Monte Carmelo. 1626
- 4 Cortracenum, SS. Josephi et Teresie. 1649
- 5 Teneramundanum, SS. Josephi et Teresie. 1652

Extra jurisdictionem Ordinis :

- 6 Alostanium, SS. Josephi, Annæ et Teresie. 1632
- De ultimi hujus monasterii origine, quod in
Buscoducensis locum successisse dici potest, mentio-
nem feci in annotatis ad provinciam Brabantinam.
Etiam hodie Gandavi, Ipris, Brugis, Cortraci, Te-
neramundæ et Alosti canobia habent moniales Tere-
sianæ.

PROVINCIA HIBERNICA SEU S. PATRITII. EX VARIIS.
(Erecta anno 1638.) D

MONASTERIA VIROBUM.

- 1 Dublinense, erectum anno 1625. — 2 Kilkenn-
niense. — 3 Limericense. — 4 Kinsaliense. — 5 Lo-
chriense. — 6 Galviense. — 7 Atboyense. — 8 Arda-
cense. — 9 Droghedense.

MONASTERIA VIRGINUM.

- 1 Corcagiense. — 2 Limericense.

Hodierno tempore existunt duo virorum mona-
steria Dublini et Lochriæ; monialium novem, quo-
rum tria sub Ordinis, sex sub Ordinariorum juris-
dictione.

MISSIONES EUROPÆÆ.

IN HOLLANDIA.

RESIDENTIÆ.

- | | |
|----------------------------|------|
| Amstelodami. | 1622 |
| Hagæ Comitum. | 1647 |
| Lugduni Batavorum. | 1648 |
| Lugduni Batavorum. | 1653 |

IN ANGLIA ET SCOTIA. E

Londini residentia, unde ad stationes suas diversa
in loca mittebantur missionarii. Hæc missio, quæ
erat sub speciali protectione legati regis Hispaniæ,
inchoata fuit anno 1614.

MISSIONES ASIATICÆ.

VICARIATUS MISSIONUM PERSICARUM.

RESIDENTIÆ ET HOSPITIA.

In regno Persico :

- | | |
|---|------|
| Ispahami, Jesu, Mariæ et Josephi. | 1609 |
| Ormuziæ, Jesu et Mariæ, erecta anno. | 1611 |
| destruxa ab Anglis et Persis anno. | 1622 |
| restituta ope regis Persarum anno. | 1632 |
| Schirazii, SS. Simonis et Judæ. | 1623 |
| Benderabassii. | 1670 |
| Hamadani, B. V. Mariæ, sedes episcopalis subjecta
S. Congregationi de propaganda Fide. | |
| Bendercongi. | 1670 |
| Julfæ, S. Eliæ. | 1679 |

In imperio Turcico :

- | | |
|---------------------------------------|--------|
| Bassoræ, B. V. M. de Remedio. | 1623 F |
| Bagdadi, S. Thomæ. | 1721 |

VICARIATUS MISSIONUM SYRIACARUM.

MONASTERIA ET RESIDENTIÆ.

- | | |
|--|------|
| Aleppi, B. V. M. de Monte Carmelo. | 1627 |
| In Monte Carmelo, S. Eliæ. | 1631 |
| In Monte Libano, S. Elisæi. | 1643 |
| Tripoli, Jesu, Mariæ et Josephi. | 1643 |
| Ptolemaide, Jesu, Mariæ et Josephi. | |
| Caifæ seu Porphyriæ. | 1629 |

VICARIATUS MISSIONUM MALABARICARUM.

MONASTERIA ET RESIDENTIÆ.

- | | |
|--|------|
| Goæ, B. V. M. de Monte Carmelo. | 1620 |
| Goæ, S. Teresie. | 1630 |
| Vizaporæ. | 1635 |
| Verapoli, SS. Josephi et Teresie. | |
| Mahæ. — Setalli. — Mettangeri. — Cocini. | |

De vicariatu apostolico terre Malabarum, quem
Alexander PP. VII anno 1659 commisit R. P. Jose-
pho a S. Maria Carm. Exc., ad dignitatem episco-
palem erecto, et qui deinde ab anno 1700 ad præ-

EX VARIIS. *sens usque tempus, ex decreto Innocentii PP. XII, demandari consuevit episcopis ex Ordine Carm. Exc. assumptis, consule Lugdunenses Annales Propagationis Fidei ad mensem Novembrem anni 1839, ubi reperire est momentosum de Malabaricis missionibus Commentarium, initio ejusdem anni conscriptum ab hodierno vicario apostolico, Ill. D. Fr. Francisco Xaverio a S. Anna, tunc episcopo Amatensi, hodie vero archiepiscopo Sardonio. Vide et alias ejusdem præsulis litteras in prædictis Annalibus ad mensem Septembrem anni 1840. Primaria hujus vicariatus sedes est Verapoli.*

VICARIATUS MISSIONUM MOGOLICARUM.

MONASTERIA ET RESIDENTIAE.

Tattæ, Matris Dei.	1605
Divii, S. Josephi.	1630
Suratæ.	1634
Caroarii, S. Teresiæ.	1705
Sunkeri.	1709
Bombaini, B. V. M. Spei.	1717
Bombaini, B. V. M. de Monte Carmelo.	1720
Mahimi, S. Michaelis.	1723
B Salvatione apud Mahimum, B. V. M. de Sa- lute.	1724
Marsegoni, B. V. M. de Gloria.	1730
Damani.	

Pro his quoque missionibus erectus fuit anno 1669

a Clemente PP. IX vicariatus apostolicus, ad quem ex Ordine Carm. Exc. deputari solet episcopus, qui Bombaini passim residet. De hodierno vicariatus hujus statu vide loca jam citata Annalium Propagationis Fidei.

IN IMPERIO SINENSI.

Pekinensis residentia missionariorum. . . . 1706

MISSIO AFRICANA.

In Mosambico residentia missionariorum. . . 1643

MISSIO AMERICANA.

In Louisiana. 1720

Hodie vero in archidiocesi Baltimoreensi existit monasterium virginum Teresianarum jurisdictioni Ordinarii subjectarum.

Ergo non ita pridem ea erat fecunda parentis Teresiæ numerosa religiosa proles, quam cheu dira ab impiis hominibus suscitata procella magnam partem dissipaverunt. Attamen si avulsi rami, perstat truncus vigetque radix, e qua novos feliciter surculos quotannis exerescere cernimus, quos Ordinis moderatores excolunt, sartæ tectæ disciplinæ servandæ solliciti, spiritusque Teresiani tenaces. Faxit Deus ut ad Dei Ecclesiæque honorem et ad animarum bonum sancta prosperet Familia, in eaque posthuma S. Matris gloria in dies augeatur!

Metam tandem Vitæ Teresianæ attigimus. Hæc si cui productior videatur, consideret velim varias ejus partes quæ ex Antecessorum lege et exemplo prætermitti a me minime poterant; atque inveniet tam copiosam in pangenda commentandaque Sanctæ hujus Vitæ concurrere materiam, quantam, si ejus partes conjunctim sumantur, vix aut ne vix quidem ullius Sancti Vita subministrat. Enimvero Riberiana Teresiæ biographia, ut præstantissima ita et longissima, deligenda et exhibenda fuit e judicio etiam Antecessoris mei Buei (vid. num. 2-7). Pari ratione Acta Canonizationis S. Teresiæ et amplitudine et excellentia eminent inter cætera Sanctorum Acta (vid. num. 1077 et 1078). Dein ipsa Sancta multa,

suo exarata stylo, præbet priorum annorum suorum documenta in libro Vitæ suæ, multa posteriorum in libro Foundationum; quæ utraque exhiberi a me fas fuit, secuto exemplum Majorum in Vita S. Augustini, etc. (vid. num. 13). Adhæc Reformatrix fuit religiosæ utriusque sexus Familiæ de Ecclesia Dei benemerentissima et numerosissima, et insuper ipsa adeo valuit calamo ut vix ullius omnî ævo scriptoris opera toties recusa et in omnes prope Europæ linguas versa tanto cum animarum fructu fuerint lectitata. Ex quo evidens fit quantam Vita quam finio, præbuerit mihi rerum tractandarum silvam.

INDEX HISTORICUS.

A

- A**balos (*Alphonsus de*) *visitator archiepiscopatus Valentini* 241 a
- Acosta (*Didacus de*) *S. J. S. Teresiae laudator* 626 d e
- Acuña (*Brianda de*) *Carm. Exc. nobili genere orta* 662 f
- Aguila (*Joannes del*) *S. J. confessarius S. Teresiae* 250 b, 373 e f
- Aguila (*Maria del*) *S. Teresiae in baptismo susceptrix* 15 c
- Aguilar (*Bartholomaeus de*) *Ord. Præd. a S. Teresiae laudatus* 631 d
- Ahumada (*Antonius de*) *S. Teresiae frater, religiosum Ordinem ingressus* 13 d e, 21 e, 452 a b
- Ahumada (*Augustinus de*) *S. Teresiae frater* 13 f, 14 a b
- Ahumada (*Beatrix Davila y*) *mater S. Teresiae* 6 b c, 9 e, 16 e f, 17 e e, 449 d e
- Ahumada (*Beatrix de*) *S. Teresiae proavia materna* 6 c
- Ahumada (*Ferdinandus de*) *primus hujus agnominis* 9 c
- Ahumada (*Ferdinandus de*) *S. Teresiae frater* 10 b
- Ahumada (*Joanna de*) *S. Teresiae soror* 14 b c d, 80 f, 320 f, 462 d e, 468 d e, 470 a b c d, 471 f
- Ahumada (*Petrus de*) *S. Teresiae frater* 13 e f
- Ahumada (*Vincentius de*) *presbyter S. Teresiae cognatus* 7 a 488 f
- Aitzema (*Leo van*) *scriptor Batavus citatus* 646 e
- Alagon (*Aloisia de*) *ope S. Teresiae sanata* 641 b
- Albergati (*Antonius*) *episcopus Vigiliarum* 305 c
- † Albertus *patriarchæ Jerosolymitanus regulam Carmelitæ dedit* 94 d, 477a
- † Albertus *Carmelita S. Teresiae apparet* 144 c, 574 f
- Albertus *archidux Austriae, Belgii princeps, beatificationem S. Teresiae expetit a Paulo V* 243 c, *digitum Sanctæ accipit* 327 b-f, *laudatur* 612 a b
- Alcocer (*Alphonsus de*) *doctor* 241 a
- Alcocer (*Joannes Baptista de*) *medicus, testis in causa beatificationis S. Teresiae* 264 b c
- Alderete (*Joseph*) *canonicus Cordubensis* 241 f
- Aldobrandini (*Hippolytus*) *S. R. E. Cardinalis* 302 f
- Alemanius (*Lucas*) *episcopus Volaterranus* 304 d
- Alencaster (*Joannes de*) *dux de Abrantes, Conchenensis episcopus* 363 a
- Alerius (*Joannes*) *Ordinis Carmeli Generalis* 99 d
- Alexander VII *Papa crexit vicariatum apostolicum terræ Malabarum* 681 f
- Almanza (*Joannes de*) *presbyter, testis in informationibus de S. Teresia* 258 f
- Almaraz (*Joannes de*) *archidiaconus de Villaviciosa* 269 a
- Almonacid (*Hieronymus de*) *Ord. Præd.* 210 d
- † Alphonsus *Maria de Liguori S. Teresiae cultor* 656 d
- Alva (*Augustinus Josephus de*) *ope S. Teresiae a morte suscitatus* 648 a b c
- Alvarez (*Balthasar*) *S. J. confessarius S. Teresiae* 50 d e f, 51, 203 d e, 383 e, 461 e f, 468 a b c d, 557 e, 626 b
- Alvarez (*Didacus*) *Ord. Præd. archiep. Transensis, testis in informationibus de S. Teresia* 243 c
- Alvarez (*Garcias*) *presbyter Hispalensis, S. Teresiae fautor* 164 c d e, 165 a b, 191 a b, 520 b
- Alvarez (*Rodericus*) *S. J. confessarius S. Teresiae* 163 d, 557 e, 626 b c d
- Alvarez Cimbron (*Petrus*) *forsan cognatus S. Teresiae* 6 f, 15 a, 553 c
- Alvarez Davila (*Alphonsus*) *S. Teresiae cognatus, cognomento Sanctus* 483 e
- Alvarez de Cepeda. *Vide Cepeda.*
- Alvarez de la Campa (*Gregoria*) *ope S. Teresiae sanata* 650 b c d
- Alvarez del Aguila (*Ferdinandus*) *S. J. confessarius S. Teresiae* 44 f, 47 a
- Alvarez de Luna (*Maria*) *testis in informationibus de S. Teresia* 262 d e f
- Alvarez de Toledo (*Ferdinandus*) *dux Albanus, S. Teresiae fautor* 202 a, 341 f, 569 d
- Alvarez de Toledo (*Ferdinandus de Silca*) *dux Albanus, S. Teresiae cultor* 316 b, 317 b, 318 f
- Alvarez de Toledo (*Fredericus*) *dux Albanus* 208 a, 228 d, 606 b
- Alvarez de Toledo (*Maria Teresia*) *ducissa Albana* 315 f
- Alvarez de Toledo y Beaumont (*Antonius*) *dux Albanus, testis in informationibus de S. Teresia* 248 e, *sollicitus est de corpore S. Teresiae Albæ servando* 605 b d f, 606 b c
- Alvarez Ramirez (*Alphonsus*) *S. Teresiae fautor* 112, 113 e-f, 115 a b d e, 116, 496 b c d, 499 a b c
- Alvornoz (*Ægidius*) *S. R. E. Cardinalis* 653 f
- Amator (*Ludovicus*) *medicus, testis in informationibus de S. Teresia* 266 c
- Ambrosius a S. Benedicto. *Vide Marianus (Ambrosius).*
- Andrada (*Alphonsus*) *S. J. commentatus est S. Teresiae Monita* 633 d e
- Andrada *S. Teresiae in fundatione Toletana adiutor* 114 a b c d, 497 b-f, 498 a
- † Andreas *Apostolus, steriles uteros fecundare eruditus* 127 d e, 504 e
- Angela Josephæ a S. Teresia *Carm. Exc. descripsit nupera quædam S. Teresiae prodigia* 650 b c d, 651 f, 652 a b
- Anna a Jesu *Carm. Exc. de Reformatione Teresiana præclare merita* 192 a, 210 f, 238 d e f, 239 a, 384 e f, *de S. Teresiae libris edendis sollicita* 336 b c. *Causa beatificationis ejus introducta* 664 c
- Anna a S. Augustino *Carm. Exc.* 194 e, *testis in informationibus de S. Teresia* 252 c, *apparitionibus S. Teresiae insignita* 57 e, 384 a b, 394 a b, *videt columbam circum caput ejus volantem* 197a, *videt Christum ei loquentem* 526 c, *virtutibus heroicis claruisse a S. Sede declaratur* 664 c
- Anna a S. Bartholomæo *Carm. Exc. socia S. Teresiae* 166 d, *ab ea sanatur* 196 b c, 590 e f, *miraculose scribit ex obedientia* 196 c d e, *narrat plura de S. Teresia* 228 d e f, 229 a b d e f, 230, *testis est in informationibus de S. Teresia* 249 e, *precibus suis urbem arcemque Antverpiensem ab hostibus seruat* 643 b-f, 644 et seqq. *Virtutes ejus heroicæ fuisse a S. Sede declaratur* 664 c
- Antolinez (*Augustinus*) *Ord. S. Aug. testis in informationibus de S. Teresia* 248 a, 294 c

INDEX HISTORICUS.

- Antonius a Jesu sive de Heredia *Carm. Exc.* 105
a b, 109 a d e, 110, 111 a b c d, 492 b c, 515 e f
- Antonius a S. Joachim *Carm. Exc. scriptor Anni Teresiani* 4 e
- Antonius a S. Josepho *Carm. Exc. commentator Epistolarum S. Teresiae* 4 e, 152 a b
- Aranda (Gonzalvus de) *presbyter Abulensis, S. Teresiae adjutor* 91 e d, 482 d
- Araoz (Antonius) *S. J. spiritum S. Teresiae approbat* 47 a b, 557 e, 623 d
- Arias (Martinus) *medicus, testis in informationibus de S. Teresia* 258 a b
- Armunia *doctor, regius Toleti capellanus* 240 f
- Arnauld d'Andilly (Robertus) *gallice vertit scripta S. Teresiae, sed truncatis quibusdam locis* 338 a b c d, 364 f, 365 a
- Artiaga (Maria de) a S. Teresia sanata 128 f
- Aspi Sierra (Martinus de) *episcopus Palentinus, S. Teresiae confessarius* 627 e, 631 e
- Astorga y Cespedes (Didacus de) *archiepiscopus Toletanus* 363 a
- Astudillo (Franciscus de) *Ord. Carth. testis in informationibus de S. Teresia* 249 b
- Atalaya (Joannes) *pictor, ope S. Teresiae sanatus* 641 e
- Avila (Alphonsus de) *S. Teresiae fautor* 113 f, 114 b, 497 b
- Avila (Gonzalvus de) *S. J. confessarius S. Teresiae* 185 a, 660 e
- Avila (Joannes de) *Andalusiae Apostolus cognominatus, spiritum S. Teresiae approbat* 106 d e f, 272 a b, 557 e f, 558 f, 559 a, 625 d e f, 631 f, 632 a. *Mortem ejus Sancta amare deslet* 570 a b
- Avila (Julianus de) *presbyter Abulensis, S. Teresiae confessarius et adjutor* 102 e f et passim in seqq., 484 b, *egregium de ea dat testimonium* 626 e f, 627 a b, *scripsit de ejus vita et foundationibus* 433 f, 626 e
- Avila (Maria de) *Carm. Excalc. S. Teresiae cognata* 483 e f, 484 a
- Avila Mexia (Raphael de) *cœnobii Durvelensis Ord. Carm. Exc. fundator* 106 b, 108 c, 110 a, 515 d
- Azevedo (Ferdinandus de) *archiepiscopus Burgen-sis* 648 e
- Azevedo (Hieronymus de) *comes de Monterey, S. Teresiae fautor* 127 f
- Azevedo (Ignatius de) *et socii Martyres Societatis Jesu* 121 e-f, 122
- B
- Baca de Castro (Petrus) *archiepiscopus Hispalensis* 657 d
- Baeza *religiosus Ord. Min. ope S. Teresiae sanatus* 609 f
- Baeza Polanco (Thomas de) *licentiatus, ope S. Teresiae sanatus* 641 d
- Bagliejo (Aloisius) *Ord. Præd. S. Inquisitionis Mexicanæ qualificator* 649 a
- Baillet (Adrianus) *leviter et false locutus de canonizatione S. Teresiae* 246 e d e
- Balmaseda (Alphonsus de) *episcopus Cosanus* 325 e
- Balmes (Jacobus) *presbyter pulchre scribit de visionibus S. Teresiae* 552 b c
- Balthasar a Jesu *Carm. Exc.* 120 a b, 121 a b, 135, 136 a, 139 e, 178 d, 516 d
- Bandini (Octavius) *S. R. E. Cardinalis* 300 e
- Bañez (Dominicus) *Ord. Præd. confessarius S. Teresiae* 90 f, 91 a, 272 b, 481 e f, 558 a c, 564 b, 629 e f, *testis in informationibus ad ejus beatificationem* 249 f, 620 f, 621 a b, *de vita ejus scribere illi mens fuit* 433 f, 621 b, 628 d
- Barberini (Maphæus) *S. R. E. Cardinalis, postea Urbanus PP. VIII* 301 a
- Barca (Catharina de) *Carm. Exc.* 563 e
- Bardus (Cosmus) *episcopus Carpentoractensis* 304 b
- Baronius (Casar) *Cardinalis approbat Vitam S. Teresiae a Ribera conscriptam* 2 f
- Barrio (Franciscus del) *Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia* 248 e
- Bartoli (Daniel) *S. J. queritur de truncata a Kerbekio Vita S. Teresiae* 366 a
- Baume (Ludovica de la) *domina de la Vallière, Ordinem Carm. Exc. ingressa* 663 d
- Beatrix ab Incarnatione prima inter moniales Teresianas defuncta 143 e
- Beatrix a Jesu *Carm. Exc. S. Teresiae cognata* 15 b, 131 b c, 201 b c
- Beatrix a Jesu *Carm. Exc. S. Teresiae e sorore neptis* 14 e f, 15 a b, 116 e, 238 b, 554 d, 608 a b c
- Beaumont (Beatrix de) e regia Navarrensi stirpe, *monasterii virginum Teresianarum Soriensis fundatrix* 211 e, 244 e, 528 a c d, 529 c d e
- Beaumont (Brianda de) *comitissa de Lerin* 605 d, 606 b
- Beaumont (Christophorus de) *archiepiscopus Parisiensis* 330 c
- Beaumont (Franciscus de) *ductor prætoriarum cohortis Caroli V imperatoris* 529 e
- Beaumont (Franciscus Carolus de) *S. Teresiae primum infensus, sed postea devotus* 214 b c
- Belluga (Ludovicus) *Cardinalis, episcopus Carthagenensis* 363 a
- Belver (Isabella de) *ope S. Teresiae a morte suscitata* 648 d e
- Benayente (Gonzalez de) *testis in informationibus de S. Teresia* 258 f
- Benavides Bacan (Isabella) *testis in informationibus de S. Teresia* 248 d
- Benedictus XIII *Papa Officium transverberationis Cordis S. Teresiae Carmelitis concedit* 321 f, 322 a. *Vide Ursinus (Vinc. Maria).*
- Benedictus XIV *Papa indulgentias concedit festo transverberationis Cordis S. Teresiae lucrandas* 325 d, *epistolam S. Teresiae Vallisoletto ad se missam Carmelitissis Bononiensibus donat* 350 e
- Bentivoglio (Guido) *S. R. E. Cardinalis* 302 a, 327 e-f
- Bermudez de Castro (Beatrix) *Reliquiis S. Teresiae juvat mulierem exanimi foetu gravidam* 614 f
- Bernaldo (Ludovicus) *abbas Generalis Ord. Cist. in Hispania* 294 e
- Bernardus Fuxiensis *primus comes de Medina Celi* 474 b
- Bérulle (Petrus de) *Cardinalis, institutor Oratorii Gallici* 660 f, 661 a
- Blanca S. Ludovici regis filia 474 a
- Blancas (Christophorus) *cantor ecclesiae Caesar-Augustanæ* 269 e
- Blasius (Camillus) *advocatus Romanus, causæ Palaforianæ patronus* 373 e
- Blasquez (Franciscus), *cujus uxor sanatur ope S. Teresiae* 614 e
- Blasquez Davila (Joannes) *S. Teresiae proavus maternus* 6 e, 8 d, 9 a
- Blasquez de Ahumada (Matthæus) *S. Teresiae avus maternus* 6 e
- Blasquez Nuñez (Ferdinandus) *S. Teresiae abavus maternus* 6 e
- Bona (Joannes) *Cardinalis pulchre de visionibus S. Teresiae disserit* 403 d e f
- Boncompagnus (Franciscus) *S. R. E. Cardinalis* 313 e
- Boncompagnus

INDEX HISTORICUS.

- Boncompagnus (Philippus) Cardinalis, protector
Ordinis Carmelitani 177 b
- Bordini (Joannes Franciscus) e Congr. Orat. Rom.
episcopus Cabellionensis, dein archiepiscopus
Avenionensis, Vitam Sanctæ italicè vertit 338 e f
- Borgia (Franc. de) S. Teresiæ prodest 45 b
- Borgia (Carolus de) S. R. E. Cardinalis, patriarcha
Indiarum 363 a
- Borgia (Gaspar de) S. R. E. Cardinalis 302 a
- Borgia (Innicus de) arcis Antverpiensis gubernator
645 c
- Bosius (Thomas) S. Teresiam laudat 629 c d
- Bossuet (Jacobus Benignus) episcopus Meldensis
egregie S. Teresiæ laudes prosecutus est 231 e,
auctoritatem ejus mutuatur adversus pseudomysti-
cos 559 d, 564 c, eam vindicat a Molinosii erro-
ribus 602 c
- Boucher (Joannes Baptista) presbyter Vitam S. Te-
resiæ gallice scripsit 4 e, corrigitur 155, 201
c d, 212 d e
- Bovius (Carolus) episcopus Balneoregiensis 305 c
- Boxados y Rocaberti (Catharina) Carm. Exc. e co-
mitibus de Saballa 663 a
- Bracamonte (Alphonsus) dynastæ de Peñaranda 612 f
- Bracamonte (Franciscus) civis Abulensis 194 a b
- Bracamonte y Avila (Didacus de) canonicus Abu-
lensis, testis in informationibus de S. Teresia 247 e
- Braganza (Theotonius de) archiepiscopus Ebo-
rensis, S. Teresiæ amicus 145 a e, 182 b, 195 e, librum
ejus de Via perfectionis Eboræ excudendum curat
336 a, 627 b, 631 b
- Bravo (Antonius) presbyter, testis in informati-
onibus de S. Teresia 258 f
- Breligny (Joannes de Quintanadueñas de) presbyter
660 f, 661 a
- Briceno vice oratoris Hispani in Romana curia fun-
gens 202 e, 203 a
- Briceno (Maria) monialis Augustiniana S. Tere-
siam in virtutis semita promovet 20 e f
- Brizuela (Inacus de) Ord. Præd. confessarius Al-
berti principis Belii 327 e
- Brochero (Joanna) purgatorio egredi visa S. Tere-
siæ 553 c
- Brochero de Texeda (Joannes) testis in informati-
onibus de S. Teresia 258 f
- Buisseret (Franciscus) episcopus Namurcensis 245 b
- Buonmattei (Benedictus) scripsit partem Vitæ S. Te-
resiæ 433 f
- Burghesius (Scipio) S. R. E. Cardinalis 301 a
- Bustamante (Bartholomæus) S. J. laudat S. Tere-
siam et operam confert ad ejus foundationem Ve-
sensem 381 f, 514 d e
- Bustamante (Isidorus Joseph) Vallisoletanus episco-
pus 12 c
- Buthillerius (Sebastianus) episcopus Adurensis 304 b
- Cabeza de Villegas (Ludovicus) canonicus Seg-
oviensis 241 a, 269 c
- Cabria (Alphonsus de) S. Teresiæ adjutor 106 b
- Cabria (Antonius de) S. Teresiæ adjutor 106 b
- Caccia (Alexander) episcopus Pistoriensis 304 a
- Caillardus (Joannes Baptista) Generalis Carmelita-
rum 193 c d, 202 e
- Cajetanus (Camillus) Nuntius apostolicus in Hispa-
nia 240 f, 268 d
- Calahorra (Antonius de) Ord. Hieron. testis in infor-
mationibus de S. Teresia 258 f
- Camargo (Joannes) episcopus Pampalonensis, inqui-
sitor generalis 363 a
- Cano (Alphonsus) celeber in Hispania pictor 64 e d
- Capece (Carolus Sigismundus) italicè vertit postero-
rem Epistolarum Teresianarum partem 339 b
- Capellen (Alexander van der) scriptor Batavus cita-
tus 646 f, 647 a
- Cardenas (Franciscus) ope S. Teresiæ sanatus 611 f,
612 a
- Carderera (Valentinus) academicus Hispanus 22 f,
23 a
- Cardona (Catharina de) virgo vitæ sanctitate cele-
bris 142 f, 585 e f, monasterium Carmelitæ Excale.
fundat 199 a b, 525 d, S. Teresiæ apparet 199 d,
525 e
- Cardova (Joannes Alphonsus de) abbas de Alabanza
241 f
- Carillo (Joannes) thesaurarius ecclesiæ Abulensis,
dein canonicus Toletanus 236 e, 237 a, 495 a,
604 f
- Carillo de Alderete (Martinus) archiepiscopus Gra-
natensis 329 e
- Carleval confessarius monialium Teresianarum Ma-
lagone 106 b c d
- Carleval S. Teresiæ adjutor 106 b
- † Carolus Borromæus Ordinis Carmelitani prote-
ctor 154 b
- Carolus V imperator 46 d
- Carolus II Hispaniæ rex S. Teresiæ cultor 655 e f,
658 f
- Carolus III Hispaniæ rex S. Teresiæ cultor 318 f,
320 d
- Carrera (Franciscus de la) S. J. 528 d
- Casquer (Joannes) testis in informationibus de S. Te-
resiæ 258 b
- Castagna (Aurelius) Cler. Reg. S. Pauli, peniten-
tarius Bononiensis 649 b
- Castello (Magdalena del) testis in causa beatificatio-
nis S. Teresiæ 263 e
- Castillo doctor et canonicus Palentinus 240 f
- Castillo (Didacus del) clericus Huertensis 134 e
- Castillo (Ferdinandus del) Ord. Præd. confessarius
S. Teresiæ et Ordinis sui historiographus 142 f,
143 a, 174 c, 441, a, 621 d
- Castillo y Arcas (Rodericus de) vicarius archi-
presbyteratus Huertensis 241 a
- Castro (Didacus de) clericus, testis in informati-
onibus de S. Teresia 248 f
- Castro (Petrus de) episcopus Segoviensis, S. Teresiæ
confessarius 204 f, 627 e, testis in informationibus
ad ejus beatificationem 249 b, 293 d, 294 b, 632 a
- † Catharina Senensis S. Teresiæ apparet 129 a,
regulam pro veris visionibus discernendis a Deo
accipit 403 c d
- Catharina Sigismundi II Poloniæ regis uxor 118 b
- Catharina principissa Lusitaniæ, Joannis ducis
Bragantini uxor 195 e
- Catharina a Jesu Carm. Exc. virtutibus insignis
513 b-f, 514, 515 a b, visione nescit S. Teresiæ
mortem 607 e f
- Cavalli (Seraphinus) Magister Generalis Ord. Præd.
181 e f
- Ceccarini (Angelus) medicus Liburnensis 649 d
- Centuriona (Maria Victoria a S. Teresia) Carm.
Exc. ope S. Teresiæ sanata 651 a b c d
- Cepeda (Agnes de) S. Teresiæ avia paterna 6 a b, 7 f
- Cepeda (Alphonsus Sanchez de) pater S. Teresiæ
6 b, 16 e f, 32 b-f, 33 a b c, 449 d e f
- Cepeda (Didacus de) S. Teresiæ patruelis 15 b
- Cepeda (Eleonora de) Carm. Calc. S. Teresiæ consan-
guinea 15 b, 553 b c
- Cepeda (Franciscus Alvarez de) S. Teresiæ pa-
truus 6 b
- Cepeda (Franciscus de) S. Teresiæ patruelis 15 b
- Cepeda

INDEX HISTORICUS.

- Cepeda (Franciscus de) S. Teresie ex fratre nepos 12 e f, 13 a
 Cepeda (Hieronymus de) S. Teresie frater 13 f
 Cepeda (Joannes Vasquez de) S. Teresie frater consanguineus 8 a, 9 d e
 Cepeda (Laurentius de) S. Teresie frater 10 c-f, 11, 12 a b c d, 453 e, pecuniam ex Peruvia Sanctae sorori submittit 80 f, eam juvat in fundatione monasterii Hispalensis 163 f, 164 a, 519 f, 520 a b f
 Cepeda (Laurentius de) S. Teresie ex fratre nepos 13 a b
 Cepeda (Ludovicus de) S. Teresie proavus paternus 6 b
 Cepeda (Maria de) S. Teresie soror consanguinea 9 e f, 84 b c, 453 e, 553 d e
 Cepeda (Petrus Sanchez de) S. Teresie patruus 6 b, 21 b c, 451 e
 Cepeda (Rodericus de) S. Teresie frater 10 c, 17 a b, 19 d, 449 f, 450 a b c f
 Cepeda (Rodericus Sanchez de) S. Teresie patruus 6 b
 Cepeda (Vascus Vasquez de) inter majores S. Teresie numeratus 7 e f
 Cerda (Aloysia de la) S. Teresie amica et faultrix 81 b d e f, 105 e f, 472 a, 474 a b
 Cerda (Ferdinandus de la) primus hujus agnominis, nepos S. Ferdinandi et gener S. Ludovici 474 a
 Cerda (Ferdinandus de la) filius Joannis secundi ducis de Medina Celi 116 e
 Cerda (Joannes de la) dux de Medina Celi 474 b
 Cerda (Mencia de la) marchionissa del Valle, testis in informationibus de S. Teresia 248 f
 Cerezo Pardo (Petrus) vir pie munificus 335 e d, 520 d e f
 Cespedes (Balthasar de) testis in informationibus de S. Teresia 248 b
 Champion (Guido) episcopus Trecoriensis 680 a
 Chappe de Ligny gallice vertit partem Epistolarum S. Teresie 217 c, 350 d
 Chaves (Didacus de) Ord. Præd. confessarius S. Teresie et Philippi II Hispanie regis 558 a, 621 d, 630 a b
 Ciampoli (Joannes) domesticus Gregorii PP. XV secretarius 298
 Cienfuegos y Jovellanos (Franciscus Xaverius de) episcopus Gaditanus, dein archiepiscopus Hispalensis et S. R. E. Cardinalis 195 e
 Cingari (Joannes Baptista) medicus Bononiensis 649 d
 † Clara Virgo S. Teresie apparet 79 f, 80 a, 469 e d
 Clemens VIII Papa ordinavit Cardinalium titulos et diaconias 87 f
 Clemens IX Papa erexit vicariatum apostolicum missionum Mogolicarum 682 b
 Cobos (Didacus de los) marchio de Camarasa 495 f
 Cobos (Franciscus de los) commendator major Legionensis 495 f
 Coccinus (Joannes Baptista) S. Rotæ auditor 244 b, 247 b, 267 d, 207 f
 Coligni (Gaspar de) rebellium in Gallia Calvinistarum coryphæus 121 d
 Coloma (Alphonsus) episcopus Carthagenensis 640 e
 Colon (Christophorus) Valentini in Hispania archiepiscopatus visitator et S. Teresie confessarius 625 a b
 Colonna (Maria et Victoria) Carm. Exc. nobili genere nata 663 b
 Colonna Barberini (Anna) S. Teresie cultrix 326 d
 Conflans (Magdalena de) Carm. Exc. nobili genere nata 663 e
 Contreras (Franciscus de) auditor consilii regii Hispanie inquit corpus S. Teresie et testis est in causa beatificationis ejus 257 e, 604 f, 606 b
 Contreras Ribadeneira (Alphonsus de) presbyter, testis in informationibus de S. Teresia 248 b
 Cordova (Catharina de) Carm. Exc. e marchionibus de Priego 663 b
 Cordova (Ludovicus de) episcopus Salmanticensis causæ beatificationis S. Teresie operam dat 243 a b, 268 e f, 270 a b
 Corella y Mendoza (Maria de) comitissa de la Puebla, testis in informationibus de S. Teresia 248 f
 Cornejo (Petrus de) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia 248 d
 Coronel (Francisco) Ord. S. Clare, testis in informationibus de S. Teresia 247 f
 Coronel (Maria) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia 247 f
 Cortes (Gaspar) filius marchionis del Valle, ope S. Teresie sanatus 641 b
 Cotogni (Franciscus) vicarius generalis Bononiensis 649 b
 Covarruvias (Didacus de) episcopus Segoviensis 140 f, 147 b, 511 b, 627 d
 Cremona (Desiderius de) S. R. E. Cardinalis 313 d
 Cribellus (Alexander) S. R. E. Cardinalis 509 d
 Cuadra (Joannes de la) Carmelita 99 d
 Cueva (Antonius de la) ope S. Teresie sanatus 642 a
 Cuevas (Franciscus de) S. Teresie benefactor 224 a b
 Cuevas (Joannes de las) Ord. Præd. episcopus Abulensis, S. Teresie confessarius 203 e, 209 e d, 210 e d e, 293 d, 523 f, 610 f, 612 b, 621 d
 Cuevas (Teresia de las) S. Teresie avia materna a quibusdam habetur 6 e d e
 Curiel (Joannes Alphonsus de) cathedralicus Salmanticensis 240 f, 294 e

D

- Daviau (Carolus Franciscus) archiepiscopus Burdigalensis 8 b
 Davila (Gomezius) marchio de Velada, S. Teresie cognatus 8 e f
 Davila (Quiteria) Carm. Calc. socia S. Teresie et testis in causa beatificationis ejus 141 b e, 149 f, 554 f
 Davila (Sancius) episcopus Carthagenensis, Gienensis, Seguntinus ac demum Placentinus, S. Teresie cognatus et confessarius 8 d e f, 203 f, 631 e
 Davila Maldonado (Martinus) vir illustris 503 b
 Davila y Ahumada. Vide Ahumada.
 Daza (Gaspar) presbyter Abulensis, S. Teresie adjutor 42 a c d, 458 a-d, 631 e
 Daza (Petrus) prætor civitatis Granatensis 135 b
 Delgado (Franciscus) episcopus Gienensis 135 d, 136 a
 Detus (Joannes Baptista) S. R. E. Cardinalis 313 e
 Deza (Franciscus) vir nobilis filium suum ope S. Teresie sanari videt 641 e
 Diaz (Antonius) episcopus Casertanus 305 a
 Diaz (Maria) virgo Abulensis sanctitate clara 43 a, 460 e
 Diepenbeke (Godefridus) archipresbyter Antverpiensis 645 d
 Diotallevius (Hector) episcopus S. Agathe 305 b
 Dominguez (Julianus) canonicus Salmanticensis 320 b
 † Dominicus Ord. Præd. Institutor apparet S. Teresie 129 a, 574 f, 575 a
 Dominicus a Jesu Maria Carm. Exc. testis in informationibus

INDEX HISTORICUS.

mationibus de S. Teresia 243 d. De ea in Beatorum
numerum referendo agitur 664 a c
Doria (Joannetius) dux de Tursis, S. Teresiae cultor
325 f
Doria (Nicolaus) Carm. Exc. 176 c, et pluries in
seqq., 212 a b, 236 d, 384 e f, 386 c d, 524 a,
605 c
Duena (Rodericus) vir pie munificus 102 d
Duval (Andreas) doctor Sorbonicus 660 f

E

Eleonora imperatrix, Ferdinandi II uxor 663 c
Elisabeth Francica, regina Hispaniae 326 e
† Elisaeus Propheta colitur die XIV Junii 212 f,
213 a,
Emery (Jacobus Andreas) Congregationis S. Sulpitii
praepositus scripsit opusculum de S. Teresia 4
b e
Emmanuel a S. Rosario Carm. Exc. nobis descripsit
catalogum domorum Congregationis Hispaniae sui
Ordinis 669 d
Emmanuel a S. Thoma Aquinate sive de Tragga
Carm. Exc. scripsit de S. Teresia 4 b, in ejus-
dem genealogiam inquisivit 5 d e
Eraso (Joannes) S. J. operam confert ad fundatio-
nem Veasensem S. Teresiae 381 f
Ervias (Augustinus) presbyter, S. Teresiae fautor
197 d
Ervias (Joanna de) opem S. Teresiae in partu experta
642 a
Escobar (Marina de) virgo Vallisoletana sanctitate
clara 465 a
Espinosa (Franciscus Antonius) vicarius generalis
Salmanticensis cor S. Teresiae juridice visitat
322 a
Este (Alexander de) S. R. E. Cardinalis 313 e
Esteban Domingo (Sancius) inter majores S. Teresiae
numeratus 6 c
Estella (Didacus) Ord. Min. 136 c
Estrix (Gaspar) canonicus Antverpiensis 645 d e

F

Farnesius (Deiphobus) patriarcha Hierosolymita-
nus 302 f
Farnesius (Ranutius) Cardinalis, Pœnitentiarius
Major 87 d f, 479 e
Ferdinandus VI rex Hispaniae, S. Teresiae cultor
16 a, 18 c, 319 a, 320 e
Ferdinandus VII Hispaniae rex 657 c, 659 b
Ferdinandus Hispaniae infans, Philippi II et Annae
Austriacae filius 134 d
Feria (Simon de) Ord. S. Hier. testis in informatio-
nibus de S. Teresia 248 d
Fernandez Barragan (Petrus) presbyter opem
S. Teresiae in evidenti vitae discrimine expertus
642 b c
Fernandez de Temiño (Petrus) episcopus Abulensis
visitat corpus S. Teresiae 604 f, 605 a
Fernandez de Velasco (Joannes) dux de Frias, testis
in informationibus de S. Teresia 248 c, 632 a
Filipart (Joseph) pictor 320 e
Flechilla (Teresia de) Ord. Cist. testis in informa-
tionibus de S. Teresia 247 f
Fluvia (Franciscus Xaverius) S. J. biographus
S. Ignatii 369 d
Fonseca (Francisca de) Ord. S. Franc. testis in in-
formationibus de S. Teresia 250 a
Fonseca (Franciscus de) dominus de Coca et Alaejos
462 c

Fontaines-Marans (Magdalena a S. Joseph de) 661 b,
664 c
Fornari (Raphael) archiepiscopus Nicœnus, nuntius
apostolicus in Belgio, deinde in Gallia 326 b,
350 c
† Franciscus Salesius laudat doctrinam S. Teresiae
359 d e f. De accendis ex Hispania in Galliam
monialibus Teresianis sollicitus est 660 f
† Franciscus de Borgia spiritum S. Teresiae appro-
bat 46 b-f, 272 a, 459 b c, 557 b c, 626 a b
† Franciscus Xaverius solemniter canonizatus 306
et seqq.
Franciscus Xaverius a S. Anna ex Ord. Carm. Exc.
episcopus Amatensis, dein archiepiscopus Sardia-
nus 682 a
Franciscus a S. Andrea episcopus Zelensis, coadjutor
Salmantinus 318 f
Franciscus a S. Maria sive del Pulgar Carm. Exc.
historiographus sui Ordinis 4 a, corpus S. Tere-
siae anno 1604 inspicit 240 b
Franciscus a SS. Sacramento Generalis Congr. Ital.
Carm. Exc. improbat versionem Vitae S. Teresiae
factam a Kerbekio 365 f
Franckenberg (Joannes Henricus de) Cardinalis
archiepiscopus Mechliniensis 666 e
Fredericus a S. Antonio Carm. Exc. scripsit Vitam
S. Teresiae 4 b d, et Dissertationem de ejus vi-
sionibus 408 d e f, 409 et seqq.
Fresneda (Franciscus de) episcopus Conchensis 134 f
Fuentes y Guzman (Joanna de) S. Teresiae fratria
10 d

G

Gaitan (Antonius) S. Teresiae amicus et adjutor
142 a b c, et passim in seqq.
Galarraga (Maria de) marito suo sanitatem per
S. Teresiae Reliquias reddi videt 614 b c
Galarza (Simon) canobii monialium Teresianarum
Albani benefactor 320 f
Galeazzi (Dominicus Maria Gusmanus) medicus
Bononiensis 649 c d
Gallemant (Jacobus) doctor Sorbonicus 660 f
Garaña (Joannes) medicus, testis in informationibus
de S. Teresia 258
Garcia (Marcus) parens B. Joannis Baptistae Lopez
146 e
Gastiategui (Martinus) S. J. Reliquias S. Teresiae in
Cantabriam affert 614 a b c
Gasto Phœbus comes Fuxiensis 474 b
Gauthier (Renatus) advocatus Parisiensis 660 f,
661 a
Georgi (Marinus) episcopus Brixiensis 304 a
† Gertrudis abbatissa amore Dei potius quam morbo
obiit 231 d
Gervasius (Andreas) archiepiscopus Lancianensis
303 c
Ghini (Joanna) Carm. Exc. mater Pii PP. VII 663 d
Gil Taboada (Philippus Antonius) archiepiscopus
Hispalensis 363 b
Giron (Maria) ducissa de Frias, amica S. Teresiae
632 a
Gomez (Franciscus) ope S. Teresiae sanatus 609 f
Gomez de Sandoval (Franciscus) dux de Lerma,
testis in informationibus de S. Teresia 248 f,
633 a
Gomez de Silva (Rodericus) princeps Ebolensis
117 a d, 119 a b c d, 142 c d, 500 c d e
Gonzaga (Alphonsus de) archiepiscopus Rhodiensis
303 d
Gonzalez (Alphonsus) Carmelita 99 d, 102 b, 109 b,
110 a, 111 b c, 515 f
173. Gonzalez

INDEX HISTORICUS.

Gonzalez (Anna) per Reliquias S. Teresiæ a contractionem manus sanata 261 f, 262 a b c
 Gonzalez (Didacus) presbyter, testis in informationibus de S. Teresiæ 258 f
 Gonzalez (Ferdinandus) licentiatu Ord. S. Joannis Hierosol. 241 a
 Gonzalez (Marcus) testis in informationibus de S. Teresiæ 248 d
 Gonzalez (Maria) S. Teresiæ atavia materna 6 c
 Gonzalez (Paulus) presbyter, testis in informationibus de S. Teresiæ 259 b
 Gonzalez de Avila (Ægidius) S. J. confessarius S. Teresiæ 184 f, 185 a, 557 c, testis in informationibus ad ejus beatificationem 121 f, 122 a d, 250 b, 293 a, 623 f, 624 a
 Gonzalez de Luis (Bernardus) scriba publicus interest apertioni sepulcri S. Teresiæ 317 b
 Gonzalez de Mendoza (Petrus) episcopus Salmantinus 504 a
 Gonzalez de Villalva (Ægidius) testis in informationibus de S. Teresiæ 247 c
 Gonzalez Vaquero (Michael) presbyter, testis in informationibus de S. Teresiæ 266 f
 Goria (Jacobus) episcopus Vercellensis 304 b
 Gottor (Petrus de) canonicus et vicarius generalis Turiasonensis 269 c
 Goytia (Joannes de) ope S. Teresiæ sanatus 614 a
 Gozzadini (Marcus) S. R. E. Cardinalis 302 c
 Gracian. Vide Gratianus.
 Granada y Venegas (Ferdinandus de) cantor ecclesiæ Conchensis 269 c
 Grassa (Raymundus de) Ordinis Carmeli Generalis 99 e
 Gratianus (Antonius) Philippi II regis Hispaniæ secretarius 153 b c
 Gratianus (Hieronymus) Carm. Exc. 137 d e f, 138, 139, 140 a b c, 147, 378, 379 a b c, 516 e f, et alibi pluries.
 Gratianus Dantisco (Thomas) testis in informationibus de S. Teresiæ 248 f
 Gregorius XIII Papa 118 b, Carmelitas Excalceatos a Calceatis sejungit 202 f, 523 e f, corrigit Kalendarium 653 a
 Gregorius XV Papa B. Teresiam in Sanctorum album refert 306 et seqq.
 Gregorius XVI Papa ecclesiæ montis Carmeli titulum basilicæ minoris impertit 661 f, 662 a b
 Gregorius Maria a S. Josepho Carm. Exc. utilia nobis documenta conscripsit 661 f, 674 b c
 Gregorius Nazianzenus Carm. Exc. 516 f, 603 f, 604 a b c d
 Guadalajara (Didacus de) presbyter 526 b
 Gudiellus (Augustinus) presbyter, ope S. Teresiæ sanatus 243 c
 Guerrero (Petrus) archiepiscopus Granatensis 135 b
 Guevara (Didacus de) Ord. S. Aug. testis in informationibus de S. Teresiæ 248 a
 Guillenius licentiatu ope S. Teresiæ sanatus 614 e f
 Gutierrez (Antonius) Ord. B. V. M. de Mercede 320 c
 Gutierrez (Joannes) Ord. Præd. confessarius S. Teresiæ 621 d, 630 b
 Gutierrez (Martinus) S. J. S. Teresiæ confessarius et in fundatione Salmanticensi adjutor 123 b c, 501 a b d, 557 d, 585 f, 624 e, ejus mortem martyrio proximam Sancta ex visione noscit 133 a b c, eandem mortem plorat 570 a
 Gutierrez (Nicolaus) S. Teresiæ in fundatione Salmanticensi adjutor 124 c, 125 d, 501 c d
 Gutierrez Varona (Emmanuel Franciscus) secretarius curiæ episcopalis Salmantina 319 e, 320 a
 Guzman (Aldonza de) vidua Abulensis, faulrix S. Teresiæ 86 a, 94 f, 474 a

Guzman (Antonia de) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresiæ 247 f
 Guzman (Didacus de) S. Teresiæ e sorore nepos 10 a b
 Guzman (Franciscus de) presbyter S. Teresiæ a morte apparet 554 f
 Guzman (Gaspar de) comes de Olivares et dux de San-Lucar 16 c, 129 a, 653 f
 Guzman (Joannes de) marchio de Ardales, ope S. Teresiæ sanatus 641 f
 Guzman (Petronilla de) testis in informationibus de S. Teresiæ 247 f
 Guzman y Aragon (Anna de) ducissa de Frias, amica S. Teresiæ 632 a
 Guzman y Barrientos (Martinus de) S. Teresiæ sororius 9 f, 84 b c, 453 c
 Gymnasium (Dominicus) S. R. E. Cardinalis 300 f
 Gypsius (Berlingerus) episcopus Ariminensis 304 a

H

Hallewyn (Maria de) Carm. Exc. nobili genere nata 663 e
 Hannivel (Maria d') Carm. Exc. nobili genere nata 661 b
 Harlay de Sancy (Carolina de) marchionissa de Breauté, Ordinem Carm. Exc. ingressa 661 b
 Heemissen (David van) canonicus Antverpiensis 645 d e
 Henricus Cardinalis, rex Lusitaniæ 195 e
 Henricus II ex comite Transtamarano rex Castellæ et Legionis 6 c, 7 e, 474 b
 Henricus IV rex Castellæ et Legionis 552 e
 Henriquez (Anna) e familia marchionum de Alcañizes, S. Teresiæ amica 145 e, 207 a
 Henriquez (Henricus) S. J. confessarius S. Teresiæ et testis in informationibus ad ejus beatificationem 249 f, 293 d, 623 b-f, 630 e f
 Henriquez (Maria) ducissa Albana, S. Teresiæ faulrix et amica 127 f, 141 b c, 201 f, 202 a, 230 a, 341 f, 505 a, 533 f, 537 b, ad ornatum sepulcri ejus dona contulit 239 d
 Henriquez de Toledo (Alphonsus) episcopus Sidiens, S. Teresiæ cultor 235 a, 638 e, testis in informationibus ad ejus beatificationem 248 f
 Heredia (Antonius de). Vide Antonius a Jesu.
 Heredia (Petrus de) abbas S. Quirici Burgis, testis in informationibus de S. Teresiæ 249 b
 Hernandez (Isabella) ope S. Teresiæ sanata 611 c d
 Hernandez (Paulus) S. J. confessarius S. Teresiæ 111 e f, 112 a b d f, 187 d, 496 a b, 557 d, 624 f
 Hernandez (Petrus) Ord. Præd., visitator apostolicus Carmelitarum in Castella 120 e f, 177 e, 193 a, 508 f, S. Teresiæ confessarius 621 e
 Herrera (Joannes) S. J. testis in informationibus de S. Teresiæ 247 f
 Hieronymus a Matre Dei. Vide Gratianus (Hieronymus).
 Hieronymus a S. Josepho Carm. Exc. scripsit Historiam sui Ordinis 5 d
 Hijosa (Angelus Praxedes) Carm. Exc. 326 d
 Hinojosa (Maria de) S. Teresiæ affinis 13 a b
 Honcala (Antonius) canonicus Abulensis 553 c, 556 f
 Houtsum (Zegerus van) canonicus Antverpiensis 645 d
 Hovius (Mathias) archiepiscopus Mechliniensis 245 a b
 Hoyoman (Hyacinthus). Vide Montoya (Joachim).
 Hurtado (Joannes) canonicus Hispalensis 241 a
 Hurtado de Mendoza (Didacus) celeberrimus scriptor Hispanus, S. Teresiæ amicus 631 f
 Hurtado

INDEX HISTORICUS.

Hurtado de Mendoza (Joannes) dux del Infantado, S. Teresia cultor 235 b, testis in informationibus de S. Teresia 248 e, 632 a
Hurtado de Mendoza (Ludovicus) comes de Tendilla et marchio de Mondejar, Reformationis Teresianae fautor 135 e f, 210 d

I

Jansenius (Cornelius) episcopus Iprensis nomen olim dare voluit Societati Jesu 366 d
Ibañez (Petrus) Ord. Præd. confessarius S. Teresia 75 f, 76, 77 b c, 467 a b f, 558 a, 564 b, 622 a-e, 630 e
Idiaquez (Joannes de) miles S. Jacobi etc., testis in informationibus de S. Teresia 248 e
† Ignatius de Loyola solemniter canonizatus 306 et seqq., egregie laudatus a S. Teresia 382 d, huic Sanctæ apparuisse fertur 383 f
† Imelda Lambertina amore Dei mortua 231 e
Innocentius IV Papa regulam Carmelitanam approbavit 94 d, 477 a
Invitiatus (Raphael) episcopus Zacynthi et Cephaloniae 303 d
Joanna Ludovici X Galliae regis filia, regina Navarrae 529 c
Joanna Philippi II regis Hispaniae soror, amica S. Teresia 113 a b c, 628 c
Joanna a Cruce abbatisa Clarissarum Madritensium, soror S. Francisci de Borgia 113 b
† Joannes Ribera patriarcha Antiochenus et archiepiscopus Valentinus beatificationem S. Teresia a Clemente VIII expetit 242 d e f, 243 a, ea nondum Beatis adscripta, prospicit futuro ejus cultui 628 a
† Joannes a Cruce parens Carmelit. Excalceat. 23 a, 105 b d, 108 b c f, 109 a c d, 110, 111 a b c d, 121 a b, 131, 142 a, 158 c d, 167 f, 181 a-e, 185 e, 188 e, 189 a c, 193 e, 210 d, 216 e f, 217 a e, 218 f, 331 e f, 351 e, 363 e, 373 b c, 377 d f, 529 a, 664 b, 669 f
† Joannes Baptista Lopez seu a Conceptione Ordinis SS. Trinitatis Reformator 146 c d
Joannes dux Bragantinus 195 e
Joannes a Jesu Ord. Min. S. Teresia e sorore nepos 10 a
Joannes a Jesu seu Roca Carm. Exc. 137 e, 167 c e f, 168 a, 173 f, 186 b, 189 a, 192 c, 193 f, 202 c, 210, 516 e
Joannes a Jesu Maria Carm. Exc. S. Teresia biographus 3 c-f, beatificationi ejusdem Sanctæ obtinendæ allaborat 243 b c
Joannes a S. Hieronymo Carm. Exc. S. Teresia biographus 3 c-f
Joannes a S. Ludovico Carm. Exc. scripsit Vitam S. Teresia 4 d
Joannes de Miseria Carm. Exc. 117 f, 516 b c, effigiem S. Teresia depinxit 233 c f, 543 e
† Joseph nutritius Salvatoris cultus sui amplificationem S. Teresia debet 575 c-f, 576 a b
† Joseph Calasanctius S. Teresia cultor 656 b c
† Joseph Oriol presbyter 362 e
Joseph II imperator 665 a d
Joseph a S. Gabriele Carm. Exc. testis in informationibus de S. Teresia 243 d
Isabella a S. Paulo Carm. Exc. S. Teresia cognata 15 b, 141 e, 483 b
Isabella Clara Eugenia Belgii principissa Vitam S. Teresia Riberianam teutonice vertendam curat 2 f, pannum e Belgio mittit ornando S. Teresia sepulcro 239 d, beatificationem ejus a Paulo PP. V petit 243 e, Ordinem Carm. Exc. beneficiis

et honore afficit 245 b, 663 e, cultum S. Josephi in Belgio promovet 576 b
Isasi (Antonius) Ord. B. V. M. de Mercede 325 e
† Isidorus Agricola solemniter canonizatus 306 et seqq.
Isla (Joseph de) S. J. scripsit pro defensione sui Ordinis 380 b
Jubero (Dionysius) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia 248 a

K

Kemp (C. M. van der) Mauriti Nassoii biographus 647 a-e
Kerbekius (Antonius) fraudis in versione Vitæ S. Teresia insimulatus a P. Nicolao Lancicio 365 b-e. Versio ejus improbata a capitulo generali Carm. Exc. Congr. Ital. 365 e f, 366 a-d

L

Laguna (Paulus de) præses consilii Hispani Indiarum, postea episcopus Cordubensis, corpus S. Teresia invisit et testis est in causa beatificationis ejus 257 e, 604 f, 606 b
Laiz (Teresia) Albani monialium Teresianarum cœnobii fundatrix 126 d e f, 127, 128 a-e, 320 f, 504 c-f, 505, 607 c d
Lambruschini (Aloysius) Cardinalis episcopus Sabiniensis in S. Teresia honorem meditationes conscripsit 656 f
Lancellottus (Horatius) S. R. E. Cardinalis 244 a b c, 247 c, 267 f
Lancicius (Nicolaus) S. J. fraudem Kerbekii, Vitæ S. Teresia interpretis, denuntiat 365 b c d e
Lancisius (Joannes Maria) medicus testatur miraculum ope S. Teresia factum 325 b
Lantes (Marcellus) S. R. E. Cardinalis 301 b
Laredo (Bernardinus de) laicus Ordinis Minorum scripsit librum Ascensus in Montem 44 a b
Lataste (Ludovicus) episcopus Bethlehemensis edidit partem Epistolarum S. Teresia gallice versam 204 f, 350 e
Laurentius a Matre Dei Carm. Exc. confecit arbo-rem genealogicam S. Teresia 5 e
Ledesma (Eleonora de) virgo nobilis Ordinem Carm. Exc. ingressa 503 b c
Legionensis (Ludovicus). Vide Leon (Ludovicus de).
Leibnitz (Godefridus Gulielmus) laudat S. Teresia scripta 354 c
Leiva y Hermosilla (Joannes de) per sudarium S. Teresia sanatus 264 d e f
Lenius (Joannes Baptista) S. R. E. Cardinalis 301 c
Leo XI Papa. Vide Medicis (Alexander de).
Leon (Balthasar de) Ord. Præd. 269 d
Leon (Didacus de) Carmelita, episcopus Sodorensis 135 b, 140 b, 157 a
Leon (Didacus Antonius de) marchio de las Atalayas 5 e f
Leon (Ludovicus de) Ord. S. Augustini 3 b, S. Teresia opera edenda curavit 336 c-f, Vitam ejus scribere orsus est 433 f, 628 e f
Leonissa (Fabius de) archiepiscopus Compsanus 303 c
Lerdo (Ignatius) Societatis Jesu assistens, egregius operis nostri fautor 16 a, 650 b, 651 d e f
Lescano (Gregorius de) Ord. Cist. testis in informationibus de S. Teresia 248 b
Loaysa (Garcias de) archiepiscopus Toletanus 334 f
Lobo concionator apostolicus, ope S. Teresia sanatus 642 b
Lopez

INDEX HISTORICUS

Lopez (Antonius) frater B. Joannis Baptistæ a
Conceptione 146 c d
Lopez (Emmanuel) medicus testatur miraculum ope
S. Teresiæ factum 325 b
Lopez (Isabella) mater B. Joannis Baptistæ a
Conceptione 146 c
Lopez (Maria) ope S. Teresiæ sanata 614 d
Lopez Hurtado de Mendoza (Inicus) marchio de
Mondejar 193 a
Lorenzana (Balthasar de) testis in informationibus
de S. Teresiâ 249 d
Ludovica Francica. Vide Teresiâ a S. Augustino.
† Ludovicus IX rex Gallorum fratrem suum mar-
tyrio donatum asserit 453 a
† Ludovicus Bertrandus S. Teresiæ prosperum
Reformationis Carmelitane successum prænuntiat
75 b c d
Ludovicus XVI rex Galliarum, in profugas e Belgio
Carmelitissas Excalceatas benignus 665 c, 667 c.
Ludovicus a S. Josepho Carm. Exc. auctor, ut
creditur, Officii S. Teresiæ 39 a
Ludovicius (Ludovicus) S. R. E. Cardinalis 302 d,
306 c
Lunar præsentatus Ord. Præd. approbat spiritum
S. Teresiæ 558 c, 622 f
Lutherus (Martinus) hæresiarcha 15 c d, 449 c

M

Madrutius (Carolus) S. R. E. Cardinalis 301 a
Magdalena. Vide Maria Magdalena.
Malderus (Joannes) episcopus Antverpiensis 645 c-f
Maldonado (Alphonsus) Ord. Min. stimulos addit
zelo S. Teresiæ 99 a, 485 e
Maletti (Petrus Franciscus) episcopus Niciensis 304 c
Mancini (Octavius) episcopus Cabellionensis 304 d
Manrique (Alphonsus) archiepiscopus Burgensis,
S. Teresiæ cultor 235 a, testis in informationibus
ad ejus beatificationem 249 c, 632 f, 633 a
Manrique (Alphonsus) senator Burgensis, S. Teresiæ
fautor 220 d e
Manrique (Angelus) Ord. Cist. episcopus Pacensis,
biographus Ven. Annæ a Jesu Carm. Exc. 223 b
Manrique (Catharina) S. Teresiæ faulrix 220 d
Manrique (Hieronymus) episcopus Salmantinus 631 e
Manrique (Ludovicus) Philippo II Hispaniæ regi a
Sacris et a secretis 193 a
Manrique (Maria) S. Teresiæ faulrix 220 d, 223 b
Manrique (Petrus) e canonico Toletano religiosus
S. J. 113 d, 496 d, 631 e
Manrique del Prado (Bartholomæus) testis in infor-
mationibus de S. Teresiâ 249 e
Manso (Martinus) archidiaconus Bilbaensis 269 b
Manso (Petrus) patriarcha Indiarum, testis in in-
formationibus de S. Teresiâ 248 e
Manso de Zuniga (Petrus) ex canonico Burgensi
episcopus Calagurritanus, S. Teresiæ confessarius
et testis in causa beatificationis ejus 223 d, 227 c,
249 a, 360 c d, 531 e, 533 e, 627 e, 632 e f
Manzanedo de Quiñones (Alphonsus) S. Rotæ au-
ditor 244 b, 247 b, 267 d, 297 f
Margarita regina Hispaniæ, Philippi III conjux,
beatificationem S. Teresiæ a Paulo V expetit
243 d, 629 a
† Maria ab Incarnatione Carm. Exc. 660 f, 664 b c
Maria imperatrix, Caroli V filia 336 c d, 628 c e
Maria a Jesu Carmelitissa Complutensis 84 d e,
471 d e, 493 a
Maria a S. Josepho Carm. Exc. 171 f, 189 e f, 191
c d, 471 d, 610 a d e, testis in informationibus de
S. Teresiâ 250 b

Maria Barbara regina Hispaniæ, S. Teresiæ cultrix
316 a, 318 c, 319 a
Maria Magdalena a Cruce monialis Cordubensis
scelestissima 43 a, 119 e f, 461 a b c, 579 a
Marianus (Ambrosius) Carm. Exc. 117 e f, 118,
119 a f, 120 a b, et passim in seqq., 516 b c d e
Marinis (Dominicus de) archiepiscopus Genuensis
303 a
Marillac (Michael de) regiæ signaturæ in Gallia præ-
fectus 660 f, 661 a
Marquet (Jacobus) architectus Caroli III regis Hi-
spaniæ 319 c
Marquez Gazeta (Franciscus) episcopus Abulensis
16 c
Martelus (Joannes Baptista) notarius Sacræ Rotæ
269 f
Martialis a S. Joanne Baptista Carm. Exc. scriptor
Bibliothecæ sui Ordinis 4 f
Martinez (Isabella filia Bartholomæi) ope S. Teresiæ
sanata 615 a
Martinez (Mathias) latine vertit Vitam S. Teresiæ
a Ribera conscriptam 1 e, item S. Teresiæ scripta
337 c, et prologum Yepesii in Sanctæ Vitæ 617 f
Martinus a Cruce Ord. Min. fautor S. Teresiæ 113 f,
114 a, 497 b c
†† Martyres decies mille S. Teresiæ morienti ap-
parent 536 b c d, 574 f
Mascareñas (Eleonora de) S. Teresiæ Madriti hospita
113 a, 117 e, 516 b
Mata (Ferdinandus de) ecclesiæ Hispalensis concio-
nator 643 b, testis in informationibus de S. Tere-
sia 626 c d
Matanza (Anna de) ope S. Teresiæ sanata 614 c
Matanza (Ferdinandus de) S. Teresiæ benefactor
224 a
Maupeou (Anna a S. Josepho) Carm. Exc. gallice
vertit partem Epistolarum S. Teresiæ 204 f, 350
e f, 351 a
Mauritius Nassovius princeps Arausiæ frustra
urbem arcemque Antverpiensem invadere tentat
643 b-f, 644 et seqq.
Maury (L. F. Alfredus) male scripsit de piis medi-
ævi legendis 64 c d e
Medicis (Alexander de) Cardinalis, post Leo PP. XI,
præclare de S. Teresiâ sentit 633 a
Medicis (Carolus de) S. R. E. Cardinalis 313 c
Medicis (Maria de) regina Franciæ et Navarra
326 f
Medina (Bartholomæus de) Ord. Præd. confessarius
S. Teresiæ 141 a, 272 b c, 341 f, 558 a b, 621 c d,
630 a
Medina (Elvira de) fundatrix cænobi Incarnationis
virginum Carmelitanarum Abulæ 22 d, 23 a
Medina (Ferdinandus de) Carm. Calc. testis in in-
formationibus de S. Teresiâ 250 a
Medina (Joannes de) Ord. Præd. testis in informa-
tionibus de S. Teresiâ 249 b
Medina (Joannes de) licentiatus, testis in informa-
tionibus de S. Teresiâ 259 a, ope hujus Sanctæ
sanatus 611 b
Medina Vasco (Franciscus de) testis in informatio-
nibus de S. Teresiâ 248 d
Medrano (Christophorus de) medicus, testis in infor-
mationibus de S. Teresiâ 258 e
Melgosa (Andreas de) testis in informationibus de
S. Teresiâ 249 b
Mena (Franciscus de) presbyter, testis in informatio-
nibus de S. Teresiâ 266 f
Mendez (Joannes) archiepiscopus Granatensis 216 c,
529 c
Mendez de la Puebla (Franciscus) testis in informa-
tionibus de S. Teresiâ 249 c
Mendoza

Mendoza (Alvarus de) episcopus Abulensis, dein Palentinus, S. Teresiae fautor 179 e f, 237 d e, 495 e, 627 c d
Mendoza (Antonius de) prorex Peruvia 630 b
Mendoza (Bernardinus de) fundator monasterii S. Teresiae Vallisoletani, e purgatorio liberatus 106 f, 107 a b d, 494 e f, 495 a b c
Mendoza (Didacus de) comes de Ribadavia 495 f
Mendoza (Franciscus de) episcopus Salmanticensis 314 d
Mendoza (Henricus de) eques S. Jacobi 210 d
Mendoza (Joanna de) ducissa de Beguiar, dein Carm. Exc. 335 d
Mendoza (Maria de) comitissa de Ribadavia, S. Teresiae amica et faulrix 107 e f, 492 e f, 495 b d e f
Mendoza (Mencia de) ducissa Albana telam dat ornando S. Teresiae sepulcro 239 d, testis est in informationibus de S. Teresia 248 e
Mendoza (Orofrisia de) S. Teresiae affinis 12 b f
Mendoza (Petronilla de) comitissa de Valhermoso 5 e
Mendoza y la Cerda (Anna de) principissa Ebolensis 117 a-d, 119, 120 c d e, 142 c-f, 143 a b, 500 c-f, 504 a
Meneses (Philippus de) Ord. Præd. S. Teresiae confessorius 558 b, 622 f
Mercurianus (Everardus) Societatis Jesu Præpositus Generalis 184 f, 376 c
Mexia (Didacus de) testis in informationibus de S. Teresia 247 e
Mexia (Major) monialis ope S. Teresiae sanata 613 a
Mexia de Tovar (Alphonsus) episcopus Mondomiensis, testis in informationibus de S. Teresia 259 a
Mexia Velasquez (Raphael de). Vide Avila Mexia.
Michaela a S. Anna Carm. Exc. filia Mathiae imperatoris 662 d
Millectus (Philibertus) archiepiscopus Taurincensis 303 a
Millinus (Joannes Baptista) orationem de S. Teresiae laudibus habet in consistorio publico 298, 299
Millinus (Joannes Garcias) S. R. E. Cardinalis 301 b
Mir Tarabei Carmeli princeps cænobii struendi facultatem Carmelitis Excalceatis impertit 661 d
Miranda (Bartholomæus de) Ord. Præd. magister S. Palatii 633 b
Miranda (Joannes de) Ord. S. Aug. testis in informationibus de S. Teresia 249 b
Molina (Antonius de) Ord. Carth. testis in informationibus de S. Teresia 249 b
Molina (Petrus de) canonicus Granatensis 269 c
Moncada y Aragon (Ludovica de) comitissa de Santa Gadea, Ordinem Carm. Exc. ingressa 662 f
Monroy (Isabella de) Ord. Præd. ope S. Teresiae sanata 641 c
Montaltus (Alexander) S. R. E. Cardinalis 300 d
Montalvo (Joannes de) Ord. Præd. opem S. Teresiae in summo vitæ discrimine expertus 642 d
Monte (Franciscus Maria de) S. R. E. Cardinalis 300 c
Montemayor (Nicolaus de) S. J. inspezit S. Teresiae Castellum animæ autographum 335 d
Montius (Cæsar) Cardinalis, archiepiscopus Mediolanensis, Officium S. Teresiae Ambrosiano Breviario inseruit 654 d e
Montoya canonicus Granatensis 269 c
Montoya (Joachim) disseruit de perpetuo S. Teresiae in Societatem Jesu amore 4 f
Morales (Franciscus) ope S. Teresiae sanatus 641 d
Moscoso (Joannes Alphonsus de) episcopus Malacitanus 294 b

Moya (Christophorus Rodriguez de) accepit a S. Teresia litteras Societati Jesu perhonorificas 367 a-e
Mucantius (Joannes Paulus) secretarius S. Congregationis Rituum 298 a
Muratori (Lud. Ant.) visiones S. Teresiae imaginationi tribuens refutatur 408 d e f, 409 et seqq.
Mutinus (Franciscus) episcopus Brugatensis 304 f
Mutus (Tiberius) S. R. E. Cardinalis 247 c, 313 d

N

Navarra (Ludovicus de) comes de Beaumont-le-Roger 529 c
Navarrete y Valdivia (Maria Teresia de) marchionissa de las Atalayuelas 5 e f, 10 b
Nicolaus a Jesu Maria. Vide Doria (Nicolaus).
Niño de Guevara (Alphonsa) comitissa de Añover, Ordinem Carm. Exc. ingressa 663 b
Niño Lasso de la Vega (Rodericus) comes de Añover 245 a b, 663 b
Noyelles (Maria de) Carm. Exc. nobili genere nata 663 e
Nuñez (Velas) S. Teresiae atavus maternus 6 c
Nuñez (Velas) S. Teresiae in baptismo susceptor 15 e

O

Ocampo (Maria de) Carm. Exc. S. Teresiae consanguinea 15 b, 465 e f, 483 c
Olazabal (Joannes de) Ord. Præd. S. Teresiae cultor 649 a
Olea S. J. presbyter 167 b, 376 d
Oliva (Joannes) canonicus Burgensis, testis in informationibus de S. Teresia 249 b
Ordas (Aloysia de) ope S. Teresiae bis sanata 641 f, 642 a
Ordoñez S. J. presbyter 134 a b
Ormanetus (Nicolaus) episcopus Patavinus et apostolicus in Hispania nuntius 121 a, favet Reformationi Teresianæ 147 a b, et passim in seqq., 176 e f
Orozco de Covarruvias (Joannes) episcopus Gadiatanus 144 c d, 249 d, 513 a, scripsit de vera et falsa prophetia 444 e, 627 c
Ortiz (Didacus) S. Teresiae fautor Toleti 113 c-f, 116 a b c d
Ortiz de Salcedo (Franciscus) notarius in processu Toletano beatificationis S. Teresiae 269 a
Osuna (Franciscus de) Ord. Min. scriptor Abecedarii spiritualis 26 a b, 453 c
Oladuy y Avendaño (Laurentius) episcopus Abulensis, causæ beatificationis S. Teresiae operam dat 243 a b, 268 e f, 270 a b, testis est in eadem causa 248 a, 294 b, 633 a, plurimi S. Teresiam faciunt 628 a
Ovalle (Gonzalvus de) a S. Teresia matertera ad vitam revocatus 14 c d e, 470 a b c
Ovalle (Joannes de) S. Teresiae sororius 14 c d, 80 f, 88 c d, 320 f, 468 d e, 470 a e, 471 f, per Sanctæ Reliquias sanatus 613 b
Ovalle (Josephus de) S. Teresiae ex sorore nepos, inter Sanctæ materteræ brachia mortuus 470 c d
Oviedo sacerdos ope S. Teresiae sanatus 612 f
Oviedo (Alphonsus de) testis apertionis sepulcri S. Teresiae 316 b, 318 c
Oviedo (Antonius de) testis apertionis sepulcri S. Teresiae 317 c

P

- Pacheco** (*Joannes Fernandez*) marchio de Villena, *S. Teresiae cultor* 244 e
- Pacheco de Espinosa** (*Gabriel*) per Reliquias *S. Teresiae sanatus* 264 a b c
- Pacheco de Espinosa** (*Ludovicus*) testis in informationibus de *S. Teresia* 247 e
- Pacheco de Mendoza** (*Joanna*) domina de Peñaranda, ope *S. Teresiae sanata* 612 f
- Pacheco y Toledo** (*Joannes de*) comes de Montalcón 116 e
- Padilla** (*Casilda de*) monialis primum Carmelitana, dein Franciscana 143 d
- Padilla** (*Joannes de*) presbyter, *S. Teresiae fautor* 174 d e f
- Padilla** (*Ludovica de*) nobilis vidua, Ordinem Carm. Exc. ingressa 662 e
- Padranos** (*Joannes*) primus e Societate Jesu *S. Teresiae confessorius* 44 f, 45, 46 a b f, 458 d e f, 459 a
- Palafox** (*Joannes de*) episcopus Oxomensis annotationes adjicit ad *S. Teresiae Epistolas* 4 c, 350 c, crucem *S. Teresiae pie asservat* 329 a, plurimum laudat hanc Sanctam ejusque scripta 358 f, 259 a
- Palma** (*Didacus de San Pedro de*) duarum monialium Teresianarum parens 115 e
- Palominus** (*Antonius*) 323 e
- Pantoya** (*Gonzalvus*) prior Carthusiae Hispanensis, *S. Teresiae fautor* 164 f, 165 a b, 190 a, 520 b, 521 b
- Paredes** (*Isabella de*) testis in informationibus de *S. Teresia* 264 f
- Paulus IV Papa** festum Cathedrae Romanae *S. Petri restituit* 55 e
- Paulus V Papa** *S. Teresiam Beatis adscribit* 244 c d e, ejus Reliquias veneratur 245 f, 246 a, 328 c d
- Paz** (*Rodericus de*) testis in informationibus de *S. Teresia* 258 f
- Pazos** (*Antonius Mauritius de*) episcopus Abulensis 186 e, 191 f
- Pelaez** (*Alphonsus*) Carm. Calc. testis in informationibus de *S. Teresia* 249 a
- Pellicot** (*Franciscus*) gallico vertit partem Epistolarum *S. Teresiae* 217 b, 350 d
- Peña** (*Joannes de la*) *S. J.* duas imagines ex designatione *S. Teresiae pingit* 462 f
- Peñuela** (*Gabriel de la*) Carmelita 135 b e d e, 153 d e
- Peretti** (*Andreas*) *S. R. E. Cardinalis* 300 f
- Perez** (*Antonia*) testis in informationibus de *S. Teresia* 263 e
- Perez** (*Franciscus*) presbyter, per Reliquias *S. Teresiae sanatus* 263 a-f
- Perez de la Serna** (*Joannes*) archiepiscopus Mexicanus 245 e, 649 a b
- Perez de Nuevos** (*Bartholomaeus*) *S. J.* confessorius *S. Teresiae et testis in informationibus ad ejus beatificationem* 133 b, 243 c, 248 d, 624 a b c
- Perez Godoi** (*Franciscus*) Martyr e Societate Jesu, consanguineus *S. Teresiae* 121 e f, 122 c
- Perottus** (*Antonius*) Carmelita scripsit Vitam *S. Teresiae* 63 e
- Perrenot de Granvelle** (*Antonius*) *S. R. E. Cardinalis* 642 b
- Peso y Enao** (*Catharina del*) prior uxor patris *S. Teresiae* 6 b c
- † **Petrus de Alcantara** *S. Teresiae amicus et adiutor spiritum ejus approbat* 58 f, 59 a b, 66 b-f, 75 b, 77 a b, 85 b c, 88 b c, 91 f, 92 a, 271 f, 272 a, 344 b, 464 c d, 466 e, 472 b-f, 473 a d, 557 b d e, 559, 560 a b, 564 b c, 586 f, 602 b c, 625 f, 626 a, 631 a. Mortis ejus tempus *S. Teresia praecevit* 294 f, 295 a, 554 e. Ipse eidem Sanctae pluries a morte apparet 91 f, 92 a b, 295 a, 479 d, 587 a
- Petrus ab Angelis** Carm. Exc., dein Calc. 193 c-f
- Peuthy** (*baro de*) Carmelitissas Excalceatas Bruxellis profugas in Galliam comitatus 666 e
- Phelipeaux d'Herbault** (*Maria*) nobilis vidua, Ordinem Carm. Exc. ingressa 661 e
- † **Philippus Nerius** solemniter canonizatus 306 et seqq.
- Philippus III rex Navarrae** 529 e
- Philippus II Hispaniae rex** *S. Teresiam plurimi facit* 101 b, 113 c, 628 c, 632 f, plures ab ea litteras accipit 134 e d, 156 b c, 178 e f, 179 a b, 181 b c d, 632 b c d. Reformationi ejus favet 161 a, 177 e f, 191 e f, et pluries in seqq., 523 c d e, 632 c d, de causa beatificationis ejus sollicitus est 241 a b, 629 a, libros ejus autographos in bibliotheca Escorialensi asservari jubet 334 d e f, eandem mortuam multum veneratur 655 e
- Philippus III Hispaniae rex** beatificationem *S. Teresiae a Paulo V expetit* 243 d, 299 f, 629 a, plurimum eam veneratur 632 f, patrocinium Hispaniae eidem Sanctae asserere nititur 657 c d
- Philippus IV Hispaniae rex**, *S. Teresiae cultor* 655 e, ejusdem electionem in Hispaniae patronam promovet 657 e f
- Philonardus** (*Ennius*) *S. R. E. Cardinalis* 87 f
- Philonardus** (*Paulus Aemilius*) archiepiscopus Amalphitanus 303 b
- Philonardus** (*Philippus*) *S. R. E. Cardinalis* 301 d
- Pignatelli** (*Stephanus*) *S. R. E. Cardinalis* 302 d
- Pimentel** (*Antonius*) cantor Hispanensis 241 f
- Pimentel** (*Maria*) comitissa de Monterey, *S. Teresiae faulrix* 125 e, 503 a b
- Pimentel de Fonseca** (*Maria*) comitissa de Olivares, in puerili aetate e gravi morbo intercessione *S. Teresiae sanata* 129 a
- † **Pius V Papa** *S. Teresiae apparet* 131 d
- Pius IV Papa** approbat Reformationem *S. Teresiae* 94 f, 95, 478 e, 479 e
- Pius** (*Carolus Emmanuel*) *S. R. E. Cardinalis* 213 e
- Poblete** (*Hieronyma de*) ope *S. Teresiae sanata* 641 a
- Polanco** (*Didacus de*) medicus, testis in informationibus de *S. Teresia* 249 d
- Polo doctor medicus** universitatis Vallisoletanae, testis in informationibus de *S. Teresia* 263 d e
- Polo** (*Joannes Baptista*) testis in informationibus de *S. Teresia* 262 f
- Ponce** (*Balthasar*) Carm. Calc. ope *S. Teresiae sanatus* 641 e
- Ponce de Leon** (*Blasius*) Ord. *S. Aug.* testis in informationibus de *S. Teresia* 248 b
- Porcel** (*Joannes Ferdinandus*) testis in informationibus de *S. Teresia* 247 e
- Porras** (*Ludovica de*) ope *S. Teresiae sanata* 641 c d
- Portocarrero** (*Garcias*) vicarius generalis Burgensis 269 e
- Portocarrero** (*Ludovicus Emmanuel*) Cardinalis, archiepiscopus Toletanus 656 a
- Possevinus** (*Antonius*) *S. J.* approbat scripta *S. Teresiae* 629 d, 633 b c
- Possinus** (*Petrus*) *S. J.* scripsit de P. Ignatio de Azevedo et sociis Martyribus 121 d, 122 a-e
- Prosper a S. Spiritu** Carm. Exc. montem Carmelum adit 661 c d
- Provana** (*Henricus de*) Carm. Exc. episcopus Nicciensis 678 d
- Pulgar** (*Franciscus del*) Vide *Franciscus a S. Maria*.
- Puteo** (*Hieronymus de*) episcopus Marianensis 305 e
- Puyal** (*Marianus*) *S. J.* obsequiosus nostri operis adiutor 324 c d, inspevit MS. exemplar libri *S. Teresiae*

INDEX HISTORICUS.

Teresia de Via perfectionis, Madriti asservatum
335 d e f

Q

- Q**uadratus (Petrus) mercator in Societatem Jesu ex prädictione S. Ignatii munificus 102 d
 Quaranta (Horatius) consultor S. C. Indicis italice vertit priorem partem Epistolarum S. Teresiae 339 b
 Quesada (Agnes) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia 247 f
 Quesada (Teresia) Carm. Calc. 129 b c, 488 e, 508 e 509 a
 Quesada y Villegas (Franciscus de) scripsit pro S. Jacobi patronatu Hispano adversus patronatum S. Teresiae 657 e
 Quinet (Edgarus) malus S. Teresiae laudator 448 a-c
 Quinones (Alphonsus de) S. Teresiae humilitatem expertus 579 a
 Quinones (Antonius de) comes de Luna, testis in informationibus de S. Teresia 249 c
 Quintanaduénas. Vide Bretigny.
 Quirini (Sebastianus) archiepiscopus Naxiensis 303 d
 Quiroga (Alviatus de) canonicus Toletanus 269 b
 Quiroga (Gaspar de) archiepiscopus Toletanus et S. R. E. Cardinalis 175 e f, 179 c, 185 c d, 201 f, 213 f, 214 a, 237 e, 343 f
 Quiroga (Helena de) nobilis vidua Ordinem Carm. Exc. ingressa 104 f, 134 b, 213 f, 214 a, 491 e d

R

- R**amirez (Franciscus) medicus, testis in informationibus de S. Teresia 258 a
 Ramirez (Martinus) in S. Teresiae Reformationem munificus 111 e f, 496 a
 Ramirez de Mendoza (Beatrix) comitissa Castellana 100 b
 Raspinus (Egidius) medicus testatur miraculum ope S. Teresiae factum 325 b
 Rasura (Nunnius) Castellae iudex, e majoribus marchionum de Velada 7 c
 Ravasa (Joannes Hieronymus) interpretis apud S. R. C. 269 f
 Raynaudus (Theophilus) S. J. laudat moniales Teresianas 664 e d
 Bengifo (Petrus) archipresbyter Petrahita 241 a
 Requesens (Ludovicus de) Philippi II regis Hispaniae in curia Romana orator 202 c
 Reynoso (Hieronymus) Palentinæ ecclesiae canonicus, S. Teresiae fautor 205 e f, 375 c, 527 a b d
 Ribera (Beatrix de) Carm. Exc. fundatrix monasterii Lermensis 662 e
 Ribera (Franciscus) S. J. confessarius S. Teresiae ac primus ejus biographus 1 f, 2, 623 a b, 628 d, testis in informationibus ad ejus beatificationem 249 f, 272 c. Quare et quomodo Vitam ejus scripserit 431, 432, 433 a b c d, 447 b c d, 602 e f, 603 a b, 617 b c d. Aliquoties ex itinere eam amice visitat 522 d, 528 d e, illius exuvias visit et pie veneratur 605 c d e f, 606 c d e f, 607 a, per illius Reliquias et intercessionem plura ipse beneficia consequitur 611 e f, 615 a, 616 f
 Rioux (Renatus de) episcopus S. Pauli Leonensis 680 a
 Ripalda (Hieronymus) S. J. confessarius S. Teresiae eam ad Fundationes suas scribendas inducit 136 f, 345 e f, 555 f, 557 d, testis est in causa beatificationis ejus 293 d, 624 c d
 Rivarola (Dominicus) S. R. E. Cardinalis 301 d
 Roberto (Mencia) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia 247 f

- Roca (Joannes). Vide Joannes a Jesu.
 Rocaberti (Stephana de) Carm. Exc. ex comitibus de Peralada 663 a
 Rochefoucauld (Maria Silvia de la) comitissa de Rochechouard-Chandenier, Ordinem Carm. Exc. ingressa 661 e
 Rodriguez (Maria) testis in informationibus de S. Teresia 262 a b c
 Rodriguez (Melchior) Ord. B. V. M. de Mercede, testis in informationibus de S. Teresia 249 c
 Rodriguez de Arellanos (Joseph) archiepiscopus Burgensis, infensissimus Societatis Jesu hostis 363 e f. Refutantur ejus in hanc Societatem calumnia 380 et seqq.
 Rodriguez de Sandoval (Sancius) duarum monialium Teresianarum parens 513 c
 Rodriguez de San-Jorge (uxor Petri) opem S. Teresiae in partu experta 614 d
 Rojas y Sandoval (Bernardus de) archiepiscopus Toletanus et S. R. E. Cardinalis causae beatificationis S. Teresiae operam dat 243 b, 268 f, 269
 Rojas y Sandoval (Christophorus de) Hispalensis archiepiscopus 140 a, 149 e f, 150 a-e, 518 c-f, 627 d
 Roma (Julius) S. R. E. Cardinalis 313 d
 Romero (Antonius) Ord. S. Bened. testis in informationibus de S. Teresia 247 e
 Ronquillo (Catharina de) ope S. Teresiae sanata 641 f
 Rospigliosi (Julius) nuntius apostolicus in Hispania, dein S. R. E. Cardinalis, ac demum Clemens PP. IX 326 d
 Rossi. Vide Rubeus.
 Rubalcaba (Petrus de) praebendarius ecclesiae Salmantinae 320 c
 Rubeus (Joannes Baptista) Generalis Carmelitarum 99 et seqq., 151 et seqq., 189 b, 486
 Ruiz Caballero (Ludovicus) Carm. Calc. confessarius S. Teresiae et testis in causa beatificationis ejus 248 f, 575 f

S

- S**abaudia (Mauritius de) S. R. E. Cardinalis 313 c
 Sacchetti (Julius) nuntius apostolicus in Hispania 326 c
 Sacratius (Franciscus) archiepiscopus Damascenus 244 b, 247 b, 267 d, 297 f, S. R. E. Cardinalis 302 c
 Saez y Burnaga (Joannes) archiepiscopus Caesar-Augustanus 324 e f
 Salaya (Maria de) ope S. Teresiae sanata 614 e
 Salazar (Angelus de) Carm. Calc. confessarius S. Teresiae et testis in causa beatificationis ejus 75 d, 93 d, 99 d, 109 b, 139 c d, 159 c d, 193 a b, 194 d e f, 198 a, 249 d, 466 d, 471 a, 481 e, 515 f, 524 e f
 Salazar (Gaspar de) S. J. confessarius S. Teresiae 78 f, 79 a b c, 183 c-f, 184, 295 f, 467 f, 468 a b c, 557 d, 624 f, 630 e f
 Salazar (Petrus de) generalis Ord. B. V. M. de Mercede, dein S. R. E. Cardinalis 325 c, 656 a
 Salcedo (Franciscus de) S. Teresiae amicus 42, 458 a b c d, 631 d
 Salcedo S. J. S. Teresiae laudator 631 e
 Salinas (Joannes de) Ord. Praed. confessarius S. Teresiae 558 c, 621 f
 Salinas (Martinus de) Palentinæ ecclesiae canonicus, S. Teresiae fautor 206 c, 527 b
 Sanchez (Bartholomaeus) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia 248 b
 Sanchez (Emmanuel) chirurgus cor S. Teresiae insperxit 322 a b
 Sanchez

INDEX HISTORICUS.

- Sanchez (Teresia) *S. Teresiae proavia paterna* 6 a, 7 c
 Sanchez Cuello (Isabella et Maria) *testes in informationibus de S. Teresia* 259 b c
 Sanchez de Cepeda. *Vide Cepeda.*
 Sanchez de Toledo (Alphonsus) *S. Teresiae proavus paternus* 6 a, 7 c
 Sanchez de Toledo (Joannes) *S. Teresiae avus paternus* 6 a b, 7 f
 Sanchez Zurraquines (Petrus) *Abulensis episcopus* 7 b
 Sanchez Zurraquines (Sancius) *nobilis Cantaber* 7 b
 Sande (Joannes van den) *scriptor Batavus citatus* 646 e f
 Sansedonius (Julius) *episcopus Grossetanus* 303 f
 Santacruz (de) *doctor Vallisoletanus, testis in informationibus de S. Teresia* 263 c
 Santander (Ludovicus) *S. J. confessarius S. Teresiae* 145 a, 557 a, 624 f
 Sanvitalis (Galeatius) *archiepiscopus Barensis* 302 f
 Saregus (Ludovisius) *episcopus Adriensis* 304 f
 Saulius (Antonius) *S. R. E. Cardinalis* 313 b
 Sayes de Torres (Petrus de) *canon. reg. ope S. Teresiae sanatus* 243 c
 Scaramelli (Joannes Baptista) *S. J. auctor Directorii mystici* 58 a
 Scaron (Joannes) *cursor in processu Toletano beatificationis S. Teresiae* 269 a
 Sebastianus rex Lusitaniae *in expeditione Africana perit* 554 a b
 Seco (Michael) *Ord. B. V. M. de Mercede* 210 d
 † Secundus *Abulensium in Hispania Apostolus* 9 d
 Sega (Philippus) *episcopus Ripae Transonis, dein Placentinus et S. R. E. Cardinalis* 176 f, 177, 178 a
 Séguier (Ludovica) *Carm. Exc., mater Petri Card. de Bérulle* 661 b
 Segura (Antonius de) *Ord. Min. forsan confessarius S. Teresiae* 10 a, 631 d
 Sevin (Maria) *domina du Coudray, Ordinem Carm. Exc. ingressa* 661 b
 Sfortia (Alexander) *S. R. E. Cardinalis* 202 e
 Sfortia (Franciscus) *S. R. E. Cardinalis* 300 d
 Sigismundus rex Poloniae *beatificationem S. Teresiae a Paulo V expetit* 243 d
 Sixtus V Papa *confusionem inter cardinalitios titulos et diaconias tollit* 87 f, *decernit ut corpus S. Teresiae Albæ remaneat* 238 a, 606 a, *concedit ut Carmelita Excalceati vicarium generalem sibi eligant* 524 a, 660 d
 Sobrino (Franciscus) *canonicus Vallisoletanus, consultor Sacri Officii* 240 f, 269 c, *episcopus Vallisoletanus* 346 c
 Solis (Anna de) *virgo nobilis, Ordinem Carm. Exc. ingressa* 503 c-f
 Solis (Franciscus de) *S. R. E. Cardinalis, archiepiscopus Hispalensis* 319 d, 320 a
 Solis (Joannes de) *presbyter, testis in informationibus de S. Teresia* 258 f
 Solis (Suerus Alphonsus de) *vir nobilis* 503 c
 Solis Davila (Joannes de) *vir illustris* 503 b
 Sora (Gabriel) *canonicus Casaraugustanus, consultor Sacri Officii* 240 f
 Soria (Didacus de) *episcopus Philippinarum insularum* 629 c
 Soto (Andreas de) *Ord. Min. confessarius Isabellæ Belgii principissæ* 327 e
 Soto (Franciscus) *e Congr. Orat. Rom. aliquot S. Teresiae opera italice vertit* 338 f
 Soto y Salazar (Franciscus de) *episcopus Salmanticensis* 106 d, 564 f
 Specianus (Cæsar) *episcopus Novariensis, nuntius apostolicus in Hispania* 478 e, 605 f
 Spinola (Joannes Baptista) *archiep. Genuensis* 651 a
 Spinola (Joannes Vincentius) *episcopus Tagastensis* 305 b
 Suarez (Augustinus) *Carmelita Calceatus* 139 c, 156 d, 157 b
 Suarez (Franciscus) *S. J. S. Teresiae spiritum approbat* 294 c, 631 d
 Suarez (Joanna) *Carm. Calc. S. Teresiae amica* 452 b, 453 f, 570 e, 592 b
 Suarez (Joannes) *S. J. amicus S. Teresiae* 133 a b, 134 b, 183 c-f, 184
 Suarez de Toledo (Gabriel) *canonicus Toletanus* 241 f, 269 b
 Sublet de la Guichonnière *rationum magister in curia Parisiensi, dein Carthusianus* 660 f
- T
- Tablares (Petrus de) *archidiaconus Abulensis, testis in informationibus de S. Teresia* 240 f, 247 e
 Tamayo (Antonius de) *ope S. Teresiae sanatus* 641 b
 Tapia (Agnes de) *Carm. Exc. S. Teresiae cognata* 6 f, 487 e
 Tapia (Anna de) *Carm. Exc. S. Teresiae cognata* 6 f, 487 f
 Tapia (Barbara de) *S. Teresiae consanguinea filiam suam ope ejusdem Sanctæ sanari videt* 641 b c
 Tapia (Didacus de) *dicitur S. Teresiae per uxorem affinis* 6 d e f
 Tapia (Hieronyma de) *S. Teresiae patruelis* 7 a, 10 a
 Tapia (Joanna de) *S. Teresiae avia materna a nonnullis dicitur* 6 d e
 Tapia (Joannes de) *ope S. Teresiae sanatus* 614 f
 Tapia (Maria de) *S. Teresiae cognata* 144 c d
 Tapia Osorio (Joseph de) *penes se habuit scripta quædam S. Teresiae* 344 b, 602 b
 † Tarasia. *Vide † Teresia.*
 Tarsis (Philippus de) *Ord. Cist. abbas S. Bernardi Compluti* 269 c
 Tello Giron (Gomez) *archiepiscopus Toletani administrator* 281 f, 496 d
 † Teresia Lusitana, vulgo Sancta Regina dicta 15 f, 452 f
 † Teresia seu Tarasia Alphonsi V regis Legionensis soror 15 f, 449 a, 452 f
 Teresia a Jesu *Carm. Exc. S. Teresiae ex fratre neptis* 13 b c d, 221 d, 230 e, 248 a, 249 f, 520 f
 Teresia a S. Augustino *Carm. Exc. Ludovici XV Galliae regis filia* 328 a b, 330 a b, 663 d, 665 b c f
 Theodosius dux Bragantinus 195 c
 † Thomas a Villanova *archiepiscopus Valentinus in Hispania* 20 d
 Thomas a Jesu *Carm. Exc. sepulcrum S. Teresiae occludit* 240 b, *testis est in causa beatificationis ejus* 243 d, *plura Ordinis sui cœnobio fundat* 327 e f
 Toledo (Antonius de) *dominus de Horecayada* 314 d
 Toledo (Ferdinandus de) *prior Ord. S. Joannis Hierosol. pecuniam canonizationi S. Teresiae destinavit* 240 e, 627 f, *de ejusdem corpore Albæ servando sollicitus est* 605 b f, 606 a, *sumptus confert fundando virginum Teresianarum cœnobio* 627 f, *ope S. Teresiae liberatur a podagra* 641 f
 Toledo (Garcias de) *Ord. Præd. confessarius S. Teresiae* 65 b c d, 82 b, 555 e, 621 e, 630 b c
 Toledo (Genovefa de) *Clarissa Palentina odoriferam habet S. Teresiae epistolam* 616 a b c
 Toledo

INDEX HISTORICUS.

Toledo (*Henricus de*) frater natu major Petri primi marchionis de Mancera, Ordinem Carm. Exc. ingressus 517 b
 Toledo (*Joanna de*) marchionissa de Villena, S. Teresiae amica 106 b, 631 c
 Toledo (*Isabella de*) Carm. Exc. nobili genere nata 516 a
 Toledo (*Ludovicus de*) vir nobilis, canobii Manceranum Carm. Excalceatorum fundator 516 a, 517 a
 Toledo (*Magdalena de*) monialis, Reliquiarum S. Teresiae opem experta 462 c, 611 d
 Toledo (*Maria de*) ducissa Albana 202 a, 662 f, 569 c d, testis in informationibus de S. Teresia 249 c e
 Toledo Osorio (*Fredericus de*) marchio de Baldueza, S. Teresiae cultor 657 e
 Toledo y Henriquez (*Bernardina de*) monialis, Reliquiarum S. Teresiae opem in morbis experta 234 f, 235 a, 613 a b
 Tolosa (*Catharina de*) S. Teresiae faultrix 220 c, 374 b c, 375 b e, 530 a b
 Tordesillas (*Joannes Vasquez de Cepeda, dictus de*) episcopus Segoviensis 7 f
 Tordesillas (*Martinus Vasquez de Cepeda, dictus de*) 7 f
 Tordesillas (*Rodericus Vasquez de Cepeda, dictus de*) 7 f
 Torres (*Antonius de*) abbas ecclesiae collegiate Complutensis 210 d
 Torres (*Christophorus de*) testis in informationibus de S. Teresia 263 c d
 Torres (*Joanna de*) Ord. Cist. per Reliquias S. Teresiae sanitati restituta 265 b-f
 Tostado (*Hieronymus*) Carm. Calc. 151 d e f, 166 a f, 175 c, et pluries in seqq., 202 c
 Traggia (*Emmanuel de*). Vide Emmanuela S. Thoma Aquinate.
 Trejo (*Didacus de*) archidiaconus Malacitanus 269 c
 Trejo (*Ferdinandus de*) imagine S. Teresiae mire adjutus 615 d
 Trejo (*Gabriel de*) S. R. E. Cardinalis 301 f

V

Valderavano (*Franciscus de*) testis in informationibus de S. Teresia 247 e
 Valdes de Carriazo y Otalora (*Nicolaus*) episcopus Gaditanus 648 e
 Valdivia (*Ludovicus de*) S. J. testis in informationibus de S. Teresia 14 b, 248 f
 Valerius (*Petrus*) S. R. E. Cardinalis 302 b
 Valle (*Michael de la*) Ord. Præd. ope S. Teresiae sanatus 648 f, 649 a b
 Vallejo licentiatum filium suum ope S. Teresiae sanatum videt 611 b c
 Vallejo (*Gaspar de*) testis in informationibus de S. Teresia 249 d
 Vallette (*Ludovicus de la*) S. R. E. Cardinalis 313 c
 Vanda (*Petrus de la*) civis Salmanticensis 126 a, 136 c, 502 b
 Vargas (*Franciscus de*) Ord. Præd., visitator apostolicus Carmelitarum in Andalusia 120 e, 135 a b e, et pluries in seqq.
 Varon (*Vincentius*) Ord. Præd. confessarius S. Teresiae 34 c d e f, 82 b, 454 d e, 558 a, 622 c
 Vasquez (*Dionysius*) S. J. 80 c
 Vasquez (*Franciscus*) testis in informationibus de S. Teresia 262 b
 Vasquez (*Ludovicus*) medicus, testis in informationibus de S. Teresia 257 e f
 Vasquez de Cepeda. Vide Cepeda et Tordesillas.
 Ubaldini (*Robertus*) S. R. E. Cardinalis 301 c

Vecchio (*Joseph del*) medicus Neapolitanus 649 d
 Vega doctor medicus universitatis Vallisoletanae, testis in informationibus de S. Teresia 263 c
 Vega (*Suerus de*) S. Teresiae fautor 205 d, 206 b
 Vela (*Christophorus*) archiepiscopus Burgensis 219 c d, 529 f, 530 a, 627 d
 Velasco (*Alphonsus de*) Ord. Cist. testis in informationibus de S. Teresia 247 f
 Velasco (*Catharina de*) Carm. Calc. testis in informationibus de S. Teresia 247 f
 Velasco (*Laurentia de*) testis in informationibus de S. Teresia 247 f
 Velasco (*Maria de*) Carm. Exc. filia comitis de Moron 662 f
 Velasco y Aragon (*Maria de*) comitissa de Osorno, S. Teresiae amica 510 f
 Velasquez (*Alphonsus*) episcopus Oxomensis, dein archiepiscopus Compostellanus, S. Teresiae confessarius 171 a b c d, 211 c d, 213 c-f, 529 c, 627 c, 631 b
 Velasquez (*Franciscus*) Albanum monialium Teresianarum canobii fundator 127 a b c e, 128 a c d e, 380 f, 504 d, 505
 Velez (*Bernardus*) canonicus Methymnacampensis 241 a
 Ventimiglia (*Marianus*) Carmelita, Generalium sui Ordinis historiographus 150 f
 Verallus (*Fabrizius*) S. R. E. Cardinalis 301 c
 Vergas (*Rochus de*) archidiaconus de Monte Leon, cathedralicus Salmantinus 294 c
 Vilches (*Petrus de*) licentiatum Villanova de la Xara 241 a
 Villanueva (*Gaspar de*) confessarius S. Teresiae et testis in causa beatificationis ejus 250 b, 624 f, 265 a
 Villanueva (*Petrus de*) Ord. S. Hier. 269 b
 Villarroel (*Antonius de*) per Reliquias S. Teresiae sanatus 262 d e f
 Villarroel y Quiroga (*Hieronyma de*) Carm. Exc. nobili genere nata 134 b, 145 f, 491 d
 Villaseca (*Alphonsus de*) pictor 323 e
 Villavicencio (*Laurentius de*) Ord. August. 193 a
 Villefore (*Joseph Franciscus Bourgoïn de*) S. Teresiae biographus 4 c, carpitur 67 d e, 37 f, 38 a, 46 d
 Villegas d'Estaimbourg Carmelitissas Excalceatas Bruxellis in Galliam se recipere coactas comitatus 666 e
 Vivero (*Isabella de*) Ord. Cist. testis in informationibus de S. Teresia 247 b
 Vladislaus rex Poloniae, S. Teresiae cultor 653 f, 654 a
 Ulloa (*Guimara de*) S. Teresiae amica 469 a
 Urbanus VIII Papa diem xv Octobris S. Teresiae festum esse jubet 652 f, hymnos aliasque partes Officii S. Teresiae concinnasse fertur 653 c, electionem S. Teresiae in Castellae patronam confirmat 657 f, 658 a b c, montis Carmeli habitationem Carmelitissas Excalceatas asserit 661 d. Vide Barberini (*Maphæus*).

W

Wasteels (*Anna*) Carm. Exc. natione Flandra 197 c
 Woodhead (*Abraham*) anglice vertit opera S. Teresiae 338 c

X

Xeres (*Eleonora de*) S. Teresiae fratria 10 b
 Ximena (*Andreas de*) S. Teresiae fautor 141 f, 511 b
 175 Ximena

INDEX TOPOGRAPHICUS.

Ximena (*Anna de*) vidua, *Carmelitissa Excalceata*
141 a b, 511 c d, 512 c d
Ximena (*Isabella de*) *Carm. Exc. testis in informa-*
tionibus de S. Teresia 232 a b c
Ximenus (*Blascus*) *unus e majoribus marchionum*
de Velada 7 c

Y

Yanguas (*Didacus de*) *Ord. Præd. confessarius*
S. Teresiæ 144 e, 171 b, 558 c, 574 f, 575 a,
621 f, *sepulcrum ejus versibus exornat* 239 d e f,
testis est in causa beatificationis ejus 183 b c,
249 e, 622 a, 630 c d
Yepes (*Didacus de*) *Ord. S. Hieron. episcopus Tu-*
riasonensis, confessarius et biographus S. Teresiæ
2 f, 3 a b c, 171 a, 214 c d e, 619 e f, 627
e, 628 f, *corpus ejus visit* 237 b c d, 257 e, 604
e f, *lintea sanguine Sanctæ miraculose tincta*
regi Philippo II ostendit 239 b, 639 c, *testis est in*

causa beatificationis ejus 249 a b, *et pluries in*
seqq., colligit testimonia de S. Teresia 620 et seqq.

Z

Zambeccarius (*Nicolaus*) *aulæ consistorialis advo-*
catus 306 c
Zamora (*Antonius de*) *presbyter, testis in informa-*
tionibus de S. Teresia 250 a, 611 b d
Zamora (*Garcias de*) *S. J.* 511 f
Zanchini (*Julius*) *quædam opuscula S. Teresiæ*
italice vertit 338 f
Zayas (*Gabriel de*) *Philippi II Hispaniæ regis secre-*
tarius 147 b
Zollern (*Itelius Fredericus de*) *S. R. E. Cardinalis*
302 c
Zorrilla (*Joannes Emmanuel*) *canonicus Salmanti-*
nus 320 c
Zorrilla (*Joseph*) *episcopus Salmantinus* 318 f

INDEX

TOPOGRAPHICUS.

A

Abula Castellæ Veteris in Hispania civitas 15 c,
449 b. *Reliquiæ S. Teresiæ* 326 d e, 329 b c
Adajar flumen Hispaniæ 450 a
† Aegidii collegium S. J. Abulæ in Hispania 41 d,
459 f
† Æmiliani collegium Salmanticæ in Hispania
614 e
† Agathæ diaconia Romæ 87 f
Alhumada vicus Hispaniæ 9 c
Alba de Tormes oppidum Hispaniæ 126 d. *Corpus*
S. Teresiæ 238 et seqq., 313 f, 314 et seqq.
Alhambra arx Granatensis 135 e
Almodovar del Campo oppidum Hispaniæ 146 c f
Altomirani montes regni Murciani in Hispania 134 e
Andalusia pars Hispaniæ *alias Bætica dicta a fluvio*
Bæti 99 c
† Angeli diaconia Romæ 87 d e f
† Annæ eremus Villanovæ de la Xara in Hispania,
dein cænobium virginum Ordinis Carm. Exc.
197 d, 524 b, 526 b
Antezana in montanis Burgorum in Hispania 9 c
† Antonii suburbium Lutetiæ Parisiorum 668 a
Antverpia civitas Belgii 643 b
Aregia rupes (*vulgo Peña Damaya*) in Hispania 9 c
Arevalo Hispaniæ oppidum 488 c
Argenteus fluvius (*vulgo Rio de la Plata*) in America
meridionali 449 f, 452 f, 453 a
Arlanzon fluvius Hispaniæ 533 d
Astygi (*vulgo Ecija*) civitas Hispaniæ 157 e, 567 c

B

Bætica. *Vide Andalusia.*

Bætis (*vulgo Guadalquivir*) fluvius Hispaniæ 118 c
Baeza. *Vide Biatia.*
Balsain silva prope Segoviam in Hispania 135 c
† Bartholomæi Apostoli ecclesia Abulæ in Hispania
15 f
Becedas oppidum Hispaniæ 29 f, 453 b
Belgium 177 a. *Cultus S. Josephi* 576 b
Bezadas. *Vide Becedas.*
Biatia (*vulgo Baeza*) oppidum Hispaniæ, anno 1227
Mauris erepta 7 c
Boecillo locus Hispaniæ 642 d
Boveda locus Hispaniæ 237 f
Bruxellæ civitas Belgii 176 f. *Reliquiæ S. Teresiæ*
326 f, 327, 328 a b d e f, 329 a b. *Cultus S. Jo-*
sephi 576 b
Burgi civitas Hispaniæ 212 d, 222 a, 531 a
Burgum Oxomæ (*vulgo el Burgo de Osma*) in Hi-
spania 212 d

C

Calvariæ montis cænobium Carmelitarum Excal-
ceatorum in Hispania 168 a, 670 d
Cantabria Hispaniæ provincia 614 a
Caravaca oppidum Hispaniæ 160 c d, 521 c
Cardalliacum (*vulgo Cardaillac, dép^t Lot, arrond. de*
Figeac) oppidum Galliæ 133 a
Carmelus mons in Syria 661 a
Carmeli montis basilica 661 e f, 662 a b
Castañeda in montanis Burgorum in Hispania
7 d
Castellæ Veteris et Novæ regna in Hispania 101 a,
552 e
Castellanos de la Cañada vicus Hispaniæ 9 f,
453 c
Cayo municipium Gallaciæ in Hispania 614 f
Cepeda

INDEX TOPOGRAPHICUS.

Cepeda regni Legionensis locus in Hispania 7 c d e
† Clementis cœnobium Toleti in Hispania 583 e
Corduba civitas Hispaniæ 149 b c d
Corporis Christi monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
Cracovia in Polonia. *Reliquiæ S. Teresiæ* 330 c

D

† **D**ionysii abbatia in Gallia 661 b
Durangum Cantabriæ civitas 614 a
Durvelum viculus Hispaniæ 108 c, 515 a

E

Elepta (*vulgo Niebla*) Hispaniæ oppidum 135 a
† Eliæ monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
† Elisabethæ cœnobium virginum Salmanticæ in Hispania 124 e, 501 b e

F

Fontis Ebraldi (*vulgo Fontevraud*) abbatia in Gallia 328 a
† Francisci rivus Salmanticæ in Hispania 501 b
Fumada prope Abulam in Hispania 9 e

G

Galliæ regnum 554 a, 660 c f. *Reliquiæ S. Teresiæ* 326 e f, 330 a b c
† Genesii cœnobium Ord. Præd. Talaveræ in Hispania 523 f
Granata civitas Hispaniæ 135 f, 216 c, 529 a
† Gregorii Magni ecclesia Granatæ in Hispania 135 e
Guadalimar fluvius Hispaniæ 146 e
Guadalquivir. *Vide* Bætis.
Guelva oppidum Hispaniæ 135 a
Gulielmopolis (*vulgo Willemstad*) oppidum Hollandiæ 645 d, 647 a c

H

Hallæ Deiparæ civitas Belgii 666 e
Herrera de Rio Pisuerga prope Aguilariam in Castella Veteri 7 d
Hispalis (*vulgo Sevilla*) civitas Hispaniæ 148 b, 518 f
Hispania. *Reliquiæ S. Teresiæ* 329 b c d e. *Vide* Abula et Alba de Tormes.
Hortigosa oppidum Hispaniæ 22 a, 451 e

J

† **J**acobi ecclesia Hispanorum Romæ 308 d
† Jacobi suburbium Lutetiæ Parisiorum 661 a
Jesu ecclesia Societatis Jesu Romæ 308 d
Illicitanus portus (*vulgo Alicante*) in Hispania 194 b
Incarnationis monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
† Joannis a Portu cœnobium Carmelitarum in Andalusia 135 a, 139 d e
† Joannis ecclesia parochialis Abulæ in Hispania 15 e
† Joannis a Cruce monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
† Josephi cœnobium virginum Ord. Carm. Exc. Abulæ in Hispania 465 e-f, 466 et seqq.
† Josephi monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
† Josephi (*vulgo Martini Ramirezii*) oratorium Toleti in Hispania 116 f

† Josephi sacellum in ecclesia S. Agricola Ave-nione, *item* in S. Mariæ ad Martyres Romæ 89 a
Islebius comitatus Mansfeldici civitas 442 a
Italia 660 e. *Reliquiæ S. Teresiæ* 329 e f, 330 a
†† Justi et Pastoris ecclesia Compluti in Hispania 210 d

L

† **L**aurentii monasterium Hieronymitarum (*vulgo Escorial*) in Hispania 334 e-f
† Lazari ecclesia parochialis Palentiæ in Hispania 208 f
† Leocadiæ ecclesia parochialis Toleti 116 e
† Ludovici monasterium Clarissarum Burgis in Hispania 142 d
Lusitania Europæ regio 195 e, 554 a

M

Malagon oppidum Hispaniæ 105 b, 493 b
Manaria vicus Cantabriæ 614 a
Mancera oppidum Hispaniæ 110 c
Mancha Hispaniæ regio 525 a
Mariani montes (*vulgo Sierra Morena*) in Hispania 135 c
† Mariæ de Gratia cœnobium virginum Ord. Aug. Abulæ in Hispania 20 e d, 451 e
† Mariæ de la Sisa cœnobium Ord. Hieron. apud Toletum in Hispania 171 a
† Mariæ della Scala ecclesia Carmelitarum Excalceatorum Romæ 308 d. *Pes S. Teresiæ eo defer-tur* 314 a b, 328 b c d
† Mariæ de Monte Carmelo monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
† Mariæ de Platea ecclesia Palentiæ in Hispania 206 d, 527 b c d e, 529 b c
† Mariæ de Rosario Viridis Vallis ecclesia paro-chialis in archidiocesi Hispalensi in Hispania 642 b
† Mariæ de Subsidio cœnobium Carmelitarum Excalceatorum Altomiranum in Hispania 134 e
† Mariæ de Subsidio cœnobium Carmelitarum Excalceatorum Rodense in Hispania 197 f, 524 c, 525 d
† Mariæ in Vallicella ecclesia Romæ 308 d
† Mariæ Majoris basilica Romæ. *Reliquiæ S. Te-resiæ* 246 a
† Mariæ sine labe conceptæ monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
† Mariæ sine labe conceptæ nosocomium Burgis in Hispania 223 f, 532 a
Methymna Campestris (*vulgo Medina del Campo*) Hispaniæ oppidum 102 d, 487 a
† Michaelis de Arroyo majoratus Abulæ in Hispania 22 d
Misericordiæ nosocomium Toleti in Hispania 116 e
Mons Martyrum juxta Granatam in Hispania 135 f
Mons Martyrum (*vulgo Montmartre*) Lutetiæ Pa-risiorum 661 b

N

Naharros del Castillo Hispaniæ vicus 615 a
Navas (las) vicus Hispaniæ 614 e
Nivellæ Brabantæ oppidum 442 a

O

Oregonia vallis in Hispania 7 d
Olmedo Hispaniæ oppidum 488 f
Oropesa Castellæ Novæ in Hispania locus 630 d
Oropesa Americæ meridionalis civitas 630 d
Oxoma (*vulgo Osma*) civitas Hispaniæ 212 d
Palentia

P

- P**alentia civitas Hispaniæ 206 a b, 208 d, 526 e f
 Palma insula in Oceano Atlantico 221 d
 † Pancratii collegium Carmelitarum Excalceatorum Romæ. *Reliquiæ S. Teresiæ* 316 e
 Parisiis *Reliquiæ S. Teresiæ* 326 e f, 330 a b c
 Pastrana oppidum Hispaniæ 117 a, 500 c
 Paterna oppidum Hispaniæ 173 a b, 523 e
 † Pauli cœnobium Ordinis Prædicatorum Burgis in Hispania 533 a
 Peña Damaya. *Vide* Aregia rupes.
 Peñaranda oppidum Hispaniæ 612 f
 Petrahitia locus Hispaniæ 614 d
 † Petri basilica Vaticana 306 a, 308 e f, 309 a b
 † Petri ecclesia Turris de Lobaton in Hispania 203 a
 † Petri Martyris cœnobium Ord. Præd. Toleti in Hispania 181 e
 Philippinæ insulæ in Asia 629 c
 Pinedani montes (*vulgo* Sierra de Pineda) in Hispania 533 d
 Puebla vicus Hispaniæ 582 f
 Puebla de Montalvan in Hispania 612 f

R

- R**obledo vicus Hispaniæ 525 b
 Roma *Reliquiæ S. Teresiæ* 246 a, 314 a b, 328 b c d
 Rosarii nosocomium Salmanticæ in Hispania 126 a
 Rupecula Marianorum montium (*vulgo* Peñuela de Sierra Morena) in Hispania 135 c

S

- S**almantica civitas Hispaniæ 123 a b c
 † Salvatoris oppidum in America 657 e
 Sancii Minaya forum Toleti in Hispania 110 e
 Santivañez in montanis Burgorum in Hispania 7 d
 † Scholasticæ ecclesia Abulæ in Hispania 449 b
 Segovia civitas Hispaniæ 140 e, 511 a
 Sisa. *Vide* † Mariæ de la Sisa.
 Sodorensis diœcesis in insulis Britannicis 135 c

- Soria (*alias* Numantia) oppidum Hispaniæ 214 d, 528 a
 Spiritus Sancti ecclesia Cordubæ in Hispania 149 c, 518 a
 † Stephani cœnobium Ord. Præd. Salmanticæ in Hispania 126 a, 503 f

T

- T**ardonia eremus prope Hispalim in Hispania 118 c d, 516 c
 Tarraco (*vulgo* Tarragona) civitas Catalauniæ in Hispania 2 f
 † Teresiæ cœnobium Carm. Excalceatorum Abulæ, *natali Sanctæ solo superstructum* 16 a b c, 452 f
 † Teresiæ ecclesia Societatis Jesu Hagæ Comitum in Hollandia 656 f, 657 a
 † Teresiæ monasteria Ordinis Carm. Exc. 669 et seqq.
 † Thomæ Aquinatis cœnobium Ord. Præd. Abulæ in Hispania 466 f, 469 d
 Tordesillas oppidum Hispaniæ 7 f
 Tordillos vicus Hispaniæ 126 e, 505 a
 Turiaso (*vulgo* Tarazona) civitas Aragoniæ in Hispania 2 f
 Turrigii (*vulgo* Torrijos) oppidum Hispaniæ 121 e
 Turris de Lobaton in Hispania 263 a

V

- V**allisoletum oppidum Hispaniæ 106 f, 492 e
 Veasum oppidum Hispaniæ 146 a, 513 b
 Villacastin oppidum Hispaniæ 552 e
 Villa Didaci (*vulgo* Villa-Diego) in montanis Burgorum in Hispania 9 e
 Villanova de Azerale oppidum Hispaniæ 488 f
 Villanova de la Xara oppidum Hispaniæ 197 d e, 524 b
 Ulyssiponæ (Lisboa). *Eo defertur manus sinistra S. Teresiæ* 235 d e f, 236 a b c d

Z

- Z**amora oppidum Hispaniæ 145 e

INDEX MORALIS.

A

- Æ**dificia suæ Reformationis qualia voluerit esse *S. Teresia* 109 e f, 125 f
 Ægrotæ puella intercessione *S. Teresiæ* sanitatem recuperat 129 a. Ægrotam monialem *S. Teresia* per bilocationem invisit et solatur 143 f, 144 a b.
 Ægrotæ virgini. monasterium Carmelitissis Excalceatis fundare volenti, sanitas mire restituta 513 f, 514 a b. Ægrotis singularem curam impendit *S. Teresia* 571 d e. Ægrotans vir nobilis per *Reliquias S. Teresiæ* a gravissimis doloribus liberatur 264 a b c. Ægrotanti novitiæ Carmelitane simile contingit beneficium 265 b-f, 613 c d; item moniali Carmelitane in Hispania 266 b-f; et

- Patri Dominicano Mexici* 648 f, 649 a b. *Ægrotudinibus multis et magnis vexata monialis Bononiensis ad invocationem S. Teresiæ integræ redditur valetudini* 649 b-f.
 Æternitatis cogitatio *S. Teresiam* parvulam vehementer percellit 17 b, 270 d, 450 b c
 Amor divinus ardentissimus in *S. Teresia* 277 d e f, 278, 565 e f, 566 et seqq. Amoris divini incendio potius quam vi morbi *S. Teresia* moritur 230 f, 231, 278 e f. Amor divinus quomodo obtinendus et in quo consistat 551 e f, 563 f, 564 a, 569 a
 Angeli sæpe apparent *S. Teresiæ* 63 a, 71 c, 84 a, 199 d, 463 a b, 470 d, 510 e, 525 e, 550 e, 553 c, 554 a; pie ab ea coluntur 574 d; plures ei morienti adstare conspiciuntur 255 e. Angeli contra

contra demones pugnant 71 c; aliquando inter se dissentiunt 155 e; animas parvulorum post baptismum morientium excipiunt 470 d.
 In anima sua quantum passa fuerit S. Teresa 41 c d e f, 48 b-f; 67 et seqq.; 89 b-f; 104 b c d, 287 e f, 259 e f, 464 d e f, 480 d e f, 490 d e f, 491 a b, 582 d e. Animi S. Teresiae dotes naturales 543 e f, 544.
 Animarum in purgatorio detentorum Deus miseretur 107 b, 494 f. Vide Purgatorium.
 Apostema curatum per Reliquias S. Teresiae 263.
 Apostolicos viros S. Teresa plurimi facit et quae potest ope iuvat 97 e f, 279 e, 569 e f, 570 a b.
 In apparitionibus quomodo gerere se debeat homo 57 et seqq. Apparitiones S. Alberti Siculi 144 e, 574 f; S. Andreae Apostoli 127 e, 505 a; Ven. Catharinae de Cardona 199 d, 525 e; S. Clarae 79 f, 80 a, 469 e; S. Dominici 574 f, 575 a; ejusdem et S. Catharinae Senensis 29 a; Martyrum decem millium 230 d e, 255 e f, 536 b c d, 574 f; SS. Petri et Pauli 57 a, 292 e, 574 e; S. Petri de Alcantara 91 f, 92 a b, 479 d e, 574 f; S. Pii V 131 d; S. Teresiae adhuc viventis 143 f, 144 a, 630 f; ejusdem a morte sua 10 a, 14 b, 57 e, 203 d e, 214 b, 231 a, 234 d, 236 e, 255 f, 264 e, 265 e f, 394 a b, 576 a, 607 b-f, 608, 642 f. Vide Angeli, Christus, Joseph, Maria, Visiones.
 Appetitum suum S. Teresa frustratur, ut pauperibus succurrat 571 e f.
 Aquam Deus miro modo largitur Carmelitis Excalceatis Mancerae 10 f, 516 a.
 Aquae benedictae vis ad pellendos cacodemones 69 f, 70 b c d, 71 a b, 565 a b. Aquam benedictam per viam comportat S. Teresa 506 d.
 Arbor quam dicunt Abulae a S. Teresa terrae insertam, hodie superstes 23 a b; alia Pastrana ab eadem plantata, miraculis insignis 651 e. Arbor sicca, moriente S. Teresa, subito floret 256 c d e, 311 e.
 Ariditas in oratione quomodo ferenda 561 f, 562.
 Ariditates maximas per annos amplius viginti patitur S. Teresa 545 e, 582 d.
 Assumptionem Deiparae in visione conspicit S. Teresa 553 a.
 Auribus male affectis medentur Reliquiae S. Teresiae 609 f, 611 b, 641 e.
 Austeritas vitae. Vide Mortificatio.

B

Beatificatio S. Teresiae 240 et seqq.
 Beatitudines S. Teresiae 296 d.
 Benedictiones ab Ecclesia adhiberi solitas plurimi S. Teresa facit 70 b. Benedictionem a S. Teresa petunt incolae Manchae 525 b c. Benedictionem a sacerdotibus genuflexa piissime petere solet 574 a b.
 Bilocatio S. Teresiae 143 f, 144 a b.
 Brachium sinistrum S. Teresiae, a diabolo praecipitata, sibi frangit 183 b c, 287 d e, 582 b c; patientissime fert arduam ejus curationem 582 c d e. Idem brachium post mortem ejus a corpore decisum claret miraculis 257 d, 262 b, 263 c, 326 e, 604 a c d, 606, c d e, 609 f, 641 e.

C

Calumnias in se factatas patienter fert S. Teresa 157 e f, 163 a b c d, 172 c d, 189 f, 578 f, 579 a, 583, 584 a. Calumniis impetitas moniales suas Hispalenses eadem Sancta eloquenti epistola solatur 190.

Cancro triplici laborans monialis per Reliquias S. Teresiae sanata 261 d e f, 311 e.
 Canonizatio S. Teresiae sedulo promota 245 et seqq.; solemniter celebrata 305 e f, 306 et seqq.
 Capitis dolores ope S. Teresiae sedati 256, 311 c, 535 e, 612 d e f, 641 b, 651 a b c d. Caput hians et putrescens per liquorem e brachio S. Teresiae fluentem integritati restituitur 612 a.
 Caritas S. Teresiae erga proximum 278 f, 279, 569 d e f, 570 et seqq. Vide Amor, Zelus.
 Carmelitarum Excalceatorum primigenius fervor ac sanctitas 109 d e f, 110, 111 a b, 153 f, 154 a, 515 f, 516 a f. Adversus eos lata decreta a capitulo generali Ord. Carm. 150 f, 151; quid de his decretis videatur sentiendum 152 et seqq. Eos inter et Calceatos dissidia 156 et passim in seqq., 522, 523 a b c; felix horum dissidiorum finis 193 a b c, 202 b-f, 203 a b c, 209, 210, 211 a b, 523 d e f, 524 a. Carmelitis Excalceatis data a Deo per S. Teresiam monita 194 c d. Carmelites Excalceati commendantur scientia, laboribus apostolicis et sanctitate 663 f, 664 a b c.
 Carmelitis Excalceatis quis scopus a S. Teresa praefixus 97, 98, 475 d e f, 476; quales ea esse debeant 474 c d e f, 475 a b c d; si tales vere sint, Christus morientibus speciali modo succurret 499 f, 500 a. Vide Monita. Carmelitis Excalceatis eximii clarent virtutibus 94 c d, 96, 105 e, 115 a b, 137 b, 173 e, 182 e, 272 e, 484 d e f, 485 a b c, 491 e, 499 f, 664 b-f, 665 et seqq.; singularibus Dei charismatibus plures ex iis donari testatur S. Teresa 402 a b c.
 Carmina a S. Teresa composita 63 e f, 64 a b, 174 f, 175 a, 348 c d e f, 349. Carmine pio audito in mentis excessum rapitur 349 e, 566 a b.
 Carminibus componendis ac cantandis se ac moniales suas pie oblectat 574 e, 592 c.
 Castitas S. Teresiae intempera 38 b c d, 284 a-e, 455 c d e f.
 Christus S. Teresiae amicitia humanis addictae apparet 31 e, 34 a b, 454 d e. Christi vulnerati imagine ad sanctiorem vitam incitatur S. Teresa 39 e, 457 c. Christum in horto Oliveti orantem saepe et suaviter contemplatur 40 a, 545 f. Erga Christi Humanitatem maxime afficitur 46 a. Vide Humanitas. Christus pluries S. Teresiam alloquitur 47 d f, et passim in seqq.; saepe se ei spectandum praebet 53 et seqq. passim. Vide Visiones. In monasterii fundandi proposito eam confirmat 74 e f, 466 b c. Fundato primo monasterio, Teresiae apparet gratias ei agens eamque coronans 94 b, 483 b c. Ad Patris aeterni conspectum eam in raptu deducit 568 a. Passionis suae clavo eam sibi in sponsam accipit. Vide Sponsalia. Manus ejus lateri suo vulnerato inserit 568 c. Passionem suam in peculium ei tradit 568 c d; spondet ei se preces ejus nunquam non exaudiri 568 d e. S. Teresiae maerore confecta solamen affert ac cibos in os ejus immittit 189 a. Monita ei suggerit Carmelitis Excalceatis significanda 194 c. Sub pueri specie cum ea loqui cernitur 526 c. Ad spondam morientis S. Teresiae cum Angelis et Sanctis adstat 230 d e, 255 e. Monialem Teresianam videtur in mortis articulo obumbrare 499 f. Christi regno non esse finem gaudens recogitat S. Teresa 565 e. Christi passio saepe recolenda est in meditatione 561 a b e. Vide Passio. Christus speculum et exemplar patiendi 584 c d.
 Cibi parcissima S. Teresa 282 e, 585 a b; lacrymans passim et e sordidis saepe patinis eum sumit 282 f, 580 a.

Cilicium horridum gestat S. Teresia 45 a, 584 f;
cilicium munusculi loco mittit ad fratrem suum
 11 c
Cingulus S. Teresia: oleosum liquorem profundit
 235 d
Clausura monialium quanti sit momenti 31 c d,
 130 d e f; *quantum ea S. Teresia cordi esset* 209 f,
 210 a, 214 b
Columba cur S. Teresia: appingi soleat 234 a b c.
Columba alba ex ore S. Teresia morientis evolare
visa 255 f, 311 c, 536 b
Comestitionis modus S. Teresia 282 e f
S. Communionem frequentare orsa S. Teresia a vo-
mitu quo mane laborare solebat, liberatur 32 d,
 573 a. *Ad S. Communionis mensam quam saepe*
et quanta pietate S. Teresia accederet 286 b c,
 572 f, 573. *Quid circa Communionem suis mo-*
niatibus praecripserit 574 b, 635 f. *Vide Eucha-*
ristia
Conceptionem immaculatam Deiparae colens impu-
dicus sacerdos ad frugem redit 27 b
Conciones sacrae mire placent S. Teresia 37 a b
Confessarios bene doctos vult S. Teresia 26 d, 50 d,
 391 a b, 507 e f, 594 e f; *indoctos praefert*
semidoctis 26 d, 594 e. *Confessarii et directores*
animarum sint circumscripti in loquendo 44 d.
Confessariis obediendi gratiam S. Teresia sibi a Deo
acceptam refert 45 e. *Confessoriorum consilium*
in rebus spiritualibus exquirendum et sequendum
 50 d e f, 57 b, 594 f, 595 a. *Confessarii S. Te-*
resiae interdum severe eam tractant 50 d e, 51 d,
 57 a b, 58 e f, 59 b c e, 68 b c, 459 f, 562 a b.
Erga confessarios suos grato animo est S. Teresia
 290 b, 591 c d. *De confessariis et directoribus*
spiritualibus suarum monialium quid S. Teresia
senserit et statuerit 390 c d e f, 391 et seqq.,
 477 f, 478 c d, 507 e f, 508 a
Confessio generalis multum S. Teresia profuit 45
 c d e f, 458 f
Consortia mala damnum S. Teresia afferunt 18,
 20 c, 21 f, 74 a, 451 a b c. *Consortiis bonis*
eadem plurimum juvatur 19 b c, 20 c f, 21 f,
 451 d
Constitutiones monialium suarum ipsa S. Teresia
scripsit 384 d e f, 385 et seqq. *Earundem summa*
 676 f, 677 a b c d; *et approbationes* 677 e f; *ac*
quanta cura conservandae sint 507 c d e f, 508
 a b c. *Constitutiones Carmelitarum Excalceato-*
rum scriptae a P. Hieronymo Gratiano 139 b;
ordinatae et approbatae a capitulo Excalceatorum
 210 e
Contractus corpore puer intercessionem S. Teresia
sanatus 260 f, 261 a b c, 311 d e. *Contractae*
manus sanatio per Reliquias ejusdem Sanctae 262
 a b c d; *item contracti brachii* 263, 311 e f
Contumelias insigni tolerantia in se accipit S. Tere-
sia 469 f, 582 f, 583, 584 a
Conversatio S. Teresia cum hominibus 544 c d e,
 589 f, 590 a
Conversionem plurium peccatorum procurat S. Te-
resia 26 d e f, 27 a b c d, 70 d e f, 279 b, 570
 c d e; *ob eamque a cacodamone vexatur* 70 d f,
 571 e, 582 b
Cor S. Teresia a Seraphino transossum 63, 64
 a b c d, 321 et seqq., 463
Corpus S. Teresia summa honore habitum 235 et
 seqq., 313 f, 314 et seqq., 603 c d e f, 604
 et seqq. *Vide Incorruptio, Liquor, Odor, Reli-*
quia
Crucem manu tenens omnes demones provocat S.
Teresia 49 c, 282 b c, 460 b. *Crux e rosario ejus*
pendens prodigiis illustratur 62 d e, 462 b c d e.

Aliae ejusdem cruces religiose asservatae 328 d e f,
 329 a. *Crucis signo dolores dentium sedat S. Te-*
resia 590 e f, 591 a. *Crucis Christi dulcis et utilis*
est memoria 33 b, 85 a, 561 b, 581 f
Cultus ecclesiasticus S. Teresia quomodo inceptus et
promotus 652 c d e f, 653 et seqq. *Cultus eidem*
tributus a regibus, proceribus, Sanctis, Ordini-
bus religiosis, populis, etc. 655 d e f, 656 et seqq.

D

Deipara. *Vide Maria.*
Dentium dolores benedictione S. Teresia sedati 590
 e f, 591 a
Detractiones horret S. Teresia 29 b c, 544 e, 572 b
Diaboli apparent quandoque sub ficta Christi, An-
geli aut Sancti specie 53 f, 54 a, 56 f, 57
 e f, 58 a b, 59 c d, 60 e, 61 a b c; *ignavi*
sunt et mendaces 49 c d e f, 71 c d; *crucis*
signo et aqua benedicta fugantur 69 f, 70 b c d,
 71 a b, 565 a b; *agere ferunt peccatorum con-*
versionem 70 d f, 571 e, 582 a b; *acerbum illis*
accidit animas e purgatorio liberari 71 b; *S. Te-*
resiam multimodis vexant 69 f, 70 a b c d,
 71, 89 b c d e, 124 e f, 480 d e f, 490 d e f,
 570 d e, 571 c d, 582 a b; *monasterii ejus Abu-*
lensis murum dejiciunt 470 e f; *ipsa a diabolo e*
scala praecipit agitur 183 b c, 287 d e, 582 b c.
Diabolos S. Teresia videt divitis cujusdam cadaver
uncis ferreis raptantes 553 b
Directores. Vide Confessarii.
Disciplinae religiosae servandae magna S. Teresia
cura 172 a b, 592 b-f, 593
Discretio spirituum in S. Teresia 53 f, 54 a b c d,
 56 a b, 127 e f, 295 d e f, 296 a
Dissensiones inter sanctos homines, quin et inter
Angelos, oriri quandoque sinit Deus 155 d e f.
De distractionibus in oratione occurrentibus utilis
doctrina S. Teresia 547 d e, 561 a b
Doctoris titulus num et qua ratione S. Teresia dari
possit 360 d e f, 361 et seqq.
Doctrina S. Teresia caelestis 294 b c d e, 356 et
 seqq., 556 b c

E

Ecclisiae filiam se esse gaudet moriens S. Teresia
 255 c d, 247 b, 534 e
Ecstases. Vide Raptus, Visiones.
Eleemosynae. Vide Pauperes.
Energumeni liberantur per Reliquias S. Teresia
 641 b c
Epistolae S. Teresia quot supersint; quando et quo-
modo typis excusae, et quanta earum praestantia
 349 f, 350 et seqq. *Per Epistolas S. Teresia*
patrata miracula 263 b, 642 b c; *ex iis quaedam*
suavem spirant odorem 616 b c
Erysipelatis sanatio a S. Teresia facta 253 f, 254
 a-e, 311 a, 590 f, 591 a
SS. Eucharistiam ab haereticis injuria affici graviter
S. Teresia dolet 98 c d, 104 b, 124 a, 572 f;
ejusdem cultum cordi habet et promovere studet
 286 a, 574 a

F

Fama sanctitatis quanta S. Teresia in vita et post
 mortem fuerit 296 d e f, 297, 620 et seqq.
Familitates nimiae et fuitiles S. Teresiam in via per-
fectionis retardant 30 f, 31 d e f, 36 b c, 454
 c d e f
Farinae miraculosa multiplicatio per merita S. Tere-
sia 252, 253, 311 a
 Febri

Febri gravi laborans mulier attactu S. Teresiae sanatur 128 f. *Febris depulsa precibus et voce S. Teresiae* 196 b c, 590 e; *pannis sanguine ejus tinctis* 611 d, 641 d e; *vestibus ejus* 234 f, 235 a, 613 a d e, 614 a; *item ad ejus invocationem* 616 d e, 643 a b

Fides heroica S. Teresiae 274, 275 a b c, 564 c d e f, 565 a b c d

Fiducia S. Teresiae in Deum 576 c d e f, 577 a b

Fœminæ, Dei pudore abjecto, ad pessima quæque prouunt 27 a; *virtutibus potius quam vitiis affectum virorum sibi conciliant* 27 c, 127 b c. *Fœminarum directio spiritualis quantam circumspeditionem exigit* 44 c d. *Fœminis cur Deus sæpe arcana sua revelet* 446 c d, 555 c d. *Per fœminas res grandes quandoque operatur Deus* 580 f, 581 a

Fortitudo invicta S. Teresiae 281 d e f, 282 a b c d

G

Gladios sanguinolentes in Lusitaniam et Galliam vibrari ab Angelis videt S. Teresia 295 c, 554 a

Gratiæ gratis datæ in S. Teresia 294, 295, 296 a b

Gratus animus S. Teresiae 289 e f, 290 a b c, 591 c d e f

Gutturis morbi per Reliquias S. Teresiae sedati 264 d e f, 265 a, 311 f, 612 f, 641 e

H

Hæretici quam sint miserabiles 31 d; *eorum nequitiam, impietatem et cæcitatem deplorat S. Teresia* 97 b, 98 c d, 475 f, 566 e, 569 b, 572 e f, 598 e

Hilaritatem præ se fert et suis inesse vult S. Teresia 544 c d, 592 c, 593 b

Horologii pulsus solamen affert S. Teresiae 231 e f, 565 f

Humanitas sacrosancta Jesu Christi quam pulchra sit et gloriosa, S. Teresiae ostenditur 53 a b e f, 54 c d, 292 b c, 462 e f, 546 e, 550 d e. *Sæpe in meditatione consideranda est* 561 e

Humilitas S. Teresiae profundissima 286 d e f, 287 a b, 577 b-f, 578 et seqq.; *ingeniosa* 81 a, 113 a b, 136 d e, 578 f. *Humilitatem parvis in rebus S. Teresia cum magno fructu exercet* 72 b c d. *Humilitas vera animam illuminat et quietat; falsa prorsus contrarium efficit* 67 b-f. *Humilitatis falsa species est orationem intermittere* 30 f, 32 c, 561 e, 577 d, 580 e. *Plura de hac virtute monita S. Teresiae* 580 c d e f

Hypocrisin perosa S. Teresia 31 a, 544 f

I

Jejunia ecclesiastica et regularia accurate observat S. Teresia 283 a, 288 c; *imo ut plurimum jejunit* 585 a

A Jesu cognominari voluit S. Teresia 9 d, 448 f; *Jesu sanctissimum Nomen suis scriptionibus præfigit* 601 d, 602 d. *Jesus. Vide Christus.*

Imagines pias in deliciis S. Teresia habet et per eas juvatur 31 b, 39 e, 40 c, 93 f, 113 f, 450 c, 457 c, 462 e f, 506 d, 546 a, 565 a, 566 c, 569 b c, 572 c. *Imagunculis cordis S. Teresia plura patrata miracula* 324 e f, 325 a b; *alia item per imagunculas e pulvere sepulcri ejus confectas* 650 f, 651 a b c d. *Imaginibus S. Teresiae res miræ patrantur* 615 d e f, 616 a

Impetus in oratione quid sint 549 c d e f; *quales et quantos S. Teresia experiretur* 566 a b c d, 597 a b c. *Vide Amor divinus.*

Impudicos sacerdotes duos e sordibus eripit S. Teresia 26 d e f, 27 a b c d, 70 d e f, 574 c d

Incendii periculum ab Hispalensi S. Teresiae monasterio Deus avertit 165 c, 620 c d

Incorruptio corporis S. Teresiae 235 c, *et passim in seqq.*, 257, 258, 259, 603 c, 605 a, 606 c d e f, 607 a, 638 c d e f, 639 a b c d

Indulgentias lucrari studet S. Teresia 40 a, 565 a. *Indulgentiæ cultoribus ejus concessæ* 307 f, 313 a, 325 a, 652 d; *item legentibus ejus scripta* 363 a b

Infans miraculose loquitur 127 a, 504 d

Infernum S. Teresiae ostensum 72 f, 73, 74 a b c, 466 a

Inimicos singulari dilectione prosequitur S. Teresia 279 c, 290 b, 572 b c d e

S. Inquisitionis tribunal cur non timeret S. Teresia 78 c d, 564 e f

Interpretatio sermonum gratia gratis data S. Teresiae 296 b

S. Josephi patrocinio sanitatem recuperat S. Teresia 29 e, 454 b. *S. Josephum primo monasterio Teresiano patronum assignat Christus* 74 e, 466 b. *S. Joseph apparet S. Teresiae pecuniam ad monasterii fundationem affore spondet* 79 c, 468 f; *idem Sanctæ apparet cum B. V. Maria* 80 a b c d, 469 d e; *item cum Jesu et Maria* 192 c f. *Iter agentis S. Teresiae viam indicat* 146 c. *Eam ad obediendum animat* 166 e. *S. Josephi cultum verbis et exemplis suis quamplurimum promovit S. Teresia* 574 d e, 575 c d e f, 576 a b

Iter agendi ratio S. Teresiae 506. *Itinera ejus difficillima* 123 e f, 148 c d e f, 149 a b, 214 f, 215 a, 221 f, 222 a b c, 230 a b c, 502 c d, 517 d e f, 528 e, 530 d e f, 531 a b, 581 d e f; *vere apostolica* 285 b. *In itinere viam S. Teresiae indicat S. Josephus* 146 e

Justitia perfectissima S. Teresiae 280 f, 281 a b c d

L

Læsis animæ in oratione quid sit 549 f, 550 a

Lethargicus puer per linteum liquore e corpore S. Teresiae fluente imbutum miraculose excitatur 262 d e f, 263 a

Libertas nimia monasteriis nocet 31 b c d

Libri pii quanto sint ad virtutem adjumento 16 e, 21 c d e, 22 b, 44 b c, 69 b, 449 f, 451 e f. *Libri futiles quantum nocere nati* 17 f, 20 b, 22 b, 450 f, 451 a. *Libri a S. Teresia conscripti* 272 e f, 273 a b, 330 e f, 331 et seqq., 555 e f, 556

Liquor oleosus e S. Teresiae exuviis scaturiens 235 c, *et passim in seqq.*, 260 d e f, 311 d, 606 d f, 640 d e f

Lumina caelestia in morte S. Teresiae conspecta 255 e f, 311 b c, 536 a c

M

Magnanimitas S. Teresiae 289 b c d, 309 d e, 544 a b, 576 c d e f, 577 a

Magnetismo animali ecstases S. Teresiae attribui nequeunt 415 et seqq.

Mansuetudo S. Teresiae 288 d e f, 289 a b, 469 f, 481 d, 581 f, 583, 584 a

S. Mariam Deiparam in matrem eligit S. Teresia 17 c d, 450 d e. *Erga Mariam affectus oratione accenditur* 43 c. *Maria primi monasterii a S. Teresia erecti protectrix* 74 c, 466 b; *specie pulcherrima cum S. Josepho apparet S. Teresiam veste candida et aureo torque ornat* 80 b c d, 469 d e; *ab eadem cernitur primas ejus moniales pallio suo tegere* 94 b, 483 c. *Mariam Ordinis Carmelitani*

Carmelitani Matrem, Dominam ac Patronam saepe vocat S. Teresia 98 a, 109 f, 137 a f, 138 a b d f, 139 e, 154 a, 156 b, 160 d, 177 f, 183 f, 184 a. *Mariam conobii Incarnationis Abulensis quasi praepositam S. Teresia sibi substituit* 130 d, 510 d; *atque ideo visione ab ea recreatur* 510 e. *Maria cum Jesu ac Josepho S. Teresia apparet* 192 e f. *Mariae juxta crucem patientis sensu S. Teresia intelligit* 566 a. *Erga Mariam maxima S. Teresia pietas* 574 d e. *De Mariae doloribus verba Christi ad S. Teresiam* 584 d.

Martyres quandoque lato sensu dicuntur milites in praelio adversus infideles interempti 453 a.

Martyrii desiderium in S. Teresia parvula 17 a b, 19 c d e f, 270 d, 450 a.

Matrimonium spirituale Salvatoris cum S. Teresia 132 e, 546 f, 568 c d.

Ministeria abjecta et sordida peragit S. Teresia 579 d e.

Miracula S. Teresia in vita sua 128 f, 129 a, 196 b c d, 251 d e f, 252 et seqq., 311 a, 470 a b, 590 c d e f, 91 a; *in morte* 256, 311 b c, 536 a; *post mortem* 256 f, 257 et seqq., 311 c d e f, 609 d e f, 610 et seqq., 637 et seqq.

Misericordia. Vide Pauperes.

Missionibus sacris claret Ordo Carmelitarum Excalceatorum 664 a, 681 d e f, 682 a b d.

Missam quotidie, etiam in itinere, audire S. Teresia satagit 506 c d.

Monasticae vitae commoda 161 e f, 162 a b.

Monita a Deo per S. Teresiam data Carmelitae Excalceatis 194 b c d; *item aliis* 555 c d. *Monita S. Teresia ad Philippum II Hispaniae regem* 113 e, 331 b. *Monita ejus ad moniales suas de fine sui Instituti* 97 c d e, 98; *de servando primigenio Ordinis rigore* 109 e f; *de fideliter et ferventer serviendo Deo* 161 e f, 162; *de earum confessariis* 390 d e f, 391; *de novitiis admittendis* 540, 541; *de oratione* 560 c d e f, 561 et seqq.; *de humilitate* 580 c f; *de paupertate* 587 a b; *de obedientia* 588 f, 589 a b c d; *de recto monasteriorum regimine* 593. *Monita alia breviora simul collecta* 347 d e, 633 c d e f, 634, 635.

Morbos et patientiam ad eos tolerandos S. Teresia a Deo poscit 25 e; *ac mox exauditur* 25 e f, *et passim in seqq.*; *imo tota vita aegrotat* 233 d e, 581 c d.

Mors pia plurium consanguineorum S. Teresia 9 f, 10 a, 11 f, 12 a b c, 14 b c, 15 b, 16 f, 33 a b c, 84 b c. *Mors S. Teresia caelestibus signis et prodigiis illustrata* 230 d e f, 255 b f, 256, 311 b c d, 535, 536 a b c d. *Morientes moniales S. Teresia magna gaudent tranquillitate* 500 a b. *Mors praecleara monialium Teresianarum Compendiensium ab impiis tyrannis neci addictarum* 667 e f, 668 a.

Mortificatio S. Teresia 45 a, 288 a b c d, 579 d e f, 580 a b c.

A morte revocat S. Teresia sororis suae filium 470 a b c. *Mortui duo intercessione S. Teresia resuscitati* 548 b c d e.

Munditiei amicissima S. Teresia 229 a, 544 e, 547 c.

N

Nobilitate generis insignes viri ac feminae plures *Ordini Carm. Exc. nomen dedere* 661 b c, 662 c d e f, 663.

Novitiatum religiosum S. Teresia ferventer transigit 24 f, 25 a b c, 452. *In novitiis ad Ordines religiosos admittendis quae servari oporteat* 537.

c d e f, 538 et seqq.; *quis speciatim delectus inter moniales Teresianas sit necessarius* 474 c d e f, 475 a b c. *Alia de novitiis monita* 593 a b, 594 b c.

O

Obedientia perfectissima *S. Teresia* 57 b, 77 f, 78 c, 88 e f, 117, 148 b c, 283, 462 a b, 467 c d e f, 534 a, 587 e f, 588; *ejusdem de obedientia monita* 588 f, 589 a b c d. *Obedientiae in primis monialibus Teresianis exempla* 96 c d e, 484 f, 485 a, 499 f. *Ex obedientia scribit Ven. Anna a S. Bartholomaeo, antea scribendi ignara* 196 c d.

Oblocutiones hominum in primi monasterii sui fundatione S. Teresia egregie sustinet 75 d e, 77 d e, 90 b f, 91, 92 b c, 466 e f, 467 c d, 481 b f, 482.

Oculi male affecti sanantur ope S. Teresia 256 a, 311 c, 535 e, 609 f, 610 a, 641 c e.

Odor suavissimus prodit e S. Teresia exuviis 235 e, *et passim in seqq.*, 255 f, 260 a b c d, 265 f, 535 b c d, 603 c d e, 605 a e f, 606 d e f, 607 a, 639 d e f, 640 a b c.

Officium divinum summa cura recitat ac recitandum curat S. Teresia 285 f, 565 a; *ejus occasione humilitatem saepe exercet* 72 b c, 579 c f.

Olfactum recuperat monialis pedes S. Teresia mortuae deosculans 256 a, 311 c, 535 e; *item novitia manum ejusdem Sanctae suis naribus admovent* 235 f, 610 a b; *et vir gestans linteum brachio Sanctae admotum* 625 a; *nec non alii per alias Reliquias Teresianas* 641 c e.

Opera manualia viris suae Reformationis commendat S. Teresia 167 c, 174 a. *Qualia suis monialibus praescribat* 477 b c. *Ipsa sedulo iisdem vacat* 285 a, 579 d e, 586 c d.

Orationis studium in S. Teresia infantula 16 e, 270 d e f, 450 b c d. *Orationi mentali operam dare qui S. Teresia coeperit* 26 a b c, 453 c; *qua de causa illam aliquamdiu intermiserit* 30 f, 32 c, 34 c, 43 a b, 454 c d; *qua occasione eam resumpserit* 33 d, 34 d, 454 e. *Orationis mentalis utilitas* 36 a d e f, 43 b c d e, 83 b f, 84 a, 560 c d e f. *Orationi jungenda mortificatio* 45 a d, 46 a b. *Oratio S. Teresia quam sublimis fuerit* 290 c d e f, 291 a b c. *Orationis supernaturalis modi varii a S. Teresia expositi* 248, 549, 550 a b. *De oratione documenta ac monita S. Teresia* 560 c d e f, 561 et seqq. *Orationis mentalis a supernaturali discrimen* 562 f, 563 a b.

Ordines religiosi, etiam a primævo fervore decidui, ad Dei obsequium prosunt 74 f, 466 c; *utiles etiam sunt reipublicae civili* 407 b. *Ordinum religiosorum in perfectione progressum ardentem optat S. Teresia* 97 e. *Ordinum religiosorum Fundatores plerique visionibus et revelationibus illustrati* 293 f. *Ordines religiosi plures S. Teresiam singulari veneratione prosecuti* 656 e f.

P

Palmarum Dominica SS. Eucharistiam singulari fervore recipere solet *S. Teresia* 573 b c.

Paralytica monialis sanatur admoto digito S. Teresia 610 e f.

Parentes advigilent liberorum suorum amicitias 18 b d.

Paroxysmus S. Teresia quadriduanus, sub quo nonnulla ei revelantur 28 c d e, 453 d e f, 454 a.

Parturientes Reliquias S. Teresia juvantur 610 d, 614 d e, 642 a.

Passionis

Passionis Christi suavis et utilis recordatio 21 d, 33 b, 39 e f, 40 a, 85 a, 560 f, 561 a b. Passionem suam Salvator tanquam peculium S. Teresiae assignat 568 e d
 Patientia invicta S. Teresiae 287 b-f, 581 c d e f, 582 et seqq.
 Patrocinium S. Teresiae Mexicanum 245 e; item aliarum urbium ac regionum 657 a b; ac speciatim Hispanum 657 b-f, 658, 659 a b c d
 In pauperes misericors est pater S. Teresiae 16 f; quem imitatur Sancta parvula 17 c, 450 d. Pauperibus succurrendi desiderium mire in S. Teresia accrescit 600 b; unde omni studio eis solamen et opem asserre contendit 279 d, 571 f, 570 a. Pauperes virgines libenter inter suas moniales admittit S. Teresia 162 b c, 541 b c
 Paupertas excellens S. Teresiae 84 e f, 85 a b c d, 284 e f, 285 a b c, 479, 586, 587 a b
 Peccatum mortale nullum commisit S. Teresia 18 c, 32 f, 37 e d e f, 38, 39 a b, 445, 446, 447 a b. Peccatum veniale plus damni animae asserre potest quam omnes demones simul 49 d; via est ad peccatum mortale 74 b; nullus mori quam venialiter peccare mavult S. Teresia 597 e
 Pedibus dolens P. Ribera S. J. efficaciam Reliquiarum carnis S. Teresiae experitur 611 e f. Pedibus vulnerato medentur Reliquiae vestium S. Teresiae 613 f, 643 a
 Pictoribus observanda de S. Teresiae effigie 233, 234 a b c, 543 c d e
 Pleuritis ac febris voce et tactu S. Teresiae discussa 254 e f, 255 a, 311 a, 590 d; item per subiculum S. Teresiae 615 c
 Pœnitentiæ Sacramentum frequentare amat S. Teresia 19 a, 28 b, 29 b c, 454 b. Pœnitentia. Vide Jejunia, Mortificatio.
 Podagrici opem S. Teresiae experti 613 a b, 641 e f
 Prædicatorum Ordini multa se debere fatetur S. Teresia 227 c; insignes de eodem visiones habet et prophetias edit 369 f, 370 et seqq., 553 e f. E Prædicatorum Ordine nonnulli nuperrime pro Catholica Fide sanguinem profuderunt 372 e. Plures ex eo Ordine viri præstantes S. Teresiae confessarii, directores et consultores fuere 558 a b c, 620 f, 621, 622
 Prophetia S. Ludovici Bertrandi de Carmelo Teresiano 75 c. Prophetiæ S. Teresiae 144 d, 146 c d, 192 f, 231 f, 232, 294 f, 295 a b c d, 364 b et seqq., 369 c d e f, 553, 554, 555 a b c d. Prophetia commentitia de Societatis Jesu suppressione 368, 369 a b c. Prophetiæ spiritus in Novo æque ac Veteri Testamento 552 c d e f. Prophetia de præterito, præsentis et futuro esse potest 552 f, 553 a
 Prudentia eximia S. Teresiae 280 a b c d e, 592 et seqq.
 Pulvere sepulcri S. Teresiae plurima patrata miracula 650 d e f, 651 a b c d
 E purgatorio opera S. Teresiae liberatur anima juvenis nobilis 107 b d, 494 e f, 495 c; item alia plures animæ 71 b, 553 a b, 570 f, 571 a

R

Raptus quid sit 548 e f, 549 a. Raptus aliquot S. Teresiae 47 d f, 63 c, 80 a, 81 c, 83 f, 85 c, 131 b c d, 291 c d, 292 d, 463 b, 479 c, 568 a
 Recollectio interior orationis supernaturalis modus 548 b c
 Recreatio inter moniales Teresianas quem in finem instituta 109 a, 592 e
 Regibus et principibus orandi donum apprecatur S. Teresia 331 c

Religionis virtus quam præclara in S. Teresia 285 d e f
 Religiosæ vitæ amor in S. Teresia parvula 17 c, 450 b c; languescit postea, sed reviviscit 20 f, 21 a c d e, 451. Religiosam vitam forti animo S. Teresia capessit 23 c, 452 a b c
 Reliquiæ S. Teresiae pluribus in locis asservatæ 326 et seqq.
 Revelationes. Vide Prophetiæ, Visiones.
 Rosarium S. Teresia a tenera ætate recitat 17 c, 19 c, 24 a, 450 c

S

Sacerdotes magnopere venerata S. Teresia 286 d, 574 a b
 Sanctorum Vitæ S. Teresiam parvulam martyrii ac vitæ eremiticæ desiderio incendunt 17 a b c, 270 d, 298 c, 450 a b c; iis legendis sæpe vacat S. Teresia 25 b, 68 b, 569 e, 574 c, 577 e. Sanctorum Vitæ scribendis delectati viri pietate ac doctrinæ summi 431 a b c. Sanctorum Vitæ quem asserant fructum 431 c d e f. Sanctorum plurium obitus signis cælestibus illustratus 536 d e f, 537 a. Sancti a S. Teresia peculiari devotione culti 574 c et seqq. A Sanctis recentioribus ipsa vicissim culta 656 a b c d
 Sanguis e mortuæ S. Teresiae corpore profluit 238 e f, 639 a b c d. Sanguine S. Teresiae imbutis pannis miracula fiunt 611 b c d e, 641 d
 De scholis puellarum erigendis sollicita S. Teresia 106 c d, 134 b c
 Ad Societatis Jesu excidium inique adhibitum S. Teresiae nomen 363 d e f, 368. De Societate Jesu insignes S. Teresiae visiones et prophetiæ 364, 372 a, 383 d e f, 553 f. Quæ ad Societatem Jesu pertinent in scriptis S. Teresiae, a nonnullis ommissa, truncata, male versa aut interpretata 364 et seqq. Societas Jesu S. Teresiae semper cara, nunquam exosa fuit 373 et seqq. E Societate Jesu plures S. Teresiae confessarii, directores et consultores 557 b c d, 623, 624
 Solitudinis amor in S. Teresia parvula 17 c, 450 b; item in eadem novitia 24 f, 25 a; maxime autem in profectione 597 c d, 600 c
 Somnus potentiarum in oratione quid sit 548 c
 Spes heroica S. Teresiae 275 d e f, 276, a b 277 c d, 565 d
 Spiritus Sancti dona et fructus in S. Teresia 296 c d
 Splendores in S. Teresiae orantis facie 291 d e. Splendens, moriente S. Teresia, vultus sociæ ejus Annæ a S. Bartholomæo 230 e f
 Sponsalia mystica Salvatoris cum S. Teresia 131 e f, 132 a c e, 568 b c
 Stomacho male affecto applicita S. Teresiae manus medetur 610 b c
 Superstitionem semper respuit S. Teresia 29 e
 Suspendio in oratione quid sit 548 e f

T

Temperantia singularis S. Teresiae 282 e f, 283 a, 586 a b
 Templorum numerum augeri gaudet S. Teresia 89 a, 104 a, 124 a, 286 a, 480 d, 490 c, 572 e
 Timere non debemus diabolum, sed Deum 49 c d e f, 50 a, 71 d
 SS. Trinitatis visiones multas habet S. Teresia 132 e f, 292 c d, 546 e f, 550 e f, 551 a b c d. De SS. Trinitate colloquentes in altum sustolluntur S. Teresia et S. Joannes a Cruce 131 b c d
 177 Veneficio

V

Veneficio impura mulierculæ alligatus sacerdos 26 f, 570 d. De veneficiis quæ mens S. Teresia 26 f, 27 a d e f
 Veracitas S. Teresia 32 c, 544 f
 Vermibus ut plurimum carere solent vestes Carmelitarum Excalceatarum 585 c d, 587 c d
 Vestes asperas et viles induere gestit S. Teresia 585 b, 586 c; quales suis monialibus præscripserit 477 d e
 SS. Viaticum piissime a S. Teresia receptum 255 c, 534 c d e
 Vino semper abstinuit S. Teresia 282 f, 544 e, 585 a
 Visiones ac revelationes S. Teresia 12 c, et passim in seqq.; speciatim 291, 292, 293, 550 d e f, 551, 552 a b, 553, 554 a b c f, 568 a b c d e. Visiones corporales S. Teresia nunquam habuit 63 e, 66 e, 132 d e. Visiones ac revelationes plurimis Sanctis in Veteri ac Novo Testamento divinitus exhibitæ 434 et seqq. Visiones, revelationes et ecstases S. Teresia a Dei spiritu profectæ sunt, nec naturalibus adscribi causis queunt 403 et seqq. Verarum visionum ac revelationum signa, in S. Te-

resia deprehensa 403 d e f, 411 c d e f, 412 a b c d, 444 et seqq.; earum genera varia 546
 Unctionis Extremæ Sacramentum piissime recipit S. Teresia 255 c, 534 f
 Unio in oratione quid sit 548 d e f
 Volatus spiritus in oratione quid sit 549 b c
 Votum agendi semper res maxime perfectas a S. Teresia emissum 64 e f, 65, 278 b, 567 d e. Votum ejusdem de servanda primigenia Carmeli regula 509 e, 512 f, 513 a; item de obedientia P. Hieronymo Gratiano præstanda 157 f, 588 c d e. Votorum renovatio fit bis quotannis in Ordine Carm. Exc. 156 f. Vota cur in interiori choro, non ad cancellos, emittere jussæ fuerint moniales Teresianæ 402 b. Voto Instituti Teresiani amplectendi facto, sanitatem recuperat puella nobilis 503 c d e

Z

Zelus S. Teresia de salute et perfectione aliorum 32 b, 82 c d e f, 83, 84 a, 96 f, 97, 98, 99 a b, 100 a, 124 a, 173 d e, 279 a, 475 e f, 476, 485 d e f, 567 a, 569 e f, 570, 571 a b c d. Ob zelum animarum S. Teresia post mortem cingulo gemmis fulgido visa est 608 e

NOTITIA FIGURARUM ORNANTIUM HUNC TOMUM.

S. Teresia effigies		Pes ejus Romæ, clavicula Bruxellis, rosarium et sandalium Abulæ	328
Scutum gentilitium S. Teresia	5	Crux quam Sancta secum gerebat, Bruxellis	328
Schema genealogicum ejusdem	14	Baculus quo usa est, Abulæ	329
Prospectus monasterii Incarnationis, Abulæ	22	S. Teresia insignibus ornata doctoris theologiae	361
Oratorium et sculpta S. Teresia imago, ibidem	129	Altare S. Teresia in ecclesia Excalceatorum Abulæ	452
Cancelli ejusdem monasterii	131	Formula professionis S. Teresia	509
Sacræ Communionis mensa, ibidem	132	Scriptura Ven. Annæ a S. Bartholomæo	643
Sepulcrum ejus, Albæ	320	Prospectus ecclesiae et monasterii Carmelitarum Abulæ	669
Cor S. Teresia, ibidem	322		
Theca Reliquiarum ejus Parisiis, manus Ulyssipone, digitus Abulæ, alius Bruxellis	325		

ERRATA SIC CORRIGENDA.

P ag. 7, col. 2, lin. antepenult. proavus lege avus.	Pag. 24, col. 1, lin. 9, attigerat-l-compleverat.
Pag. 10, col. 2, lin. 7, Maria-l-Joanna.	Pag. 349, num. 1560, lin. 9, 342-l-329.
Pag. 20, num. 68, lin. 44, sex-l-decem.	Pag. 533, annot. c, lin. 1, Alarzon-l-Arlanzon.
Pag. 21, num. 74, lin. 2, quatuor-l-duos, 1529-l-1531.	Pag. 656, num. 58, lin. 40, vicarius-l-secretarius status.
Ibid. lin. 3, decimoquarto cum dimidio-l-decimo-sexto exeunte.	Pag. 659, num. 68, lin. 26, vi-l-xi.

